43
5 H
5

COLLECTANEA DOCTORVM TAM VETERVM, QVAM RECENTIORVM, IN IVS PONTIFICIVM VNIVERSVM, TOMVS QVARTVS,

IN QVO
QVINQVE LIBRI SEXTI DECRETALIVM,
Clementinæ item, & Extrauagantes tum viginti IOANNIS Papæ XXII. tum etiam communes continentur.

AVCTORE
AVGVSTINO BARBOSA I.V.D. LVSITANO,
Protonotario Apostolico, & S. Congregationis Indicis Consultore.

Hac postrema editione ab ipso auctore recognitus, à mendis, quibus antea scatebat expurgatus; & plus tertiâ parte locupletior factus.

Accesserunt INDICES cùm Librorum, Titulorum, & Capitulorum, necnon Capitulorum, & legum incidenter discussarum: tum denique Rerum omnium, & verborum locupletissimi.

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LVI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO PATRI
VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.
AVGVSTINVS. BARBOSA LVSITANVS.

DOCTORVM Collectanea in Ius vniuersum, quæ in XII. Tomos tanquam in totidem riuulos, dieive horas effundere anno sæculari proximo sub feliciſſimis tuis, BEATISSIME PATER, auſpiciis cœperam, curſum intermittere, aut diuertere, Te annuente, mouente, & approbante, non poterant, quin à te inciperent, atque in te tandem desinerent. Si namque riuuli ad vniuerſum ſuum ſalem vnde ſaporem, ſoporémque inueniant, dilabuntur, diéſque ad ſolem vnde calorem, & colorem duxerant, reuocantur. Ita mearum ego lucubrationum horas ad te luminum & aquarum fontem iure optimo dirigo. Quis enim Christiani te mundi ſalem & ſolem, quis oculum, & Oceanum non ſuſpiciat, agnoſcat, prædicet. Solem, inquam, vnde veritas quicquid in ſacrarum

Sanctionum, legúmque mole perplexum hæret, obſcurum latet, reconditum fugit, ſereno clareſcens vultu, id omne prorſus eliminat, & eluminat. Præterea Solem quòd inter omnes prudentes, & ſapientes viros inuentus es vnus, vnus ille apud Salomonem prudens, & ſapiens, cuius oculi in capite excubias, & vigilias agunt, quibus totum Iuriſprudentiæ corpus illuſtras, moderaris, & dirigis. Cur etiam ſalem, aut Oceanum non appellem, vnde omnia deriuantur, atque eodem reuertuntur iura, & tamen (quæ tanta eſt Tuæ Beatitudinis ſapientiæ fœcunditas) vt mare non redundas. Quæ cùm ita ſint vt caput totum hoc Iuris Canonici corpus iam abſolutum excipere, vt ſol diei huius horas fouere, tandémque vt Oceanum riuulos protegere, ac tueri ne deſinas. Ita Deus Opt. Max. Te vniuerſæ Eccleſiæ coryphæum & parentem diutiſſimè, & feliciſſimè ſeruet. Vale.

APPRO

APPROBATIO OPERIS.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episcop. Bellicastrens. Vicesg.

GO Felix Contelorius perlegi D. Augustini Barbosæ Lusitani I.V.D. &c. opus, quod inscribitur, *Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum*, &c. *super quinque libros Sexti Decretalium*, & nihil in eis reperi quod Fidei, & bonis moribus aduersetur, & ideo opus hoc summo ingenio, & industria elaboratum ad Reipublicæ vtilitatem typis mandari posse censeo. In quorum fidem me propria manu subscripsi. Romæ hæc die 2. Ianuarij 1629.

FELIX CONTELORIVS, I.V. & Sacræ Theologiæ Doctor, Protonotarius Apostolicus.

Imprimatur.

Fr. NICOLAVS RODVLFIVS, Sacri Palatij Apostolici Magister, ac totius Ordinis Prædicatorum Vicarius Generalis.

GO Petrus Albertinus, in Almæ Vrbis gymnasio Pontificij Iuris Primarius Professor, de mandato Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfij, Sacri Apost. Palatij Magistri, perlegi, ac recensui diligenter opus hoc nuncupatum, *Collectanea Doctorum in Clementinas, & Extrauagantes*, Excellentissimi D. Augustini Barbosæ I.V.D. Lusitani, &c. nihilque in eo reperi, quod vel bonis moribus, vel Religioni aduersetur, quinimò ob egregiam in eo contentam doctrinam ad vsum etiam forensem quàm maximè accommodatam dignum existimo vt ad publicam vtilitatem quantò citiùs typis mandetur. In quorum fidem hæc propria manu subscripsi Romæ die 3. Ianuarij 1629.

PETRVS ALBERTINVS qui suprà, manu propria

Imprimatur.

Fr. HYACINTHVS LVPVS, Socius Reuerendiss. P.M.S.P. ac totius Ordinis Prædicatorum Vicarij Apostolici.

SERIES

SERIES

Librorum, & Titulorum, qui in his quinque sexti DECRETALIVM libris continentur.

Prior numerus paginam, posterior eiusdem paginæ columnam signat.

PROOEMIVM.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

LIBER TERTIVS.

EORVM

EORVMDEM TITVLORVM

SYLLABVS.

Iuxta seriem Alphabeti.

Rebus

ELENCHVS

ELENCHVS CAPITVLORVM.

Filij,

R

S

T

V

TITVLI CLEMENTINARVM.

CLEMEN

CLEMENTINARUM

CAPITVLA.

TITVLI
Extrauagantium Ioannis XXII.

EARVMDEM
EXTRAVAGANTIVM
CAPITVLA.

TITVLI
Extrauagantium communium.



EARVMDEM

EXTRAVAGANTIVM

CAPITVLA.

RECEN

RECENSIO

Capitulorum, & legum, quæ vel incidenter discussæ, & quandoque extra locum positæ.

Primus numerus paginam, alter eiusdem paginæ columnam signat, tertius est marginalis.

EX DECRETALIBVS.

EX SEXTO.

EX CLEMENTINIS.

Ex Extrauag. Ioannis XXII.

EX

EX DECRETO.

Ex Concil. Trident.

EX DIGESTIS.

EX CODICE.

COLLE

COLLECTANEA DOCTORVM

Tam veterum, quàm recentiorum, qui super singulos Textus, & Glossas Libri VI. Decretalium ex professo, vel incidenter scripserunt.

IN PROOEMIVM LIBRI VI. DECRETALIVM.

SVMMARIVM.

1 *Sextus Liber Decretalium a quibus compilatus, ostenditur.*
2 *Bonifacius VIII. fuit natione Hernicus, patria Anagninus, familia Caietanus.*
3 *Papa quare Episcopum se nominat, remissiuè.*
4 *Seruum seruorum Dei cur Papa se dicat, & quis se ita inceperit nominari, remissiuè.*
5 *Papa appellat Episcopos fratres, alios verò filios.*
6 *Priuilegia scholasticis omnibus concessa competunt etiam Grammaticis.*
7 *Salutandi vsus antiquissimus est.*
8 *Compilatores Sexti vnde originem traxerint, remissiuè.*
9 *Præsumptio bona oritur ex bono nomine.*
10 *Papa cùm ad summum Apostolatus apicem euehitur, quare mutet nomen.*
11 *Electus & confirmatus ante consecrationem dicitur Episcopus, & Abbas electus dicitur Abbas ante benedictionem.*
12 *Ordines sunt nouem. & est contra Theologos, qui dicunt esse septem.*
14 *Papa nullus est maior.*
15 *De medico non est curandum.*
16 *Studiosus licet scholas non frequentet, sed domi repetendo studeat, gaudet priuilegiis scholarium.*
17 *Sacramentalia quibus venialia remittuntur, quæ sint remissiuè.*
18 *Vicecancellarius quis sit.*
19 *Rubricæ allegari possunt ad decisionem causarum, si orationem perfectam contineant.*
20 *Argumentum à rubrica est optimum, & validum.*
21 *Numerus septenarius est perfectus, & plura de eo, remissiuè.*
22 *Infantia durat vsque ad septimum annum.*
23 *Pueritia incipit à septēnio, & durat vsq; ad pubertatē*
24 *Senectus dicitur ab anno 50. perfecto vsque ad 70.*

1
CV m post compilationem factam à Gregorio IX diuersæ Summorū Pontificum constitutiones editæ à tempore dicti Gregorij, vsque ad Bonifacium VIII. extra volumina vagarentur, ideò Bonifacius ipse per Gulielmum Archiepiscopum Ebrunesi, & Berengarium Episcopum Biterensi, magistrum Richardum de senis S. R. E. Vicecancellarium fecit illas redigi in vnum volumen, quas censuit in futurum in iudiciis, & scholis fore vtiles, aliquas adiiciens etiam de suis, reliquas vero, quas superfluas existimauit, omnino resecauit, præcipiens vt in iudiciis & scholis omnes his Decretalibus vterentur.

Bonifacius.] Papa VII. natione Hernicus, patria Anagninus, familia Caietanus, anno 294. Pontifex Maxim. creatus est, Compilatio ista fuit facta anno Domini 1300. Platina *in vita ipsius Bonifacij*, & Fr. Iacob. Philip. Eremitanus *in sua Chronologia.* 2

Episcopus.] Quare papa Episcopum se nominet dixi *in collectan. ad proœm. Decretal. à num. 7 cum sequentibus, & in tractat. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. num. 10.* 3

Seruus seruorum Dei] Quid caussæ cur Pontifex Max. se dicat seruum seruorum Dei, & quis se ita inceperit nominari, dixi pariter ad *d. proœm. Decretalium, n. 13. cum multis seqq. & d. tract. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. à num. 29.* 4

Dilectis filiis.] Multis iam retro seculis inoleuit vsus ille, vt S. D. Papa cùm Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & Cardinalibus scribit, fratres appellet tanquam in officio coadiutores, cùm autem aliis, filios: & quidem optima ratione, vt quemadmodum, inquit Rebuff. *ad formam mandati, verbo, dilectis filiis*, Deus Opt. Max pater est, & creator omnium, ita eius in terris Vicarij filij sumus, cura & honore, quia curam omnium gerit, vt ostendit Bonifac. *ad proœm. Clement. col. 2. not. 4.* atque hæc scribendi forma nisi seruata fuerit, præsumitur rescriptum falsum, *cap. quam graui. de crimine falsi*, Alciat. *in l. inter claras. & de summa Trinit.* Flamin. Parisi. *de resignat. benef. tom. 2. lib. 8. q. 7. n. 104.* 5

Vniuersi scholaribus.] Notatur ad hoc quòd priuilegia scholasticis omnibus concessa competunt etiam Grammaticis, & literarum studiosis, vt per Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil. vlt.* 6

Salutem. Vsus iste salutandi non modo Christianis iam diu receptus est, vt constat *ad Philip. c. vlt. 1. Thessal. c. vlt. 2. cap. vlt* & alibi, verùm etiam Ethnicis ipsis, qui etiam post nomina illam adiiciebant, licèt interdum istu omitterent, præsertim Reges, quasi per 7

maiestatem. Quod Plutarchus notat *in Phocione*, dum scribit Alexandrum victo Dario abstulisse ab epistolis illud *Saluere*, exceptis quas Phocioni scribebat, quem vnum, sicut Antipatrum compellebat post salutem dictam. Verùm Romani Pontifices Christi discipulos etiam in hoc sequuti hoc salutandi more semper vsi sunt vt licet videre in hoc proœmio, & Clementinarum, nam, vt bene scribit Rebuff. *ad formam mandati Apost. verbo salutem.* producit salus; actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis iucunditatis, & necessitatis. Hinc in primitiua Ecclesia prætet salutem, gratiam imprecabantur, id quod Ignatium & successores Antiochenses Episcopos fecisse narrat Baron. *annal. Ecclesia anno Christi* 45. & procedente tempore post salutem, Apostolicam benedictionem subiecerunt.

8 *Gulielmum Archiepisc. Ebrudunen. & Berengarium,* &c.] Vide Barreit. *in sua chorographia in descript. ciuitatis Ebrudunensis, fol.* 180. *verso.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 1.

9 In gloss. *Bonifacius.* ibi, *& verè est consonans nomen rei.* &c. Ex bono nomine oritur bona præsumptio, quia à nomine & cognomine multoties sumitur & permissa est argumentatio, de quo vide Doctores citatos *in collect. ad c.* 1. *n.* 2. *&* 3. *de deposito.*

10 In ead. gloss. ibi, *praterea aquum fuit mutationem fieri*, &c. Causam quare Romani Pontifices ad summum Apostolatus apicem euecti propriis suis nominibus, quo appellabantur, exinde non vocentur, sed aliud assumant, recensui *ad d. proœm. Decretal.* vbi *n.* 6. ostendi quis primus è Romanis Pontificibus cœperit nomen mutare.

11 In gloss. *Episcopus.* ibi, *ante consecrationem & coronationem*, &c Ergo electus & confirmatus ante consecrationem dicitur Episcopus, vt latè probaui *de officio, & potestate Episcopi, part.* 1. *allegat.* 36. *n.* 6. *&* 7. sic etiam Abbas electus dicitur Abbas ante benedictionem, vt per citatos à Brunot. à Sole *in locis communib. verbo Abbas, num.* 2. vbi subdit quòd potest vti Baculo pastorali, & Mitra.

12 In ead. gloss. ibi, *dic nouem Ordines in Ecclesia*, scilicet primam Tonsuram, Ostiariatum, Exorcistatum, Lectoratum, Acolytatum, Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum, & Episcopatum, vt per Nau. *in man. cap.* 22. *num.* 17. *& consil.* 12. *de tempor. ordinat.* Velasq. de Auendan. *l.* 29. *Tauri, gloss.* 3. *num.* 9. *&* 10. Mendez à Castro *in l. cum oportet, num.* 166. *C. de bonis, qua lib.* Cou. *in cap. quia nos, num.* 4. *de testam. & lib.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 10. Flamin. *de resignat. lib.* 4. *q.* 2. *num.* 56. *& lib.* 5. *quæst. fin. num.* 179. Matta *in votis nouiss. decis. voto* 14. *num.* 2. *cum seqq.* Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 524. Cardin. Tusch. *litt. O, concl.* 189. Campan. *in diuersorio iuris canon. rubr.* 2. *num.* 7. metipsum *de officio, & potest. Episcopi, part.* 2. *allegat.* 2. *num.* 17.

13 In ead. gloss. ibi, *& est contra Theologos, qui dicunt solum esse septem Ordines.* Ex quorum numero sunt Magistr. *in* 4. *dist.* 24. *litt. B*, Martin. de Ledesma 2. 4. *q.* 39. *artic.* 2. Viuald. *in candelab. aureo iii de sacramento Ordinis n.* 9. Ioseph. Angles *in floribus Theolog. tit. de sacrament. Ordinis in definit. conclus.* 2. Fr. Ludouic. Lop. *in instruct. conscient. tom.* 2. *part.* 1. *cap. fin.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *cap.* 9. *à n.* 11. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 2. Barthol. Ledesma *in summ. de sacramento Ordinis difficult.* 5. Petr. de Ledesma *in sum. part.* 1. *de sacram. Ordinis. cap.* 1. Vega *en espeio de Curas, c.* 14. *n.* 4. Nuño *part.* 3. *in addit. q.* 37. *&* 40. *art.* 2. Valent. *tom.* 4. *disput.* 19. *q.* 1. *puncto* 2. Sayr. *de sacram. in genere lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 3. *artic.* 5. *vers. de consecratione.* Azot. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *quæst.* 3. Vasq. *in* 3. *part. S. Thomæ tom.* 3. *disput.* 236. *&* 204. Ægid. de Coninck *de sacrament. & censur. tom.* 2. *disput.* 20. *num.* 5. Balduin. iun. *super opera controuers.* Bellarmin. *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *vers. denique*, Paul. Comitol. *respons. moral. part.* 1. *q.* 48. *n.* 11 Bonacin. *de sacram. disp.* 8. *quæst. vnica, puncto* 1. *n.* 6. Molfes. *in summ. Theologiæ moralis tract.* 2. *c.* 1. *n.* 31. *& c.* 3. *à num.* 14. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *n.* 13.

In ead. gloss. ibi, *quia nullum ipso est inuenire maiorem.* Vide Cassan. *in catalogo gloria mundi, part.* 4. *consi.* 14 25. Anastas. Germon. *de indultis Cardin. verbo Episcopi*, & quæ ad ornatum dixi *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *alleg.* 1. *n.* 1. *cum seqq.*

In gloss. *Filius.* ibi, *nec est curandum de modico.* Vide Doctores quos citaui *in collect. ad d. proœm. Decretal.* 15 *n.* 50. *& seq.*

In gloss. *Commorantibus.* ibi, *multi morantur qui parum student.* Vnde studiosum, licet non intret scholas, sed domi repetendo studeat, gaudere priuilegiis scholarium, docent Rebuff. *de priuileg. schol. priuileg.* 165. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. solut. matrim. part.* 7. *num.* 61. Scholares verò, qui vagantur non studendo, nec scholas ad audiendas lectiones ingrediendo, his priuilegiis minimè gaudere asserunt Duen. *reg.* 213. *vers. limita secundò*, D. Barbosa *d. n.* 61. 16

In gloss. *Benedictionem.* Vide Azor. *institut. moral. p.* 17 *lib.* 4. *c.* 11. *quæst.* 5. vbi nouem enumerat Sacramentalia, quibus venialia remittuntur.

In gloss. *Vice cancellarium.* De Vicecancellario, & 18 quare Cardinalis ille, qui est Cancellariæ Apost. præfectus, dicatur Viceccancellarius, & non Cancellarius vide Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 36.

In gloss. *Titulis.* ibi, *nota rubricas esse authenticas,* 19 Collige rubricas siue titulos statutorum æquè ad causas decidendas allegari posse, sicut ipsa statuta, aut constitutiones si orationem perfectam contineant, vt per Mench. Grass. *tom.* 1. *comm. opin. l.* 1. *tit.* 17. *n.* 245. *pag.* 232. *col.* 2. Cott. *in memorab. verbo Rubrica pag.* 740. 20

Argumentum enim à rubrica optimum est, & validum, sicut docent Euerard. *in topicis legalib. loco* 45. Petr. Andr. Gammar. *in dialect. legali, l.* 2. *loco* 7. Mandos. reg. *ad reg.* 13. *Cancell. q.* 1. *n.* 2. *& reg.* 20. *q.* 4. *n.* 8. Menoch. *consi.* 3. *n.* 15. *& consi.* 485. *n.* 2. 11. *&* 12. Monet. *in tract. de opt. canon. c.* 2. *n.* 4. Aldouin. *consi.* 101. *num.* 6. Cabed. *l. nisi decis.* 1. *num.* 15. *part.* 1. Cened. *canonic. lib.* 1. *quæst.* 21. *n.* 16. Ferret. *ad constit. Cathalon. gloss.* 1. *num.* 118. intellige quando rubrica est per se clara, & ex omni parte perfecta, ac non indiget aliqua suppletione, Alderan. Mascard. *de generali statuto interpretandi concl.* 2. *n.* 202. *cum seqq.* Anton. Monach. *Florent. decis.* 46. *n.* 78.

In gloss. *Senarium.* ibi, *alibi dicitur septenarius numerus esse prefectus.* Vide quæ diximus *in collect. ad* 21 *c.* 1. *n.* 17. *de celebrat. Missarum.* Multa circa vim numerorum tradunt Raban. Maurus *de inst. cleric. lib.* 3. *cap.* 22. *versic. vnde ratio*, Baptista Paulian. *in tract. de Iubilao super c. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. lib.* 1. *cap.* 3. latè Petr. Bungus *de mystica numerorum significat.* vbi de omnibus fere numeris ex abditis disciplinarum fontibus haustas vires ac significationes patefecit. De vi autem quaternarij numeri latissime egit Dion. Paul *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. c.* 11. *cum seqq.*

In gloss. *Perfectus.* ibi, *infantia, qua durat vsque ad* 22 *septimum annum*; ita Duen. *reg.* 259. *ampl.* 2. Menoch. *de arbitr. l.* 2. *casu* 57. *n.* 2. *& n.* 7. *cum seqq. & de præs. l.* 4. *præs.* 47. *n.* 3 Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 58. *n.* 6. *& p.* 3. *q.* 92. *n.* 3.

In ead. gloss. ibi, *pueritia vsque ad* 12. *vel* 14. *annum.* 23 Notatur ad hoc quòd pueritia incipit à septennio, & durat

durat vsque ad pubertatem, videlicet in masculo vsque ad annos 14 & in fœmina vsque ad annos 12. vt per Menoch. *de arbitr.* 57. *a.* 2. *& de præsumpt. lib.* 4 *praes.* 157. *num.* 38. Farin. *d. part.* 3. *q.* 92. *n.* 6. vbi *n.* 17. dicit quòd pubertas in masculo incipit ab anno 14. in fœmina ab anno 12. & *n.* 20. resoluit quòd pubertas plena dicitur vsque ad annum 18. inchoatum, & 17. completum.

24 In ead. gloss. ibi, *Senectus vsque ad* 70. Senectutē dici ab anno 50. perfecto vsque ad annum 70. colligit Farin. *d. p.* 3. *q.* 92. *n.* 22.

In librum I. Sexti Decretalium.

De Summa Trinitate, & Fide Cathol.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Spiritus sanctus æternaliter à Patre, & Filio tanquā ab vno principio, & vnica inspiratione procedit.*

2 *Inclusio vnius non est alterius exclusio, quando per exclusionem asserens peccatum committeret.*

3 *Filius à patre est inseparabilis.*

4 *Superfluitas & repetitio toleratur cùm fit, vt quod dictum est, clariùs enarretur.*

Cap. Fideli. Vnic. *Greg. X.*

1 PIRITVS sanctus æternaliter à patre, & filio tāquā ab, vno principio & vnica inspiratione procedit, & præsumentes contrarium dicere damnat Gregor. X. in Concilio Lugdunensi. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Fran. Viuiā *in rationali iuris Pontific. l.* 1. *p.* 11. Alagona. *in cōpendio iuris Canonici, p.* 4. remissiuè Ximé. *in concordās. p.* 1. *&* 2. Theologi *l.* 1. *d.* 11. *&* 12. S. Th. *p.* 1. *q.* 36. *art.* 2. *&* 4.

2 In gloss. *Et Filio.* ibi, *quòd expressio Patris non concludit, Filium.* Notatur ad hoc quòd inclusio vnius non est alterius exclusio, quando per exclusionem asserens peccatum committeret, vt Menoch. *cons.* 82. *num.* 42. *cum. seqq.*

3 In ead. gloss. ibi. *cùm ipsorum opera inseparabilia sunt.* Notatur ad hoc quòd Filius à Patre est inseparabilis, vt per Chald. Pereira *de empt. & vend. c.* 1. *a.* 3.

4 In ead. gloss. ibi. *sed obiicitur ad hanc constit. quòd sit superflua,* &c. Notatur ad hoc quòd superfluitas, & repetitio toleratur, cùm fit vt quod ante dictum est, clariùs, apertiùs, & dilucidiùs enarretur, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 21. *gloss. n.* 5. Strach. *de mercatura, p.* 1. *num.* 45. De superfluitate vide quæ diximus *ad proœmium Decretalium, n.* 28. *cum seqq.*

De Constitutionibus.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Papa reuocat primam constitutionem per secundam; licèt de prima non faciat mentionem, nisi sit specialium locorum, vel singularium personarum.*

2 *Papa dicitur habere peritiam potius iuris in suis scriniis reconditam.*

3 *Iurisdictionum omnium fons est apud Principem, à quo fluunt, & refluunt.*

4 *Lex prima derogatur per secundam, licèt de illa mentionem non faciat.*

5 *Consuetudo generalis tollit legem præcedentem, secus si fuerit specialis*

6 *Consuetudines locorum speciales non censentur sublata per legem generalem à Principe statutam.*

7 *Consuetudo est quid facti, & probari debet.*

8 *Ignorantia præsumpta est in priuilegiis extraordinariis, & non clausis in corpore iuris.*

9 *Ignorantes non ligantur excommunicatione lata per statutum alicuius prouinciæ speciale.*

10 *Princeps non præsumitur voluisse tollere statutum ciuitatis.*

11 *Consuetudo immemorialis nunquam intelligitur derogata, nisi expressè fiat mentio.*

12 *Consuetudine præterita damnata, censetur quoque futura damnata.*

13 *Princeps, vel eius successor potest reuocare donationem, & concessionem puram, & simplicem etiam sine causa.*

14 *Iussio secunda debet expectari, vbi non constat de certa scientia.*

15 *Rescriptum contra ius commune non valet nisi faciat mentionem de iure.*

16 *Rescriptum contra legem, etiam non habentem clausulam derogatoriam, non valet.*

17 *Statuta iuri communi consona ius cōmune censentur.*

18 *Statutorum verba secundùm iuris dispositionem intelligi debent.*

19 *Statuta si aliquid disponant contra ius commune, intelligi omnino debent vt minus quam fieri possit illud lædant.*

20 *Ordinationes Regiæ Lusitanorum illius Regni incolis ius commune sunt.*

21 *Leges Castellæ ius commune constituunt apud Castellanos.*

22 *Partium ex conuentione vbi aliquid fieri iubetur secundum ius, intelligitur secundum leges Regni, non secundum leges Imperiales.*

23 *Statutum speciale quando derogetur per aliud simile posterius, ostenditur.*

Cap. Licèt. I. *Bonifac. VIII.*

APA licèt censeatur habere omnia iura 1
in scrinio pectoris sui, primam Constit. reuocat per secundam, licèt de prima non faciat mentionem. Cùm tamen specialium locorum, & singularium personarum statuta, & consuetudines ignoret, illa nō reuocat si sint rationabilia, nisi expresse in ipsa caueatur. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Butr. Monach. Franc. Lud. Gom. & inter repetentes *n.* 5. Mar. Ant. Maresc. de Caluis, Viu. *in ration. lib.* 1 *p.* 25. Alagon. *in cōpend. p.* 4. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Qui iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere] Collige ex text. quòd Romanus Pontif. dicitur habere peritiam totius iuris in suis scriniis reconditā, vt per Tiraquel. *de nobilit. c.* 20. *n.* 41. *& cap.* 31. *a.* 537. Valasc. *concil.* 51. *n.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœm. n.* 85. quamuis principaliter ob mirabilem illam sibi à Deo concessam auctoritatem idipsum intelligatur, sunt tamen viri graues, ac Catholici, qui eam etiam extendunt. intelliguntque propter viros doctos Papæ consilio assistentes, 2

vt speculatus fuit Abb. *in cap. cùm ex litteris, num. 4. versic. quinto nota, de rest. in integ.* Bellencin. *de charit. subsid. in q. 66.* Ludou. Gom. *in repet. huius textus, n.* 100. Lancel. Conrad. *in templo omn. iud. lib. 1. c. 1. §. 3. n. 12. & 13.* Tom. Act. *de ludo scacchor. q. 6. n. 6. & 7*

3 Vnde per hunc tex. Apud Principem esse fontem omnium iurisdictionum, à quo fluunt & refluunt, asserunt Gramunat. *decis. 46. n. 1. & voto 28. num. 12.* Capyc. *decis. 9. num. 15.* Vincent. de Franch. *dec. 517. n. 2.* à Ponte. *decis. 2. num. 6.* Camil. de Curte. *part. 1. diuers. iuris feud. verbo potest. n. 4.* Mastril. *de Magistratib. lib. 5. cap. 6. n. 140.*

4 *Constitutiones condendo*, &c.] Notatur ad hoc quòd lex prima derogatur per secundam, licèt de illa mentionem non faciat, vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 30. princ. n. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 9. §. 1. n. 52.*

3 *Quia tamen locorum specialium*, &c.] Ergo consuetudo generalis, hoc est, vbique introducta, tollit legem præcedentem, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 18. q. 3.* secus si est specialis alicubi, & non vbique locorum recepta, idem Azor. *d. lib. 5. c. 16. quæst. 4.*

6 Notatur etiam ad hoc quòd per legem generalem à Principe statutam non censentur sublatæ consuetudines locorum speciales, quæ ante ipsam legem vim consensu populi habebant, vt per Cou. *lib. 3. var. c. 13. n. 4. ad finem.*

7 *Cùm sint facti, & in facto consistant.*] Notatur ad hoc quod consuetudo est quid facti, & probari debet, vt per Roderic. Xuar. *in proœm. fori. n. 10.* Mascard. *de probation. conclus. 508. n. 2.* Menoch. *cons. 8. n. 16. & de præs. lib. 2. præs. 8. n. 7.* Surd. *c. 371. n. 1.* Valasc. *cons. 162. num. 9.*

8 *Potest probabiliter ignorare.*] Notatur ad hoc quòd in priuilegiis extraordinariis, & nõ clausis in corpore iuris, præsumpta est ignorantia, vt per D. Barb. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. num. 7.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd ignorantes non ligantur excommunicatione lata per statutum alicuius prouinciæ speciale, vt per Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 16. num. 6. col. 6.*

10 Notatur etiam ad hoc quòd Princeps non præsumitur voluisse tollere statutum ciuitatis, vt per Menoch. *de præs. lib. 6. 39. num. 1.*

11 *Nisi expressè caueatur in ipsa.*] Notatur ad hoc quòd consuetudo immemorialis nunquam intelligitur derogata nisi expressè de ea fiat mentio, vt per Flores de Mena *var. lib. 2. q. 10. n. 44.* Girond. *de priuilegiorum explicat. num. 1118.*

12 Notatur etiam ad hoc quòd damnata consuetudine præterita censetur quoque futura damnata, vt per Tiraq. *in præfat. retract. num. 18.* de quo vide, quæ latè scripsi *in meo nouissimo tractat. de clausulis vsufrequ. claus. 87. n. 11. cum seqq.* secundum Lugdun. impress.

13 Notatur etiam ad hoc quòd Princeps, vel eius successor potest renocare donationem, & concessionem puram & simplicem etiam sine causa, vt per Menoch. *consil. 112. num. 1.* & faciunt quæ Glorit. *resp. 6. num. 3.*

14 In gloss. *Noscantur* ibi, *vnde expectari solet secunda iussio.* Notatur ad hoc quòd vbi non constat de certa scientia, debet expectari secunda iussio, vt per Roder. Xuar. *alleg. 12. num. 48. & 50.*

15 In ead. gloss. ibi, *si rescriptum concedit aliquid cõtra ius*, &c. Notatur ad hoc quòd rescriptum si sit contra ius commune, non valet nisi faciat mentionem de iure vt per Xuar. *alleg. 28. num. 17.*

16 Notatur etiam ad hoc quòd rescriptum contra legem etiam non habentem clausulam derogatoriam non valet, vt per Bernard. *resp. 648.*

17 In gloss. *Facti.* ibi, *immò sit iuris, & consistat in iure*, Notatur ad hoc quòd statuta iure communi consona, censentur esse ius commune, vt per Tiraq. *de retract. lignag. §. 9. gloss. 2. num. 54.*

Statutorum enim verba secũdùm iuris dispositionem intelligi debent, Hieron. Portoles. *in tract. de cõsortib. c. 5. n. 5.* Tiraq. *in tr. le mort. part. 2. declarat. 2. n. 2.* D. Barb. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. n. 61.* Valasc. *cõs. 42. n. 7.* Et si fortè aliquid cõtra ipsum ius disponant, intelligi omnino debẽt, vt minus quàm fieri possit illud lædãt, Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 3. in fin. n. 2. pag. 237.* Tiraq. *de retract. lign. §. 9. glos. 2. n. 55.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 278. & de arbitr. casu 321. num. 13. & cons. 4. nu. 8. & cons. 5. n. 3. & cons. 88. n. 30.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 90. num. 4. cum seqq.* 18 19

Vnde ordinationes Regias Lusitaniæ illius Regni incolis ius commune esse asserunt Gam. *decis. 50. n. 3. & dec. 350. n. 6.* Valasc. *cons. 103. n. 8.* Chald. Pereira *de empt. cap. 1. num. 5.* Cabed. *p. 1. decis. 211.* 20

Sic etiam leges Castellæ apud Castellanos ius cõmune constituere docent Perez *in proœmio Ordinam. q. 3.* Azeued. *ad tit. 1. li. 2. noua recopil. pag. 122.* Morl. *in emporio iuris, part. 2. tit. 1. quæst. 16. num. 13. versic. apud.* 21

Illud denique aduertere oportet, quòd quando ex partium conuentione aliquid fieri iubetur secũdum ius, intelligitur secundum leges Regni, non secundũ leges imperiales, vt resoluunt Marta. *in votis nouiss. decis. voto 154. nu. 4.* & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 99.* Nisi dicatur secundùm ius commune, tunc enim intelligeretur ius commune Romanorum, non verò cõmune municipale, ex Caualc. *de tutore. n. 98. in fin.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 238. in fin.* Stephan. Gratian. *d. cap. 99. num. 14.* 22

In ead. gloss. ibi *nunquid & sublatum erit*, &c. Notatur ad hoc quòd si statuto speciali esset cautum idem, quod iure communi sancitum erat, & deinde conditum est nouum speciale statutum illi antiquo repugnans, hoc casu illud antiquum censetur mutatum & correctum, vt per Menoch. *de præs. lib. 6. præs. 38. num. 37.* 23

In gl. *Rationabilia* ibi. *verùm consuetudo sit rationabilis, tunc relinquendum est iudici.* Vide quæ dixi *in collect. ad cap. vlt. n. 21. de consuetud.* adde Ceuall. *communem contra commun. q. 359. n. med.* 24

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Episcopi, vel alterius, non ligat ignorãtes probabiliter, nisi ignorantia fuerit crassa & suppina, nec ligat subditos extra suam diœcesim.*
2 *Constitutio regulariter non ligat ignorantes.*
3 *Ignorantia excusat ab excommunicatione per constitutionem Ordinariorum lata.*
4 *Excommunicatio generalis pro futuris culpis validè ferri, & pronunciari potest.*
5 *Statutum vbi simpliciter excommunicationem infligit pro futuris culpis, minimè eo ligatur subditus statuentis delinquens extra ipsius territorium.*
6 *Censuras per statutum non potest ferre superior contra existentes in alieno territorio.*
7 *Ignorantia crassa & supina in quo distinguatur ab ignorantia vincibili ostenditur.*
8 *Ignorantia vincibilis & culpabilis facti, vel iuris, quæ crassa est, & non excusat à culpa mort. non excusat ab incurrendis censuris.*
9 *Pœna cùm ipso iure infligitur, ea non imponitur delinquenti extra territorium.*
10 *Iurisdictio adhæret territorio.*
11 *Consuetudo non ligat subditos extra territorium.*

12 *Senten*

12 *Sententiarum nomine non solùm excommunicatio, sed omnes aliæ pœnæ, saltem spirituales, comprehenduntur.*
13 *Ignorantia supina est ignorare quod omnes sciunt.*
14 *Ignorantia alia facti, alia iuris.*
15 *Episcopus potest facere statuta.*
16 *Statuta, seu ordinationes facta in Synodo Prouinciali, seu diœcesana sunt perpetua, & non expirant morte conditoris.*

Cap. Vt animarum. II.

1 CONstitutio Episcopi, vel alterius non ligat ignorantes probabiliter nisi ignorantia fuerit crassa,
& supina; nec ligat subditos extra suam diœcesim.
Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan.
Andr. Dominic. Monach. Butr. Franc. Ludou. Gomez,
Marc. Anton. Marescottus de Caluis *tom. 5. repet. iuris Canonici.* Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 26.* Alagona *in compend. pag. 4* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

De materia huius cap. agit latissimè Merol. *tom. 1. disput. in vniuersam Theolog. moral. disput. 1. c. 2. n. 44. cum multis seqq.*

Ligari nolumus.] Ergo condit ius nouum, vt per Driedon *lib. 2. de libert. Christiana c. 9. vers. prima sententia,* Cordub. *in quæst. lib. 2. q. 17. vers. his præsuppositis,* Salas *1. 2. tract. 13. disp. 8. sect. 10. n. 75. ad fin.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 1. c. 15. q. 3. in fine,* Vasq. *tom. 4. in 3. p. tract. de excom. dub. 16. n. 4.* Merol. *d. c. 2. n. 174.*

2 *Ignorantes.*] Notatur ad hoc quòd constitutio regulariter non ligat ignorantes, vt per Duen. *reg. 129.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 5. c. 3. q. 9.* Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1580.* Farinac. *fragment. criminal. part. 1. litt. C. n. 685. cum seqq. & part. 4. cons. 65. in addit. litt. C.*

3 Vnde ab excommunicatione per Constitutionem Ordinariorum lata excusabit ignorantia, vt per Nau. *in man. c. 23. num. 47. & c. 27. num. 16.* Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 10. nu. 6.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 9. §. 8.* Sanch. *de matrimon. lib. 9. disput. 32. n. 8.* vbi secus dicit si excommunicatio sit lata iure communi, latè Bonac. *de censuris disp. 1. q. 2. puncto 1. num. 6.* vbi ait ignorantiam probabilem tam iuris communis, quàm particularis excusare ab incurrendis censuris, & *à n. 8.* resoluit ignorantiam probabilem facti, aut qualitatis facti excusare à censuris incurrendis.

4 *Qui furtum commiserint, &c.*] Notatur ad hoc quòd generalis excommunicatio validè pro futuris culpis ferri, & pronuntiari potest, vt per Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 10. num. 1.* vbi intelligit de sententia excommunicationis à Canone, vel statuto prolata, non autem ab homine: vide tamen dicta *ad cap. Romana §. §. caueant. inf. de sent. excom.* & tradita per Cened. *ad sextum collect. 8.*

5 *Extra ipsius diœcesim, &c.*] Notatur ad hoc quòd vbi simpliciter statutum excommunicationem inflixerit pro futuris culpis, minimè ea ligabitur subditus statuentis delinquens extra ipsius territorium, vt per Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 10. n. 3.* Clar. *§. fin. quæst. 85. num. 4.* Ioseph. Ludouic. *Perus. decis. 80. n. 15.* Spin. *in speculo testam. gloss. 21. rubr. nu. 51.* Cened. *d. collect. 8. num. 2.* Soar. *tom. 5. disput. 5. sect. 4. num. 4.* Bonacin. *de censur. disput. 1. q. 1. puncto 11. num. 6.* vbi addit quòd licèt Episcopus intendat per statutum ligare sibi subditos existentes extra proprium territo-
6 tium, re vera non ligat. Vnde Superiorem non posse ferre censuras per statutum contra existentes in alieno territorio, ita vt delinquens extra proprium Episcopatum, vel territorium incurrat censuram latam per modum statuti, resoluit idem Bonacin. *d. num. 6. in princ.* contra Vasq. *in tract. de excommun. dub. 12. num. 21.* & Ioann. Salas *de legib. disp. 14. sect. 7. num. 89. ad finem.*

Dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, & 7
supina. Loquitur de ignorantia culpabili mortaliter, vt multis probat Merol. *d. tom. 1. disp. 1. c. 2. num. 174. & 219.* Licèt ignorantia crassa, & supina appelletur à Soar. *de censur. disp. 4. sect. 8. n. 5.* ignorantia vincibilis, tamen vna ab altera distinguitur, omnis enim ignorantia crassa, & supina est vincibilis, sed non omnis ignorantia vincibilis est crassa, & supina. Ignorantia vincibilis, quatenus distinguitur à crassa, & supina, contingit quando quis non adhibuit mediocrem diligentiam moralem, & humano modo ad sciendum id, quod scire tenetur; ignorantia verò crassa, & supina dicitur illa, quæ procedit ex lata culpa ignorantis, seu ex summa negligentia, vt accidit quando quis nullam, vel modicam adhibuit diligentiam ad cognoscendum id, quod scire tenetur, postquam de illo habuit aliquam cognitionem, vel dubitationem. Henriq. *in summ. lib. 13. c. 23. §. 2.* Auila *de censur. p. 2. c. 5. disp. 5. dub. 8.* Sanch. *d. disp. 31. n. 32.* Bonac. *d. disp. 1. q. 2. puncto 1. n. 4.*

Vnde ignorantiam vincibilem, & culpabilem facti 8
vel iuris, quæ crassa est, & non excusat à culpa mortali, non excusare ab incurrendis censuris, resoluunt per text. *in præsenti,* Molin. *de iustit. tom. 4. disput. 53. num. 4.* Sanhc. *d. disput. 32. n. 31.* Auila *citato loco,* Salas *de legib. disp. 15. sect. 9. num. 111.* Bonac. *d. puncto 1. n. 10.* vbi etiam ait, non improbabiliter defendi posse cum Nauarr. & Sanch. censuram non incurri, quando ignorantia est vincibilis moraliter, sed non est crassa, & supina; additque ignorantiam affectatam non excusare ab incurrendis censuris.

Cùm extra territorium, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
cum pœna ipso iure infligitur, ea non imponitur delinquenti extra territorium, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur num. 440. C. de reuocandis donat.* D. Ascan. Tambur. *in suo nouissimo tract. de iure Abbatum tom. 1. disp. 16. quæst. 1. n. 7.*

Iurisdictio enim adhæret territorio, sicut nebula in 10
tota palude, vt per Gregor. *l. 1. gloss. fin. tit. 4. part. 3.* Cabed. *Lusitan. decis. 10. n. 9. part. 2.* Paris. *consil. 16. n. 21. volum. 4.* Curt. iun. *consil. 41. n. 9. & cons. 138. num. 24. & cons. 184. num. 8.* Octau. Glorit. *resp. 3. num. 9. & resp. 20. num. 50.*

Notatur etiam ad hoc quòd consuetudo non ligat 11
subditos extra territorium, vt per Menchaq. *controu. frequent. cap. 3. num. 19.*

In gloss. *Sententiis.* ibi, *sed idem in aliis sententiis.* 12
Notatur ad hoc quòd decisio huius text. intelligitur non solùm in excommunicatione, sed etiam in quibuscunque sententiis, vt per Franc. *in præsenti num. 8.* Merol. *tom. 1. disputat. in vniuersam Theolog. moral. disp. 1. cap. 2. n. 84.* Nomine sententiarum non solùm excommunicationem, sed omnes alias pœnas saltem spirituales comprehendi, ex hac gloss. colligit Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 32. num. 17. & 31.*

In gloss. *Supina.* ibi, *qua est ignorare quod omnes sciũt.* 13
Vide Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 32.* Cardus. *in praxi iudicium, verbo ignorantia, n. 8.* latè Farin. *fragm. crimin. p. 2. litt. I. à num. 161.*

In ead. gloss. ibi, *ignorantia erga alia facti, alia iuris.* 14
Vide Cordub. *in suo quæst. lib. 2. q. 1.* Soar. *to. 5. disp. 4. sect. 10. n. 10.* Sayr. *in claui Regia, lib. 2. c. 2. à n. 15. & cap. 9. à num. 3.*

In gloss. *Statuto.* ibi, *nota Episcop posse facere sta-* 15
tuta Vide Duen. *reg. 245.* Azor *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 47. quæst. vltim.* nouissimè Massob. *de Synodo Episcopi, cap. 4. dub. 1. num. 5. versic. 18. & dub. 41. n. 1.* &

& dub. 24. *num.* 1. ampliat etiam extra Sydonum, & *dub.* 43. *num.* 2. extendit extra territorium, ac die feriato, metipsum *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 93. *num.* 23. *cum seqq.* Et huiusmodi statuta, siue constitutiones Episcoporum debent potius obseruari quàm ius commune, si Summi Pontific. auctoritate, vel præscripta consuetudine roborentur, vt per Gutier, *can. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 33. D. Barbos. *in l. diuortio, part.* 2. *in princip. num.* 54. *ff. soluto matrim.* Valasc. *de partitionib. cap.* 35. *num.* 9. *cum seqq.* Nicol. Garc. *de benef. part.* 1. *c.* 1. *num.* 99. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuention. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 1.

16 In ead. gloss. ibi, *& sunt alia statuta perpetua.* Notatur ad hoc quòd statutum, seu ordinationes factæ in Synodo Prouinciali, seu diœcesana, sunt perpetuæ & non expirant morte conditoris, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo edicta vers. ad tertium*, quem refero ego ipse *d. alleg.* 93. *num.* 24.

17 In gloss. *Diœcesim.* ibi, *& in quolibet ipsius loco non exempte potest pro tribunali sedere.* Multipliciter declarabis iuxta per me dicta *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 80.

De Rescriptis.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum strictè, & in specie sumptũ dicitur illud, quod emanat ad obseruantiam iuris communis.*

2 *Rescriptum in hoc tit. accipitur largè, & sic continet omnem Principis concessionem quocunque modo fiat.*

3 *Priuilegium dicitur illud, quod emanat contra ius commune in fauorem aliquarum personarum, & dicitur priuilegium quasi priuata lex.*

4 *Priuilegium dici non potest illud quod nihil specialiter concedit.*

5 *Priuilegium tribus modis potest considerari contra ius commune, vel in substantia, vel secundùm modum, vel quoad aliquos particulares effectus.*

6 *Priuilegium, & beneficium longè inter se differunt.*

1 CIRCA materiam glossæ huius rubricæ aliqua sunt notanda; in quantum enim asserit rescriptum strictè, & in specie sumptum dici illud, quod emanat ad obseruantiam iuris communis, recipitur ab Azor. *instit. mor. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 22. *q.* 5. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 35. *n.* 19. & in rescriptis iustitiæ agnoscit Soar. *de legib. lib.* 8. *c.* 2. *n.* 8. Non obstat, quia nihil ferè operarentur rescripta si ad iuris communis obseruantiam emanarent, iuxta *reg. l.* 1. *C. de thesaur. lib.* 10. nam respondetur illa vltra ius commune concedere iurisdictionem extraordinario iudici, quæ non ex eo sic dicitur extraordinaria quòd detur contra ius, sed quia non datur secundùm id, quod solitum, & regulare est.

2 In isto autem titulo (vt verbis glossæ huius rubr. vtar) rescriptum accipitur largè, & sic continet omnem Principis concessionem quocunque modo fiat, vt notant omnes *in præsenti*, & post Staphilæum, obseruat Marches. *de commission. p.* 1. *c.* 6. *n.* 17.

3 Priuilegium verò dicitur illud quod emanat contra ius commune in fauorem aliquarum personarum, & dicitur priuilegium quasi priuata lex: ita gloss. *huius rubr.* Abb. *in cap. olim, num.* 7. *de verb. signif.* Medic. *de definit. q.* 17. Rævard. *tom.* 1. *ad leges duodecim tabularum, cap.* 2. Petr. Gregor. *de iuris arte, cap.* 7. *num.* 14. Henriq. Canis. *in summ. iuris Can. lib.* 1. *tit.* 2. *§. duplex genus placitorum*, Gonzal. *d. gloss.* 35. *num.* 5. *cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 7. *art.* 1. Anton. de Sousa *in collect. de censuris Bullæ Cœnæ, c.* 23. *disp.* 99. *num.* 2. Azo *d. cap.* 22. *à princ.* Cardin. Tusch. *tomo* 6. *litt. P. concl.* 727. D. Ascan. Tamburin. *in suo nouissimo tract. de iure Abbatum cæterorúmque Prælatorum tam secularium, quàm Regularium Episcopis inferiorum, tom.* 1. *disp.* 16. *q.* 1. *num.* 2.

Vnde colligitur priuilegium dici non posse illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud tantùm, quod iure communi concessum est, id enim euincit particula illa definitionis, *contra ius*, iuxta illud principium vulgare. Cui non conuenit definitio, non conuenit definitum, *l.* 1. *§. dolum, ff. de dolo*, Euerard. *in topicis legal. loco* 44. & secundùm aliud, quòd dictat, frustrà precibus impetrari, quod à iure communi conceditur. *l.* 1. *ff. ad municip. l.* 1. *C. de thesaur. lib.* 10. cum vulgaribus, facit text. opt. *in cap. vlt.* 25. *q.* 1. ibi, *neque priuilegia concederentur nisi, &c.* Non obstant *c.* 1. *hoc tit. in antiq. cap. licèt* 32. *de præbend. cap. sue, de clericis non resid. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. cap. etsi Christus, in fine, de iureiur.* in quibus videntur per modum priuilegij, 4

& indulgentiæ concedi ea, quæ iure communi licita 5
& concessa esse noscuntur, quia pro responsione aduertere oportet tribus modis posse priuilegium considerari contra ius commune, vel in substantia, vel secundùm modum, vel quoad aliquos particulares effectus: in substantia quando concedit vt quis licitè faciat, quod iure communi sibi prohibitum est, videlicet vt intestabilis faciat testamentum, vel ne quis excommunicatos euitet, nec decimas soluat, & similia. Secundum modum, quando etsi iure communi licitus sit actus, qui geritur, modus tamen non ita, veluti vt milites testari valeant non seruatis iuris solemnitatibus, iuxta totum *tit. ff. C. & Instit. de militari testam.* vel etiam vt sine illis ad pias causas faciat testamentum, iuxta *cap. cùm esses, & cap. relatum, de testam.* vel inter liberos, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* Conceditur etiam quoad aliquos particulares effectus, veluti ad sedandos scrupulos, quia impetrantes putant sibi non licere, quod iure communi licitum est, notat Nauar. *consil.* 3. *num.* 3. *de statu monach.* sequuntur Azor. *d. c.* 23. *q.* 3. Salas *de legibus disput.* 17. *sect.* 1. *num.* 4. iuxta quam distinctionem facilè intelligi possunt supradicta iura in contrarium adducta.

Denique gloss. huius rubr. insinuat priuilegium & 6
beneficium (si vtrumque strictè accipiatur) longè inter se differre, nam priuilegium, vt *suprà* diximus, est lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum, beneficium verò est gratia, quæ præter ius fit, ita Bart. & Ias. *in l.* 3. *ff. de constit. Princip.* Selu. *de benefic. part.* 1. *quæst.* 1. *n.* 4. Rebuff. *in praxi. tit. quid sit beneficium*, Azor. *d. lib.* 5. *c.* 22. *quæst.* 5. Si verò beneficium in specie iuris latè sumatur, comprehendit concessionem præter ius, & priuilegium, & rescriptum, vt aduertit Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum delegatorium impetratum ab excommunicato, & processus inde sequutus sunt ipso iure nulla, nisi in causa excommunicationis, vel appellationis, & num.* 2.

3 *Rescriptum impetrare nomine proprio, impeditur excommunicatus, siue occultus, siue publicus sit.*

4 *Rescri*

4 *Rescriptum impetratum ab excommunicato in causa indiuidua simul cum non excõmunicato est nullũ.*

5 *Procuratores mediante persona rescriptum impetratum ab excommunicato est nullum.*

6 *Rescriptum non solum ad lites, sed quodcunque aliud impetratum ab excommunicato est nullum.*

7 *Rescripta Prælatorum inferiorum ab excommunicato impetrata sunt nulla.*

8 *Rescripti appellatione non minus venit rescriptum Principis secularis, quàm Pontificis.*

9 *Rescriptum siue sit in possessorio, siue in petitorio, impetratum ab excommunicato est nullum.*

10 *Rescriptum impetratum ab excommunicato etiam pro alio est nullum.*

11 *Rescriptum ab excommunicato impetratum est nullum, etiam si pars contra quam impetratur, consentiat impetrationi.*

12 *Rescriptum per quod excommunicato conceditur indultum, vel indulgentia Motu proprio Principis est nullum ipso iure.*

13 *Rescriptum per excommunicatum impetratum non est validum etiam ad inducendam litis pendentiam.*

14 *Sententia vigore rescripti impetrati ab excommunicato contra illum lata est nulla*

15 *Excommunicatus non potest præsentare rescriptum ante excommunicationem impetratum.*

16 *Absolutio ab excommunicatione superueniens non reualidat rescriptũ impetratũ ab excõmunicato.*

17 *Cap. 1. de except. lib. 6. procedit in excommunicato post impetrationem.*

18 *Excommunicatus non potest concordare de iudice, nec conuenire quòd causa pro ipso, vel contra ipsam committatur alicui.*

19 *Rescripta quæ hodierno tempore emanant à Sede Apost. possunt ab excommunicato impetrari.*

20 *Inferior à Papa non potest derogare dispositioni huius text.*

21 *Excommunicatus in illis casibus, in quibus potest esse in iudicio in eisdẽ potest impetrare rescriptũ.*

22 *Excommunicatio, quæ procedit ex dolo & industria excommunicantis, non impedit rescriptum impetrari.*

23 *Excommunicatus potest impetrare rescriptum per quod impetratur vt causa committatur in Rota respectu processus vsque ad sententiam.*

24 *Excommunicatus potest impetrare rescriptum super consequentiis causæ principalis.*

25 *Excommunicatus pendente articulo appellationis potest impetrare rescriptum, licèt interim non possit illo uti tanquam actor.*

26 *Excommunicatus excommunicatione minori potest rescriptum impetrare.*

27 *Excommunicatus sub conditione pendente illa potest validè impetrare rescriptum.*

28 *Excommunicatus potest impetrare rescriptum super gratiis concessis ab Ordinario.*

29 *Licentia assumendi Ordines à quocunque obtenta ante excommunicationem non inualidatur per excommunicationis superuenientiam.*

30 *Consensus tacitus partis non firmat actum nullum ipso iure.*

31 *Rescripti vigore ab excommunicato impetrati non potest idem excommunicatus reconuenire, intellige vt num. 32. & 33.*

34 *Iurisdictio ordinaria fauorabilis est, extraordinaria verò odiosa.*

35 *Rescriptum si impetretur per promotorem inquisitionis publicæ, vel priuatæ, & talis promotor sit excommunicatus, non poterit iudex vigore talis rescripti formare processum etiam ex officio, quamuis excommunicatus præbuerit in impetratione nudum ministerium.*

Cap. Ipso iure: I. *Greg. IX.*

RESCRIPTUM delegatorium impetratum ab excommunicato, & processus inde sequutus, sunt ipso 1
iure nulla, nisi in causa excommunicationis, vel appellationis. Colligunt ex Ordin. Archid. Ioan. Andr. Butr. Lap. Abbas, Anch. Gemin. Crot. Franch. Dominic. Monach. Ludou. Gomez, Viuian. *in rationali li. 1. pag.* 58. Alagona *in compendio pag.* 23. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eadem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Felin. in cap. dilectus filius, sub n. 11. de procurat. Viu. *decis.* 96. *num.* 1. Fr. Emman. *in explicat. Cruciata in additi. §. 1. num.* 10. *fol. mihi* 2. *verso.* Aloys. Ricc. *in collectan. dec. p.* 4. *collect.* 1184. Valdes. *ad Xuar. alleg.* 13. *n.* 12. *part.* 2. latissimè D. Anton. Ricciul. Episcopus Bellicastren. & Illustrissimi, ac Reuerendissimi Vrbis Vicarij Vicesgerens, *in suo tractat. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 38. *cum duobus seqq.*

Primò amplia, vt procedat siue excommunicatus sit 3
publicus, siue occultus, nam vtroque casu impeditur impetrare nomine proprio, vt per Gemin. *hic, sub num.* 5. Abb. *in cap. fin. n.* 11. *de probat.* Felin. *in cap. Rodulphus col. vlt. d. rescript. & in cap. fin. sub. n.* 9. *vers. si pro seipso, de except.* Roman. *cons.* 506. *sub. n.* 12. *vers. prout etiam, & sing.* 718. *incip. Iura faciunt*, Cassad. *decis.* 1. *de præbend.* Franc. Marc. *dec.* 969. *p.* 1. Ricciul. *d. cap.* 48. *num.* 8.

Secundò amplia in excommunicato impetrante re- 4
scriptum in causa indiuidua simul cum non excommunicato, tunc enim ex parte vtriusque rescriptum erit nullum, in causa verò diuidua si impetratio simul cum excommunicato est facta ignoranter, vitiabitur pro parte excommunicati, si verò scienter, erit nulla ex parte vtriusque, vt per Anchar. *hic n.* 1. Crot. *n.* 21. & Gom. *à n.* 45. *vsque ad* 49. Roman. *sing.* 506. & 726. D. Ricciul. *d. cap.* 38. *n.* 15.

Tertiò amplia, vt excommunicatus non solùm sit 5
inhabilis ad impetrandum rescriptum per se ipsum, sed neque mediante persona procuratoris, *cap. fin. de procuratorib.* Anch. *hic col. fin. vers. septimò iuxta prædicta*, D. Ricciul. *d. c.* 38. *n.* 2. vbi *n.* 3. per. *d. cap. fin.* hoc. extendit siue mandatum ad impetrandum sit datum ab excommunicato nomine proprio, siue ratione officij publici, quod gerit in vniuersitate.

Quartò amplia non solùm in rescripto ad lites, sed 6
generaliter in quocunque alio, vt per Franch. *hic numer.* 3. & Ricciul. *d. cap.* 38. *num.* 3. *vers. extenditur tertio*; siue contineat donationem, Franch. *citato loco*, siue dispensationem, Roman. *cons.* 505. *n.* 13. siue sit ad beneficia, *cap. postulastis, de clerico excommun. minist.* vbi latè dixi.

Quintò amplia in rescriptis Prælatorum inferio- 7
rum, vt per Franch. *in præsenti n.* 6. *vers. in ea gloss. & num.* 18. Mar. Alter. *de censur. lib.* 2. *disput.* 7. *cap.* 1. *in* 1. *q.* Ricciul. *d. lib.* 4. *c.* 39. *per totam.* Contra Nauar. *consil.* 28. *aliàs* 44. *in* 1. *quæst. de sentent. excommunicat.* quem sequitur Soar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 17. *sect.* 1. *sub. num.* 17. attestantes consuetudinem huic parti fauere.

Sextò amplia in rescriptis Principum secularium, 8
quia dispositio huius text. loquitur simpliciter de rescripto, cuius appellatione non minus venit rescriptum Principis secularis, quam Pontificis, *l.* 1. *& toto tit. C. de diuersis rescript. l. quoties. C. de precib. Imper. offer.*

offer. ita Nauar. *cons.* 28. *aliàs* 44. *sub n.* 2. *&* 6. *de sent. excommun.* D. Ricciul. *d. lib.* 4. *c.* 30. *per totam*, quicquid dubitet Soar. *d. sect.* 1. *n.* 3.

9 Septimò amplia siue rescriptum sit in petitorio, siue in possessorio, vt per Innoc. *in cap. pastoralis, circa fin. de appellat.* Capell. Tholos. *dec.* 172. D Ricciul. *d. lib.* 38. *num.* 16. *vers. extenditur* 16.

10 Octauò amplia siue rescriptum fuerit impetratum per excommunicatum pro se, siue pro alio non excommunicato, Butr. *n.* 32. & Gemin. *sub n.* 17. *in præsenti*, Felin. *in c. fin. n.* 3. *de except.* Rot. *decis.* 20. *de procurator. in antiq.* Ricciul. *d. cap.* 38. *num.* 7.

11 Nonò amplia rescriptum ab excommunicato impetratum esse nullum, etiamsi pars, contra quam impetratur, consentiat impetrationi, quia habilitare impetrantem incapacem dependet à potestate Papæ, non à potestate partium, vt per Gemin. *hic num.* 12. *vers. hoc dictum est*, Butr. *in cap. cæterum num.* 23. *hoc tit. in antiq.* Socin. *in c. sacris à num.* 192. *de sentent. excommunic.* Ricciul. *d. cap.* 38. *n.* 6.

12 Decimò amplia etiam in rescripto per quod excommunicato conceditur indultum, vel indulgentia motu proprio Principis, nam hoc casu est nullum ipso iure, vt per Butr *hic num.* 17. & Crot. *n.* 31. *vers. hæc limitatio non placet*, D. Ricciul. *d. cap.* 38. *n.* 13. Contra Socin. *in d. cap. sacris num.* 197. *cum seq.*

13 Vndecimò amplia vt huiusmodi rescriptum ab excommunicato impetratum neque sit validum ad inducendam litis pendentiam, Card. *in Clem. fin. quæst.* 4. *vt lite pend.* Gom. *hic sub n.* 33. *vers. nota regulam*, Ricciul. *d. cap.* 38. *num.* 36.

14 Duodecimò amplia, vt procedat etiamsi vigore rescripti impetrati feratur sententia contra excommunicatum, nam nihilominus erit nulla, vt per Gemin. *hic num.* 13. & Franch. *num.* 5. Socin. *d. c. sacris num.* 218. *&* 219. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *disput.* 7. *cap.* 1. *sub lit. E. vers. sed postulabat.* D. Ricciul. *d. c.* 38. *num.* 18.

15 Decimotertiò amplia vt non solùm excommunicatus non possit impetrare rescriptum, sed neque præsentare impetratum ante excommunicationem, vt per Put. *decis.* 128. *incip. In vna Florentina li.* 3. Mar. Alter. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *q.* 9. D. Ricciul. *d. c.* 38. *num.* 20. quia dispositio huius text. inualidat non solùm rescriptum, sed etiam processum, cuius pars est rescripti præsentatio, *cap. quoniam contra, de probat.*

16 Decimoquartò amplia adeò rescriptum impetratũ ab excommunicato esse nullum, vt superueniens absolutio illud non validet, vt per Anchar. *hic num* 6. *vers. quæro*, Abb. *in cap. bonæ sub n.* 6. *vers. præterea. de ætate, & qualitat. &* in *c. prudentiam §. sexta n.* 10. *de officio deleg.* Rebuff. *in c. postulastis n.* 50. *de cleric. excommun. min.* D. Ricciul. *d. c.* 38. *n.* 17. Contra gloss. *in d. §. sexta*, & Chald. Pereira *de potest. eligendi, c.* 10. *num.* 40. Nam text. *in c.* 1. *de except*, *hoc lib.*
17 procedit in excommunicato post impetrationem, tunc enim ab eo actu valent quando non opponitur exceptio, vt aduertit Socin. *in d. c. sacris num.* 168 *& seq.*

18 Decimoquintò amplia vt neque excommunicatus possit concordare de iudice, nempe conuenire quòd causa pro ipso, vel contra ipsum committatur alicui, neque dare listam confidentium, dummodo tamen sit oppositum de tempore conuentionis, vt per Socin. *in d. cap. sacris num.* 226. D. Ricciul. *d. cap.* 38. *num.* 9.

19 Limita primò supradictam huius text. conclusioné ne procedat in rescriptis quæ hodierno tempore emanant à Sede Apost. nam cùm in illis ex Curiæ stylo soleat apponi absolutio à censuris, illa quidem operatur validitatem rescripti, non obstante excommunicatione, vt per Couar. *in cap. alma part.* 1. *§.* 7. *num.* 3. *ad fin* Boer. *decis.* 290. Rebuff. *in praxi part.* 3. *tit. de forma nouæ prouis. n.* 1. *& seq.* D. Ricciul. *d. c.* 38. *num.* 22. quod quidem procedit tantùm in rescriptis impetratis à Papa, non autem in aliis concessis ab in- 20
feriore ab illo, nam iste inferior non potest derogare dispositioni huius text. per quam excommunicatus prohibetur impetrare rescriptum, vt per Franch. *hic n.* 19. & Gemin. *sub n.* 14. *vers. tamen videtur*, Socin. *in d. c. sacris num.* 195. *vers. secus si fieret.*

Limita secundò ne procedat in casibus; in quibus 21
excommunicatus potest esse in iudicio, nam in illis potest etiam impetrare rescriptum, ex reg. *l. oratio, ff. de sponsalibus*, vt per Gemin. *num.* 11. *vers. credo quod opinio*, Butr. *num.* 5. *&* 6. & Franch. *num.* 3. *vers. ex his*, D. Ricciul. *d. c.* 38. *num.* 24. *cum seqq.* vbi *num.* 32. idem dicit de actibus respicientibus legitimam defensionem.

Limita tertiò quando excommunicatio procedit 22
ex dolo & industria excommunicantis, vt per Gemin. *hic numer.* 4. *&* 5. Felin. *in cap. fin. numer.* 5. *de except.* Socin. *in d. cap. sacris. num.* 231 Ricciul. *d. cap.* 38. *num* 40.

Limita quartò ne procedat in rescripto per quod 23
impetratur, vt causa committatur in Rota respectu processus vsque ad sententiam, dummodo distributio fiat simpliciter per Vicecancellarium, & non apponantur in commissione aliqua verba per quæ videatur velle facere illum delegatum etiam quoad cognitionem, ita Gemin. *sub num.* 18. Crot. *num.* 39 Rot. *decis.* 13. *num.* 2. *de officio delegat. in nouis*, Socin. *in d. cap. sacris num.* 200. *&* 206. D. Ricciul. *d. c.* 38. *n.* 42. *cum seqq.*

Limita quintò ne procedat in impetratione facta 24
super consequutiuis causæ principalis vt per Gemin. *hic num.* 8. Socin. *in d. cap. sacris, n.* 192. *in fin.* Contrà Anchar. *etiam in præsenti n.* 3. Butr. *n.* 21. Franch. *n.* 15. & Crot. *num.* 42. *& seqq.*

Limita sextò in excommunicato post appellatio- 25
nem legitimam, nam is pendente articulo appellationis potest impetrare rescriptum, licèt interim non possit illo vti tanquam actor, vt per Gemin. *hic n.* 15. vbi addit dicti rescripti validitatem pendere à futuro euentu. Socin. *in d. c. sacris n.* 228. D. Ricciul. *d. c.* 38. *num.* 51.

Limita septimò in excommunicato excommunica- 26
tione minori, quia text. *in præsenti* loquitur de excommunicatione simpliciter, quo casu intelligitur de maiori, iuxta text. *in cap. pen.* & *ibi* notata, *de sentent. excomm.* Ita Gemin. *hic sub n.* 11. *vers. item procedit*, & Gom. *n.* 4. D Ricciul. *d. cap.* 38. *num.* 56.

Limita octauò in excommunicato sub conditione, 27
nam pendente conditione posse valide impetrare rescriptum, ac proinde in eo non habere locum dispositionem huius cap. tenet. Anchar. *cons.* 158. *incip. Ex narratis in facto, num.* 20. Viuian. *dec.* 65. *sub num.* 1. *vers. quod quidem*, Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 7. *cap.* 1. *pag.* 134. *vers. quintò non extenditur*, D. Ricciul. *d. cap.* 38. *n.* 53.

Limita nonò in gratiis concessis ab Ordinario, vt 28
per Nauar. Henriq. & Soar. quos refert, & sequitur Nic. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 1. *n.* 21.

Si ab excommunicato. Ante impetrationem, non 29
verò post, vt per Anchar. *hic num.* 16. *vers. & per prædicta*, & Franch. *num.* 21 & Crot. *num.* 63. *vers. ex quorum dictis*, Nauar. *cons.* 28. *alias* 44. *num* 1. *de senten. excommunic.* vbi propterea tenet quòd licentia assumendi Ordines à quocunque obtenta ante excommunicationem, non inualidatur per excommunicationis

super

fuperuenientiam, quamuis durante excommunica-
tione impediatur vsus,sequitur Mar. Alter. *d. disp.* 7.
cap.1.post q.49. vers.quod si rescriptum.
30 In gloss.*Ipso iure.*Notatur ad hoc quòd tacitus con-
sensus partis non firmat actum nulliù ipso iure,vt per
Tiraq.*in l.si vnquam,verbo reuertatur n.*347.*C.de re-
uoc.donat.*
31 In gloss.*Rescriptum.*Notatur ad hoc,quòd vigore
rescripti ab excommunicato impetrati non potest
idem excommunicatus reconueniri, referunt & se-
quuntur *in præsenti* Anchar. *num.* 6 *vers.concludo er-*
32 *go*,Butr.*num.* 24.& Croe.*num.*62.Intellige dummo-
do exceptio excommunicationis tendat contra rescri-
ptum,nempè quia illud fit impetratum tempore,quo
impetrans erat excommunicatus,secus si tendat con-
tra personam ,videlicet quia sit impetratum ante ex-
communicationem,quia tunc excommunicatus licèt
nequeat conuenire ex eo quia non potest agere, po-
test tamen conueniri,vt per Anch.*dicto loco*, Hemin.
33 *n.*19.&Crot.*n.*63.Deinde intellige casu quo reus op-
posuit exceptionem excommunicationis contra acto-
rem,à quo fuit impetratum rescriptum,& ille succu-
buit, nam hoc casu poterit actoré conuenire corā
iudice impetrato,cùm exceptio sit iam reprobata,vt
declarant Anch.*hic sub nu.*6. *vers.quòd si succumbat*,
Franch. *num.* 66.Mar. Alter. *d. disp.* 7. *capite* 1.
in 4. *quæst.*
34 In gloss.*Processus*, in fine ibi,*item iurisdictio Or-
dinaria fauorabilis est, extraordinaria odiosa.* Vide
Sanchez *de matrim.lib.*3.*disp.*35.*num.*9.
35 In gloss.*Alio.*Collige ex gloss.quòd si rescriptum
impetretur per promotorem inquisitionis publicæ,
vel priuatæ , nempe per eum,qui litteras impetrauit
super inquisitione facienda,& talis promotor sit ex-
communicatus,non poterit iudex vigore talis rescri-
pti formare processum etiam ex officio, quamuis ex-
communicatus præbuerit in impetratione nudum
ministerium, sequuntur *hic* Anch.*n* 7. Butr.*n.* 30.
& Crot.*num.*77. & quos refert Ricciul.*de cap.* 38.
*num.*10.vbi dupliciter declarat.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, quidā alij,*in rescripto delegatorio posita, non intelligitur vltra tres vel quatuor, quos impetrans in actis,vel in primo citatorio debet omnes nominare,aliàs citatio est nulla,& num.*2.
3 *Intellige expresse specificando illorū quatuor nomina.*
4 *In Romana Curia locum non habet hic text.*
5 *Personas speciali nota dignas non comprehendit clausʃ.*quidam alij. *num.*9.
6 *Priuilegiatos, specialiter non comprehendit clausʃ.* quidam alij.
7 *Pauper, qui propter paupertatem se defendere non potest,non comprehenditur sub clausʃ.* quidam alij.
8 *Vniuersitatem, Collegium , seu Capitulum , non comprehendit clausʃ.*quidam alij.
10 *Infinitas est vitanda , nisi verba contrahentium apta fuerint ad significandam infinitatem.*
11 *Fœmininū sub masculino intelligitur in rescriptis.*
12 *Masculinum in quacumque dispositione positum regulariter concipit fœmininum.*
13 *Verbum vbi potest duo tempora significare , velut præteritum,& futurum solum de eo tempore intelligitur, quod magis naturæ rei conuenit.*
14 *Doctores restringunt de quaternario numero agentes.*
15 *Exceptio iurisdictionis non reiicitur per processum ad vlteriora, sed requiritur pronunciatio expressa super exceptione iurisdictionis.*

CAP. Cùm multis. II.

Innoc. IV. in Conc. Lugd.

CLausula, *quidam alij*,in rescripto delegatorio 1
posita,non intelligitur vltra tres, vel quatuor,
quos impetrans in actis,vel in primo citatorio debet
omnes nominare,aliàs citatio est nulla. Colligunt ex
Ordin.Archid.Lap.Abbas,Gemin.Ioan,Andr.Anch.
Dominic.Monach.Butr.Ludou. Gomez , Viuian.*in
rationali lib.*1.*pag.*59.Alagona *in compendio pag.* 23.
remissiuè Ximen.*in concord. part.* 1.& 2.
Hoc idem ex hoc text. desumunt Vital. de Camban. 2
*in tract.clausul.pag.*55.*n.*3.Escob.*de ratiocin.c.* 18.
*n.*4. Stephan. Grattan. *discept.forens. tom.* 3. *c.*600.
*num.*30.Chald.Pereira *de potest eligendi. c.*3.*n.*18.
Valasc.*cons.*71.*n.*26.& *de partitionibus,cap.* 9.*n.* 50.
& 51.Marchesan. *de commissionib.tom.*1. *pag.* 205.
cum seqq.secundum vltim. impress. Ego ipse *in meo
nouissimo tract. de clausulis vsufreq. claus.* 94. *num.*
6. iuxta Lugd. impress.
Vt autem fraudibus occurratur,debet rescripti im- 3
petrator illorū quatuor nomina expressè specificare,
secundùm Rot.*decis.*18.*n.*2. *de dolo, & contum in
nouis.*Vest.*in praxi lib.*4. *cap.*2.*n.* 2. Abb.*in cap. pa-
storalis.§.quoniam autem,n.*4.*de rescript.* vbi Felin.
ait iudicem ante citandorum per partem declaratio-
nem,eorum nominationem in aere, & incertā habe-
re.Hinc Rot.*decis.*2.*de rescript.in antiq.* dubitauit an
vigore huius claus.Romæ alij vltra quatuor conueniri
possint,resoluit tamen prædicta locum non habere in
Romana Curia,quia Commissiones , & sic iurisdi- 4
ctio,quæ illis mediantibus exercetur in Rota , non est
arctatoria ratione Ordinariæ , & Superioris iurisdi-
ctionis,quam Papa præsens super causis deuolutis &
aliàs in Curia tractandis habet,quæ non veniunt re-
stringendæ ad aliarum causarū instar, quæ extra Cu-
riam corā iudicibus delegatis aguntur,quia ad iuris-
dictionis Ordinariæ diminutionem tendunt,subdens
eadem Rota *vbi proximè*,quoòd verba illa , *quatuor
citandi*,quoad actorem in principio citationis intel-
ligi possunt,quia ratio infinitatis,& vexationis euitandæ venit,sed non quoad alios non citandos ad
eius instantiā,qui dando de eorum proprio interesse
ad causam venire vellent;nam,vt in prædicta decisio-
ne , ibi ad multos extenderetur, quæ omnia refert
Marchesan.*d.tom.*1.*pag.*208.*num.*121.
Illud aduertere oportet, huiusmodi clausulam non 5
comprehédere personas speciali nota dignas,de qui-
bus specialis mentio facienda erit, & in specialiter 6
priuilegiato firmant Roman.*cons.*400.*n.*4. Franch.
*hic n.*3.Marches.*de tom.*1.*pag.*205.*n.* 105.Ego ipse
*d.claus.*94.*n.*8.Et in paupere, qui propter pauper- 7
tatem se defendere non potest , notat Bald. *in c.sedes
n.*5.*de rescript.*Felin.*in cap.significantibus* 38.*num.*6.
in 4.*priuilegio paupertatis,de officio delegat.* Ego ipse
*d.claus.*94.*n.*9.Et in vniuersitate.Capitulo, aut Col- 8
legio resoluunt Gonz.*hic n.* 68. Mandos. *super com-
miss.clausar.benef. vers. omnesque alios*, Marches. *d.
tom.*1.*pag.*207.*n.*118.& *seq.*vbi subdit sub hac clau-
sula expressa sub nomine clerici laicum non com-
prehendi.Et in principe illustri,qualificata aut ma- 9
iori alia persona exemplificant Imol.*in d. c.sedes n.*
12.vbi Felin.*n.*1.Mandos. *vbi proximè vers. secundò
quero.*Marches.*d.tom.*1.*pag.*207.*n.*120.Ego ipse *d.
claus.*94.*num.* 11.& 12.
Infinitas reprobetur. Vide Chald.Pereira *in l.si cu-* 10
ratorem,verbo sua facultate,n. 72.*C.de in integr. rest.
minor.*quam quidem esse vitandam docent Vital. de
Cambanis *tract. clausular. num.*3.*pag.* 56. Escob.*de
ratiocin.*

*ratiocin.cap.*18.*num.*4. Girond. *de priuileg. seu exempt. explicat. n.*1392. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.*3. *cap.*60.*num.*30. Chald. Pereira *de potestate olig. cap.*3. *num.*18. Valasc. *cons.*51.*nu.*49. *& de partionib. cap.*9. *num.* 50. 51. Limita tamen cùm verba contrahentium apta sunt significare infinitatem, quia tunc infinitas aduertitur, vt per Tiraquel. *de retractu, tit.*2.§.1. *gloss.*1.*num.* 19.

11 *Quæ frequenter*, &c. Notatur ad hoc, quòd in rescriptis fœmininum sub masculino intelligitur, vt per Tiraq. *de retractu lig.*§.1.*gl.*9. *n.*206. Et regulariter
12 masculinum in quacumque dispositione positū concipit fœmininum, Tiraq. *d. gloss.*9. *n.* 200. Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 18. *& lib.*11.*tit.*14.*num.*2. Cost. *in cap. si pater*, *part.* 1. *verbo si absque liberis, num.*14. Gam. *Lusit. decis.*337. *num.*5. Pereg. *de fideicom. art.* 25. *num.* 2. latè Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*3.*q.* 16. *à princ.*

13 In gloss. *Vel quatuor.* ibi, *quia potuit restringi ad plus, vel minus.* Notatur ad hoc, quòd vbi verbum sui natura potest duo tempora significare, veluti præteritum & futurum, solùm de eo tempore intelligitur, quod magis naturæ rei conuenit, vt per Menoch. *cons.*97. *num.* 62.

14 De quaternario numero, vide Cæl. Rhodig. *lib.*12. *lect. antiq. cap.*9. Cassan. *in catal. gloria mundi p.* 12. *consid.* 37. *in princ. vers.* *de laude verò quaternary*, Thom. Act. *in tract. de ludo scaccheorum, q.*6 *à n.*103. Ludou. Gom. *hic n.*74. *cum seq. & n.*95. latè Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchar. sedium erect. c.*11. *num.*5. *et in seqq.*

15 In gloss. *Quorum.* ibi, *postea mutat vnam ex personis.* Notatur ab hoc, quòd exceptio iurisdictionis non reiicitur per processum ad vlteriora, sed requiritur pronunciatio expressa super ipsa exceptione iurisdictionis. vt per Hippol. *in l. si quis ne quæstio*, *n.* 82. *ff. de quæst.*

SVMMARIVM.

1. *Actor si contra reum super pluribus quæstionibus personalibus literas impetrat ad diuersos iudices, non valent littera, nec processus earum, & reus condemnabitur in expensis.*
2 *Reus si contra actorem impetrat litteras de reconuentione in eodem iudicio, vel de conuentione ad eosdem iudices eandem pœnam incurrit, nisi eos suspectos recuset.*
3 *Verbum*, careat, *importat latam sententiam.*
4 *Reconuentio potest fieri etiam post litē contestatam, & in quacunque parte iudicij, sed tunc non ambulat pari passu.*
5 *Infirmatio actus est pœna.*
6 *Pœna computatio fit a fine diœcesis.*
7 *Verbum*, valere, *positum negatiuè non intelligitur ipso iure.*
8 *Exceptio defectus iurisdictionis quando fuit apposita non censetur declinatoria reiecta cùm requiratur expressa pronunciatio.*

CAP. Dispendia. III.

1 ACTOR si contra reū super pluribus quæstionibus personalibus litteras impetrat ad diuersos iudices, non valent litteræ, nec processus earum, &
2 reus condemnabitur in expensis. Similiter reus si contra actorem impetrat litteras de reconuentione in eodem iudicio, vel de conuentione ad eosdem iudices, eandem pœnam incurrit, nisi eos suspectos recu-

fet. Colligunt ex Ordin. Lap App. Archid. Gemin Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Butr. Ludouic. Gomez, Viuian. *in rationali lib.*1.*pag.*59. Alagona. *in compendio pag.* 24. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1.*&* 2.

Omni commodo careat. Id est, ipso iure, nam illud 3
verbum, *careat*, importare latam sententiā, resoluunt Corse. *in sing. verbo careo*, Tiraq. *in l. si vnquam*, *verbo reuertatur, num.* 161. *C. de reuocand. donat.* Vezin. *tom.*2. *commun. opinion. lib.*9. *tit.* 34. *num.*354 Anton. Gama *de Sacrament. præstandis vltimo supplicio damnatis quæst.*5. *num.* 17. Sayr. *in clau. Regia lib.* 3. *cap.*8. *num.* 16. Card. Tusch. *verb. priuatio concl.* 719. *n.* 19. Farin. *fragm. crimin part.* 2. *verbo lex n.* 129.

Reus quoque, &c.] Notatur ad hoc, quod reconuen- 4
tio potest fieri post litem contestatam & in quacunque parte iudicij, tunc verò non dicitur vera reconuentio, quia non ambulat pari passu, nec per eam retardatur causa conuentionis, vt per Marant. *de ordine iudic. part.*4. *dist.*6. *n.*5. Morl. *in emporio iuris part.* 1 *ti.*2. *q.*13. *num.*13.

Simili pœna, &c.] Ergo infirmatio actus est pœna, 5
vt per Mench. *controuers. illustr. cap.* 28. *n.* 31. *&* 5 Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 4. *n.* 8.

In gloss. *Personales.* ibi, *computantur à finibus diœ-* 6
cesis, vbi habet Domicilium, &c. Notatur ad hoc, quòd non tantùm in personali, verùm etiam in reali actione computatio pœnæ fit à fine diœcesis in qua reus habitat, domiciliúmque habet, licèt res alibi existat, vt per Abb. *n.*4. & Felin. *num.*13. *in cap. dilectus* 29. *hoc tit. in Decretal.* Rebuff. *in concord. tit. de friuolis appellat.* §. *si quis verò*, *vers. secundò* latè Hieron. Fernand. de Ottero *Romanarum lucubrat. disp.*33. *à n.*7. vbi *n.*10. *&* 11. contrariis respondet.

In gloss. *Processus.* ibi, *nunquid valebit sententia*, 7
vel processus, &c. Notatur ad hoc, quod verbū *valere* positum negatiuè non intelligitur ipso iure, vt per Tiraq. *in l. si vnquam*, *verbo reuertatur n.*236. *C. de reuocand. donat.*

Notatur etiam ad hoc, quòd quando fuit opposita 8
exceptio defectus iurisdictionis, sitque declinatoria, non censetur reiecta, cùm requiratur expressa pronunciatio, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.*64. *num.*2.

SVMMARIVM.

1 *Receptus per litteras Apost. facultatis in Canonicum supranumerarium, si receptio aliàs pertinebat ad Canonicos, dicitur auctoritate Canonicorum receptus, nisi in litteris expressè auctoritate Papæ, secus si receptio non spectabat ad eos.*
2 *Priuilegium secundum quando deroget primo ostenditur.*
3 *Priuilegium pecunia obtentum vim obtinet contractus onerosi, ac proinde per principem absque iusta causa reuocari non potest, intellige vt num seqq.*
4 *Merita debent æquipollere concessioni.*
5 *Actus iudicatur secūdū illud de quo magis participat.*
6 *Iuspatronatus quando dicatur ex causa onerosa, ostenditur.*
8 *Actus tribuitur ordinanti, & non exequenti.*

CAP. Cum aliquibus. IV.

Bonif. VIII.

RECEPTUS per litteras Apostol. facultatis in Canonicum supranumerarium, si receptio aliàs pertinebat

pertinebat ad Canonicos, tunc dicitur auctoritate Canonicorum receptus, nisi in litteris expressè dicatur auctoritate Papæ: si vero receptio non spectabat ad eos, sed virtute litterarum recipitur, tunc est receptus auctoritate Apost. Colligunt ex Ordinariis Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan Andr. Anch. Domin. Monach. Butr. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 60.* Alagona *in compend pag. 24.*

2 *Non obstantibus eiusdem Ecclesiæ priuilegiis.* plura de hac clausula dixi *in tractat. de clausulis claus. 83.* & *ibi* dictis addendum duxi quod quotiescunque priuilegium secundum habet clausulam derogatoriam cum illis verbis, *etiamsi talia forent de quibus mentionem fieri oporteret de verbo ad verbum*, tunc per hoc censetur primum reuocatum, ita Gabr. *l. 6. commun. tit. de claus. claus. 5. n. 12.* Feder. de Senis *cons. 43 n. 3.* optimè Crauet. *cons. 126. n. 2.* Ceuall. *communium. contra communes q. 611.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. c. 8. n. 539.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos part. 3 q. 9. n. 6.* Gonzal. *ad regul. 6. Cancel. gloss. 29. n. 23.* Menoch *de præsumpt. l. 6. præs. 40. n. 22.* Card. Tusch. *litt. P. concl. 751.*

3 Priuilegium pecunia obtentum vim obtinere contractus onerosi, Roland. *cons. 13. n. 11. vol. 3.* Peregr. *de iure fisci lib. 1 tit. 3. num. 8.* Surd. *cons. 419. num. 53. volum. 3.* ac proinde per Principem absque iusta causa reuocari non potest, Monoch. *cons. 461. n. 12.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 33. n. 3.* Ego ipse *in collect. ad cap. 1. num. 9 de probat.* & me citato nouissimè Ascan. Tamburin. *in tract. de iure Abbatum tom. 1. disput. 16. q. 12. n. 10* Intellige vbi per illud priuilegium onerosotitulo comparatum sit aliquid de iure gentium, nempe dominium alicuius rei & ita ius perfectum, & irreuocabile acquisitum, secus vero si Princeps iurisdictionem suam concesserit, quia tunc potest sine causa illud reuocare, Felin. *in cap. nouit. de iudic. n. 8. vers. limita primo*, vbi exemplificat in priuilegio exemptionis & immunitatis Nauar *in cap. cum contingat, de rescript. except. 10. num. 10.* Natt. *cons. 657. n. 6.* Pereg. *d. tit. 3. num. 31.* Sanch. *d. disp. 33 num. 6.* Ioan Vincent. de Anna *alleg. 50. num. 4.* Rodolphin. *de absoluta Principis potest. cap. 6. num. 167.* Intellige deinde supradictam conclusionem quatenus habet concessionem priuilegij factam pretio mediante transire in contractum, & onerosum parere titulum, quando illud æquipollet rei concessæ, & sic habet, secundum Bald. *in l. qui se patris C. vnde liberi*, cum ea perpetuam commensurationem, nam sicut merita debent æquipollere concessioni. Natt. *cons 188. num. 2. & cons. 511. num. 8. & cons. 600. num 37.* Rimin. *iun. cons. 289. n. 20. vol. 3.*
4 sic pariter debet æquipollere pretium, quod datur pro re concessa, Pereg *d. tit. 3. num. 29.* Roland *cons. 13. num. 12. vol. 3.* Menoch. *cons. 981.* Ozasc. *dec. 189. num. 10.* sentientes quod quando concessio præponderat est gratia, nec per priuilegij nomen amittit, quia
5 actus iudicantur secundùm illud de quo magis participat argum. *l. quæritur. ff. de statu homin. l. fundi partem ff. de contrah. emp.* Vnde euenit ad hoc vt ius patronatus
6 sit ex causa onerosa spectare debere quod expensum fuerit, an scilicet æquiualeat concessioni, quia vbi non æquiualet concessio, ipsa iudicari potius debet gratiosa quàm onerosa, Rot. *decis. 58 num. 8. & dec. 88. n. 4 part. 1. recent. & in vna Cæsaraugustana de Mella 31. Ianuar. 1618.* coram Reuerend. D. meo Coccino Decano, vbi expressè habetur quod quando argumentum non est commensuratiuum ad concessionem iurispatronatus, non desinit esse ex priuilegio, nec priuilegij nomen amittit, refero ego ipse *in tract. de clausulis vsufr. q. claus. 83. n. 12.* & me citato Tamburin. *d. locu n. 13*

Auctoritate Apostolica.] Id est, tanquam delegatus 7
vt exponit D. Barbos. *in l. cum prætor §. 1. n. 33. ff. de iud.*
Sed recipientium censetur auctoritate receptus. Nota- 8
tur ad hoc quod actus tribuitur ordinanti, non exequenti, vt per Surd. *de alimentis tit. 8. priuil. 56. n. 88. & priuil. 65. n. 47. & decis. 292. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Papale, quo conceditur promoto retentio beneficiorum vsque ad beneplacitum Papæ, expirat illo mortuo, secus si ibi dicatur,* vsque ad beneplacitum Sedis Apost *nisi reuocet: nec intelligitur tale rescriptũ de beneficiis priùs nõ canonicè detentis.*
2 *Gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte illorum expirat.*
3 *Officia notariorum, siue scribarum concessa cum claus.* vsque ab beneplacitum Regis, *an censeantur reuocata per mortem ipsius.*
4 *Dictio,* vsque, *regulariter stat inclusiuè.*
5 *Claus.* Ad beneplacitum Sedis Apost. *facit concessionem perpetuam.*
6 *Verba,* eo ipso, *denotant latam sententiam.*
7 *Papa potest beneficiorũ collationibus cõditionalib. vti.*
8 *Priuilegium, siue gratia concessa a Papa, ita quidem vt ad voluntatem Papæ perseueret, morte illius finita censetur.*
9 *Concessio in dubio nunquã videtur facta nomine Sedis Apost. vel dignitatis in abstracto, nisi id exprimatur.*
10 *Dictio.* perpetuo, *refertur aliquando ad vitam illius cui sit concessio.*

CAP. Si gratiosè. V.

Rescriptum Papale, quo conceditur promoto re- 1
tentio beneficiorum vsque ad beneplacitum Papæ, expirat mortuo Papa, secus si ibi dicatur, vsque ad beneplacitum Sedis, Apost. nisi reuocet, quia Sedes nõ moritur. Nec intelligitur tale rescriptum de beneficiis priùs non canonicè detentis. Colligunt ex Ord. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Butr. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 61.* Alagona *in compend. pag. 24.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Gratiam ad beneplacitum Papæ, vel Regis morte illorum expirare, colligunt ex hoc text. Valas. *de iure emph. q. 34. n. 7.* Henric. *in sum. lib. 7. cap. 21. §. 5.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 11. n. 19.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. n. 9. cum seqq. & gl. 12. a princ.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. decis. 51. part. 2.* nouissime Clard. Pereira *de manu Regia c. 6. n. 19.* Rot. *decis. 489. n. 4* apud Farin. *p. 1 recent.* Fœnut *de momento temporis cap. 8.* Fab. de Anna *cons. 14.* Caroc. *casu, seu decis. 18. & de locato, & cond. p. 4. q. 12. de beneplacito fol. 233. cum seqq.* Fontanel. *de pactis nup. claus. 4. gloss. 10. ex n. 145. tom. 1* Ruginel. *pract. c. 37.* Sim. de Prætis *de interpret. vltim. volunt. l. 5. interpret. 3. dubit. 1. n. 212. fol. 578.* Geor. Accacius *de priuil. l. 3. cap. 2. per tot* Regnet. Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 6. num. 44.* Carol. de Tapia *in l. fin. ff. de constit. Princip. p. 2. c. 3. ex fol. 585* Castil. *tom. 7. tertius cap 19. num. 33.* Et huius conclusionis veritatem ex professo suo cum necessario apparatu multis ampliationibus. & limitationibus examinant Menoch. *de arb. lib. 1. q. 62. per totam*, Mascard. *de prob. concl. 188.* Bernard. Græuz. *ad pract. Camer. Imper. l. 2. concl. 60. consid 3. n. 2.* Farin. *fragm. crim. p. 1. verbo bannum. n. 33. cum seq* Sanch *de matr. lib. 8. disp. 27.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 510.* Intelligitur in materia stricta & odiosa, secus verò in fauorabili. vt explicant

plicant Cardelin. *conf. 3. de rescript.* Cranet. *conf.* 452. *num.* 12. Et in beneficialibus respectu Papæ Boet. *decis.* 149. *num.* 11. non verò in temporalibus respectu Principis, quia etiam si officia sint concessa ad beneplacitum concedentis, post obitum Principis non expirant, eo quod censeantur perpetua pro vita accipientis, Greg. *lib. 6. verbo acabaren tit. 4. part. 3. & lib. 2. verbo mantenale tit. 10. part. 4. & l. 20. verbo los officios tit. 23. ead. part.* Padill. *in l. cum quis n.* 541. *C. de iuris & facti ignor.* Burg. de Pace *q.* 21. Menoch. *de Arbitr. l. 1. casu* 68. Anton. Fab. *l. 7. C. tit. de reuocan. donat. diffinit. vlt.* Fab. de Anna. *alleg.* 119. *n.* 1. & 12. Bobadil. *in sua politica l. 1. cap. 4. n.* 10. D. Barbos. *in l. quia tale n.* 85. & 89. *soluto matrim.* Ceuall. *communium contra communes, q.* 425. *n.* 15.

3 Verùm officia notatiorum, siue scribarum deputatorum ad illa, iurisdictionem ordinariam annexam habentia si concedantur cum clausula, *vsque ad beneplacitum Regis*, non censeri reuocata per mortem ipsius, resoluit in hoc limitans decisionem huius text. D. Barbos. *in l quia tale n.* 85. *cum. seqq. ff. solut. matrin.* faciunt quæ notat Boet. *decis.* 149. *n.* 11.

4 *Vsque.* Hæc dictio regulariter stat inclusiuè, non autem exclusiuè, vt tenent plures DD. citati per me *in tract. de dictionib. & claus. dict.* 379. *n.* 1.

5 *Durabit perpetuò.* Notatur ad hoc quod clausula *Ad beneplacitum Sedis Apost.* facit concessionem perpetuam, vt per Martam *de clausulis part. 2. claus. 1. n.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 68. *n.* 4. *in* 1. *edit alias resol* 54. *in* 2. *edit.* Sanch. *de matrim. l.* 8. *disp.* 28. *n.* 51.

6 *Eo ipso expirat.* Verba, *eo ipso*, denotare latam sententiam, notant Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 35. *C. de reuoc. donat* & citati per me *de dict. & clausulis dict.* 80. *secundum nouam impress.*

7 In gloss. *A Romano.* ibi, *qui solut. sub conditione* &c. Notatur ad hoc, quod Romanus Pontif potest beneficiorum collationibus conditionalibus vti, vt per Couar. *l. 3. var. c.* 16. *n.* 1.

8 In gloss. *Sua.* ibi, *scilicet Romani Pontif.* Notatur ad hoc, quod priuilegium, gratia vè concessa à Summo Pontif. ita quidem vt ad voluntatem Romani Pontif. perseueret, morte concedentis finita censetur, vt per Couar. *l. 3. var. c.* 15. *n.* 1. *col* 2.

9 In ead. gloss. ibi, *non intelligitur dignitas, sed persona scribentis.* Notatur ad hoc, quod in dubio nunquam concessio videtur facta nomine Sedis Apostol. vel dignitatis in abstracto, nisi id exprimatur, & ita vbi exprimitur hoc verbum, *ad beneplacitum*, siue ad voluntatem Summi Pont. magis persona, quam dignitas videtur considerata: vel saltem dignitas in concreto, quæ morte Summi Pont. expirat, vt per D. Barb. *in. d. l. quia tale, n.* 90. *ff. solut matrim.*

10 In gloss. *Perpetuo.* ibi, *idest, donec vixerit ille, cui fuit gratia concessa.* Notatur ad hoc, quod dictio, *perpetuo*, refertur aliquando ad vitam illius, cui fit concessio, vt per Petr. Henriq *respons. opusc.* 2. *n.* 30. D. Barbosa *in d. l. quia tale n.* 10. *prope finem*, Franc. à Sousa *in repet. §. actionum, Instit. de actionib. p. 4. art. 2. n.* 7. Plura verò de hac dictione dixi *in meo tract. de dictionib. & claus. dict.* 216. secundum Lugdun. impress.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem sunt diuersa, & ideo in litteris ad beneficia impetratis vno expresso non venit alius, & n. 2. & ratio expenditur n. 6.*

3 *Vacādi vnus modus quādo exprimitur, non venit alius*

4 *Vacare dicitur Ecclesia, seu beneficium per translationem, vel renunciationem.*

5 *Beneficium vacat per obitum.*

7 *Claus.* siue alio quouis modo, &c. *inuenta est ad tollendas dubitationes, quæ in hac materia oriri solent.*

8 *Claus.* Siue quouis alio modo, &c. *includit vacationem apud Sedem Apost.*

9 *Beneficium vacans per obitum in Curia capit claus.* Siue alio quouis modo, &c.

10 *Vacationem etiam per priuationem capit claus.* Siue alio quouis modo, &c.

11 *Claus.* Siue alio quouis modo, &c. *capit vacationem per resignationem ea probata.*

12 *Vacationem inductam per reg. de infirmis non capit claus.* Siue alio quouis modo, &c. *obtenta à resignatario.*

13 *Claus.* Siue alio quouis modo, &c. *non se extendit ad personam non expressam.*

14 *Modus vacandi expressus quando est omnino falsus nihil operatur clausul.* Siue alio quouis modo, &c.

15 *Beneficium quod vacauit de futuro non capit claus.* Siue alio quouis modo, &c.

16 *Vacatio per mortem, & per resignationem æquiparantur.*

17 *Mors ciuilis naturali non æquiparatur nisi in casibus expressis in iure.*

18 *Verba, quæ accipi possunt, & naturaliter & ciuiliter debent in dubio naturaliter potius quàm ciuiliter accipi.*

Cap. Susceptum. VI.

PApa quando mandat alicui vt prouideat, v.g. Titio de beneficio resignato, si vacet per obitum, non potest de illo prouidere, nisi Papa explicauerit, de beneficio vacante quocunque modo. Item si duo impetrant vnum beneficium, vnus vt vacans per resignationem, vel adeptionem alterius alter per mortem, primus præfertur, si beneficium vacauit cessione. Ita colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 62. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 25. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Cum non per resignationem vacauerit, sed per mortem. Ergo vocatio per resignationem, & vacatio per mortem differunt, vt per Pute. *part. 2. decis. 49. in antiq.* Chald. Pereira *de renouat. emph. q. 6. n. 1. cum seq.* 2

Notatur etiam ad hoc, quod quando vnus vacandi modus exprimitur, alter non continetur, vt per Menoch. *arbitrar. l. 2. casu* 201. *n.* 103. *cum seqq.* Mascard. *de prob. conc.* 1081. *n.* 3. Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 1. à numero* 8. 3

Per cessionem eiusdem, &c. Notatur ad hoc, quod Ecclesia, seu beneficium per translationem, vel renunciationem dicitur vacare, vt per Flam. *de resignation. benefic. l. 1. quæst. 4 num. 1 quæst. 5. num.* 10. & citatos à meipso *de officio, & potestat. Episcopi part. 3. alleg.* 72. *n.* 9. 4

Morte vacauerit. Notatur ad hoc, quod per obitum vacat beneficium, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 5. cum seq.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. c. 2. à princ.* & citatos per me *d. alleg. 72. n. 7. & alleg. 57. num.* 99. Massobr. *in praxi habendi concursum reg. 1. dub. 2. num.* 2. 5

Adimplere non potes, &c. Quare autem sub vacatione per resignationem non comprehenditur vacatio per mortem, cum tamen in vtroque euentu, vel 6

facilius

faciliùs in priori casu, vel saltem æquè facilè, ac in posteriori Pontifex concederet? Resp. in hoc text. esse mandatum, cuius fines diligenter & ad vnguem seruandi sunt. Ratio est, quia quando gratiæ taxationis adiicitur qualitas, limitat gratiam ad rem qualitate illa affectam, ac proinde si illa non afficiatur, deficit gratia defectu voluntatis concedentis, non enim potest gratia trahi ad beneficium ea qualitate destitutum, licèt id à Pontifice faciliùs concessum foret. Vide Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. n. 35. 36.*

7 In glos. *Expressè.* ibi, *quocunque modo vacauerit.* Hæc clausula, *quocunque modo vacauerit, siue alio quouis modo*, &c. inuenta est ad tollendas dubitationes, quæ oriri solent in hac materia, vt refert Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 17. num. 26.* Est enim latissima, vt dicit Flamin. *de resignat. bene. lib. 8. quæst. 7. n. 134.* & includit omnem modum vacandi, idem Flamin. *lib. 8. q. 7. num. 64.*

8 Primò amplia, vt includat vacationem apud Sedem Apostolicam, sicut docent Garz. *decis.* 43. quem refert Aloys. Riccius *in collect. decis. part. 2. collect. 355. versic. amplia primo.* Flamin. *d. lib. 8. quæst. 7. num. 142.* & illis citatis ego ipse *in tract. de clausul. vsufreq. claus. 172. n. 3.* secundùm Lugdunen. impress.

6 Secundò amplia, vt capiat beneficium vacans per obitum in curia, Flamin. *d. lib. 8. quæst. 7. n. 141.* ego ipse *d. claus. 172. num. 4.*

10 Tertiò amplia, vt capiat vacationem etiam per priuationem, Rot. *decis. 1. de rescript. in nouis*, Flamin. *d. l. 8. q. 7. n. 156* ego ipse *d. claus. 162. n. 5.*

11 Quartò amplia, vt capiat etiam vacationem per resignationem, Mohedan. *decis, 2. de offic. deleg.* Pute. *decis. 5. in fine de mense*, Rot. *decis.* 309. *num.* 2. & 3. apud Farin. *part. 2. recent.* probata scilicet resignatione, secus illa minimè probata, quia tunc hæc clausula nihil operatur, Pute. *decis. 268. lib. 3.* Aloys. Riccius *d. collect. 355. versic. secundò amplia*, ego ipse *d. claus. 172. num. 6. & 7.*

12 Limita primò, vt hæc clausula, *quouis modo*, &c. obtenta à resignatario, non capiat vacationem inductam, per *reg. de infirmis.* Flamin. *de resignat. lib. 12. q. 14. n. 23.* ego ipse *d. claus. 172. n. 10.*

13 Limita secundò, vt non se extendat ad personam non expressam, Nauar. *in cap. si quando, except. 2. n. 3. hoc tit.* Flamin. *d. lib. 8. quæst. 7. num. 144 cum seqq.* Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part. 2. c. 3. n. 85.* nam hæc clausula nihil operatur si beneficium vacat ex alterius persona, tunc enim oportet addere illam aliam clausulam, *vel ex alterius cuiuscunque persona*, Anton. Fab. *decis. 2. de sacros. Eccles.* quem refert Aloys. Riccius *d. collect. 355. versic. limita secundò*, Rot. *dec. 605. num. 9. part. 2. recent.*

14 Limita tertiò, vt non operetur quando expressus sit omnino falsus vacandi modus, idem Fab. *sub eod. tit. de sacros. Eccles. decis. 4.* quem refert Aloys. Ricc. *d. collect. 355. in fine.* ego ipse *d. claus. 172. n. 14.*

15 Limita quartò, vt non capiat beneficium, quod vacauerit de futuro, bene autem quod vacat de præsenti, vt per Flamin. *d. lib. 8. quæst. 7. num. 143.* nam solùm capit vacationem tempore datæ, idem Flamin. *lib. 11. quæst. 7. num. 25.*

16 In glos. *Non morte.* ibi, *sed nonne renuncians*, &c. Notatur ad hoc, quòd vacatio per mortem, & per resignationem æquiparantur, vt per Flamin. *de resign. lib. 1. q. 5. n. 4. & q. 6. num. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. num. 25.*

17 In ead. glos. ibi, *nunquam mors ciuilis naturali comparatur, nisi in casibus expressis in iure.* Vide Cassan, *in consuet. Burgund. rub. 4 §. 4.* Pelaez *de maiorat. par. 2. quæst. 3. num. 36.* Costa *in §. & quid si tantum part. 2. num. 13.* Xuar. *alleg. 20. num. 20.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 94.* Menoch. *consil. 980. l. 10.* Surd. *consil. 90. num. 23. cum seqq.* Auendan. *l. 4. Tauri glos. 4. v. 2. & 3.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 71. num. 10. & canon. lib. 2. cap. 1. n. 44. & num. 60. cum seqq.* Fr. Emman. *quæstion. Regular. tom. 2. quæst 78. art. 12. versic. nec minus*, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 4. n. 6. & lib. 9. quæst. 32. n. 2.* Cardin. Tusch. *tom. 6. lit. M. conclus. 393. num. 24. & 25.* Ceuall. *communium contra commun. quæst. 63. num. 1.* D. Barbos. *in l. 2. in princip. p. 1. n. 154. ff. soluto matrim.* Gonzales *ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. n. 26.* Stephan. Gratian. *disce pt. forens. c. 102. n. 7.* Chald. Pereira *de empt. & vendit. c. 15. n. 34.* latè Castil. *quotid. lib. 1. de. vsufructu c. 64. num. 2. & cap. 67. n. 18. & lib. 5. cap. 12. num. 23. cum multis seqq.* Fusar. *de substit. quæst. 430. n. 15.* Caualer. *decis. 104. n. 9.* Ferentil. *in annot. ad decis. 461.* *Buratti sub n. 18.* cum aliis per me citatis *in tract. de appellat. verborum signif. appell. 157. n. 2.*

In ead. glos. ibi, *intelligimus strictè de morte naturali*, &c. Notatur ad hoc, quòd verba, quæ accipi possunt & naturaliter & ciuiliter, debent in dubio naturaliter potius quàm ciuiliter accipi, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n. 17. & 44. & in tract. de primog. quæst. 1. n. 10.* Ricciul. *de iure personarum. lib. 4. cap. 49. num. 15.* 18

SVMMARIVM.

1 *Beneficium sibi collatum ignorans licèt in impetratione alterius mentionem non fecerit, valens littera, alterum tamen eliget si de iure simul teneri non possunt, & num. 2.*

3 *Beneficium impetrans non tenetur facere mentionem de beneficiis obtentis, quando ignorat habere alia beneficia,*

4 *Gratia est vitiosa quando in impetratione beneficij subiicitur aliquod beneficium, nisi adiecta esset claus. quod obstantia beneficiales, &c.*

5 *Ignorantia probabilis absque simplicitate excusat in beneficialibus in materia subreptionis.*

6 *Beneficia simplicia an hodie plura obtineri possint, ostenditur.*

7 *Consuetudinis vigore possunt redditus beneficij ab absentibus percipi.*

8 *Impossibilia reputantur ea, quæ absque dispensatione fieri non possunt.*

9 *Electo vno beneficio ex pluribus simplicibus re integra an elector pœnitere poterit, & aliud eligere, remissiuè.*

CAP. Gratia. VII.

Beneficium qoando confertur ignoranti, id est, absenti, & ipse nesciens aliud impetrat non facta mentione primi, gratia est valida, sed si beneficia sunt incompatibilia, eligere potest quod magis vult. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid Genin. Ioan. Andr. Aoch. Dominic Monach. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 63.* Alagona. *in compendio pag. 25.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc quoque conclusionem ex hoc text desumunt Menoch. *de arbitr. l. 2. casu. 201. n. 52. & 138.* Sanch. *de matrim l. 8. d. 21. n. 60.* Balb. *decis.* 22. quem refert Aloys. Ric. *in collectan. decis. p. 4. collect. 968. in princip.* 2

Et ignorantis collato, &c.] Ergo impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de beneficiis obtentis, vbi ignorat habere alia beneficia, vt per Rip. *in cap. ad aures, num. 12. suprà hoc tit.* Mil. *in repet. verbo gratia*, Felin. *in cap. super litteris. num. 6.* 3

&c ibi Bero *hoc tit.* Selu. *de benefic. part. 3. quæst.* 12. *à nu.* 23. *aliàs* 89. Nicol. Garc. *in simili tract. part.* 1. *c.* 3. *num.* 125.

4 In glos. *Vitiosa.* ibi, *est enim gratia vitiosa quando in impetratione beneficij subticetur aliquod beneficium,* &c. latè Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 10. *q.* 2. *à num.* 67. vbi *num.* 69. ampliat quamuis primum beneficium esset tenue, & *à num.* 73. etiam si primum re ipsa consequutum non sit, sed litteræ habeantur, & *à num.* 75. etiam si primum violenter occupauerit. Notabiliter verò hæc limitantur quando in impetratione secundi beneficij adiecta esset clausula, *Quod obstantia beneficiales,* &c. quia tunc non tenetur prouisus exprimere obtenta, vt per Cassad. *decis.* 6. *num.* 8. *de preben.* Achil. de Grassis *decis.* 6. & 24. *eod. tit.* & fuit dictum *in Calagurritana dimidia portionis* 16. *Martij* 1590. coram Otano, & propterea operatur vt gratia non dicatur subreptitia, & obreptitia. Rot. *decis.* 271. *part.* 2. *diuers.* & fuit resolutum *in Cæsaraugustana pensionis* 19. *Februarij* 1590. coram Gypsio. Circa iustificationem gratiæ illud sciendum est quòd prouisus ab Ordinario, ad validitatem suæ gratiæ nihil tenetur iustificare, quia Ordinarius tanquam informatus, de statu Ecclesiarum suarum, & personarum prouidet Motu proprio Ecclesiis, non autem personis, Felin. *in cap. ad aures num.* 15. *de rescript.* Cardin. *in Clemen.* 2. *num.* 13. *de offic. Ordinar.* Selua *de benefic. part.* 3. *quæst.* 25. Cardin. Seraphin. *decis.* 1026. *num.* 3. & *decis.* 1467. *num.* 1. Rot. *decis.* 190. *num.* 1. *part.* 2. recent. & *in Placentina Canonicatus* 14. *Ianuarij* 1600. coram Cardin. Lancelloto & *in Pampilonem. de Aguero* 12. *Iunij* 1609. coram Ottembergo, & *in Nullius beneficij S. Sexti* 26. *Iunij* 1615. coram Cardin. Sacrato, & *in Leodien. Canonicatus S. Dionysij* 27. *Martij* 1623. coram Reuer. D. meo. Coccino Decano, & *in eadem* 25. *May* 1626. coram R. P. D. meo Pirouano; quod procedit etiamsi Ordinarius prouideat vigore indulti, quia nihilominus non desinit prouidere Motu proprio, Pute. *decis.* 395. *n.* 2. *l.* 3. *in correct.* & sequuta est Rota in dictis Leodien. Canonicatus coram Rm. D. Decano, & Pirouano. Limitatur tamen hæc resolutio quando Ordinarius prouidet ad preces prouisi, Buratt. *decis.* 484. *num.* 6. Et quando prouisus ab Ordinario agit ad exclusionem prouisi Apostolici de beneficio vti de reseruato ratione mensis, tunc enim tenetur probare vacationem in mense Ordinario, in quo fundat intentionem suam, Ferret. *consil.* 2. *n.* 13. *lib.* 1. Pute. *decis.* 206. *lib.* 3. *in correctis,* Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 279. & *seq.* ita eleganter Ferenti. *in annot. ad decis.* 484. *Buratti lit. A.*

5 In glos. *Ignorantis.* Notatur ad hoc, quòd ignorantia probabilis absque simplicitate excusat in beneficialibus in materia subreptionis, sicut ipsa simplicitas, quando ea, quæ debent exprimi, tacentur per ignorantiam, vt per Bernard. *reg.* 324.

6 In glos. *De iure teneri.* ibi, *quam sequitur consuetudo, quam Papa scit, & tolerat,* &c. Attenta noua dispositione Concilij Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 17. plura simplicia beneficia obtineri non possunt, sed vnum tantùm singulis conferendum, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, licitum est nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, quem textum multis exorno ego ipse *de officio & potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 62. *per totum.* Refert tamen Moscon. *de maiest. militantis Ecclesiæ lib.* 1. *part.* 3. *c.* 3. *pag.* 452. *in fine,* quòd hodie de consuetudine non datur dispensatio ad plura beneficia simplicia, sed Prælatis inferioribus videtur quòd conferre possunt, & de facto conferunt nulla habita ratione an sint pinguia, vel tenuia, & sic in Hispania quotidie fieri refert Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *c.* 5. *num.* 323. quæ (secundùm ea, quæ habentur *in concil. Trident. d. c.* 7.) non esse satis laudabilia, obseruo *d. alleg.* 62. *n.* 10. *in fine.*

Notatur etiam ad hoc, quòd vigore consuetudinis possunt redditus beneficij ab absentibus percipi, vt per Duë. *reg.* 134. *in princ.* Couar. *l.* 3. *var. c.* 13. *n.* 9. 7

In glos. *Non potes.* Notatur ad hoc, quòd ea, quæ absque dispensatione fieri non possunt, impossibilia reputantur, de quo vide Tiraquel. *de retractu lig.* §. 23. *glos.* 1. *num.* 59. 8

In glos. *Eligas.* ibi, *sed nunquid electo vno re integra pœnitere poterit, & aliud eligere?* Vide Gregor. *l.* 25. *verbo arrepentirse tit.* 9. *part.* 6. Tiraquel. *de retractu lig.* §. *num.* 7. & *in l. bonis* §. *hoc sermone num.* 17. & 51. *ff. de verbor. signific.* 9

SVMMARIVM.

1 *Restitutus intelligitur sine alterius præiudicio qui ad gratiam reuocatam restituitur, vnde alteri ante restitutionem impetranti præferri non debet, & num.* 2.

3 *Restitutio facta à Principe intelligitur sine præiudicio iuris alteri spe tantum quæsiti.*

4 *Restitutio non retrotrahitur in præiudicium alterius.*

5 *Princeps non videtur in dubio tertio præiudicare circa ius illi quæsitum per simplicem delicti remissionem.*

6 *Tertio nunquam intendit Princeps præiudicium inferre.*

7 *Restitutio est prioris status reparatio.*

8 *Episcopus inuito patrono restituere non potest Presbyterum per se depositum.*

CAP. Quamuis. VIII.

PRiuatus expectatiua, quam ad primum beneficium vacaturum in certa Ecclesia obtinebat, si ad eandem expectatiuam restituatur, non debet anteferri illi, qui ante restitutionem similem expectatiuam obtinuit. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viui. *in ration. lib.* 1. *pag.* 64 Alagona *in compendio pag.* 26. remissiuè Ximin. *in concord.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant Rebuff. *in tract. nominat. q.* 21. *n.* 21. & Menoch. *cons.* 186. 5. 2

Intelligatur fieri sine iuris præiudicio alieni. Notatur ad hoc, quòd restitutio facta à Principe intelligitur sine præiudicio iuris alteri spe tantum quæsiti, vt per Tiraq. *de iure mariti glos.* 2. *num.* 41. nam restitutio non retrotrahitur in præiudicium alterius, idem Tiraq. *de iure primog. quæst* 34. *num.* 9. 3

Notatur etiam ad hoc, quòd per simplicem delicti remissionem, & veniam in dubio Princeps non videtur voluisse tertio nocere circa ius illi acquisitum, vt per Chald. Pereira *si curatorem, verbo implorare num.* 19. *C. de integ. restit.* Tertiò enim nunquam intendit Princeps præiudicium inferre, *l.* 2. § *merito,* & §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* Felin. *in c. causam quæ, verbo interpretatio. de rescript.* Dec. *cons.* 11. *n.* 4. & *cons.* 271. & *cons.* 606. *n.* 17. Curt. iun. *cons.* 88. *n.* Hippol. *sing.* 440. Alciat. *de præsump. reg.* 3. *præs.* 11. Rumin. iun. *cons.* 6. *num.* 68. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 11. à Ponte *cons.* 59. *num.* 35. 4 5

In glos. *Cum talis.* ibi, *quia restitutio est prioris status reparatio.* Vide Menoch. *in prælud. recup. à num.* 4. 6

Tiraq.

Tiraquel *de retractu lig.* §. 32. *glos.* 1. *num.* 69. Mauric. *de restitut. in integrum c.* 1. Stort. *in tract. part.* 1. *q.* 1. *num.* 44. Chal. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo implorare num* 3. Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 14. *num.* 2. Morl. *in emporio iuris Ciuilis part.* 1. *tit.* 5. *num.* 3.

8 In ead. glos. ibi, *an scilicet Episcopus inuito patrono restituere possit Presbyterum per se depositum*, &c. Negatiuè cum glossa *in præsenti* resoluit Gig. *de pensionibus quæst.* 23. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Datæ tempus inspicitur in litteris ad beneficia impetratis, & ideo per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui licèt nunc sit maior, illo tempore minor erat.*

2 *Subreptio in vno articulo non vitiat capitula separata & diuisa. intellige vt ibi.*

3 *Beneficiorum appellatione regulariter Curata non veniunt*

4 *Is, cui prouideri mandatur de beneficio curato, non potest illud consequi si tempore datæ non sit legitimæ ætatis, quamuis tempore collationis eam ætatem nactus sit.*

5 *Declaratur text. in cap. ei cui 29. versic. sed aliam, de præbend. hoc lib.*

6 *Habilitas superueniens post receptam supplicationem, & expeditionem litterarum, non conualidat collationem, sed resignationem ab initio nullam.*

7 *Capacitas de tempore datæ, seu præsentationis in beneficiis attenditur.*

8 *Beneficium Ecclesiasticum nullus ante 14. annum inceptum obtinere potest.*

9 *Episcopus non potest cuiquam indulgere, vt ante 14. annum inceptum beneficium simplex obtinere valeat.*

Cap. Si eô tempore. IX.

1 Litteræ quando dantur, vt prouideatur alicui de beneficio cum curâ, vel sine cura, & tempore datæ non habet ætatem pro cura, si deinde peruenit ad ætatem, non potest prouideri de Curato, quia attenditur tempus datæ; potest tamen prouideri de beneficio sine cura, quia tempore datæ erat in ætate. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 64 Alagona *in compend. pag.* 26. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord. part.* 1. & 2.

2 Ex hoc text. colligunt communiter Doctores subreptionem in vno articulo non vitiare capitula separata; & diuisa, vt per Tiraquel *de pœnis temper. causa* 44. *num.* 41. Perez *l.* 5. *vers. subreptio tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinan. pag.* 692. *colum.* 2. Azeued. *l.* 3. *n.* 14. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ recopil.* intelligentes id procedere in subreptione per ignorantiam, vel simplicitatem commissa in aliqua parte, vel articulo rescripti, secus resoluentes vbi interuenit malitia, vel dolus impetrantis, quia tunc quoad omnes partes etiam distinctas corruunt litteræ, quo casu procedunt text. *in cap. super litteris* 20. *sub. hoc tit.* ibi, *nullum ex litteris commodum*, &c. vbi memini *num.* 4. & *in l. et si legibus, C. si contra ius.* ibi, *careat penitus impetratis*: & ita conciliant præter *suprà* citatos textum *in præsenti* cum *d. c. super litteris*, & *d. l. si legibus*, Franch. *hic n.* 4. *Abb. in cap. super litteris num.* 5. & *in c. sedes num.* 2. *sup. hoc tit.* vbi Felin. *num.* 2. *Gutier. canon. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 45. quos refert Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *d.* 21. *num.* 61. sed *num.* 71. cum Dec. *in d. c. super litteris not.* 1. *n.* 7.

& 18. *in noua edit.* verius existimat textum *in præsenti* esse intelligendum quando partes rescripti sunt omnino separatæ, quia cum diuersæ gratiæ absque vlla connexione in eodem rescripto conceduntur, sunt virtute duo rescripta, ac omnino per accidens, & materialiter vnum; nihil ergo confert subreptio circa vnam gratiam ad alterius irritationem; at verò quando vna gratiæ pars connexionem habet cum altera, quia eandem causam, eundemque finem respiciunt, tunc procedunt *d. c. super litteris*, & *d. l. etsi legibus.*

Cum cura, vel sine cura.]Ergo beneficiorum appel- 3
latione regulariter Curata non veniunt, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *num.* 2. & alios per me citatos *tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. verbo beneficium.*

Cum tempore datæ, &c.]Notatur ad hoc, quòd is; 4
cui prouideri mandatur de beneficio Curato, non potest illud consequi si tempore datæ non sit legitimæ ætatis, quamuis tempore collationis eam ætatem nactus sit, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.* 4. *q.* 1. *à n.* 10. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disput.* 30. *n.* 41.

Verùm obstat fortiter text. *in c. ei, cui* 29. *in vers.* 5
sed aliam, de præbend. hoc lib. ex quo colligitur eum, qui tempore datæ litterarum habilis non erat propter ætatis defectum ad sacerdotalem præbendam, posse nihilominus eandem obtinere si tempore vacationis ipsius ed legitimam peruenerit ætatem.

Sed ego, saluo meliori iudicio, & iis, quæ diximus 6
super *d. c. ei cui.* pro conciliatione distinguendum puto inter mandatum, quo exprimitur qualitas beneficij conferendi, prout quando cauetur, vt conferatur sacerdotalis præbenda, vel beneficium Curatum; & inter illud, quod simplex, ac indefinitum est, ex eo, quia in ipso nomine exprimitur qualitas beneficij conferendi, sed simpliciter iniungitur, vt beneficium indeterminatè conferatur, quod in priori necessariò ad validitatem talis mandati requiritur, vt tempore datæ ipsius impetrans habeat ætatem requisitam ad tale beneficium, itaut si ei deficiat, licèt ex post facto tempore, quo ipsum beneficium vacat, in ea iam constitutus sit, tamen illud obtinere nequibit, iuxta *reg. non firmatur, de regul. iuris lib.* 6. cum multis adductis per Chald. Pereira *de potest. eligendi c.* 10. *num.* 5. Menoch. *de success.* §. 10. *num.* 34. In secundo autem casu, quando scilicet gratia simpliciter concipitur, nec qualitas beneficij conferendi exprimitur, tunc is cui mandatum est prouideri, potest consequi illud beneficium ad quod tempore vocationis legitimam habet ætatem; licèt tempore datæ litterarum in ea constitutus non fuerit, ea videlicet ex causa, quia, vt supponimus, mandatum ita indefinitè, ac generaliter conceptum à principio vires est sortitum, & ex post facto solùm agitur de ipsius exequutione, sanè in iis, quæ exequutionem rescripti respiciunt, non datæ tempus, sed præsentationis, & prouisionis inspicitur. Et ideo cùm in hoc text. fuerit expressa qualitas beneficij conferendi, scilicet Curati, vt patet ibi, *de beneficio cum cura*, & impetrans tempore datæ litterarum legitimam non habuerit ætatem ad tale beneficium obtinendũ, nunquã (iuxta prædicta) illud obtinere poterat, vt text. *in præsenti* decidit, sicut in simili rescriptum obtentum ab excommunicato, vel collatio beneficij ipsi facta etiã sequuta absolutione, & ita habilitate interueniente valere non potest, ex *d. reg. non. firmatur de regulis iuris lib.* 6. resoluunt post alios Seln. *de benefic. p.* 3. *q.* 6. Chald. *citato loco.* At verò *in d. c. ei cui*, fuit indefinitè iniunctũ, vt fieret prouisio de præbenda, vnde nihil mirũ si is, cui gratia facta est, possit expectare & obtinere etiam Sacerdotalem si tempore ipsius vacationis in ætate ad ipsam requisita constitutus sit, licèt alias

tempore datæ adhuc eam non habuerit, quia in propositis terminis non agitur de viribus mandati, sed de eius exequutione, respectu cuius non tempus datæ, sed præsentationis, ac prouisionis inspicitur, iuxta prædicta.

In glos. *Effectus*. ibi, *spectamus ergo initium*, &c. 6 Notatur ad hoc, quòd si post receptam supplicationem, & expeditionem litterarum superueniat habilitas, vt quia tunc quis fecisset se clericali charactere insigniri, tunc collatio, vel resignatio ab initio nulla non conualescit, vt per Flamin. *d. lib. 4. quæst. 2. num. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. 2. num. 66.* nàm in beneficiis 7 attenditur capacitas tempore datæ, seu præsentationis, Roc. *decis. 69. part. 3. diuersor.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 19. num. 1.* ego ipse *de officio, & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 72. n. 78.*

8 In glos. *Ætatem*. ibi, *septennes autem, & maiores septennio, dicuntur idonei*, &c. Licèt olim secundùm hanc glos. pueris septem annorum conferri potuissent beneficia simplicia; hodie tamen attenta noua dispositione Concilij Trident. *sess. 23. de reformat. c. 6.* nullus ante decimum quartum annum inceptum beneficium potest obtinere, vt obseruant Menoch. *de arbitrar. casu 427. num. 13.* & plures citati per me *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 60. n. 73. & 76.*

In ead. glos. ibi, *an hodie dispensent Episcopi in ætate*. &c. 9 Episcopum non posse indulgere cuiquam, vt ante decimum quartum annum inceptum beneficium simplex obtineat, resoluunt Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 9. vers. si quæras*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici decis. 392. in 1. edit.* aliàs *resol. 331. num. 2. in 2. edit.* vbi etiam tenet Episcopum conferentem beneficium minori quatuordecim annorum, peccare mortaliter, & collationem esse nullam, refero ego ipse *d. alleg. 60. num. 75.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia generalis non præiudicat speciali, & debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, consuetudine, vel statuto.*

2 *Causa vna aliam non absorbet cum in vnum tempus concurrit ordinatim vna post aliam.*

3 *Episcopus an statuere possit quòd fructus beneficiorum vacantium debeantur fabricæ, remissiuè.*

4 *Possidere aliud est, & aliud fructus percipere.*

5 *Vasallus vbi moritur, ad quem pertineant fructus illius anni ex feudo prouenientes, ostenditur.*

6 *Fructus collecti, & à solo separati ante obitum Prælati ad heredem eius pertinent, pendentes verò ad Ecclesiam, vel successorem.*

7 *Vsufructuarius tunc solùm fructus suos facit, quando fuerint separati à solo, & in horreis, sellariis, seu apothecis reconditi.*

8 *Dispositio censetur odiosa, aut fauorabilis ex principali intentione disponentium.*

9 *Mense bissextili duo dies pro vno cedunt in fauorabilibus, secus in odiosis.*

10 *Vacatio successoris non minus contingit per renunciationem, quàm per mortem.*

Cap. Si propter. X.

1 SI Episcopo de gratia speciali concessum sit, vt fructus primi anni beneficiorum vacantium in sua diœcesi possit per quinquennium percipere, non obstantibus, &c. talis concessio non derogat particulari statuto per quod huiusmodi fructus fabricæ Ecclesiæ, vel sui alterius personæ debeantur, nisi hoc fuerit expressum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Buti. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 65.* Alagona *compend. pag. 26* & ex aliis Gig. *de pensionib. quæst. 89. in princip.*

Notari solet ad hoc, quòd vna causa aliam non absorbet cùm in vnum tempus concurrunt ordinatim vna post aliam, vt Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 2. glos. 1. num. 29.* 2

Si fructus huiusmodi Ecclesiæ vna fabricæ. &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus statuit quòd fructus beneficiorum vacantium debeantur fabricæ, vt per additionem marginalem hìc, de quo tamen vide Franch. & alios *in præsenti*, Rebuff. *in praxi tit. requi. sita ad collat. à num. 8.* Bottæ. *de Synodo part. 3. art. 1. n. 288.* Lambert. *de iurepatron. lib. 3. quæst. 2. art. 8.* Greg. Lop. *l. 5. glos. pen. & vlt. tit. 16. part. 1.* 3

In glos. *Fructus*. Notatur ad hoc, quòd aliud est possidere, & aliud fructus percipere, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 34. num. 122.* 4

In glos. *Primi anni*. ibi, *quòd si vasallus decedat post Augustum*, &c. Notatur ad hoc, quòd si vasallus moriatur ante Kalendas Martias, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinent, si verò post eius Kalendas vsque ad Augustum decedat, omnes fructus ad hæredes ipsius vasalli pertinent, si post Augustum, omnes quoque habebit dominus, vt per Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 5. glos. 4. n. 3.* 5

In ead. glos. ibi, *Sed credo quod à die vacationis*, &c. Notatur ad hoc, quòd fructus collecti & à solo separati ante obitum Prælati ad hæredes eius pertinent, pendentes verò ad Ecclesiam, vel successorem, vt per Doctores, quos plena manu citaui ad *c. vlt. post. n. 26. vers. verum, sup. de confirmat. vtili*, & ibi citatis addo Ioseph Ludouic. Perus. *decis. 3. n. 1.* & nouissimè Bonacin. *tractation. disp. 4. de obligat. beneficiariorum puncto 3. num. 6.* 6

In ead. glos. ibi, *vsufructuario, qui fructus separatos, & reconditos suos facit*. Notatur ad hoc quòd vsufructuarius tunc solùm suos facit, quando fuerint separati à solo, & in horreis, sellariis, seu appothecis reconditi vt per Valasc. *de partition. c. 33. num. 9. & cap. 36. num. 11.* 7

In ead. glos. ibi, *sed illud in pœnis, vel odiis, quæ sunt molienda*. Notatur ad hoc, quòd dispositio censetur odiosa, aut fauorabilis ex principali intentione disponentium, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 30. glos. 1. num. 5.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 10. quæst. 7. n. 10. & lib. 12. quæst. 1. num. 10. cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disput. 1. num. 4* Potest enim constitutio dici fauorabilis ex quo principaliter emanauit ad fauorem alicuius, licèt in consequentiam resultet ex ea damnum aliorum, Couar. *lib. 3. var. c. 11. num 5. vers. solet enim adnotari*, Salas *de legib. quæst. 97. tract. 14. d. 11. sect. 4. num. 10.* qui hoc intelliguntur quando odium à fauore distingui nequit, refert, Rot. *in Sabinen. Castri montis Rotundi 8. February* 1617. coram Rom. D. meo Coccino decano *in vers. fuit denique.* 8

In ead. glos. ibi, *& si esset bissextus, illi duo dies cedunt sibi pro vno*. Notatur ad hoc, quòd in fauorabilibus in mense bisextili duo dies pro vno cedunt, secus in odiosis, vt per Dominic. *hic super hanc glos.* Anchar *num. 6. vers. sed quid si*, & Franch. *num. 6.* Idem tenent etiam *in cap. quæsiuit, de verb. signif.* vltra *glos. ibi verbo quasi* Henric. *num. 6. & 7.* Butr. *n. 7.* Card. *in fine*, & Abb. *num. 6.* Angel. *verbo bissextus. num. 1.* quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib. 2. disput. 24. num. 18.* 9

In glos. *Vacabunt*. Notatur ad hoc, quòd per renunciationem non minus vacatio successionis contingit, quàm 10

quàm per mortem, vt per Auendan. l. 45. *Tauri. glos. 2. num. 4.* & alios citatos ad *cap. susceptum 6. suprà hoc eodem tit.*

S V M M A R I V M

1 *Causa ab Apostolica Sede, vel eius Legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum in Cathedrali, nec tractari debent nisi in ciuitatibus, vel locis insignibus, & num. 2. & 3.*

4 *Delegatus Apost. non potest subdelegare causa litterarum Sedis Apost. vel Legatorum eiusdem, nisi personis in dignitate constitutis.*

5 *Vicarius generalis Episcopi habet dignitatem.*

6 *Conseruator, & executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Romana Curia, potest esse Vicarius generalis Episcopi.*

7 *Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante potest esse conseruator, & executor gratiarum, quæ expediuntur in Romana Curia.*

8 *Vicarius nominatus à Prælato inferiore habente iurisdictionem Episcopalem, an possit esse delegatus Papæ ostenditur.*

9 *Vicarius Episcopi electi, & confirmati, sed nondum consecrati, potest esse delegatus Papæ.*

10 *Collector, & subcollector habent dignitatem cum iurisdictione, & possunt esse delegati Papæ.*

11 *Priores, Guardiani, & Rectores, ac alij Mendicantium Præfecti, qui toti Conuentui præsunt, possunt esse delegati Papæ.*

12 *Commentarius perpetuus potest esse delegatus Papæ.*

13 *Cancellarius Academiæ Pontificis authoritate approbata potest esse delegatus Papæ.*

14 *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis potest esse delegatus Papæ.*

15 *Canonicus minor Ecclesiæ Cathedralis dispensatus per Papã super ætate nõ potest esse delegatus Papæ.*

16 *Canonicus Regularis Ecclesiæ Cathedralis non potest esse delegatus Papæ.*

17 *Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ etiam Doctor peritissimus non potest esse delegatus Papæ.*

18 *Qualitas Canonicatus in cathedrali, vel Dignitatis, quæ in Delegato Summi Pontif. requiritur, debet à principio adesse tempore commissionis.*

19 *Tempore impetrationis rescripti Pont. sufficit Canonicatum, aliamue dignitatem obtineri, quamuis tempore repræsentationis iam cessauerit.*

20 *Canonicus, cui causa committitur per Sedem Apostolicam, si post acceptationem litterarum desinat esse Canonicus, potest nihilominus esse iudex in causa illa.*

21 *Personatus ex propria significatione distinguitur à dignitate.*

22 *Text. in præsenti loquitur tantùm de causis ecclesiasticis, non verò de profanis.*

23 *Text. in præsenti non procedit in meris executoribus gratiarum, nisi dati essent cum clausula*, vocatis vocandis, *nec in iudicibus, datis in litteris compulsorialibus, vt num. 24.*

25 *Papa licèt dispenset minore septennio, vt sit Canonicus in Ecclesia Cathedrali, non ob id censetur cum eo dispensare, vt in ea ætate possit esse iudex delegatus.*

26 *Papa si dispenset in ætate cum Canonico vt fiat Subdiaconus, an talis habeat vocem in Capitulo, remissiuè.*

27 *Verbum*, sufficit, *vbi apponitur in aliqua dispositione non requiritur alias qualitates adesse, quàm expressas.*

29 *Audientia alicuius articuli, vel mera executio causæ Apostolica potest committi cuilibet clerico.*

30 *Papa si ex certa scientia committat causam simplici Clerico, nominando eum sic in commissione, valebit commissio.*

31 *Inhabilitas quando non fuit expressa in ipsis litteris promotionis, sed fuit adiecta clausula*, Ex certa scientia, *præsumitur dispensatio.*

32 *Ex certa scientia Principis aliquid esse factum probatur quando ipse fatetur se id facere ex certa scientia.*

33 *Clausula*, Ex certa scientia, *nunquam præsumitur, maximè contra Ius, nisi posset colligi ex verbis rescripti.*

34 *Decretum irritans annullat actum contra factum ipso iure.*

35 *Peritus vt quis sit pro dignitate & loco præsumitur.*

36 *Locus insignis, quis dicatur arbitrio iudicis relinqui.*

37 *Actore & reo eiusdem diœcesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi causa esset contra Episcopum, Capitulum, vel Vniuersitatem.*

38 *Declaratur text. in cap. vt officium. vers. denique, de hæret. hoc lib.*

39 *Dispositio huius text. procedit tantum in iudicibus datis ad lites, non autem in executoribus, & aliis datis ad sumendam informationem.*

40 *Scholares possunt suos debitores coram suis Conseruatoribus vsque ad quatuor diætas conuenire.*

42 *Domicilia multa si habet citandus inspiciendum est illud, quod frequentiùs habitare consueuit.*

43 *Iuramentum proprium vbi requiritur, illud præstari non potest per procuratorem etiam habentem speciale mandatum.*

44 *Iuramento asserentis probatur qualiter non potest consequi iustitiam in partibus ad effectum deuolendi causam ad Curiam, quæ alias non erat in Curia cognoscenda.*

45 *Metus quandoque probari potest per iuramentum.*

46 *Statuto fieri potest, vt credatur iuramento damnum passi.*

47 *Iuramentum vbicunque ex legis, vel statuti dispositione defertur, poterit nihilominus aduersarius contrarium probare.*

48 *Ciuium appellatione veniunt etiam incolæ iure communi saltem latè sumpto vacabulo.*

49 *Ciuium appellatione comprehenduntur etiam ciues ex priuilegio.*

50 *Reus vbi iure communi, non speciali habet duos iudices, potest actor vnum ex iis, quem maluerit, eligere ad actionem persequendam.*

51 *Bonus quis non præsumitur quando agitur de præiudicio tertij.*

52 *Verbum*, potest, *quando affirmatiuè ponitur in lege, vel alia dispositione facultatem significat, & non necessitatem.*

54 *Forus domicilij tanquam fortior & magis naturalis, præfertur fori originis.*

55 *Domicilij vbi fit mentio in dubio intelligitur de domicilio habitationis, & non originis.*

56 *Iusiurandum probatio est.*

57 *Actor contra reum diuersæ diœcesis debet impetrare delegatum, vel in diœcesi Rei, vel in alia non propria, nec vltra vnam diætam distante.*

58 *Dict.* Autem, *est aduersatiua in iure, & in facto, dum aliud ex dispositionis mente non colligitur.*

59 *Iudex à partibus, vel de earum consensu electus non potest ab eis recusari, nisi noua causa.*

60 *Delegatus extra locum commissionis nihil agere potest nisi de consensu partium, nec vices suas committere valet nisi personis designatis superiùs.*

61 *Consensus expressus partium requiritur ad prorogationem inducendam de loco ad locum.*
62 *Delegatus non potest causas auctoritate litterarum Sedis Apost. sibi commissas personis non constitutis in dignitate subdelegare.*
63 *Citatus nulliter si compareat non potest censeri contumax.*
64 *Citatus an teneatur ire priuilegium, vel defensionem allegaturus, ostenditur, & num. 65. & 66.*
67 *Forum incompetens tripliciter potest considerari, etiam quoad processus nullitatem.*
68 *Consensum expressum vbi lex, vel statutum exigit nuncupatim, non sufficit tacitus.*
69 *Delegatus Apostol. nihil debet à partibus recipere nisi esculentũ, & poculentũ liberè oblatũ, quod paucis possit consumi diebus, & moderatas expensas.*
70 *Dict.* Insuper *importat diuersa, & principalia, non autem partem.*
71 *Esculenta & poculenta recipere licet delegato in modica quantitate.*
72 *Iudici licet recipere poculenta, & esculenta, quando illa dantur mera dantis liberalitate, secus autem si aliquo modo directè, aut indirectè à iudice petantur, seu affectentur.*
73 *Esculenta & poculenta à delegato acceptari non licet, nisi ea, quæ paucis diebus consumi possunt.*
74 *Delegatus vbi exit domum consequitur sumptus.*
75 *Iudices à pauperibus expensis non debent accipere etiam quando peregre proficiscuntur.*
76 *Doctores referuntur de sportulis agentes.*
77 *Verbum,* præsumat, *denotat vitium,*
78 *De expensis, quæ soluendæ sunt victori, debet deduci id, quod domi esset consumpturus ex suis.*
80 *Delegatus ad vniuersitatem causarum non est Ordinarius, sed Ordinario similis.*
81 *Doctores citantur plura paupertatis priuilegia referentes.*
82 *Paupertas nocet quando ob propriam culpam, vel vitium prouenit.*
83 *Ecclesiæ duæ propter paupertatem vniuntur.*
84 *Delegatus non assumit assessorum, seu consiliarium, nisi in conscientia indigeat, qui neutri parti sit suspectus, tunc partes soluent moderatum salariũ.*
85 *Iudex potest laboris mercedem, cum salarium non habet, iustè recipere.*
86 *Assessor potest recusari vt suspectus.*
87 *Aduocatus non potest esse Assessor iudicis in causa clientuli.*
88 *Conscientiæ & prudentiæ alicuius quoties aliquid committitur, eius dicto fides adhibetur, & tunc non potest moueri præstio quod malè egerit, nec requiritur citatio, aut aliena probatio.*
89 *Delegatus limitare debet salarium Notariorum in sua causa, non participando tamen in lucro cum ipsis, vel Assessoribus.*
90 *Doctores referuntur de salariis Notariorum agentes*
91 *Expensæ ministrantur secundum qualitatẽ personæ.*
92 *Delegatus non debet vocare testes nisi quando status causæ requiritur, & tunc producens soluere tenetur testibus competentes expensas pro discessu, statu, & accessu.*
93 *Testis potest exigere, & recipere iustam mercedem pro labore, & expensis factis in ferendo testimonio.*
94 *Testes sunt vocandi, & alimentandi sumptibus producentis, qui petere debent moderatos, & non delicatos sumptus, quales consueuerunt facere domi suæ.*
95 *Nobiles, illustres, & egregiæ personæ lautiori mensa, & delicatiori cibo excipiendi, & tractandi sunt quàm humilioris conditionis homines.*
96 *Testi nobili, & egregio equus suppeditandus est, non autem rustico, & alij inferioris conditionis homini.*
97 *Artifices, qui aliquid, si domi suæ essent, lucrarentur, non solũ sumptus, sed etiam salariũ solui debet, habito respectu ad illud, quod ex suis artibus consequerent*
98 *Testem si contigerit in itinere morbo corripi quos suppeditabit sumptus, ostenditur.*
99 *Expensæ litis sunt soluendæ, & taxandæ auctoritate iudicis.*

CAP. Statutum. XI.

CAusæ litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legato- 1
rum eiusdem committi debent habentibus di-
gnitatem, personatum, vel Canonicatum in Cathe-
drali, nec tractari debent nisi in ciuitatibus, vel locis
insignibus. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Archid.
Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Dominic. Monach.
Franc Butr. Ludouic. Gomez, Viuian. *in rationali lib.*
1. pag. 65. Alagona *in compend. p. 26.* remissiuè Casal.
in annot. & Ximin. *in concordant. part. 1. & 2.*

Innouatur per Conc. Trident. *sess. 25. de reformat.* 2
cap. 10. in princip. & declaratur per Archiep. Bononi-
en. *part. 4. pag. 271. cum seqq.* Zypæum *in analytica*
postremi iuris Ecclesiast. enarrat. sub hoc tit. à princip.
Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 65. art. 4. & 5.*
Marchesan. *de commissionib. tom. 1. pag. 142. & 329.*
Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. n. 8.* Massobr. *de*
Synodo diœcesana cap. 4. dub. 9. cum seqq. secundùm
Romanam impress. Monet. *de Conseruat. c. 5* Laurent.
de Peirinis *in Const. sui Ordinis Minimor. tom. 2. Con-*
stit. 5. Gregorij XV. §. 2. num. 7. cum seqq.

Nisi dignitate præditis, ; Collige ex text. causas 3
auctoritate litterarum Sedis Apost. vel Legatorum
eiusdem debere committi personis existentibus in di-
gnitate, vt per Duen. *reg. 83.* Menoch. *de arbitr. lib. 2.*
cas. 69. Aloys. Riccium *in praxi rerum fori ecclesiast.*
decis. 104. in 1. edi; aliàs *resol. 89. in 2. edit.* Itaut nec 4
ipse delegatus Apost. possit eas subdelegare personis
non constitutis in dignitate: vt per Aloys. Ricc. *in d.*
praxi decis. 622. in 1. edit. aliàs *resol. 420. & resol. 89.*
n. 2. in. 2. edit. Massob. *d. dub. 13. n. 53.*

Primò amplia in Vicario generali Episcopi, qui 5
cùm in dignitate sit cõstitutus ex latè traditis per me
de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 54. n. 132.
potest esse Conseruator & executor gratiarum bene-
ficialium, quæ expediuntur in Curia Romana, ac de- 6
legatus in causis, quas committere, & mandare solent
summi Pontifices iis, qui sunt in dignitate constituti,
vt per Sbroz *de officio Vicarij, lib. 2. quæst. 23. n. 6.* Flo-
res de Mena *variar. lib. 1 quæst. 4. n. 6.* Azor. *instit. moral.*
part. 2. lib. 3. cap. 13. quæst. 8. & c. 43. quæst. 8. Fr. Em-
man. *d. tom. 1. quæst. 65. art. 3.* Massobr. *d. c. 4. dub. 13.*
à n. 10. metipsum *d. alleg. 54. n. 136.* Erasm. à Cochier
de iurisdict. Ordinar. in exemptos part. 1. quæst. 39. n.
4. Sub. amplia etiam in Vicario electo a Capitulo Sede 7
vacante cum Sbroz. *d. quæ. 23. n 4* Massobr. *d. dub. 13.*
n. 15. & metipso *d. alleg. 54. num. 137.* Dummodo non
sit foraneus, vt obseruant Flores *d. quæst. 4. n. 6.* Mas-
sobr. *d. c. 4. dub. 13. n. 21.* nisi illi fieret delegatio ex
certa scientia Summi Pont. Sbroz. *d. quæst. 23. num. 9.*
Massob. *d. dub. 13. num 22.*

Vtrùm autem Vicarius nominatus à Prælato infe- 8
riore habentes iurisdictionem Episcopalem possit esse
Papæ delegatus? Affirmant Sanch. *de matrimon. lib. 8.*
disput. 27. num. 34 & Flores de Mena *d. quæst. 4. a. n.*
14. contra quos scripsi *d. alleg. 54. n. 141.* fultus aucto-
ritate Sbroz *d. q. 23. n. 8.*

Vtrùm verò Vicarius Episcopi electi, & confirma- 9
ti, sed nondum consecrati, possit esse delegatus Papæ?
affirmat glos. *verbo Episcopi in Clem. 2. de rescriptis,*
vbi citantur Doctores.

Secundò

10 Secundò amplia in Collectore & Subcollectore, quia habent dignitatem cum iurisdictione, vt per Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 51. num. 79. Massob. d. dub. 13. num. 32. vbi n. 33. ex eodem Gonzal. Collige huiusmodi Subcollectores debere habere qualitates requisitas in hoc text.

11 Tertiò amplia in prioribus, Guardianis, & Rectoribus, ac aliis Mendicantium Præfectis, qui toti Conuentui, siue Collegio Religiosorum præsunt, Rota decis. 8. hoc tit. in antiq. quam refert Aloys. Ricc. in collectan. decis. part. 2. collectan. 363. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 13. n. 68. Azor. d. part. 2. lib. 3. c. 13. quæs. 7. Flores de Menad. q. 48. n. 18. Massob. de dub. 13. num. 40. ego ipse d. part. 3. alleg. 106. num. 15. vbi aduerto ex decisione Sac. Congregationis illos in Conseruatores nullatenus posse deputari, contra plures Doctores, quos ibi refero.

12 Quartò amplia in Commendatorio perpetuo, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. num. 10. Mass. d. dub. 13. num. 38. vbi nu. 39. cum Rebuff. de pacifico possess. num. 41. asserit posse delegari causas Commendatario Abbatis, sicut Abbati titulari.

13 Quintò amplia in Cancellario Academiæ Pontificis auctoritate approbatæ, vt per Azor. d. cap. 13. quæs. 9.

14 *Seu Ecclesiarum Catedralium Canonicis.*] Collige ex text. Canonicos Ecclesiæ Cathedralis posse esse delegatos Papæ, vt per Gomez hic à num. 24. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glos. 2. n. 38. Flamin. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. n. 102. Aloys. Ricc. in praxi fori eccles. resolut. 90. num. 3. & 10. in 2. edit. Massobr. d. dub. 13. num. 23. cum seqq. refero ego ipse de Canonicis c. 19. num. 5.

15 Limita primò in Canonico minori Cathedralis Ecclesiæ super ætatem per Papam dispensato, vt latè resoluit Massobr. de cap. 4. num. 11. nam licèt Papa dispenset cum minore, vt si Canonicus in Ecclesia Cathedrali, non ob id censetur cum eo dispensare, vt in ea ætate possit esse iudex delegatus, prout obseruat D. Barbosa in l. cum prætor, §. vlt. n. 60. ff. de iudic.

16 Limita secundò in Canonico Regulari Ecclesiæ Cathedralis, illum enim non posse esse delegatum Papæ sicut Canonicos seculares, asserunt, Duen. reg. 78. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 270. num. 6. Massob. de Sinodo Episcopi cap. 4. dub. 13. nu. 30. Vide latiùs in Clem. 2. de rescript.

17 Limita tertiò in Canonico etiam peritissimo Doctore Ecclesiæ Collegiatæ, illum etiam non posse esse delegatum Papæ, nec iudicem synodalem constitui, resoluunt Marc. Anton. Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 612. num. 2. Massobr. d. cap. 4. num. 10. vbi refert sibi ita fuisse responsum per Sacram Congr. Concilij Trident. refero ego ipse de Canon. c. 19. n. 10. licèt contra teneant Alos. Ricc. d. praxi fori Ecclesiast. dec. 637. in 1. edit. aliàs resol. 575. in 2. edit.

18 Obseruandum maximè est qualitatem Canonicatus in Cathedrali, vel dignitatis, quæ in delegato Summi Pontif. requiritur, deberi à principio adesse tempore commissionis, vt per Flamin. de resignat. lib. 4. quæst. 1. num. 17. Cardin. Tusch. lit. D. concl. 143. n. 15. Massob. d. dub. 13. n. 47. Gig. de pensionib. q. 22. n. 19. quos refero ego ipse d. c. 19. n. 6.

19 Vnde infertur sufficere Canonicatum Cathedralis, aliamve dignitatem obtineri tempore impetrationis rescripti Pontificij, quamuis tempore præsentationis eius cessauerit iam dignitas illa, secus si tempore impetrationis non aderat dignitas, non enim sufficeret eam adesse postea tempore præsentationis; ita Tiraq. in tract. cessante causa limit. 4. nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. num. 75. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 28. Massob. d. dub. 13. num. 48.

20 Deinde infertur quod si Canonicus, cui causa committitur per Sedem Apost. post acceptationem litterarum desinat esse Canonicus, potest nihilominus esse iudex in causa illa; ita Azeued. l. 7. num. 60. tit. 18. lib. 4. noua recop. & ad Curiam Pisanam. l. 4. c. 6. n. 66. Garc. Gironda de priuileg. explicat. num. 510. cum seqq. Massob. d. dub. 13. num. 49. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 92. Flamin. d. lib. 1. quæst. 11. n. 9. & 14. in fine. Ceuall. communium contra commun. q. 667. n. 10. in fine, Galet. in margar. casuum Conscientiæ verbo delegatus 3. & verbo renuntiare v. 1. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 616. in 1. edit. aliàs res. 414. in 2. edition. refero d. c. 19. n. 8.

21 *Aut personatum.*) Ergo personatus in propria significatione distinguitur à dignitate, vt per Monet. de Conseruat. cap. 5. quæs. 7. à num. 84. & Laurent. de Pertinis d. §. 2. num. 8. obseruantes quòd dignitatem habere dicitur is, qui habet aliquam præeminentiam, seu administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione; personatus verò est quædam prærogatiua in Ecclesia sine iurisdictione, vt qui habet stallum honorificum in choro præ aliis Canonicis etiam antè receptis, minorem tamen dignitatibus.

22 *Causa auctoritate litterarum, &c.* Loqui tantùm de causis Ecclesiasticis, non verò de profanis, resoluit Marc. Anton. Genuen. in practicab. Eccles. quæst. 751. num. 2.

23 Non procedere in meris executoribus gratiarum, tenent Rot. decis. 31. de rescript. in antiq. quam refert Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 2. collect. 466. vbi sublimitat nisi executores dati essent cum clausula, vocatis vocandis, qui operatur vt sint veri iudices, ex Rot. decis. 42. eod. tit. in antiq. Vide Marches. de commission. part. 1. pag. 251. nu. 39. latè Flores de Mena var. quæst. lib. 1. q. 4. per totam.

24 Similiter non procedere in iudicibus datis in litteris compulsorialibus obseruant Achil. dec. 3. de offic. deleg. quem refert Aloys. Riccius d. collect. 363. decis. 192. part. 3. in antiq.

25 In glos. Canonicis, ibi, maior septennio. Notatur ad hoc quòd licèt Papa dispenset cum minore septennio vt sit Canonicus in Ecclesia Cathedrali, non ob id censetur cum eo dispensare vt in ea ætate possit esse iudex delegatus, vt per D. Barbos. in l. cum prætor, §. vlt. num. 60. ff. de iudic. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 270. num. 7. Massobr. de Synodo diœcesana cap. 4. dub. 11. per totum. 26 Quid autem si Pontifex dispenset in ætate cum Canonico, vt fiat Subdiaconus, an talis habeat vocem in Capitulo? vide quæ dixi in Clem. 2. de ætat. & qualit.

27 In ead. glos. ibi, quòd hoc sufficiat, &c. Notatur ad hoc quòd vbi in aliqua dispositione opponitur verbum, sufficit, non requiritur alias qualitates adesse, quàm expressas, vt per Tiraq. de retractu lig. §. 7. glos. 1. num. 1. Et de variis huius verbi significationibus vide Rebuff. ad l. sæpe 53. vers. sufficit ff. de verbor. significat. pag. 276. col. 2.

28 In ead. glos. ibi, & si tempore data quis esset Canonicus, &c. Vide quæ dixi supra hoc eod. cap. num. 18. cum seqq.

29 In glos. Causa, ibi, non ergo prohibet, quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi possit. Communiter recipitur, vt per Nauar. in cap. cum contingat 2. causa nullitatis, versic. 30. pag. 112. Alexand. consil. 77. n. 5. lib. 2. Cardin. Tusch. lit. D. concl. 145. n. 2. & concl. 15. n. 10. Massobr. d. c. 4. dub. 13. num. 53.

30 In glos. Litterarum, ibi ex quo Papa scienter committit, &c. Notatur ad hoc, quòd si Papa ex certa

ſcientia committat cauſam ſimplici clerico, nominando eum ſic in commiſſione, valebit commiſſio, vt per Xuar. *alleg.* 12. *num.* 24.

31 Notatur etiam ad hoc, quòd quando inhabilitas non fuit expreſſa in ipſis litteris promotionis, ſed fuit quidem adiecta clauſula, *ex certa ſcientia*, præſumitur diſpenſatum, vt per Menoch. *de præſumption. li.* 2. *præſumpt* 20. *num.* 2.

32 In ead gloſſ. ibi, *cùm hoc ex certa ſcientia facit, quod intelligo, ſi id literis exprimitur.* Notatur ad hoc, quòd probatur aliquid eſſe factum ex certa ſcientia Principis, quando ipſe fatetur ſe id facere ex certa ſcientia, vt per Maſcard. *de probation. concl.* 282. *n.* 6. Xuar. *d. alleg.* 12. *num.* 34. Auendam. *l.* 42. *Tauri gloſ.* 3. *nu.* 6

33 hæc enim clauſula nunquam præſumitur, maximè contra ius, niſi poſſet colligi ex verbis reſcripti, vt per Xuar. *d. alleg.* 12. *n.* 28. nam licèt minimè ſit expreſſa, ſufficit tamen de ea tacitè conſtare, D. Barboſ. *in l. ſi quis poſtea quam nu.* 126. *de iudic.* Multa de hac clauſula dixi *de dictionibus, & clauſulis clauſ.* 25. ſecundùm Lugdun. impreſſ.

34 In gloſ. *Committuntur.* ibi, *vbi innuitur quòd ipſo iure eſt irritum, & inane, quòd contra aliquod iſtorum fit.* Notatur ad hoc quòd decretum irritans annullat actū contra factum ipſo iure, vt per Mart. *de clauſul. part.* 1. *clauſul.* 191 *num.* 6. Flamin. *de reſignat. lib* 4. *quæſt.* 9. *num.* 29. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 38. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 75. *num.* 3. *part.* 2. Ferrer. *in Conſtit. Cathaloniæ gloſſ.* 1. *num.* 151. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 283. *num.* 3. & *cap.* 415. *num.* 22. & *cap.* 440. *num.* 10. & *c.* 517. *n.* 19. & *c.* 574. *num.* 5. & *cap.* 330. *num.* 44. & *cap.* 791. *n.* 13. Alia plura de vi, & effectu decreti irritantis dixi *in tract. de clauſulis vſufreq. clauſul.* 40. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

35 In gloſ. *Ciuitatibus.* ibi, *quæ in eis præſumuntur eſſe periti.* Notatur ad hoc quòd pro dignitate, & loco præſumitur vt quis ſit peritus, vt per Marc. Anton. Gennen. *in practicab. eccleſiaſt. q.* 612. *n.* 1.

36 In gloſ. *Copia.* ibi, *recurrendum ad arbitrium iudicis.* Notatur ad hoc, quòd arbitrio iudicis relinquitur quis locus dicatur inſignis, vt per Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 158. Maſſobr. *de Synodo. Epiſcopi c.* 4. *dub.* 14. *num.* 10. vbi *numeris ſeqq.* latè oſtendit ex quibus qualitatibus huiuſmodi iudicis arbitrium ſit regulandum.

§ Cùm verò.

37 Actor, & reus quando ſunt eiuſdem ciuitatis, vel diœceſis, actor impetrare non debet delegatum vltra ciuitatem, vel diœceſim, niſi cauſa eſſet contra Epiſcopum, Capitulum, vel Vniuerſitatem. Colligunt Doctores citati *in princ. text.* Procedit ſolùm in iudicibus datis ad lites, non autem in executionibus, & aliis datis ad ſumendam informationem, vt per Oldrad. *conſ.* 295. *n.* 3. Item non habet locum quando Papa dat duos iudices ſcienter, qui diſtant vltra diætam, quia cùm vterque poſſit eſſe iudex, videtur diſpenſaſſe, refert Cardin. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 54. *n.* 3. & 4.

38 *Vltra vnam diætam.*] Obſtat text. *in cap. vt officium, verſic. denique, de hæretic. hoc lib.* vbi extendit ad duas diætas. Verùm reſpondetur *in illo text.* de cauſa ſpeciali, nempe de crimine hæreſis agi, at verò *in hoc text.* loqui generaliter, ideò nil mirum ſi per hanc legem generalem, illa noua caſus ſpecialis non reuocetur; ita Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 30. *princip. n.* 14.

39 Diſpoſitio huius text. *de vllo non conueniendo vltra vnam diætam à fine ſuæ diœceſis,* procedit tantum in iudicibus datis ad lites, non autem in executoribus & aliis datis ad ſumendam informationem, vt per Cardin. Tuſch. *lit. C. concl.* 44. *n.* 3. vbi *num.* 4. aduertit non habere locum quando Papa dat duos iudices ſcienter, qui diſtant vltra diætam, quia cùm vterque poſſit eſſe iudex, videtur diſpenſaſſe.

Scholares poſſunt ſuos debitores coram ſuis Conſeruatoribus vſque ad quatuor diætas conuenire, vt per Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuil.* 161. 40

Cætera de diætis dixi latè *in collect. ad cap. nonnulli* 28. *ſup. hoc tit. in Decretalib.* 41

Valeat conueniri.] Notatur ad hoc, quòd ſi citandus habet multa domicilia in quibus habitet, nunc hîc, nunc illic, inſpiciendum eſt illud, quod frequentiùs habitare conſueuit, vt per Tiraqu. *de tract. lig.* §. 9. *gloſſ.* 2. *num.* 26. 42

Saltem per proprium iuramentum. Ergo iuramentum hoc debet præſtari in perſona, & non per procuratorem, etiam ſi habet ſpeciale mandatum, de quo tamen vide Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.* 3. §. *verbo, faire homage, & ſuiuans num.* 2. Gig. *de penſionib. q.* 11. 43

Notatur ad hoc, quòd probatur per iuramentum aſſerentis ſe non poſſe conſequi iuſtitiam in partibus ad affectum deuoluendi cauſam ad Curiam, quæ aliàs non erat in Curia cognoſcenda, vt per Maſcard. *de probation. concluſ.* 958. Sic etiam metus quandoque probari poteſt per iuramentum proprium ex eodem Maſcard *concluſ.* 1052. *num.* 8. Iuramento damnum paſſi vt credatur, ſtatuto fieri poteſt, vt per Phanuc. *in tract. de iureiur. in litem cap.* 2. *poſt num.* 10. *ante med.* Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *verbo iuramentum. n.* 1137. *cum ſeqq.* Verumtamen vbicunque ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione defertur iuramentum, poteſt nihilominus aduerſarius probare contrarium, etiamſi lex ipſa, aut ſtatutum diceret ſtari iuramento, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 4. *gloſ.* 1. *num.* 1. 44 45 46 47

In gloſ. *Eiuſdem ciuitatis.* ibi, *quia domicilium habent in eadem ciuitate.* Notatur ad hoc, quòd appellatione ciuium veniunt etiam incolæ iure communi ſaltem latè ſumpto vocabulo, vt per D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde, iudic. in art. de foro ratione originis n.* 49. Nam ciuium appellatione comprehenduntur etiam ciues ex priuilegio, Brunor. à Sole *in locis communib. verb Ciuis num.* 7. Stephan. Gratiam *diſcept. forenſ. cap.* 186. *num.* 84. Garc. Gironda *de priuilegiorum explicat. num.* 825. ego ipſe *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. verbo Ciuis.* 48 49

In ead. gloſ. ibi. *& inde intelligo cùm plura domicilia habent.* Nam licèt actor ſequi debeat forum rei, ſi tamen ipſe reus iure communi, non iure ſpeciali habeat duos iudices, videtur poſſe actorem vnum ex illis, quem maluerit, eligere ad actionem proſequendam, de quo tamen vide Couar. *lib.* 1. *vari. c.* 18. *n.* 6. 50

In gloſ. *Ab aliquo* ibi, *vix enim inueneris actor in ciuitate Epiſcopi iudicem, qui non faueret Epiſcopo.* Notatur ad hoc, quòd quando agitur de præiudicio tertij, quis non præſumitur bonus, vt per Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 85. *num.* 49. 51

In gloſ. *Poſſit.* ibi, *non dixit debeat.* Notatur ad hoc, quòd quotieſcunque verbum *poſſit*, ponitur affirmatiuè in lege, vel in alia diſpoſitione, facultatem ſignificat, & non neceſſitatem, vt per Melchior. Phœbum *Luſit. deciſ.* 9. *n.* 6. *tom.* 1. Vincent. Carot. *deciſ. ſeu caſu* 36. *n.* 3. & plures per me citatos *in tract. de dictionibus vſufreq. diction.* 268. *num.* 1. ſecundùm Lugdunen. impreſſ. 52

In gloſ. *Vnam diætam.* ibi, *ſed quid ſi agatur actione reali, nunquid fiat computatio à fine diœceſis, vbi ſita eſt res,* &c. Vide quæ diximus *in collect. ad cap. dilectus* 29. *num. hoc tit. in Decretalib.* 53

54 In

54 In ead. glos. ibi, *quod habeatur respectus loci domicilij, non rei vel originis.* Notatur ad hoc, quòd forus domicilij tanquam fortior, & magis naturalis præfertur foro originis, vt per D. Barbos. *in l. hæres absens, §. fin. num. 40. ff. de iudic.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 431. num.* 12. Subditus enim magis dicitur ratione domicilij quàm originis, si pluribus annis domicilium contraxit in aliquo loco, Chald. Pereira *in resp. pro Ferdinando Fereira n. 3.*

55 Notatur etiam ad hoc quòd vbi fit mentio domicilij, intelligitur de domicilio habitationis, & non originis, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 9. glos. 2. n. 21.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo domicilium* 1. Ioseph Sesse *Aragonia decis. 59. n. 9.* D. Barbos. *in d. l. hæres absens, §. fin. nu. 45.* Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 23. num. 7.*

56 In glos. *Per proprium iuramentum.* ibi, *Iuramentum est legitima probatio.* Notatur ad hoc, quòd iusiurandum probatio est, vt per Chald. Pereira *de empt. & vendit. c. 19. n. 24.*

§. Cùm autem.

57 Actor contra reum diuersæ diœcesis debet impetrare delegatum, vel in diœcesi rei, vel in alia non propria, nec vltra vnam diætam distante. Colligunt Doct. *sup. in principio text. citati.*

58 Dictio, *autem*, est aduersatiua in iure, & in facto, secundùm suam naturam, dum aliud ex disponentis mente non colligitur: implicat diuersitatem casuum, per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 78. n. 20.* Cened. *post canonicas quæst. sing. 7. n. 1.* Petr. Enriquez *respons. opusc. 2. num. 3.* Bursat. *cons. 421. num. 4. part. 3.* & alios citatos per me *de dictionibus vsufreq. dict. 47. n. 1.* secundùm Lugdun. impress.

59 In glos. *Recuset.* ibi, *quia tunc actor non recusat, &c.* Notatur ad hoc, quod iudex à partibus, vel de earum consensu electus, non potest ab alijs recusari nisi ex noua causa, vt per Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 113. n. 8.* Marant *de ordine iudic. part. 6. actu. 2. num. 76. pag. mihi* 427. Mascard. *de probat. concl. 952. n. 42.* Azeued. *l. 7. n. 62. tit. 8. lib. 4. noua Recopilat.* Valasc. *de partitionib. c. 9. n. 23. & 24.*

§. In nullo quoque.

60 Delegatus extra locum commissionis nihil agere potest nisi de consensu partium, nec vices suas committere valet nisi personis designatis superiùs. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

61 *Nisi ad id expressus accesserit eorundem assensus.*] Notatur ad hoc, quòd ad prorogationem inducendam de loco ad locum requiritur expressus consensus partium, vt per Boër. *decis. 283. n. 4.* D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. art. 2. n. 5. & 6.*

62 *Et personis duntaxat designatis superiùs.* Notatur ad hoc, quòd delegatus non potest causas auctoritate litterarum Sedis Apost. sibi commissas personis non constitutis in dignitate subdelegare vt per Aloys. Ricc. *in praxi rerum foris. eccles. dec. 622. in 1. edit. aliàs resol. 89. n. 2. & resol. 420. in 2. edit.* Massobr. *de Synodo Episcopi. seu diœcesana c. 4. dub. 13. n. 53.*

63 In glos. *Citet partes.* ibi, *& si citauerit, non tenetur ire, &c.* Notatur ad hoc, quòd nulliter citatus si non compareat, non potest censeri contumax, vt per D. Barbos. *in l. alia. §. eleganter n. 6. ff. soluto matrim.*

64 In ead. glos. ibi, *An autem citatus teneatur ire priuilegium, vel defensionem allegaturus?* Glossa *in præsenti* nihil determinat. Pro illius tamen quæstionis resolutione dico iudicem, qui citationem decernit, tripliciter posse considerari. Vel enim notoriè est incompetens, vel res est hinc inde æqualiter dubia. Primo casu extra controuersiam est vocatum ad forum notoriè incompetentem in illis, quæ notoriè ad vocantis officium non spectant, minimè teneri venire: ratio est, quia data notoria incompetentia notoriè deficit iurisdictio, & potestas de publico introducta, & consequenter iudex notoriè reputatur priuata persona, *l. 3.* ibi, *nam si excesserit priuatus est, de officio Præsid. c. conquerente 7. de restit. spoliat.* ac proinde notoriè constat de nullitate citationis, & ita non proponitur aliquod factum superioris, cui optemperandum sit arg. *l. factum 132. ff. de regul. iuris, & reg. ea quæ 26. eod. tit. lib. 6. cum concord.* Sic à fortiori procedunt iura, quæ nullam parendi necessitatem partibus imponunt, *Clem. pastoralis, §. notorium, & §. cæterum, de re iudic. l. vlt. ff. de iurisd. cap. at si 4. in princ. de iudic. c. vlt. §. statuto, sup. de constit. hoc lib. per totum, C. si à non competẽti iud.* resoluunt Dec. *in c. inter cæteras 9.* per text. *ibi,* iuncta *glos. vlt.* & *ibi,* Abb. *n. 10. de sent. & re iudic.* glos. *verbo congrueret, in cap. conuenior 23. q. 8.* glos. *verbo nisi cognouerit, in cap. si duobus 7.* vbi Dec. *n. 7. de appellat.* Abb. *in c. 2. à n. 16. de dilat.* & *ibi* Innocent. *num. 3.* Couar. *lib. 1. var. c. 1. num. 10. in princip. & pract. c. 25. num. 2.* Maran. *de ordin. iudic. part. 6. cap. de sententia num. 116.* Hippolyt. *in rub. de probat. nu. 115.* Sot. *lib. 5. de Iustit. qu. 7. art. vlt. in fine,* Menoch. *remed. 9. recup. à n. 8.* Cordub. *lib. 3. quæstion. quæst. 43. colum. 3.* Cephal. *consil. 442. num. 47.* Surd. *cons. 223. num. 6.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 59. art. 5. in princ. & tom. 1. q. 36. art. 4. col. 3. in princip.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 33. n. 23. post princip.*

In secundo verò casu nemo dubitat teneri vocatum venire, *l. 1. in princip. ff. si quis ius dicenti, l. 2.* vbi *gl. 2. & per totum, ff. si quis in ius vocatus,* Abb. *num. 17.* & Doct. communiter *in cap. 2. de dilation.* post Innoc. *ibi num. 3.* 65

In tertio denique casu, vbi notoria non est iudicis incompetentia, sed sumus in dubio, citatus omnino tenetur comparere allegaturus priuilegium, vel causam incompetentiæ, aliter vt contumax iustè punietur, *l. 2. §. sed et si dubitetur, ff. de iudic.* glos. *verbo conuocari in fine, in cap. si Episcopus 3. quæst. 2.* glos. *de verbo nisi cognouerit,* & Doct. communiter *ibidem,* Hippolyt. *citato loco,* Menoch. *d. remed. 5. n. 15.* Surd. *d. cons. 286. à num. 11.* Sanch. *d. disp. 33. n. 23.* 66

In ead. glos. ibi, *non tenet processus.* Verùm circa hoc quoad nullitatem processus obseruandum duxi forum incompetentem dupliciter posse considerari, vel quatenus est improrogabilis, vel quatenus prorogabilis, de partium consensu fieri potest: in primo casu non est dubium processum tam super contumacia, quàm super causa principali esse nullum, exemplum sit in clerico vocato ad seculare iudicium in terminis in quibus tale forum est omnino incompetens & improrogabile, tunc enim indistinctè resoluendum est processum quoad vtrumque esse omnino nullum, arg. *cap. at si clerici 4. in princ. de iudic. c. significasti 18. de foro compet.* obseruant in effectu Abb. *in c. si diligenti, num. 33. illo tit. de foro compet. & in c. 2. n. 16. de dilat.* Ber. *in d. cap. si duobus num. 39.* Auend. *de exequendis mand. c. 22. num. 2.* Couar. *practic. cap. 32. num. 2.* In secundo verò casu quando forus licet incompetens, partium tamen consensu porogabilis est, an iudice valida erunt gesta, ratio est, quia supposito quòd partes vocantur, & cum possent exceptionem declinatoriam opponere, tacuerint, contumaciamque saltem præsumptam contraxerunt, censentur forum, quamuis incompetentem, prorogabilem, tamen prorogasse ad casum super quo ad iudicium vocantur, iuxta text. & 67

communem *in l.1.& 2.ff.de iudic.*glos.*verbo inchoata, in princip.*iuncto text.*in l.1.C.vbi decrimine*, & ideo ex vi prorogatæ iurisdictionis facta; sustinetur, quicquid aliter resoluant Doctores *in d.cap,si duobus*, vbi Dec.*à num.*14.

68 In glos.*Expressus.*ibi, *quòd licet interueniat tacitus consensus,&c.* Notatur ad hoc, quòd si lex, vel statutum exigat consensum expressum nuncupatim, tunc tacitus non sufficit, vt per Tiraquel.*de iure mariti, gl.7.num.7.& num.69.*Gonzal.*ad regul.* 8.*Cancellar. glos.47.num.*20.

§. Insuper.

69 Delegatus Apostolicus nihil debet à patribus recipere nisi esculentum, vel poculentum ex mera dantis liberalitate quod possit paucis diebus consumi. Sed si contingat propter causas commissas proficisci extra suum domicilium, moderatas expensas accipere potest, nec plus ab vna quam ab alia parte, & si litigantes fuerint pauperes, etiam pro expensis nihil accipere debet. Colligunt Doctores citati *in princip. text.*

70 Dictio, *insuper*, importat diuersa & pincipalia, non autem partem, vt per Flamin.Paris.*de resignat. benef. lib.11.q11.n.*18.Martam *de clausulis part.4.claus.24. num.4.*& alios per me citatos *in tract.de dictionib.vsufrequent.dict.*146.

71 *Nisi forsan esculentum,vel poculentum,&c.*]Notatur ad hoc, quòd in modica quantitate licet delegato esculenta,vel poculenta recipere, vt per Greg.*l.6.verbo non reciban tit.6.part.4.* Tiraq.*in tr.de iudicio in rebus exig.vers.*82.Azeued.*l.1.nu.18.titul.6.lib.3. noua recop.*Perez *l.fin.glos.2.tit.3.lib.2.Ordin.& l.40.gl.1. tit.14.eod.lib.2.& l.5.gl.1.pag.363.col.1.tit.19.lib.8.* Morla *in emporio iuris Ciuilis part.1. tit.2. q.10. à princ.*Cened.*ad Decretum collect.28.n.*2.

72 *Mera liberalitate oblatum.*]Notatur ad hoc, quòd licet iudici recipere poculenta,& esculenta, quando illa dantur mera dantis liberalitate; secus autem si aliquo modo directè, aut indirectè à iudice petantur, seu affectentur, vt per Boër.*decis.153.n.29.*Fatin. *in praxi crimin p.3.q.11.n.*252.

73 *Quod paucis consumi possit diebus.*]Notatur ad hoc quòd acceptare non licet esculenta, & poculenta nisi ea, quæ paucis diebus consumi possunt, vt per Farin.*d.q.111.num.*256. Steph.Gratian. *discept.forens. c.56.num.*48.

74 *Extra suum domicilium proficisci.*&c.] Notatur ad hoc, quòd vbi delegatus exit domicilium consequitur sumptus, vt per Surd.*de alim. tit.1.q.79.n.*1. Segur. Dáualos *in direct.iudic. Eccles.fori p.1.c.14.num.*45. Cened.*ad decretal..collect.134.n.3.in fine.*

75 *Sed & vbi notabiliter fuerint pauperes litigantes,* &c.]Notatur ad hoc, quòd iudices à pauperibus expensas non debent accipere, etiam quando peregrè proficiscuntur, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.29. num.*40. Perez *l.1.glos.1.pag.259. vers.decimotertio, titul.5.lib.2.Ordin.*

76 De Sportulis vide Alciat.*lib.1.dispunct.c.13.& 17.* Kirchou Viuian.Soar.& alios *to.1.commun.opin.lib.3. tit.2.pag.*397.Carot.*de locato tit. de sportulis fol.*10. Guit.Pancirol.*in Thesauro var.leg.lib.2.c.*95. Marc. *de iurisd.p.2.cent 2.casu* 103.Chald.Pereira *in comm. ad l.2.C.ex delictis defunct. p.44. n.22. cum multis seqq.*Petr.Gregor.*de republ.lib.2.c.6.à n.*16.Stephan. Gratian.*discept.forens.tom.3.c.*561.

77 In glos.*Presumat.* ibi,*hoc verbum denotat vitium.* Vide Hippol.*in l.de minore, in princ.n.39.ff.de quæstion.*Sanch.*de matr.lib.9.disp.32.n.*38.quos refero *in tract.de dictionibus vsufreq.dict.*278.

In gloss.*Moderatas.*ibi,*quas domi facturus esset,secundum quod dicere consueuimus in victore.* Notatur 78 ad hoc quòd de expensis, quæ soluendæ sunt victori, debet deduci id, quod domi esset consumpturus ex suo, vt per Surd.*de aliment.tit.4.quæst.25. n.3.& 5. cum seqq.*Sayr.*in claui Regia lib.12.c.13.n.16.& 17.* Stephan.Gratian.*discept.forens.c.33. num.*35. D.Barbosa *in l.eum,qui temere,num.221. cùm seqq. ff. de iudic.*

In ead glos. ibi, *& testis integrè expensas percipit,* 79 &c.de quo *infrà hoc eod.c.n.92.cum seqq.*

In ead.Glos.ibi,*dic quòd si est delegatus ad vniuer-* 80 *sitatem causarum,*&c. Notatur ad hoc quòd delegatus ad vniuersitatem causarum non est Ordinarius, sed Ordinario similis,& ei æquiparatur, instarque Ordinarij habetur, vt per Azeued.*l.1.n.6.tit.9.lib.3.noua recop.*

In glos.*Pauperes.*Vide *l.7.tit.12.lib.4.fort.leg.*vbi 81 *glos.4.*Perez *l.1.glos.3. à princip.tit.1. l.2 gl.4.tit.16. lib.3.Ordinam.* Quamplurima paupertatis priuilegia referunt Rebuff.*de priuileg.Scholast.priuil.*90. Corn. Benincas.*in speciali tract.de priuil.paupertatis,*Gonz. *ad reg.8.Cancel.gloss.2.n.*35. Steph.Gratian. *discept. forens.c.7.n.9.*& plures,quos plena manu refert Cened.*ad decretum.collect.27.n.*2.

In ead.glos.ibi.*paupertas non est de genere malorum.* 82 Nocet tamen quando ob propriam culpam,vel vitium prouenit,vt per Couar.*lib.2.vari.c.16.num.3.vers.3. sed si quis,*Tiraq.*in l.si vnquam,verbo bena,n.5.*Mexi. *in tract.tassæ panis conclus.1.num 10.cum seqq.*Baëc.*de inope debit.c.16.n.*25. Lar.*in l.si.quis à liberis, §.idem rescripsit,à num.100.& §.sed si filius,à num.*88. *ff.de liberis agnos.* Cornel. Benincas. *de priuileg.paupert. quæst.4.à num* 46.Matien.*l.15.glos.3.num.2.tit.10.& l.6.glos.3.n.32.ad med. tit.7.lib.5. noua recopil.* Menoch.*de arbitrar.casu 96.num.*10. Azeued.*l.7.num.4. tit.2.lib.1.noua recopil.*D.Barbos. *in l.maritum,n.73. ff.soluto.matrim.*& plures,quos refert Cened.*ad Decretal. collect.2.num.4.*

In ead. gl. ibi. *propter paupertatem duæ Ecclesiæ* 83 *vniuntur,*de quo nouè Conc.Trid. *sess.21.de reform. c.5.& sess.24.*etiam *de reform.c.13.*vbi latè diximus.

§. Assessorem.

Delegatus non assumat assessorē, seu consiliarium, 84 nisi conscientia indigeat, qui neutri parti sit suspectus,& tunc partes soluant moderatum salarium. Colligunt Doctores *in principio text.citati.*

Ei de competenti salario,&c.]Notatur ad hoc, quòd 85 iudex potest laboris mercedem, cùm salarium non habet, iustè recipere, vt per Couar.*in reg peccatum part.2. §.3.num.2.col.2.*Et ideo potest iudex delegatus quid capere pro visione processus, vt per Boër.*decis.15.n.1.* 86

Neutri parti suspectum.]Ergo assessor potest recusari vt suspectus, de quo Modern.*de cognit.per viam violentiæ part.2.quæst.14.n.41.*quem refert parens meus *in comment.ad Ordin.Regiæ Lusit.lib.3.tit.21.statim in princ.n.14.pag.*270.Menoch.*de arbitr. lib.1.q.73. n.4.* Vnde Aduocatum non posse esse assessorem iu- 87 dicis in causa clienteli, resoluunt Steph.Grat.*discept. forens.c.4.n.5.*Carrasc.*in explicat.ad aliquas leges noua recopil.c.9.n.*291.

In glos.*Relinquatur.*Notatur ad hoc, quòd quoties 88 aliquid committitur Conscientiæ, & prudentiæ alicuius, eius dicto fides adhibetur, vt per Mascard. *de probation. conclus.*414. Et tunc non potest moueri quæstio quòd malè egerit, Sanch.*de matrimon.lib.3. disp.10.n.*13. Nec requiritur citatio, immò absque

ea

ea procedere poteris, Tiraquel *in tract. res inter alios acta, vers. limita quintò.* Nec est necessaria probatio, Sanch. *d. lib. 3. disput. 8. num. 4.* Et denique denegatur appellatio, Tiraquel. *de retract. lig. §. 4. glos. 1. num. 11.* Boër. *decis. 284. num. 17.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 70. num. 7.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 28. nu. 23.* Vide quæ dixi ad glos. *verbo oneramus in Clem. 1. de iurepatron.* quia ex diametro pugnat cum hac glossa.

§. Notarium.

89 Delegatus limitare debet salarium notariorum in sua causa, non participando tamen in lucro cum ipsis vel assessoribus. Colligunt Doctores *in princip. textus citati.*

90 De salariis notariorum vide Ordin. Regiam Lusitan. vbi *lib. 1. tit. 90.* parens meus, Boër. *decis. 258. n. 11. in fine, & num. 12. & 16.*

91 In glos. *Officium* ibi, *& in hoc inspiciet conditionem personarum.* Notatur ad hoc, quòd secundùm qualitatem personæ ministrantur expensæ, vt per Afflict. *in cap. 1. in princip. num. 73. ex quibus causis feudum amit. lib. 3.* Lat. *in l. si quis à liberis §. sed si filius n. 46. ff. de liber. agnosc.* Surd. *de aliment. titul. 4. quæst. 21. num. 9.* D. Barbos. *in l. cum, qui temere, num. 232. ff. de iudic.*

§ Proferendo.

92 Delegatus non debet vocare testes, nisi quando status causæ requirit, & tunc producens soluere tenetur testibus competentes expensas pro discessu, statu, & recessu. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

93 *Nisi à producente, &c*]Notatur ad hoc, quòd pro labore, & expensis factis in ferendo testimonio iustam mercedem potest testis exigere, & recipere, vt per Couar. *in reg. peccatum part. 2. §. 3. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. lib. casu 310. num. 10.* Surd. *de aliment. ti. 1. quæst. 62.*

94 Testes esse euocandos, & alimentandos sumptibus producentis, obseruant Azin. *in praxi Florent. §. 21. cap. 5. casu 2.* Nicol. de Lescurt. *de examine testium. c. 16. n. 1.* Cacheran. *decis. 49. num. 9.* Rutg Ruland. *de commissar. part. 1. lib. 3. c. 23. n. 3.* Monter. à Cueua *Aragonia decis. 36. num. 25.* Camill. Borrel. *cons. 21. sub num. 16.* Qui tamen petere debent moderatos, & non delicatos sumptus, quales consueuerint facere domi suæ, Greg. *l. 21. verbo, qua coma, tit. 2. part. 3.* Bellacomb. *tom. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 13. n. 61. pag. 257.* Rutg. Rulan. *d. part. 1. lib. 3. c. 23. à princ.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 25. sub n. 3.* Stephan. Gratian. *discept.*
95 *forens. c. 57. num. 4.* Laurinti verò mensa, & delicatiori cibo illustres nobiles, & egregiæ personæ excipiendi & tractandi sunt, quàm humilioris conditionis homines, vt per d. Surd. *tit. 4. quæst. 18. num. 8. 12. 13. & 14.* faciunt notata per Fulu. Pacian. *de probation. lib. 2. c. 26. à num. 123.*

96 Vnde testi nobili & egregio equum, vel vecturam suppeditandam esse tenent Surd. *d. tit. 4. quæst. 21. n. 7. & 10.* Stephan. Gratian. *d. c. 53. à num. 6.* Alij autem rustici & inferioris conditionis non debent ire equites, ideóque non repetant expensas, si quas fecerunt in equis, ex notatis per Tiraquel. *de nobilit. 20. n. 75.* Lara *in l. si quis à liberis, §. non tantùm n. 26. cum seq. ff. de liberis agnosc.* Cabed. *Lusit. decis. 73. n. 14. ad fin. part. 2.* Surd. *tit. 4. quæst. 21. num. 10.* Rutg. Ruland. *d. part. 1. lib. 3. c. 1. num. 10.* Sed quando extra patriam ducuntur, illis solui debet antequam pedem de domo moueant, Surd. *d. tit. 4. quæst. 8. num. 3. & 9.* Stephan. Gratian. *d. c. 53. num. 6.*

Artistis, qui aliquid, si domi suæ essent, lucrarentur, 97
non solùm sumptus, sed etiam salarium solui debet, habito respectu ad illud, quod in suis artibus omiserunt, ex Cacheran. *Pedem. dec. 46.* Camill Borrel. *cons. 21. in fin.* Francisc. Marc. *Delphin. decis. 178. n. 3 p. 1.*

Et si contigerit testem in itinere morbo corripi, 98
sumptus in curatione impendendos suppeditare habeat necesse, donec commodè, hoc est, sine periculo sanitatis, proprios lares inuisere possit, auctoritate Bart. tradit Rutg. Ruland. *part. 2. lib. 7. c. 12. n. 4.* vbi *num. 17. vers. quod tamen,* resoluit producentem teneri suppeditare expensas pro restituendis ablatis aduersùs deprædantes.

Denique huiusmodi expensas authoritate iudicis 99
esse soluendas & taxandas, obseruant Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 7. tit. 13. num. 61. pag. 257.* Rebuff. *de reprobat. testium. num. 498. cum seqq.* Surd. *d. tit. 4. quæst. 21. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio sola præuenta, & receptio in Canonicum secundi impetrantis in eadem Ecclesia non excludit primum impetrantem à præbenda vacante tempore suæ receptionis, vel postea vacante ante suam receptionem, vel præsentationem, & hoc si per processum executoris, vel interpositionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat, nisi dolo, vel negligentia excluderetur ab eadem.*

2 *Mandata de prouidendo, & expectatiuæ hodie sunt sublata per Concil. Trid.*

3 *Executores habent iurisdictionem delegatam.*

Cap. Tibi, qui. XII.

IMpetrans priùs admitti in Canonicum & præ- 1
bendam primò vacaturam, est præferendus secundo impetranti, licèt secundus prius præsentauerit, & fuerit receptus in Canonicum, dummodo antequam vacet præbenda prior præsentet, quia erat prior in data, immo etiamsi prior præsentet postquam præbenda prior nondum collata secundo, si executor primi fecerit processum, immo ante processum executoris, etiamsi præbenda vacans fuerit secundo collata, primo debetur, si in primis litteris fuit positum decretum irritans, quicquid in præiudicium primæ gratiæ fiat, dummodo in his non possit imputari dolus, vel notabilis negligentia primo. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Arcbid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Dominicus, Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1 p. 75* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 18.* & Alex. de Antilla *tom 5. repet iuris Canonici.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 2.*

Alioquin de vacatura proximè.]Hodie mandata de 2
prouidendo; & expectatiuas omnino sustulit Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. c. 19.* de quibus Rebuff. *in praxi benefic. tit. de rescriptis ad beneficia vacatura,* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 27. num. 3.* Gonzales *ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. num. 57. cum seqq.* Massorb. *in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes prælud. 23. in. princip. n. 10. secundum Romanam impres.*

In Glos. *Certo.* ibi, *habet enim delegatam iurisdi-* 3
ctionem &c. Notatur ad hoc quòd executores habent iurisdictionem delegatam, ex quo de eis agitur sub *tit. de officio deleg.* vt per Mascard. *de probation. conc. 1284. num. 3.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Primo si prouideri mandatur sub conditione, & secundus purè impetrans priusquam veniat conditio, à Papa, vel executore suo Canonicatum obtineat, in assecutione prabenda primo prafertur.*

2 *Collatio non retrotrahitur in praiudicium aliorum.*

3 *Gratia conditionalis est imperfecta, & illius effectus stat in suspenso.*

Cap. Si pro te. XIII.

1 PRimo quando prouideri mandatur sub conditione, v.g. si assentiatur Episcopus, & secundus simpliciter impetrat, si ante adimpletam conditionem primi secundus obtineat Canonicatum, in assecutione præbendæ primo præfertur, licèt interim conditio primi fuerit adimpleta. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr, Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1 *pag.* 75. Alagon. *in compendio pag.* 28. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *In prabenda vacante tibi meritò antefertur.*] Notatur ad hoc, quòd collatio non retrotrahitur in præiudicium aliorum, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 17.

3 In glos. *Si ad id.* Notatur ad hoc, quòd gratia conditionalis est imperfecta, & illius effectus stat in suspenso, vt per Menoch. *cons.* 38. *n.* 15. *&* 16. Chald Pereira *de resolut. emphyt. c.* 6. *n.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Prioritas vbi inter duos impetrantes non apparet quid statuendum, ostenditur.*

2 *Duobus simul cum litteris Apostol. concurrentibus in prasentatione, prafertur ille, qui electus est per illum, seu illos, ad quos Canonicorum receptio & collatio prabendarum spectauerit.*

3 *Rescriptorum ex data quando constat de prioritate, & posteritate, illud prafertur. quod prius concessum fuit.*

5 *Gratificationi locus est in expectantibus idem beneficium Ecclesiasticum, cùm illud diuidi non possit.*

6 *Rescriptũ dicitur anterius altero ratione vnius hora.*

7 *Prioritas tituli probari potest confessione aduersary.*

8 *Electio eorum, qui semel elegerunt, consumpta est, nec in electi praiudicium variare possunt.*

9 *Duo quando aquali electorum numero ad beneficium electi sunt, superior est adeundus, vt terminum electoribus prascribat.*

Cap. Duobus. XIV.

1 DVobus Papa concedens vt prouideatur de Canonicatu & præbenda, qui habet datam priorem, saltem in vna hora, præfertur alteri. Si sint æquales, & vnus habeat Canonicatum à Papa, alter remittatur ad Episcopum, præfertur ille, qui habet Canonicatum à Papa, licèt alter priùs præsentauerit litteras; si vterque remittitur, vel vterque habet à Papa, præfertur qui priùs præsentat; si vterque simul præsentat, tunc Capitulum, vel maior pars eliget, quem vult. Alter verò non electus careat impetratis, nisi in litteris appareat quòd vterque mandauerit prouideri, v.g. dicendo, non obstante quòd pro aliis scripserimus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Butr. Francisc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 76. Alagona *in compendio pag.* 28. remissiuè Ximen. *in concordant. pag.* 1. *&* 2.

Quòd si forsan, &c.] Collige ex text. quòd duobus 2
simul cum litteris Apostol. concurrentibus in præsentatione, præfertur ille, qui electus est per illum, vel per illos ad quos Canonicorum receptio, & collatio præbendarum spectauerit, ita glos. *verbo eligere.* Franc. *num.* 4. Domin. *num.* 2. & alij *in præsenti*, Staph. *de litteris gratia, tit. de formis mandat num.* 6. Selu. *de benefic. part* 3. *quæst.* 35. Tiraquel. *de primog. q.* 17. *n.* 12. Non obstat quòd actus incertitudo illum vitiare solet, ita vt effectum non sortiatur, iuxta text. *in l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel.* quia respondetur incertitudinem, & ambiguitatem hîc non reperiri in dispositione, vnusquisque enim ex impetrantibus habebat suum mandatum de prouidendo, in quo nulla incertitudo reperiebatur, sed tantùm erat dubium circa ius prioritatis in assecutione præbendæ, quod quidem ius supposita paritate in data consistit in prioritate temporis, quæ sine probatione non præsumitur, ex reg. text. *in l. in bello, §. facta ff. de captiuis.* Vnde cùm circa temporis prioritatem solum dubium versetur, meritò locus est gratificationi, vt text. habet ad text. verò *in d. l. duo sunt Titij*, respondendum est non dicere inualidam esse dispositionem, sed solùm probationem deficere, immo dum constituit ius non deficere, manifestè denotat dispositionem in rigore validam esse. Insuper resp. text. *in præsenti* agere de incertitudine, qua stante verque actus valere potest, puta quia proponuntur mandata de prouidendo, quorum vno adimpleto aliud sustinetur, & manet vt adimpleatur; non sic est dicendum si incertitudo in collatione duobus facta reperiatur, tunc enim actus vitiatur, vtpote quia vtraque collatio simul effectum habere non potest, & ita in specie aduertunt Domin. *num.* 3. Anchar. *n.* 1. *in cap. quia sæpe, hoc eod. tit.* qui in hac specie limitant text. *in præsenti.* Sic similiter cessat decisio text. *in l. si duobus, C. communia de legatis*, procedit enim in suo caso, vt aduertit Gomez *tom* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 11. *&* in *l.* 38. *Tauri*, *&* in *l.* 40. *num.* 68. faciunt quæ tradit. Alciat. *lib.* 5. *parerg. cap.* 22.

Si non appareat quis primo, &c.] Ergo cùm ex data 3
rescriptorum constat de prioritate, & posterioritate, illud præfertur, quod prius concessum fuit, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 48. & Rebuff. *de priuileg. Scholast. priuil.* 82.

Is eorum, cui Canonicatum contulimus, &c.] Circa 4
præferẽtiam inter prouisos vna die à Papa, & ab Ordinariis; & quando & qui debeant præferri, dicam commodiùs *ad cap. si à sede, de præbend. hoc lib.*

Ex eis alterum, quem voluerint, &c. Notatur ad hoc 5
quòd in expectantibus idem beneficium ecclesiasticum, quoniã illud diuidi non potest, locus est gratificationi, vt per Chald. Pereira *de extinct. emphyt. q.* 18. *n.* 25. *cũ. seqq.* & de gratificatione Ceuall. *q.* 248. *n.* 27.

In glos. *Si non appareat.* ibi, *data die tali ante ter-* 6
tiam. Notatur ad hoc quòd ratione vnius horæ rescriptum dicitur anterius altero, & illi anteponitur. licèt sint eiusdem datæ, vt per Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. v.* 7. *pag. mihi* 82 nam prius, & posterius dicitur ratione vnius horæ, vt per eund. Tiraq. *de iure primog. q.* 2. *num.* 2. & per vnam horam acquiritur antiquitas, Azeued. *l.* 77. *num.* 11. *tit.* 5. *lib.* 2. *nouæ recop. cons.* 12. *num.* 15.

In ead. glos. ibi, *vel per confessionem partis.* Notatur 7
ad hoc, quòd prioritas tituli probari potest cõfessione aduersarij, vt per Menoch *remed.* 3. *retinen. n.* 737. Boer. *dec.* 293. *num* 4 Rebuff *in tract. nominat. quæst.* 1. *num.* 13.

8 In

8 In gloss. *Eligere.* Notatur ad hoc quòd ij, ad quos electio, & collatio pertinet, si semel elegerunt, consumpta est eorum electio, nec in electi præiudicium variare postea poterunt, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone, in princip. n. 52. ff. de verb. sign.*

9 In gloss. *Teneantur.* ibi, *credo agendum coram superiore,* &c. Notatur ad hoc, quòd cum duo æquali electorum numero ad beneficium electi sunt, superior est adeundus, vt terminum electoribus præscribat, & eo transacto electio ad eum deuoluitur, vt per Sanch. *in præcept. Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 38. n. 74.*

10 In gloss. *Expressi.* ibi, *Clausula non obstante si pro alio scripserimus* De qua dixi latè *de dictionib. & clausulis vsufreq. claus. 167.* secundùm impress. Lugdun.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia omnes concessa à Bonifacio, vel suis prædecessoribus, clericis de percipiendis perpetuò fructibus suorum beneficiorum in absentia, sunt reuocata, & num. 3.*
2 *Beneficium datur propter officium.*
4 *Legis de essentia non est vt sit perpetua.*
5 *Actus in dubio iudicatur perpetuus, & non temporalis.*
6 *Distributiones quotidianæ interdum manualia beneficia dicuntur nonnunquam victualia nuncupantur, vt num. 7.*
8 *Priuilegium alicui concessum de percipiendis fructibus suorum beneficiorum in absentia, non continet distributiones quotidianas.*
9 *Priuatus officio, & beneficio priuatus intelligitur, cum sit eius sequela.*

Cap. Quia per ambitionem. XV. & vlt.

1 REuocet omnes perpetuas indulgentias, vt absentes percipiant fructus exceptis quotidianis distributionibus, si non sint concessæ Ecclesiis, vel dignitatibus, sed personis, & indicat in futurum non concedendas. Collig. ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 77.* Alagona. *in compendio iuris Canonici pag. 29.* remissiuè Ximen. *in concor. part. 1. & 2.*

2 *Propter quod beneficium ecclesiasticũ datur.*] Notatur ad hoc, quòd beneficium datur propter officium, quod in laudibus diuinis consistit, vt per Tiraquel. *in tract. cessante causa part. 1. limit. 23. num. 10.* Cabed. *Lusit. decis. 91. num. 4. part. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. n. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 2. n. 60. & part. 7. cap. 11. n. 1.* Monet. *de distribut. quotid. part. 2. q. 2. n. 40.* & hinc tenetur beneficiarius ad diuini Officij recitationem, vt per citatos *in collect. ad cap. dolentes, num. 3. de celebr. Missarum.*

3 *Indulgentias perpetuas,* &c.] Reuocantur igitur indulgentiæ perpetuæ de percipiendis fructibus beneficiorum in absentia, etiam si in scholis sint, non verò temporales, putà ad quinquennium, vel aliud certum tempus sunt sublatæ, vt intelligit Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 10. num. 13.*

4 *Nostris volumus exulare temporibus.*] Non est ergo de essentia legis, vt sit perpetua, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. num. 5.*

In gloss. *Perpetuas.* Notatur ad hoc, quòd in dubio
5 actus iudicatur perpetuus, & nõ temporalis, vt per Palat. *in repet. rubr. d. donat. inter virum. §. 69. num. 35.* Flamin. *de resig. benefic. lib. 11. q. n. 42.*

6 In gloss. *Distributiones* ibi, *quæ interdum manualia beneficia.* Vide Monet. *de distribut. quotid. part. 1. q. 2. à num 9.* vbi, *num. 15.* obseruat distributiones dici manualia beneficia, siue quia ad manum dantur iis, qui Diuinis horis in choro intersunt, siue quia tanquam denarij diuini, ac merces in fine diei redduntur iis, qui suis manibus quodammodo laborauerint, & operati fuerint in Ecclesia, sicut in vinea Domini.

In ead. gloss. ibi, *interdum victualia nuncupantur.* 7
Vide Monet. *d. q. 2. n. 4. cum. seqq.* vbi reddit rationem, quia ad quotidianum victum iis, qui horis, ac diuinis Officiis intersunt, tribuuntur.

In gloss. *Exceptis.* Notatur ad hoc, quòd priuile- 8
gium alicui concessum de percipiendis fructibus suorum beneficiorum in absentia, non continet quotidianas distributiones, vt per Couar. *lib. 3. var. cap. 13. num. 2.* latè Monet. *de distribut. quotid. p. 1. cap. 6. n. 10. cum seqq.* vbi multiplicitur declarat.

In gloss. *Datur.* ibi, *Vnde priuatus officio, & benefi-* 9
cio priuatus intelligitur. Vide Perez *l. 1. vers. in oppositum tit. 1. lib. 5. Ordinam.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 5. num. 9.* Tiraq. *in tract. cessante causa part. 1. num. 49.* Azeued. *l. 6. num. 2. tit. 5. lib. 3. noua recop.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 51. num. 12.*

De Consuetudine.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis etiam iurata, vel quantocumque tempore obseruata prætextu non potest quis nisi vnicũ personatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium simul cum Canonia & præbenda in aliqua Ecclesia absque dispensatione Sedis Apost. obtinere, vel iam obtenta tenere.*
2 *Personatus & dignitas an differant.*
3 *Consuetudo immemorialis, quæ est irrationabilis, minimè excusat à peccato, & ideo nõ est obseruanda.*
4 *Episcopus dispensare potest, vt quis habeat in vna eadémque Ecclesia dignitatem, siue personatum, & Canonicatum cum præbenda.*
5 *Dignitatem simul & Canonicatum potest quis hodie de consuetudine in vna eadémque Ecclesia habere.*

Cap. Consuetudinem. I.

Bonif. VIII.

ONSVETVDO non valet, qua quis habeat in eadem Ecclesia duas dignitates, vel Personatus, seu Præposituras, vel administrationes, vel duo officia, vel eorum alterum cum reliquo, etiamsi esset consuetudo immemorialis, & iurata, quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemi. Ioan. Andre. Ancbar. Domin. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 88.* Alagona *in compendio pag. 55.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Personatus, aut dignitatis.] Ergo Personatus, & di- 2
gnitas non sunt idem, de quo vide Boët. *decis. 286. num. 11.* Selu. *de benefic. part. 2. q. 2. n. 23.* Azor. *inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 13. quæst. 5.* Massobr. *in praxi habendi concursum in præl. vbi de personatu.* latè metipsum *in tract. de Canonicis c. 4. n. 19.*

In gloss. *Non existit.* Notatur ad hoc quòd con- 3
suetudo immemorialis, quæ est irrationabilis, minimè

excusat à peccato, & ideo non est obseruanda, vt per Flamin. *de resign. lib. 5. q. 6. n. 124.*

4 In gloss. *Nisi vnicum.* ibi, *ergo videtur quòd de dispẽsationes inferioris à Papa,* &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus dispensare potest, vt quis habeat in vna, eadémque Ecclesia dignitatem siue personatum, & canonicatum cum præbenda, vt per Kirchou. *tom. 2. commun. opin. lib. 1 tit. 9. num. 8. pag. mihi 182. col. 2.* & alios plures, quos refert Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5 num. 231.* de quo egimus *d. tractat. de Canonic. cap. 41. num. 16.*

5 In eadem gloss. ibi. *vel consuetudine Ecclesia.* Notatur ad hoc, quòd hodie de consuetudine, quæ valet, potest quis in vna eadémque Ecclesia dignitatem simul & Canonicatum habere, vt per Duen. *reg. 71. vers. amplia quintò,* Azor. *de part. 2. lib. 3. cap. 11. q. 18.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. cap. 1. num. 18. vers. sextum,* & dixi *in collect. ad cap. cam te num. 7. de rescript.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo non valet quòd ab Officiali Episcopi ad Episcopũ appelletur, & n. 2. & 12 ratio praestatur.*
3 *Appellatio prohibita est de Vicario Episcopi ad Episcopum non solùm iudicialiter, sed etiam si extraiudicialiter prouocetur.*
4 *Supplicatio prohibita est de Vicario Episcopi ad Episcopum.*
5 *Appellatio impeditur de Vicario Capituli Sede vacante ad ipsum Capitulum.*
6 *Appellatio per viam recursus à grauamine interponitur de Vicario Episcopi ad Episcopum.*
7 *Episcopus de nullitate sententia sui Vicarij cognoscere potest.*
8 *Appellatio à Vicario foraneo ad Episcopum non prohibetur, declarando, vt n. 9.*
10 *Appellatio à Vicario in ciuitate tantummodo constituto ad Episcopum non prohibetur.*
11 *Appellatio à Vicario ad Episcopum non prohibetur in iis, qua ex Vicarij officio, nisi specialiter committantur, non competunt.*
13 *Consuetudine induci non potest vt alicuius actus substantia mutetur.*
14 *Dict.* quantocunque, *derogat cuicunque consuetudini etiam immemoriali.*
15 *Episcopi & Vicarij an idem auditorium sit quoad recusationem.*

Cap. Non putamus. II.

1 CONsuetudo nec valet quòd appelletur ab Officiali Episcopi ad Episcopum. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin Monach. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 89.* Alagona *in compendio pag. 35.* remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclusionem præter supradictos classicos ex hoc text. colligunt Beroi. *cons. 22. num. 13. vol. 1. & cons. 249. num. 3.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de appellat. à num. 380.* Gregor. *in l. 2. gloss. 1. post med. tit. 4. part. 3.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. qu. 22. n. 8. & lib. 3. quæst. 2.* Segur. *in direct. iudicium ecclesiastic. part. 2. cap. 16. num. 3.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicario Episcopi n. 6. & 40.* Lancellot. *in instit. Canon. sub tit. de officio Vicar. §. fin. iuncta gl. verbo Vicarium generalem,* Petr. Gregor. *in cap. conquerentem, de officio Ordinar. cap. 11. num. 22.* Menoch. *consil. 15. num. 12. cum seqq. & cons. 5. 2. num. 17. 108. & 160.* Boar. de Pace *in praxi tom. 2. pral. 3. num. 4.* Anastas. Germon *lib. 1. animaduers. iuris cap. 7. per totum.* Pute. *decis. 94. in fine lib. 1.* Mohedan. *decis. 5. de appell.* Rot. *decis. 3. de offic. Vicar. in antiq. aliàs decis. 350. in nouis, & decis. 1131. part. 3. diuers.* Anton. Cuch. *lib. 2. instit. maior. tit. 8. Vicar.* Marches. *de commission. part. 2. c. 6. num. 6.* Sanch. *de matrimon lib. 3 disput. 28.* Cardos. *in prax. iudicum, & aduocat. verbo Vicarius num. 8.* Azor *institution. moralium, part 2. lib. 3. cap 43. quæs. 6.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. part. collect. 1166.* Vgolin. *de officio, & potest Episcopi. cap. 4. §. 9. nu. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 28. & 29.* D. Barbos. *in l. cum prætor §. 1. num. 215. & num 223. cum seqq. de iudic.* Molin. *de instit. tract. 5. disput. 10. n. 1.* Cardin. Tusch. *pract. concl. litt. V. concl. 186. n. 1. & 2.* latè Scacc. *de appell. q. 8. à n. 25. vsque ad num. 85.* plenè, & eleganter Narbona *in speciali tr. de appella. à Vicario ad Episcopum.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 46. cum seqq.*

Amplia primò non solùm prohibitam esse appellationem de Vicario Episcopi ad Episcopum quoties iudicialiter appellatur, verùm etiam si Episcopus extraiudicialiter prouocetur, vt per Rot. *decis. 7. n. 2. de offic. Vicar.* aliàs 371. *in nouis.* Nicol. *in concord. gloss. n. 83.* Sbroz. *de offic. Vicarij lib. 3. q. 2. n. 10.* Narbona *d. tract. de apell. à Vicar. ad Episcopum nu. 167.* 3

Amplia secundò in supplicatione, vt post Innoc. & Host. defendunt Archid. *in cap. Romana num. 2.* &. Gemin. *n. 6. de appellat.* Capel. Tholos. *decis. 379.* Sbroz. *lib. 3. q. 12.* Narbon. *vbi sup. num. 168.* quicquid dicat Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante p. 2. princ. 10. n. 14.* & Franc. Marc. *Delph. dec. 322. n. 8. p. 1.* 4

Amplia tertiò etiam de Vicario Capituli Sede vacante ad ipsum Capitulum appellationem impediri, vt per Pauin. *de offic. & potest. Capituli Sede vacante 2. p. princ. q. 10. n. 14.* 5

Limita primò & declara vt tunc demum de Vicario ad Episcopum appellatio impediatur, quoties à sententia diffinitiua appellari contigerit, non verò si ad interlocutoria, quia tũc nihil impedit quominus ad Episcopum appellatio per viam recursus à grauamine interponatur, vt per gloss. *in præsenti verbo officiali,* Lap. *num. 1.* Gemin. *num. 3* & Franc. *num. 4.* Rota *dec. 503. lib. 2.* Marches. *de commiss. part. 1. c. 4. n. 66.* Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto c. 4. n. 12.* Narbona *d. tract. num. 175.* 6

Limita secundò, & declara vt similiter Episcopus de nullitate sentẽtiæ sui Vicarij cognoscere possit, etsi ipse à diffinitiua sentẽtia appellari interdicatur, vt per Domin. *in præsenti num. 3.* Franc. *num. 10.* Cuch. *lib. 2. instit. maior tit. 8. de Vicar. num. 126.* Vant. *de nullit. sent. tit. coram quo nullitas proponi poss. e, n. 20.* Sbroz. *lib. 3. q. 10. n. 1.* Iacob. de Laurent. *d. c. 4. n. 12. ad fin.* 7

Limita tertiò hanc prohibitionem locum non habere in Vicario foraneo vt per Ioan. Andr. Innocent. Anchar. Gemin. & Franc. *in præsenti,* Alexand. *cons. 12. n. 3. vers. nec etiam prædictis lib. 6.* Guid. *decis. 12. n. 42.* Franc. Marc *decis. 281. num. 6. part. 1.* Mandos. *reg. 24. Cancel. q. 6. num. 6.* Marant. *de ordin. iudic 4 part. 5. dist. princ. num. 14. & 15.* Rot. *decis. 3. de officio Vicar.* aliàs. *decis. 350. in nouis, & decis. 297. num. 1. part. 2. diuers.* Couarr. *practic. cap. 4. n 8.* Sbroz. *d. lib 2. q. 62. num. 6. & 7. lib. 3. quæst. 6. num. 24. & 25.* Zerola *in praxi Episc. part. 1 verbo Vicarius §. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. c. 45. q. 12.* Auila *de censur. p. 2. c. 6. & §. 6. dub. 4.* Vgolin. *de officio & potestat. Epis. cap. 4. §. 9. n. 2.* Card. Tusch. *lit. A. concl. 350. num. 43. & litt. V. concl. 183. n. 9. & concl. 186. n. 6.* Marchesan. *de commission. part. 1. c. 6. num. 67.* Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 29. num. 10. & 12.* Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto. cap. 4. num. 14. in fine.* metipsum *d. allegat. 54. à n. 21.* 8

Nicol.

Nicol. Garc. *d.cap.* 8. *num.* 29. quicquid dicat Anast. Germon. *lib.* 1. *de anniuers. c.* 7. *& de Indultis Cardinal. verbo, tibi quoad vixeris*, 88.

9 Declara tamen vt de vicario foraneo ad Episcopum appellari possit cùm iudex delegatus sit, in quem Episcopus non omnem suam iurisdictionem transfert, sed aliquas causas terminandas committit, vt eleganter obseruat Com. *d. num.* 8. nisi fraudulenter Episcopus vicario foraneo causas committat ea mente vt ad se, non ad Metropolitanum Archiepiscopum appellatio deferatur, quia tunc omisso eo ad Metropolitanum prouocabitur, ne huiusmodi fraus, & cautela aliquantulum sibi patrocinentur, vt docuerunt Specul. *tit. de appellat. §. nunc tractemus, num.* 6. Franc. *in præsenti num.* 6. & Dominic. *num.* 3. Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 131. *num.* 4. *& lib.* 3. *q.* 2. *nu.* 23. ex Abb. & Bertachin. deducens huiusmodi fraudem per coniecturas probari probata per Metropolitanum excommunicari Episcopum posse. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo Vicarius* §. 7.

10 Limita quartò in Vicario in ciuitate tantummodo constituto; nam à Vicario generali ad Episcopum solummodo prouocari non potest, vt docent Cardin. Tusch. *litt. A. concl.* 552. *n.* 91. *& litt. V. conclus.* 186. *num.* 4. Nicol. Garc. *d. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 27. & Sanch. *lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 9. *&* 11. Ille autem Vicarios in ciuitate tantùm constitutus verè generalis non est, nisi generaliter ad totius Diœcesis causas deputetur, ex Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *n.* 27. *&* 33. Igitur, &c. quamuis Sbroz. *l.* 3. *quæst.* 2. *nu.* 5. cum Calder. *cons.* 2. *de appellat.* ampliet prohibitionem appellandi de Vicario Episcopi ad Episcopum, vt procedat etiam in Vicario generali in ciuitate tantùm constituto, ita vt de eius sententia ad Episcopum appellatio interponi non valeat

11 Limita quintò, & declara à sententia Vicarij ad Episcopum iis tantùm in causis proclamari prohibitum, quæ in generali vicariatus commissione continentur, in quibus Vicarius Ordinariam iurisdictionem habere dicitur; secus verò in iis, quæ ex Vicarij officio, nisi specialiter committantur, non competunt, nam in iis, cùm Vicarius delegatam habeat iurisdictionem, & non ordinariam, ab eo ad episcopum prouocabitur, vt perspicuè adnotarunt gloss. *verbo officialem in cap.* 2. *de offic. vicarij hoc lib.* vbi Lap. *num.* 13. Anch. *num.* 2. Dominic. *num.* 9. Franc. *n.* 4. *in fine*. Rot. *decis.* 7. *de offic. vicar. in antiq. alias decis.* 371. *in nouis*, Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *distinct.* 5. *princip. num.* 16. Ant. Cuch. *lib.* 2. *institut. maior. titul.* 8. *de vicar. num.* 112. *cum seqq.* Sbroz. *lib.* 2. *q.* 55. *num.* 33. *cum seqq.* Iacob de Laurent. *d. tract. de iudice suspecto cap.* 4. *num.* 12. Sanch. *d. lib.* 3. *disput.* 39. *n.* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *num.* 40.

12 *Consuetudinem quantocunque tempore*, &c.] Notatur ad hoc quòd consuetudine induci non potest quantocunque tempore fuerit seruata quòd de officiali Episcopi ad Episcopum appelletur; quia cùm huiusmodi prouocatio appellationis naturam, & essentiam subuertat, cuius substantia in eo potissimum consistit, vt de inferiori ad superiorem iudicem deferatur. *cap. anteriorum §. illo videlicet, & cap. hoc etiam* 2. *q.* 6.

13 gloss. *verbo appellari, in præsenti*. Vnde cùm non valeat consuetudine induci, vt alicuius actus substantia mutetur, vt obseruant Franc *in præsenti num.* 7. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ tract. de appellat. in præfat. num.* 4. *&* 5. Tiraquel. *in præfat. le mort, declar.* 6 *num.* 4. *& de iure maritis gloss.* 5. *num.* 96. Anton Burg. *in repet. cap. cùm omnes, num.* 319. *de constitut.* Tiber. Decian *tom.* 5. *cons.* 2. *num.* 12. Surd. *consil.* 47. *num.* 13. *& consil.* 106. *nu.* 10. ideo cùm Episcopus sui officialis respectu eadem persona, vnum tribunal, & Auditorium reputetur, nil mirum, si secus fiat, idest, de officiali Episcopi ad Episcopum appellatio deferatur, tanquam substantiæ appellationis repugnans nullo temporis suffragio coadiuuari per hunc text. resoluunt Sbroz. *lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 2. 3. *&* 4. Marches. *de commiss. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 67. Soar. de Pace *in praxi tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 3.

In gloss. *Quantocunque*. Notatur ad hoc, quòd hæc 14
dictio vniuersalis, *quantocunque*, non tantùm derogat consuetudini 20. aut 30. vel centum annorum, sed etiam immemoriali, vt per Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 27. §. 5. *in gl. litt. L.*

In gloss. *Videtur*, vlt. Collige, Episcopi & Vicarij 15
idem auditorium non esse quoad recusationem, vt per Archid. *hic num.* 2. *ad med.* & Franc. *num.* 10. Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto c.* 4. *num.* 6. *ad finem*, quod tamen Narbona vbi suprà *n.* 130. intelligendum esse asserit quoad causam recusationis Vicarij coram Episcopo discutiendam, quo casu ait, vnum tribunal vtriusque non reputari, quia Vicarij recusatio eius personæ cohæret, atque eandem personam concernit, non iurisdictionem.

ALLEGATIO IVRIS PRO iurisdictione Archiepiscopi Toletani in suo Consilio gubernationis Toletanæ Diœcesis.

D. Licentiato FRANCISCO *de la* VEGA *Auctore.*

HAbet Archiepiscopus Toletanus (qui & ipse Hispaniarum Primas) præter duos Vicarios generales Toletanum, & Complutensem, Consilium gubernationis Toletanæ Diœcesis, in quo exercetur plena, & omnimoda iurisdictio ordinaria, tam in causis gubernationis, quàm in aliis iudicialibus, de quibus partim priuatiuè cognoscit, partim inhibendo, & auocando, ac de omnibus per appellationem (iure tamen Primatiali) à dictis Vicariis generalibus, siue procedant tanquam Diœcesani in prima instantia, siue tanquam Metropolitani in secunda, quod procedit tam de iure quàm de consuetudine immemorali, prout monstrabitur ex sequentibus.

ARTICVLVS I.

ET quamquam felicis recordationis Innocentius IV. ex sua constitutione, de qua *in cap. Romana, de appellationibus, lib.* 6. prohibuit appellationem de Vicario ad Episcopum, & Bonifacius VIII. consuetudinem appellandi *in cap.* 2. *de consuetudine, eodem lib.* nihilominus Archiepiscopus Toletanus in prædicto suo Consilio cognoscit in appellatione à sententiis, & Decretis suorum officialium Toletani, & Complutensis, iure Primatiali, ex quo alia superiori, & à Diœcesani, ac Metropolitani diuersa iurisdictione fungitur, & sic ad eum appellatur tamquam ad verè superiorem, prout ex consilio Chalcedonensi *in cap.* 9. de quo apud Gratianum *in c. si clericus* 11. *quæst.* 1. *& in cap. si quis* 7. *&* 15. 2. *quæst.* 6. *cap. Prouinciæ* 99. *distin.* atque ex Innocentij III. constitutionibus in Consilio generali Lateranensi, *cap.* 5. *&* 6. *in* 4. *compilatione*, de quibus *in c. antiqua, de priuilegiis, & in c. dno simul, de officio Ordinarij*, & confirmatur ex Decr. Trid. *in c.* 7. *sess.* 22. *de refor.* latè Hier. Gonzal. *in* 8. *regul. Cancell. gloss.* 41. *à nu.* 26. Aug. Barb. *in c. pastoralis*,

de potestate Episcopi, tit. 3. cap. 1. à num. 26. cum tribus sequentibus. Quod adeò verum, & constans est, vt à sententiis inferiorum etiam omisso medio ad dictum Consilium Archiepiscopi possit prouocari, absque eo quòd recurratur ad immediatè superiorem, *dicto cap. si clericus 11. quæst. 1.* & sic ordinarij interpretes præcipuè Ancharanus, Innocentius, & alij quos vltra Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, q. 48. nu. 14.* refert & sequitur August. Barbosa *dicto cap. 1. num. 28.* vbi rationem reddit quare ab inferioribus ad Primatem omissi medio prouocetur, non obstantibus *in l. imperatores 21. ff. de appellationibus, c. dilecti 66. eodem tit. in antiquis Decretalib. cap. Romana. §. ab Archidiaconis, de appellationibus, li. 6.* quibus dicitur inter iudices Ecclesiasticos semper de inferiori ad immediatè superiorem appellationem interponi: prout etiam resoluunt Petrus Gregorius *de appellationibus, lib. 4. cap. 2.* Sigismundus Scaccia *sub eodem tractatu, quæst. 7. in princip. & à num. 32. vsque ad num. 86.* gloss. Gregor. *in 1. titulo 23. part. 3.* Suarez de Paz *in sua praxi, 2. tom. cap. vnico, num. 3. in 2. part.* quibus non suffragatur quod inquit Pater Marina *in sua historia de rebus Hispaniæ, lib. 9. cap. 19. in fine*, tam in Latino, quàm in vulgari codice, vbi voluit ostendere in desuetudinem iam abiisse, vt à Metropolitanis Hispaniæ appelletur in iudicialibus ad Archiepiscopum Toletanum; quia huic obiectioni sit etiam satis, ex eo quòd ipse Archiepiscopus in suo Consilio cognoscit prout iam dictum est, in appellatione à suis Vicariis generalibus per quos Metropolitani iurisdictionem exercet in causis suffraganeorum; quod vel omninò præteriit eundem Patrem Marianam, vel si consultò omisit, ipse suo calculo errauit: quare sic ad eum similiter recurri potest ab aliis etiam Metropolitanis (exceptis Archiepiscopo Burgensi, Ouetensi, ac Legionensi, Episcopis, qui sunt exempti, & immediatè subsunt Sedi Apostolicæ) omnia enim habet Toletanus Antistes quæ cæteri omnes tam maiores, quàm minores Patriarchæ, & primates, prout iam pridem declarauit Martin. V. *in sua Bulla quæ concipit. ex suscepta seruitutis officio.* de cuius tenore constat apud Arcinû Almæ Ecclesiæ Toletanæ, & vt refert Barb. *vbi sup. d. cap. 1. num. 37.*

Neque obstat difficultas contra hæc hactenus dicta, quæ quoad hanc iurisdictionem posset moueri, quatenus appellatio datur à Vicariis generalibus ad Consilium Archiepiscopi, contra constitutionem Innocentij IV. *in dicto cap. Romana.* & Bonifacij VIII. *in dicto c. 2.* licèt enim Nicol. Garcia *de beneficiis, 5. part. cap. 8. num. 36.* & ante eum Flores de Mena *variarum resolutionum, lib. 1. quæst. 4. num. 8.* ac post eos Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi, allegat. 54. num. 128.* adseuerent Vicarios generales Archiepiscopi Toletani, non esse ordinarios, sed delegatos, ordinariámque iurisdictionem exerceri in consilio gubernationis, hæc tamen opinio eorum non malè impugnatur ex re ipsa, & ab eius effectu, prout constat ex vicariorum ampla iurisdictione, necnon ex appellationibus ad eos interpositis ab inferioribus, tam Diœcesanis, quàm suffraganeis, & ex commissionibus Appostolicis quæ ad illos tanquam ad officiales ordinarios Archiepiscopi diriguntur, quod experientia docemur, & praxis satis ostendit: quo fit eos facere idem tribunal, eandémque iurisdictionem habere cum Archiepiscopo, prout *in d. cap. Romana, cum communi.*

Num his omnibus facilè occurritur, quandoquidem hîc contendimus de iurisdictione, & instantia Primatis à Diœcesani, ac Metropolitani instantiis diuersa, ac superiori, prout paulo ante monstratum est: neque etiam refragatur, quòd non possint in eadem iurisdictione simul duæ instantiæ exerceri, quæ se implicarent, ac sibi inuicem contradicerent, nam esset contra naturam appellationis, vt de vno ad eundem, vel de pari ad imparem appellaretur, ad tradita per textum *in d. cap. Romana, de appellationibus, & in d. cap. 2. de consuet. in 6.* latè Barbos. *de potestate Episcopi, d. alleg. 54. n. 45.*

Quia respondetur hîc nullam dari contradictionem, seu repugnantiam, cùm Archiepiscopus Toletanus possit habere tria tribunalia in se diuersa, primum tanquam Diœcesanus in causis primæ instantiæ Toletanæ Diœcesis, & alterum in secunda tanquam Metropolitanus in causis suffraganeorum, ac postremò tertium tanquam Primas: duo illa priora exercet per Vicarios generales Toletanum, & Complutensem, hoc vltimum in suo Consilio neque iniuria, sed proprio, & ordinario iure, siquidem quando iura plurium deueniunt ad vnum, ille solus fungitur vice plurium, & facit quod plures facere possent, *l. non est nouum, de actionibus empti*, Bart. *in l. si mihi, & tibi, in princip. de legat. 1.* cum aliis per Surdum *consil. 30. nu. 15. & de alimentis, quæst. 25. tit. 9. n. 25.* quem refert, & sequitur Stephanus Gratianus *disceptationum 1. tom. cap. 4. num. 12.* & confirmatur *ex c. à collatione de appellationibus in 6.* notat Salgado *de regia protectione 2. part. 1. tom. cap. 13. à num. 233.* Vel exemplo sit Archiepiscopus Lugdunensis (qui & Galliæ Primas) habet enim duos Vicarios generales, quorum alter procedit tanquam Diœcesanus, & Metropolitanus, & alter in appellatione istius tanquam Primas, si Iacobatio credendum *de Consiliis, lib. 1. n. 226.* Non ergo mirum si Archiepiscopus Toletanus hæc omnia habeat, cui ius adsistit, & consuetudo immemoralis à iure non improbata, prout mox videbitur.

Sed obstat adhuc alia grauior difficultas contra superiùs dicta, ac dubitata, quatenus Archiepiscopus Toletanus *in dicto suo Consilio* aduocat ad se causas primæ instantiæ quæ coram Vicariis generalibus expediuntur, & in illis inhibet quominùs ipsi ad vlteriora procedant etiam sine appellatione. Ratio dubitandi consistit in hoc, nam si tanquam Primas cognoscit, quo iure ante appellationem inhibet? contra constitutionem Innocentij *in dicto cap. Romana, §. quod si obiiciatur,* & contra Tridentinum *in dicto cap. 7. session 22. & in dicto cap. 20. versicul. neque antea, session. 24. de reformat.* quibus accedit declaratio Cardinalium ipsius Tridentini interpretum in hæc verba. Non est inhibendum Episcopis in aliqua causa quæ sit coram eis in prima instantia, nisi fortè appelletur, & tunc non aliter quàm appellatione adhibita, à decreto adeò præiudiciali cuius grauamen nequeat per difinitiuam sententiam resarciri, nam eo in casu sibi imputet inferior, qui occasionem dedit vt ab eo abdicetur cognitio causæ, *cap. vt debitus honor, in fine, de appellationibus cap. cùm appellationibus friuolis, eodem titul. lib. 6.* Couar. *2. tom. practicarum, cap. 9. num. 5.* Gonzales *in 8. regula Cancellariæ, gloss. 6. nu. 285.* Stephanus Gratianus *disceptat. cap. 74. num. 14.* Barbosa *in remissionibus ad Consilium super dicto cap. 20. dicto vers. nec antea, sess. 24. de reform.* Et quòd sit seruanda ad vnguem forma præscripta *in dicto cap. Romana*, declarauit etiam Congregatio super *in dicto cap. 7. sess. 22.* in hæc verba: Capitulû *Romana, de appellationibus in 6.* seruari debet etiam in appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis: sed meliùs & expressiùs *in dicto cap. 7.* vbi

vbi consuetudini in contrarium etiam immemorabili derogatur, prout in finalibus eius verbis, vt iam inde eadem Congregatio Cardinalium in formulario quem fecit de mandato Papæ Clementis VIII. de forma & modo quibus habendi essent iudices appellationum, declarauerit, quòd in causis quæ coram inferioribus pendent, ante difiuitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem de grauanime illató superiores cognoscere non possint, neque ad hunc effectum inhibere, de qua instructione constat super *cap. 1. sess. 13. de reform.*

Nam his omnibus respondetur ex paulò antè obseruatis in principio, nempe exerceri in dicto consilio gubernationis plenam & omnimodam iurisdictionem ordinariam Diœcesani, eamdem videlicet, quæ Archiepiscopo competit, & quemadmodum ipse Archiepiscopus potest amouere suos Vicarios generales pro suæ voluntatis arbitrio, vti latius Barbosa *de potestate Episcopi, dicta allegat.* 54. *num.* 170. ita in consilio suo per quod exercet illam, auocare & inhibere, etiam sine appellatione, & sic tenent Doctores communiter, per textum *cap. vt nostrum* 56. *de appellationibus,* vbi Abbas *num.* 2. quem sequitur Imola *ibidem in princip.* Couar. *in dicto cap.* 9. *num.* 5. Iacob. Valdesius *ad Decretum Tridentini, in dicto cap.* 20. *verbo nec auocentur. session.* 24. *de reformat.* vbi inquit quòd Episcopus qui Vicarium generalem constituit, & tollit, potest ad se aduocare causam pendentem coram eo, etiam sine aliqua appellatione, vt sic non consilium, sed ipse Archiepiscopus in illo, auocet, & inhibeat, veluti hodie Serenissimus Hispaniæ Infans Cardinalis, qui & idem administrator perpetuus Archiepiscopatus Toletani, ita vt in prouisionibus ordinariis expediendis, non dicatur, Nos iudices gubernationis Toletanæ Diœcesis, pro Serenissimo Ferdinãdo Infante Cardinali, &c. sed Ferdinandus Infans Cardinalis sub eius appellatione, & nomine, itaque consiliarios sibi adhibet Archiepiscopus tanquam Adsessores, quorum consilio vtatur, in administratione non solùm iustitiæ, sed etiam gubernationis, ex argum. text. *in l.* 1. *& in l. liceat, C. de adsessoribus,* 2. *titul.* 21. *part.* 3. cum vulgaris.

Neque huic resolutioni obstat alia vrgens replicatio, licèt enim Archiepiscopus, per se possit auocare, & inhibere, non tamen per alium qui loco & nomine ipsius, ex ea ratione, quia nunquam à se ipse omnem suam iurisdictionem abdicare præsumitur, quemadmodum neque omninò illam committere, prout est communis resolutio, de qua Marta *de iurisdictione c.* 90. *in princ.*

Quia respondetur cum suprà dictis, quandoquidem non pro eo alius, sed ipse Archiepiscopus in suo Consilio procedat & inhibeat, ex quo etiam temperabitur resolutio quo superiùs monstratum est Archiepiscopum Toletanum exercere coram suis Vicariis generalibus iurisdictiouem ordinariam, quia licèt hoc verum sit, non tamen plenè & absolutè quoad omnimodam iurisdictionẽ sicut in suo consilio. Nec nos turbare debent decisiones Rotæ 133. *in* 2. *part. decisionum criminalium Farinacij,* & totidem verbis alia quæ est 555. *in centuriis post consilia eiusdem,* quibus dicitur Consilium Archiepiscopi Toletani idem esse cum Vicariis generalibus, quia intelligendæ sunt prout ipsæ loquuntur in causis primæ instantiæ, de quibus cognoscit dictum Consilium, etiam per inhibitionem, vel aduocationem, quo in casu rectè dicitur, idem esse Consilium Archiepiscopi Toletani cum Vicario generali, nam in prima instantia Consilium & Archiepiscopus qui in eo sua omnimoda iurisdictione fungitur, idem Consistorium habet cum Vicariis generalibus, quantumuis auocet & inhibeat ex iam dictis & dicendis, nimirum quia vt potest amouere ad libitum, potest etiam auocare, ita tamen vt in eis ab eo ad Pontificem, seu Nuntium eius Apostolicum appellatio interponatur: ne iniuria, seu grauamen, quod faceret Archiepiscopus in suo consilio tanquam Diœcesanus, resarcitetur ab eodem etiam tanquam Primate in eodem tribunali, & per eosdem iudices, quemadmodum neque appellatur à Vicariis generalibus prout Diœcesani sunt, ad eosdem Vicarios prout sunt Metropolitani, sed ad dictum Consilium Archiepiscopi, ex eo quòd diuersum sit, & alijs iudices ex ratione textus *in d. Romana, de appellationib. & in d. cap.* 2. *de consuetud. in* 6.

Nec dubitatur posse Archiepiscopum Toletanum tanquam Primatem ac superiorem etiam ante appellationem auocare, & inhibere, ob negligentiam inferiorem, illis tamen requisitis, ex Decreto Tridentini *in d. c.* 20. *vers. legati quoque sess.* 24. *de reformat.* quod nõ solùm de Legatis Nuntiisque Apostolicis, aliisve iudicibus Ecclesiasticis quibus ex indulto, aut priuilegio competat iurisdictio, verùm & de Metropolitanis, ac Primatibus intelligendum dicit Afflictis *in c.* 1. *n.* 23. *de prohibita feudi alienatione,* Prosper. de Augustino *in additionibus ad Quarantã in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.* 19. *in fine lit. M.* Augustinus Barbos. *in remissionibus ad Consilium, super dicto vers. ligati quoque,* quod etiam procedit in aliis multis casibus, de quibus idem Barbosa, cũ distinctione tamen, de qua *in dicta allegat.* 54. *à num.* 52. sequutus Garciam *de beneficiis,* 5. *part. cap.* 8. *à n.* 40. Ergo insolens non erit etiam si Archiepiscopus Toletanus in suo Consilio causas auocet & in eis inhibeat suis Vicariis generalibus, vt iam satisfactum sit hucusque positis obiectionibus, veniamúsque ad alteram partem vbi de consuetudine agendum, quæ quanquam omitti posset tanquam non adeò necessaria, nihilominus pro satisfactione omnium dubiorum illa dumtaxat libabimus, quæ ad rem aptiùs pertinere videbuntur.

ARTICVLVS II.

CONstat itaque Bonifacium VIII. consuetudini appellandi de officiali ad Episcopum derogasse, tanquam irrationabili eam lege Pontificis prohibente, ex quo videbatur sublata etiam immemorialis, prout *in dicto cap.* 2. *de consuetud. in* 6. & vt de communi testatur Augustinus Barbosa *dicta alleg.* 54. *num.* 46. & ante eum Nicolaus Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 8. *num.* 28. Quare notanda sunt verba Pontificis, qui non putamus (inquit) illam consuetudinem quantocunque tempore de facto seruatam, consonam rationi quòd ab officiali Episcopi ad eundem Episcopum valeat appellari; quibus videtur ostendi quòd esset irrationabilis, ob idque minimè introducenda, ex vulgari textu *in cap. final. de consuetudine,* ibi, *nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta,* nec contra rationem præscribitur vsus eius, iuxta Innocentij III. constitutionem, *in cap. fine de præscriptionibus,* ex quo necnon ex glossa *ibi,* recepta communiter, consuetudo irrationabilis illa dicitur quæ cùm sit improbata, seu prohibita, prout in hoc casu censetur, eo non obstante introducitur, Rochus de Curte *in tractatu de consuetudine à num.* 206. & in proposito *num.* 229. & per constitutionem Papæ reprobata etiam superueniens non subsistit, idem Rochus *n.* 355. vbi maximè in ratione naturali fundatur

datur prohibitio, prout *ibid. num.* 445. nec valet immemoralis contra legem, seu constitutionem consuetudinem reprobantem, Farin. *in fragmentis quæstionum criminalium. 1. part. verbo consuetudo, n.* 722. Rochus *vbi supra nu.* 525. qualis esse videtur hæc consuetudo quæ contra substantiam diceretur, ad tradita *in d. cap.* 2. *de consuetudine in* 6.

Neque impedimento sit replicatio quæ hinc mouetur, ex eo quòd quando lex, seu constitutio derogat consuetudini, vel illam tollit, intelligitur de antecedenti, non tamen de futura, ac superuenienti cõsuetudine, Lessius *de iustitia & iure, lib. 2. cap. 7. dubitation. 4. nu. 45. cum vulgatis,* quia intelligitur vtraque sublata, prout Rota apud Stephan. Gratian. *decision.* 16. *nu.* 8. in hæc verba. Nec obstat quod dicebatur de consuetudine quæ tamquam specialis nõ potest tollere legem generalem, ex Bart. *in l. quibus, num.* 5. *ff. de legibus,* maximè si derogetur consuetudini, cum per prædictam derogationem etiam futura consuetudo sublata intelligatur, quę tunc diceretur irrationabilis, & illegitima, prout de veriori, & magis communi opinione testatur Alexand. *in l. si mihi & tibi* 12. *§. vltimo, colum. fin vers. puto tamen, & vers. ex quibus apparet, de legatis* 1. cui decisioni accedunt Rochus *vbi suprà, nu.* 521. Imola *in cap. fin. de consuetudine num.* 17. Gonzal. *in* 8. *regulam Cancellariæ, glos.* 33. *num.* 9. Ergo iam non malè deducitur Bonifacium octauum improbare quodammodo consuetudinem, siue illa ante, siue post suam constitutionem introducta, & recepta fuerit, ita Felinus *in cap. cùm officij num.* 13. *de præscriptionibus,* Couarr. *variarum resolutionum, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *vers. aduertendum tamen erit,* cum aliis quos refert Gonzalez *vbi suprà.*

Et quamquam hæc fundamenta faciant pro hac parte, alia etiam vrgent quæ dubium & difficultatem augent, vnde cum Archiepiscopus Toletanus exerceat per suos Vicarios generales iurisdictionem Diœcesani, in causis primæ instantiæ, non malè dubitabatur an ab eis ad Consilium eius appellari possit contra dictam constitutionem Bonifacij VIII. quæ sine dubio accipienda est non de Episcopo tantùm, prout nonnulli existimant, verùm & de Archiepiscopo, Patriarcha, aut Primate in suis diœcesibus; ex pari, aut eadem ratione; vel aliter dicendum videtur Vicarios generales Archiepiscopi Toletani delegatos esse, & non ordinarios, de quibus ad delegantem appellatio interponitur: adeò vt si in appellatione ab eis tanquam ordinariis Archiepiscopus in suo Consilio adeundus esset, sequatur inde necesse est absurdum hoc, vt de vno ordinario ad eundem ordinarium appellatio interponatur, contra naturalem ordinem, seu rationem, qua admonemur vt ea quæ natura prohibentur, nulla lege, aut consuetudine possint confirmari, ex decisione text. *in cap. fin. de consuetudine,* latè & in proposito Farinacius *consil.* 15. *num.* 68. vbi etiam *in additionibus litt. G.* gloss. Gregorij *in l.* 5. *titul.* 2. *part.* 1. & cum pluribus ab eo adductis Barbos. *dicta alleg.* 54. obidque videntur Innocentius IV. appellationem prohibuisse de Vicario ad Episcopum, & Bonifacius VIII. consuetudinem appellandi, in adductis suis constitutionibus: nam esset contra naturam quòd ipse sibi imperaret Archiepiscopus Toletanus repugnante eadem ratione, & quodammodo contradicente, iuxta text. *in l. penultim. ff. de arbitris,* Gonzal. *in* 8. *regul. Cancellariæ gloss.* 56. *num.* 47. *l.* 24. *titul.* 4. *part.* 3.

Quibus tamen non obstantibus, hæc consuetudo nec contra rationem, nec contra mentem Pontificum Innocentij IV. & Bonifacij VIII. quinimò si bene ac rectè consideretur ius ordinarium Primitiale ea, quasi in subsidium coadiuuatur, Rochus *de consuetudine vbi suprà num.* 443. non aliter, atque si ordinariæ iurisdictioni accederet delegata, Sedis Apostolicæ, ex argumento text. *in cap. licet in corrigendis, de officio Ordinarij,* & eorum quæ tradit Nicolaus Garcia *de beneficiis,* 5. *part. cap.* 7. *num.* 47. Riccius *in praxi variarum resolutionum resolut.* 118. Erasmus à Cochier *de iurisdictione Ordinarij contra exemptos,* 1. *part. q.* 14. *num.* 3. latè ac nouissimè Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi* 3. *part. allegat.* 92. *necnon in declarationibus Cardinalium super cap.* 2. *sess.* 13. *& super c.* 4. *sess.* 14. *de reformatione.*

Nec contra hoc mouet alia difficultas quæ discussa hactenus & agitata, super hac consuetudine, & an irrationabilis illa, & contra naturam appellationis, quia hìc quod iure statutum est, atque vsu, & in foro frequens consuetudine roboratur, iuris enim est, vt de inferiori ad superiorem appelletur, qualis est Metropolitanus respectu suffraganeorum, & Primas respectu Metropolitani, ex quo deducitur à Metropolitanis ad Consilium Archiepiscopi, non verò ad Vicarios eius appellandum esse; quippe vt qui habeant eandem, vel æqualem iurisdictionem cum illis, *cap. anteriorem,* 2. *q.* 6. cuius decisioni inhæret Alphonsus Castellæ Rex, qui cognomento *Sapiens, in l.* 1. *tit.* 23. *p.* 3.

Fulcitur etiam ratio superiùs tradita, quia in nostro casu non fuit sublata immemorialis per constitutionem Bonifacij VIII. prout in eo enixè adseuerant, & rationem adstruunt Narbona *in tractatu de appellatione Vicarij ad Episcopum. in* 2. *part. fundament.* 3. *num.* 8. *& in* 4. *fundamento, num.* 16. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, quæst.* 15. *& quæst.* 48. *necnon quæst.* 897. *à num.* 24. *& communium opinionum,* 4. *part.* in aliisque similibus Gonzalez *in* 8. *regulam Cancellariæ, gl.* 33. *à num.* 2. Garcia *de beneficiis,* 3. *p. cap.* 2. *num.* 280. *cum sequenti,* Stephanus Gratianus *disceptationum, cap.* 480. *num.* 5. communem dicit Fachinæus *lib.* 1. *consiliorum, cons.* 27. *num.* 22. Constat autem ante & ab ipsis constitutionibus tam Innocentij Quarti quam Bonifacij Octaui, hanc consuetudinem cognoscendi Archiepiscopum Toletanum in appellatione à suis Vicariis generalibus tamdiu viguisse, vt eius initij non sit memoria, & praxis ipsam memoriam superet, prout est notorium & in curiis tam Romana, quam Hispaniæ Principum satis constat, adeò vt nulla aliunde magis clara probatione opus quàm hac eadem notorietate Rota Genuensis *decis.* 2. *n.* 14. *& decis.* 4. *num.* 17. *& decis.* 16. *num.* 13. Crauetta 3. *cons.* 137. *nu.* 5. quæ consuetudo si huius instar notoria sit, sufficit vt allegetur, Maranta *de ordine iudiciorum* 3. *part. titul.* 1. *num.* 129. Guido Papæ *singulari* 952. quos refert, & sequitur Ariminus *in compendio decisionum titul.* 56. *cap.* 3. latiùs Barbos. *de potestate Episcopi,* 2. *part alleg.* 39. *à n.* 22. vbi notorium (inquit) est plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egentem, adeò vt in suo vigore relicta videatur decisio textus *in d. cap duo simul, de officio Ordinarij,* ibi, *vel prisca illis cõsuetudo contulit ab antiquo,* veluti in hoc casu in quo nec obscurum ius nec consuetudo turbida qua receptum & vsitatum est Archiepiscopum Toletanum etiam in appellatione à suis Vicariis generalibus siue illi procedant tanquam Diœcesani, siue tanquam Metropolitani posse cognoscere, & à sententiis eorum, tanquam ad superiorem ex consuetudine adiri: ad tradita per Gratianum *disceptationum c.* 4. *n.* 28. Tum etiam quia hæc consuetudo vtpote municipalis Toletanæ Diœcesis in facto consistit,

&

& sic sine speciali illius derogatione non fuit sublata per constitutionem Bonifacij VIII. prout contra Bat. & alios probat Abb. *in cap. finali, de consuetudine*, *ex decisione textus in cap. 1. de constitutionibus*, *lib. 6.*

Neque interest dicere hanc consuetudinem tanquam irrationabilem introduci non potuisse contra ius quod illam prohibet, quia respondetur eam non solùm non esse rationi contrariam, sed illi valdè arridere, quandoquidem Archiepiscopus Toletanus non tanquam de diœcesano ad eundem diœcesanum, vel de Metropolitano ad eundem Metropolitanum recurratur, sed vtroque vt maior ac superior in appellatione ab istis tanquam primas, itaque absurdum, seu praua consuetudo in eo consisteret, vt de vno ad eundem in vna eadémque instantia appellaretur, non verò, si tanquam ad alium in alia diuersa ac superiori, & sic planè intelligendus Bonifacius VIII. *in dicto c. fin. de consuetudine in 6.* iuxta veriorem mentem, & interpretationem illius constitutionis, ex *c. à collatione*, *de appellationib. cod. lib.*

Nec etiam contra hæc facit replicatio qua ostendi videtur esse contra substantiam appellationis, vt ab officialibus Archiepiscopi ad eundem in Consilio ipsius appellatio interponatur, quia hìc bene de inferiori ad superiorem, qualis est primas, interponitur, quinimò ex doctrina Abb. *in dicto cap. exposuit*, *num. 5. de dilationibus*, etiam de pari in parem rectè appellatur, qui ex consuetudine sit superior. Vnde, ait ille, sicut enim consuetudo potest dare iurisdictionem priuato super alius priuatis, vt *in cap. cùm contingat*, & quod ibi notatur, *de foro competente*, ita potest dare de pari in parem faciendo eum maiorem, neque est contra substantiam appellationis, quia consuetudo facit eum maiorem, hactenus ille; & idem notabiliter tenet gloss. Gregorij per text. *ibi in l. 8. verbo egual. tit. 23. part. 3.* Aliter atque Marta *de iurisdictione*, *4. part. cen-su 64. num. 10.* cuius opinio saltem ad rem, de qua agitur, paucioribus placet: quinimò dixit Less. *lib. 2. de iustitia, & iure, cap. 6. dubitatione 4. dicto num. 45.* Quòd etsi initio iniqua videatur consuetudo; si ita meo ex noua ac superuenienti causa, quæ iusta & rationabilis sit, recepta & in praxim deducta fuerit, ea debet seruari, & retineri, prout passim Doctores tradunt, maximè Abbas *in dicto cap. final de consuetudine*, *num. 24.* Rochus *in loco suprà citato*, *num. 528.* Couar. *lib. 3. variarum resolutionum, dicto cap. 3. n. 4.* gl. Gregor. *in l. 2. verbo bien, circa medium*, *tit. 2. partit. 1.*

Non obstat denique quod vulgò dicitur, nempe in recipienda consuetudine desiderari scientiam, & consensum Papæ, sine quibus non datur aliqua præscriptio legitima, & releuans, ex ea ratione, quia non probata scientia legislatoris, vel successoris eius eandem, vel æqualem potestatem habentis, vsus contrarius non suffragatur, ad tradita per Abbatem *in c. 1. num. 4. de treuga & pace*, quem & propositum sequitur gloss. *in l. 3. ver. consintiendo el señor, tit. 1. part. 1.* idem Rochus *vbi suprà*, *num. 351.* Rota *decis. 10. de consuetudine in antiquis*. De qua scientia debet constare ad effectum præscribendi consuetudinem contra legem, seu constitutionem Papæ, gloss. Gregor. *vbi suprà*, Capicequensis *decis. 204. num. 2. in 3. part.* vbi testatur constitutionem Papæ ex non vsu, vel ex contrariis actibus elidi non posse absque eius consensu expresso, quia non sufficeret tacitus, Francus *in cap. cùm de beneficio*, *num. 4. de præbendis*, *lib. 6.* vbi Archidiacon. *num. 2. vers. nec mireris*, Petrus Rauenatensis *de consuetudine. num. 128.* vbi contra Cardinalem *in cap. final. de consuetudine*, qui in contrarium inclinat, & rationem reddit Archidiaconus *vbi suprà*, quia Papæ auctoritas non est ab homine, sed à Deo, ex quibus etiam tollitur obiectum illud, quòd sufficeret tacitus consensus Papæ si opinioni, & doctrinæ Cardinalis Turrecrementa standum esset *in cap. in istis. §. sicut enim, vers. 2. opinio. 4. distinct.* Ratio, quia deficiente scientia Pontificis induci non posset consuetudo rationabilis, Rota *in vna Romana concordia sancti Petri de anno Domini 1610. decis. 221. à num. 4. cum seqq. vltim.* Farin. 1. *part.*

Nam his omnibus non obstantibus, dicendum est scientiam, & consensum Papæ, de quibus hìc, non requiri, quandoquidem huic iurisdictioni qua Toletanus Antistes fungitur, adsistunt ius commune, & consuetudo immemorialis; ius commune ideò, quia de suffraganeis, ac Metropolitanis appellatur ad primatem, *dicto cap. antiqua, vers. finali, de priuilegiis*, atque ex fundamentis, & rationibus in principio adductis; consuetudo, quia & iure fulcita, & vltra memoriam hominum viguit in praxi, cui etiamsi ius resisteret, satis supérque esset eam tot ab hinc seculis retineri, tametsi introducta fuisset sine scientia & consensu Papæ. Ratio, quia consuetudo cuius initij non est memoria, obtinet, quamquam in sua introductione non fuerit rationabilis, Rochus *de consuetudine. num. 214.* gloss. Gregorij *in dicta l. 3. verb. consintiendo el señor, tit. 2. part. 1.* Constat autem hanc consuetudinem summa & firma ratione niti, prout satis ostensum est; ergo ea debet attendi, & obseruari; tum etiam, quia vbi iuris adsistentiæ adest consuetudo, eius præscriptio fortiùs præualet, gloss. recepta communiter *in cap. 1. verb. titulum. circa finem, de præscriptionibus in 6.* Rochus *de consuetudine, num. 433.* vt sic, quod est quæsibile per priuilegium, sit etiam quæsibile per præscriptionem, Felinus *in cap. accedens n. 6. de præscriptionibus*, Parisius *cons. 101. n. 13. volum. 2.* quod multo magis de consuetudine intelligendum, maximè immemorabili, prout est communis resolutio ex *cap. super quibusdam*, *§ præterea*, *de verborum significatione, l. 2. §. ductus aquæ*, *ff. de aqua quotidiana & æstiua* gloss. Gregor. *vbi supra*, & post eam Salgado *de protectione Regia, 1. part. c. 1. prælud. 3. à num. 152.* Et quando consuetudo nititur iure, ac ratione illa præfertur, & magis afficit Felinus *in c. edoceri, num. 3. & seqq. de rescriptis*. Vbi maximè nulla vnquam contradictione turbatur, prout hæc nostra in cuius transcursu memoriam hominum excedente, & scientiam, & consensum summorum Pontificum interfuisse præsumitur, ex argumento text. *in l. 1. §. magistratum, ff. de exercitoria actione*. Maximè, quia paria sunt tacitè atque expressè consentire, gloss. *verb. permissione in c. 1. de prohibita feudi alienatione*, & comprobatur, quia patientia & tolerantia Pontificum confirmationem inducunt, ex latè traditis à Salgado *dicta 1. part. cap. 1. prælud. 3. à num. 148.* qui quamplures affert ab hac sententia, & opinione, quinimò, *num. 151.* inquit scientiam, & patientiam summorum Pontificum fortiorem esse, quàm expressum consensum, ex quo ipsi diu tolerarunt, & rationem subdit, quia præsumptus consensus inductus ex tolerantia, ac temporis diuturnitate, & sine contradictione, expresso consensu fortior habetur, *l. 1. § scientiam. ff. de tributoria actione*, Crauetan *cons. 640. num. 10. lib. 4.* quem sequitur Casanate *consil. 29. num. 40.* sed quod magis est, etiamsi daretur, vt consuetudo hæc interrumpatur, nam cùm sit immemorialis interruptio huiusmodi, non obstaret, Castrensis *cons. 27. n. 84. lib 1.* Corneus *cons. 22. num. 5. lib. 1.* Salgado *de protectione Regia, 1. part. cap. 1. num. 319.* qui etiam *n. 323.* hanc nostram consuetudinem in propriis terminis probat; itaque præscriptio consuetudinis, de qua pro contraria parte allegatur, intelligitur de ordinaria præ-

 scriptione;

ſcriptione, non tamen de hac noſtra immemoriali, vt ſic reſpondeatur obiectioni de qua ſuperiùs, *num.* 24. cum eodem Salgado, & aliis, quos ipſe citat *à dicto num.* 48. *cum ſequentibus.*

Quare Archiepiſcopus Toletanus rectè ac legitimè cognoſcit in dicto ſuo conſilio, ex iure ſuperiùs dicto Primatiali, in appellatione à ſuis Vicariis generalibus, ſiue procedant tanquam diœceſani in prima inſtantia, ſiue tanquam Metropolitani in ſecunda, & ſic ſua vltima ſententia quæ ſit conformis cum duabus aliis, ſiue inferiorum officialium, ſiue ſuffraganeorum executioni mandatur, iuxta text. *in Clem.* 3. *de re iudicata*, quo finiuntur, ac terminantur lites, & controuerſiæ, *cap. ſua* 65. *de appell. l. vnica*, *C. ne liceat tertiò prouoc. l.* 25. *p.* 3. Stephan. Gratian. *diſceptationum, c.* 42. *per totam*, Rota *deciſ.* 62. *num.* 1. *vltimarum*, Farin. 1. *part.*

Ex quo fit, bene conſultum fuiſſe huic Reipublicæ tam ſeculari, quam Eccleſiaſticæ, cuius incolæ, & naturales grandi hoc beneficio adfecti fuere, præſertim pauperes, quorum iuſtitia ob ſuam penuriam, & paupertatem non ſolùm obduceretur, ſed indefenſa demum præ manibus euaneſceret, adeò vt miſerandum in modum abirent miſelli flebiles, interdum ſine recurſu, plerumque ſine ſolatio, ſæpiùs victi, exinaniti ſemper, & quod peius ferendum eſt, ſine ſpe nedũ recuperandi, vel quod pro ſumptibus iactauerunt, quæ incommoda reſarciuntur, coërcente hoc tribunali exceſſus, moleſtias, vexationes, iniurias, vel grauamina inferiorum, & hæc ſufficiat, breuiùs tamen quàm pro re, nec tam in forma quæſtionis diſputandæ, quàm pro ſatisfactione dubiorum attigiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus in inquirẽdo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium requirere teneatur, valida eſt.*
2 *Conſuetudo legitimè præſcripta qua dicatur remiſſiuè.*
3 *Allegans & dicens aliquid, id probare debet.*
4 *Vicarius non poteſt inquirere, aut punire ſubditorum exceſſus, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo ei committatur.*

Cap. Non eſt. III.

1 Conſuetudo, dummodo canonicè præſcripta ſit, qua Epiſcopus non tenetur requirere conſilium ſui Capituli, dum inquirit, punit, corrigit exceſſus ſubditorum, non eſt reprobanda. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach, Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 89. Alagona *in compend. pag.* 36.

2 *Dum tamen aliàs ſit præſcripta canonicè.*] Quæ dicatur conſuetudo legitimè præſcripta, dixi *in collect. ad c. vlt. num.* 12. *hoc tit. in Decretal.*

3 In gloſſ. *Quam allegat.* Notatur ad hoc quòd allegans & dicens aliquid id probare debet, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 78.

4 In gloſſ. *Corrigendis.* Notatur ad hoc quòd Vicarius non poteſt inquirere, corrigere, aut punire ſubditorum exceſſos, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo ei committatur, vt per Bero. *in rubr. de officio Vicar. n.* 2. & 26. & *conſ.* 23. *n.* 4. *vol.* 1. Ferret. *conſ.* 214. *vol.* 1. Cuch. *in inſtitut. maior. tit.* 8. *de Vicar. n.* 17. Lancel. *in inſtit. Canon, tit. de officio Vicar. §. per Vicar.* Rebuff. *in addit. ad reg.* 13. *Cancel. verbo. aut Vicarios, verſ. notandum eſt*, & *in praxi benefic tit. forma vicarius n.* 166. Clar. *in §. fin. q.* 40. *num.* 3. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 4. *§.* 7. *n.* 2. *verſ. ſeptimò inquirere*, Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 16. *in princip.* quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 54. *num.* 117.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcriptum ſi fiat à Papa vt quis prouideatur de prabenda primò vacatura in tali Eccleſia, & in illa eſt conſuetudo, vt antiquiores poſſint optare antiquiores prabendas huiuſmodi conſuetudo valet, & eſt ſeruanda intra* 20. *dies, & quæ remanet eſt pro prouidendo, niſi vacauerit in Curia.*
2 *Ius optandi non à iure communi, ſed potiùs conſuetudine inductum eſt.*
3 *Antiquiores regulariter prius optare debent quàm iuniores.*
4 *Canonicus antiquior ſi differat optare intra legitimum tempus, poterit iunior ſequens optare prabendam, quam ille optare debebat.*
5 *Antiquior Canonicus quis dicatur ad effectum optandi, oſtenditur, & n.* 6.
7 *Optio gradatim fieri debet.*
8 *Excommunicatus poteſt optare temporalitatem abſque titulo.*
9 *Optare non poteſt vacantem prabendam, aut portionem, qui propter aliquod corpori vitium repellitur ab Ordinibus illi annexis.*
10 *Coadiutor, aut coadiutus an poſſit optare?*
11 *Abſentes optare poſſunt.*
12 *Optio poteſt fieri per procuratorem.*
13 *Pœnitentiarius non poteſt optare.*
14 *Vacatio requiritur ad optionem ex ſimplici conſuetudine, aut ſtatuto faciendam.*
15 *Optio locum non habet in beneficiis, ſeu prabendis in Curia, apud Sedem vacantibus.*
16 *Optio locum non habet in beneficiis quomodocunque reſeruatis.*
17 *Optio locum non habet in menſibus Apoſt. ſeu beneficiis reſeruatis per reg.* 8. *Cancel.*
18 *Optio locum non habet in iis prabendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes à die notitia vacationis.*
19 *Optio an locum habeat in beneficiis iuriſpatronatus, remiſſiuè,*
20 *Optio an locum habeat in ipſa permutatione, & reſignatione.*
21 *Optio regulariter fieri debet intra* 20. *dies.*
22 *Electio cum alicui datur intra certum aliquod tempus facienda, ſi id non faciat, tranſit electio ad alium ſiue detur à iure, ſiue à ſtatuto.*
23 *Conſuetudo optandi eſt præter ius, & rationabilis, ac proinde induci poteſt ſpatio decem annorum.*
24 *Conſuetudo, quæ præter ius eſt, inducitur ſpatio decem annorum.*
25 *Domus canonicalis poteſt optari.*
26 *Ius optandi ſtatuto induci poteſt.*
27 *Optandi ius ſpectat ad antiquiores non ætate, ſed receptione.*
28 *Maior in optione prabendæ dicitur ille, qui diutius in Eccleſia militauit.*
29 *Antiquior ad effectum optionis dicitur ille, qui fuit prior in poſſeſſione, licèt ſit poſterior in prouiſione.*
30 *Conſuetudine induci poteſt vt in optione præferantur antiquiores ætate, vel maiores Ordine.*
31 *Conſuetudo optandi inmititur æquitati Canonica,*
32 *Canonici antiquiores poſſunt ſi velint, meliores prabendas cum vacant ſuis relictis optare.*

33 Optio

33 *Optio fieri potest de minori præbenda vbi ex aliqua causa sit magis grata.*
34 *Iure simpliciter fieri dicitur, quod fit per consuetudinem.*
35 *Prabenda, quam in Ecclesia optans habebat, per optionem aliquo modo vacare censetur.*
36 *Optio locum habet in beneficiis vacantibus in Curia si intra mensem à die scientiæ vacationis per Papam non conferantur.*
37 *Optio fieri debet infra 20. dies à die verisimilis scientiæ vacationis.*
38 *Tempus viginti dierum currit simul omnibus optare volentibus, & vnicum tempus omnibus datur.*

CAP. Cùm in tua. IV. & vlt.

1 RESCRIPTUM si fiat à Papa, vt quis prouideatur de præbenda primò vacatura in tali Ecclesia, & in illa est consuetudo, vt antiquiores possint optare antiquiores præbendas, huiusmodi consuetudo valet, & est seruanda intra viginti dies, & quæ remanet est pro prouidendo, nisi vacauerit in Curia, quia tunc non valet consuetudo. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Butr. Monach. Franc. Alagona *compend. pag.* 36. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 90. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. latè de materia huius text. egi *in tractat. de Canonic. cap.* 30.

2 *In qua consuetudo habetur*, &c.] Notatur ad hoc quòd ius optandi non à iure communi, sed potiùs consuetudine inductum est, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 11. Monet. *de optione canon. c.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. Sed quanto tempore introduci possit, dixi *d. cap.* 30. *num.* 3. *cum seqq.*

3 *Quod antiquiores.* Notatur ad hoc quòd antiquiores regulariter prius optare debent quàm iuniores, vt per Monet. *d. tract. cap.* 4. *q.* 1. *num.* 15. vbi cum Bellam. *decis.* 229. hoc ait ita procedere vt huiusmodi antiquiores vigore statuti, aut consuedudinis de optando non semel duntaxat, seu pro prima vice, sed quoties casus euenerit, modo aliud non obstet, optare possint, cum hic actus sua natura repetibilis, seu iterabilis sit.

4 Si Canonicus antiquior differt optare intra legitimum tempus, ita vt sit periculum ne illud labatur ad damnum iuniorum, poterit iunior sequens optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio iunioris in euentum, quo senior, siue antiquior intra tempus statutum non optauerit, vt per Tiraq. *de retractu conuent.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 66. Zetol. *in praxi Episc. verbo Canonica*, §. 7. *concl.* 4. Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 76. Monet. *d. tract. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 3.

5 Antiquior non censetur ille, ac proinde præferendus non est, qui cùm prius esset Canonicus, postea mutauit præbendam, & Canonicatum per impetrationem, & collationem, sed præferri debet is, qui post primam illius receptionem, ante tamen secundam, receptus fuit in Canonicum, vt post Paris. resoluit Monet. *d. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 12.

6 Antiquior num sit ille, qui per Cameram possessionem cepit, iis, qui eam postea ceperunt per se ipsos, vel procuratorem? vide Monet. *d. cap.* 5. *num.* 12. *&* 13.

7 *Gradatim.*] Optio ita quoque gradatim fit vt antiquiore optante vacantem cum Canonicatu præbendam, sequens optet præbendam, quam antiquior dimittit, & ab hoc dimissam optet alter, qui mox sequitur, & sic de cæteris, vt per Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 15. Monet. *d. tract. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 15. vbi à *n.* 16. disputat an optio semper fiat intra eundem ordinem, & gradū.

Per se, &c.] Etiamsi excommunicatus sit, vt per Couat. Gig. *de pensionib. q.* 63. *n.* 15. Gemin. *hic in fine*, & Franch. *n.* 6. Gom. *de expectat. n.* 60. Rot. *decis.* 5. *in fine, de concess. præb. in nouis*, *&* *decis.* 8. *de sent. excom. in antiq.* Vgolin. *de censuris tab.* 2. *c.* 13. §. 2. *n.* 15. Sayr. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 13. Monet. *d. cap.* 4. *à num.* 20. limitantem post *n.* 30. vbi ex speciali statuto, vel consuetudine optandus sit titulus, veluti quando portionarius optat Canonicatum, vel Canonicus dignitatem, aut aliàs vbi requiratur in optione noua collatio, quod etiam tenent Gonzal. *d. gloss.* 34. *n.* 65. *&* *à num.* 72. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 13. *sect.* 1. *n.* 19. optimè D. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 11. *per tot* & plures alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 48. *cum seqq.* Ego ipse *d. cap.* 30. *à n.* 18. 8

Vbi antiquus propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus annexis alicui præbendæ, vel beneficio in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, non poterit quoque in ea Ecclesia optare vacantem præbendam, aut portionem, vt resoluit Monet. *d. cap.* 4. *q.* 6. *à n.* 109. & *à num.* 117. obseruat clericum, qui cœcus factus est postquam beneficium in Ecclesia aliqua Cathedrali, vel Collegiata obtinuit. non ideò excludendum esse ab optione, quæ deinceps facienda occurrat, & *n.* 126. idem quoque dicendum putat de surdo, muto, & aliis similibus corpore vitiatis, & *à num.* 128. ait peccatorem etiam notorium regulariter vt sic non esse arcendum ab optione, & *à num.* 136. tenet irregularitatem præcedentem receptionem Ordinis, aut beneficij impedire quoque optionem. 10 An autem coadiutor, vel coadiutus optare possit, latè disputat idem Monet. *vbi suprà à num.* 139. vbi *nu.* 158. firmat dignitatem, Canonicatum, vel portionem in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia obtinentem perinde optare posse, ac si non haberet coadiutorem cum futura successione, & *n.* 163. dicit coadiutorem minimè optare posse, do quo tamen vide quæ latè scribunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 97. Nicol. Garc. *de benefic. q.* 4. *cap.* 5. *num.* 118. *cum seqq.* 9

Vel per alios.] Absentem optare posse resoluit Monet. *d. tract.* 4. *quæst.* 3. *à num.* 31. Ego ipse *d. cap.* 30. *num.* 14. 11

Notatur ad hoc quòd optio potest fieri per procuratorem, vt per Gonzal. *ad reg.* 38. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 123. Monet. *d. cap. num.* 52. *cum seqq.* vbi *n.* 55. dicit quòd potest fieri optio etiam à procuratore non habente speciale mandatum, qui tamen constitutus sit cum libera, & *à num.* 58. subdit quòd si procurator habeat generale mandatum, vel negotiorum gestor optet nomine meo, & ego ratam habeam optionem, valebit optio. 12

Optare præbendas.] Vbi autem præbenda habet annexum aliquod perpetuum officium, putà pœnitentiarij, non potest, qui eam habet, alteram optare, vt tenet in specie Nauar. *consil.* 14. *de rebus Eccles. non alien.* aliàs *cons.* 22. *de præbend.* sequitur Gonzal. *d. gloss.* 34. *nu.* 78. *cum seqq.* vbi non solùm in pœnitentiario, sed etiam in Theologo, Doctore, seu Magistro hoc admittit, quicquid dicat Monet. *d. tract. cap.* 2. *quæst.* 1. *à num.* 11. 13

Cùm præbenda vacabit.] Ad optionem igitur ex simplici consuetudine, aut statuto faciendam, expressè requiri vacationem notat Monet. *d. tract. c.* 3. *num.* 151. *&* 152. obseruat ex speciali consuetudine super hoc inducta posse etiam præbendam non vacantem optari. 14

In præbendis verò apud Sedem Apostol. Notatur ad hoc quòd optio locum non habet in beneficiis, seu 15

præbē-

præbendis in Curia, seu apud Sedem vacantibus, vt per Rot. decis. 4. consuetud. in nouis, Gig. d. quæst. 63. Simonet, de reseruat. benef. q. 45. n. 3. Falcon, in simili tract. q. 4. effectu 1. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 26. q. 13. Monet d. tract. c. 3. q. 3. à n. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 20. num. 7. metipsum d. c. 30. num. 21.

16 Similiter optio locum non habet in beneficiis quomodocunque reseruatis, siue generaliter, siue specialiter, vt per Rot. decis. 1. num. 4. de rerum permut. in nouis, Franc. Marc. Delphin. decis. 1271. num. 2. p. 1. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 20. num. 3. Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 26. q. 13. Anastas. Germon. de indult Cardin. §. etiam ex eo, num. 12. Gonzal. d. gloss. Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 1. num. 452. Monet. d. cap. 3. q. 3. à num. 41. metipsum d. cap. 30. num. 22.

17 Sic etiam optio locum non habet in mensibus Apost. seu beneficiis reseruatis per reg. 8. Cancel. de alternatiua, vt in specie tradunt Paul. Granut. in addit. ad Simon. de reseruat. benef. q. 45. verbo superfluum, Gonzal. d. gl. 34. à n. 1. Monet. d. q. 3. num. 78.

18 Optio tamen locum habet in iis præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra sex menses à die notitiæ vacationis, vt per Franc. Marc. Delphin. decis. 1259. num. 2. part. 1. Gonzal. d. glos. 34. num. 75. Azor. d. q. 13. Monet. d. q. 3. num. 106. metipsum d. c. 30. num. 24.

19 An in beneficiis iurispatronatus locum habeat op-
tio, vide latè Monet. d. c. 3. quæst. 3. à num. 112. vbi res-
20 pondet quòd non. An etiam in beneficiis, & præben-
dis, quæ permutantur, & resignantur, siue in ipsa permutatione, & resignatione locum habeat optio? respondetur etiam quòd non, cum Petr. Gregor. de benefic. cap. 39. n. 4. Azor p. 2. lib. 7. c. 30. quæst. 7. Flamin. lib. 2. q. 20. num. 2. Gonzal. d. gloss. 34. num. 35. & seq. Monet. d. q. 3. à num. 124.

21 Per viginti dies duntaxat, &c.] Notatur ad hoc quòd optio regulariter fieri debet intra viginti dies, vt per Franc. Marc. Delphin. decis. 1258. num. 5. Gonzal. d. gloss. 34. num. 75. Monet. d. tract. q. 4. à n. 1. quos refero ego ipse d. c. 30. num. 5. Minui potest hoc tempus per Capitulum ipsum ex Franc. hic ad finem, & Paris. consil. 10. num 17. vol. 4. & monet. d. c. 4. n. 3. sicut & prorogari valet, vt tenent Zerol. in praxi Episcop. verb. Canonia, vers. ad septimum, Monet. d. c. 4. à n. 7. Cætera vide ad gloss. verbo duntaxat infr. num. 38.

22 Quibus elapsis, &c.] Notatur ad hoc quòd cùm alicui datur electio intra certum aliquod tempus facienda, si id non faciat, transit electio ad alium, siue detur à iure, siue à statuto, vt per Tiraq. de retractu lignag. §. 24. gloss. num. 9.

23 In gloss. Consuetudo. ibi, tunc sufficere spatium decem annorum. Notatur ad hoc quòd consuetudo optandi est præter ius, & rationabilis, ideóque induci potest spatio decem annorum, vt per Archid. hic n. 1. Ioan. Andr. n. 4. Franc. n. 5. & 7. Gemin. n. 6. Duen. reg. 139. de veritate tamen huius notabilis, vide Gonzal. d. gloss. 34. n. 12. & 13. Monet. d. tract. c. 2. q. 2. à num. 15.

24 In ead. gloss. ibi, & non contrarius sufficit si sit longæua. Notatur ad hoc quòd consuetudo, quæ præter ius est, inducitur spatio decem annorum, vt per Curt. de consuet. §. 3. n. 28. Cou. lib. 1. var. c. 17. n. 8. vers. quartò, Soar. in thes. recept. sent. litt. C. n. 279. Villalob. litt. C. n. 183. Monet. d. c. n. 6.

25 In ead. gloss. ibi, quòd antiquior Canonicus possit mutare domum, &c.] Notatur ad hoc quòd domus canonicalis potest optari, vt per Gemin. Archid. Butr. & alios in præsenti, Rebuff. de pacif. possess. n. 140. Monet. d. tract. cap. 3. à num. 7.

26 In ead. gloss. ibi, puto verum etiam in statuto. Notatur ad hoc quòd ius optandi statuto induci potest, vt per Mil. in suo repert. verbo consuetudo, & statutum optandi, Gig. de pensionib. q. 63. num. 8. Monet. d. tractat. cap. 2. à num. 49.

In gloss. Antiquiores. ibi, non ætate, sed tempore, &c. 27
Notatur ad hoc quòd ius optandi spectat ad antiquiores non ætate, sed receptione, vt per Rot. decis. 6. n. 2. de consuet. in antiq. & decis. 411. n. 2. part. 1. diuers. Falcon. in tract. de reseruat. benef. effectu. 49. Mil. in suo repert. verbo consuetudo per quam disponitur, il 1. Zerol d. verbo Canonia vers. ad septimum conclu. vlt. Azor. d. part. 2. lib. 6. c. 26. q. 13. Gonzal. ad reg. 8. Canc.
§. 3. proœm. à n. 22. Monet. d. tract. c. 4. q. 1. à n. 15. Ille 28
enim dicitur maior in optione præbendæ, qui diutiùs in Ecclesia militauit, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 124. n. 5. quicquid dicat Tiraq. in præfat. primog. n.
110. 129. & seq. & n. 151. Sic etiam antiquior ad ef- 29
fectum optionis dicitur ille, qui fuit prior in possessione, licèt sit in prouisione posterior, cùm sit antiquor in seruitio Ecclesiæ, ex Gonzal. d. gloss. 34. n. 49.

In ead. gloss. ibi, idem si esset consuetudo, &c. Nota- 30
tur ad hoc quòd consuetudine induci potest, vt in optione præferantur antiquiores ætate, vel maiores ordine, vt per Monet. d. tract. cap. 4. quæst. 1. à num. 18.

In ead. gloss. ibi, Nota quòd consuetudo ista sine iu- 31
titur æquitati canonicæ. Ita Franc. Marc. Delphin. decis. 1258. n. 2. part. 1. Azor. d. c. 26. quæst. 13. Monet. d. tract. cap. 2. quæst. 1. num. 1.

In gloss. Meliores. Notatur ad hoc quòd antiquio- 32
res Canonici possunt, si velint, meliores præbendas cùm vacant, suis relictis optare, vt per Tiraq. in præfat. primog. num. 187.

In ead. gloss. ibi, quòd si in tali Ecclesia, &c. Nota- 33
tur ad hoc quòd fieri potest optio de minori præbenda, vbi ex aliqua causa sit magis grata, vt per Franc. Marc. d. decis. 1258. n. 4. Roman. cons. 227. Rot. decis. 5. vers. præterea, de consuet. in nouis, Nau. cons. 4. de rebus Eccles. non alien. Monet. d. tract. c. 3. q. 7. à n. 135. quicquid dicat Gonzal. d. gloss. à num. 23.

In gloss. De iure. ibi. consuetudo est enim ius quod- 34
dam Notatur ad hoc quòd id de iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit, vt per Tiraquel. in tract. le mort. declar. 7. in præfat. num. 5.

In gloss. Non fuerit. Notatur ad hoc quòd per op- 35
tionem regulariter vacat, saltem aliquomodo, præbenda, quam in Ecclesia optans habebat, vt per Monet. dict. tract. c. 4. q. 5. n. 55.

In gloss. Ordinatur. ibi, Cùm Papa de ipsis non pro- 36
uidebit infra mensem. Notatur ad hoc quòd optio locum habet in beneficiis vacantibus in Curia, si intra mensem à die scientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur, vt per Æn. Falcon. de reseruat. benefic. q. 4. effectu. 6. num. 2. Gig. de pensionib q. 63. n. 11. Zerol. d. verbo Canonia vers. ad septimum concl. 6. Monet. d. tract. c. 3. q. 3. à num. 70.

In gloss. Viginti dies. ibi, à tempore scientiæ. Notatur 37
ad hoc quòd optio fieri debet infra viginti dies à die verisimilis scientiæ vacationis, vt per Zerol. d. vers. ad septimum. Gonzal. d. gloss. 34. n. 75. Et ita tempus optandi præbendas non currit ignorantibus, vt per Tiraquel. de retractu lig. §. 35. gloss. 4. nu mer. 14. Monet. d. tract. cap. 6. à n. 18. vbi n. 21. notat quòd ad hoc vt currat hoc tempus ad optandum, non sufficit ficta illa notitia, de qua in Clem. vnic. §. caterùm, de concess. præb. & idem Monet. d. loco. num. 39. firmat probabile esse quòd si ij omnes, qui optare debebant, iustè impediti fuerint, durante tali impedimento, illud tempus iis non currat, & à numer. 43. ait. quòd vbi etiam ipso iure currit illud tempus optandi, adhuc competet

petet tam minoribus ex causa ætatis, quàm absentibus, aliisue iustè impeditis in integrum restitutio.

38 In gloss. *Duntaxat.ibi,& sic de singulis inter omnes.* &c.Notatur ad hoc quòd tempus vigenti dierum currit simul omnibus optare volentibus,& vnicum tempus omnibus datur,vt per Franc.Marc.*d.decis.* 1258. *n.*5.Tiraquel.*de retract.in tit.*1.§.*gloss.*1.*n.*66. Gonzal. *d.gloss.*34.*num.*76.Monet.*d.tract.c.*6.*num.*12.

De Postulatione Prælatorum.

Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Electio nulla est si quis eligat postulandum,vel postulet eligendo,vel eligendum,aut in eligendo,& n.*2.
3 *Electio incerta est nullius momenti, etiamsi adsit clausula*, omni meliori modo.
4 *Verbum,carere, denotat latam sententiam.*
5 *Beneficium vnum semel eligens non potest aliud eligere, nec in electi præiudicium variare.*
6 *Peritiores consulere debemus.*

Cap. Perpetuo. Vnic. *Bonif. VIII.*

1 Eligenti. sub hac forma. Eligo postulando, vel postulo eligendo, vel eligo postulandum, seu postulo eligendum, vel eligo ad postulandum, vel postulo in eligendum, facit omnia irrita & varia. Item prohibitum, & inualidum est eligere sub hac forma. Eligo, & postulo prout meliùs de iure valere potest, nisi quando probabiliter dubitatur,an quis sit eligendus,vel postulandus,& tunc ille,de quo agitur, tenetur in tempore consensus eligere viam electionis, vel viam postulationis, nec potest vna electa ad aliam amplius redire. Colligunt ex Ordin. Lap.Abb. Archid Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic.Monach Franc.Viuian.*in ration.lib.*1.*p.*95. Alagona *in compend.pag.*39.remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concordant. p.* 2.

2 Hanc eandem conclus.ex hoc text. desumunt nouissimè Paul. Laymann. *in quæst. Canonic. de Prælat. ecclesiast.elect.cap.*1.*q.*11.Iul.Lauor.*tom.*1.*var. lucubrat.tit.*4.*de elect.cap.* 14.*num.* 2.

3 *Prout potest melius de iure valere.*]Notatur ad hoc quòd electio incerta nullius momenti est, quamuis adsit clausula,omni meliori modo, vt per Chald. Peceita *de empt.& vendit.cap.* 3.*num.*16.

4 *Viribus omnino carere*] Verbum, *carere*, denotare latam sententiam, dixi *in tract. de dictionib. vsufrequent.dict.* 53.secundùm Lugdunens. impress.

5 *Redeundi ad aliam,&c.*] Notatur ad hoc quòd si quis semel vnum beneficium elegerit, aliud eligere non poterit,nec in electi præiudicium variare, vt per Tiraq.*in l.boues,§.hoc sermone,num.*50.*cum seqq.ff.de verb.signif.*

6 In gloss. *Probabiliter.*ibi,*peritiores consulere debuerunt.* Vide Sayr. *in claui Regia*, *lib.*1. *cap.*8. *num.*2.

De Electione, & electi potestate.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatum vbi fuerit ad Papam propter oppositionem contra prouisionem,electionem, vel postulationem factam ad personatum, dignitatem, vel Canonicatum,tunc appellans,& se defendens,& quorum interest, infra mensem à die obiectionis ad Sedem Apost.iter arripere debent.*
2 *Prouisio propriè differt ab electione.*
3 *Procurator alicuius si in termino sibi præstituto obiecerit crimina aduersùs electum,& intra illud tempus non docuit de mandato,quod iam habebat,nihil ei obstabit, mandatum non fuisse exhibitum.*
4 *Dict.*A,*vel* Ab *regulariter excludunt, & denotant terminum à quo.*
5 *Constitutiones pœnales loquentes de masculino comprehendunt fœmininum.*
6 *Prouisio lato modo habet in se inclusam electionem,& confirmationem,ac continet omnes modos, per quos Ecclesiæ prouidetur.*
7 *Appellationis in causa procedi debet vbi post aduentum vnius partis ad Sedem Apost. opponentis,& appellantis contra electionem, &c. altera pars intra vigenti dies non comparuerit.*
8 *Hospitale comprehenditur sub dispositione huius text.*
9 *Iudex ex officio suo procuratorem compellere potest ad exhibendum mandatum,vel ad cauendum de rato,si dubitetur de mandato.*
10 *Non probans,quod in forma opponit, condemnabitur parti alteri in expensis.*
11 *Verbo futuri temporis quando iungitur participium præteriti temporis, tunc est lata sententia.*
12 *Verbum* fit, *an & quando denotet latam sententiam, remissiuè.*
13 *Expensæ,in quibus victus victori condemnatur,taxandæ sunt à iudice secundùm qualitatem litigantium ex proprio arbitrio.*
14 *Expensarum condemnatio non fit, dum quis ex probatione semiplena,& ob delationem iuramenti obtinuerit.*

Cap. Statuimus. I. *Innoc. IV.*

Si quis in electione,prouisione,seu postulatione alicuius dignitatis, personatus,aut Canonicatus,aliquid obiecerit, ac proinde fuerit ad Papam appellatum, tam appellans,& se defendens, quàm cæteri,quorũ interest, infra mensem à die obiectionis per se, vel per procuratores ad Sedem Apost. iter arripiant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin.Monach. Franc. Viuian.*in rational.*1. *pag.* 153. Alagona *in compendio iuris Canonici,pag.*59.remissiuè Casal.*in annotat.*Ximen.*in concord.part.*1.& 2. 1

De materia huius text.agunt Mar Alter.*de censur. tom.*2.*disput.*13.*cap.*4.Bonac.*de suspensionibus omnibus in particulari disput.* 3.*quæst.*4.*puncto* 9.

Vel prouisionem.] Ergo prouisio propriè differt ab electione,vt per Tiraq.*in l.boues.§.hoc sermone,limit.* 6.*num.*14.& 15.*ff. de verb.signif.* 2

Vel per procuratores.]Notatur ad hoc quòd si aliquis tanquam procurator alterius in termino sibi præstituto obiecerit crimina aduersùs electum, & intra illud tempus non docuit de mandato,quod iam habebat, quia fortè non recordabatur, nihil ei obstabit mandatum non fuisse exhibitum, vt per Tiraquel. *de retract. lig.§.*1.*gloss.* 10.*num.*94. 3

A die obiectionis. Notatur ad hoc quòd dictiones *A*,vel *Ab* regulariter excludunt, & denotant terminum à quo,& suaptè natura sunt exclusiuæ,& separatiuæ,vt per Tiraquel.*de retract.lig.*§.1. *gloss.* 11. *num.*51.52.& 53.Cosm.*in pragm.Sanct.tit. de collat. §.videlicet,verbo A,pag.*231.Rebuff.*ad l.*125.*vers. ab* 4

co.ff.de verbor.signif. Rot. *decis.* 710. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 705. *num.* 2. *p.* 2. *etiam diuers.* Aloys. Ric. *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 389. Magon *Florent. decis.* 8. *n.* 7. *vers.* & *maximè si terminus*, Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 124. *num.* 4. & *disceptat. forens. cap.* 161. *num.* 5.

In gloss. *Statuimus.* Notatur ad hoc quòd suspensio de qua *in hoc text §. adiicientes*, non incurritur occasione cuiuslibet beneficij, sed solùm occasione Dignitatum, Personatuum, & Canonicatum, de quibus sermo est *in hoc text.* & occasione Episcopatuum, & Dignitatum Episcopatibus superiorum, de quibus loquitur *cap. compromissarius, infr. hoc eod. tit.* Ita Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 3. *num.* 12. Mar. Alter. *d. c.* 4. *col.* 1. *vers. quantum* Filliuc. *tract.* 17. *c.* 6. *quæst.* 8. *num.* 113. Bonacin. *d. puncto.* 9. *num.* 3.

In gloss. *Personam.* Notatur ad hoc quòd suspensio de qua *in hoc text.* non est lata contra impugnantes electionem ob defectum eligentium, vt per Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. Bonacin. *d. puncto* 9. *num.* 2. *vers. quod. suspensio.*

5 In gloss. *Si quis* ibi, *vel si qua.* Notatur ad hoc quòd Constitutiones pœnales loquentes de masculino comprehendunt fœmininum, vt per Tiraq. *de retracta lig.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 214.

6 In gloss. *Prouisionem.* ibi, *quia fortè ad eum pertinet prouisio*, & *prouidendo eligit*, & *confirmat.* Notatur ad hoc quòd prouisio lato modo habet in se inclusam electionem, & confirmationem, vt per Boër. *decis.* 117. *num.* 3. Continet enim omnes modos per quos Ecclesiæ prouidetur, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, num.* 5. Mandos. *in reg.* 32. *Cancel. q.* 4. *n.* 4. Gonzal. *ad reg. Cancel. gloss.* 17. *per tot.* Rot. *decis.* 791. *num.* 9. *part.* 1. *diuersor.*

§. Sed si pars.

7 Et si post aduentum vnius partis altera pars intra viginti dies non compareat, procedatur in causa appellationis. Colligunt Doctores citati *in principio text.*

8 *Hac autem in dignitatibus*, &c. Procedere etiam in hospitali resoluit Mascard. *de probationib. conclus.* 869. *num.* 24.

9 In gloss. *Absentia.* ibi, *credo tamen ne iudex*, &c. Notatur ad hoc quòd iudex ex officio procuratorem compellere potest ad exibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, si dubitetur de mandato, vt per Duen. *reg.* 264. *vers.* & *vnà hanc reg.* Mascard. *de probat. concl.* 693. *num.* 4. Mench. *quæst. vsufreq. cap. n.* 2. Soar. de Pace *in pract. in initio annot.* 4. *num.* 3.

§. Adiicientes.

10 Qui verò obiecerit contra formam electionis, & plenè non probauerit, condemnabitur ad expensas partis contrariæ, si obiecerit contra electi personam, & plenè non probauerit, erit per triennium suspensus à beneficiis ecclesiasticis, ad quæ si temerè in illo triennio se ingesserit, erit ipso iure perpetuò priuatus, sine vlla spe indulgentiæ, nisi fortè constaret quòd causa probabilis ipsum excusauit à calumnia. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt. Viuald. *in candel. aureo tit de suspens. n.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 13. Soar. *in simili tract. disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 12. vbi ait suspensionem huiusmodi non extendi contra electum ad beneficium ecclesiasticum. Squillante *de obligat. clericor. p.* 4. *num.* 84. vbi intelligit de beneficiis illius Ecclesiæ, de cuius electione agitur, vt culpæ sit proportionata pœna, refero ego ipse *in tract. de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 19. *de elect. n.* 241.

Triennio nouerit se suspensum, &c.] Obseruandum est quòd quando verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, tunc est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo reuertatur, n.* 70. & 71. *C. de reuocandis donat.* 11

Vt qui plenè non probauerit, &c.] Ergo qui semiplenè tantùm probat, afficitur hac suspensione, vt per gloss. *in præsenti, verbo qui verò.* Mar. Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. Bonacin. *d. puncto.* 9. *num.* 4.

Ad quæ si infra illud tempus, &c. Notatur ad hoc quòd beneficiarius si contracta hac suspensione à beneficiis intra triennium, se temerè in illis ingesserit ante completam vltimam diem triennij remanet ipso facto priuatus beneficiis absque vlla spe iterum illa obtinendi nisi probauerit se rationabilem causam obtinuisse impugnandi electionem, séque calumniatorem non fuisse, vt per Gemin. *hic num.* 7. Alter. *d. c.* 4. *col.* 3. & 4. Bonac. *d. puncto* 9. *n.* 9.

Perpetuò sit priuatus. Verbum, *sit*, an & quando denotet latam sententiam, vide Doctores per me citatos *in de diction. vsufreq. dict.* 374. 12

In gloss. *Docuerit.* Notatur ad hoc quòd expensæ in quibus victus victori condemnatur, taxandæ sunt à iudice secundùm qualitatem litigantium ex proprio quidem arbitrio, vt tandem præmissa taxatione victor iuramentum præstet se verè impendisse quantitatem illam, quæ per iudicem fuerit definita, vt per Couar. *practic. cap.* 27. *num.* 6. 13

Aduertere oportet expensarum condemnationem non fieri dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti obtinuerit, vt per Iafred. Lanfranc. *decis.* 171. *incip. Quando actor*, & *decis.* 334. *incip. Actor.* Caualcan. Fiuiz. *decis.* 15. *n.* 32. *lib.* Camill. Borrel, *in summ. omnium decis. tit.* 54. *de iuram. suppler. num.* 61. vbi, *n.* 63. limitat si ille, cui iuramentum delatum est, plusquam semiplenè probasset, & aduersarius nihil. 14

In gloss. *Defecerit* ibi, *Hanc pœnam incurret non simpliciter appellans*, &c. Notatur ad hoc quòd appellans ab electione non incurrit hanc suspensionem, vt per Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. *vers.* & *licèt*, Bonacin. *d. punct.* 9. *num.* 6. 15

In gloss. *Defecerit la.* 2. ibi, & *si plura quis obiecit*, &c. Notatur ad hoc quòd obiiciens plura crimina, vel defectus in personam, sed vnum solùm plenè probans non ligatur hac suspensione, vt per Bonacin. *d. puncto* 9. *n.* 5. 16

SVMMARIVM.

1 *Vota conditionalia, alternatiua, & incerta in electionibus reprobantur, & recidunt in purè consentientes, & num.* 2.
2 *Electores non possunt sub conditione, vel alternatiuè eligere.*
4 *Collatio, & institutio fieri non potest sub conditione, vel alternatiuè.*
5 *Beneficium Ecclesiasticum debet purè, & sine aliqua extrinseca conditione conferri.*
6 *Præsentatio non solùm alternatiua, sed etiam conditionalis, & dubia fieri potest, dummodo infrà tempus datum ad præsentandum conditio purificetur, & dubietas certificetur.*
7 *Consensus voce, & non scripto est exprimendus.*
8 *Episcopus etiam ignorans mortem potest conferre beneficia sub conditione, si vacant.*
9 *Beneficium conferre alicui cum onere legendi sacram Scripturam*

Scripturam, vel docendi quando non sit simonia, ostenditur.

10 *Electio facta sub conditione, si vacat, vel simili, non valet.*

Cap. In electionibus. II.

1 VOta conditionalia, alternatiua, & incerta in electionibus, postulationibus, & scrutiniis, sunt nulla, & tota potestas eligendi deuoluitur ad alios, qui purè elegerunt. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Butr. Viu. *in ration. lib. 1. pag.* 155. Alagona *in compendio iuris Can. pag.* 60. remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. &* 2.

2 Hanc eandem conclus. firmat Fr. Ludou. Mirand. *in man. Prelat. tom. 2. q. 23. art.* 17. *concl.* 2. vbi intelligit de conditionibus, quæ reddunt electionem incertam, perplexam, & dubiam, non verò de aliis, quæ nihilominus sunt ex natura actus.

3 Vnde colligitur electores non posse sub conditione, vel alternatiuè eligere, vt per Syluest. *in sum. verbo electio* 2. *num.* 6. Ripa *lib. 3. resp.* 32. Roch. *de iurepatr.*
4 *verbo honorificum, q.* 8. *num.* 29. Item in collatione, & institutione resoluunt Mohedan. *decis.* 30. *n. 2. de præbendis*, Cassad. *decis.* 15. *num.* 3. *eod. tit.* Caputaq. *decis.* 298. *num. 5. p. 2. & decis.* 1241. *num. 3. part.* 3. Put. *decis.* 396. *p.* 3. Mar. Anton. *var. resolut. l. 1. resol.* 112.
5 *casu* 60. Nam beneficium ecclesiasticum debet purè, & sine aliqua extrinseca conditione conferri, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. requisita ad collationem bonam, num. 2. &* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *num.* 15. Nicol. Garc. *benef. p. 8. c. 2. à num.* 1.

6 In præsentatione tamen non procedit hic text. & supradicta resolutio, sed præsentatio non solùm alternatiua, sed etiam conditionalis, incerta, dubia, & obscura procedet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum conditio purificetur, incertitudo, dubietas, & obscuritas certificetur, & si conditio, vel incertitudo veoit purificanda, vel certificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata & certa præsentatio, Rebuff. *in concord. in forma mandati, verbo innodatus in fin.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 3. Viuian. *in praxi iurispatronat. lib. 8. cap. 6. num.* 24. *in vltim. impress.*

7 *Voce illorum.*] Ergo voce, & non scripto est consensus exprimendus, vt per Boër. *decis. 1. num.* 49.

8 In gloss. *Incerta.* ibi, *confero tibi talem Ecclesiam, vel præbendam si vacat*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus etiam ignorans mortem, potest conferre beneficia sub conditione si vacant, vt per Domin. *hic* n. 10. & Franch. *num.* 4. Lap. *allegat. 6. num.* 2. Azor *instit. moral p. 2. lib. 6. cap. 26. q.* 3. Couar. *lib. 3. var. c. 16. n.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. part. 8. c. 2. n.* 4. Zerol. *in praxi Episcopali, part. 1. verbo beneficia vers. secundum dubium.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 8. cap. 6. num. 25. in vlt. impress.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd conferre beneficium alicui cum onere legendi sacram Scripturam, vel sac. Theologiam, vel docendi Clericos in seminario, non est simonia quando illud onus fuit impositum illi beneficio antequam conferretur, vel alicui beneficio vnito alteri, secus si non habebat priùs illud onus, & nunc Episcopus vellet illud ei imponere & conferre, quia tunc esset simonia, vt per Thom. Zerol. *d. p. 1. verbo simonia vers. duodecimum.*

10 In ead. gloss. ibi, *contrarium posset dici*, &c. Notatur ad hoc quòd non valet electio facta sub conditione si vacat, vel simili, & quod in ea nihil adiici potest quod sonet in conditionem, etiam de præterito, seu de præsenti, vt per Rebuff. *in concor. in forma mandati, verbo innodatus vers. intellige*, Cou. *lib. 3. var. c. 16. n.* 2. Domin. *hic n. 10. &* 11. & Franch. *num.* 5. Rip. *lib. 2. resp.* 32. vbi ait electionem factam sub illa conditione, *si placuerit Summo Pontif.* irritam fore, Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 9. Contra Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 51. art.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Papa de electione vbi nouè tractetur.*

2 *Excommunicationem nemini reseruatam incurrunt mittentes scripturas, vel nuncios alicui Cardinali in Conclaui existenti ad electionem Romani Pontif. vel cum eo secretè loquentes, & Officiales, qui non seruant contenta in hoc text.*

3 *Periculum vbi maius est, ibi cautius est agendum.*

4 *Papa est super omnia Concilia.*

5 *Verbum, incurrat*, *denotat canonem latæ sententiæ.*

6 *Ciuitatis appellatione venit portus.*

7 *Forma quoties non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit*

8 *Mare, seu pars maris dicitur esse de territorio illius ciuitatis, vel loci, cui magis appropinquat.*

9 *Cardinales ad electionem Papæ secundum text. in præsenti non debent citari, sed tantum intra decem dies expectari.*

10 *Electio papæ fiat communi Cardinalium omnium Præsentium, vel duarum partium eorum consensu, aliis non expectatis intra decem dierum tempus absentibus an valida sit, remissiuè.*

Cap. Vbi periculum. III.

Gregor. X.

1 IN hoc text. cum suis §§. agitur de modo & forma eligendi Pontificem, de quo aliqua dixi *in collect. ad cap. licèt de vitanda, hoc tit. in Decretalib.* & de ea est noua constitutio Gregorij XV. incip. *Æterni Patris sub dat. 17. Kalend. Decembris* 1621. & alia nouissima S.D.N. Vrbani VIII. incip. *Ad Romanum sub dat. 5. Kalend. February* 1625.

2 Excommunicationem nulli reseruatam incurrunt mittentes scripturas, vel nuncios, alicui Cardinali in Conclaui existenti ad electionem Romani Pontif. vel cum eo secretè loquentes, & officiales, qui non seruant contenta in hoc cap. vel circa ipsum fraudem committunt, vt per Nau. *in man. c. 27. num.* 121. Filliuc. *tract. 14. n. 53. vers. 1. & n.* 54. metipsum *de officio Episcopi, part. 3. allegat. 50. n. 201. in vlt. impress.* nouissimè Bonacin. *de censur extra Bullam disput. 2. q. 2. puncto* 34. Rainet. *in Catalogo censurarum extra Bullam, c. 7. excomm. 5. & c. 9. excomm.* 45. vbi aduertit recipientes, vel mittentes litteras, nuncium, notam, aut signum aliquod iisdem, dum sunt in Conclaui, contrahere excommunicationem Papæ reseruatam *in const. Pij IV.* 80. incip. *In eligendis.*

3 *Procul dubio, &c.*] Notatur ad hoc quòd periculum vbi maius est, ibi cautius est agendum, vt per Steph. Grat. *Marchia decis.* 133. *n.* 19. Farin. *in praxi crimin. p. 4. cons. 65. num.* 115.

4 In gloss. *Concilio.* ibi, *cum sit Papa super omnia Concilia.* Vide Turrec. *in summ. de Ecclesia, lib. 3. c. 64 in fin.* Cou *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 9. n.* 6.

5 In gloss. *Incurrat* ibi, *nota canonem latæ sententiæ.* Vide Tiraqu. *in l. si vnquam verbo reuertatur, n.* 114. *C. de reuocandis donat.* Sayr. *in Claui Regia, lib. 3. c. 8. num. 1. versic. fallit*, & plures alios per me citatos *de*

dictionibus vsufrequent. dict. 156. secundùm Lugdunens. impress.

§ Hoc sacro.

Ponitur in hoc §. quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio quando moritur in ciuitate, in qua cum sua Curia residebat, de quo vide latè Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 7.* metipsum *in tract. de iure ecclesiast. lib. 1. n. 60. cum seqq.*

Expectare decem diebus, &c. Notatur ad hoc quòd ante Papæ electionem statim priori defuncto Cardinales absentes sunt monendi, ac per decem dies expectandi, Ita etiam Pius I V. *in constit. sua incip. In eligendis, sub dat. Romæ 7. Id. Octobris* 1562. Ego ipse *d. c. 1. n. 60. in princip.* Et isti decem dies sunt computandi à die mortis Pontificis, vt aduertit Archid. *in præsenti, n. 5.* subdens hoc casu moram esse valdè damnosam, & Cardinales teneri expectare absentes per dictum tempus decem dierum, quamuis sint certi quòd venire non possint, & quòd talis expectatio requiritur non solùm propter absentes, sed etiam propter præparationem illorum, qui sunt includendi, refert & sequitur Iul. Lauor. *d. cap. 7. n. 5.*

Vnde electionem non expectatis intra decem dierum tempus absentibus minimè valere arg. text. *in Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* probat Alban. *de Cardinalib. q. 14.* Verùm contrarium, immò illam vim habere si fiat communi Cardinalium omnium præsentium, vel duarum partium eorum consensu, cùm hoc solum ad substantiam electionis requiratur, non ita locus, & tempus, quæ ad accidentia pertinent, probabile dicit Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 2. versic. sed dubia quæstionis est.*

At quamuis Cardinales absentes per dictum tempus decem dierum expectandi sint, non tamen debent vocari, seu citari, vt per gloss. *hic verbo decem dierum.* & *ibi* Archid. *verbo expectare*, Mandos. *in reg.* 32. *Cancel. q.* 8. *n.* 8. Boër. *decis.* 31. *n.* 7. quod speciale esse in electione Romani Pontificis, cùm alij absentes vocari debeant, aduertit Lauor. *d. tit. 4. cap. 7. num. 7.* vbi subdit Cardinales solere certiorare absentes per litteras particulares à Secretario S. Collegij subscriptas.

Tempus hoc decem dierum nullatenus est prorogandum, vt statuitur *in d. constit. Py I V. in §. lapsis, & in §. declarandis*, dicitur quòd nec etiam expectandi sint vltra decem dies Cardinales, qui desunt publica causa, & de licentia Romani Pont. & quod nec etiam impugnari possit electio prætextu cuiuscunque impedimenti Cardinalium absentium post lapsum dictorum decem dierum. Verùm si fuerit hoc non obstante dictum tempus prorogatum, electio sequuta valebit, dummodo à duabus partibus facta sit, quia in hoc cap non apparet prohibitum quin possint Cardinales expectare vltra decem dies, sed quòd tantum teneantur expectare, vt post Specul. resoluit Gambar. *de officio, & potest. Legati à latere, lib. 6. n. 108.* vbi *in versic. 21. quæro* n. 10. subdit quòd si lapsis decem diebus maior pars vellet expectare, minor verò intrare conclaue, & procedere ad electionem neglectis absentibus, licèt possit minor pars audiri, nihilominus ad schismata euitanda est à minori parte id attentandum, refert Iul. Lauor. *d. cap. 7. n. 9.*

Et tunc omnes conueniant in palatio, &c. Collige ex text. fabricari debere in Pontificis palatio conclaue nullo intermedio pariete, vbi possint Cardinales omnes commanere, vt per Gondisalu. *de potest. Eccles. n.* 24 Sed postea Clemens I V. *in sua constitut. incip. licèt, sub dat. Auenione 6. Decembris* 1351 *in Bullario nouo, tom. 1. pag.* 216. permisit Cardinalibus ex decentia honestatis in clausura huiusmodi cum in lectis quiescendi causa, vel dormiendi esse voluerint, dumtaxat intermedia, seu velamina simplicium etiã cortinarum, loco quarum hodie panni viridis coloris adhibentur, vel violacei pro Cardinalibus à mortuo Papa creatis.

Contenti singuli singulis tantummodo seruientibus, &c.] Pius I V. *in d. constit. incip. In eligendis tertium infirmus, & graniter affectis*, à maiori parte Collegij per secreta suffragia indulgeri posse permittit, quos quidem seruientes, familiares, & domesticos, & continuos commensales ipsius Cardinalis ab anno antè fuisse, & tunc esse debere statuit idem Pius I V. *in §. qui seruientes*, subdens minimè debere esse mercatores, ministros Principum, dominos temporales, & iurisdictionem habentes, neque fratres, aut nepotes Cardinalium, etiamsi expensis eorum viuerent, refero ego ipse *d. c. 1. n. 66.*

Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, &c.] Vide *d. constit. Py I V. incip. In eligendis, §. clauso*, metipsum *d. c. 1. num. 68.*

Verùm si, quod absit, &c.] Circa cibum, & potum intra conclaue portandum, vide etiam *dictam constit. Py I V. §. 22. versic. Cardinales autem*, metipsum *d. cap. 1. num. 69.*

§. Præterea.

Ab obseruantiam supradictorum constituuntur executores ex præcipuis Magistratibus ciuitatis, vbi electio Pontificis celebratur, qui præstito iùramento iurare debent, vt prædictus ordo, rigórque seruetur. Vide *dictam constitut. Py I V. incip. In eligendis, §. Prælati, & §. quia verò*, metipsum *de iure ecclesi. lib. 1. cap. 1. num. 70.*

Quòd si præmissa diligentia non obseruarint, &c.] Notatur ad hoc quòd domini temporales, & rectores, aliique officiales illius loci in quo Papa moritur, excommunicationi subiiciuntur, non seruando in Summi Pont. electione ea quæ præscribuntur in hoc text, ita Bonacio. *de excommunicat. in particulari extra Bullam disp. 2. q. 10 puncto 1. per tot.*

§ Porrò.

Extra ciuitatem, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatione ciuitatis venit portus, vt per Couar. *lib. 2. variar. cap. 5. num. 10 versic. non obstat*, Rebuff. *ad l. portus 59 versic. & ista sunt vtilia, ff. de verbor. significat. pag. 303. col. 1.* 6

Quo casu in alia, &c.] Notatur ad hoc quòd quoties forma non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit, vt per Flamin. *de resignat. benef. lib. 11. q. 13. n. 30.* 7

In gloss. *Territorio*. ibi, *quod si moriatur in mari*, & c. Notatur ad hoc quòd mare, seu pars maris dicitur esse de territorio illius ciuitatis, vel loci, cui magis appropinquat, vt per Xuar. *allegat. 17. num. 2.* Cabed. *Lusit. decis. 46. num. 1. part. 2.* Chald. Pereira *consil. 23. num. 7.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. tom. 1. Aresto 29.* 8

In gloss. *Decem diebus*. ibi, *nota quòd constitutio ista non iubet eos citari, sed tantum expectari*. Ita Bald. *in margarita. verbo electio Papæ*, Mandos. *in reg. 32.* Cancel. *q. 8. n. 8.* Boër. *decis. 31. n. 7.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 8. num. 8.* 9

In ead gloss. ibi. *vel ante lapsum horum decem dierum*, &c. Verùm autem si electio fiat communi Cardinalium omnium præsentium, vel duarum partium 10

eorum

eorum consensu non expectatis intra decem dierum tempus absentibus, valida sit? vide Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 2. vers. Sed dubia quaestionis*, Lauor. *d. c. 8. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Appellantes contra electiones, vel provisiones omnia, quae obiicere intendunt contra personam, vel formam, tenentur exprimere, & iurare quod illa credunt vera esse, & ea se posse probare, & num. 2.*

3 *Text. iste non habet locum in eo, qui prosequitur contemptum suum, quia non fuit vocatus ad electionē.*

4 *Culpa ubi agendo, vel excipiendo alicui obiicitur, vagandum non est, sed certa culpa designari debet.*

5 *Doctores referuntur de vi, & effectibus dict.* alioquin *agentes.*

6 *Ignorantia, vel scientia aliunde quàm per proprium iuramentum probari non potest, & n. 7.*

8 *Iuramēto probari possunt ea, quae consistunt in animo.*

9 *Ignorantia in verisimilibus non probatur illius iuramento, qui eam allegat.*

10 *Canonicatus collatio habet vim electionis.*

11 *Indefinita aequipollet universali*

12 *Electionis impugnatio competit cuilibet de populo.*

13 *Claus.* Omnia, & singula, *vis & effectus, remissiuè.*

14 *Expressio quando requiritur per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere.*

15 *Verba,* omnia, & singula, *includunt prorsus omnia absque ulla limitatione.*

16 *Iuramentum ubi exigitur tactis scripturis, non satisfit si praestetur illis praesentibus.*

17 *Episcopi cùm iurant non tangunt scripturas.*

18 *Appellationi adhaerere quis debet intra tempora appellationis.*

Cap. Vt circa. IV.

1 Appellantes contra electiones, postulationes, vel provisiones, vel contra personas eligentium aut electi tenentur exprimere in instrumento publico, seu litteris super appellatione confectis omnia, & singula, quae obiiciunt contra formam, vel personam, & simul iurare quòd credunt ea esse vera, & se posse illa probare, Alioquin opponentes non poterunt, nec tempore appellationis interpositae, vel postea, obiicere aliqua in huiusmodi litteris non contenta, nisi forsan essent aliqua de novo emersa, vel quae licèt antiqua, verisimiliter tamen constet quod tempore appellationis potuerunt ignorari, teneantur autem appellantes hanc ignorantiam per iuramentum probare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 1. pag. 169.* Alagona *in compendio pag. 61. & 62.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant Laurent. de Peirinis *de subdito Relig. tom. 1. quaest. 1. cap. 31. §. 11. versic. noto tamen*, Fr. Sigism. *de elect. dub. 48. num. 11. cum seqq.*

3 *Appellantes in instrumento, &c.*] Non habere locū in eo, qui prosequitur contemptum suum, quia non fuit vocatus ad electionem, asserit Oldrad. *consil. 188.* quem refert Card. Tusch. *tom. 1. litt. C. concl. 44. n. 18.* ubi *num. 19.* dicit quòd etiam non procedit in eo, qui electus prosequitur ius suum non per viam appellationis, & *n. 20.* ait procedere nedum in appellante, sed etiam in adhaerente appellationi per aliū interpositae.

4 *Omnia, & singula exprimant, &c.*] Ubi enim agendo, vel, excipiendo alicui culpa obiicitur, vagandum non est, sed certa culpa designari debet, ut per Menoch. *de praes. lib. 5. praes. 3. num. 137.*

Alioquin.] De hac dict. vide Doctores per me citatos *in tract. de dict. usufreq. dict. 17.* secundùm Lugdun. impress. 5

Super huiusmodi autem ignorantia, &c.] Notatur ad hoc quòd ignorantia, vel scientia aliunde quàm per proprium iuramentum probari non potest, ut per Sayr. *in Claui Regia. lib. 3. cap. 5. num. 4.* & latiùs *infr. ad cap. nulla 8. hoc eod. tit.* 6

Per proprium. &c.] Notatur ad hoc quòd ignorantia probatur proprio iuramento, ita Anchar. *cons. 184. num. 4.* Roman. *cons. 54. n. 3. vers. contrarium*; Crau. *cons. 201. n. 33.* Mandel. *cons. 18. n. 5.* Rot. *in Romana legitima 9. Iunij 1614.* coram Card. Sacrato, impressa per Farin. *decis. 621. num. 4. p. 1. recent.* ea enim quae constituunt in animo, probari possunt iuramento, ut per Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater, n. 64. ff. de liber. agnosc.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo animus 2. & 4.* ubi plures refert Doctores. 7 8

Hoc adiiciendo, &c.] Notatur ad hoc quòd in non verisimilibus ignorantia non probatur illius iuramento, qui eam allegat, ut per Tiraquell. *in l. si unquam in praefat. num. 36. C. de revoc. donat.* 9

In gloss. *Electione* ibi, *qui eo ipso quòd providens, confirmant.* Notatur ad hoc quòd collatio Canonicatus habet vim electionis, & confirmationis, ut per Boët. *decis. 117. num. 3.* 10

In gloss. *Alterum.* ibi, *indefinita aequipollet universali.* De hoc principio, & iuris axiomate, vide Menoch. *de praes. lib. 4. praes. 11. n. 5. & praes. 62. n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1181. n. 38. cum seqq.* Couar. *var. lib. 1. 3. n. 6.* Card. Mantic. *de coniect. ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. n. 12. & lib. 7. tit. 5. n. 1. & 10.* Surd. *de aliment. tit. 5. q. 1. num. 13. & 16. & tit. 8. privil. 27. & tit. 9. q. 13. n. 10. 13. & 17. & dec. 188. n. 4. cons. 216. n. 25. & cons. 244. n. 21. & cons. 308. n. 48.* Negreiros *de introduct. ult. volunt. l. 1. tit. 11. n. 37.* Farin. *in praxi crim. p. 4. decis. 69. n. 8. & decis. 358. n. 1.* plenè Card. Tusch. *tom. 4. litt. I. concl. 86. & 87.* Sanch. *de matrim. l. 3. disput. 44. n. 2.* Franc Leo *in thesauro fori ecclesiast. part. 1. c. 9. n. 24.* Mori. *in emporio iuris tit. 11. in praelud. num. 55.* 11

In gloss. *Aliqui.* Notatur ad hoc quòd impugnatio electionis de aliquo officiali ad inserviendū Reip. cōpetit cuilibet de populo, ut per Auendan. *de exequendis mandatis p. 1. c. 19. n. 27.* Azeued. *l. 1. n. 6. tit. 4. l. 5. nova recop.* Burg. de Pac. *cons. 10. n. 20.* Matiens. *l. 1. gloss. 8. tit. 14. l. 5. nova recopil.* Bobadil. *in sua politica. l. 3. c. 8. n. 17.* Cabed. *p. 1. decis. 112. & p. 2. decis. 84. numer. 16. cum seq.* 12

In gloss. *Omnia, & singula* De hac clausula egi *in tract. de clausulis usufreq. claus. 96.* secundùm Lugd. impress. 13

In ead. gloss. ibi, *aliàs quare fieret haec verborum geminatio, &c.* Notatur ad hoc quòd quando requiritur expressio per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere, ut per Hippol. *cons. 2. n. 62.* Tiraq. *de iure mariti. gloss. 7. num. 117.* 14

Notatur etiā ad hoc quòd verba illa, *omnia, & singula,* includūt prorsus omnia absque ulla limitatione; ut per Surd. *decis. 268. n. 14* Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. l. 5. d. 5. c. 2. litt. D. & d. 15. c. 1. litt. C.* Et idem operantur ac si expressim, specificè, & in individuu de aliqua re ageretur, ut per Menoch. *cons. 20. num. 21.* 15

In gloss. *Corporali.* ibi, *quòd si iurat praesente texta Evangeliorū, & non tangat, &c.* Notatur ad hoc quòd non satisfit statuto exigenti iuramentum tactis Scripturis si illud praestetur praesentibus Scripturis, sed nō 16

tactis, vt per Tiraquell. *de iure mariti gloss. 7. num. 98.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 108. nu. 14.* An autem in iuramento desideretur tactus alicuius rei sacræ, vel Euangeliorum? Vide Sanch. *in præcepta Decalogi, t. 1. lib. 3. c. 1. num. 3.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. c. 1. n. 10.*

17 In ead. gloss. ibi, *quod Episcopi tangere non tenentur,* &c. Speciale enim est in Episcopo, alij autem Clerici tanguot, vide *l. 24. titul. 11. p. 3.* Hippol. *sing. 606.* Tiraquell. *de pœnis temper. c. 51. num. 136.* Viuian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. de probation. n. 133. & tit. 10. de testib. n. 214.* Menoch. *cons. 114. num. 3. & 17. cum seq. & cons. 118. n. 30. & 31.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 2. n. 12. vers. imò vero.* Farin. *in praxi criminal. q. 74. n. 24.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, 240. num. 1.*

18 In gloss. *Adhærentes.* ibi, *& scias quòd non admittentur ex virtute appellationis adhærentes,* &c. Notatur ad hoc quòd debet quis addhærere appellationi intra tempora appellationis, vt per Tiraquell. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. num. 89.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. c. 49. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Electus ante confirmationem administrare non debet per se, vel per alium in totum, vel in partem sub quocunque colore, qui contrafecerint, ipso facto priuati sunt iure ex electione quæsito, & n. 2.*

3 *Non habet locum in prouisionibus Apost. in quibus non proceditur per viam confirmationis,*

4 *Institutio nulla ex errore facti excusat à pœna huius text.*

5 *Malitiis hominum non est indulgendum.*

6 *Electus, vel præsentatus ante confirmationem administrare non debet.*

7 *Electus, qui solemniter benedixit populum, non incurrit pœnam huius text.*

8 *Pœnalis est dispositio huius text.*

9 *Obedientia præstatio facit incurrere in pœnas huius text.*

10 *Collationem canonicam absque possessione habens si administrare velit, poterit id facere, dummodo alius non sit in possessione.*

11 *Pœna huius text. incurritur per vnicum actum perfectum & consummatum.*

12 *Pœna huius text. non ligat Papam, & Imperatorē.*

Cap. Auaritiæ. V.

1 Electus ante confirmationem administrare non præsumat in Ecclesia vt œconomus, vel procurator, vel sub alio quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium, in totum, vel in partem; si secus faciat, eo ipso priuatur omni iure acquisito per electionem. Colliguot ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 161.* Alagona *in compendio, pag. 62.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Tab.
2 *verbo electio 1. n. 27.* Iacob. de Graff. *tom. 2. consil. lib. 1. sub tit. de elect. cons. 2. num. 3.* Laurent. de Peirinis *de Religioso subdito, tom. 1. q. 1. cap. 31. §. 11 vers. dico quintò,* late Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 13. à princ.* Lauor. *var. Lucub. tom. 1. tit. 4. c. 45. n. 6.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. allegat. 57. n. 214 & de iure ecclesiastico, lib. 1. c. 19. n. 247.*

3 Intellige de electis ingerentibus se in administratione beneficiorum, non curando de confirmatione, ne se submitterent periculo cassationis, secus autem in prouisionibus Apostol. in quibus nō proceditur per viam confirmationis, cùm prouisio vnico actu habeat validam electionem, & confirmationem, idcoque in prouisionibus, quæ fiunt à Curia Romana, non est seruanda constitutio *cap. fin. infra hoc eod. tit.* ita Lambertin. *de iurepatron. lib. 2 p. 2. q. 6. princ. art. 3. n. 4.* quare ita fuit dictum io Rota *in Bracharen. Parochialis de Moreira 13. Iunij 1650.* coram Ortembergo, cuius memini *d. tract. de iure eccles. lib. 1. c. 19. n. 248.*

Exquisitis fraudibus, &c. Ergo text. in præsenti re- 4
quirit dolum, & ideo institutio etiam nulla ex errore facti excusat ab illius pœna, vt per Mil. *in repert. verbo pœna decretalis auaritia,* & fuit dictum *in Cassalen. Parochialis 23. May 1586.* coram Robusterio, & *in d. Bracharen. Parochialis,* quin etiam ab huiusmodi pœna excusat quælibet causa quamuis iniusta & fatua, vt fuit dictum *in alia Cassalen. Parochialis, coram Seraphino.*

Non sit malitiis hominum indulgendum.] Vide Es- 5
cobar. *de ratiocin. c. 15. n. 3.* Flamin. *de confident. q. 32. num. 61.* Nec malitiis est via aperienda, Cæs. Argel. *de contradict. legitimo q. 13. num. 90.* & Flamin. *de confident. q. 35. num. 70.*

Administrationem dignitatis, &c.] Notatur ad hoc 6
quòd electus ante confirmationem administrare oon debet, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 403.* ita vt dicatur intrusus, qui post electionem, ante tamen confirmationem administrare præsumpserit, iuxta tradita per Mascard. *de probat. concln. 936. num. 7.* & non solum obtinet in electione, de qua expressè loquitur, & in postulatione, vt *in c. bona memoria Maguntinen. hoc titul. in Decretal.* notatque Roman. *cons. 330. num. 21.* sed etiam in præsentatione, personaque ipsi os præsentati, secundùm Franch. *hic num. 2.* Calderin. *cons. 8. de elect.* Lap *alleg. 8. sub. num. 4. vers. sic. & pœna,* Gabr. *cons. 199. nu. 3 lib. 1.* Flamio. *de resignat. benefic lib. 12. q. 3. n. 26.* Marescot. *var. lib. 2. c. 35. à n. 45.* Lotter. *d. q. 13. num. 3. & 4.*

Non habet locum in electo, qui oon solemniter be- 7
oedixit populum, secundùm Oldrad. *cons. 246. Quæstio est,* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 1. litt. C. concln. 44. num. 22.*

Dispositio enim huius text. est pœnalis, vt ait Mas- 8
sobr. *in praxi habendi concursum, req. 1. dub. 27. nu. 15. & req. 9. dub. 1. num. 15.*

Procedit in præstatione obedientiæ, quia per illam 9
dicitur quis administrasse, & incidisse in pœnam huius text. vt per Put. *dec. 45. part. 3. in correctis.*

Priusquam celebrata de ipso electio confirmetur.] Er- 10
go habens collationem Canonicam absque possessione si administrare velit, poterit id facere optimo iure, dummodo alius non sit in possessione, vt per Couar. *lib. 3. var. c. 16. n. 6.*

Aut illis se immiscere.] Per vnicum namque actum, 11
perfectum tamen, & consummatum incurri pœnam, de qua in hoc text probant latè Crescent. *d. decis. 6. n. 17. & 18. de iurepatr.* Lotter. *d. q. 13. n. 6.* dicitur autem in proposito actus perfectus & consummatus non ex instrumentali possessione, sed ex actuali perceptione fructuum, siue temporalium, siue spiritualium, cui præstitū est iuramentū, vt per Gab. *d. cons. 199. n. 4. l. 1.*
Put *dec. 45. lib. 3.* Rot. *dec. 83. n. 4. & 6. p. 3. lib. 3. diu.* 12

In gloss. *Ecclesiarum.* ibi, *nisi in Papa,* &c.] Notatur ad hoc, quòd decisio, & pœna huius tex. non ligant Papam, & Imperatorem, vt per Sayr *in claui Regia lib. 3. c. 4. n. 5.* Rendin *in prompt. recept. sentent. tit. 84. à n. 1.* Lauor. *var. Lucub. tom. 1. tit. 4. c. 25. num. 24.*

In gl. *Laties.* ibi, *id est latè* Vide Surd. *dec. 65. n. 12.* 13

In

14 In gloss. *Priuatur*. ibi, *id est, ipso iure*. Ita Crescent. *decis.6.n.15.19.& 20.de iurepatron*. Lotter. *d.q.13. num.5*. Verbum. *priuetur*, an & quando significet latam, vel ferendam sententiam, vide Doctores, quos plena manu citauit *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 285. secundùm Lugdun. impressionem.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes, quàm citò cōmodè possunt, electionem electo præsentent, electus infra mensē consentiat, aliàs priuatus est iure quæsito, nisi conditio personæ ipsū excuset: post consensum confirmationem petat infra tres menses, aliàs electio viribus vacuetur.*

2 *Electio intimanda est electo antequam ad superiorem deferatur, vt appareat an consentire, vel repudiare velit.*

3 *Electus si intra mensem à tempore electionis ei præsentata, vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni, vacat Prælatura.*

4 *Electus in Episcopum debet petere confirmationem infra tres menses post consensum electioni præstitum.*

5 *Electus si intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem, ipso facto priuatur iure per electionem quæsito.*

6 *Mensis vbi conceditur à lege, vel statuto disponente, à quo tempore incipere debeat, tunc accipitur mensis secundùm quod accidit in Kalendario.*

7 *Mensis debet habere triginta dies.*

8 *Præscriptio nunquam currit ignoranti cum quis ipso facto priuatur iure proprio ob lapsum temporis.*

9 *Dict.* Ex tunc, *extremum tempus significat.*

10 *Verba*, eo ipso, *latam sententiam important.*

11 *Electi amicus si eius nomine confirmationem petat sine mandato, satis est modò electus ratum habeat infra illos tres menses.*

12 *Ratihabitio fieri omnino debet intra terminum datum ad acceptandum.*

Cap. Quàm sit. VI.

1 Electores electionem ipsam quàm citiùs commodè poterunt electo præsentare, ac petere consensum ipsius procurent, electus autem teneatur illum infra mensem à dicta præsentationa præstare, aliàs priuatur ipso facto iure acquisito, nisi forsam electus esset subditus, nec posset consentire sine licentia superioris; tunc enim quamprimum debet illam petere, & si infra tempus pro absentia superioris ponderandum non petierit, electores eligant. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Aoehar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viu. *in rassen. lib.1. pag.* 163. Alagona *in compend. pag.* 63. remissiuè Ximen. *in concordant. p.1.& 2.*

2 *Electo præsentare*, &c.] Notatur ad hoc quòd electio intimanda est electo antequam ad superiorem deferatur, vt appareat vtrùm consentire, aut repudiare velit. ita Paul. Laymann. *in quæst. Canon. de Prælatorum ecclesiast. elect. c.2.q.* 14. Ego ipse *de iure Ecclesiast. lib.1.c.19.num.* 243.

3 *Electus verò*, &c.] Notatur ad hoc quòd si electus intra mensem à tempore electionis ei præseotatæ, vel à tempore sibi præstituto, non consenserit electioni, tunc vacat Prælatura, vt per Rot. *decis.* 7. *de elect. in nouis*, Menoch. *de arbitrar. lib.2. cent.5. casu* 477. *per totum*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *n.* 50. Massobr. *in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes requis.1.dn.2.n.11.* secundùm Romanam impressionem, refero ego ipse *dict. cap.19. num.* 244.

4 *Cæterùm quinis electus infra tres menses*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in Episcopum electus debet petere confirmationem intra tres menses post consensum electioni præstitum, ita Menoch. *de arbitr. casu* 77. Azor. *instit. moral. part. 2. lib.3. cap.* 29. *quæst.* 10. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part.1. tit.1. cap.4. numer.1.* quibus addo Miranda *in man. Prælatorum 2. quæst. 23. art.9. conclus.4.* Lauor. *vers. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.25. num.34.*

5 *Electio eadem eo ipso viribus vacuetur.*] Notatur ad hoc, quòd si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit coofirmationem, ipso facto priuatur iure sibi per electiooem quæsito, vt per Petr. Greg. *de re benefic. cap.* 25. *num.* 12. Gonzal. *ad reg.9. Cancel. gloss.15. num.51.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi. part.3. allegat.* 57. *num.* 213.

6 In glos. *Mensem.* ibi, *subaudi computandum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando lex, vel statutum concedens mensem, disponit à quo tempore mensis incipit, vt à die electionis, vel à die per iudicem assignata, tunc accipitur mensis secundùm quod accidit in Kalendario, & quod ex vno mense deficit, accipitur de sequenti, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 50. *n.* 21. Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.11. n.* 7. Sanch. *de matrim. lib.2. disput.24. num.15.* Nicol. Garc. *de benefic. p.10. cap.2. num.* 42. *cum seqq.* quos refero ego ipse *d. cap.4. num.2.*

7 Sub ead. glos. *in addit.* ibi, *mensis debet 30. dies habere.* Ita tradunt Gregor. *l.5. tit.6. part.6.* Menoch. *de arbitr. casu 50. n.8. cum seqq.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap.14. num.2. & de empt. c.4. num.21.* Melch. Phœbos *Lusit. decis.51. n.24. tom.1.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.2. tit. de dilat. resol.2. n.4.*

8 In glos. *Distulerit.* ibi, *quòd si impeditus fuerit, non currit ei tempus*, &c. Notatur ad hoc, quòd cùm quis ipso iure priuatur iure quopiam ob lapsum temporis, nunquam ei currit præscriptio ignoranti, sed tum demum cum sciuerit, vt per Tiraquel. *de retract n lig.§.35. glos.4. num.25.*

9 In glos. *Ex tunc.* ibi, *extremum tempus significat.* Ita Tiraquel. *de retract. n lig.§.1. glos.11. n.39.* Matien. *l.14. glos.1. num.44. tit.4. lib.6. noua recopil.* Flamin. *de resignat. benefic. tom.2. lib.11. quæst.* 2. *n.*15. Chal. Pereira *quæst. forens. lib.1. q.6. n.* 74. & alij citati per me *in tract. de dictionibus vsufreq. dict.* 408. *n.* 1. secundùm Lugdunens. impress.

10 In gloss. *Eo ipso.* ibi, *nec requiritur alia priuationis sententia.* Notatur ad hoc, quòd verba illa, *eo ipso*, latā sententiam important, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num.*142. Roland. *cons.62. num.* 32. *lib.2.* Salas *de leg. q.96. tract.14. disp.16. sect.8. post. n.29. vers. propria verba sunt*, Soar. *in simili tract. lib.5. c.7. sub. num.4 & c.8. num.2.* Farinac. *fragm. crimin. part.2. lit. L. verbo ex num.95.*

11 In gloss. *Petere.* ibi, *sed pone quod amicus*, &c. Notatur ad hoc, quòd satis est si electi amicus eius nomine confirmationem petat sine mandato, modo electus ratum habeat infra illos tres menses, vt per Tiraq. *de pœnis temper. casu 22. num.* 37. Azor. *d.c. 29. q.* 11. quos refero ego ipse *d.c.* 4. *num.* 4. *& de iure Ecclesiastico lib.1. c.19. num.* 246.

12 In ead gloss. ibi, *& intelligas quòd debet ratum habere ante lapsum*, &c. Notatur ad hoc, quòd ratihabitio fieri omninò debet intra terminum datum ad acceptandum, vt per Cou. *var. lib.3. c.16. n.5.*

datur prohibitio, prout *ibid. num.* 445. nec valet immemorialis contra legem, seu constitutionem consuetudinem reprobantem, Farin. *in fragmentis quæstionum criminalium. 1. part. verbo consuetudo. n.* 722. Rochus *vbi supra nu.* 525. qualis esse videtur hæc consuetudo quæ contra substantiam diceretur, ad tradita *in d. cap. 2. de consuetudine in 6.*

Neque impedimento sit replicatio quæ hinc mouetur, ex eo quod quando lex, seu constitutio derogat consuetudini, vel illam tollit, intelligitur de antecedenti, non tamen de futura, ac superueniente cõsuetudine, Lessius *de iustitia & iure, lib. 2. cap. 7. dubitation. 4. nu. 45. cum vulgatis*, quia intelligitur vtraque sublata, prout Rota apud Stephan. Gratian. *decision. 16. nu.* 8. in hæc verba. Nec obstat quod dicebatur de consuetudine quæ tamquam specialis nõ potest tollere legem generalem, ex Bart. *in l. quibus, num. 5. ff. de legibus* maximè si derogetur consuetudini, cum per prædictam derogationem etiam futura consuetudo sublata intelligatur, quę tunc diceretur irrationabilis, & illegitima, prout de veriori, & magis communi opinione testatur Alexand. *in l. si mihi & tibi 12. §. vltimo, colum. fin. vers. puto tamen, & vers. ex quibus apparet, de legatis* 1. cui decisioni accedunt Rochus *vbi suprà, nu.* 521. Imola *in cap. fin. de consuetudine num.* 17. Gonzal. *in 8. regulam Cancellariæ, glos. 33. num. 9.* Ergo iam non malè deducitur Bonifacium octauum improbare quodammodo consuetudinem, siue illa ante, siue post suam constitutionem introducta, & recepta fuerit, ita Felinus *in cap. cum officij num. 13. de præscriptionibus*, Couarr. *variarum resolutionum, lib. 3. cap. 13. num. 5. vers. aduertendum tamen erit*, cum aliis quos refert Gonzalez *vbi suprà.*

Et quanquam hæc fundamenta faciant pro hac parte, alia etiam vrgent quæ dubium & difficultatem augent, vnde cum Archiepiscopus Toletanus exerceat per suos Vicarios generales iurisdictionem Diœcesani, in causis primæ instantiæ, non male dubitabatur an ab eis ad Consilium eius appellari possit contra dictam constitutionem Bonifacij VIII. quæ sine dubio accipienda est non de Episcopo tantùm, prout nonnulli existimant, verùm & de Archiepiscopo, Patriarcha, aut Primate in suis diœcesibus; ex pari, aut eadem ratione; vel aliter dicendum videtur Vicarios generales Archiepiscopi Toletani delegatos esse, & non ordinarios, de quibus ad delegantem appellatio interponitur: adeò vt si in appellatione ab eis tanquam ordinariis Archiepiscopus in suo Consilio adeundus esset, sequatur inde necesse est absurdum hoc, vt de vno ordinario ad eundem ordinarium appellatio interponatur, contra naturalem ordinem, seu rationem, qua admonemur vt ea quæ natura prohibentur, nulla lege, aut consuetudine possint confirmari, ex decisione text. *in cap. fin. de consuetudine*, latè & in proposito Farinacius *consil. 15. num. 68.* vbi etiam *in additionibus litt. G.* gloss. Gregorij *in l. 5. titul. 2. part.* 2. & cum pluribus ab eo adductis Barbos. *dicta alleg.* 54. ob idque videntur Innocentius IV. appellationem prohibuisse de Vicario ad Episcopum, & Bonifacius VIII. consuetudinem appellandi, in adductis suis constitutionibus: nam esset contra naturam quòd ipse sibi imperaret Archiepiscopus Toletanus repugnante eadem ratione, & quodammodo contradicente, iuxta text. *in l. penultim. ff. de arbitris*, Gonzal. *in 8. regul. Cancellariæ gloss. 56. num. 47. l. 24. titul. 4. part. 3.*

Quibus tamen non obstantibus, hæc consuetudo nec contra rationem, nec contra mentem Pontificum Innocentij IV. & Bonifacij VIII. quinimò si bene ac rectè consideretur ius ordinarium Primitialecea, quasi in subsidium coadiuuatur, Rochus *de consuetudine vbi suprà num.* 443. non aliter, atque si ordinariæ iurisdictioni accederet delegata, Sedis Apostolicæ, ex argumento text. *in cap. licet in corrigendis, de officio Ordinarij*, & eorum quæ tradit Nicolaus Garcia *de beneficiis, 5. part. cap. 7. num.* 47. Riccius *in praxi variarum resolutionum resolut.* 118. Erasmus à Cochier *de iurisdictione Ordinarij contra exemptos, 1. part. q. 14. num.* 3. latè ac nouissimè Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi 3. part. allegat. 92. nec non in declarationibus Cardinalium super cap. 2. sess. 13. & super c. 4. sess. 14. de reformatione.*

Nec contra hoc mouet alia difficultas quæ discussa hactenus & agitata, super hac consuetudine, & an irrationabilis illa, & contra naturam appellationis, quia hîc quod iure statutum est, atque vsu, & in foro frequens consuetudine roboratur, iuris enim est, vt de inferiori ad superiorem appelletur, qualis est Metropolitanus respectu suffraganeorum, & Primas respectu Metropolitani, ex quo deducitur à Metropolitanis ad Consilium Archiepiscopi, non verò ad Vicarios eius appellandum esse; quippe vt qui habeant eandem, vel æqualem iurisdictionem cum illis, *cap. anteriorem, 2. q. 6.* cuius decisioni inhæret Alphonsus Castellæ Rex, qui cognomento *Sapiens*, *in l. 1. tit. 23. p. 3.*

Fulcitur etiam ratio superiùs tradita, quia in nostro casu non fuit sublata immemorialis per constitutionem Bonifacij VIII. prout in eo enixè asseuerant, & rationem adstruunt Narbona *in tractatu de appellatione Vicarij ad Episcopum. in 2. part. fundament. 3. num. 8. & in 4. fundamento, num.* 16. Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ, quæst. 15. & quæst. 48. necnon quæst. 897. à num. 248. communium opinionum, 4. part.* in aliisque similibus Gonzalez *in 8. regulam Cancellariæ, gl. 33. à num. 2.* Garcia *de beneficiis, 3. p. cap. 2. num. 280. cum sequentib.* Stephanus Gratianus *disceptationum, cap. 480. num. 5.* communem dicit Fachinæus *lib. 1. consiliorum, cons. 27. num.* 22. Constat autem ante & ab ipsis constitutionibus tam Innocentij Quarti quam Bonifacij Octaui, hanc consuetudinem cognoscendi Archiepiscopum Toletanum in appellatione à suis Vicariis generalibus tamdiu viguisse, vt eius initij non sit memoria, & praxis ipsam memoriam superet, prout est notorium & in curiis tam Romana, quam Hispaniæ Principum satis constat, adeò vt nulla aliunde magis clara probatione opus quàm hac eadem notorietate Rota Genuensis *decis. 2. n. 14. & decis. 4. num. 17. & decis. 16. num.* 13. Craueta 3. *cons. 137. nu.* 5. quæ consuetudo si huius instar notoria sit, sufficit vt allegetur, Maranta *de ordine iudiciorum 3. part. titul. 1. num.* 129. Guido Papæ *singulari* 952. quos refert, & sequitur Ariminus *in compendio decisionum titul. 56. cap.* 3. latiùs Barbos. *de potestate Episcopi. 2. part. alleg. 39. à n.* 22. vbi notorium (inquit) est plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egentem, adeò vt in suo vigore relicta videatur decisio textus *in d. cap. duo simul, de officio Ordinarij*, ibi, *vel prisca illis cõsuetudo contulit ab antiquo*, veluti in hoc casu in quo nec obscurum ius nec consuetudo turbida quia receptum & visitatum est Archiepiscopum Toletanum etiam in appellatione à suis Vicariis generalibus siue illi procedant tanquam Diœcesani, siue tanquam Metropolitani posse cognoscere, & à sententiis eorum, tanquam ad superiorem ex consuetudine adiri; ad tradita per Gratianum *disceptationum c. 4. n.* 28. Tum etiam quia hæc consuetudo veporte municipalis Toletanæ Diœcesis in facto consistit,

&

& sic sine speciali illius derogatione non fuit sublata per constitutionem Bonifacij VIII. prout contra Bart.& alios probat Abb. in cap. finali, de consuetudine, ex decisione textus in cap. 1. de constitutionibus, lib. 6.

Neque interest dicere hanc consuetudinem tanquam irrationabilem introduci non potuisse contra ius quod illam prohibet, quia respondetur eam non solùm non esse rationi contrariam, sed illi valdè arridere, quandoquidem Archiepiscopus Toletanus non tanquam de diœcesano ad eundem diœcesanum, vel de Metropolitano ad eundem Metropolitanum recurratur, sed vtroque vt maior ac superior in appellatione ab istis tanquam primas, itaque absurdum, seu praua consuetudo in eo consisteret, vt de vno ad eundem in vna eadámque instantia appellaretur, non verò, si tanquam ad alium in alia diuersa ac superiori, & sic planè intelligendus Bonifacius VIII. in dicto c. fin. de consuetudine in 6. iuxta veriorem mentem, & interpretationem illius constitutionis, ex c. à collatione, de appellationib. eod. lib.

Nec etiam contra hæc facit replicatio qua ostendi videtur esse contra substantiam appellationis, vt ab officialibus Archiepiscopi ad eundem in Consilio ipsius appellatio interponatur, quia hìc bene de inferiori ad superiorem, qualis est primas, interponitur, quinimò ex doctrina Abb. in dicto cap. exposuit, num. 5. de dilationibus, etiam de pari in parem rectè appellatur. qui ex consuetudine sit superior. Vnde, ait ille, sicut enim consuetudo potest dare iurisdictionem priuato super aliis priuatis, vt in cap. cùm contingat, & quod ibi notatur, de foro competenti, ita potest dare de pari in parem faciendo eum maiorem, neque est contra substantiam appellationis, quia consuetudo facit eum maiorem. hactenus ille; & idem notabiliter tenet gloss. Gregorij per text. ibi in l. 8. verbo egual. tit. 23. part. 3. Aliter atque Marta de iurisdictione, 4. part. casu 64. num. 10. cuius opinio saltem ad rem, de qua agitur, paucioribus placet: quinimò dixit Less. lib. 2. de iustitia, & iure, cap. 6. dubitatione 4. dicto num. 45. Quòd etsi initio iniqua videatur consuetudo; si tamen ex noua ac superuenienti causa, quæ iusta & rationabilis sit, recepta & in praxim deducta fuerit, ea debet seruari, & retineri, prout possum Doctores tradunt, maximè Abbas in dicto cap. final de consuetudine, num. 24. Rochus in loco suprà citato, num. 528. Couar. lib. 3. variarum resolutionum, dicto cap. 3. n. 4. gl. Gregor. in l. 2. verbo bien, circa medium, tit. 2. partit. 1.

Non obstat denique quod vulgò dicitur, nempe in recipienda consuetudine desiderari scientiam, & consensum Papæ, sine quibus non datur aliqua præscriptio legitima, & releuans, ex ea ratione, quia non probata scientia legislatoris, vel successoris ēius eandem, vel æqualem potestatem habentis, vsus contrarius non suffragatur, ad tradita per Abbatem in c. 1. num 4. de treuga & pace, quem & propositum sequitur gloss. in l. 3. ver. consintiendo el senor, tit. 1. part. 1. idem Rochus vbi suprà, num. 351. Rota decis. 10. de consuetudine in antiquis. De qua scientia debet constare ad effectum præscribendi consuetudinem contra legem, seu constitutionem Papæ, gloss. Gregor. vbi suprà, Caputaquensis decis. 204. num. 2. in 3. part. vbi testatur constitutionem Papæ ex non vsu, vel ex contrariis actibus elidi non posse absque eius consensu expresso, quia non sufficeret tacitus, Francus in cap. cùm de beneficio, num. 4. de præbendis. lib. 6. vbi Archidiacon. num. 2. vers. nec mireris, Petrus Rauenatensis de consuetudine. num. 128. vbi contra Cardinalem in cap. final. de consuetudine, qui in contrarium inclinat, & rationem reddit Archidiaconus vbi suprà, quia Papæ auctoritas non est ab homine, sed à Deo, ex quibus etiam tollitur obiectum illud, quòd sufficeret tacitus consensus Papæ si opinioni, & doctrinæ Cardinalis Turrecrementa standum esset in cap. in istis. §. sicut enim, vers. 2. opinio. 4. distinct. Ratio, quia deficiente scientia Pontificis induci non posset consuetudo rationabilis, Rota in vna Romana concordia sancti Petri de anno Domini 1610. decis. 221. à num. 4. cum seqq. vltim. Farin. 1. part.

Nam his omnibus non obstantibus, dicendum est scientiam, & consensum Papæ, de quibus hîc, non requiri, quandoquidem huic iurisdictioni qua Toletanus Antistes fungitur, adsistunt ius commune, & consuetudo immemorialis; ius commune ideò, quia de suffraganeis, ac Metropolitanis appellatur ad primatem, dicto cap. antiqua, vers. finali, de priuilegiis, atque ex fundamentis, & rationibus in principio adductis; consuetudo, quia & iure fulcita, & vltra memoriam hominum viguit in praxi, cui etiamsi ius resisteret, satis supérque esset eam tot ab hinc seculis retineri, tametsi introducta fuisset sine scientia & consensu Papæ. Ratio, quia consuetudo cuius initij non est memoria, obtinet, quamquam in sua introductione non fuerit rationabilis, Rochus de consuetudine. num. 214. gloss. Gregorij in dicta l. 3. verb. consintiendo el senor, tit. 2. part. 1. Constat autem hanc consuetudinem summa & firma ratione nati, prout satis ostensum est; ergo ea debet attendi, & obseruari; tum etiam, quia vbi iuris adsistentiæ adest consuetudo, eius præscriptio fortiùs præualet, gloss. recepta communiter in cap. 1. verb. titulum. circa finem, de præscriptionibus in 6. Rochus de consuetudine, num. 435. vt sic, quod est quæsibile per priuilegium, sit etiam quæsibile per præscriptionem, Felinus in cap. accedens n. 6. de præscriptionibus, Parisius cons. 101. n. 13. volum. 2. quod multo magis de consuetudine intelligendum, maximè immemorabili, prout est communis resolutio ex cap. super quibusdam, § præterea, de verborum significatione, l. 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana & æstiua gloss. Gregor. vbi supra, & post eam Salgado de protectione Regia, 1. part. c. 1. prælud. 3. à num. 152. Et quando consuetudo uititur iure, ac ratione illa præfertur, & magis afficit Felinus in c. edoceri, num. 3. & seqq. de rescriptis. Vbi maximè nulla vnquam contradictione turbatur, prout hæc nostra in cuius transcursu memoriam hominum excedente, & scientiam, & consensum summorum Pontificum interfuisse præsumitur, ex argumento text. in l. 1. §. magistratum, ff. de exercitoria actione. Maximè, quia paria sunt tacitè atque expressè consentire, gloss. verb. permissione in c. 1. de prohibita feudi alienatione, & comprobatur, quia patientia & tolerantia Pontificum confirmationem inducunt, ex latè traditis à Salgado dicta 1. part. cap. 1. prælud. 3. à num. 148. qui quamplures affertab hac sententia, & opinione, quinimò, num. 151. inquit scientiam, & patientiam summorum Pontificum fortiorem esse, quàm expressum consensum, ex quo ipsi diu tolerarunt, & rationem subdit, quia præsumptus consensus inductus ex tolerantia, ac temporis diuturnitate, & sine contradictione, expresso consensu fortior habetur, l. 1. § scientiam. ff. de tributoria actione, Crauettam cons. 640. num. 10. lib. 4. quem sequitur Casanate consil. 29 num. 40. sed quod magis est, etiamsi daretur, vt consuetudo hæc interrumpatur, nam cùm sit immemorialis interruptio huiusmodi, non obstaret, Castrensis cons. 27. n. 84. lib. 1. Corneus cons. 22. num. 5. lib. 1. Salgado de protectione Regia, 1. part. cap. 1. num. 319. qui etiam n. 323. hanc nostram consuetudinem in propriis terminis probat; itaque præscriptio consuetudinis, de qua pro contraria parte allegatur, intelligitur de ordinaria præscriptione;

ſcriptione, non tamen de hac noſtra immemoriali, vt ſic reſpondeatur obiectioni de qua ſuperiùs, *num.* 24. cum eodem Salgado, & aliis, quos ipſe citat *à dicto num.* 48. *cum ſequentibus.*

Quare Archiepiſcopus Toletanus rectè ac legitimè cognoſcit in dicto ſuo conſilio, ex iure ſuperiùs dicto Primatiali, in appellatione à ſuis Vicariis generalibus, ſiue procedant tanquam diœceſani in prima inſtantia, ſiue tanquam Metropolitani in ſecunda, & ſic ſua vltima ſententia quæ ſit conformis cum duabus aliis, ſiue inferiorum officialium, ſiue ſuffraganeorum executioni mandatur, iuxta text. *in Clem.* 1. *de re iudicata*, quo finiuntur, ac terminantur lites, & controuerſiæ, *cap. ſua* 65. *de appell. l. vnica, C. ne liceat tertiò prouoc. l.* 25. *p.* 3. Stephan. Gratian. *diſceptationum, c.* 42. *per totam*, Rota *deciſ.* 62. *num.* 1. *vltimarum*, Farin. 1. *part.*

Ex quo fit, bene conſultum fuiſſe huic Reipublicæ tam ſeculari, quam Eccleſiaſticæ, cuius incolæ, & naturales grandi hoc beneficio adfecti fuere, præſertim pauperes, quorum iuſtitia ob ſuam penuriam, & paupertatem non ſolùm obduceretur, ſed indefenſa demum præ manibus euaneſceret, adeò vt miſerandum in modum abirent miſelli flebiles, interdum ſine recurſu, plerumque ſine ſolatio, ſæpiùs victi, exinaniti ſemper, & quod peius ferendum eſt, ſine ſpe nedũ recuperandi, vel quod pro ſumptibus iactauerunt, quæ incommoda reſarciuntur, coërcente hoc tribunali exceſſus, moleſtias, vexationes, iniurias, vel grauamina inferiorum, & hæc ſufficiat, breuiùs tamen quàm pro re, nec tam in forma quæſtionis diſputandæ, quàm pro ſatisfactione dubiorum attigiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus in inquirẽdo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium requirere teneatur, valida eſt.*
2 *Conſuetudo legitimè præſcripta qua dicatur remiſſiuè.*
3 *Allegans & dicens aliquid, id probare debet.*
4 *Vicarius non poteſt inquirere, aut punire ſubditorum exceſſus, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo ei committatur.*

Cap. Non eſt. III.

1 Conſuetudo, dummodo canonicè præſcripta ſit, qua Epiſcopus non teneetur requirere conſilium ſui Capituli, dum inquirit, punit, corrigit exceſſus ſubditorum, non eſt reprobanda. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach, Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 89. Alagona *in compend. pag.* 36.

2 *Dum tamen aliàs ſit præſcripta canonicè.*] Quæ dicatur conſuetudo legitimè præſcripta, dixi *in collect. ad c. vlt. num.* 12. *hoc tit. in Decretal.*

3 In gloſſ. *Quam allegat.* Notatur ad hoc quòd allegans & dicens aliquid id probare debet, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 78.

4 In gloſſ. *Corrigendis.* Notatur ad hoc quòd Vicarius non poteſt inquirere, corrigere, aut punire ſubditorum exceſſus, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo ei committatur, vt per Bero. *in rubr. de officio Vicar. n.* 2. & 26. & *conſ.* 23. *n.* 4. *vol.* 1. Ferret. *conſ.* 214. *vol.* 1. Cuch. *in inſtitut. maior. tit.* 8. *de Vicar. n.* 17. Lancel. *in inſtit. Canon. tit. de officio Vicar. §. per Vicar.* Rebuff. *in addit. ad reg.* 13. *Cancel. verbo. aut Vicarios, verſ. notandum eſt, & in praxi benefic. tit. forma vicariatus n.* 166. Clar. *in §. fin. q.* 40. *num.* 3. Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 4. §. 7. *n.* 2. *verſ. ſeptimò inquirere*, Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 16. *in princip.* quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 34. *num.* 117.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcriptum ſi fiat à Papa vt quis prouideatur de præbenda primò vacatura in tali Eccleſia, & in illa eſt conſuetudo, vt antiquiores poſſint optare antiquiores præbendas huiuſmodi conſuetudo valet, & eſt ſeruanda intra* 20. *dies, & quæ remanet eſt pro prouidendo, niſi vacauerit in Curia.*
2 *Ius optandi non à iure communi, ſed potiùs conſuetudine inductum eſt.*
3 *Antiquiores regulariter prius optare debent quàm iuniores.*
4 *Canonicus antiquior ſi differat optare intra legitimum tempus, poterit iunior ſequens optare præbendam, quam ille optare debebat.*
5 *Antiquior Canonicus quis dicatur ad effectum optandi, oſtenditur, & n.* 6.
7 *Optio gradatim fieri debet.*
8 *Excommunicatus poteſt optare temporalitatem abſque titulo.*
9 *Optare non poteſt vacantem præbendam, aut portionem, qui propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus illi annexis.*
10 *Coadiutor, aut coadiutus an poſſit optare?*
11 *Abſentes optare poſſunt.*
12 *Optio poteſt fieri per procuratorem.*
13 *Pœnitentiarius non poteſt optare.*
14 *Vacatio requiritur ad optionem ex ſimplici conſuetudine, aut ſtatuto faciendam.*
15 *Optio locum non habet in beneficiis, ſeu præbendis in Curia, apud Sedem vacantibus.*
16 *Optio locum non habet in beneficiis quomodocunque reſeruatis.*
17 *Optio locum non habet in menſibus Apoſt. ſeu beneficiis reſeruatis per reg. 8. Cancel.*
18 *Optio locum non habet in iis præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes à die notitiæ vacationis.*
19 *Optio an locum habeat in beneficiis iuriſpatronatus, remiſſiuè.*
20 *Optio an locum habeat in ipſa permutatione, & reſignatione.*
21 *Optio regulariter fieri debet intra* 20. *dies.*
22 *Electio cum alicui datur intra certum aliquod tempus facienda, ſi id non faciat, tranſit electio ad alium ſiue detur à iure, ſiue à ſtatuto.*
23 *Conſuetudo optandi eſt præter ius, & rationabilis, ac proinde induci poteſt ſpatio decem annorum.*
24 *Conſuetudo, quæ præter ius eſt, inducitur ſpatio decem annorum.*
25 *Domus canonicalis poteſt optari.*
26 *Ius optandi ſtatuto induci poteſt.*
27 *Optandi ius ſpectat ad antiquiores non ætate, ſed receptione.*
28 *Maior in optione præbendæ dicitur ille, qui diutius in Eccleſia militauit.*
29 *Antiquior ad effectum optionis dicitur ille, qui fuit prior in poſſeſſione, licèt ſit poſterior in prouiſione.*
30 *Conſuetudine induci poteſt vt in optione præferantur antiquiores ætate, vel maiores Ordine.*
31 *Conſuetudo optandi innititur æquitati Canonicæ,*
32 *Canonici antiquiores poſſunt ſi velint, meliores præbendas cum vacant ſuis relictis optare.*

33 Optio

33 *Optio fieri potest de minori præbenda vbi ex aliqua causa sit magis grata.*

34 *Iure simpliciter fieri dicitur, quod fit per consuetudinem.*

35 *Præbenda, quam in Ecclesia optans habebat, per optionem aliquo modo vacare censetur.*

36 *Optio locum habet in beneficiis vacantibus in Curia si intra mensem à die scientiæ vacationis per Papam non conferantur.*

37 *Optio fieri debet infra 20. dies à die verisimilis scientiæ vacationis.*

38 *Tempus viginti dierum currit simul omnibus optare volentibus, & vnicum tempus omnibus datur.*

CAP. Cùm in tua. IV. & vlt.

1 Rescriptum si fiat à Papa, vt quis prouideatur de præbenda primò vacatura in tali Ecclesia, & in illa est consuetudo, vt antiquiores possint optare antiquiores præbendas, huiusmodi consuetudo valet, & est seruanda intra viginti dies, & quæ remanet est pro prouidendo, nisi vacauerit in Curia, quia tunc non valet consuetudo. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Butr. Monach. Franc. Alagona *compend. pag.* 36. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 90. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. latè de materia huius text. egi *in tractat. de Canonic. cap.* 30.

2 *In qua consuetudo habetur*, &c.] Notatur ad hoc quòd ius optandi non à iure communi, sed potiùs consuetudine inductum est, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 11. Monet. *de optione canon. c.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. Sed quanto tempore introduci possit, dixi *d. cap.* 30. *num.* 3. *cum seqq.*

3 *Quod antiquiores.* Notatur ad hoc quòd antiquiores regulariter prius optare debent quàm iuniores, vt per Monet. *d. tract. cap.* 4. *q.* 1. *num.* 15. vbi cum Bellam. *decis.* 229. hoc ait ita procedere vt huiusmodi antiquiores vigore statuti, aut consuedudinis de optando non semel duntaxat, seu pro prima vice, sed quoties casus euenerit, modo aliud non obstet, optare possint, cum hic actus sua natura repetibilis, seu iterabilis sit.

4 Si Canonicus antiquior differt optare intra legitimum tempus, ita vt sit periculum ne illud labatur ad damnum iuniorum, poterit iunior sequens optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio iunioris in euentum, quo senior, siue antiquior intra tempus statutum non optauerit, vt per Tiraq. *de retractu conuent.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 66. Zerol. *in praxi Episc. verbo Canonica*, §. 7. *concl.* 4. Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 76. Monet. *d. tract. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 3.

5 Antiquior non censetur ille, ac proinde præferendus non est, qui cùm prius esset Canonicus, postea mutauit præbendam, & Canonicatum per impetrationem, & collationem, sed præferri debet is, qui post primam illius receptionem, ante tamen secundam, receptus fuit in Canonicum, vt post Paris. resoluit Monet. *d. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 12.

6 Antiquior num sit ille, qui per Cameram possessionem cepit, iis, qui eam postea ceperunt per se ipsos, vel procuratorem? vide Monet. *d. cap.* 5. *num.* 12. & 13.

7 *Gradatim.*] Optio ita quoque gradatim fit vt antiquiore optante vacantem cum Canonicatu præbendam, sequens optet præbendam, quam antiquior dimittit, & ab hoc dimissam optet alter, qui mox sequitur, & sic de cæteris, vt per Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 15. Monet. *d. tract. cap.* 5. *q.* 1. *num.* 15. vbi à *n.* 16. disputat an optio semper fiat intra eundem ordinem, & gradū,

Per se, &c.] Etiamsi excommunicatus sit, vt per 8
Couar. Gig. *de pensionib. q.* 63. *n.* 15. Gemin. *hic in fine*, & Franch. *n.* 6. Gom. *de expectat. n.* 60. Rot. *decis.* 5. *in fine, de concess. præb. in nouis*, & *decis.* 8. *de sent. excom. in antiq.* Vgolin. *de censuris tab.* 2. *c.* 13. §. 2. *n.* 15. Sayr. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 13. Monet. *d. cap.* 4. *à num.* 20. limitantem post *n.* 30. vbi ex speciali statuto, vel consuetudine optandus sit titulus, veluti quando portionarius optat Canonicatum, vel Canonicus dignitatem, aut aliàs vbi requiratur in optione noua collatio, quod etiam tenent Gonzal. *d. gloss.* 34. *n.* 65. & *à num.* 72. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 13. *sect.* 1. *n.* 19. optimè D. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 11. *per tot* & plures alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 48. *cum seqq.* Ego ipse *d. cap.* 30. *à n.* 18.

Vbi antiquus propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus annexis alicui præbendæ, vel beneficio in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, non poterit quoque in ea Ecclesia optare vacantem præbendam, aut portionem, vt resoluit Monet. *d. cap.* 4. *q.* 6. *à n.* 109. & *à num.* 117. obseruat clericum, qui cæcus factus est postquam beneficium in Ecclesia aliqua Cathedrali, vel Collegiata obtinuit. non ideò excludendum esse ab optione, quæ deinceps facienda occurrat, & *n.* 126. idem quoque dicendum putat de surdo, muto, & aliis similibus corpore vitiatis, & *à num.* 128. ait peccatorem etiam notorium regulariter vt sic non esse arcendum ab optione, & *à num.* 136. tenet irregularitatem præcedentem receptionem Ordinis, aut beneficij impedire quoque optionem. An 10
autem coadiutor, vel coadiutus optare possit, latè disputat idem Monet. *vbi suprà à num.* 139. vbi *nu.* 158. firmat dignitatem, Canonicatum, vel portionem in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia obtinentem perinde optare posse, ac si non haberet coadiutorem cum futura successione, & *n.* 163. dicit coadiutorem minimè optare posse, do quo tamen vide quæ latè scribunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 97. Nicol. Garc. *de benefic. q.* 4. *cap.* 5. *num.* 118. *cum seqq.*

Vel per alios.] Absentem optare posse resoluit Monet. *d. tract.* 4. *quæst.* 3. *à num.* 31. Ego ipse *d. cap.* 30. *num.* 14. 11

Notatur ad hoc quòd optio potest fieri per procuratorem, vt per Gonzal. *ad reg.* 38. *Cancel. gloss.* 34. *num.* 123. Monet. *d. cap. num.* 52. *cum seqq.* vbi *n.* 55. dicit quòd potest fieri optio etiam à procuratore non habente speciale mandatum, qui tamen constitutus sit cum libera, & *à num.* 58. subdit quòd si procurator habeat generale mandatum, vel negotiorum gestor optet nomine meo, & ego ratam habeam optionem, valebit optio. 12

Optare præbendas.] Vbi autem præbenda habet annexum aliquod perpetuum officium, putà pœnitentiarij, non potest, qui eam habet, alteram optare, vt tenet in specie Nauar. *cons.* 14. *de rebus Eccles. non alien.* aliàs *cons.* 22. *de præbend.* sequitur Gonzal. *d. gloss.* 34. *nu.* 78. *cum seqq.* vbi non solùm in pœnitentiario, sed etiam in Theologo, Doctore, seu Magistro hoc admittit, quicquid dicat Monet. *d. tract. cap.* 2. *quæst.* 1. *à num.* 11. 13

Cùm præbenda vacabit.] Ad optionem igitur ex simplici consuetudine, aut statuto faciendam, expressè requiri vacationem notat Monet. *d. tract. c.* 3. *num.* 151. & 152. obseruat ex speciali consuetudine super hoc inducta posse etiam præbendam non vacantem optari. 14

In præbendis verò apud Sedem Apostol. Notatur ad hoc quòd optio locum non habet in beneficiis, seu 15
præben-

præbendis in Curia, seu apud Sedem vacantibus, vt per Rot.*decis. 4. consuetud. in nouis*, Gig. *d. quæst.* 63. Simonet, *de reseruat. benef. q.* 45. *n.* 3. Falcon. *in simili tract. q.* 4 *effectu* 1 Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *q.* 13. Monet. *d. tract. c.* 3 *q.* 3. *à n.* 12. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 7. metipsum *d. c.* 30. *num.* 11.

16 Similiter optio locum non habet in beneficiis quomodocunque reseruatis, siue generaliter, siue specialiter, vt per Rot. *decis.* 1. *num.* 4. *de rerum permut. in nouis*, Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1271. *num.* 2. *p.* 1. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 3. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *q.* 13. Anastas. Germon. *de indult Cardin. §. etiam ex eo, num.* 12. Gonzal. *d. gloss.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 452. Monet. *d. cap.* 3. *q.* 3. *à num.* 41. metipsum *d. cap.* 30. *num.* 22.

17 Sic etiam optio locum non habet in mensibus Apost. seu beneficiis reseruatis per *reg.* 8. *Cancel. de alternatiua*, vt in specie tradunt Paul. Grannt. *in addit.: ad Simon. de reseruat. benef. q.* 45. *verbo superfluum*, Gonzal. *d. gl.* 34. *à n.* 1. Monet. *d. q.* 3. *num.* 78.

18 . Optio tamen locum habet in iis præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra sex menses à die notitiæ vacationis, vt per Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1259. *num.* 2. *part.* 1. Gonzal. *d. glos.* 34. *num.* 75. Azor. *d. q.* 13. Monet. *d. q.* 3. *num.* 106. metipsum *d. c.* 30. *num.* 24.

19 An in beneficiis iurispatronatus locum habeat optio, vide latè Monet. *d. c.* 3. *quæst.* 3. *à num.* 112. vbi res-
20 pondet quòd non. An etiam in beneficiis, & præbendis, quæ permutantur, & resignantur, siue in ipsa permutatione, & resignatione locum habeat optio? respondetur etiam quòd non, cum Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 39. *n.* 4. Azor. *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 30. *quæst.* 7. Flamin. *lib.* 2. *q.* 20. *num.* 2. Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 35. *& seq.* Monet. *d. q.* 3. *à num.* 124.

21 *Per viginti dies duntaxat*, &c.] Notatur ad hoc quòd optio regulariter fieri debet intra viginti dies, vt per Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1258. *num.* 5. Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 75. Monet. *d. tract. q.* 4. *à n.* 1. quos refero ego ipse *d. c.* 30. *num.* 5. Minui potest hoc tempus per Capitulum ipsum ex Franc. *hic ad finem*, & Paris. *consil.* 10. *num.* 17. *vol.* 4. & monet. *d. c.* 4. *n.* 3. sicut & prorogari valet, vt tenent Zerol. *in praxi Episcop. verb. Canonia, vers. ad septimum*, Monet. *d. c.* 4. *à n.* 7. Cætera vide ad gloss. *verbo duntaxat infr. num.* 38.

22 *Quibus elapsis*, &c.] Notatur ad hoc quòd cùm alicui datur electio intra certum aliquod tempus facienda, si id non faciat, transit electio ad alium, siue detur à iure, siue à statuto, vt per Tiraq. *de retractu lign.* §. 24 *gloss. num.* 9.

23 In gloss. *Consuetudo*. ibi, *tunc sufficere spatium decem annorum*. Notatur ad hoc quòd consuetudo optandi est præter ius, & rationabilis, ideòque induci potest spatio decem annorum, vt per Archid. *hic n.* 1. Ioan. Andr. *n.* 4. Franc. *n.* 5. *&* 7. Gemin. *n.* 6. Duen. *reg.* 139. de veritate tamen huius notabilis, vide Gonzal. *d. gloss.* 34. *n.* 12. *&* 13. Monet. *d. tract. c.* 2. *q.* 2. *à num.* 15

24 In ead. gloss. ibi, *& non contra ius sufficit si sit longæua*. Notatur ad hoc quòd consuetudo, quæ præter ius est, inducitur spatio decem annorum, vt per Curt. *de consuet. §.* 3. *n.* 28. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 8. *vers. quarto*, Soar. *in thes. recept. sent. litt. C. n.* 279. Villalob. *litt. C. n.* 183. Monet. *d. c. n.* 6.

25 In ead. gloss. ibi, *quòd antiquior Canonicus possit mutare domum*, &c.] Notatur ad hoc quòd domus canonicalis potest optari, vt per Gemin. Archid. Butr. & alios *in præsenti*, Rebuff. *de pacif. possess. n.* 140. Monet. *d. tract. cap.* 3 *à num.* 7.

26 In ead. gloss. ibi, *puto verum etiam in statuto*. Notatur ad hoc quòd ius optandi statuto induci potest, vt per Mil. *in suo repert. verbo consuetudo, & statutum optandi*, Gig. *de pensionib. q.* 63. *num.* 8 Monet. *d. tractat. cap.* 2. *à num.* 49.

In gloss. *Antiquiores*. ibi, *non ætate, sed tempore*, &c. 27
Notatur ad hoc quòd ius optandi spectat ad antiquiores non ætate, sed receptione, vt per Rot. *decis.* 6. *n.* 2. *de consuet. in antiq. & decis.* 411. *n.* 2. *part.* 1. *diuers.* Falcon. *in tract. de reseruat. benef. effectu.* 49. Mil. *in suo repert. verbo consuetudo per quam disponitur*, *il* 1. Zerol *d. verbo Canonia vers. ad septimum conclu. vlt.* Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 26. *q.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. §.* 3. *proœm. à n.* 22. Monet. *d. tract. c.* 4. *q.* 1. *à n.* 15. Ille 28
enim dicitur maior in optione præbendæ, qui diutiùs in Ecclesia militauit, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 124. *n.* 5. quicquid dicat Tiraq. *in præfat. primog. n.* 110. 129. *& seq. & n.* 151. Sic etiam antiquior ad ef- 29
fectum optionis dicitur ille, qui fuit prior in possessione, licèt sit in prouisione posterior, cùm sit antiquior in seruitio Ecclesiæ, ex Gonzal. *d. gloss.* 34. *n.* 49.

In ead. gloss. ibi, *idem si esset consuetudo*, &c. Notatur ad hoc quòd consuetudine induci potest, vt in optione præferantur antiquiores ætate, vel maiores ordine, vt per Monet. *d. tract. cap.* 4. *quæst.* 1. *à num.* 18. 30

In ead. gloss. ibi, *Nota quod consuetudo ista ius sitítur æquitate canonica*. Ita Franc. Marc. *Delphi. decis.* 1258. *n.* 2. *part.* 1. Azor. *d. c.* 26. *quæst.* 13. Monet. *d. tract. cap.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. 31

In gloss. *Meliores*. Notatur ad hoc quòd antiquiores Canonici possunt, si velint, meliores præbendas cùm vacant, suis relictis optare, vt per Tiraq. *in præfat. primog. num.* 187. 32

In ead. gloss. ibi, *quòd si in tali Ecclesia*, &c. Notatur ad hoc quòd fieri potest optio de minori præbenda, vbi ex aliqua causa sit magis grata, vt per Franc. Marc. *d. decis.* 1258. *n.* 4. Roman. *cons.* 227. Rot. *decis.* 5. *vers. præterea, de consuet. in nouis*, Nau. *cons.* 4. *de rebus Eccles. non alien.* Monet. *d. tract. c.* 3. *q.* 7. *à n.* 135. quicquid dicat Gonzal. *d. gloss. à num.* 23. 33

In gloss. *De iure*. ibi. *consuetudo est enim ius quoddam*. Notatur ad hoc quòd id de iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit, vt per Tiraquel. *in tract. le mort. declar.* 7. *in præfat. num.* 5. 34

In gloss. *Non fuerit*. Notatur ad hoc quòd per optionem regulariter vacat, saltem aliquomodo, præbenda, quam in Ecclesia optans habebat, vt per Monet. *dict. tract. c.* 4. *q.* 5. *n.* 55. 35

In gloss. *Ordinatur*. ibi, *Cùm Papa de ipsis non prouidebit infra mensem*. Notatur ad hoc quòd optio locum habet in beneficiis vacantibus in Curia, si intra mensem à die scientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur, vt per Æn. Falcon. *de reseruat. benefic. q.* 4. *effectu* 6. *num.* 2. Gig. *de pensionib q.* 63. *n.* 11. Zerol. *d. verbo Canonia vers. ad septimum concl.* 6. Monet. *d. tract. c.* 3. *q.* 3. *à num.* 70. 36

In gloss. *Viginti dies*. ibi, *à tempore scientiæ*. Notatur ad hoc quòd optio fieri debet infra viginti dies à die verisimilis scientiæ vacationis, vt per Zerol. *d. vers. ad septimum*. Gonzal. *d. gloss.* 34. *n.* 75. Et ita tempus optandi præbendas non currit ignorantibus, vt per Tiraquel. *de retractu lig. §.* 35. *gloss.* 4. *nu mer.* 14. Monet. *d. tract. cap.* 6. *à n.* 18. vbi *n.* 21. notat quòd ad hoc vt currat hoc tempus ad optandum, non sufficit ficta illa notitia, de qua *in Clem. vnic. §. cæterùm, de concess. præb.* & idem Monet. *d. loco. num.* 39. firmat probabile esse quòd si ij omnes, qui optare debebant, iustè impediti fuerint, durante tali impedimento, illud tempus iis non currat, & *à numer.* 43. ait. quòd vbi etiam ipso iure currit illud tempus optandi, adhuc competet 37

petet tam minoribus ex causa ætatis, quàm absentibus, aliisue iustè impeditis in integrum restitutio.

38 In gloss. *Duntaxat.ibi,& sic de singulis inter omnes.* &c. Notatur ad hoc quòd tempus vigenti dierum currit simul omnibus optare volentibus, & vnicum tempus omnibus datur, vt per Franc. Marc. *d. decis.* 1258. *n.* 5. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. § *gloss.* 1. *n.* 66. Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 76. Monet. *d. tract. c.* 6. *num.* 11.

De Postulatione Prælatorum.

Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Electio nulla est si quis eligat postulandum, vel postules eligendo, vel eligendum, aut in eligendo, & n. 2.*
3 *Electio incerta est nullius momenti, etiamsi adsit clausula,* omni meliori modo.
4 *Verbum, carere, denotat latam sententiam.*
5 *Beneficium vnum semel eligens non potest aliud eligere, nec in electi præiudicium variare.*
6 *Peritiores consulere debemus.*

Cap. Perpetuo. Vnic. *Bonif. VIII.*

1 ELIGENS. sub hac forma. Eligo postolando, vel postulo eligendo, vel eligo postulandum, seu postulo eligendum, vel eligo ad postulandum, vel postulo in eligendum, facit omnia irrita & varia. Item prohibitum, & inualidum est eligere sub hac forma. Eligo, & postulo prout meliùs de iure valere potest, nisi quando probabiliter dubitatur, an quis sit eligendus, vel postulandus, & tunc ille, de quo agitur, tenetur in tempore consensus eligere viam electionis, vel viam postulatioois, nec potest vna electa ad aliam amplius redire. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic Monach Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *p.* 95. Alagona *in compend. pag.* 39. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt nouissimè Paul. Laymann. *in quæst. Canonic. de Prælat. ecclesiast. elect. cap.* 1. *q.* 11. Iul. Lauot. *tom.* 1. *var. lucubrat. tit.* 4. *de elect. cap.* 14. *num.* 2.

3 *Prout potest melius de iure valere.*] Notatur ad hoc quòd electio incerta nullius momenti est, quamuis adsit clausula, omni meliori modo, vt per Chald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 3. *num.* 16.

4 *Viribus omnino carere*] Verbum, *carere*, denotare latam sententiam, dixi *in tract. de dictionib. vsufrequent. dict.* 53. secundùm Lugdunens. impress.

5 *Redeundi ad aliam, &c.*] Notatur ad hoc quòd si quis semel vnum beneficium elegerit, aliud eligere non poterit, nec in electi præiudicium variare, vt per Tiraq. *in l. boues,* §. *hoc sermone, num.* 50. *cum seqq. ff. de verb. significat.*

6 In gloss. *Probabiliter.* ibi, *peritiores consulere debuerunt.* Vide Sayr. *in claui Regia, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2.

De Electione, & electi potestate.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatum vbi fuerit ad Papam propter oppositionem contra prouisionem, electionem, vel postulationem factam ad personatum, dignitatem, vel Canonicatum, tunc appellans, & se defendens, & quorum interest, infra mensem à die obiectionis ad Sedem Apost. iter arripere debent.*
2 *Prouisio propriè differt ab electione.*
3 *Procurator alicuius si in termino sibi præstituto obiecerit crimina aduersùs electum, & intra illud tempus non docuit de mandato, quod iam habebat, nihil ei obstabit, mandatum non fuisse exhibitum.*
4 *Dict. A, vel Ab regulariter excludunt, & denotant terminum à quo.*
5 *Constitutiones pœnales loquentes de masculino comprehendunt fœmininum.*
6 *Prouisio lato modo habet in se inclusam electionem, & confirmationem, ac continet omnes modos, per quos Ecclesia prouidetur.*
7 *Appellationis in causa procedi debet vbi post aduentum vnius partis ad Sedem Apost. opponentis, & appellantis contra electionem, &c. altera pars intra vigenti dies non comparuerit.*
8 *Hospitale comprehenditur sub dispositione huius text.*
9 *Iudex ex officio suo procuratorem compellere potest ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, si dubitetur de mandato.*
10 *Non probans, quod in forma opponit, condemnabitur parti alteri in expensis.*
11 *Verbo futuri temporis quando iungitur participium præteriti temporis, tunc est lata sententia.*
12 *Verbum* sit, *an & quando denotet latam sententiam, remissiuè.*
13 *Expensæ, in quibus victus victori condemnatur, taxandæ sunt à iudice secundùm qualitatem litigantium ex proprio arbitrio.*
14 *Expensarum condemnatio non fit, dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti obtinuerit.*

Cap. Statuimus. I. *Innoc. IV.*

SI quis in electione, prouisione, seu postulatione alicuius dignitatis, personatus, aut Canonicatus, aliquid obiecerit, ac proinde fuerit ad Papam appellatum, tam appellans, & se defendens, quàm cæteri, quorú interest, infra mensem à die obiectionis per se, vel per procuratores ad Sedem Apost. iter arripiant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational.* 1. *pag.* 153. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 59. remissiuè Casal. *in annotat.* Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

De materia huius text. agunt Mar. Alter. *de censur. tom.* 2. *disput.* 13. *cap.* 4. Bonac. *de suspensionibus omnibus in particulari disput.* 3. *quæst.* 4. *puncto* 9.

Vel prouisionem.] Ergo prouisio propriè differt ab electione, vt per Tiraq. *in l. boues.* §. *hoc sermone, limit.* 6. *num.* 14. & 15. *ff. de verb. signif.* 2

Vel per procuratores.] Notatur ad hoc quòd si aliquis tanquam procurator alterius in termino sibi præstituto obiecerit crimina aduersùs electum, & intra illud tempus non docuit de mandato, quod iam habebat, qoia fortè non recordabatur, nihil ei obstabit mandatum non fuisse exhibitum, vt per Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 94. 3

A die obiectionis.] Notatur ad hoc quòd dictiones *A*, vel *Ab* regulariter excludunt, & denotant terminum à quo, & suapte natura sunt exclusiuæ, & separatiuæ, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 11. *num.* 51. 52. & 53. Cosm. *in pragm. Sanct. tit. de collat.* §. *videlicet, verbo A, pag.* 231. Rebuff. *ad l.* 125. *vers. ab eo;* 4

co.ff.de verbor.signif. Rot. *decis.* 710. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 705. *num.* 2. *p.* 2. *etiam diuers.* Aloys. Ric. *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 389. Magon. *Florent. decis.* 8. *n.* 7. *vers.* & *maximè si terminus*, Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 124. *num.* 4. & *disceptat. forens. cap.* 161. *num.* 5.

In gloss. *Statuimus*. Notatur ad hoc quòd suspensio de qua *in hoc text. §. adiicientes*, non incurritur occasione cuiuslibet beneficij, sed solùm occasione Dignitatum, Personatuum, & Canonicatum, de quibus sermo est *in hoc text.* & occasione Episcopatuum, & Dignitatum Episcopatibus superiorum, de quibus loquitur *cap. compromissarius, infr. hoc eod. tit.* Ita Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 3. *num.* 12. Mar. Alter. *d.c.* 4. *coll.* 1. *vers. quantum* Filliuc. *tract.* 17. *c.* 6. *quæst.* 8. *num.* 113. Bonacin. *d. puncto.* 9. *num.* 3.

In gloss. *Personam*. Notatur ad hoc quòd suspensio de qua *in hoc text.* non est lata contra impugnantes electionem ob defectum eligentium, vt per Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. Bonacin. *d. puncto* 9. *num.* 2. *vers. quod. suspensio.*

5 In gloss. *Si quis* ibi, *vel si qua*. Notatur ad hoc quòd Constitutiones pœnales loquentes de masculino comprehendunt fœmininum, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 214.

6 In gloss. *Prouisionem*. ibi, *quia fortè ad eum pertinet prouisio*, & *prouidende eligit*, & *confirmat*. Notatur ad hoc quòd prouisio lato modo habet in se inclusam electionem, & confirmationem, vt per Boër. *decis.* 117. *num.* 3. Continet enim omnes modos per quos Ecclesiæ prouidetur, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, num.* 5. Mandos. *in reg.* 32. *Cancel. q.* 4. *n.* 4. Gonzal. *ad reg. Cancel. gloss.* 17. *per tot.* Rot. *decis.* 791. *num.* 9. *part.* 1. *diuersor.*

§. Sed si pars.

7 Et si post aduentum vnius partis altera pars intra viginti dies non compareat, procedatur in causa appellationis. Colligunt Doctores citati *in principio text.*

8 *Hac autem indignitatibus*, &c. Procedere etiam in hospitali resoluit Mascard. *de probationib. conclus.* 869. *num.* 24.

9 In gloss. *Absentia*. ibi, *credo tamen ne iudex*, &c. Notatur ad hoc quòd iudex ex officio procuratorem compellere potest ad exibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, si dubitetur de mandato, vt per Duen. *reg.* 264. *vers.* & *vnà hanc reg.* Mascard. *de probat. concl.* 693. *num.* 4. Mench. *quæst. vsufreq. cap. n.* 2. Soar. de Pace *in pract. in initio annot.* 4. *num.* 3.

§. Adiicientes.

10 Qui verò obiecerit contra formam electionis, & plenè non probauerit, condemnabitur ad expensas partis contrariæ, si obiecerit contra electi personam, & plenè non probauerit, erit per triennium suspensus à beneficiis ecclesiasticis, ad quæ si temerè in illo triennio se ingesserit, erit ipso iure perpetuò priuatus, sine vlla spe indulgentiæ, nisi fortè constaret quòd causa probabilis ipsum excusauit à calumnia. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt. Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. n.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 13. Soar. *in simili tract. disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 12. vbi ait suspensionem huiusmodi non extendi contra electum ad beneficium ecclesiasticum. Squillante *de obligat. clericor p.* 4. *num* 84. vbi intelligit de beneficiis illius Ecclesiæ, de cuius electione agitur, vt culpæ sit proportionata pœna, refero ego ipse *in tract. de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 19. *de elect. n.* 241.

Triennio nouerit se suspensum, &c.] Obseruandum est quòd quando verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, tunc est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo reuertatur*, *n.* 70. & 71. *C. de reuocandis donat.* 11

Vt qui plenè non probauerit, &c.] Ergo qui semiplenè tantùm probat, afficitur hac suspensione, vt per gloss. *in præsenti, verbo qui vero.* Mar. Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. Bonacin. *d. puncto.* 9. *num.* 4.

Ad quæ si infra illud tempus, &c. Notatur ad hoc quòd beneficiarius si contracta hac suspensione a beneficiis intra triennium, se temerè in illis ingesserit ante completam vltimam diem triennij remanet ipso facto priuatus beneficiis absque vlla spe iterum illa obtinendi nisi probauerit se rationabilem causam obtinuisse impugnandi electionem, séque calumniatorem non fuisse, vt per Gemin. *hic num.* 7. Alter. *d.c.* 4. *col.* 3. & 4. Bonac. *d. puncto* 9. *n.* 9.

Perpetuò sit priuatus. Verbum, *sit*, an & quando denotet latam sententiam, vide Doctores per me citatos *in de diction. vsufreq. dict.* 374. 12

In gloss. *Decuerit*. Notatur ad hoc quòd expensæ in quibus victus victori condemnatur, taxandæ sunt à iudice secundùm qualitatem litigantium ex proprio quidem arbitrio, vt tandem præmissa taxatione victor iuramentum præstet se verè impendisse quantitatem illam, quæ per iudicem fuerit definita, vt per Couar. *practic. cap.* 27. *num* 6. 13

Aduertere oportet expensarum condemnationem non fieri dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti obtinuerit, vt per Iafred. Lanfranc. *decis.* 171. *incip. Quando actor*, & *decis.* 334. *incip. Actor*. Caualcan. Fiuiz. *decis.* 15. *n.* 32. *lib.* Camill. Borrel, *in summ. omnium decis. tit.* 54. *de iuram. supplet. num.* 61. vbi, *n.* 63. limitat si ille, cui iuramentum delatum est. plusquam semiplenè probasset, & aduersarius nihil. 14

In gloss. *Defecerit* ibi. *Hanc pœnam incurret non simpliciter appellans*, &c. Notatur ad hoc quòd appellans ab electione non incurrit hanc suspensionem, vt per Alter. *d. cap.* 4. *col.* 2. *vers.* & *licèt*, Bonacin. *d. punct.* 9. *num.* 6. 15

In gloss. *Defecerit la.* 2. ibi, & *si plura quis obiecit*, &c. Notatur ad hoc quòd obiiciens plura crimina, vel defectus in personam, sed vnum solùm plenè probans non ligatur hac suspensione, vt per Bonacin. *d. puncto* 9. *n.* 5. 16

SVMMARIVM.

1 *Vota conditionalia, alternatiua, & incerta in electionibus reprobantur, & recidunt in purè consentientes, & num.* 2.

2 *Electores non possunt sub conditione, vel alternatiuè eligere.*

4 *Collatio, & institutio fieri non potest sub conditione, vel alternatiuè.*

5 *Beneficium Ecclesiasticum debet purè, & sine aliqua extrinseca conditione conferri.*

6 *Præsentatio non solùm alternatiua, sed etiam conditionalis, & dubia fieri potest, dummodo infra tempus datum ad præsentandum conditio purificetur, & dubietas certificetur.*

7 *Consensus voce, & non scripto est exprimendus.*

8 *Episcopus etiam ignorans mortem potest conferre beneficia sub conditione, si vacant.*

9 *Beneficium conferre alicui cum onere legendi sacram*

Scripturam

Scripturam, vel docendi quando non sit simonia, ostenditur.

10 *Electio facta sub conditione*, si vacat, *vel simili, non valet.*

Cap. In electionibus. II.

1 Vota conditionalia, alternatiua, & incerta in electionibus, postulationibus, & scrutiniis, sunt nulla, & tota potestas eligendi deuoluitur ad alios, qui purè elegerunt. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Butr. Viu. *in ration. lib. 1. pag.* 155. Alagona *in compendio iuris Can. pag.* 60. remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmat Fr. Ludou. Mirand. *in man. Prel. to. tom. 2. q. 23. art.* 17. *concl.* 2. vbi intelligit de conditionibus, quæ reddunt electionem incertam, perplexam, & dubiam, non verò de aliis, quæ nihilominus sunt ex natura actus.

3 Vnde colligitur electores non posse sub conditione, vel alternatiuè eligere, vt per Syluest. *in sum. verbo electio 2. num. 6.* Ripa *lib. 3. resp.* 32. Roch. *de iurepatr.*

4 *verbo honorificum, q. 8. num.* 29. Item in collatione, & institutione resoluunt Mohedan. *decis.* 30. *n.* 2. *de præbendis*, Cassad. *decis.* 15. *num.* 3. *eod. tit.* Caputaq. *decis.* 298. *num.* 5. *p.* 2. *& decis.* 1241. *num.* 3. *part.* 3. Put. *decis.* 396. *p.* 3. Mar. Anton. *var. resolut. l.* 1. *resol.* 112.

5 *casu* 60. Nam beneficium ecclesiasticum debet purè, & sine aliqua extrinseca conditione conferri, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. requisita ad collationem bonam, num.* 2. *&* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *num.* 15. Nicol. Garc. *benef. p.* 8. *c.* 2. *à num.* 1.

6 In præsentatione tamen non procedit hic text. & supradicta resolutio, sed præsentatio non solùm alternatiua, sed etiam conditionalis, incerta, dubia, & obscura procedet, dummodo infra tempus datum ad præsentandum conditio purificetur, incertitudo, dubietas, & obscuritas certificetur, & si conditio, vel incertitudo venit purificanda, vel certificanda per habentem instituere, statim dicitur purificata & certa præsentatio, Rebuff. *in concord. in forma mandati, verbo innodatus in fin.* Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 3. Viuian. *in praxi iurispatronat. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 24. *in vltim. impress.*

7 *Voce illorum.*] Ergo voce, & non scripto est consensus exprimendus, vt per Boër. *decis.* 1. *num.* 49.

8 In gloss. *Incerta.* ibi, *confero tibi talem Ecclesiam, vel præbendam si vacat*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus etiam ignorans mortem, potest conferre beneficia sub conditione si vacant, vt per Domin. *hic n.* 10. & Franch. *num.* 4. Lap. *allegat.* 6. *num.* 2. Azor *institut. moral p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *q.* 3. Couar. *lib.* 3. *var. c.* 16. *n.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *c.* 2. *n.* 4. Zerol. *in praxi Episcopali, part.* 1. *verbo beneficia vers. secundum dubium.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 25. *in vlt impress.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd conferre beneficium alicui cum onere legendi sacram Scripturam, vel sac. Theologiam, vel docendi Clericos in seminario, non est simonia quando illud onus fuit impositum illi beneficio antequam conferretur, vel alicui beneficio vnito alteri, secus si non habebat priùs illud onus, & nunc Episcopus vellet illud ei imponere & conferre, quia tunc esset simonia, vt per Thom. Zerol. *d. p.* 1. *verbo simonia vers. duodecimum.*

10 In ead. gloss. ibi, *contrarium posses dici*, &c. Notatur ad hoc quòd non valet electio facta sub conditione si vacat, vel simili, & quod in ea nihil adiici potest quod sonet in conditionem, etiam de præterito, seu de præsenti, vt per Rebuff. *in concor. in forma mandati, verbo innodatus vers. intellige*, Cou. *lib.* 3. *var. c.* 16. *n.* 2. Domin. *hic n.* 10. *&* 11. & franch. *num.* 5. Rip. *lib.* 2. *resp.* 32. vbi ait electionem factam sub illa conditione, *si placuerit Summo Pontif.* irritam fore, Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 9. Contra Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 51. *art.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Papa de electione vbi nouè tractetur.*
2 *Excommunicationem nemini reseruatam incurrunt mittentes scripturas, vel nuncios alicui Cardinali in Conclaui existenti ad electionem Romani Pontif. vel cum eo secretè loquentes, & Officiales, qui non seruant contenta in hoc text.*
3 *Periculum vbi maius est, ibi cautius est agendum.*
4 *Papa est super omnia Concilia.*
5 *Verbum*, incurrat, *denotat canonem latæ sententiæ.*
6 *Ciuitatis appellatione venit portus.*
7 *Forma quoties non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit*
8 *Mare, seu pars maris dicitur esse de territorio illius ciuitatis, vel loci, cui magis appropinquat.*
9 *Cardinales ad electionem Papæ secundùm text. in præsenti non debent citari, sed tantum intra decem dies expectari.*
10 *Electio papæ fiat communi Cardinalium omnium Præsentium, vel duarum partium eorum consensu, aliis non expectatis intra decem dierum tempus absentibus an valida sit, remissiuè.*

Cap. Vbi periculum. III.

Gregor. X.

In hoc text. cum suis §§. agitur de modo & forma eligendi Pontificem, de quo aliqua dixi *in collect. ad cap. licèt de vitanda, hoc tit. in Decretalib.* & de ea est noua constitutio Gregorij XV. incip. *Æterni Patris sub dat.* 17. *Kalend. Decembris* 1621. & alia nouissima S.D.N. Vrbani VIII. incip. *Ad Romanum sub dat.* 5. *Kalend. February* 1625. 1

Excommunicationem nulli reseruatam incurrunt mittentes scripturas, vel nuncios, alicui Cardinali in Conclaui existenti ad electionem Romani Pontif. vel cum eo secretè loquentes, & officiales, qui non seruant contenta in hoc cap. vel circa ipsum fraudem committunt, vt per Nau. *in man. c.* 27. *num.* 121. Filliuc. *tract.* 14. *n.* 53. *vers.* 1. *& n.* 54. metipsum *de officio Episcopi, part.* 3. *allegat.* 50. *n.* 201. *in vlt. impress.* nouissimè Bonacin. *de censur extra Bullam disput.* 2. *q.* 2. *puncto* 34. Rainer. *in Catalogo censurarum extra Bullam, c.* 7. *excomm.* 5. *& c.* 9. *excomm.* 45. vbi aduertit recipientes, vel mittentes litteras, nuncium, notam, aut signum aliquod iisdem, dum sunt in Conclaui, contrahere excommunicationem Papæ reseruatam *in const. Pij. IV.* 80. incip. *In eligendis.* 2

Proculdubio, &c.] Notatur ad hoc quòd periculum vbi maius est, ibi cautius est agendum, vt per Steph. Grat. *Marchia decis.* 133. *n.* 19. Farin. *in praxi crimin. p.* 4. *consil.* 65. *num.* 115. 3

In gloss. *Concilio.* ibi, *cum sit Papa super omnia Concilia.* Vide Turrec. *in summ. de Ecclesia, lib.* 3. *c.* 64. *in fin.* Cou *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. §. 9. *n.* 6. 4

In gloss. *Incurrat.* ibi, *notat canonem latæ sententiæ.* Vide Tiraqu. *in l. si vnquam verbo reuertatur, n.* 114. *C. de reuocandis donat.* Sayr. *in Claui Regia, lib.* 3. *c.* 8. *num.* 1. *versic. fallit*, & plures alios per me citatos *de dicto,* 5

dictionibus vsufrequent. dict. 156. secundùm Lugdunens. impress.

§ Hoc sacro.

Ponitur in hoc §. quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio quando moritur in ciuitate, in qua cum sua Curia residebat, de quo vidè latè Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 7. metipsum *in tract. de iure ecclesiast. lib.* 1. *n.* 60. *cum seqq.*

Expectare decem diebus, &c. Notatur ad hoc quòd ante Papæ electionem statim priori defuncto Cardinales absentes sunt monendi, ac per decem dies expectandi, Ita etiam Pius I V. *in constit. sua incip. In eligendis, sub dat. Romæ 7. Id. Octobris* 1562. Ego ipse *d. c.* 1. *n.* 60. *in princip.* Et isti decem dies sunt computandi à die mortis Pontificis, vt aduertit Archid. *in præsenti, n.* 5. subdens hoc casu moram esse valdè damnosam, & Cardinales teneri expectare absentes per dictum tempus decem dierum, quamuis sint certi quòd venire non possint, & quòd talis expectatio requiritur non solùm propter absentes, sed etiam propter præparationem illorum, qui sunt includendi, refert & sequitur Iul. Lauor. *d. cap.* 7. *n* 5.

Vnde electionem non expectatis intra decem dierum tempus absentibus minimè valere arg. text. *in Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* probat Alban. *de Cardinalib. q.* 14. Verùm contrarium, immò illam vim habere si fiat communi Cardinalium omnium præsentium, vel duarum partium eorum consensu, cùm hoc solum ad substantiam electionis requiratur, non ita locus, & tempus, quæ ad accidentia pertinent, probabile dicit Azor. *instit moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 2. *versic. sed dubia quæstionis est.*

At quamuis Cardinales absentes per dictum tempus decem dierum expectandi sint, non tamen debent vacari, seu citari, vt per gloss. *hic verbo decem dierum.* & *ibi* Archid. *verbo expectare*, Mandos. *in reg.* 32. *Cancel. p.* 8. *n.* 8. Boër. *decis.* 31. *n.* 7. quod speciale esse in electione Romani Pontificis, cùm alij absentes vocari debeant, aduertit Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 7. *num.* 7. vbi subdit Cardinales solere certiorare absentes per litteras particulares à Secretario S. Collegij subscriptas.

Tempus hoc decem dierum nullatenus est prorogandum, vt statuitur *in d. constit. Pij I V. in §. lapsis, & in §. declarandus*, dicitur quòd nec etiam expectandi sint vltra decem dies Cardinales, qui desunt publica causa, & de licentia Romani Pont. & quod nec etiam impugnari possit electio prætextu cuiuscunque impedimenti Cardinalium absentium post lapsum dictorum decem dierum. Verùm si fuerit hoc non obstante dictum tempus prorogatum, electio sequuta valebit, dummodo à duabus partibus facta sit, quia in hoc cap non apparet prohibitum quin possint Cardinales expectare vltra decem dies, sed quòd tantum teneantur expectare, vt post Specul. resoluit Gambar. *de officio, & potest. Legati à latere, lib.* 6. *n.* 108. vbi *in versic.* 21. *quæro* n. 10. subdit quòd si lapsis decem diebus maior pars vellet expectare, minor verò intrate conclaue, & procedere ad electionem neglectis absentibus, licèt possit minor pars audiri, nihilominus ad schismata euitanda est à minori parte id attentandum, refert Iul. Lauor. *d. cap.* 7. *n.* 9.

Et tunc omnes conueniant in palatio, &c. Collige ex text. fabricari debere in Pontificis palatio conclaue nullo intermedio pariete, vbi possint Cardinales omnes commanere, vt per Gondisalu. *de potest. Eccles. n.* 24. Sed postea Clemens I V. *in sua constitut. incip. licèt, sub dat. Auenione 6. Decembris* 1351 *in Bullario nouo, tom.* 1. *pag.* 216. permisit Cardinalibus ex decentia honestatis in clausura huiusmodi cum in lectis quiescendi causa, vel dormiendi esse voluerint, dumtaxat intermedia, seu velamina simplicium etiã cortinarum, loco quarum hodie panni viridis coloris adhibentur, vel violacei pro Cardinalibus à mortuo Papa creatis.

Contenti singuli singulis tantummodo seruientibus, &c.] Pius I V. *in d. constit. incip. In eligendis tertium infirmus, & grauiter affectus*, à maiori parte Collegij per secreta suffragia indulgeri posse permittit, quos quidem seruientes, familiares, & domesticos, & continuos commensales ipsius Cardinalis ab anno antè fuisse, & tunc esse debere statuit idem Pius I V. *in §. qui seruientes*, subdens minimè debere esse mercatores, ministros Principum, dominos temporales, & iurisdictionem habentes, neque fratres, aut nepotes Cardinalium, etiamsi expensis eorum viuerent, refero ego ipse *d. c.* 1. *n.* 66.

Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat. &c.] Vide *d. constit. Pij I V. incip. In eligendis, §. clauso*, metipsum *d. c.* 1. *num.* 68.

Verùm si, quod absit, &c.] Circa cibum, & potum intra conclaue portandum, vide etiam *dictam constit. Pij IV. §.* 12. *versic. Cardinales autem*, metipsum *d. cap.* 1. *num.* 69.

§. Præterea.

Ab obseruantiam supradictorum constituuntur executores ex præcipuis Magistratibus ciuitatis, vbi electio Pontificis celebratur, qui præstito iuramento iurare debent, vt prædictus ordo, rigórque seruetur. Vide *dictam constitut. Pij IV. incip. In eligendis, §. Prælati, & §. quia verè*, metipsum *de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 70.

Quod si præmissa diligentia non obseruarint, &c.] Notatur ad hoc quòd domini temporales, & rectores, aliique officiales illius loci in quo Papa moritur, excommunicationi subijciuntur, non seruando in Summi Pont. electione ea quæ præscribuntur in hoc text, ita Bonacin. *de excommunicat. in particulari extra Bullam disp.* 2. *q.* 10 *puncto* 1. *per tot.*

§ Porrò.

Extra ciuitatem, &c.] Notatur ad hoc quòd ap- 6
pellatione ciuitatis venit portus, vt per Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num.* 10 *versic. non obstat*, Rebuff. *ad l. portus* 59 *versic. & ista sunt vtilia, ff. de verbor. signific. pag.* 303. *col.* 1.

Quo casu in alia, &c.] Notatur ad hoc quòd quo- 7
ties forma non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit, vt per Flamin. *de resignat. benef. lib.* 11. *q.* 13. *n.* 30.

In gloss. *Territorio.* ibi, *quod si moriatur in mari*, 8
&c. Notatur ad hoc quòd mare, seu pars maris dicitur esse de territorio illius ciuitatis, vel loci, cui magis appropinquat, vt per Xuar. *allegat.* 17. *num.* 1. Cabed. *Lusit decis.* 46. *num.* 1. *part.* 2. Chald. Pereira *consil.* 23. *num.* 7. Melch. Phæbos *Lusit. decis. tom.* 1. *Aresto* 29.

In gloss. *Decem diebus.* ibi, *nota quòd constitutio ista* 9
non iubet eos citari, sed tantùm expectari. Ita Bald. *in margarita. verbo electio Papæ*, Mandos. *in reg.* 32. Cancel. *q.* 8. *n.* 8. Boër. *decis.* 31. *n.* 7. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 8. *num.* 8.

In ead gloss. ibi. *vel ante lapsum horum decem die-* 10
rum, &c. Verùm autem si electio fiat communi Cardinalium omnium præsentium, vel duarum partium

eorum

eorum consensu non expectatis intra decem dierum tempus absentibus, valida sit? vide Azor. *instit. moral. p.2. lib.4. cap.2. vers. Sed dubia quæstionis*, Lauor. *d.c. 8. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Appellantes contra electiones, vel prouisiones omnia, quæ obiicere intendunt contra personam, vel formam, tenentur exprimere, & iurare quod illa credunt vera esse, & ea se posse probare*, & *num.* 2.
3 *Text. iste non habet locum in eo, qui prosequitur contemptum suum, quia non fuit vocatus ad electionē.*
4 *Culpa ubi agendo, vel excipiendo alicui obiicitur, vagandum non est, sed certa culpa designari debet.*
5 *Doctores referuntur de vi, & effectibus dict.* alioquin *agentes.*
6 *Ignorantia, vel scientia aliunde quàm per proprium iuramentum probari non potest.* & *n.7.*
8 *Iuramēto probari possunt ea, quæ consistunt in animo.*
9 *Ignorantia in verosimilibus non probatur illius iuramento, qui tam allegat.*
10 *Canonicatus collatio habet vim electionis.*
11 *Indefinita æquipollet vniuersali*
12 *Electionis impugnatio competit cuilibet de populo.*
13 *Claus.* Omnia, & singula, *vis & effectus, remissiuè.*
14 *Expressio quando requiritur per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere.*
15 *Verba,* omnia, & singula, *includunt prosus omnia absque vlla limitatione.*
16 *Iuramentum vbi exigitur tactis scripturis, non satisfit si præstetur illis præsentibus.*
17 *Episcopi cùm iurant non tangunt scripturas.*
18 *Appellationi adhærere quis debet intra tempora appellationis.*

CAP. Vt circa. IV.

1 APpellaotes contra electinnes, postulationes, vel prouisiones, vel contra personas eligentium aut electi tenentur exprimere in instrumento publico, seu litteris super appellatione confectis omnia, & singula, quæ obiiciunt contra formam, vel personam, & simul iurare quòd credunt ea esse vera, & se posse illa probare, Alioquin opponeotes non poterunt, nec tempore appellationis interpositæ, vel postea, obiicere aliqua in huiusmodi litteris non contenta, nisi forsan essent aliqua de noun emersa, vel quæ licèt antiqua, verisimiliter tamen constet quod tempore appellationis potuerunt ignorari, teneantur autem appellantes hanc ignorantiam per iuramentum probare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib.1. pag.* 169. Alagnna *in compendio pag.*61. & 62. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant Laurent. de Peirinis *de subdito Relig. tom.1. quæst.1. cap.31. §. 11. versic. noto tamen*, Fr. Sigism. *de elect. dub.* 48. *num.* 11. *cum seqq.*

3 *Appellantes in instrumento*, &c.] Non habere locū in eo, qui prosequitur contemptum suum, quia non fuit vocatus ad electionem, asserit Oldrad. *consil.*188. quem refert Card. Tusch. *tom.2. litt. C. concl.*44. *n.*18. vbi *num.*19. dicit quòd etiam non procedit in eo, qui electus prosequitur ius suum non per viam appellationis, & *n.*20 ait procedere nedum in appellante, sed etiam in adhærente appellationi per aliū interpositæ.

4 *Omnia, & singula exprimant*, &c.] Vbi enim agendo, vel, excipiendo alicui culpa obiicitur, vagandum non est, sed certa culpa designari debet, vt per Menoch. *de præs. lib.5. præs.3. num.*137.

Alioquin.] De hac dict. vide Doctores per me citatos *in tract. de dict. vsufreq. dict.*17. secundùm Lugdun. impress. 5

Super huiusmodi autem ignorantia, &c.] Notatur ad hoc quòd ignorantia, vel scientia aliunde quàm per proprium iuramentum probari non potest, vt per Sayr. *in Claui Regia. lib.3. cap.5. num.* 4. & latiùs *infr. ad cap. nulla* 8. *hoc eod. tit.* 6

Per proprium. &c. Notatur ad hoc quòd ignorantia probatur proprio iuramento, ita Anchar. *cons.* 184. *num.*4. Roman. *cons.*54. *n.* 3. *vers. contrarium*, Crau. *cons.*201. *n.*33. Mandel. *cons.*18. *n.*5. Rot. *in Romana legitima* 9. *Iunij* 1614. coram Card. Sacrato, impressa per Farin. *decis.*621. *num.*4. *p.*1. *recent.* ea enim quæ constituunt in animo, probari possunt iuramento, vt per Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater, n.*64. *ff. de liber. agnosc.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo animus* 2. & 4. vbi plures refert Doctores. 7 8

Hoc adiiciendo, &c.] Notatur ad hoc quòd in non verisimilibus ignorantia non probatur illius iuramento, qui eam allegat, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam in præfat. num.*36. *C. de reuoc. donat.* 9

In gloss. *Electione* ibi, *qui eo ipso quòd prouidens, confirmant.* Notatur ad hoc quòd collatio Canonicatus habet vim electionis, & confirmationis, vt per Boët. *decis.*117. *num.*3. 10

In gloss. *Aliorum.* ibi, *indefinita æquipollet vniuersali.* De hoc principio, & iuris axiomate, vide Menoch. *de præs. lib.4. præs.*21. *n.*5. & *præs.*62. *n.*7. Mascard. *de probat. concl.*1181. *n.*38. *cum seqq.* Couar. *var. lib.*1. 3. *n.*6. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.*4. *n.*12. & *lib.* 7. *tit.*5. *n.* 1. & 10. Surd. *de aliment. tit.*5. *q.*1. *num.*13. & 16. & *tit.*8. *priuil.*27. & *tit.* 9. *q.*13. *n.*10. 13. & 17. & *dec.*188. *n.*4. *cons.* 216. *n.* 25. & *cons.*244. *n.*21. & *cons.* 308. *n.* 48. Negreiros *de introduct. vlt. volunt. l.1. tit.11. n.*37. Farin. *in praxi crim. p.4 decis.*69. *n.*8. & *decis.*358. *n.*1. plenè Card. Tusch. *tom.4. litt. I. concl.*86. & 87. Sanch. *de matrim. l.3. disput.*44. *n.*2. Franc Leo *in thesauro fori ecclesiast. part.* 1. *c.*9. *n.* 24. Mori. *in emporio iuris tit.* 11. *in prælud. num.*55. 11

In gloss. *Aliqui.* Notatur ad hoc quòd impugnatio electionis de aliquo officiali ad inseruiendū Reip. cōpetit cuilibet de populo, vt per Auendan. *de exequendis mandatis p.1. c.19. n.*27. Azeued. *l.1. n.6. tit.* 4. *l.*5. *noua recop.* Burg. de Pac. *cons.*10. *n.* 20. Matiens. *l.1. gloss.*8. *tit.*14. *l.*5. *noua recopil.* Bobadil. *in sua politica. l.3. c.8. n.*17. Cabed. *p.1. decis.*112. & *p.2. decis.* 84. *numer.* 16. *cum seq.* 12

In gloss. *Omnia, & singula* De hac clausula egi *in tract. de clausulis vsufreq. claus.*96. secundùm Lugd. impress. 13

In ead. gloss. ibi, *aliàs quare fieret hæc verborum geminatio*, &c. Notatur ad hoc quòd quando requiritur expressio per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere, vt per Hippol. *cons.*2. *n.*62. Tiraq. *de iure mariti. gloss.*7. *num.*117. 14

Notatur etiā ad hoc quòd verba illa, *omnia, & singula*, includūt prorsus omnia absque vlla limitatione, vt per Surd. *decis.*268. *n.*14 Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *l.*5. *d.*5. *c.* 2. *litt. D.* & *d.*15. *c.*1. *litt. C.* Et idem operantur ac si expressim, specificè, & in indiuiduo de aliqua re ageretur, vt per Menoch. *cons.*20. *num.*21. 15

In gloss. *Corporali.* ibi, *quòd si iurat præsente textu Euangeliorū, & non tangat*, &c. Notatur ad hoc quòd non satisfit statuto exigenti iuramentum tactis Scripturis si illud præstetur præsentibus Scripturis, sed nō tactis, 16

14 In gloſſ. *Priuatos*. ibi, *id eſt, ipſo iure*. Ita Creſcent. *deciſ.6.n.15.19.& 20.de iure patron*. Lotter *d.q.13. num.5*. Verbum. *priuetur*, an & quando ſignificet latam, vel ferendam ſententiam, vide Doctores, quos plena manu citauit *in tract.de dictionib.vſufreq.dict.* 285. ſecundùm Lugdun. impreſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *Eligentes, quàm citò cōmodè poſſunt, electionem electo præſentent, electus inſiamentē conſentiat, aliàs priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſū excuſet: poſt conſenſum confirmationem petat infra tres menſes, aliàs electio viribus vacuetur.*

2 *Electio intimanda eſt electo antequam ad ſuperiorem deferatur, vt appareat an conſentire, vel repudiare velit.*

3 *Electus ſi intra menſem à tempore electionis ei præſentatæ, vel à tempore ſibi præſtituto non conſenſerit electioni, vacat Prælatura.*

4 *Electus in Epiſcopum debet petere confirmationem infra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum.*

5 *Electus ſi intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum non petierit confirmationem, ipſo facto priuatur iure per electionem quæſito.*

6 *Menſis vbi conceditur à lege, vel ſtatuto diſponente, à quo tempore incipere debeat, tunc accipitur menſis ſecundùm quod accidit in Kalendario.*

7 *Menſis debet habere triginta dies.*

8 *Præſcriptio nunquam currit ignoranti cum quis ipſo facto priuatur iure proprio ob lapſum temporis.*

9 *Dict.* Ex tunc, *extremum tempus ſignificat.*

20 *Verba, eo* ipſo, *latam ſententiam important.*

21 *Electi amicus ſi eius nomine confirmationem petat ſine mandato, ſatis eſt modò electus ratum habeat infra illos tres menſes.*

12 *Ratihabitio fieri omnium debet intra terminum datum ad acceptandum.*

C A P. Quàm ſit. V I.

1 Electores electionem ipſam quàm citiùs commodè poterunt electo præſentare, ac petere conſenſum ipſius procurent, electus autem teneatur illum infra menſem à dicta præſentationa præſtare, aliàs priuatur ipſo facto iure acquiſito, niſi forſam electus eſſet ſubditus, nec poſſet conſentire ſine licentia ſuperioris; tunc enim quamprimum debet illam petere, & ſi infra tempus pro abſentia ſuperioris ponderandum non petieris, electores eligant. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Vin. *in ration. lib.1. pag.* 163. Alagona *in compend.pag.63*. remiſſiuè Ximen. *in concordant.p.1.& 2.*

2 *Electo præſentare*, &c.] Notatur ad hoc quòd electio intimanda eſt electo antequam ad ſuperiorem deferatur, vt appareat vtrùm conſentire, aut repudiare velit. ita Paul. Laymann. *in quæſt.Canon.de Prælatorum eccleſiaſt. elect.c.2.q.* 14. Ego ipſe *de iure Eccleſiaſt,lib.1.c.19.num.* 143.

3 *Electus verò*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſi electus intra menſem à tempore electionis ei præſentatæ, vel à tempore ſibi præſtituto, non conſenſerit electioni, tunc vacat Prælatura, vt per Roc. *deciſ. 7. de elect. in nouis*, Menoch. *de arbitrar.lib.2. cent.5. caſu* 477. *per totum*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 15. n. 50.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias vacantes requiſ.1.ln.2.n.11*. ſecundùm Romanam impreſſionem, refero ego ipſe *dict. cap.19. num.* 144.

Cæterùm quinis electus infra tres menſes, &c.] Notatur ad hoc, quòd in Epiſcopum electus debet petere confirmationem intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum, ita Menoch. *de arbitr. caſu* 77. Azor. *inſtit.moral.part.2.lib.3.cap. 29. quæſt. 10.* quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.1 tit.1.cap.4.numer.1*. quibus addo Miranda *in man.Prælat.tom 2.quæſt.23.art.9.concluſ.4.* Lauor. *verſ. lucubrat.tom.1 tit.4.cap.25.num.34.* 4

Electio eadem eo ipſo viribus vacuetur.] Notatur ad hoc, quòd ſi electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum non petierit confirmationem, ipſo facto priuatur iure ſibi per electionem quæſito, vt per Petr. Greg. *de re benefic.cap. 25. num. 12.* Gonzal. *ad reg.9.Cancel.gloſſ.15.num.51*. quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt.Epiſcopi.part.3. allegat. 57.num.* 213. 5

In gloſ. *Menſem*. ibi, *ſubaudi computandum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando lex, vel ſtatutum concedens menſem, diſponit à quo tempore menſis incipit, vt à die electionis, vel à die per iudicem aſſignata, tunc accipitur menſis ſecundùm quod accidit in Kalendario, & quod ex vno menſe deficit, accipitur de ſequenti, vt per Menoch. *de arbitr.caſu* 50. *n.* 21. Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſ.11.n. 7*. Sanch. *de matrim.lib.2.diſput.24.num.15*. Nicol. Garc. *de benefic. p.10.cap.2. num. 42.cum ſeqq*. quos refero ego ipſe *d.cap.4.num.2.* 6

Sub ead. gloſ. *in addit*. ibi, *menſis debet 30. dies habere*. Ita tradunt Gregor. *l.5 tit.6.part.6*. Menoch. *de arbitr.caſu 50.n.8.cum ſeqq*. Chald. Pereira *de reſolut. emphyt.cap.14.num.2.& de empt.c.4.num.21*. Melch. Phœbos *Luſit.deciſ.51 n.24.tom.1*. Alexand. Trentacinq. *var.reſol.lib.2.tit.de dilat.reſol.2.n.4.* 7

In gloſ. *Diſtulerit*. ibi, *quòd ſi impeditus fuerit; non currit ei tempus*, &c. Notatur ad hoc, quòd cùm quis ipſo iure priuatur iure quopiam ob lapſum temporis, nunquam ei currit præſcriptio ignoranti, ſed tum demum cum ſciuerit, vt per Tiraquel. *de retractu lig.§.35.gloſ.4. num.25.* 8

In gloſ. *Ex tunc*. ibi, *extremum tempus ſignificat*. Ita Tiraquel. *de retractu lig.§.1.gloſ.11.n.39*. Matien. *l.14.gloſ.1.num.44.tit.4.lib.6.noua recopil*. Flamin. *de reſignat benefic.tom.2.lib.11.quæſt. 2.n.15*. Chal. Pereira *quæſt.forenſ.lib.1.q.6.n. 74*. & alij citati per me *in tract.de dictionibus vſufreq.dict.* 408. *n.* 1. ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ. 9

In gloſſ. *Eo ipſo*. ibi, *nec requiritur alia priuationis ſententia*. Notatur ad hoc, quòd verba illa, *eo ipſo*, latā ſententiam important, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur num.* 142. Roland. *conſ.62.num.32. lib.1*. Salas *de leg.q.96.tract.14.diſp.16.ſect.8. poſt. n:29.verſ.propria verba ſunt*, Soar. *in ſimili tract. lib. 5.c.7.ſub.num.4 & c.8.num.2*. Farinac. *fragm.crimin. part.2.lit.L. verbo ex num.95.* 10

In gloſſ. *Petere*. ibi, *ſed pone quod amicus*, &c. Notatur ad hoc, quòd ſatis eſt ſi electi amicos eius nomine confirmationem petat ſine mandato, modo electus ratum habeat infra illos tres menſes, vt per Tiraq. *de pœnis temper.caſu 22.num.37*. Azor. *d.c. 29.q.11*. quos. refero ego ipſe *d.c. 4. num. 4. & de iure Eccleſiaſtico lib.1.c.19.num* 246. 11

In ead gloſſ. ibi, *& intelligas quòd debet ratum habere ante lapſum*, &c. Notatur ad hoc, quòd ratihabitio fieri omninò debet intra terminum datum ad acceptandum, vt per Cou. *var.lib.3.c.16.n.5.* 12

Cap. Perpetuò. VII.

1 INdignum in scrutinio eligens, si electio non habet effectum, licèt peccet, non tamen priuatur potestate eligendi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Comin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 1. pag.* 164. Alagona *in compendio iuris Canonici. pag.* 63. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. firmant Nauar. *in cap. pœna num.* 22. *de pœnit. dist.* 1. Sayr. *de censuris lib.* 4. *c.* 15. *n.* 11. *§. quanto*, Fr. Sigism. à Bonon. *de electione dub.* 61. *n.* 10. Paul. Laymann *in quæst Canon. de Prælatorum ecclesiast. elect. quæst.* 77. Ego ipse *de iure eccles. l.* 1. *c.* 10. *num.* 71. Indignus quoad hoc propositum is dicitur, qui habet defectus personæ expressos *in c. cùm in cunctis, hoc tit. in Decretal.* vt resoluunt Soar. *de censur. disp.* 24. *sect.* 2. *num.* 22. Auila *eod. tract p.* 2. *c.* 6. *disp.* 12. *dub.* 4. *ad fin.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 12. *num.* 84. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 61. *num.* 11. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 15. *n.* 77. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 8. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Eligens, vel electioni consentiens contra electum (nisi ex noua causa, vel noviter ei pandita) se nequit opponere vel renunciare.* & *num.* 2.

3 *Eligentes per se, vel per alios, tenentur sub mortali habere notitiam morum illius in quem suffragiũ ferre volunt.*

4 *Ignorantia cùm sit quid in animo consistens, iuramento probatur.*

Cap. Nulli. VIII.

1 ELigentes, vel consentientes electiooi, non possunt postea electo opponere contra electionem, nisi de nouo aliquid oriatur, vel nesciuerint præcedentes defectus, quam ignorantiam tenentur iuramento probare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Ioan. Andr. Gemin. Anchar Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 166. Alagona *in compendio pag.* 63. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 Hanc eandem conclus. firmant Laurent. de Peirinis *de Relig. subdito, tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 31. *§.* 12. *in princ* Lancel. *instit. canon. lib.* 1. *tit.* 7. *de elect. pag.* 16. Paul. Laymann. *in quæst. Canonicis de Prælatorum ecclesiasticorum electione, q.* 116. *in princ.*

3 *Vel nisi ei morum ipsius ante celata,* &c.] Nam eligentes per se, vel alios tenentur sub mortali habere notitiam morum illius, in quem suffragium ferre volunt, iuxta tradita per Ioan. Andr. & Panorm. *in c. bona, il.* 2. *de postulat.* & *in cap. scriptum, hoc tit.* Abulens. *in cap.* 22. *Matth. q.* 119. Armil. *in sum. verbo Electio num.* 22. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 35. *n.* 3.

4 *De huiusmodi autem ignorantia fidem faciat proprio iuramento.*] Notatur ad hoc quòd ignorantia, cùm sit quid in animo consistens, iurameoto probatur, vt per Gail. *lib.* 2. *obseru.* 48. *num.* 23. Sebast. Medic. *de casu fortuito, part.* 1. *q.* 3. *num.* 14. Cephal. *cons.* 242. *n.* 17. *lib.* 2. Villal. *commun. opinion. litt. I. n.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 186. *n.* 2. *cum seq.* Honded. *cons.* 55. *n.* 61. *cum seqq. tom.* 1. Mascard. *de probat conclus.* 638. *n.* 1. & 2. *conclus.* 881. *n.* 1. & 2. Sfort. Odd. *de restitut. in integ. part.* 1. *q.* 38. *num.* 52. Bou. *de statutar. præscript. gloss.* 19. *n.* 13. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 4. *n.* 1. *cum seqq.* Bauer. *de iuram. effectu* 53. *vers. octauò principaliter*, Mancin. *in tractat. de iureiuran. effectu* 103. *num.* 1.

Cap. Si quando. IX.

QVando pars maior duplo eligit vnum, & minor pars alterum, non potest minor opponere aliquid, quod extenuet vota maioris, vel quòd minor pars sit maioris auctoritatis, vel zeli, vel electus à minori sit dignior, sed bene potest opponere aliquid, quod votum maioris partis annullet. Colligunt ex Ordinar. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 166. Alagona *in compend. pag.* 64. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Cap. Quamuis. X.

CAusæ electionum Episcoporum, & superiorum computantur inter maiores spectantes ad Sedem Apostol. verùm vt ad illam deuoluantur, debet fieri appellatio in scriptis, in quibus ponatur causa appellationis, quæ sit legitima, & non friuola. Si verò appellans antequam appellatio præsentetur Sedi Apost. renuntiat appellationi, iudex à quo appellatum est, inquirat an huiusmodi renunciatio fuerit ex prauitate, & si eam intercessisse reperiat, præfigat terminũ in quo renuncians cum omnibus actis se Apost. Sedi præsentet. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 167. Alagona *in compend. pag.* 64. remissiuè Ximen, *in concord. part.* 2. 1

SVMMARIVM.

1 *Defectus scientiæ, vel personæ euidens si obiiciatur inter reliqua, quæ obiiciuntur promouendo ad dignitatem, illa ante omnia examinari debebit, & si falsus reperiatur, opponens à prosequutione negotij repelletur, & punietur perinde ac si defecisset in probatione omnium obiectorum.*

2 *Dict. Fortè, est nota assertionis.*

3 *Litteratura de stylo regulariter solet probari per examen personæ,*

4 *Confirmare debens in ipso actu petitæ confirmationis electionis potest ex officio inquirere etiam oppositore deficiente, vel renunciante.*

5 *Bonus quilibet præsumitur.*

6 *Litteratura non præsumitur nisi probetur,*

7 *Nobilitas non præsumitur nisi probetur*

8 *Confirmans vbi ex officio inquirit de electo, tenetur ipse electus probare habilitatem suam non solum de ætate, litteratura, & legitimitate, verùm etiam de vita, & moribus.*

9 *Electo opponens tenetur probare inhabilitatem per ipsum obiectam.*

Cap. Si fortè. XI.

QVando quis contra electum, vel postulatum ad aliquam dignitatem, opponit euidentem defectum scientiæ, vel personæ, & alia impedimenta, priùs inquiratur de defectu personæ, aut scientiæ, & si probentur tales defectus, declarabitur ineligibis, si autem non probentur, obiiciens condemnabitur in expensis, & punietur, nec debebit admitti ad alias obiectiones probandas. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monac Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 169. 1

Alagona

Alagona *in compend.pag.65.* idem ex hoc text. desumit Fr. Sigism. à Bononia *de electione dub.* 48.*n.*8. remissiuè Ximen. *in concord.p.*2.

2 *Fortè.*] Nota est assertionis hæc dict. in hoc text. iuxta ea, quæ resoluunt Rebuff. *in comment. ad tit. ff. de verbo signif. ad l. ostendum* 38. *vers. fortè, pag. mihi* 208. Menoch. *cons.* 25.*n.*14. Bernard. Græuę *ad pract. Cameræ Imp. lib.* 2. *concl.* 10.*n.* 10. & alij plures per me citati *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 127.*n.*6. secundùm Lugdun. impress.

3 *Subiiciatur examini,* &c.] Notatur ad hoc quòd litteratura de stylo regulariter solet probari per examen personæ, vt per Flamin. *resign. benefic. tom.* 2. *lib.* 10. *q.*3.*num.*66. & faciunt quæ dixi *de officio, & potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 60. *sub num.* 91. *versic. virum autem.*

4 In gloss. *Euidentem.* ibi, *sed nunquid iudex ex suo officio,* &c. Notatur ad hoc quòd confirmare debens in ipso actu petitæ cõfirmationis electionis potest ex officio inquirere etiam oppositore deficiente, vel renunciante, vt per D. Lotter. *de re benefic. lib.* 2.*q.*18.*n.*49. vbi subdit quòd tunc debebit ipse electus probare habilitatem suam, iuxta doctrinam Felin. *in cap. in præsententia sub n.* 28. *vers. & ideo volens, de probat.* Ioan. Andr. *ad reg. infamibus. vers. ad contrarium n.*8. *&* 9. *de regul. iur. in* 6. Butr. *in cap. bona il* 1.*num.*58. *ad fin. vers. si autem non interdiceret, de elect.*

5 In gloss. *Scientia.* ibi, *Sed nota quòd est quædam intrinseca qualitas cum qua homo nascitur,* &c. Notatur ad hoc, quòd bonus quilibet præsumitur, vt per Bernard. *reg.*65. Duen. *reg.*75. Socin. *reg.*39. Tiraq. *de præscript.* §.1.*gl.*2. *vers. sed quod, p. mihi* 87. Peir. Alph. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum iuris Canon. sub rubr. de scrutin. in Ordine facien. num.*3. *cum seqq.* Mench. *illustr. cap.*70.*num.*3. Mascard. *de probat. concl.* 222. *& seq. & concl.* 878. *& conclus.* 1003. Menoch. *de præsumpt. lib.*5. *præs.*1.*num.*15. Flamin. *de resig. benefic. lib.*10.*q.*3.*num.*63. Brunor. à Sole *in locis communibus verbo bonus,* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib.*5. *cap.*1.*num.*64. & alios quos refert. Cened. *ad Sextum collect.* 29.*num.*1.

6 In ead gloss. ibi, *est quædam intrinseca, vt litteratura, & talis qualis non præsumitur nisi probetur.* Ita Mascard. *de probat. concl.* 989. *per totam,* Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præs.*91.*n.*18. Bellet. *disquisit. cleric. p.*1. *tit. de disciplina cleric.* §.4.*n.*39.

7 Vnde nobilitatem non præsumi nisi probetur, resoluunt Tiraq. *de nobilit. cap.*10.*num.*13. Menoch. *de præsumpt lib.*6. *præs.*60. *& cons.* 321.*n.*11. Mascard. *concl.* 1090. Gam. *Lusit. decis.* 322.*n.*3. Valasc. *cons.* 191.*n.*21. Cabed. *dec.*73.*n.*10.*p.*2.

8 Contra hanc gloss. resoluendum est quòd vbi confirmans ex officio inquirit de electo, tenetur ipse electus probare habilitatem suam non solum de ætate ac litteratura, & legitimate, vt sentit hæc gloss. verũ etiam de vita & moribus, quicquid ipsa repugnet, quia præsumptio illa bonitatis in hoc nihil suffragatur & ab illa in promotionibus, & aliis actibus spiritualibus receditur, ita Ludouic. Gom. *in tract. de expectat. n.*78. *&* 250. Alciat. *de præsumpt. reg.*3. *præs.* 2. *sub n.*2. *vers. quartò limitatur,* & quòd ideo omnino probari hæc debeant, docuit Cardin. *in Clement. vnica num.*2. *de concess. preb.* vbi ait quòd quia nascimur filij iræ, & procliues ad peccandum, violenter præsumitur contra quemlibet, vbi agitur de ipso promouendo.

9 In gl. *Defectum.* ibi, *dic quod opponens probat.* Notatur ad hoc, quòd opponens electo tenetur probare inhabilitatem per ipsum obiectam, vt per D. Lotter. *de re benefic. lib.*2.*q.*18.*n.*47.

SVMMARIVM.

1 *Grauantes aliquam personam ecclesiasticam, vel eius consanguineos, aut Ecclesias, seu bona pro eo quòd eum pro quo rogabantur eligere noluerunt, ipso facto excommunicati sunt, & n.*2.

3 *Metus illatus consanguineis electoris ad incutiendum electori timorem, censetur illatus electori.*

4 *Paria sunt aliquem vexare, opprimere, & grauare, aut consanguineos ipsius.*

5 *Excommunicatus est non solum percutiens clericum,*

6 *Consanguinei vocantur qui sese sanguine contingunt.*

7 *Fauor potius est considerandus, quàm odium.*

8 *Dispositio censetur fauorabilis, aut odiosa ex principali intentione disponentis.*

9 *Lex quantumuis pœnalis lata principaliter in fauorem animarum, & ad peccatum vitandũ, est fauorabilis, & extendenda ex identitate rationis.*

10 *Constitutiones pœnales ex identitate rationis sunt extendendæ fauore piæ causæ.*

CAP. Sciant cuncti. XII.

PRæsumentes grauare personas Ecclesiasticas, vel earum cõnsanguineos, Ecclesias, seu monasteria, vel ipsorum bona, per se, vel per alios, ex eo quòd noluerunt eligere illum, pro quo rogabantur, sunt ipso iure excommunicati. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.*1.*pag.*170. Alag. *in compend. pag.*65. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant Nauar. *in manual. cap.*27.*n.*122. Soar. *tom.*5. *disput.*23. *sect.*4.*nu.*3. Sayr. *de censuris lib.*3. *cap.*34.*nu.*7. Filiuc. *tractat.*14.*n.*53. *vers. c. & n.*55. & alij citati per me. *in tract. de officio, & potestate Episcopi part.*3. *allegat.*50.*n.*202. secundùm Lugdun. impress. Rainer. *in catalogo censur. tit. de excom. extra Bullam. c.*9. *excommun.*43. *&* 45. Iul. Lauor. *de indulgent. p.*2. *cap.*23.*nu.*22. nouissimè Bonac. *de censur. extra Bullam disp.*2.*q.*2. *puncto* 19. 2

Vel consanguineos.] Notatur ad hoc, quòd metus illatus consanguineis electoris ad incutiendum electori timorem, censetur illatus electori, vt per Sanch. *de matrim. lib.*4. *disp.*4.*num.*8. Nam paria sunt aliquem vexare, opprimere, grauare, aut consanguineos ipsius, quia iniuria facta alicui, censetur facta omnibus qui sunt eiusdem generis, siue consanguinitatis, vt per Tiraquell. *de pœnis temperan. causa* 31.*num.*67. *cum seqq.* 3 4

Vnde infert Duen. *reg.*99. *vers. amplia vndecimò,* quod excommunicatus est non solùm percutiens clericum, sed consanguineum clerici, de quo tamen vide citatos per Cened. *ad Decretum collect.*24.*num.*15. 5

Consanguinei vocantur, qui se sanguine contingunt, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §.1. *gloss.*9.*num.*4. *&* 5. & qui illorum appellatione veniant, dixi latè *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. verbo consanguineus.* 6

In gloss. *Alios.* ibi, *nec est ob hoc odiosa, immo fauorabilis Ecclesiarum fauore.* Notatur ad hoc, quòd potius est considerandus fauor, quàm odium, vt per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell.* §.6. *proœm. n.*37. 7

Idem ad hoc, quòd dispositio censetur fauorabilis, aut odiosa ex principali intentione disponentium, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §.30. *gl.*1.*n.*5. Sanch. *de matr. lib.*1. *disp.*1.*n.*4. 8

Item ad hoc quòd lex quamuis pœnalis lata prin- 9

 cipaliter

cipaliter in fauorem animarum, & ad peccatum vitandum, est fauorabilis, & extendenda ex identitate rationis, vt per Couar. *in cap. alma mater, part. 2. §. 4. num. 7. vers. tertio, & lib. 1. var. cap. 11. num. 5.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. ecclesiast. q. 541.* Aym. *de antiquit. temp. part. 4. §. videamus num.* 10. Villag. *de extens. legum rab. de extens. legis correctoria & pœnalis simul num.* 80. Menoch. *remed. 6 recup. num.* 15. Flamin. Paris. *de resigat. lib. 12. quæst. 2. num.* 17. Sanchez. *de matrimon. lib. 1. disput. 39. num. 5.* Farinac. *frag. crimin. p. 1. litt. F. n.* 111.

10 Item ad hoc quòd constitutiones pœnales ex identitate rationis sunt extendendæ fauore piæ causæ, vt per Tiraq. *de priuilegiis piæ causæ priuil.* 161. Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 10. n.* 206. Aym. *de antiq. temp. p. 4. §. videamus n.* 17. Euerard. *in loco à ratione legis larga n.* 68 Farin. d. *litt. E. nu.* 100. vbi *num.* 114. limitat si agatur de præiudicio alterius piæ causæ.

S V M M A R I V M.

1 *Vsurpantes de nouo custodiam vacantium Ecclesiarum, clerici, & Monachi hoc fieri procurantes, nec non clerici se talibus non opponentes, quas pœnas incurrant, ostenditur, & num. 2.*
3 *Vsurpantes de nouo sibi iuspatronatus à locis piis vacantibus, sunt excommunicati.*
4 *Verbum*, subiacere, *non denotat latam sententiam.*
5 *Ius præsentandi potest præscribi per laicos etiam in Ecclesia libera.*
6 *Iuspatronatus acquiritur præscriptione immemoriali cum multiplicatis præsentationibus & c ntinuis per annorum L. spatium.*
7 *Masculinum concipit fœmininum in fauorabilibus secus in odiosis*
8 *Sylua cadua quæ dicatur.*
9 *Silua non cadua in fructu non venit.*
10 *Verbum* reditus, *est nomen generale.*
11 *Verbum* fructus *à verbo* reditus, *in quo differat, ostenditur.*

Cap. Generali. XIII.

1 OCcupantes de nouo custodiam, regalia, vel guardiam alicuius Ecclesiæ, vel loci pij, & vsurpantes bona Ecclesiarum vacantium, & clerici, vel monachi hoc fieri procurantes, sunt ipso facto excommunicati. Item illi, qui, vt debent, non se opponunt talia facientibus, non possunt pro eo tempore de prouentibus Ecclesiæ participare. Item qui ex fundatione beneficiorum, vel antiqua consuetudine & approbata sibi vendicant tale ius, non vsurpent per se, vel per ministros ea, quæ non pertinent ad redditus, seu fructus tempore vacationis, sed ipsorum custodiam habeant, & in bono statu conseruent. Collig. ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 171. *in compend. pag.* 65. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text desumunt Memor. clericorum *cap. 9. excomm.* 42. Filiuc. *tract. 14. num. 53. vers. 3. & nu. 56. & n. 99. vers. 4. & num.* 106. Gambar. *de casibus reseruat. cap. 10. nu. 2. in fine, & n. 3.* Raines. *in catalogo censurarum extra Bullam c. 9. excom.* 44. vbi cum Soar. *tom. 5. disp. 23. sect. 4. num. 6.* notat occupationem bonorum cum effectu & simul vsurpationis conatum requiri ad contrahendum hanc censuram, refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 50. n.* 203. in vlt. impress. Lugdun. nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam disp. 2. q. 2. puncto.* 23.

Seu quibuslibet aliis piis locis, &c.] Notatur ad hoc 3
quòd vsurpantes de nouo sibi iuspatronatus à locis
piis vacantibus sunt excommunicati, vt per Nauarr. *in
man. cap. 27. nu. 120.* Clar. *recept. sent. lib. 5. §. fin. q. 77.
num. 29.*

Regalia.] Regalium appellatione quæ comprehendantur & veniant? vide Mastril. *de Magistratib. lib. 1. cap. 5. ex num. 2. & lib. 3. cap. 4. per tot.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 1. & tribus seqq.* & latissimè *cap. 41. per tot.* Henric. Bocer. *de Regalib. lib. 3. cap. 1. & seqq. & de inuestitura cap 3.* Alfar. *de officio fiscales gloss. 2. & 20.* Card. Tusch. *tom. 6. litt. R. concl. 82. & 83.* Calixt. Ramirez *de lege Regia §. 25. 26. & 27.*

Eo ipso excommunicationis sententia, &c.] Notatur 4
ad hoc, quòd verbum, *subiacere*, non denotat latam
sententiam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur n. 133. C. de reuoc. donat.*

Ex antiqua consuetudine, &c.] Ergo ius præsentandi 5
potest præscribi per laicos etiam in Ecclesia, vt per
Couar. *in reg. possessor. §. 10. nu. 2. prope finem*, Camill.
Bortell. *in summ. omnium decis. tit 32. num.* 91. Nicol.
Garc. *de benefic. p. 5. cap. 9. num.* 82. Acquiritur enim 6
præscriptione immemoriali cum multiplicatis præsentationibus, & continuis per quinquaginta annorum spatium, vt notant Perez *l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 137. & 143.* Ceuall. *commun. contra. commun. q.* 614. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q.* 11. Rot. *dec.* 502. *n.* 2. apud Farin. *in 2. collect. nouissimarum*, aliàs *part. 4. diuers.*

In gloss. *Vniuersos*. ibi, *in fauorabilibus masculinum* 7
concipit fœmininum, in odiosis non. Ita Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum, & vxorem §. 69. n. 25. & seq.* Veluti in testamentis, iuxta tradita per Costam. *in c. si pater, de test. hoc lib. p. 1. verbo. si absque liberis n.* 24.

In gloss. *Reditus*. ibi, *vt sunt sylua cadua.* Dicuntur 8
autem, quæ diuidi, & scindi possunt, vt ex bonis Auctoribus probaui *in meo Dictionario Lusitanicolatino,*
verbo denesa pag. 390. Et solet hæc glossa notari ad 9
hoc quòd sylua non cædua in fructu non venit, vt per Boër. *decis. 51. n.* 1.

In ead. gloss. ibi, *nota quòd omnis fructus consistit in* 10
redditu. Ergo verbum *Redditus*, est nomen generale, & plus est in redditu, quàm in fructu, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 6. in princ.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel §. 7. proœm. num.* 194. cum aliis per me citatis *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. verbo Reditus.*

In quo autem differat verbum, *Fructus*, à verbo, 11
Redditus, vide D. Barbos. *in l. fructus num. 63. ff. soluto matrim.* & citatos à Valdes. ad Soar. *p. 2. ad l. 1. tit. de las ganancias lib. 3. fori n. 63. pag. 25. col. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Parochialis Ecclesia nemini cõferatur, qui nõ sit idoneus scientia, moribus, & ætate, & si conferatur non attingẽti 25. annum non valet collatio, ille autem, cui talis Ecclesia collata fuerit, tenetur personaliter, infra annum Sacerdos fieri, si autem promotus non fuerit elapso anno priuatus est ipso iure.*
2 *Beneficia habentia curam iurisdictionalem non comprehenduntur sub dispositione huius text.*
3 *Morum probitas requiritur ad beneficia.*
4 *Beneficium curatum nemini concedi potest, qui non attigerit 25. ætatis suæ annum.*
5 *Parochus tenetur in sua Ecclesia residere.*
6 *Parochus cogendus est habitare in domo Ecclesiæ at si illam non habeat Ecclesia, in propinquiori intra limites Ecclesiæ*

7 *Promissus*

7 *Prouisus de beneficio Curato tenetur infra annum promoueri in Sacerdotem, aliàs vacat ipso iure, si canonicè possideat, vt n. 9.*

8 *Parochialem obtinens si Sacerdos non fiat, potest in vltima die anni eam resignare in fauorem.*

10 *Licentia ad dicendum vbi parocho conceditur, debet esse in scriptis expressa.*

11 *Ordinariis non est hodie sublata facultas ita & taliter quòd non possint iuxta formam Concilij Tridentini aliquibus iustis de causis licentiam concedere recedendi à parochiali ad aliquod tempus breue.*

12 *Parochus sine licentia Episcopi iusta causa an possit abesse ad duos menses continuè, vel diuisim, ostenditur & num. 13.*

14 *Pœna huius text. non habet locum in Decanis, præpositis, Abbatibus, prioribus, Archipresbyteris curam animarum. sed non Parochialem Ecclesiam, habentibus.*

15 *Pœna huius text. non afficit eos, qui præficiuntur Ecclesiis Collegiatis, quæ aliàs Parochiales quoque sunt.*

16 *Parochiali Ecclesiæ habitu tantum, & non actu Parochianos habenti qui præficitur, non tenetur infra anni spatium Presbyter fieri.*

17 *Parochialis habitu respectu populi non obligat ad residentiam, nec ad Sacerdotium, nec inducit incompatibilitatem.*

18 *Parochiales Ecclesiæ accessoriè vnitæ non obligant ad residentiam, nec ad sacerdotium.*

19 *Iudex appellationis non tenetur quoad ordinem iudiciarium seruare leges illius fori à quo appellatum est, sed potius proprij tribunalis instituta.*

21 *Verbum, esse, denotat nullitatem ipso iure.*

Cap. Licèt canon. XIV.

1 NVllus ad regendam parochiam assumatur nisi sit idoneus moribus, scientia, & ætate. Prouisio de Parochiali facta non habenti viginti quinque annos est nulla, & postus tenetur personaliter residere: potest tamen Ordinarius dispensare super residentia ad tempus cum causa rationabili. Item infra annum à tēpore commissi regiminis ordinetur Sacerdos, aliàs est ipsa Ecclesia priuatus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 172.* Alag *in compendio pag. 66.* remissiuè Casal. *in annot. & Ximen. in concord part. 1. & 2.*

Latè de materia huius text. tractaui *de officio, & potestat. Parochi cap. 5. per tot.*

2 *Vt nullus ad regimen Parochialis Ecclesiæ.*] Ergo beneficia habentia curam iurisdictionalem, cùm impropriè & largè dicantur curata secundùm Doct. citatos *in collect. ad cap. dudum 54. num. 12. hoc titul.* non comprehenduntur sub dispositione huius text. vt per Steph. Gratian. *discept. forens. c. 133. n. 31.*

3 *Nisi sit idoneus moribus.*] Notatur ad hoc, quòd ad beneficia requiritur morū probitas, vt per Filliuc. *tom. 3. tract. 4. c. 5. num. 40.* & faciunt quæ dixi *in collect. ad cap. cum in cunctis num. 9. hoc tit. in Decretalib. & de tract. de officio Parochi c. 2. à n. 3.*

4 *Qui non attigerint vigesimum quintum annum.*] Notatur ad hoc, quòd beneficium Curatum nemini concedi potest, qui non attigerit vigesimum quintum ætatis suæ annum, vt per Doctores, quos citaui *d. cap. cum in cunctis num. 34* quibus adde. Nauar. *in man. cap. 25. num. 116.* Gutier. *lib. 1. canon. c. 26. n. 3.* Hoied. *de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 24. num. 19.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 12.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. cap. 5. num. 29.* Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habentis concursum prælud. 3* & illos nouissimè citaui *in tract. de officio Parochi c. 2. n. 6.*

Residere personaliter teneatur, &c. Collige ex text. Parochum teneri in sua Ecclesia residere, de quo & pluribus aliis ad materiam residentiæ spectantibus, vide Concil. Trid *sess. 6. de reform. cap. 1. & 2. & sess. 23. de reformat. cap. 1.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 121.* Mandos. *in praxi signaturæ, in verbo dispensat. de non residen* Couar. *lib. 3. variar. c. 13. num. 9.* Rebuff. *in praxi tit. de non residendo nu. 20. & 66.* Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 2. à n. 2.* Gallet. *in margarita casuum. Conscientia, verbo, Residentia.* Armendar. *in addit ad recopil. legum Nauarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. sub tit. Sed an. Parochi debeant. residere in suis Curatis.* Cened. *ad Sextū collect. 30. nu. 2.* Ioan. Valer. *de different. inter. vtrumque forum, verbo Parochus differ. 3.* met ipsum *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 53. nu. 75. cum seqq. & d. tract. de officio Parochi cap. 8.* Super residentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium & residere debentium emanauit *Constit. Pij IV. incip. In suprema, sub Dat. Kalend. Decemb. 1564.* 5

Parochum cogendum esse habitare in domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia non habeat illam, in propinquiori intra limites Ecclesiæ, referunt decisum. Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 21. num. 179. in. 21. declar.* Armendar. *citato loco num. 150.* Sanctarel. *variar. resol. q. 4. num. 46.* 6

Et infra annum, &c.] Notatur ad hoc, quòd prouisus de beneficio Curato tenetur infra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum, promoueri in Sacerdotem, aliàs vacat beneficium ipso iure; vt per Nauar. *in man. cap. 25 num. 117. vers. octauo,* Rebuff. *in praxi benefic. tit de non promouen. intra annum, à princip.* Hoied. *de incompatib. benefic. part. 1. c. 24. n. 19.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo. beneficia, vers. dico. quartò. principaliter,* Spin. *in speculo testament. gl. 4 princip. n. 65.* Azeued. *cons. 9. n. 25.* Morl. *in emporio iuris part. 1. q. 9. nu. 45.* Salçed. *ad. Bernard. in pract. cap. 55.* secundùm nouiss. impress. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 8. q. 2.* Cened. *d. collect. 30. n. 2. vers. & quidem.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 2988.* vbi ait quòd parochialis Ecclesia si confertatur nō Sacerdoti, tenet collatio, sed infra annum tenetur ad Sacerdotium promoueri, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. nu. 57.* vbi subdit quòd quando obtinens aliquam Ecclesiam Parochialem non promouetur intra annum ad Sacerdotium, tunc alapso anno vacat d. Parochia ipso iure. Vnde in fine anni, & vltima die poterit Parochialem resignare in fauorem alicuius, vt tenet Flamin. Paris. *de resig. benefic. lib. 3. q. 2. & q. 5. nu. 4.* vide latiùs *infrà ad cap. commissa 35. hoc eod. tit.* 7 8

Procedit huius tex dispositio, & intelligitur quando prouisus de Parochiali eam canonicè possedit vltra annum, & non se promouerit in futurum, secus verò si non canonicè, quo caso non vacat, vt per Mascard. *de probation. concl. 885. num. 16.* Erit sanè Parochus à prædicta pœna immunis in casu decisionis à Sacra Congregatione Concilij emanata, his verbis. *Pœna Canonis præscripta ei, qui intra annum Sacerdotium non susceperunt, non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis pacificæ, vel infra tempus comparuit, & se promoueri petiit, offerens quantum in eo est se paratum ad suscipiendum Sacerdotium, sed ordinarius noluit eum propter illiteraturam, vel aliam causam promouere,* refert Salzed *d. cap. 55. in princip.* Anton. Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3. c. 13. §. 1. num. 1.* ego ipse *d. tract. de officio Parochi cap. 5. num. 20.* 9

Super

10 *Super residentia verò*, &c] Attenta dispositione Concil. Trident. *sess.23.de reform.cap.1.propè finem*, discendi licentia in scriptis, gratisque concedenda vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa, Parochis non datur per Episcopum; vnde non sufficere licentiam tacitam, sed opponere expressam resoluunt Nic. Garc. *d.part.3.cap.2.num.35*. Armendar. *d.loco n.164*. Ego ipse *d.alleg.53.num.95.& 99*. Sanctarel. *var.resol. q.5.num.16*.

11 Per Motum proprium Pij V. publicatum mense Iunij 1568. super residentia Canonicorum habentium Parochiales, non fuisse ablatam Ordinariis facultatem, ita & taliter quòd non possint iuxta formam Cóc. Trid. aliquibus iustis de causis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modò ea vtantur intra limites præscriptos à Concil. Trid. *d. cap.1*. referunt decisum Nic. Garc. *d.c.2.n.179*. Armendar. *d.loco.n.78*.

12 Quæstio est dubia an Parochus sine licentia Episcopi ex iusta causa possit abesse ad duos menses continuè, vel diuisim? Affirmatiuam opinionem tenent Salzed. *ad Bernard.cap.54.lit.C.vers.Illud verò* Zerol. *in praxi Episcop.p.1.verbo priuatio §.4.dub.3.& verbo Parochus §.2*. Lælij. Zech. *de casibus reseruatis casu 3.& de Republ.tit.de beneficiat.num.6*. Paul. Comitol. *responsor moral.lib.1.q.59.nu.3*. Fr. Emman. *in summ.tom.2.c.36.in fine*, Azor. *instit.moral.part.2.lib.7.cap.4.q.9.& 10*. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiastic.part.3.cap.1.nu.19.& 21*. Sanch. *de matrimon.lib.3.disp.31.num.11*.

13 Verùm probabilius est Parochos etiam ex iusta causa non posse abesse primo bimestri sine Episcopi facultate, vt resoluunt Lessi. *de instit.lib.2.c.34.dub.29.num.159*. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.15.§.5.num.2*. Anton. Gom. *in explicat.Bullæ Cruciatæ cap.7.in 4.claus.num.22*. Posseu. *de officio Curati cap.1.n.11*. Nicol Garc. *d.p.3.cap.2.num.23*. Sanctarel. *var.resol. q.4.num.12*.

14 In gl. *Parochialis*. ibi, *sed nunquid erit idē in Decanatu, & aliis dignitatibus*. &c.]Notatur ad hoc, quòd huius text. pœna vires, & locum non habet in Decanis, Præpositis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris curam animarum quidem, sed non Parochialem Ecclesiam habentibus, vt per Boër. *decis.119.num.fin*. Azor. *institut.moral.part.2.lib.6.cap.8.q.3*.

15 In ead. gloss. ibi, *non habet locū hæc constitutio in Parochialibus Collegiatis*, &c.]Notatur ad hoc, quòd pœna huius tex. non afficit eos, qui præficiuntur Ecclesiis Collegiatis, quæ aliàs. Parochiales quoque sunt, vt per Azor. *institut.moral.part.2.lib.6.cap.8.quæst.4*.

16 In ead. gloss. ibi, *Quid si Ecclesia olim habuit Parochianos*, &c. Notatur ad hoc, quòd qui Ecclesiæ Parochiali habitu tantùm, & non actu Parochianos habenti præficitur, non tenetur lege, quæ lata est in hoc text. nempe. quod deceat intra anni spatium Presbyter fieri, vt per Rebuff. *in praxi benefic.tit.de pro- motis intra annum n.34*. Federic. de Senis *cons.183*. Nauar. *cons.4.de præbend.in antiq*. Azor. *institut. mor. part.2.lib.6.cap.8.q.9.& lib.9.c.3.q.14.vers. quæstionis dubia est*. Rota apud. Farin. *part.4.suæ praxis crimin. dec.112*. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium. Ecclesiæ existent.lib.1.cap.14.num.2*. vbi *nu.4.*
17 *&* 5. subdit huiusmodi Parochialem habito respectu populi non obligare ad residentiam, nec ad Sacerdotium, neque inducere incomparabilitatem.

18 Et dispositionem huius text. non habere locum in Parochialibus Ecclesiis accessoriè vnitis resoluunt Rebuff. *d.tit.de non promot.intra annum num.29.vers. ideo quia possedit*, Boër. *decis.119.num.7*. Azor. *d.lib.6.cap.8.q.8*.

In gl. *de cætero*. ibi, *si autem Constitutio loquitur*, &c. 19
Notatur ad hoc, quòd iudex appellationis non tenetur quoad ordinem iudiciarium seruare leges illius fori à quo appellatum est. sed proprius potius tribunalis instituta, vt per Couar. *variarum lib.2.cap.12.num.5*.

In gloss. *Carere*. ibi, *ipso iure*. Vide quæ de hoc verbo 20
dixi *in tract.de dictionibus vsufreq.dict.53*. secundùm Lugdun. impress.

In gloss. *Priuatus*. ibi, *ipso iure*. Vide Gonzal. *ad* 21
reg.8.Cancell.gl.32.n.36. vbi quod verbum, *esse*, denotat nullitatem ipso iure, de quo ego ipse *d.tract.de dictionib.vsufreq.dict.108.n.2*.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis Ecclesia commendari non debet, nisi constituto in ætate legitima, & Sacerdotio, & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate, & vna solùm, & per sex menses tantùm, quod contra prædicta factum fuerit, est irritum ipso iure*

2 *Ordo vbi requiritur de tempore prouisionis non sufficit sola aptitudo*

3 *Parochialis Ecclesia non potest per Episcopum commendari nisi clerico ætatem legitimam & Sacerdotium habenti.*

4 *Commendare ad sex menses potest Episcopus Parochiales Ecclesias, & alia beneficia, quibus inest cura animarum.*

5 *Episcopus, qui ad sex menses parochialem commendauit, non potest ante semestre tempus motu suo commendationem reuocare.*

6 *Commendatarius fit de depositario similis.*

7 *Commendatarius temporalis non facit fructus suos, nisi quatenus ad congruam sustentationem sibi & suis ministris opus sit.*

8 *Beneficia iurispatronatus non possunt dari in commendam sine consensu patroni.*

9 *Ecclesia finite vno semestri, si adhuc durat eadem necessitas, vel vtilitas, poterit per aliud semestre commendari.*

CAP. Nemo deinceps. XV.

PArochialis Ecclesia commendari non debet nisi 1
habenti legitimam ætatem, & Sacerdotium, & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate, & vna solùm, & per sex menses tantùm, ita vt quicquid contra factum fuerit, irritum sit. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration.lib.1.pag.175*. Alag. *in compend.pag.67*. remissiuè Ximen. *in concord.part.1.& 2*.

In ætate legitima, & Sacerdotio.] Ergo vbi requiri- 2
tur Ordo de tempore prouisionis, non sufficit sola aptitudo, & sic ætas ad Ordinem necessaria, vt per Abb. *in cap cum cunctis §.inferiora, hoc tit.in Decretal. sub num.10.ad fin.vers.sed secundo casu, & ibi* Dec. *sub n.21.ad fin.vers.secunda conclusio, & n.22.& cons.127.n.5*. Paris. *cons.50.à n.12.lib.4*. Roch. *de iure patr. in verbo honorificum q.4.n.26*. Lambertin. *in simili tract.lib.2.part.1.q.2.art.22.n.8.& 29*. Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gl.5.in princ.nu.105*. Melch. Lotter. *de re benefic.lib.2.q.47.n.10*. Rot. *decis.216.n.1*. apud. Farin. *part.2.recent*.

Notatur etiam ad hoc, quòd Parochialis Ecclesia 3
non potest per Episcopum commendari nisi clerico ætatem

ætatem legitimam, & Sacerdotium habenti, vt per Azor. *inst. mor. part. 2. lib. 6. c. 8. q. 7.* meipsum *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 59. n. 23. & de officio, & potest. Parochi, c. 5. num. 4.*

4 *Declaramus vltra semestris temporis spatium non durare.* Notatur ad hoc, quòd Parochiales Ecclesias, & alia beneficia, quibus incest animarum cura, potest Episcopus ad sex menses commendare, vt per Lambertio. *de iurepatr. lib. 2. part. 3 q. 7. art. 1. & p. 2. q. 1. art. 29. & 30.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. c. 10. n. 378.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 3. n. 132.* quos refero ego ipse *d. alleg. 59. n. 15.*

5 In ead. gloss. *Commendare.* ibi, *Sed quæro an per Ordinarium reuocari poterit,* &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus, qui ad sex menses Parochialem commendauit, non potest ante semestre tempus nutu suo commendationem reuocare, vt per Rebuff. *in praxi tit. de commendis num. 58.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 13. q. 6. vers. quæres.* Verius tamen credo huiusmodi commendatarium, cùm nec in re, nec ad rem ius habeat, posse ad libitum reuocari, vt per gloss. *in cap. si consti terit, de accusat. & in cap. quiplures 21. q. 1.* Mendos. *reg. 39. quæst. 3. num. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 8. num. 35. & 37.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 4. c. 4. à num. 53.* vbi distinguit *à num. 54.* refero ego ipse *d. alleg. 59. num. 18.*

6 In ead. gloss. ibi, *idem est quod deponere.* Notatur ad hoc, quòd commendatarius fit depositario similis, vt per Menoch. *remed. 15. recuper. num. 38. cum seqq.* refero ego ipse *d. alleg. 59. num. 10.*

7 In ead. gl. ibi, *sed nunquam facit iste fructus suos,* &c. Notatur ad hoc, quòd commendatarius temporalis non facit fructus suos nisi quatenus ad congruam sustentationem sibi & suis ministris opus sit; reliquũ, quod superest, in vtilitatem Ecclesiæ conuertendo, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 8. n. 39.* vbi *n. 5.* secus dicit in commendatario perpetuo.

8 In ead. gloss. ibi, *nunquid ad talem commendam vocabitur patronus,* &c. Notatur ad hoc, quòd beneficia iurispatronatus non possunt dari in commendam sine consensu patroni, vt per Famio. *de resign. benefic. lib. 2. q. 4. n. 13.* vbi *num. 14.* subdit quòd secundùm magis communem opinionem constitui potest pensio in beneficio iurispatronatus sine consensu patroni, de quo tamen vide per me dicta citata *alleg. 59. n. 6. & 15.*

9 In gloss. *Durare.* Notatur ad hoc, quòd Ecclesia finito vno semestri, si adhuc duret eadem necessitas vel vtilitas illius, potest per aliud semestre commendari, vt per Gonz. *d. gl. 5. §. n. 35.* quem refero ego ipse *d. alleg. 59. n. 24. in fin.* Azor. *inst. mor. p. 2. l. 5. c. 29. q. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Tempora ad expeditionem litterarum vtilia statuit, & confirmat hæc Decretalis.*
2 *Episcopalium Ecclesiarum prouisionem summus Pont. sibi reseruauit, vt tollerentur discordiæ, quæ quotidie oriebantur in electionibus Episcoporum à Capitulo, & Canonicis faciendis.*
3 *Regibus Coloniæ, Galliæ, Hispaniæ, atque Lusitaniæ potestas nominandi Episcopos data est.*
4 *Dictio,* Quòd si, *est aduersatiua in iure, & in facto.*
5 *Actorũ productio non sufficit nisi integrè facta fuerit.*
6 *Expensæ necessariæ, quas facit Capitulum pro electione Prælati, de bonis Prælaturæ fieri, vel reddi debent.*
7 *Verbum,* priuentur, *importat sententiam ferendam, nisi præcedat dictio,* ipso facto.
8 *Dictio,* Et tunc, *si adiiciatur verbo futuri temporis, habet vim latæ sententiæ.*
9 *Retractio, & cessatio actus est pœna.*
10 *Electores, qui electionem non præsentant electo, & eius consensum petunt intra octo dies, quam pœnam incurrant, ostenditur.*
11 *Vacatio per mortem, & vacatio per resignationem equiparantur.*
12 *Cessante causa impulsiua non cessat effectus.*
13 *Calumniis, mendacio vel falsitate contra aduersariũ vti nulli licet in iudicio, quamuis iustè litiganti.*
14 *Causam iustam fouens potest aduersarium decipere.*
15 *Resignans vt constituatur in mala fide, non requiritur intimatio litterarum, sed sufficit scire, vel esse plenè informatum renunciationem admissam fuisse per superiorem iuxta formam mandati.*
16 *Notitia certa est, & indubitata eius rei, quam à fide dignis accepimus.*
17 *Dies vnd pro quiete in qualibet septimana dari debet.*
18 *Dies festi, quibus iter confici non licet, è præstituto tempore ad iter conficiendum sunt subducendi.*
19 *Moræ purgatio non admittitur cũ quid fit ipso iure.*
20 *Legum correctio non inducitur per subauditos intellectus.*
21 *Nuncium, qui misit ad proponendum, ipseque nuncius impeditus fuerit, & hoc constet, non nocebit mittenti.*
22 *Impeditus actum facere in termino statuto, non excusatur nisi protestationem faciat.*
23 *Protestatio alia necessaria non est quando quis fecit ex parte sua, quod potuit.*
24 *Protestari semel sufficit.*
25 *Oblatio, interpellatio, aliaue denunciatio fieri debet in longo, congruo, competenti, & opportuno.*
26 *Appellari non potest à pœna legis, à pronunciatione tamen & declaratione ipsius bene potest appellari, si constat eum non incidisse, vel est dubium.*
27 *Electio concors non dicitur nisi cum omnes consentiunt nemine discrepante.*
28 *Delictum vbi à pluribus committitur, & certum sit vnum ex illis commisisse illud, nec tamen constet quis eorum fecerit, quis puniendus, remissiuè.*
29 *Episcopus non potest absoluere à suspensione lata in pœnam alicuius delicti etiam à iure, siue temporalis, siue perpetua sit.*
30 *Iudex potest impertiri officium non petitum vbi vertitur animæ periculum.*
31 *Sententia lata contra electum, vel contra præsentatum ex defectu iuris præsentandi, aut eligendi, præiudicat præsentanti, & eligenti.*
32 *Sententia si semel fuit lata contra opponentem, non poterit amplius alius eundem defectum opponere.*

Cap. Cupientes. XVI.

Olim hæc Decretalis erat valde vtilis suo tempore antequam Papa electionem Episcopatuum sibi reseruasset, nam statuit, & confirmat tempora ad expeditionem Ecclesiarum vtilia, super quibus ex Ordinariis in præsenti scripserunt Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Aochatan. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 176.* Alag. *in compendio p. 67.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

Vt tollerentur discordiæ magnæ, quæ quoti- 2
die oriebantur in electionibus Episcoporum à Capitulo & Canonicis faciendis, cœpit Romanus Pontif. sibi reseruare Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales *in Extrauag. ad regimen, de præbend.* addita clausula, ibi, *nunc apud Sedẽ vacantes, vel in futurum vacaturas,* quæ reseruatio postea facta fuit simpli-

simpliciter,& generaliter quoad omnes Ecclesias Episcopales tam apud Sedem Apost. quàm extra Curiam in reg. 3. cancellariæ, vt refero ego ipse de officio, &
3 potest. Episcopi, p.1. tit.1. cap. 3. num. 27. vbi n. 28. obseruo in Regnis Coloniæ, Galliæ, Hispaniæ, atque Lusitaniæ potestatem nominandi Episcopos eorum Regibus datam fuisse,

4 Quid si per viginti,&c.] Collige dict. Quod si, in hoc text. esse aduersatiuam in iure, & in facto si ponatur sine copula. vt per Cened. post lib. pract. & canon. quæst. sing. 94. n. 4.

5 Personaliter præsentauerint.] Notatur ad hoc, quòd non sufficit productio actorum, nisi integrè facta fuerit, vt per Steph. Grat. discept. forens. cap. 121. num. 27. cum seqq.

6 De bonis ad prælatum,&c.] Notatur ad hoc, quòd expensæ necessariæ, quas facit Capitulum pro electione Prælati, de bonis Prælaturæ debent fieri, vel reddi, vt per Boër. decis. 134. num. 7. Gutier. canon. lib. 1. cap. 1. n. 129. cum seqq.

7 Priuentur.] Verbum hoc importat sententiam ferendam, vt per Sayr. in claui Regia lib. 3. cap. 8. n. 22. Cardos. in praxi iudicum, verbo verbum n. 21. Secus si præcedat dict. ipso facto, quia tunc latam sententiam importaret, ex traditis per Melch. Phœbos Lusit. decis. 88. n. 12. tom. 1.

8 Extunc. Hæc dictio si adiiciatur verbo futuri temporis habet vim latæ sententiæ, vt per Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur n. 141. C. de reuoc. don. Rebell. de oblig. iustit. p. 1. lib. 1. q. 6. n. 37. Sayr in claui Regia lib. 3. c. 8. n. 27.

9 Pœna plectenda &c.] Notatur ad hoc, quòd retractatio, cassatio actus est pœna, vt per Boër. decis. 1. n. 16.

10 Cæterum si eligentes,&c.] Notatur ad hoc, quòd post electionem factam tenentur electores electionem præsentare electo & petere consensum eius infra octo dies postquam commodè potuerint, alioquin negligentes excluduntur à prosequutione processus, & sunt suspensi per tres annos ab omnibus beneficiis ipsius Ecclesiæ, vt per Mirand. in man. prælat. tom. 2. quæst. 23. art. 10. concl. 3. Lauor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 18. n. 26. Tamburin de iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 7. n. 50. quos refero ego ipse de iure eccles. lib. 1. c. 19. num. 146.

Notatur etiam ad hoc, quòd electores Cathedralium, aut Regularium Ecclesiarum facta electione culpabiliter, omittentes electionem præsentare electo infra octo dies, postquam eam illi commodè præsentare potuerunt, suspensionem incurrunt, vt per Bonacin de suspensionib. omnibus in particulari disp. 3. q. 4. puncto 8. à princ. vbi n. 2. ait tunc dici commodè præsentare quando potest sine incommodo, quando autem quis dicatur non posse sine incommodo, standum est iudiciu prudentis viri. iuxta gloss. in c. quam sit, hoc eod. tit. & idem Bonac. ibid. post gloss. hic verbo qui culpabiles, & Mar. Alter. de censuris tom. 2. disp. 13. c. 3. col. 3. resoluit in foro externo præsumi suspensos, & aliis pœnis obstrictos, qui lapsis octo diebus electionem non præsentarunt, nisi probent se in culpa non fuisse, seu electionem commodè præsentare non potuisse. Et denique idem Mar. Alter. d. c. 3. col. 4. & Bonac. d. puncto 8. num. 4. Episcopum ac pœna suspensionis non affici.

11 In gloss. Vacationibus. Notatur ad hoc, quòd per renunciationem non minus vacatio successionis contingit quàm per mortem, vt per Auendan. ad l. 45. Tauri gloss. 2. n. 4. nam vacatio per mortem, & vacatio per resignationem æquiparantur, Flamin. de resignat. benef. lib. 1. q. 5. n. 4. & q. 6. n. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. §. 5. proœm. n. 25.

In gloss. Periculosis. ibi, non cessat constitutio, &c. 12
Notatur ad hoc, quod cessante causa impulsiua non cessat effectus, & sic dispositio, vt per Gig. de pensionib. q. 22. num. 2. Tiraquel. in tract. cessante causa limit. 1. num. 2. Ludouic. Rodolphin. quæst. variar. lib. 2. q. 35. num. 10.

In gloss. Malignantium ibi Non autem malitiosas. & falsas,&c. Notatur ad hoc, quòd nulli, quamuis iustè litiganti, seu iustam causam defendenti, licitum est in iudicio calumniis, mendacio, vel falsitate contra aduersarium vti, vt tradunt D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. Sot. de iustit. lib. 5. q. 6. art. 2. Siluest. in summ. verbo accusatio num. 11. Boss. in pract. crim. tit. de responsionib. à reo faciendis num. 18. Cou. lib. 1. var. cap. 2. n. 1. ad fin & alij citati per Cened. ad Decretum collect. 43. n. 11. nec etiam ad repellendas, & effugiendas aduersæ partis cauillationes, & fraudes licitum est mendacio, calumnia, vel falsitate vti, vt tenent D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 3. Cou. citato loco. 13

In ead. gloss. ibi, consueuit dici quòd qui habet ius in principali, &c. Notatur ad hoc, quòd pars fouens iustam causam, potest aduersarium decipere, vt per Tiraq. de retract. lig. in præfat. n. 71. Perez l. 2. vers. sed dubitatur tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 402. l. 1 vers. & in primis tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 542. 14

In gloss. Notitiam. ibi, certam & indubitatam. Ex hac glossa colligit Nicol. Garc. de benef. part. 2. cap. 1. num. 134. quòd ad constituendum resignantem in mala fide non requiritur intimatio literarum, sed sufficit scire, vel esse plenè informatum renunciationem admissam fuisse per superiorem iuxta formam mandati. 15

In ead. gloss. ibi, vel homines fide digni referunt pro certo Notatur ad hoc, quòd notitia certa est, & indubitata eius rei, quam à fide dignis accipimus, vt per Tiraq. de pœnis temp. causa 52. n. 31. & de retract. lig. §. 36. gl. 2. n. 30. & 31. 16

In gloss. Commodè. ibi, pro illa dabitur vna dies. Notatur ad hoc, quòd debet dari vna dies pro quiete in qualibet septimana, vt per Greg. l. 4. verbo non perdiesen tit. 16. p. 2. 17

Notatur ad hoc, quòd festi dies, quibus iter confici non licèt, ex præstituto tempore ad iter conficiendum sunt subducendi, vt per Menoch, de arbitr. casu 2. num. 17. 18

In gloss. Expectari. ibi, quod cùm hæc sententia lata sit à Canone. Notatur ad hoc, quòd moræ purgatio non admittitur cùm quid fit ipso iure, vt per Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur n. 310. C. de reuoc. don. Tempus enim à lege præstitutum ita demum tantùm inducit priuationem iuris absque moræ purgatione, si sit canon latæ sententiæ, secundùm Tiraquel. de retract. lig. §. 3. gl. 4. in princ. 19

In gloss. Petere, ibi, iura reuocanda non sunt, &c. Notatur ad hoc, quòd legum correctio non iudicetur per subauditos intellectus, vt per Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 2. n. 14. ad fin. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 38. n. 3 & dicit hanc gl. singularem Perez l. 1. gl. 3. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 111. in princ. 20

In gl. Proposita, ibi, si misit nuncium ad proponendũ, & nuncius impeditus fuerit, & de hoc constet non nocebit Idem tenet Tiraq. de retract. lig. §. 12. gl. 3. Et sufficit tantùm probare impedimentum, vt obseruat Boër. dec. 40. n. 5. 21

In ead. gloss. ibi. protestatur, &c. Notatur ad hoc, quòd protestationem nisi faciat impeditus actum facere in termino statuto non excusatur, & ita debet protestari per se non stare, vt per Bernard. reg. 615. Rebuff. in tract. de pacif. possess. n. 310. Gutier. pract. 22
lib. 1. q. 55. n. 2. Verum Rota sequitur opinionẽ quòd 23
quandu

quando quis fecit ex parte sua, quod potuit, non est necessaria alia protestatio, Crescent. *decis.5.de except.* Verall. *decis.73.part.2.* in impressis, & fuit dictum *in Tullen. coadiutoria 17. February* 1614. coram Card. Sacrato, impressa per Farinac. *decis.567.n.7. part.2. recent.* & resoluunt Ludouic. Gom. *super reg. de annali quaest.76.ad fin.* Lancellot. *de attent. part.2.c.12.ampl. 1.num.65. cum seqq.*

25 In ead. gloss. ibi. *coram ostiariis.* Notatur ad hoc quòd oblatio, interpellatio, aliàue denunciatio fieri debet in loco congruo, competenti, & opportuno, vide Tiraq. *de retractu lig. ad fin. tit. num.* 84.

26 In gloss. *Priuatos*, ibi, *quia à pœna legis, vel canonis non appellatur.* Notatur ad hoc quòd licèt à pœna legis non appelletur, à pronunciatione tamen, & declaratione ipsius bene potest appellari, si constat eum non incidisse, vel est dubium, vt per Gutier. *practic. lib.1. quaest.50. num.2.*

27 In gloss. *Concorden.* ibi, *nemine discrepante.* Notatur ad hoc, quòd concors electio non dicitur nisi cùm omnes consentiant nemine discrepante, vt per Azor. *instit. moral. p.2. lib.10.c.4.q.2. vers. obiicies.*

28 In gloss. *Qui culpabiles*, ibi, *si hoc ignoretur quid erit? videtur quòd nullus incidat in pœnam*, &c. Ergo si certum sit vnum ex pluribus aliquẽ interfecisse, vel aliud delictum commisisse, nec tamen constet quis eorum fecerit, nullus puniendus est, de quo tamen, cùm sit valde controuersum, vide Plac. *in epitome delict. cap.12. in princ.* Clar. §. *homicidium vers. alia etiam est defensio.* Anton Thesaur. *Pedem. decis. 31. n.3.* Menoch. *de arbitr. casu* 362. Tiraquel. *de pœnis temperan. causa 63. à princip.* latè Farin. *in praxi crimin. par.4.q.95. num.23. cum seqq.*

29 In gloss. *Suspensos.* ibi, *& si quaeratur*, &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus non potest absoluere à suspensione lata in pœnam alicuius delicti etiam à iure, siue temporalis, siue perpetua sit, vt per Gutier, *canonic. quaest. lib.1.c.5.n.4.* Sanch. *de matrimon. lib.3. disput.52. num.2.*

30 In gloss. *Contumacia.* ibi, *sicut & vbicunque*, &c Notatur ad hoc quòd iudex potest impertiri officiũ non petitum vbi vertitur animae periculum, vt per Tiraq. *de priuileg. pia causa priuil.* 152.

31 In gloss. *Nullum praeiudicium.* Notatur ad hoc, quòd sententia lata contra electum, vel contra praesentatum ex defectu iuris praesentandi, aut eligendi, praeiudicat praesentanti, & eligenti, vt per Couar. *pract. c.14. num.1. & 2.*

32 Notatur etiam ad hoc, quòd si semel lata fuit sententia contra opponentem, non poterit ampliùs alius eundem defectum opponere, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. limita. vigesimosexto.*

SVMMARIVM.

1 *Vrbis ad Regimen qui eligi non possunt, ostenditur, & num. 2.*
4 *Constantini de donatione vbi tractetur, remissiuè.*
5 *Roma prima Sedes, & vniuersalis Ecclesia primatus iure diuino est collocatus.*
6 *Cardinalium officium est assistere Papa.*
7 *Marchio quis dicatur, remissiuè.*
8 *Dux quis dicatur, & de eius origine, remissiuè.*
9 *Comes quis, & vnde dicatur, remissiuè.*
10 *Baro quis vocetur.*
11 *Lex in qua ponuntur verba per quae redditur irrita, & inanis actio, aut possessio, quae in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet.*
12 *Verbum duplex, siue geminatum futuri temporis quando est in eadem constitutione, tunc est lata sententia.*
13 *Satrapa dicuntur sapientes.*
15 *Princeps dicitur ille, qui primum locum obtinet*
16 *Paulus tertius Romanus dicatur.*
17 *Roma vnde dicatur.*
18 *Etymologia, & allusio in quo differant.*

CAP. Fundamenta. XVII.

NVllus imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, 1
Comes, aut Baro, vel quicunque alterius notabilis praeeminentiae, potentiae, vel dignitatis, nec eorum frater, filius, vel nepos, ad tempus, vel in perpetuum eligatur in Vrbis Senatorem, Capitaneum, patritium, Rectorem, seu quocunque alio nomine vocetur, ad Vrbis regimen, absque speciali Sedis Apostol. licentia; caeteri verò eligantur tantùm ad annum, alioquin tam ipsi, quàm eligentes, & dantes auxilium, consiliũ, fauorem, sunt excommunicati excommunicatione reseruata Papae, & priuantur bonis feudalibus. Colligunt ex Ord. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ratio. lib.1. pag.180.* Alagona *in compend. pag.69.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Hanc eandem conclus. firmant Rainer. *in catalogo* 2
censurarum tit. de excommunicat. extra Bullam, c.9. excomm.8. vbi subdit hanc excommunicationem hodie parum esse in vsu, quia Senator à Papa eligitur; Filliuc. *tract.15.n.57. vers. prima, & num.58.* Lauor. *de indulgent. part.2.c.21.n.17.* Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœnae disput.2. quaest.3. puncto. 49.* ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.3. alleg.50.n.91.* secundùm Lugdunen. impress.

Isti sunt, qui vna die, &c. Refero ego ipse *de of-* 3
ficio, & potest. Episcopi p.1. tit.3.c.2.n.9. cum. seqq

Sibi Romanam concedendo Vrbem, &c.] De Con- 4
stantini donatione latissimè egi *d.c.2.n.68. cum multis seqq.*

Quae ore diuino, &c.] Quòd Romae prima Sedes, 5
& vniuersalis Ecclesiae Primatus iure diuino sit collocatus, probaui ego ipse *d.c.2. num.* 12. vbi, *nu.* 13. ostendi an licitum sit Apostolicam Sedem à Roma aliò transferre.

Qui sibi in executione officij Sacerdotalis coadiuto- 6
res assistunt.] Notatur ad hoc quòd Cardinalium officium est assistere Papae, vt per Flamin. *de resignat. benefic. l.2.q.1.n.34. & l.7.q.12.n.14.* Azor. *instiut. moral. part.1. lib.5. cap.11. col.401.* Monet *de decimis, c.9. quaest.4.n.114.* & ideo apud Summum Pont. residere tenentur, Flamin. *l.1.q.10. num.9.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.24.n.123.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. tit.10. num.8.*

Marchio.] De Marchione vide *l.11. tit.1. part.2.* 7
vbi dicitur, *Marquez tanto quiere dezir como señor de alguna grande tierra, que esta en comarca de Reinos;* Tiraquel. *de retractu lig. ad finem tit. n.66.* Andr. Resend. *in sua Lusitania, pag. mihi* 137. Cassan. *in catalogo gloriae mundi, part. 8. cons.15.* Fr. Ioseph. à Seguenca *in historia S. Hieronymi Hispanica lingua composita, p.3. lib.1. cap.11.* Ioan Garc. *de nobilit. gloss. 48.§.3.n.60.* Fr. Hieron. Roma *l.4. de Republ. Gentilica, c.14. fol. mihi 130. verso*, Gardiola *de la nobleza de Hespaña, c.47.* Menoch. *cons.302.n. 8. cum multis seqq.* Sebast. de Orozco *en el thesoro de la lengua Española, verbo Marquez, pag. mihi* 540.

Dux.] De Duce, & eius origine vide Andr. Re- 8
send. *pag.137.* Cardiol. *vbi supra, c. 46.* Sebastian. Orozco *citato loco, verbo Duque, fol. 532. verso.*

Fr. Hieron. Roman. *d. lib. 4. cap. 13. fol. 29.* Menocb. *cons. 302. num. 49. cum multis seqq.* Cabed. *Lusit. decis. 105. num. 2. part. 2.*

9 *Comes.*] De Comite vide Andr. Resend. *vbi suprà pag. 136. cum seq.* Gardiol. *citato loco cap. 41. & 42.* Sebast. de Orosco *dicto loco, verbo Conde fol. 230. verso,* Gudiel *en la historia de los Girones c. 2. fol. 4. verso,* Garibay *in compendio historiali lib. 7. c. 17. & 47. & lib. 10. c. 4.* Ambros. de Morales *part. 2. de la chronica de Hespaña c. 31. fol. 143. verso.* Fr. Hieron. Roman. *d. lib. 4. c. 15. fol. 131.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 11. c. 8. & 9.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. c. 16. num. 25. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 291. n. 17. cum seqq.* Cabed. *d. decis. 105. num. 2. & 3.*

10 *Baro*] De Baronibus vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 8. consid. 15.* Gardiol. *vbi suprà c. 45.* Sebast. Orosco *citato loco verbo Baron fol. 122. verso,* Cabed. *Lusit. decis. 140. part. 2.* Cornel. Khelian. *in diction. Theutonicolatino verbo Bander.* vbi sic ait, *Baro autem vulgo vocatur, qui inter nobiles opibus, & potentia antecellit, homo generosus, & insignis merum, mixtúmque imperium in aliquo castro, aut oppido consensu Principis habens,* &c.

11 *Irrita prorsus ex nunc, & vacua nunciamus.*] Notatur ad hoc quòd lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet. vt per Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 26.*

12 Notatur ad hoc, quòd quando in eadem Constitutione est duplex, siue geminatum verbum futuri temporis, tunc est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur n. 46. & 47. C. de reuocandis donat.*

13 In gloss. *Satrapis.* ibi, *idest, sapientibus.* Vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 11. consid. 8.* Tiraquel. *in Alexand. ab Alexand. dierum genialium lib. 1. c. 27. ad fin.* Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. 14. num. 1. dist. 96.*

14 In gloss. *Contingeret.* Vide Mascard. *de probation. conclus. 262. num. 56.*

15 In gloss. *Princeps.* Notatur ad hoc quòd Princeps dicitur ille, qui primum locum habet, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 11. c. 7. q. 1.*

16 In gloss. *Potiantur.* ibi, *Vnde Paulus aduersùs iniuriosos se Romanum ciuem testabatur.* Quia eius pater societatem cum Romanis contraxerat, & in illius signum data ei fuerat pennula, vt refert Boër. *dec. 260. num. 22.*

17 In glos. *Gens sancta.* In codicibus adhuc non correctis sub hac gloss. inueniebatur Romam appellari quasi rodat manus, quam meritò reprehendit Alphons. de Mendoça *quæst. 4. Scholastica §. 1.* licèt olim præceptor colendissimus non abs re dixerit glossam prædictam non respexisse ad etymologiam nominis, quæ verborum origines perquirit, eorùmque veritatem notificat, vt ostendit multis exemplis Fonsec. *in dialect. lib. 5. cap. 2.* de consule, qui sic dicitur, quia consulit Reip. de abstemio, quia abstinet à temeto, idest, vino; sed tantùm ad allusionem, quæ ad solius vocis sonum, & similitudinem tantùm respicit, vt optimo exemplo sic Iustinianum vendicans à morsu, seu potius calumnia Laurentij Vallæ circa appellationem testamenti, quod Iustin. dixit testationem mentis, *in princ. Instit. de testam.* aduertit Alciat. *de verb. signif. lib. 4. num. 21.* quem laudat Couar. *in rub. de testam. n. 2.* Aurel. *de verb. signif. c. 6. à n. 33.* Vnde inter etymologiam, & allusionam aliud consequitur discrimen, quòd etymologia quoad originem vocabuli veritatem præ se fert, & ideo in definitionibus ei locus assignatur, & ab ea saltem negatiue valet argumentum, vt nos docet Iureconsul. *in l. 2. §. appellata, ff. si certum pet.* ex allusione autem cùm veram originem vocabuli non respiciat, minimè necessarium est argumentum, immo allusionem damnant antiqui omnes, vt ostendit Rip. *in l. 1. num. 18. ff. de nouat.* Cuiac. *lib. 11. obseru. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicis Cathedralis Ecclesiæ ipso iure, vel per sententiam, præterquam in casu negligentiæ, eligendi potestate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi, in inferioribus verò Ecclesiis semper ad proximum superiorem.*

2 *Eligentes scienter indignum priuantur ipso iure electione, & ius eligendi amittunt, secus si ignoranter, vt num. 3.*

4 *Ecclesiarum diœcesis dispositio pertinebat ad Episcopum ex dispositione antiqua.*

5 *Episcopus iure ordinario collator est omnium beneficiorum, quæ sunt propria diœcesis.*

CAP. Quamquam. XVIII.

QVando electores Catedralis Ecclesiæ priuati 1
sunt ipso iure potestate eligendi ob electionem scienter indigni, vel debent priuari per sententiam ob non seruatam formam electionis præscriptam à Concilio, electo deuoluitur ad Papam, non ad superiorem immediatum? secus verò in inferioribus Ecclesiis, vel quando Canonici Cathedralis fuerunt solùm negligentes in eligendo, tunc enim deuoluitur potestas ad superiorem immediatum. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Io. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Fran. Viuiã. *in ration. l. 1. p. 180.* Alagona *in cõpendio p. 69.* remissiuè Ximen. *in concordã. p. 1. & 2.*

Eligendi potestate priuentur, &c.] ad illud, quod 2
scienter eligentes indignam priuantur ipso iure electione, & ius eligendi amittunt, citaui plures Doctores *in collect. ad c. cum in cunctis n. 35. hoc. tit.* quibus adde Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 4. n. 173.* Azor. *instit. moral. part. 2. l. 6. c. 14. q. 8.* Fr. Ludou. Miranda *in manu. Prælat. tom. 2. q. 23. art. 8.* Paul. Laymann. *in q. Canon. de Prælatorũ ecclesiast. elect. q. 70.* Sigism. à Bononia *de elect. d. 61. n. 4.* vbi *n. 10.* limitat si nõ fuerit sequuta electio, & *n. 13.* etiam limitat quando ipsi electores compromiserunt absolutè in aliquem, qui compromissarius eligit indignum, nisi tamen ipsi compromittentes talem electionem ratam habuerint.

In glos. *Scienter.* ibi, *secus si ignoranter.* Refert & se- 3
quitur Fr. Sigism. à Bononia *d. dub. 61. n. 5.* vbi subdit idem iuris esse de illis electoribus, qui eligunt dignũ credentes eum indignum, quia conatus non habet effectum, & electio tenet, & citat Felin. *in c. si verò 2. de sent. excomm. ante fin. vers. & ad tertiam quæst.* Gemin. *in cap. perpetuo n. 4. sup. hoc eod. tit.*

In gloss. *Secus* ibi, *ad Episcopum enim ex disposi-* 4
tione antiqua pertinebat Ecclesiarum suæ diœcesis dispositio. Vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. n. 40.* & metipsum *de officio & potest. Episcopi part. 3.*
alleg. 57. n. 1. Vnde colligit Couar. *l. 3. var. c. 20. n. 9.* 5
vers. cæterum, quòd Episcopus iure Ordinario collator est omnium beneficiorum, quæ sint propriæ diœcesis.

CAP. Is, qui contra. XIX.

DE electione ad Sedem Apostol. appellans si iurat 1
quòd ea, quæ in appellatione sunt posita, de ipsis,

quæ

quæ deberent sufficere, esse vera credebat, & se posse probare, non est audiendus, quia non iurat secundùm Constitutionem Gregorij X. idest, omnia credere, & posse probare, sed indeterminatè, vel aliqua. Colligũt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach, Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 182. Alagona *in compend. pag.* 70. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 48. *n.* 12. & vide quid circa hunc text. notat Boër. *decis.* 339. *n.* 4. *col.* 2.

Cap. Qui contra XX.

SI quis contra certam, & nominatam personam, ne ab aliis eligatur, ad Sedem Apost. antequam fiat electio, duxerit appellandum, debet per omnia in appellando obseruare formam Constit. Gregorij X. ac si electione iam facta contigerit appellare, alioquin non obseruans pœnæ constitutionis eiusdem se nouerit subiacere. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 182. Alagona *in compend. Canon. pag.* 70.

Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumit. Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 48. *n.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando fit per scrutinium, vel per compromissum, vnus nomine omnium dicere debet, Ego eligo talem, licèt aliqui discrepent, aliàs electio non valet. & num.* 2.

3 *Scrutinium facere aggredientes aliqui ad hoc non electi aliis videntibus, & non contradicentibus tacitè consentire, eósq; ad hoc officium assumere censentur.*

4 *Scrutinij de forma est, vt eo publicato & facta collatione mox per vnum nomine Capituli electio fiat, siue praecedat mandatum Capituli, siue sequatur ex tacito consensu, qui ex non reclamatione deducitur.*

Cap. Sicut. XXI.

1 ELectio quādo fit per scrutinium, vel per compromissum vnus nomine omnium dicat, Ego eligo talem, licèt aliqui discrepent, aliter electio nō valet. Colligũt ex Ordin. Archid. Gemin. Io. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 183. Alagona *in compend. pag.* 70.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Paul. Layman. *in quæst. Canonic. de Prælator. ecclesiast. elect. dub.* 85. *lit. E.*

3 In gloss. *Per vnum.* ibi, *sed si Capitulum*, &c. Notatur ad hoc, quòd si aliqui ad scrutinium faciendum non electi, scrutinium facere aggrediantur aliis videntibus, & non contradicentibus, tacitè consentire, eósque ad hoc officium assumere censentur, vt per Paul. Laymann *in quæst. de Prælatorum ecclesiast. elect. quæst.* 72.

4 In ead. gloss. ibi, *& quod dicit vnum*, &c. Notatur ad hoc, quòd de forma scrutinij est eo publicato, & facta collatione vt mox per vnum nomine Capituli electio fiat, siue præcedat mādatum Capituli siue sequatur ex tacito consensu, qui ex non reclamatione deducitur, vt per Abb. in *cap. quia propter, n.* 11. *hoc tit. in Decretalib.* Franc. Marc. *decis.* 922. *nu.* 2. *lib.* 2. Melch. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 19. *n.* 39. vbi *n.* 4. *post* Petr. de Biax. *in director. election. part.* 3. *c.* 33. *n.* 4. & 5. subdit quòd publicatio ista si omnes consentiant, potest etiam fieri per extraneum.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis quando est Collegiata electus non tenetur ordinari Sacerdos intra annum, quia cap. licèt canon. suprà hoc tit. non extenditur ad istum casum, cùm sit pœnale, & n.* 2.

3 *Dispositio cap. licèt canon. sup. hoc tit. est fauorabilis.*

4 *Declaratur text. in d. cap. licèt canon.*

5 *Lex pœnalis regulariter restringitur.*

6 *Lex pœnalis patitur extensionem quando datur eadem ratio.*

7 *Beneficiorum sub generali dispositione qualificata beneficia sæpe non includuntur.*

8 *Casus qualificatus non comprehenditur sub dispositione simplici.*

9 *Qualitas noua adueniens enti reponit illud in diuersam naturam, & speciem.*

10 *Mixtum nunquam sub simplici continetur in odiosis nec in pœnalibus, exorbitantibus, & correctoriis, vt num.* 11.

12 *Iura loquentia de Parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis.*

13 *Collegiata quibus signis cognoscatur.*

14 *Ecclesia si authoritate superioris destructa sit, non comprehenditur nomine Ecclesia.*

Cap. Statutum. XXII.

PArochialis quando est Collegiata, electus non tenetur ordinari Sacerdos intra annum, quia *cap. licèt canon. sup. eod.* non extenditur ad istum casum, cùm sit pœnale. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 184. Alagona *in compend. pag.* 70. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *quæs.* 4. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 7. *num.* 12. Selu. *de benefic. part.* 1. *quæst.* 3. *n.* 6. Rebuff. *in praxi benefic tit. de non promotis num.* 27. latè. ego ipse *in tract. de offic. & potest. Parochi c.* 5. *n.* 25. 2

Sed obstat, quia decisio *d. cap. licèt canon.* continet dispositionem fauorabilem, puta in fauorem Ecclesiæ factam, siquidē, fauor Ecclesiæ in eo versatur quòd clericus statim ordinetur, ne aliàs à statu clericali retrocedere valeat, docet eleganter text. *in cap. cum ex eo* 34. *inf. hoc tit.* iuuat doctrina glos. *verbo alios, in cap. sciant cuncti. sup. hoc tit. & lib.* recepta communiter ex Cou. *d. sponsal. part.* 2. *c.* 6. *in princ. n.* 12. & ex multis relatis à Tiraquel. *de pia causa priuil.* 161. & à Menoch. *de success. creat.* §. 10. *n.* 45. 3

Quapropter nonnulli intelligunt propterea hîc Ecclesiam Collegiatam non contineri in dispositione *d. cap. licèt canon*, quia vnum mixtum, quale est Ecclesia Collegiata parochialis, non continetur appellatione simplicis, quale est parochialis, de qua fit mentio *in d. cap. licèt*, arg. text. *in l. si ita scriptum. ff. de liberis, & posthum.* & ita in specie Abb. *in c. bona el.* 1 *in princ. de postulat. Prælat.* Selu. & Rebuff. *dictis locis.* Dom. *vbi sup.* Qui quidem intellectus refellitur si aduertas id totum esse quod quærimus. Alij igitur meliùs aduertunt quòd *in d. cap. licèt canon*, non agitur generaliter de Ecclesia parochiali, sed restrictè de merè parochiali, & in qua principaliter parochia existit, à qua appellatur, patet quia agit de illa parochiali in qua datur Rector, vt constat ex verbis text. ibi, *cuius Rector*, &c. Vnde cū Ecclesia Collegiata, licèt parochialis, merè parochialis 4

non sit, nec à parochia appelletur, sed à collegio tanquam à principali, de quo constat, meritò dispositio *d. cap. licèt. canon*, in Collegiata parochiali locum habere non potuit vt text. hic dixit, cùm in pœnalibus, qualis est dispositio *d. cap. licèt canon*, extensio non admittatur.

5 *Cùm sit pœnale.*] Notatur ad hoc, quòd lex pœnalis regulariter restringitur, vt per Farin. *in praxi crimin. part. 4. cons. 65. num. 132.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo lex num 23.* vbi *num. seq.* asserit quòd pa-
6 titur extensionem quando datur eadem ratio, & si non sit correctoria, extenditur ex identitate, vel maioritate rationis, idem tenet Brunor. à Sole *in locis communibus. verbo lex 16.*

7 *Declaramus ad Collegiatas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in generali dispositione beneficiorum qualificata beneficia sæpe non includuntur, vt per Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloss 9. num. 2.*

8 Nam sub dispositione simplici non comprehenditur casus qualificatus, vt citato hoc text. resoluit Valasc. *consult. 51. num. 51.*

9 Et qualitas noua adueniens enti, reponit illud in diuersam naturam, & speciem, vt per Menoch. *remed. 6. recuper. possess. n. 8. & cons. 35. n. 13.* & alios citatos per Surd. *decis. 2. & cons. 321. n. 12. cum seq.*

10 Et mixtum nunquam sub simplici continetur in odiosis, vt per Alexand. *in l. 2. num. 2. ff. de verbor. oblig.* vbi Ias. *num. 5.* Alciat. *in repet. num. 10. & 20.* Galiaul. *n. 16. cum. seqq.* Herculan. *de cautione de non offendẽdo. cap. 17. nu. 2.* Cephal. *cons. 26. num. 24. cum seqq. lib. 1.* Mandos. *ad reg. 11. Cancel. q. 16. num. 2. & reg. 32. qu. 30. n. 8.* Aym. *cons. 276. col. fin. vers. iam causa.* Surd. *cons. 430. n 14. lib. 4.* Tiraq. *de iure maritis glos. 5. n. 72.* nisi sit eadem ratio ex eod. Tiraq. *d. gl. 5. num. 76. & in tract. le mort. part. 2. declar. 4. n. 8.*

11 Sic etiam mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici habet locum in mixto, quando eadem dispositio est pœnalis. sicuti docent Afin. *in practic. in princ. cap. 4. num. 8.* Bertazzol. *cons. 126. num. 13. in fin.* Polyd. Rypa *in tract. de nocturno tempore c. 4. nu. 9. & 109. cum seqq.* quod etiam in materia exorbitanti, seu correctoria admittunt. Natt. *cons. 463. num. 18.* Cassad. *decis. 5. nu. 4. de rescript.* Mand. *in reg. 10. Cancel. quæst. 3. num. 6 & reg. 33. quæst. 7. nu. 3. vers. quinto & vlt. & reg. 11. quæst. 16. n. 2. & regul. 32. quæst. 30 num 8. vers. amplius*, Polyd. Ryp. *d c. 4. n. 48.* Cardin. Tusch. *lit. M. concl. 144. n 26. & n 33.* declarat nisi essemus in statuto correctorio, sed fauorabili, & *n. 34* pariter declarat nisi identitas rationis contrarium suaderet.

12 In gloss. *Collegiatas*. ibi, *in primo casu locum habebit hæc decretalis, in secundo non.* Notatur ad hoc, quòd iura loquentia de Parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis, vt per Flamin. *de resignat. signat. lib. 8. q. 9. num. 94.*

In ead gloss. ibi, *si quæratur quomodo hæc cognoscatur,*
13 &c. Collegiata quibus signis cognoscatur ostendunt Zabarel. *in Clem. 2. n. 10. de ætate, & qualit.* Panormit. *in cap. nobis n. 8. de iure patron.* Roman. *consil. 436. n. 6. & 7.* latè & eleganter D. Lotter *de re benef. lib. 1. q. 14. n. 55. cum seqq.* Rot. *in Nolana Primiceriatus. 4 May. 1615.* coram Card. Verospio, impressa per Farinac. *dec. 673. part. 1. recent.* Gregor. *decis. 492. n. 4. num seqq.* vbi latè adden. Mantic. *dec. 215. num. 1. vers. vnde cùm hæc Ecclesia*, latè ego ipse *de Canonic. cap. 2. à n. 9.*

14 In eadem gloss. ibi, *si autẽ destruatur collegium superioris auctoritate*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si Ecclesia auctoritate superioris destructa sit, non comprehenditur nomine Ecclesiæ, nec priuilegiis illi concessis gaudet, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 9. disp. 15. n. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Compromissarius si eligat secundùm traditam sibi metam (scrutatis & in scriptis redactis voluntatibus singulorum, illum eligat in quem non maior pars Capituli, sed plures aliorum comparatione consenserint) non tenet electio, cùm præter formam Concilij fuerit celebrata.*

2 *Compromissi vsitatior forma illa est, vt scilicet compromissarij votis omniũ secretò inquisitis eũ eligere adstringãtur, in quẽ maior pars Capituli cõsẽserit.*

3 *Scrutinio publicato vbi electus ius non habet, electores variare poterunt.*

4 Valere *verbum positum cum aliqua dict. vniuersali negatiua, semper denotat sententiam latam.*

Cap. Si cui XXIII. 1

Compromissario quando detur hæc forma, vt facto scrutinio vocum, eligat illum, in quem plures cõsenserint partium comparatione minorum, licèt maiorem totius Capituli partem non attingant; si ita eligat, electio est nulla, quia non seruat formam Concilij. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Geminr. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 1. pag. 184.* Alagona *in compend. pag. 71.* remissiuè Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Paul. Layman *de Prælatorum ecclesiast. elect. q. 85. paulo post princ. lit. E.* & de hac materia latè egi *in collect. ad cap. quia propter, de elect.* & *ibi* dictis addendum duxi vsitatiorem compromissi formam illam esse, vt scilicet compromissarij votis omnium secretò inquisitis eum eligere adstringãtur in quem maior pars Capituli consenserit. vt notant Petr. Geg. *de elect. cap. 2. n. 4* & alij citati à Fr. Sigismundo à Bononia *in simoli tract. dub. 2. num. 9. & 10.* vbi *dub. 11.* disputat qui & quot eligendi sint compromissarij in electione celebranda per compromissum, & an & quando possint reuocari, & dubio sequenti alia ad hanc materiam pertinentia tractat. 2

Ipseque facto huiusmodi scrutinio, &c.] Notatur ad hoc, quòd publicato scrutinio, vbi electus ius non habet electores variare poterunt, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone limit. 23. n. 3. ff. de verb. significat.* 3

In gloss. *Non valere*. ibi, *ipso iure.* Notatur ad hoc, quòd verbum, *Valere*, positum cum aliqua dict. vniuersali negatiua, quæ illud afficit, semper denotat sententiam latam, etiam si tale verbum ponatur in futuro tempore, vt per Tiraq *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num 235. C. de reuocandis donat.* Sayr. *in claui regia lib. 3. cap. 8. num. 26.* 4

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes Religiosi etiam de licentia superiorum ius aliquod acquirere non possunt in electione, seu Postulatione ad aliquam prælaturam extra suum Ordinem in discordia de se facta, & n. 2.*

3 *Religio, quæ est prior in institutione, & approbatione, præcedere debet minus antiquam.*

4 *Prædicatores præferuntur Minoribus.*

5 *Mendicantes qui dicantur, ostenditur.*

6 *Mendicãtiũ Religionũ nomine quæ veniũt, remissiuè.*

Cap. Quorundam. XXIV.

Religiosi Mendicantes etiam de licentia Superiorum consentire non possunt, aut ius aliquod acquirere

acquirere in electione, seu postulatione, &c. ad aliquam Prælaturam extra suum ordinem in discordia de se facta, nec alij Religiosi non Mendicantes præstare possunt consensum electioni cuicunque ad quamlibet Prælaturam de se factæ à minori parte numero. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 184. Alagona *in compend. pag.* 71.

2 Han eandem conclus ex hoc text. desumunt Nau. *comment. 4 de Regular. n. 24. vers. octauo*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 58. art. 1.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 1 lit. C. conclus. 44. num.* 11. *&* 12. vbi declarat, Laymann. *in canon. quæst. de Prælator. eccles. elect. quæst.* 192. *cum seqq* Mirand. *in man. Prælator. tom. quæst. 23. art.* 14. *concl. vnicn.*

3 In gloss. *Prædicatorum*. ibi, *quia antiquior fuit ipsorum institutio*. Notatur ad hoc, quòd Religio, quæ est prior in institutione, & approbatione, præcedere debet minus antiquam, vt per Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 4. consid. 52. vers. ego modo* Tobi. Non. *cons. 71. num. 35.* metipsum *de officio, & potest. Episcopi part. 3 alleg. 78. num. 36.* Rot. *decis. 718. num. 1.* apud Farin. *in 1. collect. nouissimarum*, aliàs *part. 4. diuers.* Et quòd Prædicatores præferantur Minoribus tradit Cassan. *d. part. 4. consid.* 69.

4 In gloss. *Mendicantium*. ibi, *Mendicantes, qui certas possessiones, vel redditus habere non possunt*, &c. Notatur ad hoc quòd Mendicantes dicuntur, quibus regula, vel constitutio interdicit possessiones, siue redditus ad propriam sustentationem, & incerta mendicitas solet eis præbere victum per publicum quæstum, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 49. art. 2. & quæst. 52. art. 15. ad finem*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. num* 113. vbi *num.* 115 extendit quamuis illicitè contra prohibitionem illa habeant, vel licitè ex Pontificis dispensatione, sicut hodie in Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. c. 3.* dispensatum est cum omnibus Mendicantibus, præter Minores de Obseruantia, & Capuccinos, vt habeant redditus, & possessiones in communi.

5 Mendicantium Religionum nomine quæ veniant, vide Cassan. *d. part. 4. consid. 68. cum duobus seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo Mendicantes*, Azor. *instit. moral. part. 1 lib. 12. cap. 23.* Fr. Emman. *q. Regular. tom. 1. q. 2. art. 1. cum seqq. & tom. 3. q. 49. art. 1. & 4* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 41.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælatorum tom. 1. q. 11. articul.* 6. Erasm. à Cochier *de iurisd. Ordinarij in exemptos par. 1 q. 17. n. 16.* metipsum *in Collect. ad Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18.* & latè dixi *in meo tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris significat. verbo Mendicantes.*

S V M M A R I V M.

1 *Electus non potest duas electiones prosequi petendo confirmationem ex illis, etiamsi protestetur se contentum altera per quam consequi possit suæ intentionis effectum; & si vnam eligat, non potest ad alteram redire.*
2 *Text. iste an procedat in præsentatione.*
3 *Protestatio contraria facto non suffragatur.*
4 *Appellatio alternatiua quando valeat, ostenditur.*
5 *Præsentatus habens duas præsentationes, non arctatur alterutram eligere, sed vtrumque potest prosequi.*
6 *Actio edita potest mutari, emendari, & corrigi sicut placet vsque ad litem contestatam.*
7 *Actor potest desistere ab vno libello alium formando.*

C A P. Vt quis. XXV.

PLures electiones quando fiunt de vno, electus non potest ambas electiones prosequi, etiamsi protestetur se altera contentum esse, sed vnam eligat, & si ista non habet effectum, non potest habere regressum ad aliam. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 185. Alagona *in compend. pagin.* 71. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Electiones.] An procedat in præsentationibus? Vide Lap. *alleg. 8. n. 4.* Lambertin. *de iurepatron. lib. 2 p. 2. quæst. 5. art. 3. num.* 6. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 13. num.* 90. 2

In gloss. *Protestetur*. ibi, *per contrarium enim factũ protestationi videtur obuiare*. Protestatio enim contraria facto non suffragatur, vt per Surd *cons. 371. n. 67. volum. 3. & decis. 70. num. 8. & decis. 246. num.* 4. Campan. *in diuersor. iuris Canonici rub. 11. cap. 13. num.* 185. Marian. Antonin. *va. resolut. lib. 1. resolut. 55. num.* 9. 3

In gloss. *Vngetur*. ibi, *an valeat alternatiua appellatio*, &c. Affirmatiuam partem, dummodo intra decem dies nominatim iudex ad quem ex duobus, ad quos alternatiuè appellatum esset, specificetur, tenent Francisc. Marc *Delphin. decis. 270. n. 2. part. 1.* Lancellot. *de attentat. c. 12. limit. 50. num.* 230. Soar. *recept. sentent. lit. A, n.* 202. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect.* 276. quos refert parens meus *in comment. ad. Ordin. Regiam Lusitan. lib. 3. tit. 70. §.* 2. 4

In gloss. *Eligere*. ibi, *sed sufficit quòd alteram eligat*, &c. Notatur ad hoc, quòd præsentatus habens duas præsentationes, non arctatur alterutram eligere, sed vtrumque potest prosequi, probauit Rot. *in Lunen. Sarzanen. Cappellæ 20. Iunij, & 5. Decembris* 1601. corã Card. Sacrato, cuius meminit Lotter. *d. q. 13. n.* 91. 5

In gloss. *Renunciare*. ibi, *edita actio potest mutari, emendari, & corrigi sicut placet vsque ad litem contestatam*, &c. Ita Rebuff. *ad l. 8. vers. decimo, de verb. significat.* Mascard. *de probation. conclus. 347. n.* 18. Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 118. n. 52. & 58.* Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea ciuili Neopol. part. 1. glos. Petitur n.* 50. D. Barbos. *in l. non potest videri n. 28. ff. de iudic.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 49. de libello n. 95.* Imò posse actorem desistendo ab vno libello alium formare, resoluunt Felin *in cap. significantibus num. 17. de libelli oblat.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 815. num.* 5. D. Barbos. *in d. l. non potest videri num.* 32. 6 7

S V M M A R I V M.

1 *Electus si non consentit, vel post consensum renunciat, aut moritur, seu propter occultum sui vitium electio cassetur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt, nisi circa id egerint fraudulenter.*
2 *Text. iste procedit in præsentatione.*
3 *Beneficium non vacat per mortem præsentati, qui non fuit institutus, sed per mortem primi.*
5 *Electio si effectũ nõ habuit, elector poterit iterũ eligere.*
5 *Electus an post consensum sine superioris auctoritate possit renunciare electioni de se factæ ostenditur.*
6 *Superior si iure deuoluto elegit, & electus dissentit; vel renunciat, aut moritur, non poterit iterum eligere, sed ad Canonicos redit electio.*
7 *Restitutus ipso iure sine ministerio iudicis, ad integrum tempus restituitur.*

 8 *Electus*

8 *Electus in officialem ad certum tempus, si impediatur seruire, an debeat sibi aliud tantum reintegrari, remissiuè.*

Cap. Si electio. XXVI.

1 Electio quando non habet effectum, quia electus non consensit, vel postea renunciat, vel moritur, vel propter occultum eius vitium irritatur, electores habent integrum tempus ad eligendum, acsi esset noua vacatio, dummodo non præcesserit fraus, vel dolus. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 1. pag.* 187. Alagona *in compend. pa.* 71. remissiuè Ximen. *in concord part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Tiraq. *in l. bones. §. hoc sermone, num. 4. cum seqq. ff. de verbor. signif.* Molin. *de primog. lib. cap. 4. num.* 38. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst.* 17. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 3. num.* 6. quos refero *de iure eccles. lib. 1. c. 19. num.* 238.

2 Habere locum etiam in præsentatione, tradunt Rot. *decis. 269. aliàs 8. de iurepatr. in nouis.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum q.* 42. Pute. *decis.* 200.
3 *aliàs 194. in correctis lib.* 1. vbi fuit dictum, beneficiũ non vacare per mortem præsentati, qui non fuit institutus, sed per mortem primi, & potuisse patronos de nouo præsentare, Seraphin. *decis.* 1007. *num.* 3. refero ego ipse *d. tract. de iure eccles. lib. 1. c. 19. n.* 239.

4 *Tempus integrum ad electionem aliam celebrandam,* &c.] Notatur ad hoc, quòd si electio effectum non habuit, elector poterit iterum eligere, vt per Tiraq. *in l. bones §. hoc sermone num 4. cum seq. ff. de verb. signif.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 4. num.* 38. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst.* 17. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 46. §. 3. num.* 6.

5 In gloss. *Renunciat.* ibi, *an electus post consensum sine superioris auctoritate possit renunciare electioni de se factæ,* &c. Affirmatiuè, dũmodo sit ante confirmationem, respondent *hic* Ioan. Andr. & Gemin. *num.* 5. ac Franch. *num.* 3. Rot. *decis. 6. num. 1. de elect. & decis. 8. num. 3. de iurepatron.* Cuch. *instit. maiorum lib. 4. tit. de potestate electi num.* 33. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 1. num.* 78. nouissimè Paul. Layman. *in quæstion. Canon. de Prælat. ecclesiast. elect. c. 2. q. 15. in fine.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 41. num. 8. & 9.* vbi *num.* 10. subdit quòd si negotium ad Antistitem confirmatorem sit iam delatum, & contra electum aliquid opponatur, quòd electionem infirmet, electoresque eligendi potestate priuet, tunc quamuis electus possit eam electionem quoad se repudiare, nihil tamen ea renunciatio confirmatori oberit quin super oppositis veritatem inquirere, eisque compertis eligere, & prouidere non secus possit, quàm si nulla renunciatio facta esset. Ratio autem supradictæ resolutionis est, quia renunciatio illorum, qui habent ius ad rem, non est necesse vt fiat in manibus superioris, iuxta tradita per Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 23. n.* 17. refero ego ipse *d. c. 19. n.* 240.

6 In gloss. *Integrum.* ibi, *quia secus si ex iure deuoluto.* Notatur ad hoc, quòd si superior iure deuoluto elegit, & electus dissentit, vel renunciat, aut moritur, non poterit iterum eligere, sed ad Canonicos redit electio, vt per Tiraq. *in l. bones §. hoc sermone, limitat. 1. n. 49. ff. de verbor. signif.*

7 In gloss. *Fraudulenter.* ibi, *quòd si vna die quis fuerit impeditus,* &c. Notatur ad hoc, quòd si quis restituatur ipso iure sine ministerio iudicis, ad integrum tempus restituitur, & si vno tantùm die fuerit impeditus, vbi tamen illi succurritur per viam restitutionis, & ministerio iudicis, tunc non habet nisi tantum tempus, quantum amisit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 421. *C. de reuocand. donat.* Vtrùm autẽ electus in officialem ad certum tempus si impediatur seruire, & tempus illud labatur, debeat sibi reintegrari aliud tantum tempus, quo impeditus fuit seruire? Vide Vincen. de Franch. *decis. 419. n. 2. & 3.* bene Valasc. *consultat. 155. num. 4. & 5. tom.* 2. quos refert parens meus *in comm. ad Ord. Reg. Lusit. l. 1. tit. 67. in rub. n.* 9. 8

SVMMARIVM.

1 *Religiosus si non obtenta licentia consentit electioni de se facta extra suum monasterium, non valet consensus, & irrita est electio, & n.* 2.
3 *Religiosus quomodo dicatur non habere velle, vel nolle, remissiuè.*
4 *Religiosus electus in proprio monasterio potest consentire electioni de se facta absque alicuius licentia.*
5 *Licentia vbi requiritur simpliciter sufficit tacita.*
6 *Actus licet factus contra prohibitionem legis non teneat, punitur tamen faciens.*
7 *Contractus factus contra legem, licèt non valeat quantum ad commodum contrahentium, valet tamen quantum ad eorum incommodũm, & in vtilitatem tertij.*
8 *Actus annullatio est pœna.*

Cap. Si Religiosus. XXVII.
Bonifac. VIII.

Religiosus quando consentit sine licentia superioris electioni de se factæ extra suum monasterium, consensus est nullus, & si præsumpserit consentire, electio ipso facto est nulla. Colligunt ex Ordin Lap. Abbas, Archid. Gemin, Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali. lib. 1. pag.* 188 Alagona *in compend. pagin.* 72. 1

Hanc eandem conclus. firmant Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 58. art.* 1. Paul. Layman. *in quæst. Canon. de Prælatorum ecclesi. elect. quæst.* 189. Illustris. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. 1. n. 1. d* 58. Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 29. n.* 57. 2

Cum velle, vel nolle non habeat.] Declarat cum Fr. Sigism à Bononia *de elect. dub. 41. num.* 13. 3

Extra suum monasterium.] Ergo Religiosus electus in proprio monasterio, potest consentire electioni de se factæ absque alicuius licentia, vt per Archid. Ioan. Andr. Anchar. & Franc. *in præsenti,* Franc. Marc Delphin. *decis. 1115. n. 6 p.* 1. quos refert Fr. Sigism. à Bonon. *d. dub. 41. n. 13. prope fin.* 4

Sui superioris.] Immediati scilicet Conuentus, vbi Religiosus electus moratur, vt tenent *in præsenti,* Dom. *num.* 7. Ioan. Andr. *n.* 2. Anch. *n. 3. in fine,* Franc. *n. 1. notab. 3. & in Clem fin. hoc tit.* Idem Anch. *num. 1. notab.* 2. Cardin. *quæst. 2. num. 6. &* 8. Imol. *quæst. 2. num.* 4. & Bonifac. *n. 30. & 33.* quos referunt & sequuntur Sanch. *d. cap. 29. n.* 65. & Illustris. D. meus *in comment. ad d. cap. 1. n.* 5. id intelligentes, nisi aliud in constitutionibus Religionibus, aut priuilegio particulari caueatur. Episcopi quoque licentia desideratur præter prælati consensum, si beneficium non pleno iure monasterio subsit, vt Religiosus ad illud promoueatur; secus verò si pleno iure subsit monasterio, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 53. art.* 2. Lessi. *de iustit. lib. 2. cap 41. dub. 12. num. 98. vers. vbi notandum.* Sanch. *d. cap. 29. num.* 66.

Non petita licentia.] Sufficit igitur tacita, vt resoluit Chaldas Pereira *de resolut. emphyt. cap. 11. n.* 15. 5

Consensus

6 *Consensus sic præstitus non teneat.*] Notatur ad hoc, quòd licèt actus factus contra prohibitionem legis non teneat, punitur tamen faciens, vt per Tiraq. *de retract. lignag.* §.26. *glos.* 2. *n.* 8.

7 Notatur etiam ad hoc, quòd licèt contractus factus contra legem communem, vel municipalem, non valeat quantum ad commodum eorum, qui ita contrahunt, vel agunt, valet tamen quantum ad eorum incommodum, vt per Tiraq. *de iure mariti gl.* 8. *n.* 213. & in vtilitatem tertij secundùm Ioan. de Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14 *disput.* 16. *sect.* 8. *n.* 21 Farin. *fragm. crimin part.* 2. *litter. L. n.* 202.

8 *Et in pœnam præsumptionis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd annullario actus est pœna, vt per Boër. *decis.* 1. *num.* 16. Menchac. *controuers. illust.* c. 28. *num.* 3. & 5. Vanti. *de. nullit. in princ. tit. quid sit nullitas n.* 15. Sanch *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 4. *n.* 8. Chald. Pereira *de empt. & vendit cap.* 1. *n.* 13.

9 In gloss. *Obtenta*. Vide Tiraq. *de iure mariti glos.* 8. *num.* 128.

In ead gloss ibi, *sed quid si superior licentiam dare nolit.* &c. Probat hæc glos. solum Papam posse licentiã dare. Religioso consentiendi electioni de se factæ quando superior illam iniustè denegat: verùm Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 19. *n.* 13. & Sanch. *de cap.* 29. *nu* 69. meritò tenent posse illius Superiorem adiri vt eum Prælatum compellat quando iniustè denegat licentiam, & si adhuc nolit, posse illum superiorem eam dare, quia ex quo Abbas est negligens in hac licentia concedenda, potestas deuoluitur ad immediatum eius superiorem, etiam in extraiudicialibus, iuxta text. & *ibi* notata *in c. quanquam, hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus in Abbatẽ eligi non potest, nisi sit expressè professus, ad dignitatem verò Episcopalem, & in seculari Ecclesia talis eligi poterit, & n.* 2.
3 *Nouitius eligi potest ad dignitatem Episcopalem.*
4 *Nouitio conferri potest beneficium seculare.*
5 *Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis, exceptis iis, quæ concernunt instituta Regularia, habet omnimodam iurisdictionem in monachos Cathedralis Regularis.*

Cap. Nullus. XXVIII.

1 AD Abbatiam, vel Prælaturam suæ, vel alterius Religionis, non potest eligi Abbas nisi expressè professus. Ad Episcopalem verò dignitatem in Ecclesia seculari, vel Regulari potest eligi non professus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gem. Ioan. Andr. Aoch. Butr. Domin Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 189. Alagona *in compend. pag.* 72.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem firmãt Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.* 180. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *quæst.* 12. Seraphin. *decis.* 647. Paul. Laymann *in quæst. Canon. de Prælatorum ecclesiast. elect. quæst.* 190. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cãcel. glos.* 8. *n.* 78. vbi subdit. *Sacram Congregat. sub die* 12. *Decembr.* 1585. censuisse à nemine præter Summ. Pont. posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia nisi professis iuxta Canones, Fr. Emman. *qu. Regular. tom.* 2. *quæst.* 52. *art.* 8 vbi ait alumnos alterius Religionis non posse assumi ad Prælaturas illius Religionis, vbi non sunt professi, nisi id auctoritate Apost. concedatur, Suar. *de Religion. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 21. *nu.* 15. & *tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. *in fine*, vbi subdit procedere etiamsi dignus non reperitetur in illa Religione, qui possit eligi, Fr. Sigism à Bononia *in tract. de elect. dub.* 90. *num.* 2. *cum. seqq.* nouissimè Fr. Barthol. de Vecchiis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput.* 11.
dub. 19. *num.* 1. vbi *nu.* 2. per text. *in præsenti* addit no- 3
uitium eligi posse ad dignitatem Episcopalem, & vtrumque ex hoc text. colligit Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 20. *in princ.*

Quo verò ad alias dignitates inferiores, & beneficiã 4
licèt controuertatur inter doctores an hæc licitè conferri possint nouitiis, negatiuam sustiouerint opinionem gloss. *verbo conferendum, in cap. beneficium, de Regularib. lib.* 6 & *ibi* Monach. *in fine* Domin. *num.* 6 & Anch. *num.* 2. Cuch. *lib.* 3. *instit. maior tit.* 1. *n.* 95. Tapia. *in auth. ingressi, verbo sua cap.* 2. *num.* 11 *iuncto n.* 13. *C. de sacros. Eccles.* Lancellot. *in inst. iuris Canonic. lib.* 1 *tit. de Regularib.* §. & *si contigerit, verbo conferendum*; nihilominus veriùs credo posse conferri beneficium seculare nouitio, quia adhuc est sui iuris, & proprij habendi capax, & verè ac realiter nondum mutauit statum, sed est tantùm in probatione: quare ita tenent Franch. *in d. c. beneficium.* Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 3. *quæs.* 1 Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 10. *nu.* 5 Giouagnon. *lib.* 1. *resp.* 88. *num* 21. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 22. Fr. Barthol. de Vecchiis *citato loco, num.* 2. vbi rationem reddit quia cùm nouitius verè, & realiter nondum mutauerit statum, sed sit tantùm in probatione, *c. ad Apostolicam, de regular.* pendeatque ab eius libera. & absoluta voluntate redire ad seculum, *c. statutum, de regular.* Igitur capax interim erit iuris etiam secularis, si illud acceptare velit.

In gloss. *Regularibus.* ibi, *vt Episcopus etiam secula-* 5
ris immediatè præsit monachis. Notatur ad hoc quòd Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis, exceptis his, quæ concernunt instituta Regularia, habet omnimodam iurisdictionem in monachos Cathedralis Regularis, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 270. *num* 4. latè Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 18. *n.* 7. *cum seqq.* Rot. *decis.* 69 & 121. apud Farin. *p.* 1. *recentior* metipsum. *de offic. & potest. Episc.* 3. *alleg.* 105. *post num.* 77. secundùm Lugdunens. impress.

SVMMARIVM.

1 *Forma electionis tradita per cap.* cum dilectis *suprà* hoc tit. *non est sublata per cap.* quia propter sup. eod.
2 *Iurium correctio est vitanda.*
3 *Iurium correctio in dubio non est facienda.*

Cap. Cùm expediat. XXIX.

CAp. cùm dilectis, sup. hoc tit. in quo statuitur licitè 1
in electione posse compromitti, vt compromissarij secretè, & sigillatim voluntatibus omnium requisitis, & eligant illum in quem maior, & sanior pars Capituli consenserit, non est correctum per *cap. quia propter, supr. eodem.* Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin Ioa Andr. Anchar. Butr. Dom. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *p.* 189. Alagona *in compend. pag.* 72.

Et eorum correctiones &c.] Notatur ad hoc, quòd iu- 2
rium correctio est vitanda, vt per Surd. *decis.* 21. *num.* 19. Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.* 2. *litt. C. concl.* 1036. & *seqq.* Pichard. *ad princ. instit. de lege falcid. n.* 34 Cephal *cons* 322 *a n.* 18. *vol.* 3. Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum. Nauarra. n.* 51. Monet. *de distribut, quotid p.* 2. *q.* 11. *nu.* 29. Francisc. à Sousa *in repet.*

repet.§.actionum,Instit.de actionib.part.4.nu.145. Fr. Anton à Sousa *in relect de censuris Bulla Cœna cap.43.disp.100.num.3*

3 Notatur ad hoc, quòd in dubio iurium correctio non est facienda, vt per franc.Bec.*cons.1.num.13.* Menoch.*remed.4.adipisc.nu.21.* Marian. Anton.*variar.resolut.lib.1.resol.18.num.12.* D.Barbos.*in l.1.ff.soluto matrim.part.1.num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Accedens ad Sedem Apost. pro instruendo negotio electionis per* cap.cupientes. *eundo hac de causa, stando,& redeundo integrè, præter quotidianas distributiones, percipit fructus beneficiorum, quos percipere posset in ipsa Ecclesia residendo.*

2 *Conciliatur text. in præsenti, cum cap.vnic.§.qui verò, de clericis non resid.hoc lib.& 4.*

5 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

6 *Statuta iurata non tolluntur per generalem Canonũ, vel statutorum derogationem, etiam stante clausula,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ.

7 *Canonici aliqui si opponunt se, & contradicunt electionem factam à capitulo,& litigatur super hoc, ipsi oppositores suam oppositionem prosequentes tenentur contribuere contra se ad expensas, quæ fiunt nomine Capituli.*

Cap. Cùm non deceat. XXX.

1 Qvi secundùm *cap cupientes,* io causa electionum veniunt ad sedem Apostolic. absentes recipiunt omnes fructus beneficiorum, exceptis quotidianis distributionibus. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin Ioan.Andr.Anch.Butr.Dominic.Monach.Franc. Viuian.*in rationali lib.1.pag.190.* Alagona *in compendio pag.72.* remissiuè Ximen.*in concordan.part.1.& 2.*

2 Difficilis est hic text.dum ex diametro aduersari videtur *cap.vnic.qui verò, de clericis non resid.hoc lib.* quatenus habet clericum Cathedralis scilicet, vel Collegiatæ Ecclesiæ, qui abest propter euidentem illius vtilitatem percipere debere quotidianas distributiones, ac si diuinis officiis interesset. Relictis variis solutionibus adductis à glos. *verbo vtilitas,in d.cap. vnic.* quarum aliquas refert, & rescribit Monet. *de distribut. quotid.p.2.q.11.n.12.15.& 16.*

3 Distinguit Couar.*lib.3.var.cap.13.n.8.vers.octauo,* an Canonicus, vel habens beneficium absens sit à loco, vel oppido ipso in quo Ecclesia est, tunc illi non debeantur distributiones quotidianæ pro vtilitate Ecclesiæ impedito, nisi hoc fuerit consuetudine obtentum, vt innuit text.*in præsenti;* an verò præsens sit & tunc ipso iure absque vlla consuetudine debeantur, vt videtur velle *d.cap.vnic.* Huic distinctioni non videtur longè dissimilis alia Archid.*in d.cap.vnic.n.2.* Anchar.*num.4* & franc *num.3.* Hoied.*de incompatibil.benefic.part.1.cap.17.n.19.* Azor. *instit.moral.p.2.lib.7.cap.7.quæst.14.* Nicol. Garc.*de benef.part.3.cap.2.n.360.iuncto num.362.* asserentium *d.cap.vnicum.* procedere stante consuetudine quòd absens propter Ecclesiæ vtilitatem percipiat distributiones quotidianas, text.verò *in præsenti* vbi nulla sit huiusmodi consuetudo. Aliter verò Ioan. Monach.*in præsenti,* quem sequi videtur Boët.*decis.17.num.15* distinguit, videlicet, vt text. loquatur de eo, qui tunc residere non posset, quia iam esset absens ex alia causa, eique postea commissum fuerit negotium Ecclesiæ vtile, at verò *d. cap. vnic.* agat de eo, qui residere posset, actúque perciperet distributiones quotidianas. 4

Verùm his,& aliis solutionibus reprobatis Monet. *d.quæst.11.à num.22.* eam præstat, vt scilicet text.*in præsenti* loquatur in eo, qui prosequitur non illius Ecclesiæ vtilitatem, cui specialiter adscriptus est, putà Cathedralis; vel Collegiatæ Ecclesiæ, cuius Canonicus est, sed vel specialis illius ciuitatis, vel vniuersalis; at verò *d.cap.vnic.* procedat in prosequente vtilitatem illius particularis Ecclesiæ, cui adscriptus est, quam distinctionem multiplici ratione probat idem Monet.*d.quæst.11.num.24.cum multis seqq.* vt apud illum videre licet.

Suum officium esse damnosum.] Notatur ad hoc, quòd 5 officium suum nemini debet esse damnosum, vt per Surd.*cons.59.num.12.* Monet.*d.quæst.11.nu.8.* Escob. *de ratiocin.cap.7.num.57.& comput.17.num.5.* Card. Tusch.*pract.concl.tom.5.lit.O,concl.94.*

In gl. *Effectus.* ibi, *quid si talem consuetudinem, vel statutum iurauerint,*&c. Notatur ad hoc, quòd statuta 6 iurata nõ tolluntur per generalem Canonum, vel statutorum derogationem, vt per Bernard *reg.693.* Sayr. *in claui regia lib.5.cap.8.num.11.* Et quòd clausula, *Non obstante,* numquam tollat actum iuratum, vel. constitutionem iuratam, tradunt Bernard.*reg.89.* Fr. Emman. *quæstion.Regular. tom.1. quæst.8.art.11.* Et idem stante clausula, *Non obstantibus statutis Ecclesiæ,* resoluunt Vital.de Camban.*in tract.clausul.pag.10.colum.2.n.1.* Mart.*de clausul part.1.claus.79.n.21.in vltim.impress.* Marian.Antó.*variar.resolut.lib.1.resolut.58.nu.6.* Monet.*de commutat.vltim. volunt.cap.7.nu.192.* refero ego ipse *in tractat. de clausulis vsufreq. claus.184.num.2.* secundùm Lugdunen.impress. idem denique stante clausula, *Nõ obstantibus quibuscumque pactis,* adhuc enim non comprehendi pacta iurata resoluunt per me citati *d.tract.claus.185.num.1.* Nulla enim dispositio simpliciter loquens trahitur ad actum iuratum, sed vis iuramenti, illiúsque auctoritas semper excepta videtur secundùm Surd.*de aliment.tit.8.priuil.56.n.49.*

In eadem gloss.ibi, *Hæc Decretalis facit bene ad* 7 *quæstionem,*&c. Notatur ad hoc, quòd si aliqui ex Canonicis se opponunt, & contradicunt electionem factam à Capitulo,& litigatur super hoc, ipsi oppositores suam oppositionem prosequentes tenentur contribuere contra se ad expensas, quæ fiunt nomine Capituli, vt per Gregor.*l.3.verbo dellos tit.9.part.5.* Ioan. Garc.*de nobilit.gloss.22.num.6.*

Cap. Ab eo. XXXI.

Defectum notorium qui opponunt in personam, 1 vel sententiam electi, non possunt ad eo discedere etsi non probauerint, & debent omnino à causæ prosequutione excludi. Colligunt ex Ordinar. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar.Butr.Dominic. Monach Franc. Viuian.*in rational lib.2.pag.191.* Alagona *in compend. pag.72.* remissiuè Ximen. *in concordant.part.2.*

Hanc eandem conclus.ex hoc text. desumit Fr. Si- 2 gism à Bononia *in tract. de electione dub.48.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus impubes ad electionem non vocatus non agit de contemptu, & n. 2.*

3 *Furiosus caret discretione.*

4 *Furiosus professionem emittere non potest.*

5 *Pupillus patronus maior septẽ ann. si præsentat vnũ, & tutor eius aliũ, præfertur præsentatus à pupillo.*

6 Non

6 *Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis electioni interesse non debent.*
7 *Regulares si tacitè, vel expressè professionem non emittant, actiua, passiuaque voce carent.*
8 *Regulares laici carent voce actiua in electionibus eorum ordinum, in quibus sunt professi.*

Cap. Ex eo. XXXII.

1 CAnonicus impubes ante decimum quartum annum si non vocetur ad electionem Episcopi, non potest dici contemptus, nec impugnare electionem, quia non admittitur ad suffragium dandum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. l. 1. pag.* 191. Alagona *in compend. p.* 73. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumunt. Tiraq. *de iure mariti glos. 9. num.* 8. Guillelm. Mandagot. *de elect. nouorum Prelat. cap.* 7. Corras. *de Sacerdot. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 14. Iul. Lauot. *var. lucub. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 15. *n.* 29. Petr. de Biaxio *in directer. elect. part.* 1. *c.* 16. ego ipse *de officio & potest. Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *num.* 19. *& de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 48.

3 In gloss. *Discretione*, ibi, *& per hanc litteram dico idem de Episcopo.* Vide latè tradita per Fr. Sigism. à Bononia *dicto tract. de electione dub.* 89. *n.* 4. *cum seqq.* vbi *à num.* 8. *de ebriis.*

4 In ead. gloss. ibi, *neque furiosus ad Religionem vocari.* Ita censuit Rot. *decis.* 107. *n.* 13. *& decis.* 129. *part.* 1. *diuers.* & tradit nouissimè Fr. Barthol. à Vechiis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput.* 13. *dub.* 1. *num.* 10.

5 In gloss. *Suffragium*, ibi, *quòd si pupillus patronus maior septem annis præsentat vnum, & tutor eius aliũ, præfertur præsentatus à pupillo.* Ita resoluunt Rebuff. *in tract. nominat. q.* 17. *n.* 20. Roch. de Curte *de iurepatron. verbo competens n.* 13. Tiraq. *de legibus connub. glos.* 5. *n.* 222. Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.* 1. *c.* 12. *num.* 25. Clald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cùm non absimiles n.* 34. *& de renouat. emphyteusis c.* 12. *n.* 17. Cened. *ad Decretal collect.* 5. *n.* 6.

§. In Ecclesiis.

6 Regulares, qui non sunt professi, interesse non debent cum professis in electione, sicut nec laici conuersi cum clericis. Colligunt Doctores in principio text. citati.

7 Quod Regulares, si tacitè, vel expressè professionem non emittant, actiua, passiuáque voce careant firmant *in præsenti* Anchar. *n.* 3. Syluest. *in summ. verbo electio* 4. *n.* 5. Cuch. *instit. maior. l.* 4. *tit. de elect. n.* 59. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disput.* 5. *q.* 8. *n.* 6. *&* 7. Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 90. *n.* 2. vbi *num.* 3. post Franch. *hîc num.* 1. Petr. de Biaxio *in direct. elect. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. hoc assumptum sic explicandum esse tradit, vt scilicet ad hoc vt quis possit eligere, sufficiat tacita professio, vt verò possit eligi, necessariò requiratur expressa, refero ego ipse *de iure ecclesi. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 50.

8 *Vel conuersi laici*, &c.] Collige ex text. laicos Regulares carere voce actiua in electionibus eorum Ordinum in quibus sunt professi, vt per Petr. Gregor. *de elect. cap.* 7. *num.* 4. Cuch. *instit. maior. l.* 4. *tit. de elect. num.* 114. Fr. Emman. *q. Regular. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 5. *in fin.* Soar. *de Relig. tom.* 4. *l.* 2. *c.* 4. *num.* 3. ego ipse *de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 49. Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 3. *in fin prima concl.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 91. qui secus esse dicendum affirmant si aliàs habeant vocem ex priuilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine, vt tenent glos. *hîc, verbo electionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente, quæ facta fuit in scriptis ex causa probabili ad Papam ab electione Cathedralis, vel Regularis Ecclesiæ, confirmatio facta per Ordinarium non valet, & num.* 2.
3 *Verbum, euacuatur, sine dict.* eo ipso *non indicat ipso iure, nec denotat latam sententiam.*
4 *Constitutio pœnalis extenditur ad casum ex mente ipsius, licèt non ex verbis in ea comprehensum.*
5 *Abesse non dicitur qui statim est reuersurus.*
6 *Statutum in vno ex æquiparatis dicitur esse & in alio dispositum.*

Cap. Si postquam. XXXIII.

IN Ecclesia Cathedrali, vel Regulari quando quis appellat canonicè ab electione ad Papam si Ordinarius confirmat electionem, & appellans non recedit ab appellatione, confirmatio est nulla Item si electus, qui Romam venit antequam finiat negotium sine licentia discedit, eius electio est nulla. Item si electus est confirmatus, & appellatur eodem modo, eundum est Romam, sicut in electione. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ratien. lib.* 1. *pag.* 192. Alagona *in compend. pag.* 73. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Laurent. de Peirinis *de Religiose subdito tom.* 1. *q.* 1. *c.* 31. §. 11. *vers. dico sextò* 2

Eo ipso viribus euacuatur omnino] Ergo verbum, *Euacuatur*, sine dict. *eo ipso*, latam sententiam non denotat, ex adductis per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 25. *C. de reuocand. donat.* 3

In gloss. *Mente*, ibi, *& ita punitur qui mentem offendit, sicut qui mentem, & verba.* Notatur ad hoc, quòd Constitutio pœnalis extenditur ad casum ex mentē ipsius, licèt non ex verbis in ea comprehensum, nec dicitur extensio fieri, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis nu.* 48. *C de reuocandis donat. & de retract. lig.* §. 20. *num.* 3. 4

In ead. gloss. ibi, *statim reuersurus*, &c. Notatur ad hoc, quòd non videtur recessisse, qui statim est reuersurus *l. postliminium* §, *captiuus, l. nihil, ff. de captin. & postlim. reuers.* Tiraq. *in l. si vnquã, verbo susceperit liberes n.* 179. *C. de reuocand. donat.* Rebuff. *in praxi par.* 3. *tit. de permut. n.* 12. *& in concord. rub. de collation* §. 1. gloss. *in verbo & si residentiam deserueris.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.* 9. *n.* 31. ego ipse *de offic. & potestate Episcopi part* 3. *alleg.* 53. *num* 92. 5

In gloss. *Prouisione* ibi, *vt circa quid iuris de vno, & de alio*, &c. Notatur ad hoc quòd statutum in vno ex æquiparatis dicitur esse, & in alio dispositum, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 15. *gloss.* 1. *num.* 11. *& in l. si vnquam, verbo reuertatur num.* 34. *C. de reuocan. donat.* Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 4. *nu.* 23. Chald Pereira *in l. si curatorem, verbo, hunc contract ñ num.* 36. *& verbo contractum n.* 22. *vers. sed an prædicta, & de nominat. emphyt. q.* 12. *num.* 26. *& de potest. eligendi cap.* 7. *n.* 5. *& de resolution. emphyt. cap.* 9. *num.* 23. D. Barb. *in l. si constante, in princip. n.* 99. *ff. soluto matrim.* 6

SVM

SVMMARIVM.

1 *Dispensare possunt Episcopi & eis Superiores cũ habentibus parochiales Ecclesias sibi subiectas quòd vsque ad septenniũ studendo accepto Subdiaconatus Ordine infra annum, non teneantur ad Sacerdotium promoueri, quo durante septennio debet in illis Ecclesiis idoneus poni Vicarius de fructibus Ecclesiæ sustentandus; elapso verò septennio teneñtur ij infra annũ in Presbyteros promoueri, & n. 4.*
2 *Parochis causa studiorum licentia non datur post Concil. Trid.*
3 *Ecclesia indiget litteratis viris.*
5 *Vicarium deputare durante septennio, quo parochi causa studiorum cum dispensatione Episcopi abesse possunt, ad ipsum Episcopum, non autem ad parochum spectat.*
6 *Dispensandi in residentia facultas conceditur Episcopis, & aliis Episcopo Superioribus.*
7 *Episcopus, qui dispensauit cum parocho causa studij in septennio. ante illud tempus finitum dispensationem reuocare non potest.*
8 *Licentia de stando in scholis, non expirat morte concedentis.*
9 *Beneficiatis curam animarum non habentibus an, & quando Ordinarius licentiam concedere valeat, vt ratione studij abesse valeant, ostenditur.*
10 *Dict.* Alioquin. *denotat sententiam.*

Cap. Cùm ex eo. XXXIV.

1 Episcopi, & eis Superiores possunt dispensare cum electis ad Parochias, vt accepto Subdiaconatus Ordine infra annum, per septennium studeant, quibus elapsis infra annum fiant Sacerdotes, nisi legitimè fuerint impediti, aliter sunt priuati Parochiis, eo tamen tempore prouideant de Vicariis idoneis Ecclesiæ assignata prouisione ex fructibus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali l. 1. pag.* 194. Alagona *in compend. pag.* 73.

2 Hodie cùm per Concil. Trident. non admittantur ad Parochiales Ecclesias nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati, Parochis causa studiorum non esse dandam licentiam referunt à Sacra Congregat, decisum Henriq. *cons.* 23. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *n.* 251. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ l.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *sub. tit. sed an parochi debeant residere in suis Curatis n.* 122. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 502. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 393. *in fine in* 2. *edit.* Sanctarel. *vari. q.* 3. *n.* 25. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 77. *& alleg.* 56. *num.* 30.

3 *Viris litteratis.*] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia indiget viris litteratis, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 3. latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 6. *proœm. n.* 33. *& glos.* 4. *n.* 4. *cum seqq.* & alios per me citatos *d. tract. part.* 2. *alleg.* 46.

4 *Dispensare possint liberè*, &c.] Notatur ad hoc quòd quamuis habens beneficium Curatum teneatur infra annum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoueri, Episcopus tamen poterit fauore studij cum studentibus dispensare vsque ad septem annos, vt per Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 36. Monet. *de distrib. quotid. part.* 2. *q.* 10. *n.* 4. Et talis Parochus, cum quo sic dispensat ne intra annum promoueatur, minimè incurrit pœnam amissionis beneficij, de qua *in cap. licèt canon. boetu & l.* secundùm Sanch. *de matrim. l.* 8. *disput.* 1. *num.* 24.

Vt per bonos, & sufficientes Vicarios, &c.] Notatur ad hoc, quòd deputare Vicarium illo septennio, non ad Parochum, sed ad Prælatum spectat, vt per Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 11. 5

In gloss. *Episcopi.* ibi, *hoc tamen casu non dispensabunt minores Episcopis.* Notatur ad hoc, quòd facultas dispensandi in residentia conceditur Episcopis, & aliis Episcopo Superioribus, vt per Azor. *instit. moraliũ part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 4. 6

In gloss. *Septennium.* ibi, *sed nunquid Episcopus, qui dispensauit in septennio, ante illud tempus finitum poterit dispensationem reuocare? puto quod non:* ita Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 37. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 33. *num.* 12. 7

Notatur etiam ad hoc, quòd licentia de stando in scholis non expirat morte concedentis, vt per Perez *l.* 2. *vers. sean tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 199. *col.* 1. Rom. *singul.* 517. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 109. 8

In gloss. *Literatum* ibi, *& caueant Episcopi ne dispensent cum his, qui dociles non sunt*, &c. Hodie Sacra Congreg. Concilij censuit teneri Ordinarium dare licentiam beneficiatis curam animarum non habentibus, licèt ad residentiam adstringantur, vt ratione studij abesse possint, dummodo id status Ecclesiæ patiatur, & in publico, celebrique gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus studeat, & minores sint triginta annis, prout referunt Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 82. *&* 86. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *de absentia num.* 121. Sanctarel. *vari. resolut. quæst.* 3. *nu.* 23. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 56. *nu.* 29. *& in collect. ad c. relatum* 4. *nu.* 7. *de clericis non resid.* quæ quidem licentia non suffragatur vltra quinquennium à die, quo cœpit studere, vt tradunt Nicol Garc. *d. c.* 2. *num* 105. Monet. *de distribut. quotid. q.* 10. *n.* 14. Armendar. *de loco n.* 99 *&* 102. ego ipse *d. allegat.* 54. *n.* 31. & me citato *in illo loco*, Sanctarel. *dicta quæst.* 5. *n.* 47. 9

In gloss. *Alioquin.* ibi, *ex tunc.* Hanc dictionem denotare latam sententiam resoluunt Rebell. *de obligat. Iustitiæ part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 6. *nu.* 37. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. 10

SVMMARIVM.

1 *Compendiatur text. in præsenti.*
2 *Annus, infra quem de parochiali Ecclesia prouisus sacerdos fieri tenetur, si ex toto elapsus non sit, ius est penes illum, qui vult renunciare.*
3 *Parochialem Ecclesiam adeptus si infra annum ad Sacerdotium se promoueri non fecit, tuta Conscientia potest suo cedere beneficio vltimo die anni*
4 *Parochus si vltima die anni, quo tenebatur Sacerdos fieri, mortuus fuerit, vacabit beneficiũ per obitũ.*
5 *Pœna huius text. non incurritur si Prælatus prorogando terminum non dispenset.*
6 *Annus ad Ordinis sacerdotalis promotionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet, non curr. t ignoranti.*
7 *Parochus infra tempus quo promoueri tenetur, legitimè impeditus, cessante impedimento quoad vtrũque forum non alium annum integrum, sed tãtum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendum acquirit.*
8 *Parochus, qui intra annum Sacerdotium non suscepit, effugit pœnas contra tales statutas, si intra tempus comparuit, & se promoueri petiit, licèt Ordinarius eum propter illiteraturam, aut aliam causam promoueri noluerit.*

9 *Beneficium parochiale ipso iure vacat ex eo quòd quis infra annum ad Sacerdotium non promouetur.*

10 *Parochus, qui infra annum Sacerdotium non suscepit, tenetur in animæ iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit.*

11 *Beneficium vacans per non promotionem ad Sacerdotium infra annum, licèt possit per alium impetrari, possessio tamen in Conscientia non vacat quousque spolietur.*

12 *Annus ad Ordinis Sacerdotalis promotionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet, non currit à tempore impetrationis beneficij, sed adeptæ possessionis.*

13 *Beneficium primum, vt vacet per assecutionem alterius incompatibilis, requiritur pacifica possessio de facto, & de iure.*

14 *Lex non est imposita verbis, sed rebus.*

15 *Beneficio Curato priuatus eo quòd intra annum ad Sacerdotium non se promoueri fecit, non poterit ea vice iteratò id beneficium eidem conferri.*

16 *Beneficium parochiale obtinens absque animo assumendi intra annum Sacerdotium, tenetur fructus restituere.*

17 *Possessionem pacificam beneficij quis dicatur habere, ostenditur.*

18 *Possessionem pacificam beneficij non habet qui statim in ea fuit deturbatus, seu lis mota.*

19 *Tempus anni præstitutum ad promotionem Ordinis sacerdotalis ei, qui beneficium Curatum obtinuit, non currit illi quandiu lis pendet super eo.*

20 *Prouisus de Parochiali si possessionem illius saltem per duos menses obtinuit sine litigio, tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri.*

21 *Curæ liberum exercitium habens, & omniũ bonorũ, fructuum, & prouentuum possessionem, licèt in limine adeptæ possessionis huiusmodi mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tenetur se promoueri facere intra annum lite pendente.*

22 *Annus promotionis ad sacros Ordines non computatur, quandocunque clericus legitimè impeditur quominus Sacerdos creetur.*

23 *Impedimentum in fine anni superueniens an excuset Parochum à promotione Sacerdotij si intra illud tempus non poterat ordinari, ostenditur.*

24 *Beneficium Curatum recipiens animo assumendi Sacerdotium intra annum, non tenetur fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit mentem, restituere.*

25 *Restitutio debita censetur etiam in foro Conscientiæ si ex parte soluentis sit pœna, & ex parte accipientis sit restitutio damni accepti.*

Cap. Commissa. XXXV.

1 NEmo Parochiali Ecclesia priuatur ex eo, quia non est ordinatus, nisi totus annus fuerit elapsus, & annus incipit post regimen Ecclesiæ, vel pacificam possessioné, vel si per ipsum stetit quominus eam haberet. Item si ex iusto impedimento ordinari non potest, annus ei non currit, sed si nullo obstante impedimento infra annum nõ est ordinatus (& sic Ecclesia vacat) nõ potest idem prouideri de eadem pro illa vice, Item qui non animo retinendi illam Ecclesiam accipit, sed vt fructus illius anni lucretur, restituat fructus, nisi animum mutet, & qui contulit Ecclesiam non credens electum fore ordinãdum, seruat Ecclesiam indemnem. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Fanc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 196.* Alagona *in compend. pag. 74* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Nisi tunc demum cùm ex toto fuerit ipse annus ela- 2
psus. Ergo antequam annus sit ex toto elapsus, ius est,
penes illum, qui vult renunciare, iuxta tradita per Paris.
de resignat benefic. lib. 3. quæst. 2. nu. 9. Vnde qui Paro- 3
chialem Ecclesiam adeptus infra annum Sacerdos factus non est, tuta Conscientia suo potest cedere beneficio vltimo die anni cùm adhuc ius in beneficio habeat, vt per Rebuff. *in practica benefic. tit. de non promotis intra annum nu. 48.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 55. lit. A in fine, vers. prædicta, secundùm nouiss. impress.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 20. quæs. 4.* dummodo absque dolo, & fraude id faciat, per ea quæ
tradit idem Azor. *d. part. 2. lib. 6. c. 8. q. 10. vers. quæ-* 4
res, & ea ratione si clericus in vltima anni die mortuus fuerit beneficium vacabit per mortem. Paris. *cons. 19. n. 24. vol. 4.*

Hinc etiam si ante annum finitum dispenset Præla- 5
tus in anno illo ad assumendos Ordines præfixo, prorogando terminum, non incurritur pœna, vt per Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 22. n. 25.* 6
Tibi non currit si promoueri iusto impedimento, &c.] Notatur ad hoc, quòd annus ad Ordinis Sacerdotalis promotionem statutum ei, qui beneficium Curatum obtinet, non currit ignoranti, seu iusto impedimento detento, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 35. gloss. 4. n. 14. & 22.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt quæst. 6. n. 25.* Nauar. *cons. 1.* aliàs *12. nu. 1. cum seqq. de rescript.* quos
refero *d. cap. 5. num. 17.* Illud autem aduertere oportet 7
quòd Parochus intra tempus, quo promoueri tenetur, legitimè impeditus, cessante impediméto quoad vtrũque forum non alium annum integrum, sed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendum acquirit, ita Nau. *cons. 1. de tempor. ordin. in antiq.* aliàs *cons. 1. de. in integr. restit. in nouis,* Nicol Garc. *de. benefic. p. 11. c. 5. n. 120.*

Erit sanè Parochus à pœna priuationis beneficij ob 8
non promotionem ad Sacerdotium infra annum immunis in casu decisionis à S. Congregatione emanatæ his verbis, *Pœna Canonis præscripta eis, qui intra annum Sacerdotium non susceperunt, non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis pacifice, vel infra tempus comparuit, & se promoueri petiit, offerens quantùm in eo erat, se paratum ad suscipiendum Sacerdotium, sed Ordinarius noluit eum propter illiteraturam, vel aliam causam promouere.* refert Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 55. in princip.* secundùm nouiss. impress.

Priuatus existit.] Notatur ad hoc, quod beneficium 9
Parochiale ipso iure vacat ex eo quòd quis infra annum ad Sacerdotium non promouetur, vt per Azor. *d.*
part. 2. lib. 7. c. 16. quæst. 11. & ideo tenetur in animæ 10
iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit, secundùm Nauar. *in man. c. 25. n. 117. & in tract. de orat. c. 22. n. 46.* Salzed. *ad Bernard. d. c. 55. in princip.*

Verùm licèt huiusmodi beneficium vacans per 11
non promotionem ad Sacerdotium intra annum, possit per alterum impetrari, possessio tamen in Conscientia non vacat quousque spolietur, secundùm Henriq. *in summ. l. 10. c. 32. §. 5. & in glos. lit. V.*

Et possessionem eius pacificam habuisti.] Notatur 12
ad hoc, quòd annus ad Ordinis Sacerdotalis promotionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet, non currit à tempore impetrationis, siue collationis beneficij, sed adeptæ pacificæ possessionis, vt per Tira-
quel. *de retractu lig. §. 1. glos. 10. n. 113. iuncto §. 36.* 13
glos. 3. n. 5. Chald. Pereira *de renou. emphyt. q. 5. n. 31.* Azor. *instit. moralium part. 2. l. 7. c. 16. q. 11.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Parochi, c. 5. n. 5.* vbi refero sic censuisse sacram Cong. Concilij, prout etiam, 14

Fr.Hieron. Roman.*d.lib.* 4.*cap.*13. *fol.*29: Menoch. *conf.*302.*num.*49.*cum multisseqq.* Cabed.*Lusit.decis.* 105.*num.*2. *part.*2.

9 *Comes.*] De Comite vide Andr.Resend.*vbi suprà pag.*136.*cum seq.* Gardiol. *citato loco cap.*41.& 42. Sebast.de Orosco *dicto loco,verbo Conde fol.*230.*verso,* Gudiel *en la historia de los Girones c.*2.*fol.*4. *verso,* Garibay *in compendio historiali lib.*7.*c.*17.& 47.& *lib.*10.*c.*4 Ambros. de Morales *part.*2.*de la chronica de Hespaña c.*31. *fol.*143.*verso.* Fr. Hieron. Roman. *d.lib.*4.*c.*15.*fol.*131.Azor.*instit.moral.part.*2.*lib.*11. *c.*8.& 9.Bobadil.*in sua politica lib.*2.*c.* 16.*num.* 25. *cum seqq.* Stephan.Gratian.*discept.forens.c.*291.*n.*17. Cabed.*d.decis.*105. *num.* 2.& 3.

10 *Baro*]De Baronibus vide Cassan.*in catalogo gloria mundi part.*8.*consid.*15. Gardiol. *vbi suprà c.*45. Sebast.Orosco *citato loco verbo Baron fol*122.*verso,* Cabed.*Lusit.decis.* 140.*part.*2. Cornel.Khelian. *in dictión.Theutonicolatina verbo Bander.* vbi sic ait, *Baro autem vulgo vocatur,qui inter nobiles opibus, & potentia antecellit, homo generosus, & insignis merum, mixtúmque imperium in aliquo castro,aut oppido consensu Principis habens,* &c.

11 *Irrita prorsus ex nunc,& vacua nunciamus.*] Notatur ad hoc quòd lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita & inanis actio,aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet. vt per Sayr. *in claui Regia lib.* 3.*cap.*8.*num.*26.

12 Notatur ad hoc, quòd quando in eadem Constitutione est duplex,siue geminatum verbum futuri temporis,tunc est latæ sententiæ,vt per Tiraq. *in l.si vnquam verbo reuertatur n.*46.& 47.*C. de reuocandis donat.*

13 In gloss. *Satrapis.*ibi,*idest,sapientibus.* Vide Cassan. *in catalogo gloria mundi part.*11.*consid.* 8. Tiraquel. *in Alexand. ab Alexand. dierum genialium lib.*1.*c.* 27.*ad fin.* Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap.*14.*num.*2. *dist.* 96.

14 In gloss.*Contingeret.* Vide Mascard.*de probation. conclus.*162.*num.*56.

15 In gloss.*Princeps.* Notatur ad hoc quòd Princeps dicitur ille, qui primum locum habet, vt per Azor. *instit.moral.part.*2.*lib.*11. *c.*7.*q.*1.

16 In gloss. *Potiantur.*ibi, *Vnde Paulus aduersùs iniuriosos se Romanum ciuem testabatur.* Quia eius pater societatem cum Romanis contraxerat,& in illius signum data ei fuerat pennula,vt refert Boër.*dec.*260. *num.*22.

17 In glos. *Gens sancta.* In codicibus adhuc non correctis sub hac gloss. inueniebatur Romam appellari quasi rodat manus, quam meritò reprehendit Alphons.de Mendoça *quæst.*4.*Scholastica* §.1.licèt olim præceptor colendissimus non abs re dixerit glossam prædictam non respexisse ad etymologiam nominis, quæ verborum origines perquirit, eorùmque veritatem notificat, vt ostendit multis exemplis Fonsec. *in dialect. lib.*5.*cap.*2.de consule,qui sic dicitur, quia consulit Reip. de abstemio, quia abstinet à temeto, idest, vino; sed tantùm ad allusionem, quæ ad solius vocis sonum, & similitudinem tantùm respicit, vt optimo exemplo sic Iustinianum vendicans à morso,seu potius calumnia Laurentij Vallæ circa appellationem testamenti,quod Iustin. dixit testationem mentis,*in princ.Instit. de testam.* aduertit Alciat.*de verb.signif.lib.*4 *num.*21.quem laudat Couar. *in rub.de testam.n.*2.Aurel.*de verb.signif.c.*6.*à n.*33. Vnde inter etymologiam,& allusionam aliud consequitur discrimen, quòd etymologia quoad originem vocabuli veritatem præ se fert,& ideo in definitionibus ei locus assignatur, & ab ea saltem negatiue valet argumentum,vt nos docet Iureconsul.*in l.*2. §.*appellata, ff.si certum pet.* ex allusione autem cùm veram originem vocabuli non respiciat,minimè necessarium est argumentum, immo allusionem damnant antiqui omnes,vt ostendit Rip.*in l.*1. *num.*18. *ff.de nouat.* Cuiac.*lib.* 11.*obseru.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Canonicis Cathedralis Ecclesia ipso iure, vel per sententiam,præterquam in casu negligentia, eligendi potestate priuatis,ad Papam ius deuoluitur eligendi, in inferioribus verò Ecclesiis semper ad proximum superiorem.*

2 *Eligentes scienter indignum priuantur ipso iure electione,& ius eligendi amittunt,secus si ignoranter,vt num.* 3.

4 *Ecclesiarum diœcesis dispositio pertinebat ad Episcopum ex dispositione antiqua.*

5 *Episcopus iure ordinario collator est omnium beneficiorum, qua sunt propria diœcesis.*

CAP. Quamquam. XVIII.

QVando electores Catedralis Ecclesiæ priuati sunt ipso iure potestate eligendi ob electionem scienter indigni, vel debent priuari per sententiam ob non seruatam formam electionis præscriptam à Concilio,electo deuoluitur ad Papam, non ad superiorem immediatum? secus verò in inferioribus Ecclesiis, vel quando Canonici Cathedralis fuerunt solùm negligentes in eligendo,tunc enim deuoluitur potestas ad superiorem immediatum. Colliguot ex Ordin. Archid. Gemin. Io. Andr Anch. Butr. Domin. Monach. Fran. Viuiã.*in ration.l.*1 *p.*180. Alagona *in cõpendio p.*69.remissiuè Ximen.*in concordã.p.*1.& 2. 1

Eligendi potestate priuentur, &c.] ad illud, quod scienter eligentes indignum priuantur ipso iure electione,& ius eligendi amittunt,citant plures Doctores *in collect.ad c.cum in cunctis n.*35. *hoc tit.* quibus adde Flliuc.*tom.*3.*tract.* 41.*c.*4.*n.* 173. Azor. *instit. moral.part.*2.*l.*6.*c.*14.*q.*8. Fr. Ludou. Miranda *in manu.Prælat.tom.*2.*q.*23.*art.*8. Paul. Laymann.*in q. Canon.de Prælatorũ ecclesiast.elect.q.*70. Sigism. à Bononia *de elect.d.*61.*n.*4. vbi *n.* 10. limitat si nõ fuerit sequuta electio,& *n.*13. etiam limitat quando ipsi electores compromiserunt absolutè in aliquem,qui compromissarius eligit indignum,nisi tamen ipsi compromittentes talem electionem ratam habuerint. 2

In glos.*Scienter.*ibi,*secus si ignoranter.* Refert & sequitur Fr. Sigism. à Bononia *d.dub.*61.*n.*5. vbi subdit idem iuris esse de illis electoribus,qui eligunt dignũ credentes eum indignum,quia conatus non habet effectum,& electio tenet,& citat Felin.*in c. si verò* 2. *de sent.excomm.ante fin.vers.* & *ad tertiam quæst.* Gemin.*in cap.perpetuo n.*4.*sup.hoc eod.tit.* 3

In gloss.*Secus.*ibi, *ad Episcopum enim ex dispositione antiqua pertinebat Ecclesiarum sua diœcesis dispositio.* Vide Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. glos.* 45.*n.* 40.& metipsum *de officio & potest. Episcopi part.*3. *alleg.*57.*n.*1. Vnde colligit Couar.*l.*3.*var.c.* 20.*n.*9. *vers.caterum,* quòd Episcopus iure Ordinario collator est omnium beneficiorum. quæ sint propriæ diœcesis. 4 5

CAP. Is, qui contra. XIX.

DE electione ad Sedem Apostol. appellans si iurat quòd ea, quę in appellatione sunt posita, de ipsis, quæ 1

quæ deberent sufficere, esse vera credebat, & se posse probare, non est audiendus, quia non iurat secundùm Constitutionem Gregorij X. idest, omnia credere, & posse probare, sed indeterminatè, vel aliqua. Colligũt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach, Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 182.* Alagona *in compend. pag. 70.* remissiuè Ximen. *in concerd. part. 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 48. n. 12.* & vide quid circa hunc text. notat Boër. *decis. 339. n. 4. col. 2.*

Cap. Qui contra XX.

SI quis contra certam, & nominatam personam, ne ab aliis eligatur, ad Sedem Apost. antequam fiat electio, duxerit appellandum, debet per omnia in appellando obseruare formam Constit. Gregorij X. ac si electione iam facta contigerit appellare, alioquin non obseruans pœnæ constitutionis eiusdem se nouerit subiacere. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 182.* Alagona *in compend. Canon. pag. 70.*

Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumit. Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 48. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Electio quando fit per scrutinium, vel per compromissum, vnus nomine omnium dicere debet, Ego eligo talem, licèt aliqui discrepent, aliàs electio non valet. & num. 2.*

3 *Scrutinium facere aggredientes aliqui ad hoc non electi aliis videntibus, & non contradicentibus tacitè consentire, eósq; ad hoc officium assumere cēsentur.*

4 *Scrutinij de forma est, vt eo publicato & facta collatione mox per vnum nomine Capituli electio fiat, siue præcedat mandatum Capituli, siue sequatur ex tacito consensu, qui ex non reclamatione deducitur.*

Cap. Sicut. XXI.

1 ELectio quãdo fit per scrutinium, vel per compromissum vnus nomine omnium dicat, Ego eligo talem, licèt aliqui discrepent, aliter electio nõ valet. Colligũt ex Ordin. Archid. Gemin. Io. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 183.* Alagona *in compend. pag. 70.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Paul. Layman *in quæst. Canonic. de Prælater. ecclesiast. elect. dub. 85. lit. E.*

3 In gloss. *Per vnum.* ibi, *sed si Capitulum,* &c. Notatur ad hoc, quòd si aliqui ad scrutinium faciendum non electi, scrutinium facere aggrediantur aliis videntibus, & non condradicentibus, tacitè consentire, eósque ad hoc officium assumere censentur, vt per Paul. Laymann *in quæst. de Prælatorum ecclesiast. elect. quæst. 72.*

4 In ead. gloss. ibi, *& quod dicit vnum,* &c. Notatur ad hoc, quòd de forma scrutinij est eo publicato, & facta collatione vt mox per vnum nomine Capituli electio fiat, siue præcedat mãdatum Capituli siue sequatur ex tacito consensu, qui ex non reclamatione deducitur, vt per Abb. in *cap. quia propter, n. 11. hoc tit. in Decretalib.* Franc Marc. *decis. 922. nu. 2. lib. 2.* Melch. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 19. n. 39.* vbi *n. 4. post* Petr. de Biax. *in director. election. part. 3. c. 33. n. 4. & 5.*

subdit quòd publicatio ista si omnes consentiant, potest etiam fieri per extraneum.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis quando est Collegiata electus non tenetur ordinari Sacerdos intra annum, quia cap. licèt canon. suprà hoc tit. non extenditur ad istum casum, cùm sit pœnale, & n. 2.*

3 *Dispositio cap. licèt canon. sup. hoc tit. est fauorabilis.*

4 *Declaratur text. in de cap. licèt canon.*

5 *Lex pœnalis regulariter restringitur.*

6 *Lex pœnalis patitur extensionem quando datur eadem ratio.*

7 *Beneficiorum sub generali dispositione qualificata beneficia sæpe non includuntur.*

8 *Casus qualificatus non comprehenditur sub dispositione simplici.*

9 *Qalitas noua adueniens enti reponit illud in diuersam naturam, & speciem.*

10 *Mixtum nunquam sub simplici continetur in odiosis nec in pœnalibus, exorbitantibus, & correctoriis, vt num. 11.*

12 *Iura loquentia de Parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis.*

13 *Collegiata quibus signis cognoscatur.*

14 *Ecclesia si auctoritate superioris destructa sit, non comprehenditur nomine Ecclesia.*

Cap. Statutum. XXII.

PArochialis quando est Collegiata, electus non te- 1
netur ordinari Sacerdos intra annum, quia *cap. licèt canon. sup. eod.* non extenditur ad istum casum, cùm sit pœnale. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 184.* Alagona *in compend. pag. 70.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. firmant Azor. *instit. moral.* 2
part. 2. lib. 6. cap. 8. quæs. 4. Gonz. *ad reg. 8.* *Cancel. glos. 5. §. 7. num. 12.* Selu. *de benefic. part. 1. quæst. 3. n. 6.* Rebuff. *in praxi benefic tit de non promotis num 27.* latè. ego ipse *in tract. de offic. & potest. Parochi c. 5. n. 25.*

Sed obstat, quia decisio *d. cap. licèt canon.* continet 3
dispositionem fauorabilem, puta in fauorem Ecclesiæ factam, si quidé, fauor Ecclesiæ in eo versatur quòd clericus statim ordinetur, ne aliàs à statu clericali retrocedere valeat, docet eleganter text. *in cap. cùm ex eo 34. inf. hoc tit.* iuuat doctrina glos. *verbo alios, in cap. sciant cuncti. sup. hoc tit & lib.* recepta communiter ex Cou. *d. sponsal. part. 2. c. 6. in princ. n. 12.* & ex multis relatis à Tiraquel. *de pia causa priuil. 161.* & à Menoch. *de success. creat. §. 10. n. 45.*

Quapropter nonnulli intelligunt proptérea hic Ec- 4
clesiam Collegiatam non contineri in dispositione *d. cap licèt canon,* quia vnum mixtum, quale est Ecclesia Collegiata parochialis, non continetur appellatione simplicis, quale est parochialis, de qua fit mentio *in d. cap. licèt,* arg text. *in l. si ita scriptum. ff. de liberis, & posthum.* & ita in specie Abb. *in c. bona il. 1. in princ. de postulat. Prælat.* Selu. & Rebuff. *dictis locis.* Dom *vbi sup.* Qui quidem intellectus refellitur si aduertas id totum esse quod quærimus. Alij igitur meliùs aduertunt quòd *in d. cap. liėt canon,* non agitur genaraliter de Ecclesia parochiali, sed restrictè de merè parochiali, & in qua principaliter parochia existit, à qua appellatur, patet quia agit de illa parochiali in qua datur Rector, vt constat ex verbis text. ibi, *cuius Rector,* &c Vnde cũ Ecclesia Collegiata, licèt parochialis, merè parochialis non

non fit, nec à parochia appelletur, sed à collegio tanquam à principali, de quo constat, meritò dispositio *d. cap. licèt canon*, in Collegiata parochiali locum habere non potuit vt text. hîc dixit, cùm in pœnalibus, qualis est dispositio *d. cap. licèt canon*, extensio non admittatur.

5 *Cùm sit pœnale.*] Notatur ad hoc, quòd lex pœnalis regulariter restringitur, vt per Farin. *in praxi crimin. part. 4. cons. 65. num. 252.* Cardos. *in praxi iudicum, &*
6 *aduocat. verbo lex num 23.* vbi *num. seq.* asserit quòd patitur extensionem quando datur eadem ratio, & si non sit correctoria, extenditur ex identitate, vel maioritate rationis, idem tenet Brunor. à Sole *in locis communibus. verbo lex 16.*

7 *Declaramus ad Collegiatas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in generali dispositione beneficiorum qualificata beneficia sæpe non includuntur, vt per Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloss 9. num. 2.*

8 Nam sub dispositione simplici non comprehenditur casus qualificatus, vt citato hoc text. resoluit Valasc. *consult. 52. num. 51.*

9 Et qualitas noua adueniens enti, reponit illud in diuersam naturam, & speciem, vt per Menoch. *remed. 6. recuper. possess. n. 8. & cons. 55. n. 13.* & alios citatos per Surd. *decis. 2. & cons. 521. n. 12. cum seq.*

10 Et mixtum nunquam sub simplici continetur in odiosis, vt per Alexand. *in l. 2. num. 2. ff. de verbor. oblig.* vbi Ias. *num. 5.* Alciat. *in reper. num. 20. & 20.* Galiaul. *n. 16. cum. seqq.* Herculan. *de cautione de non offendēdo. cap. 17. nu. 2.* Cephal. *cons. 26. num. 24. cum seqq. lib. 1.* Mandos. *ad reg. 11. Cancel. q. 16. num. 2. & reg. 32. qu. 30. n. 8.* Aym. *cons. 276. col. fin. vers. iam causa.* Surd. *cons. 430. n. 14. lib. 4.* Tiraq. *de iure mariti glos. 5. n. 72.* nisi sit eadem ratio ex eod. Tiraq. *d. gl. 5. num. 76. & in tract. le mort. part. 2. declar. 4. n. 8.*

11 Sic etiam mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici habet locum in mixto, quando eadem dispositio est pœnalis, sicuti docent Asin. *in practic. in princ. cap. 4. num. 8.* Bertazzol. *cons. 126. num. 13. in fin.* Polyd. Rypa *in tract. de nocturno tempore c. 4. nu. 9. & 109. cum seqq.* quod etiam in materia exorbitanti, seu correctoria admittunt. Natt. *cons. 463. num. 18.* Cassad. *decis. 5. nu. 4. de rescript.* Mand. *in reg. 10. Cancel. quæst. 3. num. 6. & reg. 33. quæst. 7. nu. 5. vers. quinto & vlt. & reg. 11. quæst. 16. n. 2. & regul. 52. quæst. 30 num. 8. vers. amplius,* Polyd. Ryp. *d. c. 4. n. 48.* Cardin. Tusch. *lit. M. concl. 244. n 26. & n. 33.* declarat nisi essemus in statuto correctorio, sed fauorabili, & *n. 34* pariter declarat nisi identitas rationis contrarium suaderet.

12 In gloss. *Collegiatas.* ibi, *in primo casu locum habebit hac decretalis, in secundo non.* Notatur ad hoc, quòd iura loquentia de Parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis, vt per Flamin. *de resignat. signat. lib. 8. q. 9. num. 94.*

In ead gloss. ibi, *si quæratur quomodo hoc cognoscatur,*
13 &c. Collegiata quibus signis cognoscatur ostendunt Zabarel. *in Clem. 2. n. 10. de ætate, & qualit.* Panormit. *in cap. nobis n. 8 de iure patron.* Roman. *consil. 436. n. 6. & 7.* latè & eleganter D. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 14. n. 55. cum seqq.* Rot. *in Nolana Primiceriatus. 4. May. 1615.* coram Card. Verospio, impressa per Farinac. *dec. 673. part. 1. recent.* Gregor. *decis. 492. n. 4. num seqq.* vbi latè adden. Mantic. *dec. 215. num. 1. vers. vnde cùm hæc Ecclesia,* latè ego ipse *de Canonic. cap. 2. à n. 9.*

14 In eadem gloss. ibi, *si autē destruatur collegium superioris auctoritate,* &c.] Notatur ad hoc, quòd si Ecclesia auctoritate superioris destructa sit, non comprehenditur nomine Ecclesiæ, nec priuilegiis illi concessis gaudet, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 9. disp. 15. n. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Compromissarius si eligat secundùm traditam sibi metam (scrutatis & in scriptis redactis voluntatibus singulorum, illum eligat in quem non maior pars Capituli, sed plures aliorum comparatione consenserint) non tenet electio, cùm præter formam Concilij fuerit celebrata.*

2 *Compromissi vsitatior forma illa est, vt scilicet compromissarij votis omniū secretò inquisitis eū eligere adstringātur, in quē maior pars Capituli cōsēserit.*

3 *Scrutinio publicato vbi electus ius non habet, electores variare poterunt.*

4 *Valere verbum positum cum aliqua dict. vniuersali negatiua, semper denotat sententiam latam.*

Cap. Si cui XXIII. 1

Compromissario quando detur hæc forma, vt facto scrutinio vocum, eligat illum, in quem plures cō senserint partium comparatione minorum, licèt 1
maiorem totius Capituli partem non attingant; si ita eligat, electio est nulla, quia non seruat formam Concilij. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 1. pag. 184.* Alagona *in compend. pag. 71.* remissiuè Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Paul. 2
Layman *de Prælatorum ecclesiast. elect. q. 85. paulo post princ. lit. E.* & de hac materia latè egi *in collect. ad cap. quia propter, de elect.* & *ibi* dictis addendum duxi vsitatiorem compromissi formam illam esse, vt scilicet compromissarij votis omnium secretò inquisitis eum eligere adstringātur in quem maior pars Capituli consenserit, vt notant Petr. Geg. *de elect. cap. 2. n. 4.* & alij citati à Fr. Sigismundo à Bononia *in simili tract. dub. 2. num. 9. & 10.* vbi *dub. 21.* disputat qui & quot eligendi sint compromissarij in electione celebranda per compromissum, & an & quando possint reuocari, & dubio sequenti alia ad hanc materiam pertinentia tractat.

Ipseque facto huiusmodi scrutinio, &c.] Notatur ad 3
hoc, quòd publicato scrutinio, vbi electus ius non habet electores variare poterunt, vt per Tiraq. *in l. bones §. hoc sermone limit. 23. n. 3. ff. de verb. significat.*

In gloss. *Non valere.* ibi, *ipso iure.* Notatur ad hoc, 4
quòd verbum, *Valere*, positum cum aliqua dict. vniuersali negatiua, quæ illud afficit, semper denotat sententiam latam, etiam si tale verbum ponatur in futuro tempore, vt per Tiraq *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num 235. C. de reuocandis donat.* Sayr. *in claui regia lib. 3. cap. 8. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes Religiosi etiam de licentia superiorum ius aliquod acquirere non possunt in electione, seu Postulatione ad aliquam prælaturam extra suum Ordinem in discordia de se facta, & n. 2.*

3 *Religio, quæ est prior in institutione, & approbatione, præcedere debet minus antiquam.*

4 *Prædicatores præferuntur Minoribus.*

5 *Mendicantes qui dicantur, ostenditur.*

6 *Mendicātiū Religionū nomine quæ veniāt, remissiuè.*

Cap. Quorundam. XXIV.

Religiosi Mendicantes etiam de licentia Superiorum consentire non possunt, aut ius aliquod acquirere

acquirere in electione, ſeu poſtulatione, &c. ad aliquam Prælaturam extra ſuum ordinem in diſcordia de ſe facta, nec alij Religioſi non Mendicantes præſtare poſſunt conſenſum electioni cuicunque ad quamlibet Prælaturam de ſe factæ à minori parte numero. Colliguot ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 184. Alagona *in compend. pag.* 71.

2 Han eandem concluſ ex hoc text. deſumunt Nau. *comment. 4 de Regular. n. 24. verſ. octauo*, Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 58. art. 1.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 1 lit. C. concluſ. 44. num. 11. & 12.* vbi declarat, Laymann. *in canon. quæſt. de Prælater. eccleſ. elect. quæſt. 192. cum ſeqq* Mirand. *in man. Prælator. tom. quæſt. 23. art. 14. concl. vnica.*

3 In gloſſ. *Prædicatorum*. ibi, *quia antiquior fuit ipſorum inſtitutio.* Notatur ad hoc, quòd Religio, quæ eſt prior in inſtitutione, & approbatione, præcedere debet minus antiquam, vt per Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi part. 4. conſid. 52. verſ. ego modo* Tobi. Non. *conſ.* 71. *num.* 35. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3 alleg. 78. num.* 36. Rot. *deciſ.* 718. *num.* 1. apud Farin. *in 1. collect. nouiſſimarum*, aliàs *part. 4. diuerſ.* Et quòd Prædicatores præferantur Minoribus tradit Caſſan. *d. part. 4. conſid.* 69.

4 In gloſſ. *Mendicantium*. ibi, *Mendicantes, qui certas poſſeſſiones, vel redditus habere non poſſunt*, &c. Notatur ad hoc quòd Mendicantes dicuntur, quibus regula, vel conſtitutio interdicit poſſeſſiones, ſiue redditus ad propriam ſuſtentationem, & incerta mendicitas ſolet eis præbere victum per publicum quæſtum, vt per Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 3. q. 49. art. 2. & quæſt. 52. art. 15. ad finem*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. num* 113. vbi *num.* 115 extendit quamuis illicitè contra prohibitionem illa habeant, vel licitè ex Pontificis diſpenſatione, ſicut hodie in Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de Regular. c.* 3. diſpenſatum eſt cum omnibus Mendicantibus, præter Minores de Obſeruantia, & Capuccinos, vt habeant redditus, & poſſeſſiones in communi.

5 Mendicantium Religionum nomine quæ veniant, vide Caſſan. *d. part. 4. conſid. 68. cum duobus ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verbo Mendicantes*, Azor. *inſti. moral. part. 1. lib. 12. cap.* 23. Fr. Emman. *q. Regular. tom. 1. q. 2. art. 1. cum ſeqq. & tom. 3. q. 49. art. 1. & 4.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit.* 41. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælatorum tom. 1. q. 11. articul.* 6. Eraſm. à Cochier *de iuriſd. Ordinarij in exemptos par. 1. q. 17. n.* 16. metipſum *in Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform cap.* 18 & latè dixi *in meo tract. de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignificat. verbo Mendicantes.*

SVMMARIVM.

1 *Electus non poteſt duas electiones proſequi petendo confirmationem ex illis, etiamſi proteſtetur ſe contentum altera per quam conſequi poſſit ſuæ intentionis effectum; & ſi vnam eligat, non poteſt ad alteram redire.*
2 *Text. iſte an procedat in præſentatione.*
3 *Proteſtatio contraria facto non ſuffragatur.*
4 *Appellatio alternatiua quando valeat, oſtenditur.*
5 *Præſentatus habens duas præſentationes, non arctatur alterutram eligere, ſed vtramque poteſt proſequi.*
6 *Actio edita poteſt mutari, emendari, & corrigi ſicut placet vſque ad litem conteſtatam.*
7 *Actor poteſt deſiſtere ab vno libello alium formando.*

CAP. Vt quis. XXV.

PLures electiones quando fiunt de vno, electus non poteſt ambas electiones proſequi, etiamſi proteſtetur ſe altera contentum eſſe, ſed vnam eligat, & ſi iſta non habet effectum, non poteſt habere regreſſum ad aliam. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 185. Alagona *in compend. pagin.* 71. remiſſiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Electiones.] An procedat in præſentationibus? Vide Lap. *alleg. 8. n.* 4. Lambertin. *de iurepatron. lib. 2. p. 2. quæſt. 5. art. 3. num.* 6. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 13. num.* 90. 2

In gloſſ. *Proteſtetur*. ibi, *per contrarium enim factū proteſtationi videtur obuiare.* Proteſtatio enim contraria facto non ſuffragatur, vt per Surd *conſ. 371. n. 67. volum. 3. & deciſ. 70. num. 8. & deciſ. 246. num. 4.* Campan. *in diuerſor. iuris Canonici rub. 11. cap. 13. num.* 185. Marian. Antonin. *va. reſolut. lib. 1. reſolut. 55. num.* 9. 3

In gloſſ. *Vagetur*. ibi, *an valeat alternatiua appellatio*, &c. Affirmatiuam partem, dummodo intra decem dies nominatim iudex ad quem ex duobus, ad quos alternatiuè appellatum eſſet, ſpecificetur, tenent Franciſc. Marc *Delphin. deciſ. 270. n. 2. part. 1* Lancellot. *de attentat. c. 11. limit. 50. num.* 130. Soar. *recept. ſentent. lit. A, n.* 202. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 2. collect.* 276. quos refert parens meus *in comment. ad. Ordin. Regum Luſitan. lib. 3. tit. 70. §. 2.* 4

In gloſſ. *Eligere*. ibi, *ſed ſufficit quòd alteram eligat*, &c. Notatur ad hoc, quòd præſentatus habens duas præſentationes, non arctatur alterutram eligere, ſed vtrumque poteſt proſequi, probauit Rot. *in Lunen. Sarzanen. Cappellæ 20. Iunij, & 5. Decembris* 1601. corā Card. Sacrato, cuius meminit Lotter. *d. q. 13. n.* 91. 5

In gloſſ. *Renunciare*. ibi, *edita actio poteſt mutari, emendari, & corrigi ſicut placet vſque ad litem conteſtatam*, &c. Ita Rebuff. *ad l. 8. verſ. decimo, de verb. ſignificat.* Maſcard. *de probation. concluſ. 347. n.* 18. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 118. n. 52. & 58.* Bernard. Muſcatel. *in ſua praxi aurea ciuili Neapol. part. 1. gloſ. Petitur n.* 50. D. Barboſ. *in l. non poteſt videri n. 28. ff. de iudic.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 49. de libello à n.* 95. Imò poſſe actorem deſiſtendo ab vno libello alium formare, reſoluunt Felin *in cap. ſignificantibus num. 17. de libelli oblat.* Cuuall. *commun. contra commun. quæſt. 815. num.* 5. D. Barboſ. *in d. l. non poteſt videri num.* 32. 6 7

SVMMARIVM.

1 *Electus ſi non conſentit, vel poſt conſenſum renunciat, aut moritur, ſeu propter occultum ſui vitium electio caſſatur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt, niſi circa id egerint fraudulenter.*
2 *Text. iſte procedit in præſentatione.*
3 *Beneficium non vacat per mortem præſentati, qui non fuit inſtructus, ſed per mortem primi.*
5 *Electio ſi effectū nō habuit, elector poterit iterū eligere.*
5 *Electus an poſt conſenſum ſine ſuperioris auctoritate poſſit renunciare electioni de ſe facta oſtenditur.*
6 *Superior ſi iure deuoluto elegit, & electus diſſentit, vel renunciat, aut moritur, non poterit iterum eligere, ſed ad Canonicos redit electio.*
7 *Reſtitutus ipſo iure ſine miniſterio iudicis, ad integrum tempus reſtituitur.*

8 *Electus in officialem ad certum tempus, si impediatur seruire, an debeat sibi aliud tantum reintegrari, remissiuè.*

Cap. Si electio. XXVI.

1 Electio quando non habet effectum, quia electus non consensit, vel postea renunciat, vel moritur, vel propter occultum eius vitium irritatur, electores habent integrum tempus ad eligendum, ac si esset noua vacatio, dummodo non præcesserit fraus, vel dolus. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib.* 1. *pag.* 187. Alagona *in compend. pa.* 71. remissiuè Ximen. *in concord part.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Tiraq. *in l. boues.* §. *hoc sermone, num.* 4. *cum seqq. ff. de verbor. signif.* Molin. *de primog. lib. cap.* 4. *num.* 38. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 17. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 45. §. 3. *num.* 6. quos refero *de iure eccles. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 238.

2 Habere locum etiam in præsentatione, tradunt Rot. *decis.* 269. *aliàs* 8. *de iurepatr. in nouis.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum q.* 42. Putc. *decis.* 200.
3 *aliàs* 194. *in correctis lib.* 1. vbi fuit dictum, beneficiũ non vacare per mortem præsentari, qui non fuit institutus, sed per mortem primi, & potuisse patronos de nouo præsentare, Seraphin. *decis.* 1007. *num.* 3. refero ego ipse *d. tract. de iure eccles. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 239.

4 *Tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, &c.*] Notatur ad hoc, quòd si electio effectum non habuit, elector poterit iterum eligere, vt per Tiraq. *in l. boues* §. *hoc sermone num.* 4. *cum seq. ff. de verb. signif.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 38. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 17. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 46. §. 3. *num.* 6.

5 In gloss. *Renunciat*, ibi, *an electus post consensum sine superioris auctoritate possit renunciare electioni de se facta, &c.* Affirmatiuè, dũmodo sit ante confirmationem, respondent *hic* Ioan. Andr. & Gemin. *num.* 5. ac Franch. *num.* 3. Rot. *decis.* 6. *num.* 1. *de elect. & decis.* 8. *num.* 3. *de iurepatron.* Cuch. *instit. maiorum lib.* 4. *tit. de potestate electi num.* 35. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 78. nouissimè Paul. Layman. *in quæstion. Canon. de Prælat. ecclesiast. elect. c.* 2. *q.* 15. *in fine.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 41. *num.* 8. *&* 9. vbi *num.* 10. subdit quòd si negotium ad Antistitem confirmatorem sit iam delatum, & contra electum aliquid opponatur, quòd electionem infirmet, electoresque eligendi potestate priuet, tunc quamuis electus possit eam electionem quoad se repudiare, nihil tamen ea renunciatio confirmatori obest quin super oppositis veritatem inquirere, eisque compertis eligere, & prouidere non secus possit, quàm si nulla renunciatio facta esset. Ratio autem supradictæ resolutionis est, quia renunciatio illorum, qui habent ius ad rem, non est necesse vt fiat in manibus superioris, iuxta tradita per Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 23. *n.* 17. refero ego ipse *d. c.* 19. *n.* 240.

6 In gloss. *Integrum* ibi, *quia secus si ex iure deuoluto.* Notatur ad hoc, quòd si superior iure deuoluto elegit, & electus dissentit, vel renunciat, aut moritur, non poterit iterum eligere, sed ad Canonicos redit electio, vt per Tiraq. *in l. boues* §. *hoc sermone, limitat.* 1. *n.* 49. *ff. de verbor. signif.*

7 In gloss. *Fraudulenter.* ibi, *quòd si vna die quis fuerit impeditus, &c.* Notatur ad hoc, quòd si quis restituatur ipso iure sine ministerio iudicis, ad integrum tempus restituitur, & si vno tantùm die fuerit impeditus, vbi tamen illi succurritur per viam restitutionis, & ministerio iudicis, tunc non habet nisi tantum tempus, quantum amisit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo re-*
uertatur n. 421. *C. de reuocand. donat.* Vtrùm autẽ ele- 8
ctus in officialem ad certum tempus si impediatur seruire, & tempus illud labatur, debeat sibi reintegrari aliud tantum tempus, quo impeditus fuit seruire? Vide Vincen. de Franch. *decis.* 419. *n.* 2. *&* 3. bene Valasc. *consultat.* 155. *num.* 4. *&* 5. *tom.* 2. quos refert parens meus *in comm. ad Ord. Reg. Lusit. l.* 1. *tit.* 67. *in rub. n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus si non obtenta licentia consentit electioni de se facta extra suum monasterium, non valet consensus, & irrita est electio, & n.* 2.
3 *Religiosus quomodo dicatur non habere velle, vel nolle, remissiuè.*
4 *Religiosus electus in proprio monasterio potest consentire electioni de se facta absque alicuius licentia.*
5 *Licentia vbi requiritur simpliciter sufficit tacita.*
6 *Actus licet factus contra prohibitionem legis non teneat, punitur tamen faciens.*
7 *Contractus factus contra legem, licèt non valeat quantum ad commodum contrahentium, valet tamen quantum ad eorum incommodũ, & in vtilitatem tertij.*
8 *Actus annullatio est pœna.*

Cap. Si Religiosus. XXVII.

Bonifac. VIII.

Religiosus quando consentit sine licentia superioris electioni de se factæ extra suum monasterium, consensus est nullus, & si præsumpserit consentire, electio ipso facto est nulla. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali. lib.* 1. *pag.* 188 Alagona *in compend. pagin.* 72. 1

Hanc eandem conclus. firmant Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 58. *art.* 1. Paul. Layman. *in quæst. Canon. de Prælatorum eccles. elect. quæst.* 189. Illustris. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 1. *d.* 58. Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 57. 2

Cum velle, vel nolle non habeat.] Declara cum Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 41. *num.* 13. 3

Extra suum monasterium.] Ergo Religiosus electus in proprio monasterio, potest consentire electioni de se factæ absque alicuius licentia, vt per Archid. Ioan. Andr. Anchar. & Franc. *in præsenti,* Franc. Marc. Delphin. *decis.* 1115. *n.* 6. *p.* 1. quos refert Fr. Sigism. à Bonon. *d. dub.* 41. *n.* 13. *prope fin.* 4

Sui superioris.] Immediati scilicet Conuentus, vbi Religiosus electus moratur, vt tenent *in præsenti,* Dom. *num.* 7. Ioan. Andr. *n.* 2. Anch. *n.* 3. *in fine,* Franc. *n.* 1 *notab.* 3. *& in Clem. fin. hoc tit.* Idem Anch. *num.* 1. *notab.* 2. Cardin. *quæst.* 2. *num.* 6. *&* 8. Imol. *quæst.* 2. *num.* 4. & Bonifac. *n.* 30. *&* 33. quos referunt & sequuntur Sanch. *d. cap.* 29. *n.* 65. & Illustris. D. meus *in comment. ad d. cap.* 1. *n.* 5. id intelligentes, nisi aliud in constitutionibus Religionibus, aut priuilegio particulari caueatur. Episcopi quoque licentia desideratur præter prælati consensum, si beneficium non pleno iure monasterio subsit, vt Religiosus ad illud promoueantur; secus verò si pleno iure subsit monasterio, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 53. *art.* 2. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap* 41. *dub.* 12. *num.* 98. *vers. vbi notandum,* Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 66.

Non petita licentia.] Sufficit igitur tacita, vt resoluit Chaldas Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 11. *n.* 15. 5

Consensus

6 *Consensus sic præstitus non teneat.*] Notatur ad hoc, quòd licèt actus factus contra prohibitionem legis non teneat, punitur tamen faciens, vt per Tiraq. *de retract. lignag.* §.26.*glos.*2.*n.*8.

7 Notatur etiam ad hoc, quòd licèt contractus factus contra legem communem, vel municipalem, non valeat quantum ad commodum eorum, qui ita contrahunt, vel agunt, valet tamen quantum ad eorum incommodum, vt per Tiraq. *de iure mariti gl.*8.*n.*213.*&* in vtilitatem tertij secundùm Ioan. de Salas *de legib.q.*96.*tract.*14.*disput.*16.*sect.*8.*n.*21 Farin. *fragm. crimin*

8 *part.*2.*litter.L.n.*202.

Et in pœnam præsumptionis, &c.] Notatur ad hoc, quòd annullatio actus est pœna, vt per Boët. *decis.*1. *num.*16. Menchac. *controuers. illust. c.*28.*num.*3.*&* 5. Vanti. *de. nullit. in princ. tit. quid sit nullitas n.*15. Sanch *de matrimonio lib.*3.*disp.*4.*n.*8. Chald. Pereira *de empt. & vendit cap.*1.*n*13.

9 In gloss. *Obtenta.* Vide Tiraq. *de iure mariti glos.*8. *num.*128.

In ead gloss. ibi, *sed quid si superior licentiam dare nolit.* &c. Probat hæc glos. solum Papam posse licentiã dare. Religioso consentiendi electioni de se factæ quando superior illam iniustè denegat: verùm Lambertin. *de iure patron. lib.*2.*part.*1.*quæst.*7.*art.*19.*n.*13. & Sanch. *de cap.* 29.*nu.*69. meritò tenent posse illius Superiorem adiri vt eum Prælatum compellat quando iniustè denegat licentiam, & si adhuc nolit, posse illum superiorem eam dare, quia ex quo Abbas est negligens in hac licentia concedenda, potestas deuoluitur ad immediatum eius superiorem, etiam in extraiudicialibus, iuxta text. & *ibi* notata *in c. quanquam, hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus in Abbatē eligi non potest, nisi sit expressè professus, ad dignitatem verò Episcopalem, & in seculari Ecclesia talis eligi poterit, & n.*2.

3 *Nouitius eligi potest ad dignitatem Episcopalem.*

4 *Nouitio conferri potest beneficium seculare.*

5 *Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis, exceptis iis, quæ concernunt instituta Regularia, habet omnimodam iurisdictionem in monachos Cathedralis Regularis.*

CAP. Nullus. XXVIII.

1 AD Abbatiam, vel Prælaturam suæ, vel alterius Religionis, non potest eligi Abbas nisi expressè professus. Ad Episcopalem verò dignitatem in Ecclesia seculari, vel Regulari potest eligi non professus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.*1.*pag.*189. Alagona *in compend. pag.*72.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem firmat Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.*180. Azor. *institut. moral. part.*1.*lib.*12.*c.*2.*quæs.*12. Seraphin. *decis.*647. Paul. Laymann *in quæst. Canon. de Prælatorum ecclesiast. elect. quæst.*190.*in fine*, Gonzal. *ad reg.*8.*Cãcel. glos.*8.*n.*78. vbi subdit. *Sacram Congregat. sub die* 12. *Decembr.*1585. censuisse à nemine præter Summ. Pont. posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia nisi professis iuxta Canones, Fr. Emman. *qu. Regular. tom.*2.*quæst.*52.*art.*8 vbi ait alumnos alterius Religionis non posse assumi ad Prælaturas illius Religionis, vbi non sunt professi, nisi id auctoritate Apost. concedatur, Suar. *de Religion. tom.*3. *lib.*6.*cap.*21.*nu.*15.*&* *tom.*4.*tract.*8.*lib.*2.*cap.*3.*n.*11. *in fine*, vbi subdit procedere etiamsi dignus non reperiretur in illa Religione, qui possit eligi, Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.*90.*num.*2.*cum seqq.* nouissimè Fr. Barthol. de Vecchiis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput.*11. *dub.*19.*num.*1. vbi *nu.*2. per text. *in præsenti* addit nouitium eligi posse ad dignitatem Episcopalem, & vtrumque ex hoc text. colligit Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*7.*cap.*4.*num.*20.*in princ.* 3

Quo verò ad alias dignitates inferiores, & beneficiã licèt controuertatur inter doctores an hæc licitè conferri possint nouitiis, negatiuam sustinuerint opinionem gloss. *verbo conferendum, in cap. beneficium, de Regularib. lib.*6. & *ibi* Monach. *in fine* Domin. *num.*6. & Anch. *num.*2. Cuch. *lib.*3.*instit. maior. tit.*1.*n.*95. Tapia. *in auth. ingressi, verbo sua cap.*2.*num.*11 *iuncto n.*13. *C. de sacros. Eccles.* Lancellot. *in inst. iuris Canonic. lib.*1.*tit. de Regularib.* §.*& si contigerit, verbo conferendum*; nihilominus veriùs credo posse conferri beneficium seculare nouitio, quia adhuc est sui iuris, & proprij habendi capax, & verè ac realiter nondum mutauit statum, sed est tantùm in probatione: quare ita tenent Franch. *in d. c. beneficium.* Azor. *d. p.*1.*lib.*12.*c.*3. *quæs.*1. Nicol. Garc. *de benefic. p.*7.*c.* 10.*nu.*5 Giouagnon. *lib.*1.*resp.*88.*num* 21. Sanch. *d. c.*4.*n.*22. Fr. Barthol. de Vecchiis *citato loco, num.*2. vbi rationem reddit quia cùm nouitius verè, & realiter nondum mutauerit statum, sed sit tantùm in probatione, *c. ad Apostolicam, de regular.* pendeatque ab eius libera. & absoluta voluntate redire ad seculum, *c. statutum, de regular.* Igitur capax interim erit iuris etiam secularis, si illud acceptare velit. 4

In gloss. *Regularibus.* ibi, *vt Episcopus etiam secularis immediatè præsit monachis.* Notatur ad hoc quòd Episcopus Ecclesię Cathedralis Regularis, exceptis his, quæ concernunt instituta Regularia, habet omnimodam iurisdictionem in monachos Cathedralis Regularis, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*270.*num* 4. latè Lotter. *de re benef. lib.*1.*quæst.*18.*n.*7.*cum seqq:* Rot. *decis.*69.*&* 121. apud Farin. *p.*1.*recentior* metipsum. *de offic. & potest. Episc.*3.*alleg.*105.*post. num.*77. secundùm Lugdunens. impress. 5

SVMMARIVM.

1 *Forma electionis tradita per cap.* cum dilectis *suprà* hoc tit. *non est sublata per cap.* quia propter sup. eod.

2 *Iurium correctio est vitanda.*

3 *Iurium correctio in dubio non est facienda.*

CAP. Cùm expediat. XXIX.

CAp. *cùm dilectis, sup. hoc tit.* in quo statuitur licitè in electione posse compromitti, vt compromissarij secretè, & sigillatim voluntatibus omnium requisitis, & eligant illum in quem maior, & sanior pars Capituli consenserit, non est correctum per *cap. quia propter, supr. eodem.* Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioa. Andr. Anchar. Butr. Dom. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.*1.*p.*189. Alagona *in compend. pag.*72. 1

Et eorum correctiones. &c.] Notatur ad hoc, quòd iurium correctio est vitanda, vt per Surd. *decis.*21.*num.*19. Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.*2.*litt. C. concl.*1036.*& seqq.* Pichard. *ad princ. instit. de lege falcid. n.*34. Cephal. *cons.*322.*a n.*18.*vol.*3. Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum. Nauarre. n.*51. Monet. *de distribut, quotid. p.*2.*q.*11.*nu.*29. Francisc. à Sousa *in* 2

repet.§.actionum,Inſtit.de actionib.part.4.nu.145. Fr. Anton.à Souſa *in relect de cenſuris Bullæ Cœnæ cap.43.diſp.100.num.3*

3 Notatur ad hoc, quòd in dubio iurium correctio non eſt facienda, vt per franc.Bec.*conſ.1.num.13.* Menoch.*remed.4.adipiſc.nu.21.* Marian. Anton.*variar.reſolut.lib.1.reſol.18.num.12.* D.Barboſ.*in l.1.ff.ſoluto matrim.part.1.num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Accedens ad Sedem Apoſt. pro inſtruendo negotio electionis per* cap.cupientes. *eundo hac de cauſa, ſtando, & redeundo integrè, præter quotidianas diſtributiones, percipit fructus beneficiorum, quos percipere poſſet in ipſa Eccleſia reſidendo.*

2 *Conciliatur text. in præſenti, cum cap.vnic.§.qui verè, de clericis non reſid.hoc lib.& 4.*

5 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

6 *Statuta iurata non tolluntur per generalem Canonũ, vel ſtatutorum derogationem, etiam ſtante clauſula,* Non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ.

7 *Canonici aliqui ſi opponunt ſe, & contradicunt electionem factam à capitulo, & litigatur ſuper hoc, ipſi oppoſitores ſuam oppoſitionem proſequentes tenentur contribuere contra ſe ad expenſas, quæ fiunt nomine Capituli.*

CAP. Cùm non deceat. XXX.

1 QVi ſecundùm *cap cupientes*, in cauſa electionum veniunt ad ſedem Apoſtolic. abſentes recipiunt omnes fructus beneficiorum, exceptis quotidianis diſtributionibus. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin Ioan.Andr.Anch.Butr.Dominic.Monach.Franc. Viuian.*in rationali lib.1.pag.190.* Alagona *in compendio pag.72.* remiſſiuè Ximen.*in concordan.part.1.& 2.*

2 Difficilis eſt hic text.dum ex diametro aduerſari videtur *cap.vnic.qui verò, de clericis non reſid.hoc lib.* quatenus habet clericum Cathedralis ſcilicet, vel Collegiatæ Eccleſiæ, qui abeſt propter euidentem illius vtilitatem percipere debere quotidianas diſtributiones, ac ſi diuinis officiis intereſſet. Relictis variis ſolutionibus adductis à gloſ. *verbo vtilitas, in d.cap.vnic.* quarum aliquas refert, & reſcribit Monet. *de diſtribut.quotid.p.2.q.11.n.12.15.& 16.*

3 Diſtinguit Couar.*lib.3.var.cap.13.n.8.verſ.octauo*, an Canonicus, vel habens beneficium abſens ſit à loco, vel oppido ipſo in quo Eccleſia eſt, tunc illi non debeantur diſtributiones quotidianæ pro vtilitate Eccleſiæ impedito, niſi hoc fuerit conſuetudine obtentum, vt innuit text.*in præſenti*; an verò præſens ſit & tunc ipſo iure abſque vlla conſuetudine debeantur, vt videtur velle *d.cap.vnic.* Huic diſtinctioni non videtur longè diſſimilis alia Archid.*in d.cap.vnic.n.2.* Anchar.*num.4.* & franc *num.3.* Hoied.*de incompatibil.benefic.part.1.cap.17.n.19.* Azor. *inſtit.moral.p.2.lib.7.cap.7.quæſt.14.* Nicol. Garc.*de benef.part.3.cap.2.n.360.iuncto num.362.* aſſerentium *d.cap.vnicum.* procedere ſtante conſuetudine quòd abſens propter Eccleſiæ vtilitatem percipiat diſtributiones quotidianas, text.verò *in præſenti* vbi nulla ſit huiuſmodi conſuetudo. Aliter verò Ioan. Monach.*in præſenti*, quem ſequi videtur Buêr.*deciſ.17.num.15* diſtinguit, videlicet, vt text. loquatur de eo, qui tunc reſidere non poſſet, quia iam eſſet abſens ex alia cauſa, eique poſtea commiſſum fuerit negotium Eccleſiæ vtile, at verò *d.cap.vnic.* agat de eo, qui reſidere poſſet, actúque perciperet diſtributiones quotidianas. 4

Verùm his, & aliis ſolutionibus reprobatis Monet. *d.quæſt.11.à num.22.* eam præſtat, vt ſcilicet text.*in præſenti* loquatur in eo, qui proſequitur non illius Eccleſiæ vtilitatem, cui ſpecialiter adſcriptus eſt, putà Cathedralis; vel Collegiatæ Eccleſiæ, cuius Canonicus eſt, ſed vel ſpecialis illius ciuitatis, vel vniuerſalis; at verò *d.cap.vnic.* procedat in proſequente vtilitatem illius particularis Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt, quam diſtinctionem multiplici ratione probat idem Monet.*d.quæſt.11.num.24.cum multis ſeqq.* vt apud illum videre licet.

5 *Suum officium eſſe damnoſum.*] Notatur ad hoc, quòd officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, vt per Surd.*conſ.19.num.12.* Monet.*d.quæſt.11.nu.8.* Eſcob. *de ratiocin.cap.7.num.57.& comput.17.num.5.* Card. Tuſch.*pract.concl.tom.5.lit.O.concl.94.*

6 In gl. *Effectus.ibi, quid ſi talem conſuetudinem, vel ſtatutum iurauerint*, &c. Notatur ad hoc, quòd ſtatuta iurata nõ tolluntur per generalem Canonum, vel ſtatutorum derogationem, vt per Bernard *reg.693.* Sayr. *in claui regia lib.5.cap.8.num.11.* Et quòd clauſula, *Non obſtante*, nunquam tollat actum iuratum, vel. conſtitutionem iuratam, tradunt Bernard.*reg.89.* Fr. Emman. *quæſtion.Regular. tom.1. quæſt.8.art.11* Et idem ſtante clauſula, *Non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ*, reſoluunt Vital.de Camban.*in tract.clauſul.pag.10.column.2.n.1.* Mart.*de clauſul part.1.clauſ.79.n.21.in vltim.impreſſ.* Marian.Antõ.*variar.reſolut.lib.1.reſolut.58.nu.6.* Monet.*de commutat.vltim.volunt.cap.7.nu.192.* refero ego ipſe *in tractat.de clauſulis vſufreq.clauſ.184.num.2* ſecundùm Lugdunen.impreſſ idem denique ſtante clauſula, *Nõobſtantibus quibuſcumque pactis*, adhuc enim non comprehendi pacta iurata reſoluunt per me citati *d.tract.clauſ.185.num.1.* Nulla enim diſpoſitio ſimpliciter loquens trahitur ad actum iuratum, ſed vis iuramenti, illiúſque auctoritas ſemper excepta videtur ſecundùm Surd *de alimeni.tit.8.priuil.56.n.49.*

7 In eadem gloſſ.ibi, *Hæc Decretalis facit bene ad quæſtionem*, &c. Notatur ad hoc, quòd ſi aliqui ex Canonicis ſe opponunt, & contradicunt electionem factam à Capitulo, & ligatur ſuper hoc, ipſi oppoſitores ſuam oppoſitionem proſequentes tenentur contribuere contra ſe ad expenſas, quæ fiunt nomine Capituli, vt per Gregor.*l.3.verbo dellos tit.9.part.5.* Ioan. Garc.*de nobilit.gloſſ.22.num.6.*

CAP. Ab eo. XXXI.

1 DEfectum notorium qui opponunt in perſonam, vel ſententiam electi, non poſſunt ab eo diſcedere etſi non probauerint, & debent omnino à cauſæ proſequutione excludi. Colligunt ex Ordinar. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar.Butr.Dominic. Monach.Franc.Viuian.*in rationali lib.2.pag.191.* Alagona *in compend. pag.72.* remiſſiuè Ximen. *in concordant.part.2.*

2 Hanc eandem concluſ.ex hoc text. deſumit Fr. Sigiſm à Bononia *in tract.de electione dub.48.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus impubes ad electionem non vocatus non agit de contemptu, & n. 2.*

3 *Furioſus caret diſcretione.*

4 *Furioſus profeſſionem emittere non poteſt.*

5 *Pupillus patronus maior ſeptẽ ann. ſi præſentat vnũ, & tutor eius aliũ, præfertur præſentatus à pupillo.*

6 Non

6 *Non professi cum professis, vel conuersi laici cum clericis electioni interesse non debent.*
7 *Regulares si tacitè, vel expressè professionem non emittant, actiua, passiuaque voce carent.*
8 *Regulares laici carent voce actiua in electionibus eorum ordinum, in quibus sunt professi.*

Cap. Ex eo. XXXII.

1 CAnonicus impubes ante decimum quartum annum si non vocetur ad electionem Episcopi, non potest dici contemptus, nec impugnare electionem, quia non admittitur ad suffragium dandum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian, *in ration.l.1.pag.* 191. Alagona *in compend. p.*73. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumunt. Tiraq. *de iure mariti glos.9.num.*8. Guillelm. Mandagot. *de elect. nouorum Prælat. cap.*7. Corras. *de Sacerdot. part. 4.cap.1.n.*14. Iul. Lauor. *var. lucub. tom.1.tit.* 4.c.15. *n.*29. Petr. de Biaxio *in director. elect. part.1.c.* 16. ego ipse *de officio & potest. Episcopi part.1.tit.1.c.3. num.19.& de iure ecclesiast.lib.1.cap.19.n.*48.

3 In gloss. *Discretione.* ibi, *& per hanc litteram dico idem de Episcopo.* Vide latè tradita per Fr. Sigism. à Bononia *dicto tract. de electione dub.* 89. *n.4. cum seqq.* vbi *à num.* 8 *de ebriis.*

4 In ead. gloss. ibi, *neque furiosus ad Religionem vocari.* Ita censuit Rot. *decis.107.n.13.& decis.129.part.2.diuers.* & tradit nouissimè Fr. Barthol. à Vechiis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput.13.dub.1.num.* 10.

5 In gloss. *Suffragium.* ibi, *quòd si pupillus patronus maior septem annis præsentat vnum, & tutor eius aliũ, præfertur præsentatus à pupillo.* Ita resoluunt Rebuff. *in tract. nominat. q.17.n.* 20. Roch. de Curte *de iurepatron. verbo competens n.* 13. Tiraq. *de legibus connub. glos.5.n.*222. Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.1. c.12.num.*25. Clald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cùm non absimilis n.34.& de renouat. emphyteusis c. 12.n.17.* Cened. *ad Decretal collect.5.n.*6.

§. In Ecclesiis.

6 Regulares, qui non sunt professi, interesse non debent cum professis in electione, sicut nec laici conuersi cum clericis. Colligunt Doctores in principio text. citati.

7 Quod Regulares, si tacitè, vel expressè professionem non emittant, actiua, passiuaque voce careant firmant *in præsenti* Anchar. *n.*3. Syluest. *in summ. verbo electio 4.n.*5. Cuch. *instit. maior. l. 4. tit. de elect. n.*39. Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. disput.5. q. 8.n.6.&* 7. Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 90. *n.*2. vbi *num.*3. post Franch. *hîc num.*1. Petr. de Biaxio *in direct. elect. part.2.cap.6.num.*2. Soar. *de Relig. tom.4. tract.8.lib.2.cap.4.num.*2. hoc assumptum sic explicandum esse tradit, vt scilicet ad hoc vt quis possit eligere, sufficiat tacita professio, vt verò possit eligi, necessariò requiratur expressa, refero ego ipse *de iure eccles.lib.1.cap.29.num.*50.

8 *Vel conuersi laici,* &c.] Collige ex text. laicos Regulares carere voce actiua in electionibus eorum Ordinum in quibus sunt professi, vt per Petr. Gregor. *de elect. cap.7.num.*4. Cuch. *instit. maior. l.4.tit. de elect. num.*114. Fr. Emman. *q. Regular. tom.2.q.51. art.5. in fin.* Soar. *de Relig. tom. 4.l.2.c.4.num.*3. ego ipse *de iure ecclesiast.lib.1.cap.19.n.*49. Cruz *de statu Relig.lib.2.cap.3.in fin prima concl.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.*91. qui secus esse dicendum affirmant si aliàs habeant vocem ex priuilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine, vt tenent glos. *hîc, verbo electionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente, quæ facta fuit in scriptis ex causa probabili ad Papam ab electione Cathedralis, vel Regularis Ecclesiæ, confirmatio facta per Ordinarium non valet, & num.* 2.
3 *Verbum,* euacuatur, *sine dict.* eo ipso *non indicat ipso iure, nec denotat latam sententiam.*
4 *Constitutio pœnalis extenditur ad casum ex mente ipsius, licèt non ex verbis in ea comprehensum.*
5 *Abesse non dicitur qui statim est reuersurus.*
6 *Statutum in vno ex æquiparatis dicitur esse & in alio dispositum.*

Cap. Si postquam. XXXIII.

IN Ecclesia Cathedrali, vel Regulari quando quis appellat canonicè ab electione ad Papam si Ordinarius confirmat electionem, & appellans non recedit ab appellatione, confirmatio est nulla. Item si electus, qui Romam venit antequam finiat negotium sine licentia discedit, eius electio est nulla. Item si electus est confirmatus, & appellatur eodem modo, eundum est Romam, sicut in electione. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.1.pag.*192. Alagona *in compend. pag.*73. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Laurent. de Peirinis *de Religioso subdito tom.1.q.1.c.31. §.11. vers. dico sextò* 2

Eo ipso viribus euacuatur omnino] Ergo verbum, *Euacuatur*, sine dict. *eo ipso*, latam sententiam non denotat, ex adductis per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.25.C. de reuocand. donat.* 3

In gloss. *Mente.* ibi, *& ita punitur qui mentem offendit, sicut qui mentem, & verba.* Notatur ad hoc, quòd Constitutio pœnalis extenditur ad casum ex mente ipsius, licèt non ex verbis in ea comprehensum, nec dicitur extensio fieri, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo liberis nu.48.C de reuocandis donat. & de retract. lig.§.20.num.*3. 4

In ead. gloss. ibi. *statim reuersurus*, &c. Notatur ad hoc, quòd non videtur recessisse, qui statim est reuersurus *l. postliminium §, captiuus, l. nihil, ff. de captiu. & postlim. reuers.* Tiraq. *in l. si vnquã, verbo susceperit liberos n.179.C. de reuocand. donat.* Rebuff. *in praxi par. 3 tit. de permut. n.12.& in concord. rub. de collation §.1.* gloss. *in verbo & si residentiam deseruerit.* Dionys. *Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.9.n.*31. ego ipse *de offic. & potestate Episcopi part.3. alleg.53. num.*92. 5

In gloss. *Prouisione* ibi, *vt circa quid iuris de vno, & de alio,* &c. Notatur ad hoc quòd statutum in vno ex æquiparatis dicitur esse, & in alio dispositum, vt per Tiraquel. *de retract. lig.§.15.gloss.1. num.11,& in l. si vnquam, verbo reuertatur num.34.C. de reuocan. donat.* Neguzant. *de pignorib. part.2.membr.4.nu.*23. Chald Pereira *in l. si curatorem, verbo, hunc contractũ num.36.& verbo contractum n.22. vers. sed an prædicta, & de nominat. emphyt. q.12. num.26.& de potest. eligendi cap.7. n.5.& de resolution. emphyt. cap. 9.num.*23. D. Barb. *in l. si constante, in princip. n.99. ff. soluto matrim.* 6

SVMMARIVM.

1 *Dispensare possunt Episcopi & eis Superiores cũ habentibus parochiales Ecclesias sibi subiectas quòd vsque ad septenniũ studendo accepto Subdiaconatus Ordine infra annum, non teneantur ad Sacerdotium promoueri, quo durante septennio debet in illis Ecclesiis idoneus poni Vicarius de fructibus Ecclesiæ sustentandus; elapso verò septennio tenẽtur ij infra annũ in Presbyteros promoueri, & n.4.*

2 *Parochis causa studiorum licentia non datur post Concil. Trid.*

3 *Ecclesia indiget litteratis viris.*

5 *Vicarium deputare durante septennio, quo parochi causa studiorum cum dispensatione Episcopi abesse possunt, ad ipsum Episcopum, non autem ad parochum spectat.*

6 *Dispensandi in residentia facultas conceditur Episcopis, & aliis Episcopo Superioribus.*

7 *Episcopus, qui dispensauit cum parocho causa study in septennio ante illud tempus finitum dispensationem reuocare non potest.*

8 *Licentia de stando in scholis, non expirat morte concedentis.*

9 *Beneficiatis curam animarum non habentibus an, & quando Ordinarius licentiam concedere valeat, vt ratione study abesse valeant, ostenditur.*

10 *Dict.* Alioquin. *denotat sententiam.*

Cap. Cùm ex eo. XXXIV.

1 Episcopi, & eis Superiores possunt dispensare cum electis ad Parochias, vt accepto Subdiaconatus Ordine infra annum, per septennium studeant, quibus elapsis infra annum fiant Sacerdotes, nisi legitimè fuerint impediti, aliter sunt priuati Parochiis, eo tamen tempore prouideant de Vicariis idoneis Ecclesiæ assignata prouisione ex fructibus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali l. 5. pag.* 194. Alagona *in compend. pag.* 73.

2 Hodie cùm per Concil. Trident. non admittantur ad Parochiales Ecclesias nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati, Parochis causa studiorum non esse dandam licentiam referunt à Sacra Congregat, decisum Henriq. *cons.* 23. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *n.* 251. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarr. l.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *sub tit. sed an parochi debeant residere in suis Curatis n.* 522. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 502. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 393. *in fine in* 2. *edit.* Sanctarel. *vari. q.* 3. *n.* 25. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 77. *& alleg.* 56. *num.* 30.

3 *Viris litteratis.*] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia indiget viris litteratis, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 3. latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 6. *proœm. n.* 33. *& glos.* 4. *n.* 4. *cum seqq.* & alios per me citatos *d. tract. part.* 2. *alleg.* 46.

4 *Dispensare possint liberè, &c.*] Notatur ad hoc quòd quamuis habens beneficium Curatum teneatur infra annum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoueri, Episcopus tamen poterit fauore studij cum studentibus dispensare vsque ad septem annos, vt per Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 36. Monet. *de distrib. quotid. part.* 2. *q.* 10. *n.* 4. Et talis Parochus, cum quo sic dispensat ne intra annum promoueatur, minimè incurrit pœnam amissionis beneficij, de qua *in cap. licèt canon, hoc tit. & l.* secundùm Sanch. *de matrim. l.* 8. *disput.* 1. *num.* 24.

Vt per bonos, & sufficientes Vicarios, &c.] Notatur ad hoc, quòd deputare Vicarium illo septennio, non ad Parochum, sed ad Prælatum spectat, vt per Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 35. *num.* 11. 5

In gloss. *Episcopi.* ibi, *hoc tamen casu non dispensabunt minores Episcopis.* Notatur ad hoc, quòd facultas dispensandi in residentia conceditur Episcopis, & aliis Episcopo Superioribus, vt per Azor. *instit. moraliũ part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 4. 6

In gloss. *Septennium.* ibi, *sed nunquid Episcopus, qui dispensauit in septennio, ante illud tempus finitum poterit dispensationem reuocare? puto quod non.* ita Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 37. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 33. *num.* 12. 7

Notatur etiam ad hoc, quòd licentia de stando in scholis non expirat morte concedentis, vt per Perez *l.* 2. *vers. sean tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 199. *col.* 1. Rom. *singul.* 517. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 55. *num.* 109. 8

In gloss. *Literatum* ibi, *& caueant Episcopi ne dispensent cum his, qui dociles non sunt, &c.* Hodie Sacra Congreg. Concilij censuit teneri Ordinarium dare licentiam beneficiatis curam animarum non habentibus, licèt ad residentiam adstringantur, vt ratione studij abesse possint, dummodo id status Ecclesiæ patiatur, & in publico, celebrique gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus studeat, & minores sint triginta annis, prout referunt Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 82. *&* 86. Armendar. *in addit ad recopil. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *de absentia num.* 521. Sanctarel. *vari. resolut. quæst.* 3. *nu.* 23. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 56. *nu.* 29. *& in collect. ad c. relatum* 4. *nu.* 7. *de clericis non resid.* quæ quidem licentia non suffragatur vltra quinquennium à die, quo cœpit studere, vt tradunt Nicol Garc. *d. c.* 2. *num.* 105. Monet. *de distribut quotid. q.* 10. *n.* 14. Armendar. *de loco n.* 99 *&* 102. ego ipse *d. allegat.* 54. *n.* 35. & me citato *in illo loco,* Sanctarel. *dicta quæst.* 5. *n.* 47. 9

In gloss. *Alioquin.* ibi, *ex tunc.* Hanc dictionem denotare latam sententiam resoluunt Rebell. *de obligat. Iustitia part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 6. *nu.* 37. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. 10

SVMMARIVM.

1 *Compendiatur text. in præsenti.*

2 *Annus, infra quem de parochiali Ecclesia prouisus sacerdos fieri tenetur, si ex toto elapsus non sit, ius est penes illum, qui vult renunciare.*

3 *Parochialem Ecclesiam adeptus si infra annum ad Sacerdotium se promoueri non fecit, tuta Conscientia potest suo cedere beneficio vltimo die anni*

4 *Parochus si vltima die anni, quo tenebatur Sacerdos fieri, mortuus fuerit, vacabit beneficiũ per obitũ.*

5 *Pœna huius text. non incurritur si Prælatus prorogando terminum non dispenset.*

6 *Annus ad Ordinis sacerdotalis promotionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet, non curr. ignoranti.*

7 *Parochus infra tempus quo promoueri tenetur, legitimè impeditus, cessante impedimento quoad vtrũque forum non alium annum integrum, sed tãtum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendum acquirit.*

8 *Parochus, qui intra annum Sacerdotium non suscepit, effugit pœnas contra tales statutas, si intra tempus comparuit, & se promoueri petiit, licèt Ordinarius eum propter illiteraturam, aut aliam causam promoueri noluerit.*

9 *Beneficium*

9 *Beneficium parochiale ipso iure vacat ex eo quòd quis infra annum ad Sacerdotium non promouetur.*

10 *Parochus, qui infra annum Sacerdotium non suscepit, tenetur in animæ iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit.*

11 *Beneficium vacans per non promotionem ad Sacerdotium infra annum, licèt possit per alium impetrari, possessio tamen in Conscientia non vacat quousque spolietur.*

12 *Annus ad Ordinis Sacerdotalis promotionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet, non currit à tempore impetrationis beneficij, sed adeptæ possessionis.*

13 *Beneficium primum, vt vacet per assecutionem alterius incompatibilis, requiritur pacifica possessio de facto, & de iure.*

14 *Lex non est imposita verbis, sed rebus.*

15 *Beneficio Curato priuatus eo quòd intra annum ad Sacerdotium non se promoueri fecit, non poterit ea vice iteratò id beneficium eidem conferri.*

16 *Beneficium parochiale obtinens absque animo assumendi intra annum Sacerdotium, tenetur fructus restituere.*

17 *Possessionem pacificam beneficij quis dicatur habere, ostenditur.*

18 *Possessionem pacificam beneficij non habet qui statim in ea fuit deturbatus, seu lis mota.*

19 *Tempus anni præstitutum ad promotionem Ordinis sacerdotalis ei, qui beneficium Curatum obtinuit, non currit illi quandiu lis pendet super eo.*

20 *Prouisus de Parochiali si possessionem illius saltem per duos menses obtinuit sine litigio, tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri.*

21 *Cura liberum exercitium habens, & omniũ bonorũ, fructuum, & prouentuum possessionem, licèt in limine adeptæ possessionis huiusmodi mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tenetur se promoueri facere intra annum lite pendente.*

22 *Annus promotionis ad sacros Ordines non computatur, quandocunque clericus legitimè impeditur quominus Sacerdos creetur.*

23 *Impedimentum in fine anni superueniens an excuset Parochum à promotione Sacerdotij si intra illud tempus non poterat ordinari, ostenditur.*

24 *Beneficium Curatum recipiens animo assumendi Sacerdotium intra annum, non tenetur fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit mentem, restituere.*

25 *Restitutio debita censetur etiam in foro Conscientiæ si ex parte soluentis sit pœna, & ex parte accipientis sit restitutio damni accepti.*

Cap. Commissa. XXXV.

1 NEmo Parochiali Ecclesia priuatur ex eo, quia non est ordinatus, nisi totus annus fuerit elapsus, & annus incipit post regimen Ecclesiæ, vel pacificam possessioné, vel si per ipsum stetit quominus eam haberet. Item si ex iusto impedimento ordinari non potest, annus ei non currit, sed si nullo obstante impedimento infra annum nó est ordinatus (& sic Ecclesia vacat) nó potest idem prouideri de eadem pro illa vice, Item qui non animo retinendi illam Ecclesiam accipit, sed vt fructus illius anni lucretur, restituat fructus, nisi animum mutet, & qui contulit Ecclesiam non credens electum fore ordinádum, seruat Ecclesiam indemnem. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Fanc. Viuian. *in rationali lib. c. pag.* 196. Alagona *in compend. pag.* 74 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Nisi tunc demum cùm ex toto fuerit ipse annus ela- 2
psus. Ergo antequam annus sit ex toto elapsus, ius est,
penes illum, qui vult renunciare, iuxta tradita per Paris.
de resignat benefic. lib. 3. *quæst.* 2. *nu.* 9. Vnde qui Paro- 3
chialem Ecclesiam adeptus infra annum Sacerdos fa-
ctus non est, tuta Conscientia suo potest cedere bene-
ficio vltimo die anni cùm adhuc ius in beneficio ha-
beat, vt per Rebuff. *in practica benefic. tit. de non pro-
motis intra annum nu.* 48. Salzed. *ad Bernard. in pract.
cap.* 55 *lit. A in fine, vers. prædicta, secundùm nouiss. im-
press.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *quæs.* 4.
dummodo absque dolo, & fraude id faciat, per ea quæ
tradit idem Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *q.* 10. *vers. quæ-* 4
res, & ea ratione si clericus in vltima anni die mortuus
fuerit beneficium vacabit per mortem. Paris. *cons.* 19. *n.*
24. *vol.* 4.
Hinc etiam si ante annum finitum dispenset Præla- 5
tus in anno illo ad assumendos Ordines præfixo, pro-
rogando terminum, non incurritur pœna, vt per San-
chez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 22. *n.* 25. 6
Tibi non currit si promoueri iusto impedimento, &c.]
Notatur ad hoc, quòd annus ad Ordinis Sacerdotalis
promotionem statutum ei, qui beneficium Curatum
obtinet, non currit ignoranti, seu iusto impedimento
detento, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloss.* 4. *n.* 14.
& 22. Chald Pereira *de renouat. emphyt quæst.* 6. *n.* 25.
Nauar. *cons.* 1. aliàs 12. *nu.* 1. *cum seqq. de rescript.* quos
refero *d. cap.* 5 *num.* 17. Illud autem aduertere oportet 7
quòd Parochus intra tempus, quo promoueri tenetur,
legitimè impeditus, cessante impedimẽto quoad vtrũ-
que forum non alium annum integrum, sed tantum
complementum partis anni, in qua legitimè impeditus
fuit, ad promouendum acquirit, ita Nau. *cons.* 1. *de tem-
per. ordin. in antiq. aliàs cons.* 1. *de in integr. restit. in no-
nis*, Nicol Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 120.
Erit sanè Parochus à pœna priuationis beneficij ob 8
non promotionem ad Sacerdotium infra annum im-
munis in casu decisionis à S. Congregatione emana-
tæ his verbis, *Pœna Canonis præscripta eis, qui intra
annum Sacerdotium non susceperunt, non habet locum
in Rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis pa-
cificæ, vel infra tempus comparuit, & se promoueri petiit,
offerens quantùm in eo erat, se paratum ad suscipien-
dum Sacerdotium, sed Ordinarius noluit eum propter
illiteraturam, vel aliam causam promouere.* refert Sal-
zed. *ad Bernard. in pract. c.* 55. *in princip.* secundùm
nouiss. impress.
Priuatus existit.] Notatur ad hoc, quod beneficium 9
Parochiale ipso iure vacat ex eo quòd quis infra an-
num ad Sacerdotium non promouetur, vt per Azor. *d.
part.* 2. *lib.* 7. *c.* 16. *quæst.* 11. & ideo tenetur in animæ 10
iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno
percepit, secundùm Nauar. *in man. c.* 25. *n.* 117. *& in
tract. de orat. c.* 22. *n.* 46. Salzed. *ad Bernard. d. c.* 55.
in princip.
Verùm licèt huiusmodi beneficium vacans per 11
non promotionem ad Sacerdotium intra annum, pos-
sit per alterum impetrari, possessio tamen in Cons-
cientia non vacat quousque spolietur, secundùm
Henriq. *in summ. l.* 20. *c.* 32. §. 5. *& in glos. lit V.*
Et possessionem eius pacificam habuisti.] Notatur 12
ad hoc. quòd annus ad Ordinis Sacerdotalis promo-
tionem statutus ei, qui beneficium Curatum obtinet,
non currit à tempore impetrationis, siue collationis
beneficij, sed adeptæ pacificæ possessionis, vt per Tira-
quel. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 10. *n.* 113. *iuncto* §. 36. 13
glos. 3. *n.* 5. Chald. Pereira *de reneu. emphyt. q.* 5. *n.* 31.
Azor. *instit. moralium part.* 2. *l.* 7. *c.* 16. *q.* 11. quos refe-
ro ego ipse *de officio, & potest. Parochi, c.* 5. *n.* 5. vbi refe-
ro sic censuisse sacram Cong. Concilij, prout etiam,

vt

vt primum beneficium per assequotionem alterius incomparabilis vacet, requiritur pacifica possessio de facto, & de iure, vt per Nauar. *consil.* 31 *de prabend. in antiq.* Mascard. *de probat. conclus.* 183. *num.* 40. Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 130. Azor. *d. cap.* 16. *q.* 9. latè Nicol. Garc. *de benef. part.* 11. *c.* 5. *n.* 105. Quando autem dicatur quis pacificè possidere, tradit Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.* 164. *cum seqq.*

14 *Et non rebus, sed verbis.*] Notatur ad hoc, quòd lex non est imposita verbis, sed rebus, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 21. *num.* 20. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit* 10. *n.* 14. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 156. *num.* 17. Ferrer. *in Constitut. Cathalonia gloss.* 5. *n.* 160. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. L. conclus.* 272. Armendar. *in proœm. add. ad recopil. legum Nauarra num* 104.

15 *Nullatenus ea vice poterit iteratò conferri.*] Notatur ad hoc, quòd si quis fuerit priuatus beneficio Curato eoquod intra annum ad Sacerdotium non se promoueri fecit, non poterit ea vice iteratò id beneficium eidem conferri, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 8. *gloss.* 7. *num.* 16. *& in l. boues* §. *hoc sermone limit.* 1. *num.* 31. *ff. de verb. signif.* refero *d. c.* 5. *n.* 13.

16 *Caterùm si promoueri, &c.* Notatur ad hoc, quòd obtinens beneficium Parochiale absque animo assumendi intra annum Sacerdotium, tenetur fructus restituere, vt per Mex. *in tract. tassa panis, concl.* 6. *n.* 108. Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *q.* 10. *vers. quæres, & cap.* 9. *q.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 45. *in princ.* quos refero *d. c.* 5. *n.* 14.

17 In gloss. *Pacificam.* ibi, *licèt possessionem habeat etiam maioris partis bonorum*, &c. Notatur ad hoc, quòd ille dicitur habere pacificam possessionem, qui ne dum illam habet beneficij, & tituli, seu exercitij curæ, sed etiam bonorum & fructuum beneficij, seu maioris partis eorum, vt per Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num.* 168 Menoch. *remed.* 3. *retinen. num.* 582. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 123. quos refero *d. cap.* 5. *num.* 6.

18 In eadem gloss. ibi, *quòd si incontinenti in ipsa possessione lis sibi mouetur*, &c. Notatur ad hoc, quòd non videtur adeptus fuisse pacificam beneficij possessionem, qui statim ex ea fuit deturbatus, seu lis mota, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n.* 149. *&* 185. *C. de reuocand donat.* Bellam. *decis.* 196. Cassad. *decis.* 9. *de causa possess.* Hoied. *de incompatibili benefic. part.* 1. *c.* 13. *n.* 40. *&* 80. Mascard. *de probat. concl.* 183. *n.* 42. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 3. *quæst. n.* 130. vbi *num.* 131. asserit quòd relinquitur arbitrio Iudicis quomodo interpretetur illud verbum *incontinenti*, Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 518. refero *d. c.* 5. *n.* 7.

19 In ead. glos. ibi, *primo verò non tenetur.* Notatur ad hoc, quòd tempus anni præstitutum ad promotionem Ordinis sacerdotalis ei, qui beneficium Curatum obtinuit, non illi currit quandiu lis pendet super huiusmodi beneficio, vt per Tiraq. *de tract. in lig.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 27.

20 In ead. glos. ibi, *si autem possessionem aliquandiu obtinuit sine litigio*, &c. Ergo si prouisus de parochiali possessionem illius aliquandiu, id est, saltem per duos menses, obtinuit sine litigio, tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri, & sufficit quòd semel cœperit pacificè possidere, quamuis post ea lis, ei moueatur, sequuntur Staphil. *de litteris gratia tit. de qualitate & statu benefic.* §. *huiusmodi num.* 51. Sarnen. *in reg. de triennali quæst.* 53. *vers. & ideo*, Petrus Gregorius *de benefic. cap.* 25. *num.* 10. contra Nicol. Garc *de part.* 11. *cap.* 5. *num.* 118 vbi tamen *num.* 521. refert Sacram Congregat. Episcopo Veronen. sic re-

spōdisse. *Obtinentes Parochialem Ecclesiam per proui-*
sionem Sedis Apostol. habentes liberum cura exercitium, 21
& omnium bonorum, fructuum, & prouentuum possessio-
nem licèt in limine adepta possessionis pracicta mota lis
fuerit per aliquem in petitorio, tenetur se promoueri fa-
cere intra annum lite pendente & iterum sic ait. Quòd si
beneficium esset litigiosum, & curam animarum haberet,
tenebitur obtinens sacros ordines suscipere, si modò libe-
rum habeat cura exercitium.

22 In gloss. *Iusto impedimento.* Notatur ad hoc, quòd
annus promotionis ad sacros Ordines non computa-
tur quandocunque clericus legitimè impeditur quo-
minus Sacerdos creetur, prout impedimenta huius-
modi referentes tradunt Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.*
6. *c.* 8. *quæs.* 2. *vers. annus hic, & lib.* 7. *c.* 16. *q.* 11. Lessi.
de instit. lib. 2. *c.* 34. *dub.* 19 *n.* 100. Sed vtrùm sufficiat
quòd huiusmodi impedimentum in fine anni superue-
niat? dubium est non contemnendum, in quo Bel-
lam. *decis.* 83. censet tale impedimentum minimè ex- 23
cusare quando intra illud tempus non poterat promo-
ueri, quem approbat Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11.
c. 5. *num.* 119. contra Rebuff. *tit de non promotis intra*
annum, nu. 84. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 55. *lit. C.*
secundùm nouissi. impress.

24 In gloss. *Non intendens.* Notatur ad hoc, quòd recipiens beneficium Curatum animo assumendi Sacerdotium intra annum, non tenetur fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit intentionem, restituere, quamuis postea mutata voluntate minimè promoueatur intra annum ad Sacerdotium, vt per Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *quæs.* 10. *vers. quæres*, Paul. Comitol. *respons. moral lib.* 1. *q.* 79. *n.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 45. *n.* 1. *cum seqq.*

25 In gloss. *Indemnem.* ibi, *& hic loquitur non solùm de obligatione in foro anima.* Notatur ad hoc, quòd si ex parte soluentis sit pœna, & ex parte accipientis sit restitutio damni accepti, vtique ea restitutio debita censetur etiam in foro Conscientiæ, vt per D. Barbos. *in l. si mora, n.* 44 *ff. soluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas exemptus eligitur in Episcopum, sed nō potest sine licentia Papa, vel Legati de latere, & n.* 2.

3 *Exemptus à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij, non censetur exemptus à Legato Papa.*

4 *Prouisus à Nuncio dicitur prouisus Apostolicus.*

5 *Dict. huiusmodi, est relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.*

6 *Legatus simplex speciali commissione cognoscit inter exemptos.*

7 *Resignatio exempti non potest fieri coram Episcopo, & aliis Ordinariis, sed coram Papa.*

Cap. Si Abbatem XXXVI.

1 ABbas exemptus, & immediatè Papæ subiectus potest elegi in Episcopum, sed non potest deserere monasterium suum sine licentia Papæ, vel Legati à latere, non verò aliorum Legatorum, qui non possunt confirmare electionem. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin Monach. Franch. Viu. *in ratiō. lib* 1. *pag.* 198. Alagona. *in compend. pag.* 74. remissiuè Ximeo. *in concord. p.* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 6. Paul. Layman. *in q. Canon. de Prælatorum ecclesiast. elect. q.* 191. Fr. Ludou. Mirand. *in manu. Prælater. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 32. *concl.* 2. ego ipse *de iure eccles. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 250.

3 *Quàm à nobis, vel ab Apostolica Sedis Legato.*] Notatur ad hoc, quòd exempti à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij non censentur exempti à Legatis à Papa, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 63. art. 4.* Vnde
4 prouisum a Nuncio dici prouisum Apostolicum ex hoc text. colligunt *hic* Gemin. *n. 5.* & Franc. *n. 4.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 11. cap. 4. num. 514. ante vers. vt cùm autem*, in vlt. impress. Rot. *in Leodien. beneficij 13. Iunij 1608. coram Ortemberge.*

5 *Huiusmodi verò Legatus.* Notatur ad hoc, quòd dict. illa *huiusmodi*, est relatiua præcedentiũ cum omnibus suis qualitatibus, iuxta resoluta per Rebuff. *ad l. 1. vers. huiusmodi stipulationes, ff. de verb. signif. pag. 6.* Nauar. *in cap. 11. quando, remed. 6. n. 5. de rescriptis*, Gonçal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 40. num. 4.* & alios per me citatos *in tractat. de dictionib. vsufreq. dict. 138. n. 1.* secundùm Lugdun. impress.

6 *Nisi id eis a Sede ipsa specialiter sit commissum.*] Notatur ad hoc, quòd simplex Legatus speciali commissione cognoscit inter exemptos, vt per Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part. 2. q. 2. nu. 16.*

7 In gloss. *Deferendi.* Notatur ad hoc, quòd resignatio exempti non potest fieri coram Episcopo, & alijs Ordinarijs, sed coram summo Pontif. vt per Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 3. q. 11. n. 2.* vbi *n. 1.* subdit quòd exemptus potest resignare beneficia, quæ obtinet, Erasm. à Cochier *d. p. 4. q. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Compendiatur text. in præsenti.*
2 *Electores non sunt priuati eligendi potestate, immò liberè ad eosdem reuertitur quando ipsi compromiserunt absolutè in aliquem, qui elegit indignum, siue scienter, siue ignoranter.*
3 *Eligens indignum est pro ea vice potestate eligendi priuatus, & ad superiorem deuoluitur potestas conferendi.*
4 *Episcopus per collationem Vicarij indigno factam non est priuatus potestate conferendi.*
5 *Eligens iure proprio si eligeret inutiliter, potest denuo eligere, nisi scienter indignum eligat.*
6 *Electus à compromissario quando electioni per illũ de se factæ consentire recusat, tunc non ad ipsum compromissarium, sed ad compromittentes reuertitur electio.*
7 *Compromissarius malum eligens Prælatum venit puniendus.*
8 *Episcopi in nullam suspensionis sententiam incidunt nisi in ea expressè nominentur.*
9 *Electio quando est data alicui ab homine si semel elegerit, etiam qualitercumque, variare non licet.*

Cap. Si compromissarius XXXVII.

1 Compromissarij si non eligunt intra tempus statutum, electio deuoluitur ad Superiorem; si eligunt indignum, eligendi potestas reuertitur ad compromittentes, nisi ipsi scientes habuerint talem electionem ratam; idem si electus non vult consentire. Item compromissarios eligens indignum, & etiam Canonici si ratum habeant, suspenduntur à beneficiis ecclesiasticis per triennium, quod verò non intelligitur de Episcopo compromissario, quia de iure Episcopus non est suspensus, nisi de ipso fiat expressa mentio. Item pœna priuationis fructuum intelligitur in electione Episcoporum, & Prælatorum non inferiorum. Item ista pœna priuationis intelligitur de beneficiis, quæ habent in illa Ecclesia, quam offendunt, (sicut in casu illius, qui obijt in electione) & non de illis beneficijs; Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 199.* Alagona *in compend. pag. 75.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 2.*

Vide Bonacin. *de suspension. omnibus in particulari disput. 3. q. 4. puncto 2. & 9.*

Si verò eligat, sed indignum, &c.] Notatur ad hoc, quòd electores non sunt priuati eligendi potestate, immo liberè ad eosdem reuertitur electio, quando ipsi compromiserunt absolutè in aliquem, qui eligeret indignum siue scienter, siue ignoranter. Ratio est, quia si scienter eligit, dolus ipsius compromissarij non debet imputari compromittentibus, qui non sunt in culpa; si verò ignoranter elegit, iam functus est officio suo, ita Syluester *in summ. verbo electio, 2. q. 19. n. 26.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 38.* quos refert, & sequitur Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 61. num. 13.* 2

Ad illud autem quòd eligens indignum est pro ea vice potestate eligendi priuatus, & ad superiorẽ deuoluitur potestas conferendi, vide quæ dixi *in collect. ad c. cùm in cunctis n. 35. cum seqq. hoc tit. in Decret.* 3
Notari solet hic text. ad hoc quòd per collationem Vicarij indigno factam non est Episcopus priuatus potestate cõferendi, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus n. 139. & seqq.* Sbroz. *de offic. Vicarij l. 3. q. 37.* quos refero *in collect. ad d. c. cũ in cũctis n. 38.* 4
Vnde colligitur quod qui potest eligere iure proprio, si eligeret inutiliter, poterit denuo eligere, nisi scienter indignum elegerit, secus in eo, qui habet eam facultatem non iure proprio, sed ex potestate ei ab alio tributa, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone, limit. 1. num. 43. & seq. ff. de verb. sign.* 5

Idem fit cùm eligit idoneum, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando ille, in quem absolutè compromissa est eligendi potestas ab electoribus, & electus ab eo consentire recusat, tunc non ad eum, sed ad compromittentes reuertitur electio. ita Syluest. *in sum. verbo electio 2. q. 19. n. 26* Cuch. *instit. maior. l. 4. tit. de elect. n. 38.* quos refert Fr. Sigism. à Bononia *d. tractat. de elect. dub. 61. num. 3.* 6

Iuxta Lateranense Concil. suspenditur.] Notatur ad hoc, quòd Compromissarius malum eligens Prælatum venit puniendus, quia suspenditur à beneficijs, quæ obtinet in illa Ecclesia, quam sic eligendo offendit, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum & vxorem notab. 3. §. 26. num. 11.* Rainer. *in catalogo censur. tit. de suspens. cap. fin. susp. pens. 10.* 7

Cùm de iure nullam sententiam suspensionis, &c.] Notatur ad hoc, quòd Episcopi in nullam suspensionis sententiam incidunt nisi in ea expressè nominentur, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. l. 3. c. 32. q. 8. vers. quares*, Sayr. *de cẽsur. l. 1. c. 8. n. 25.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 2. n. 47.* Mari. Alter. *de censuris tom. 1. disput. 1. l. 3. c. 5. vers. sed quari potest*, Henriq. *in summ. lib. 13. c. 34. §. 2. litt. V. & c. 43. §. 5. litt. I.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 65. art. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 211. n. 1.* quorum plures refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 115. n. 1.* 8

In gloss. *Consentire.* ibi, *sed vbi ab homine, vnica electione consumitur potestas.* Notatur ad hoc, quòd cùm electio data est cuipiam ab homine, si semel elegerit, etiam qualitercumque variare non licet, vt per Tiraq. *in d. l. boues §. hoc sermone limit. 9. num. 9.* 9

In eadem gloss. ibi, *distinxerunt quidam an detur potestas prouidendi, an eligendi, &c.* Sequitur Tiraquel. *in d. §. hoc sermone limit. 6. n. 12.*

In gloss. *In illius.* Notatur ad hoc quòd suspensio suspendit per triennium à beneficiis, quæ obiiciens aliquid in personam, & in probatione deficiens obtinet in illa Ecclesia ad quem alter electus, vel postulatus fuerat, vt per Soar. *de censur. tom. 5. disput. 31. sect. 3. num.* 12. Filiuc. *tract. 17. cap. 6. q. 8. num.* 113. Bonac. *d. puncto 9. num.* 8.

In gloss. *Eligitur.* Notatur ad hoc, quòd suspensio de qua *in hoc text.* non incurritur nisi scienter eligatur indignus. Sed communior est sententiam, quæ asserit compromittentem quidem non puniri in hoc text. nisi scienter ratam habuerit electionem indigni; compromissarium verò puniri etiamsi ex negligentia culpabili, & non scienter deliquerit, ita Soar. *de censur. tom. 5. disput. 31. sect. 3. num.* 8. Mar. Alter. *in simili tract. tom. 2. disput. 13. cap. 2. colum. 2. & 3.* Bonacin. *d. q. 4. puncto 3. num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad appellandum secundùm formam* cap. vt circa, *non est idoneus nisi omnia obiecta, & forma iuramenti in procuratorio exprimantur, & num.* 2.

3 *Mandatum vt exprimatur specialiter in indiuiduo requiritur, vbi agitur de fauore aduersarij.*

CAP. Procurator. XXXVIII.

1 PRocurator ad appellandum contra electionem debet in procuratorio habere expressa omnia, quæ obiicit, & speciale mandatum iurandi in eorū animas, quorum est procurator, quòd expressè putent obiecta esse vera, & quòd possint probare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. And. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 202. Alagon. *in compendio pag.* 75. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem concl. colligit ex hoc text. Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 48. *n.* 14.

3 *Singulariter, & clarè in eius procuratorio sint expressa.*] Notatur ad hoc, quòd vbi agitur de fauore aduersarij, tunc requiritur vt mandatū exprimatur specialiter in indiuiduo; vt per Tiraq. *de iure mariti gl. 7. n.* 112.

CAP. Si confirmationem. XXXIX.

1 COnfirmatione cassata & irrita ob defectum auctoritatis, vel ob iuris solemnitates non seruatas, non intelligitur cassata electio. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr Anch. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. p.* 203. Alagona *in compendio pag.* 75. remissiuè Ximen. *in cord. p.* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cuch. *Inst. iuris Canon. tit. 9. de elect. num.* Laurēt. de Peirinis *de subdito Religioso tom. 1. q. 1. c. 31. §. 11. vers. dico* 7. Iul. Lauor. *variar. lucubr. tom. 1. tit. 4. de elect. Canonica cap. 25. num.* 71.

SVMMARIVM.

1 *Cathedrali, Regulari, vel Collegiata Ecclesia vacante si singulares personæ Capituli, vel Conuentus occupent bona à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obuenientia donec plenè restituant ab officio & quibuscunque beneficiis sunt suspensi, non obstantibus, &c. & num.* 2.

3 *Bona relicta à Prælatis Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarum, seu obuenientia tempore vacationis ad futurum successorum pertinent.*

4 *Capitulum Sede vacante debet fructus quocunque modo prouenientes in vtilitatem Ecclesiæ expendere, vel futuris successoribus fideliter per œconomum reseruari.*

5 *Locatio facta à Capitulo Sede vacante ligat successorem.*

6 *Clausulæ,* Mon obstantibus quibuscunque priuilegiis, *vis, & effectus, remissiuè.*

7 *Hic text. non procedit in aliis Ecclesiis præter Cathedrales tam Regulares, quàm seculares, ac Collegiatas pastore carentes.*

8 *Clerico ob contumaciam suspenso, aut deposito nihil præstandum est.*

CAP. Quia Sæpe. XL.

QVi in Sede vacante Cathedralium, Regularium, 1
Collegiatorum bona relicta, vel tempore vacationis collecta occupant, dissipant, consumunt, &c. sunt suspensi ab officiis, & beneficiis donec integrè restituant, non obstantibus consuetudinibus, statutis etiam iuratis, & à Sede Apost. confirmatis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuan. *in ration. lib. 1. pag.* 204. Alagona *in compend. pag.* 75. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Soar. *de censur. tom. 5. disp. 28. sect. 3. n.* 6. Rainer. *in catalogo censur. & irregularit. tit. de suspens. cap. 4. suspens.* 2. Bonac. *de suspens. omnibus in particulari disput. 3. q. 4. puncto* 15.

Bona à Prælatis ipsarum dimissa, &c. Nomine bo- 2
norū in præsenti intelliguntur quælibet bona tam mobilia quàm immobilia, quæ Prælatus possidebat, aut quæ vacationis tempore proueniunt ex bonis Ecclesiæ, vt sint fructus, & reliqua emolumenta, ita Soar. *d. tom. 5. disp. 31. s. 3. n.* 3. Bonac. *d. puncto 15. n.* 3. vbi etiam affirmat comprehendi fructus, & emolumenta, quæ proueniunt ex iurisdictione, v. g. ex pœna condemnationis, ex sigillo, aliáue simili causa.

Vel futuris deberent successoribus fideliter reserua- 3
ri. Notatur ad hoc quòd bona relicta à Prælatis Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarum, seu obuenientia tempore vacationis ad futurum successorem pertinent, vt per Boër. *dec. 340. num. 3. cum seqq.* Cou. *in c. relatum si 2. num. 3. de testam.* D. Barbos. *in l. diuortio p. 2. num. 58. cum seqq. ff. solut. matrimon.* Azeued. *consil. 9. num.* 3.

Quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum, &c. No- 4
tatur ad hoc, quòd Capitulum Sede vacante debet fructus quocunque modo prouenientes in vtilitatem Ecclesiæ expendi facere, & conuertere, vel futuris successoribus fideliter per œconomum reseruari, vt per Boër. *decis. 340. num. 1. & 2.* Vnde locationem fa- 5
ctam à Capitulo Sede vacante ligare successorem cùm sine dubio fiat nomine Ecclesiæ, atque in ieus non locantis vtilitatim resoluit Chald. Pereira *de empt. & vend. cap. 26. num.* 14.

Ab officio.] Ordinis scilicet, & non dignitatis, vt 6
per Alter. *de censur. tom. 2. disp. 12. c. 4. col. 4. vers. sed quærunt.* Bonac. *d. puncto 15. n.* 8. hinc inferentem illū, qui huiusmodi suspensione obstrictus est, irregularitatis pœnam incurrere celebrando, aut aliàs sacrorum Ordinum functiones exercendo.

Et beneficiis quibuscunque sint suspensi.] Hoc 7
est, omnibus beneficiis, quæ vbique possidet propter dictionem vniuersalem, *quibuscunque,* ita Bonacin.

Bonacin. *d. puncto* 15 *num.* 9. quicquid dicat Alter. *d. disput.* 12. *c.* 3. *col.* 6. *vers.* 5.

6 *Non obstantibus quibuslibet priuilegiis.* De hac clausul. dixi latè *in tract. de clausulis vsufreq. clausul.* 83 secundùm Lugdun. impress.

7 In gloss. *Collegiatis*. ibi, *in aliis non habet locum hoc Decret.* &c. Sequitur Boër. *decis.* 340. *num.* 2. vbi ait quòd in aliis Ecclesiis præter Cathedrales tam Regulares, quàm seculares, ac Collegiatas pastore carentes non habet locum hic text. sed *cap. præsenti, de officio Ordin. hoc lib.* quod loquitur generaliter in omnibus, & quibuscunque Ecclesiis alicui subiectis, seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam, &c

8 In gloss. *Beneficiis*, ibi, *cum possit statim sibi prouidere restituendo*, &c. Notatur ad hoc, quòd clerico ob contumaciam suspenso, aut deposito nihil præstandum est pro alimentis, vt per Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 36. *n.* 4. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *titt.* C. *n.* 440.

Cap. Constitutio. XLI.

1 Decretalis, *vt circa*, qua præscribitur forma seruanda in appellatione ab opponentibus se electionibus, postulationibus, & prouisionibus, habet locum quando appellatur extra iudicium, non quando in iudicio Colligunt ex ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 205. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 76. remissiuè Ximen. *in cord. p.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex. hoc text. desumit Gr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 48. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesiæ plenam administrationē à Sede Apost. habens potest omnia, quæ sunt iurisdictionis, excepta alienatione bonorum immobilium, & non potest quæ sunt Ordinis, nisi fuerit Episcopus.*

2 *Cathedrali Ecclesiæ vacanti datur à Papa quādoque Procurator cum libera potestate administrandi in spiritualibus, & temporalibus, & dicitur visitator.*

3 *Administrationem Ecclesiæ Cathedralis nemo dare potest nisi Papa.*

4 *Papa solus curatorem dare potest Ecclesiæ Cathedrali, & eius bonis quoad effectum agendi.*

5 *Mobilia etiam pretiosa potest Episcopus in casu licito alienare.*

6 *Papa ex eo quòd dat administratorem, vel visitatorē Ecclesiæ Cathedrali, si postea Canonici etiam ignoranter eligant Episcopum, non tenet electio.*

Cap. Is, cui. XLII.

1 Cathedralis Ecclesiæ plenam administrationem à Sede Apostolica habens, potest omnia, quæ sunt iurisdictionis, excepta alienatione bonorum immobilium & non potest. quæ sunt Ordinis, nisi fuerit Episcopus. Colligunt ex Ordin. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 206. Alagona *in compendio, pag.* 76. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 *Administratio Cathedralis Ecclesiæ plena, & libera,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesiæ Cathedrali vacāti datur quandoque procurator cum libera potestate administrandi in spiritualibus, & temporalibus, & hic solet à Papa dari, & dicitur visitator, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 8. *n.* 29.

Cui soli competit.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesiæ Cathedralis administratorem nemo dare potest nisi Papa, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 8. *n.* 29. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 50. *num.* 7. secundùm Lugdun. impress. & latiùs egi *ead. p.* 3. *alleg.* 133. *per totam.* & quòd solus Papa curatorem dare potest Ecclesiæ Cathedrali, & eius bonis quoad effectum agendi, tradit Gig. *de pension. q.* 65. *n.* 5. & 6. ego ipse *d. alleg.* 50. *n.* 7. *in fine.* 3 4

In gloss. *Immobilium*. ibi, *puta quòd mobilia etiam pretiosa possit in casu licito alienare*, &c. Sequitur Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 100. & 102. 5

In gl. *Confirmatus*. ibi, *notat etiam ibi quòd eo ipso quòd Papa dat administratorē, vel visitatorē Ecclesiæ Cathedrali, si postea Canonici etiam ignoranter eligant Episcopū, nō tenet electio.* Vide Boër. *dec.* 2. *n.* 29. & 30. 6

SVMMARIVM.

1 *Monialis non eligit nisi peregerit xij. annum, & sit tacitè, vel expressè professa, nec eligitur nisi peregerit xxx annum & fuerit expressè professa.*

2 *Electio omnium Abbatissarum, cæterarúmque Monialium Præfectarum de iure communi ad Conuentum spectat.*

3 *Moniales in Abbatissarum, seu priorissarum electionibus non habent vocem actiuam, nisi illæ ad minus xij. ætatis suæ annum peregerint, fuerintque tacitè, vel expressè professæ.*

4 *Monialis nulla potest eligi in Abbatissā de iure communi, quæ ad minus non habuerit xxx. suæ ætatis annum, & expressè professa fuerit regulam eius monasterij, cui præficitur, & circa hoc quid hodie seruandum sit attento Concil. Trident. ostenditur.*

5 *Episcopus non potest dispensare in ætate requisita à Concil. Trid. in eligenda in Abbatissam.*

6 *Electio Abbatissæ per scrutinium quomodo facienda, ostenditur, & n.* 7.

8 *Abbatissæ in electione ex tripartito numero Monialium debent concurrere duæ partes, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, potest Episcopus nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit.*

9 *Refertur Constitutio Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis.*

10 *Fœmina potest habere officium habens in se dignitatem & administrationem.*

11 *Fœminæ possunt habere officia, & dignitates temporales, quæ eis per successionem perpetuam tanquam propria deferuntur.*

12 *Abbatissa quæ à maiori parte, non tamen à duabus electa impugnaretur ne veniret confirmanda, interim potest administrare.*

13 *Illegitima non potest absque dispensatione Papæ seclusis Religionum priuilegiis esse Abbatissa, vel Priorissa*

14 *Constantia maior est in viro, quàm in fœmina.*

15 *Dict.* quomodolibet, *omnem penitus modum includit*

16 *Episcopus an possit exercere ea quæ sūt iurisdictionis ante inductionem in possessionem, remissiuè.*

17 *Abbatissa electa per compromissum quando possit administrare si pars Monialium se opponat, ostenditur, & num.* 18.

19 *Fœmina propter sexus verecundiam aliquando parcitur.*

20 *Discordiam nutrientes in electione Abbatissæ Monialium sunt excommunicati.*

21 *Vocati, seu deputati ad dirigendas Moniales in electionibus*

ctionibus, & non temperantes ea ex quibus discordia nasci, vel foueri possunt, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt.

23 *Verbum*, subiaceo, *in futuro tempore importat latam sententiam.*

Cap. Indemnitatibus XLIII.

1 Monialis non eligat nisi agat annum decimum quartum, & sit professa tacitè, vel expressè, non eligatur verò in Abbatissam, nisi trigesimum annum expleuerit, & sit expressè professa. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian in ration. lib. 1. pag. 207. Alag. *in compend. pag. 76.* remissiuè Ximeni *in concord. part. 2.*

2 *Vt cùm in eis fuerit*, &c.] Ergo electio omnium Abbatissarum, cęterarúmque Monialium Præfectarum de iure communi ad Conuentum spectat, vt per Lud. Miranda *in tract. de sacris Monialib. q. 7. art. 1. concl. 2. in princip.*

3 *Nulla Monialis nisi duodecimum annum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Moniales in abbatissarum electione non habent votum, siue vocem actiuam de iure communi loquẽdo, nisi illæ, quæ ad minus duodecimũ suæ ætatis annum peregerint, fuerintque tacitè, vel expressè professæ, vt per Lud. Mirand. *d. q. 7. art. 2. concl. 1.* vbi subdit quòd gl. *hic verbo duodecimum* huius decreti rationem reddens inquit hoc ibidem fuisse statutum, quia eo tempore mulieres efficiuntur puberes.

4 *Nec in Abbatissam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd nulla Monialis potest eligi in Abbatissam, quæ ab minus non habuerit trigesimum suæ ætatis annum, & expressè professa fuerit regulam eius monasterij, cui præficitur, ac per aliquot ãnorum spatium laudabiliter vixerit, vt per Mirãd. *post man. Prælator. in tract. de sacris Monialib. q. 6. art. 6.* Verùm hodie super hac re ita disponit Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. ca. 7.* Abbatissa, & Priorissa, & quocunque alio nomine Præfecta, vel Præposita appellatur, eligatur nõ minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quòd si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio eiusdẽ Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum superiori qui electioni præest, videatur, ex iis, quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, Episcopo, vel alio superiore cõsentiente eligatur. De cuius Decreti materia vide Fr. Emman. *quæst. Regularium tom. 2. q. 15. art. 3.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo. Abbatissa, v. ad primum*, Portel. *in dubiis Regular. verbo Abbatissa nu. 3. cum seqq.* Homobon. de Bonis *de examine ecclesiastico tract. 12. c. 3. q. 18. suppos. 4.* Campan. *in diuersis iuris Canon. rub. 7. cap. 6. nu. 89.* Nicol. Garc. *d. benefic. part. 7. c. 4. nu. 42. & 71.* Aloys. Riec. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. p. 4. decis. 281. n. 3. & decis. 303* Iul. Lauor. *variar. lucubr. tom. 1. tit. 4. c. 24.*

5 Verùm autem circa huiusmodi ætatem à Conc. Trident *citato loco* præscriptam, possit Episcopus dispẽsare, dubium est non contemnendum, in quo negatiuam tuentur partem Nicol Garc. *d. cap. 4. nu. 7.* Aloys. Riec *d. decis. 309. num. 9. part. 4.* Azor, *inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 5. q. 5.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ. l. 1. tit. 8. l. 7. de Episcopis n. 102.* Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 62. num. 6.*

§ Sanè.

6 Electa per scrutinium à duabus partibus Monialium debet statim præmisso diligenti examine à Superiore confirmari nulla appellatione obstante, & benedici si sit Abbatissa. Quando verò publicato scrutinio nulla fuerit à duabus partibus electa, poterunt Moniales antequam ad alios actus diuertant, ad illam accedere, quæ maiorem partem habebat, & si addito hoc accessu ad duas partes perueniat, est confirmanda. Si verò moniales noluerint ad illam accedere, vel si accedant, non perueniant tamen aliis in illa consentientibus ad duas partes, tunc superior sine strepitu iudicij antequam illam confirmet, inquirat de obiectis, & interim poterit electa in spiritualibus, & temporalibus ministrare, ita tamen vt nihil alienet, & nullam de nouo recipiat Monialem. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

Hanc eandem concl. firmat Lud. Mirand. *in tract. de sacris Monialib. c. 7. art. 10. concl. 1.* 7

Quæ à duabus partibus, &c.] Ex tripartito numero Monialium duas partes concurrere debere in electione Abbatissæ, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, posse Episcopum nominare vnam, quã magis idoneam iudicauerit, refert à Sacra Congregatione Concilij decisum Piasec. *in praxi Episc. p. 2. cap. 3. nu. 57. vers. in monasteriis*, quem citat Zipæ. *in analyt. postremi iuris eccles. enarrat. sub tit. de elect. num. 9. vers. Abbatissa in fine.* nouissimè D. Lauor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 21 §. 12. propè finem*, vbi addit *de anno* 1628. decisum fuisse à S. Congreg. in casu discordiæ inter Moniales non posse superiorem ipsarum, aut scrutatorem dare votum in electione Abbatissæ, vel Priorissæ. Sed sufficere maiorem partem eligentium habito respectu ad Capitulum, verius videtur ex reg. text. *in cap. quapropter 42. de elect. & in cap. dudũ, cum aliis, eod. tit. lib. 6.* & clarè deducitur ex *d. §. sanè. vers. verum si qua, vsque ad fin.* Nauar. *cons. 5. de elect.* & in specie Mirand *in man prælat. tom 2. quæst. 23. art. 27. concl. 22. & in tract. de monialibus q. 10. art. 4.* qui *ibid. art. 1. in princ.* dicit hoc idem cautũ esse in statutis Ordinis Cisterciensis. Neque obstat text. *in hoc §. sanè, in princ.* quia ibi quod deducitur de duabus partibus, procedit ad effectum vt electa à duabus partibus possit confirmari appellatione remota, etiamsi à minori parte contra eius personam defectus obuciatur, non autem vt propterea electio à maiori parte facta non teneat, quia aliter text ille esset sibi contrarius, idem *vers. verum.* Miranda *de Monialibus, vbi supra*, Rot. *in Terracinen Abbatia.* 8

Per Superiorem, &c.] Nouissimè S. D. Greg. XV felic. record. *in sua Const. de exemptorũ priuilegiis, incip. Inerutabili. sub Dat. Nonis Febr.* 1622. circa hanc materiam electionis Abbatissarum, sic statuit. Ac similiter possit Episcopus vnà cum superioribus Regularibus quaruncunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem monasteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere absque vlla tamen ipsorum monasteriorum impensa. Hactenus d. Constit. super qua postea Sacra Cong. Illustrissimorum Cardin, Conc. Trid. interpretum censuit ius confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per eiusmodi Constitutionem attributum, quam quidem decisionem originalem præ manibus habui, impressámque vidi in Typographia R. Cameræ Apost. de anno 1624. 9

In spiritualibus, & temporalibus liberè administret.] Ergo fœmina potest habere officium habens in se dignitatem & administrationem, vt per Flamin. Paris. *de resignation. lib. 3. quæstion. 12. num. 3.* vbi *num. 9.* subdit quod Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati, *& lib. 12. quæst. 4. num 29.* 10

Et quòd fœminę possint habere officia & dignitates 11

temporales,

temporales quæ eis per successionem perpetuam tanquam propria deferuntur, tradunt Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 14.* Lecez. *de primogen. lib. 1. q. 19. n. 6.* Vant. *de nullitat. ex defectu iurisd. deleg. num. 73.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 3. lit. E. concl. 94. num. 17. & tom. 5. lit. M. concl. 415. num. 2.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 23. tit. 14. num. 30.* D. Barbos. *in l. cum. Prator. §. vltim. num. 268. ff. de iudic.*

A dignitate deiiciatur adepta.] Ergo officium Abbatissæ dignitas est, vt per Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 2. n. 20.* sed *n. 21.* contrarium resoluit, & respondet huic cap.

12 *Liberè administret.*] Notatur ad hoc, quòd Abbatissa, quæ à maiori parte, non tamen à duabus, electa impugnaretur ne veniret confirmanda, interim potest administrare, vt per Petr. Greg. *de elect. cap. 19. num. 5.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 4. cap. 24. num. 52. & c. 25. num. 25.*

13 In gl. *Canonica.* ibi, *si sit illegitimè nata* &c. Notatur ad hoc, quòd illegitima non potest absque dispensatione Papæ, seclusis Religionum priuilegiis, esse Abbatissa, vel Priorissa, vt per Nauar. *in manual. cap. 27. num. 201.* Maiol. *de irregul. lib. 10. c. 10. in fine,* Mandos. *in signatura Gratiatis. de dispensat. super defectu natalium, in fine,* Soar. *tom. 5. disp. 50. sect. 5. n. 5. & de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 14.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 12. num. 21.* Sayr. *de censur. l. 6. cap. 11. num. 3. in fine,* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 3. n. 50.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 19. & 20.* Sanctarel. *variar. resolut. q. 40. n. 7.* metipsum *in collect. ad c. 1. n. 7. de filiis Presbyter.* quicquid dicat Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 13. art. 21.*

14 In gl. *Diuersant.* ibi, *quia maior constantia est in viro, quàm in fœmina. Refert,* & sequitur Tiraq. *leg. 9. connub. gl. 1. p. 9. num. 132.*

15 In gloss. *Quomodolibet.* ibi, *quod est distributiuum modorum,* Dict. illa, *quomodolibet,* omnem penitus modum includit, vt per Menoch. *remed. 6. recuper. possess. n. 15.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 25. n. 48.* Valasc. *cons. 61. n. 6.* Cened. *post. lib. pract. & canon. q. sing. 95. num. 1.* & plures alios, quos refero *in tract. de dictionibus vsufrequent. diction. 330.* secundùm Lugdun. impress.

15 In gl. *Auctoritate.* ibi, *electa ante confirmationem administrat.* Episcopus an possit exercere ea, quæ sunt iurisdictionis ante inductionem in possessionem: vide Ierez *l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordinamenti pag. 154.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28.* Cald. Pereira *cons. 8. num. 7. cum seqq.* Nicol. Garc. *in tract. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 242.*

§. Cæterùm. §. Porrò.

17 Si contra electam per compromissum pars minor Monialium se opponat, adhuc confirmetur, si maior, non confirmetur, donec fuerit obiectis satisfactum, interim tamen administret; si verò pars opponentium fuerit duplo maior, non administret, sed litis euentum expectet. Item ab opponentibus in casibus præmissis obseruetur Constit. *cap. vt vice*; non tenentur tamen personaliter venire Romam, sed mittant procuratores. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

18 Hanc eandem conclus. firmant. Ludou. Miranda *in tract. de sacris Monialib. q. 7. art. 10. concl. 4.*

19 *Propter sexus verecundiam,* &c.] Vide quæ notat Tiraq. *l. 9. connub. gl. 1. part 9. num. 178. & seqq. & l. 10. gloss. 1. part. 10. num. 31.*

§. Postremo, cum seqq.

Ponentes, vel nutrientes discordiam in electione Abbatissæ monialium sunt excommunicati. Item hoc decretum valet in monialibus Regularibus; & in his, quæ viuunt vt Canonici seculares, quarum tamen statum per hoc non approbat, & non loquitur de electionibus virorum. Colligunt Doctores *in principio text.* citati. 20

Eo ipso excommunicationis sententiam, &c. Notatur ad hoc, quòd vocati, seu deputati ad dirigendas moniales in electionibus, & non temperantes ea, ex quibus discordiæ nasci, vel foueri possunt, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt vt per Soar. *tom. 5. disp. 23. sect. 4. num. 8.* Memor. cleric. *cap. 9. excommun. 44.* Iul. Lauor. *de Indulgen. part. 2. c. 23. n. 21* Filliuc. *tract. 14. num. 53. vers. quart. & 57.* Rainer. *in catalogo censur. cap. 9. excommun. 46.* vbi cum gloss. & Caiet. notat quòd si quis non vocatus intersit, & perturbet, vel vocatur, sed post electionem iam factam perturbat, non incurrit censuram, secus si non vocatus superior esset, quia si iste perturbat dum interest, censura ligatur, refero ego ipse *de offic. & pot. Episc. part. 3. alleg. 50. n. 204.* secundum. Lugdun. impress. 21

In gloss. *Subiacere.* ibi, *ipso iure.* Notatur ad hoc, quòd verbum, *subiaceo,* in futuro tempore importat latam sententiam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num. 148. C. de reuoc. donat.* 22

Cap. Prouida. XLIV.

Bonif. VIII.

QVando quis in electione Episcopi, vel Superiorum appellauit ad Papam, & deinde recessit ab appellatione simoniacè, sed procedit, confirmat, vel consecrat, tunc omnia prædicta sunt irrita, & ipse Ordinarius est suspensus per annum integrum à Confirmatione, & Consecratione Episcoporum. Collig. ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 216.* Alago. *in compendio pag. 77.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text, desumunt Memor. Clericorum *tit. de suspens. Episcopor. num. 7.* Mari. Alter. *de censuris tom. 1. disp. 16. c. 2. vers. tertio, & vers. secundo,* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 111. n. 24.* Soar. *de censur. tom. 5. disput. 31. sect. 5. n. 8 in fine,* Rainer. *in catalogo censurarum sub tit. de suspens. cap. 1. suspens. 7.* vbi aduertit non puniri pœna huius cap. alios Episcopos consecrationi assistentes, sed eum duntaxat, cui causæ cognitio demandata erat. 2

SVMMARIVM.

1 *Papa si prouisionem Ecclesiæ Cathedralis sibi reseruauit, inhibuit, & decreuit, non est vitiata electio, quæ præcesserat, omnia tamen, quæ reseruationem, sequuntur, carent effectu.*
2 *Decreti irritantis vis & effectus remissiuè.*
3 *Reseruatio inficit titulum, & illum ipso iure annullat.*
4 *Prius & posterius dicitur ratione vnius horæ.*

Cap. Si eo tempore. XLV.

PApa quando reseruat sibi electionem, inhibens, electionem irritans, & quæ præcesserunt reseruationem, tenent, quæ sequuntur, sunt nulla. Collig. ex 1

ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 117.* Alag. *in compendio pag. 78.*

Notatur ad hoc, quòd si Papa electoribus beneficij mandet ne ad electionem procedant, beneficium huiusmodi remanet affectum, Æ. ne de Falconib. *de reseru. pral. 3. n. 4.* Gonçal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 52. n. 19.* Viuian. *in praxi iurispatr. lib. 14. cap. 1. n. 68.*

2 *Si secus super hoc à quoquā*, &c.] De decreto irritanti dixi latè *in tract. de clausulis vsufreq. claus. 40.* secūdum Lugdun. impress. & vide Rot. *in Meliten. Arcmtratus.* 15. *Ianuar.* 1629. coram R. D. meo Coccino Decano.

3 *Afficiunt tamen*, &c.] Notatur ad hoc, quòd reseruatio inficit titulum, & illum ipso iure annullat, vt per Menoch. *remed. 15. recup. possess. n. 444.*

4 In gloss. *Iam.* ibi, *de die & hora*, &c. Notatur ad hoc, quòd prius, & posterius dicitur ratione vnius horæ, vt per Tiraq. *de iur. primog. q. 2. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 3 proœm n. 44.* vbi *num. 46.* subdit quòd non solùm vnius horæ prioritas, sed etiam vnius puncti, vel momenti facit præuentionem.

SVMMARIVM.

1 *Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum. & non aliter, & in altero admittendo ponit tres gradus, & num. 2.*

3 *Clausula,* In solidùm. *vis, & effectus, remissiuè.*

4 *Canonico absente si simul fuerint deputati multi procuratores in solidum, & omnes concurrunt, is admittendus est, qui primo nominatus est in instrumento procuratorio.*

5 *Vltimi vocati censentur in subsidium priorum nominati.*

6 *Denominatio prior arguit ordinem charitatis, & maiorem dilectionem.*

7 *Paria sunt non facere, vel minus sufficienter facere intra tempus statutum.*

8 *Procuratori non creditur affirmanti medio iuramento super impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire.*

9 *Procuratores duo in solidum constituti ad eligendum si semel alterum elegerunt, ita consumpta est electio vt variare non possint.*

10 *Procuratores duo si fuerint dati in diuersis instrumentis eodem die confectis, & non appareat quis ex illis sit reuocatus, mutuò se confundunt.*

11 *Procurator de Collegio ab absente simpliciter constitutus in electionibus, non potest vnum suo, & aliū procuratorio nomine eligere.*

12 *Vox simpliciter cōmissa Capitulari non potest diuidi.*

13 *Voces duas habens, vnam nomine proprio, & alteram nomine alieno, non potest vnum nomine proprio, alterum verò alieno nomine eligere.*

14 *Merita duorum vel trium vbi adeò essent æqualia, vt discerni non possit ab electoribus, quis eorū melior & idoneior cæteris esset, tūc poterit præfatus procurator vnum suo, alterum procuratorio nomine eligere.*

15 *Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum non excluduntur hodie, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona.*

16 *Capitulo nolente non licet extraneum procuratorem deputare ad electionem, etiamsi de Collegio nemo velit assumere vices absentis.*

17 *Votum suum per litteras exprimere non licet absenti.*

19 *Eligere aliud est, & aliud promittere de eligendo; promittere renunciare aliud est, & aliud renunciare facto.*

CAP. Si quis iusto. XLVI.

ABsens in casu electionis si legitimè impeditur, potest plures procuratores constituere, sed in solidum tantum, & tunc erit melior conditio occupantis; sed si simul concurrant Capitulum, vel maior pars eligat vnum ex procuratoribus, & si non concordant qui primò nominantur in instrumento, & si nullus nominatur in solidum, nullus est admittendus, & illi imputetur. Item constitutus procurator non potest in scrutinio nominare vnam personam suo nomine, & alteram nomine domini sui, nisi dominus dedisset speciale mandatum de certa persona, & illam tantum potest nominare. Item absens, si nullus de Capitulo vult esse eius procurator, & ipse non potest extraneū deputare sine consensu Capituli, non potest per litteras exprimere votum suum, quia non esset secretum. Colligunt ex Ordin Lap. Abb. Archid. Gemin. Io. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 217.* Alagona *in compendio pag. 78.* remissiuè Ximen. *in concord p. 2.* 1

Hanc eandem conclusionē, seu conclusiones ex hoc textu desumunt Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. art.* .. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. nu. 224. cum seqq.* Azor. *instit. moral. tom part. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7.* Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 14. à princ.* Rague. *de voce Canon. in Capitulo q. 26.* Iul. Lauor. *var lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 17. ex num. 32.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 1. q. 3.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali lib. 4 tract. 2. cap. 12. n. 4 vers. dico quarto*, Rot. *in Calaguritana beneficij de Morillo 13. Nouēbris* 1628. coram bonæ memoriæ Vbaldo, vbi fuit dictum tria requiri ad hoc vt votum absentis per procuratorē possit sustineri, quæ sunt vt quis sit in loco vnde euocari possit, & quòd iusto impedimēto detentus venire non possit, & quòd procurator habeat mandatum ad iurandum super dicto impedimento, refero ego ipse *de iure eccles. lib. 1. cap. 19. n. 100. & seq.* 2

Eorum cuilibet det in solidum potestatem, &c.] De claus. *in solidum*, dixi latè *in tract. de clausulis vsufr. claus. 72.* secundùm Lugdun. impress. 3

Is, qui primo in instrumento, &c.] Notatur ad hoc. quòd si absente Canonico simul fuerint deputati multi procuratores in solidum, & omnes concurrant, is admittendus est, qui primo nominatus est in instrumento procuratorio, vt per Tiraquel. *de iure primogen. q. 17. in sexta opinion. num. 5.* quem refero ego ipse *d. cap. 19. num* 102. 4

Vltimi enim censentur in subsidium priorum nominati, ex Anton. Monach. *Lucensi decis. 64. n. 39.* Et ex priori denominatione arguitur ordo charitatis, & maioris dilectionis, ex Tiraq. *d. tract. de iure primog. q. 19 num. 3.* 5 6

Si autem nullus, &c.] Notatur ad hoc, quòd paria sunt non facere, aut minus sufficienter facere intra tempus statutum, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gl. 10. num. 93.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 49. num. 3.* Non fieri, vel inualidè fieri paria sunt, Surd. *cons. 157. numer. 13* Mari Antonin. *var. resolut. lib. 2. resolut. 11. num. 10.* 7

In gloss. *Detentus* ibi, *& in hoc impedimento*, &c.] Notatur ad hoc, quòd non creditur procuratori affirmāti medio iuramento super impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire, vt per Archid. *hic num. 2.* & Bellam. *in cap. quia propter n. 4. ad fin. & num. 5. hoc tit. in Decretal.* D. Lotter. *de re benefic. l. 2. q. 19. num. 15.* refero ego ipse *de iur. eccles. lib. 1. cap. 19. num. 110.* 8

In gloss. *Eligeris* ibi, *nec credo quòd variare possint.* Notatur ad hoc, quod si duo procuratores in solidum 9

constitu

constituti ad eligendum semel alterum elegerint, ita consumpta est electio, vt variare non possint, vt per Tuaquel. *in l. bones, §. hoc sermone, num. 53. ff. de verb. sign.* quem refero ego ipse *de iure eccles. lib. 1. cap. 19. n. 102. in fine.*

10 In gloss. *Nominatus*. ibi, *Quis si non apparet, pata quia duo sunt instrumenta*, &c.] Notatur ad hoc quòd si duo procuratores fuerint dati in diuersis instrumentis eodem die confectis, & non appareat quis ex illis sit reuocatus, mutuò se confundunt, vt per Boer. *decis. 311. n. 1.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 95. n. 5.* refero ego ipse *d. c. 19. num. 103.*

§. Portò.

11 *Si is vnam suo, & aliam domini sui nomine*, &c.] Notatur ad hoc quòd procurator de Collegio ab absente simpliciter constitutus in casu electionis non potest vnum suo, & alium procuratorio nomine eligere, vt per Syluest. Angel. Tabien. & alios, quos refert Fr. Sigism. Bononia *de elect. dub. 14. num. 7.* Petr. Gregor. *de elect. cap. 6. num. 11.* Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 229.* Qui enim eligit, vnum, & non plures
12 debet eligere, & vox simpliciter commissa Capitulari non potest diuidi, per ea quæ tradunt Perez *ad tit. 2. vers. secundo. lib. 5. Ordinam. pag. 78.* Chald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 26. num. 22.*

13 Vnde si quis habeat duas voces, vnam nomine proprio, & alteram nomine alieno, non potest vnum nomine proprio, alterum verò alieno nomine eligere, secundùm Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 51. cum seqq.*

14 Vbi verò merita duorum, vel trium adeò essent æqualia, vt discerni non possit ab electoribus quis eorum melior, & idoneior cæteris esset, tunc posset præfatus procurator vnum suo, alterum procuratorio nomine eligere, vt tradunt Molin. *d. cap. 5. n. 52. & 53.* Gutier. *canon. quæst. lib. 1. cap. 11. n. 9.* Sigism à Bononia *d. dub. 14. num. 8.*

15 *Nisi de certa eligenda persona*, &c. Probat hic text. quòd vbi de aliquo certo denominando dominus speciale mandatum dederit procuratori, tunc in illum eius, & in alium suo nomine licitè poterit consentire. At nunc de iure nouo Concil. Trident *sess. 25. de Regular. cap. 6.* præcipientis vt electiones Regularium per vota secreta celebrentur, aliter dicendum videtur, vt apertè censuit sacra Congreg. his verbis, Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitimè impediti sunt, non excluduntur, dummodo non babeat speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset esse secretum, prout decisum referunt Nicol. Garc. *de benefic p. 5. cap. 4. num. 200.* Fr. Sigism. à Bononia *d. dub. 14 num. 9.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 2 disp. 5. q. 4. num. 6.* Lanor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 17. num. 57.*

§. Absens.

16 *Nec ipse nolente Capitulo extraneum valeat deputare.*] Notatur ad hoc quòd si de collegio nemo velit assumere vices absentis, ipsi, nolente Capitulo, non licet extraneum deputare, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. vers. quæres*, Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 14 num. 2.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. disput. 5. q. 4. num. 7.* quos refero *de iure eccles. tom. 1. l. 1 cap. 19. num. 112.*

17 *Non poterit aliquatenus per litteras*, &c.] Notatur ad hoc quòd absenti non licet vllo modo per litteras exprimere votum suum, vt per Fr. Sigism. à Bononia *d. dub. 14. num. 1.* quem refero *d. cap. 10. num. 108.* Nam consensus eligentium non potest præstari per literas, & in scriptis etiam volente Capitulo, vt per Boër *decis. 1. num. 41. in actio num. 37.*

In gloss. *Exprimendum* ibi, *falsum est quòd tunc exprimas votum, sed mandatum das de voto exprimendo*, &c. Referunt, & sequuntur Ancb. *cons. 78. sub num. 2. vers. sed his non obstant. & num. 3.* Fr. Sigism. à Bononia *d. dub. 14. num. 4. vers. nego*, Rot. *in Vallesoletana præeminentiarum 23. Ianuarij* 1604. coram Cardin Pamphilio. 18

In ead. gloss. ibi, *sicut aliud est*, &c. Notatur ad hoc quòd aliud est eligere, aliud promittere de eligendo, vt per Chald. Pereira *de resolut. emphyteut. cap. 16. num. 84.* Et aliud est promittere renunciare, 19 & aliud de facto renunciare, secundùm Boër. *decis. 3. num. 1.* 20

Quæ autem sit differentia inter vendere, & promittere se venditurum, vide Bellacomb. *tom. 2. comm. oppinion. lib. 9. tit. 34. num. 339. pag. 583.* Auil. *ad cap. 1. Prætorum, verbo promessa, n. 5. fol. 65.* Auendan. *ad l. 44. Tauri gloss. 5. num. 7.* Menoch. *cons. 1. n. 229. & n. 234. & cons. 147. num. 10. & cons. 178. num. 1. & 18. & cons. 122. num. 22.* vbi etiam de promissione iurata, Surd. *cons. 372. num. 1.* Valasc. *cons. 153. num. 6. & 7.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. q. 2. num. 12.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. c. 1. n. 36. & c. 16. n. 84 & de empt. & vend. cap. 8. num. 6.* 21

S V M M A R I V M.

1 *Electus, quando absunt competitores, vel opponentes, non confirmatur, nisi fiant publicè edicta, & num. 2.*

3 *Text. hic habet locum in præsentatione, nisi consuetudo sit in contrarium, & num.*

4 *Constitutio huius text. non est seruanda in prouisionibus, quæ fiunt in Romana Curia*

5 *Text. hic non adstringit Rom. Pontif. nec eius Legatum vbi ab ipso petenda est confirmatio.*

6 *Generalis Minorum non tenetur in confirmandis electionibus Prouincialium seruare formam huius text.*

7 *Confirmatio, & institutio facta ad electionem, seu præsentationem alterius, non potest fieri pendente termino ad appellandum, nec appellatione pendente, aliàs omnia erunt attentata, & nulla.*

8 *Edictum facta electione de beneficio est ponendum.*

9 *Terminus competens, & peremptorius in edicto debet assignari.*

11 *Excommunicatus non potest præsentari ad beneficium.*

12 *Institutio facta non proposito edicto iuxta formam huius text. est nulla.*

13 *Confirmatio facta sinè causa cognitione, & non vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ.*

14 *Confirmatus non vocatis vocandis, & sine causa cognitione si administret, an incidat in pœnas.*

15 *Edicta in publico proponi debent, & de hac publicatione non statur simplici assertioni notarij sine testibus.*

16 *Edictum debet affigi, & constare quòd fuerit lectum, atque ibi dimissum per congruam temporis spatium.*

17 *Edicti appositio non est necessaria in beneficiis simplicibus collatiuis.*

18 *Terminus competens peremptorius ad comparendum assignatur secundùm locorum distantiam.*

Cap. Quoniam. XLVII. & vlt.

1 ELectus quando adsunt competitores, vel opponentes, non confirmetur nisi fiant publicè edicta quòd volentes opponere veniant peremptorio termino assignato, aliàs generaliter in Ecclesia in qua electio facta est, alioquin confirmatio est irrita. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 200. Alagona *in compendio, pag.* 78. remissiuè Ximen. *in concordant, part.* 2.

2 Hanc eandem concl. firmant, materiàmque huius text. latè discutiunt Lambertin. *de iurepatron. lib. 2. p.* 2. *q.* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 13. *à n.* 20. Ego ipse *in tract. de iure eccles. lib. 1. cap. 19. à num.* 251. & quod ha-
3 beat locum in præsentatione, nisi consuetudo sit in contrarium, quam qui allegat, debet probare, fuit decisum apud Puteum *decis.* 298. *lib. 1. in correctis, & decis.* 473. *lib.* 2. ait quòd iusta causa excusat à pœna hu-
4 ius text. Et quòd in prouisionibus, quæ fiunt in Curia Romana, non est seruanda constitutio huius text. resoluit Lambert. *d. q. 6. princ. art. 3. n.* 4. & fuit dictum *in Bracharen. Parochialis de Moreira* 13. *Iunij* 1605. coram Ottembergo.

5 Ratio est, quia text. hic non adstringit Romanum Pont. vbi ab ipso petenda est confirmatio, nec eius Legatum, sicuti docent Cuch. *instit. maior. tit. de confirmat. num.* 36. Crauet. *cons.* 177. *col. 2. num. 3. & seq.* quos refert, & sequitur Iul. Lauor. *var lucubrat. tit.* 4. *cap. 25. n.* 61. vbi etiam post Sigism. à Bononia *in tract.*
6 *de elect. dub. 46. n.* 13. subdit generalem Minorum non teneri in confirmandis electionibus Prouincialium seruari formam huius textus.

7 *Confirmationes tales,* &c.] Notatur ad hoc quòd confirmatio, & institutio facta ad electionem, seu præsentationem alterius, non potest fieri pendente termino ad appellandum, nec appellatione pendente, aliàs omnia erunt attentata, & nulla, vt per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss. n. §. 1. in annot. n.* 206.

8 *Alias generaliter in Ecclesia,* &c.] Notatur ad hoc quòd edictum facta electione de beneficio est ponendum, vt per Marant. *de ordine indic. p. 6. verbo rectè concipitur citatio, num.* 92. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo iuspatronatus,* §. 3. *pag. mihi* 180. & in præsentatione idem asserunt Villalob. *tom. 1. commun. opinion, lib. 1. tit. 4. num.* 2. Flores de Mena *variar lib. 1. quæst.* 3. *num.* 55.

9 *Assignato peremptorio termino competenti.*] Ergo in edicto debet assignari terminus competens. & peremptorius, vt per Perez de Lara *de capellan. c. 10. num.* 49. Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 4. n.* 7.

10 In gloss. *Electione,* ibi, *& idem puto in præsentatione.* Notatur ad hoc, quòd text. *in præsenti* habet locum in præsentatione, nisi consuetudo sit in contrarium, vt per Put. *decis. 306. aliàs 297. in correctis, & decis.* 473. *lib. 2. etiam in correctis,* Roch. de Curte *in verbo honorificum q. 38. n. 69. lib.* 1. Cresent. *decis.* 12. *de iurepatr.* quem citat Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collect.* 117. Lambert. *de iurepatron. lib. 2. part. 2. q. 6. art.* 2. Lotter. *d. q. 13. n.* 30. Viu. *in praxi iurispatron lib. 9. c. 1. n.* 2. in vlt. impress.

11 Ex argumentatione deducta ab electione ad præsentationem, qua vtitur hæc gloss. colligunt Doctores excommunicatum non posse præsentari ad beneficium, vt per Cou. *in c. alma mater, p. 1. §. 7. n.* 1. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 5. q. 6. n.* 81. Sayr. *de censur. lib. 2. c. 3. n.* 19.

12 Amplia procedere etiam in institutione, quæ si facta fuerit non proposito edicto iuxta formam huius cap. erit nulla, vt per Hieron. Gabr. *cons. 199. num.* 2, *lib.* 1. Flores de Mena *variar. l. 1. q. 3. num.* 55. Perez de Lara *de anniuers. & cappellan. lib. 2. c. 10. num.* 32. & 39. Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 4. n.* 1. vbi *n.* 2. amplia procedere etiam in Canonicatibus, & præbendis, aliisque simplicibus beneficiis.

In gloss. *Inanes.* ibi, *si autem fiat sine causæ cognitione, & non vocatis vocandis vim habet interlocutoriæ.* Ita Menoch. *remed. 4. adipisc. possess. num.* 802. Lotter. *d. q. 13. num.* 81. 13

In ead. gloss. ibi, *Quid si sic confirmatus administrat,* &c. Vide Card. *cons. 31. sub num.* 5. Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 35. num. 49. &* 50. Seraphin. *decis.* 1238. *num. 9. &* 10. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst.* 13. *à num.* 8. 14

In gloss. *Generaliter.* ibi, *& publicè, quia talia edicta in publico proponi debent.* De qua publicatione non statur simplici assertioni notarij sine testibus, Put. *decis.* 5. 15
lib. 3. debétque legitimè constare non solùm de lectione, & affixione, sed etiam de refixione, & sic quòd fuerit lectum, atque ibi dimissum per congruum temporis interuallum, Rot. *decis. 325. num. 6. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 624. num. 10. part. 1. recent.* Lotter. *d. q. 13. à num.* 47. 16

In gloss. *Obseruari.* Notatur ad hoc quòd appositio edicti non est necessaria in beneficiis simplicibus collatiuis, & non de iurepatronatus, vt per Flores de Mena *var. lib. 1. q. 3. n.* 54. Nicol. Garc. *de benef. part. 9. c. 3. n.* 3. Rot. *decis. 309. n. 2. p. 2. diuers.* 17

In gloss. *Competenti.* ibi, *secundùm locorum distantiam,* &c. Ita Rot. *in Valentina beneficij* 31. *Ianuarij* 1622. coram Remboldo, cuius meminit Lotter. *d. q. 13. num.* 45. 18

De Renunciatione.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 Papa potest liberè Papatui renunciare, & n. 2.
3 Papa renuncians Papatui, non debet de necessitate id facere coram Cardinalibus, sed sufficit simplex voluntatis declaratio.
4 Prælati insufficientes debent deponi.
5 Papa Cardinales Episcopos fratres vocat tanquam in munere, & officio Episcopali adiutores.
6 Papa assertioni plenè creditur etiam in iis, quæ vidit ante Pontificatum.

Cap. Quoniam. I.

Bonifac. VIII.

ROMANVS Pontifex potest liberè Papatui renunciare, vt fecit Cælestinus, præsertim cùm se videt impotentem ad regimen. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viu. *in ration. lib. 1. pag.* 264. Alagona *in compendio pag.* 91. remissiuè Casal. *in annor.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. 1

Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumunt Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. c.* 18. Iacobat. *de Concil. lib. 1. art. 3. num.* 3. Gambar. *de simoniaca Pont. elect. num.* 98. Albert. *de agnoscen. q. 30. num.* 6. Cardin. Tusch. *lit. P. concl.* 48 *in princ.* Perez. *de iure fisci l. 1. tit. habentes iura fiscalia, num. 10. &* 11. Flami. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 1. num. 4. & num. 19. cum seqq. & lib. 7. q. 5. num.* 3. 2

num. 3. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. c. 6. quæſt.* 1. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 100. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §. 5. proœm. num.* 16. vbi *num.* 17. *&* 18. Pontifices enumerat, qui Papatui renunciarunt, & *num.* 19. ſubdit quòd Cæleſtinus Papa V. cauſam dedit, vt hæc conſtitutio ſtatueretur, refero ego ipſe *de iure eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 211.

3 *Statuit, & decreuit Rom. Pontif. poſſe liberè reſignare.*]Notatur ad hoc, quòd non requiritur de neceſſitate, vt Papa renunciet Pontificatus coram Cardinalibus, ſed ſufficit ſimplex declaratio voluntatis, ex qua conſtet ipſum velle eſſe priuatum adminiſtratione, ac dignitate, vt per Flamin. Pariſ. *lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 15. *& lib.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 5. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *c.* 6. *quæſt.* 2. latè metipſum *d. cap.* 2. *num.* 213.

4 In gloſſ. *Inſufficientem.* Notatur ad hoc, quòd Prælati inſufficientes debent deponi, vt per Fichard. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 56. *pag.* 158. Clar. *recept. ſentent. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 73. *num.* 8.

5 In gloſſ. *Fratrib.* ibi, *Cardinales ergo fratres vocat.* Romanus Pont. Cardinales Epiſcopos fratres appellat tanquam in munere, & officio Epiſcopali adiutores, vt per Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *l.* 4. *c.* 3. *quæſt.* 20. *verſ. ſeptimum,* metipſum. *de iure eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6.

6 In gloſſ. *Statui.* ibi, *credendum eſt Papæ hoc referenti.* Notatur ad hoc quòd aſſertioni Papæ plenè creditur etiam in iis, quæ vidi ante pontificatum, vt per Roman. *ſing.* 128. Maſcard. *de probat. concluſ.* 159. *n.* 6. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *quæſt.* 62. *à n.* 79. & præcipuè *n.* 96. Ioan. Valer. *de different. inter vtrunque forũ, verbo teſtis differ.* 5. *verſ. fallit in Papa:* vide quæ latè dixi *in Collect. ad Clem. litteris, vnic. de probat. & in tract. de iure eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 197.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians tenuem præbendam, quam habebat, in fraudem expectantis primam vacaturam, cùm in proximo crederetur pinguem vacare, tunc non tenetur expectans illam recipere, immò illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem, & ſi huic renuncianti illa pinguis poſtea conferatur, hoc ipſo probata ſit fraus, & carebit vtraque.*
2 *Expectatiuæ hodie ſublatæ ſunt.*
3 *Fraus, dolus, & ſimulatio ex breuitate temporis præſumitur.*
4 *Fraus probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
5 *Renunciatio fraudulenta non valet,*

Cap. Si te. II. & vlt.

1 Dignitatem, vel præbendam primò vacaturam qui auctoritate Apoſt. expectabat in aliqua Eccleſia, & aliquis in fraudem ne expectans conſequatur pinguiorem præbendam veriſimiliter in proximo vacaturam, renunciat ſuæ præbendæ tenui, expectans relicta tenui renunciata poteſt expectare pinguiorem primò vacaturam. Item, qui renunciauit tenui, ſi conſequatur pinguiorem, carebit vtraque, quia intelligitur fraus eo ipſo probata. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *p.* 265. Alagona *in compend. p.* 91. remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 Hodie gratiæ, quæ dicuntur expectatiuæ, ſiue ad vacatura, omnino ſublatæ ſunt per Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 19. & referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 1. *proœm. n.* 57. *cum multis ſeqq.* Ioan. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum prælud.* 23. *in princip. n.* 10. ſecundùm Romanam impreſſ. nouiſſimè D. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *in apparatu n.* 16.

In proximo vacatura, &c.] Notatur ad hoc quòd ex breuitate temporis fraus, dolus, & ſimulatio præſumitur, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 530. *num.* 127. *& conc.* 815. *num.* 15. *& concl.* 1057. *num.* 4. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 14. *nu.* 4. *verſic. quintus caſus.* Tiraquel. *de retractu lig. §.* 1. *gloſſ.* 7. *n.* 77. Stracch. *tit. de decoct. part.* 3. *num.* 52. *&* 34. 3

Saltem per aliquas probabiles coniecturas.] Notatur ad hoc quòd fraus probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.* 26. *gloſſ.* 1. *n.* 55. *& tit.* 2. *in præfat. n.* 37. Gom. *l.* 9. *Tauri, num.* 25. Menoch. *conſ.* 534. *num.* 43. *n.* 43. *cum ſeqq. maxime n.* 59. Maſcard. *de probatione concl.* 1170. *n.* 26. Valaſc. *conſ.* 56. *num.* 2. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæſt.* 89. *n.* 17. *cum ſeqq.* 4

Sic fraudulenter renunciata, &c.] Notatur ad hoc quòd renunciatio fraudulenta non valet, vt per Boër. *deciſ.* 106. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 534. *n.* 26. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 12. *quæſt.* 1. 5

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad Metropolitanum non deuoluitur.*
2 *Archiepiſcopus poteſt mittere edictum per totam prouinciam in caſibus ad ſuam iuriſdictionem pertinentibus.*
3 *Archiepiſcopus non poteſt in prima inſtantia cognoſcere de cauſis pertinentibus ad ſubditos ſuffraganei ſui, etiamſi is ob excommunicationem in ſe latam impediatur vti Epiſcopali iuriſdictione.*
4 *Archiepiſcopus iuriſdictionem in prima inſtantia non habet circa cauſas pertinentes ad ſubditos ſuffraganeorum ſuorum.*
5 *Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.*
6 *Pœna imponenda eſt ſecundùm qualitatem delicti.*
7 *Dictio, fortè, multoties importat dubium, & ambiguum, aliquando verò ponitur aſſertiuè, & deciſiuè.*
8 *Iuriſdictio ex negligentia Epiſcopi an deuoluatur ad Archiepiſcopum, oſtenditur, & numeris ſeqq.*
10 *Declaratur text. in cap. cùm ſimus 9. quæſt. 3.*

Cap. Romana I. *Innoc. IV.*

Episcopvs ſi ob aliquam culpam fuerit excommunicatus, ipſius iuriſdictio non deuoluitur ad Archiepiſcopum, ſed debet puniri alia pœna. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach Franc. Viuian. *in rationul. lib.* 1. *pag.* 270. Alagona *in compend. pag.* 94. remiſſiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Edictum verò per Remenſem prouinciam.]Notatur ad hoc quòd Archiepiſcopus poteſt mittere edictũ per totam prouinciam in caſibus ad ſuam iuriſdictionẽ pertinentibus, vt per Quarant. *in ſum. Bullarij verò. Archiepiſcopi auctoritas. verſ.* 27. Marc. Anton. Genu.

in

in praxi Archiep. Neapol. 70. *n.* 14. quos refero ego ipse *in tract. de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 4. *num.* 38. secundùm Lugdunens. impress.

3 *Quia etiamsi tenerentur*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Archiepiscopus non potest in prima instantia cognoscere de causis pertinentibus ad subditos suffraganei sui, etiamsi is ob excommunicationem in se latam impediatur vti Episcopali iurisdictione, vt per Ioan. Andr. *in cap. pastoralis in princ. sub num.* 21. *de off. Ordinar.* vbi Annan. *n.* 3. *in fine*, Butr. *n.* 16. Panorm. *sub nu.* 10. Felin. *n.* 5. *in fin.* Dec. *in c. solitudinem*, *n.* 5. *de appellat.* Hostiens. *in summ. de offic. Ordinar. §. quid. pertinet sub n.* 7. *col.* 3. *post med.* Syluest. *in sum. verbo Archiepiscopus*, *n.* 3. Petr. Gregor. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 17. *c.* 9. *num.* 35.

4 Archiepiscopus enim iurisdictionem in prima instantia non habet circa causas pertinentes ad subditos suffraganeorum suorum, vt per Cou. *practic. c.* 9. *n.* 2. *cum seq.* Henriq. *in sum. lib* 11 *c.* 3. *n.* 4. Spin. *in speculo testament. gloss.* 15. *n.* 39. & 40. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 3.

5 *Cum id non inueniatur à iure concessum.*] Erubescimus enim cum sine lege loquimur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 51. *n.* 86. Surd. *cons.* 158. & *consil.* 308. *n.* 3 & *cons.* 374. *n.* 12. Card. Tusch. *practic. concl. tom.* 3. *lit. E, concl.* 331.

6 *Sed alia fortè pro illis pœna*,] Quæ quidem pœna imponenda erit pro modo dispositionis Canonicæ, nam vbi pœna fuerit expressa in Canone, tunc etiam imponenda erit arbitraria iuxta qualitatem culpæ, vt benè resoluit *gloss. vlt. hîc* per text. *in cap. sanè*, *il* 2. *de offic. deleg.* cui similis *in c. de causis §. vlt. eod. tit.* vbi omnes prosequuntur, & in specie hanc gloss. post Archid. sequuntur Domin. Franch. & Anchar. *in præsenti*, & Monach. *num.* 10. sic intelligentes hunc text. cui intellectui non obstat quòd in hoc text. arguitur de pœna canonica, proindéque videtur agi de illa solùm, quæ in Canone expressa est, arg. text. *in l. si qua pœna* 244. *vers. ex hoc ff. de verb. signif.* & per consequens arbitraria videtur excludi, quia facilè respondetur quòd licèt secundùm strictam, & propriam significationem pœna Canonica sit illa, quæ in Canone expressa est, tamen interpretatiuè loquendo arbitraria etiam pœna dicitur Canonica, dum scilicet à iudice imponitur secundùm considerationem & mentem Canonum, & ab illis incipit, à iudice autem suppletiuè completur, ita respondet Anchar Dominic. &

7 Monach. *vbi proximè.* Si autem quæras cur Pontifex hîc vtatur aduerbio illo, *fortè*, cùm absque dubio certùm sit huiusmodi pœnam pro culpis huius Episcopi fore imponendam: respondetur quòd licèt aduerbium illud importet multoties dubium, & ambiguum, tamen aliquando ponitur assertiuè, & decisiuè, prout *in hoc text. & in c. tua de procurat.* iuncta gloss. *ibi, verbo forsan*, & *in c. super litteris*, *de rescrip.* iuncta gloss. *verbo forsitan*, vbi aliqua iuris loca in idem citantur, & *in c. tua ad nos, de sponsalib.* iuncto intellectu gloss. *ibid. verbo fortè*, quam sequuntur communiter Doctores, vt sentit Monach. *hic num.* 9. exprimit Prob. *ad eund. n.* 8. inde post Bald. Alexand. & Angel. *in l. in substitutione*, post text. & addit marginalem ad gloss. *ibid. ff. de vulgari*, & post Marian *cons.* 93. *col.* 8. subiungens consilium Doctorum præstitum per aduerbium, *fortè*, non minus quæstionem decidere. Vide quæ dixi *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 127. *num.* 6. & 7. secundum Lugdunens. impress.

8 In gloss. *Culpis.* ibi, *sed propter negligentiam bene transfertur iurisdictio*, Notatur ad hoc, quòd ex negligentia Episcopi deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, ita similis gloss. *verbo exceptis in c. pastoralis, de officio Ordin. & verbo Capitulum in c. irrefragbilis, eod. tit. & in sum* 9 *quæst.* 3. Hostiens. *in summ. de offic. Ord. §. quod pertinet, sub n.* 7. *col.* 3. *in med.* cui adhæret Anchar. *hic sub num* 1. Franc. *sub num.* 3. Dominic. *sub num.* 5. *col.* 3. *post princ* Monach. *sub num.* 1. & 2. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. *quæst.* 10. *vers. quæres.*

Verùm contraria sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, probatur apertè ex eo, quia deuolutio potestatis, aut iurisdictionis alicui competens, non est ex eius negligentia inducenda nisi in casibus à iure expressis, in quam rem est text. meo iudicio clarus, & ineuitabilis *in hoc c. vers. quia*, ibi, *cum id non inueniatur in iure concessum*; atqui nullibi in iure inuenitur concessum, vt per viam regulæ iurisdictio Episcopi ex eius negligentia deuoluatur ad Archiepiscopum. Igitur, &c. Vnde meritò hanc partem tenuit Archid. prout eum *hic* refert Domin. *sub num.* 5. *col.* 2. *post med.* Abb. *in c. si quis contrau.* 4. *de foro compet. & in c. pastoralis. n.* 10. *de offic. Ordin.* vbi eandem regulam constituit in quolibet iudice negligente, sequitur Felin. *sub n.* 6. *in c. quoniam. in fin. eod. tit.* cum qua etiam residere videtur Gregor. Lop. *l.* 11. *tit.* 5. *part.* 1. *gl.* 6. & quoad causas iam cœptas coram iudice negligente agnoscit Gail. *lib.* 1. *obseru.* 28. *n* 2. & 3. & habetur inter communes opinion. *tom.* 1. *lib.* 4. *sub tit. de rebus creditis*, *n.* 139. & *tom.* 2. *lib.* 7. *sub tit. de appellat. n.* 26. 9

Nec pro hac gloss. Hostiens & aliis supracitatis, facit text. cui plurimum illa innititur, *in c. cum simus* 9. *q.* 3. quia facilè respondetur illum text. procedere in suo casu, esséque vnum ex illis, quibus in iure expressum specialiter reperitur, vt iurisdictio Episcopi ex sui negligentia deuoluatur ad Archiepiscopum, qua etiam ratione procedunt *Authent. de quæstore, versic, si verò, &c. Romana. §. sanè*, *vers. notoria, de censib. hoc lib. c. venerabilis*, *§. sanè de sent. excomm. eod lib. c. ad reprimendam de offic. Ordin.* Concil. Trident. *sess.* 13. *de reseruat. c. vlt. vers. quod si*, prout etiam ex eadem ratione specialitatis procedunt plurima alia iura, in quibus specialiter expressum reperitur, vt de vno ad alium iudicem fiat deuolutio iurisdictionis ex negligentia, vt videre est *in c. significauit*, *de offic. Ordinar. & in cap. quanto, eod. tit. & in c. ex tenore*, *& in c. ex transmissa. & in c. licèt* 10. *de foro compet & in Clem.* 1. *vers. nō igitur, de celebr. Missar. & in c. excommunicamus*, *§. volumus, de heret.* cum aliis, quæ facilè colligi poterunt ex traditis per Hostiens. *d. col.* 3. *in med.* & per Gom. *in epilogo casuum negligentiæ*, *post reg. de triennali possess.* 10

SVMMARIVM.

1 *Negligens & remissus in guberno vbi fuerit ille, qui regit, debet superior ei dare coadiutorem sine ipsius, seu filiorum præiudicio.*

2 *Doctores referuntur de materia, & intellectu huius text. agentes.*

3 *Sanctio Regi Portugaliæ datus fuit Alphonsus eius frater in coadiutorem, & Regni administratorem. non verò in proprium eius Regem.*

4 *Furiosus & prodigus priuantur bonorum suorum administratione, non verò proprietate.*

5 *Declaratur text.* in cap. aliis. 15. *q.* 6.

6 *Sanctius Rex Portugaliæ quare non fuit depositus, ostenditur.*

7 *Rex minor* 25. *annis Regnum per curatorem administrare debet, intelligendo vt num.* 8.

9 *Rex adultus, licèt minor sit, vt non teneatur recipere curatorem, qui teneant referuntur, sed eorum sententia reiicitur, num.* 10.

11 *Regis*

11 *Regis coadiutor debet habere ius legitima successionis,& sanguine proximior esse eidem Regi.*

12 *Declarantur l.1. vers.denique,ff.vbi pupillus educari valeat,& l.vlt.C.eod.tit.*

13 *Masculus iunior præfertur fœmina in successione Regni.*

14 *Fœmina consanguineis gradu remotioribus etiam masculis præferuntur in successione Regnorum in quibus id consuetudo introduxerit.*

15 *Regni successio defertur iure sanguinis,& non hereditario,sed contra tenent citati,num 16.*

17 *Qualitas requisita in Regis coadiutore pertinet ad virtutes, quæ in quolibet supremo gubernatore ad rectam Reip.gubernationem reperiri debent.*

18 *Regi adulto minori dandus est curator, & coadiutor ad Regni gubernationem.*

19 *Administratori honor est exhibendus sicut ipsi domino.*

20 *Regibus depositis an in præiudiciũ legitimi successoris possint alij noui constitui,ostenditur,& n.21.*

22 *Legitimatus à Papa etiam plenissimè non censetur legitimatus ad Regni successionem in præiudicium alterius consanguinei,cuius,& consuetudo succedendi defert Regni successionem decedente Rege sine legitima prole.*

23 *Curator Principis potest liberalitates exercere, & donationes facere.*

24 *Plus est in redditu, quàm in fructu.*

25 *Redditium. & obuentionum appellatione venit etiam id, quod renascitur.*

Cap. Grandi. II.

1 NEgligens & remissus in gubernio, vbi fuerit ille qui regit,debet Superiori ei dare idoneum coadiutorem, vt fecit Papa Regi Portugaliæ,sine ipsiûs, seu filiorum præiudicio. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian.*in rationali lib.1. pag.271.*Alagona *in compend.pag 94.* Anton. Corset. Sicul *tom.5.repet.iuris Canon.* remissiuè Ximen. *in concordant.part.1.& 2.*

2 Circa materiam,& intellectum huius text.vide Castald.*de imperat.quæst.81.à nu.13.* Anton.Gom.*l.40. Tauri num.9.* Nauar.*in repet.c.nouit.notab.3.nu.106. de iudic.*Mench.*illust.lib.1.cap.8.propè fin.*Chalp.Pereira *in l.si curatorem,verbo hunc contractum in fin.*Molin.*de iustit.tract 2.disp.29.vers.tertio.*Mart.*de iurisd. p.1.c.23.*Soar.*de defensione Fidei.lib.6.c.4.num.17.&* ex historiographis Eduar. Nonium *in chronica Regum Portugaliæ in vita Regis Sanctij II.*Garib.*in compendio historiali lib.34 c.18.cum.seqq.*

3 *Non intendimus memorato Regi,&c.*] Ergo Sanctio Regi inutili datur Alphonsus eius frater in coadiutorem, & Regni administratorem, non verò in proprium eius Regem, & successorem iure proprio,& ex persoua sua gubernantem,vt obseruant gloss. *hic verbo Regem,*Franc.*sub num.6.*Anchar. *sub n.4* & Dominic. *sub num.11.*ac Corset.*n.repet. huius text.col.34. propè med.* qui eam esse rationem reddunt, quia vbi agitur de negligentia, dissipatione, & de remissione circa bona. iurium,quæ per successionem, vel alium titulum Dominij translatitium sunt propria ipsius negligentis,non est inducenda priuatio,sed solum dan-
4 dus est coadiutor, & curator ad instar furiosi, aut prodigi, qui proinde non priuatur bonorum suorum proprietate, sed sola eorum administratione assignato curatore, qui eius personam, & patrimonium custodiat,iuxta text.*in l.1. & in consilio,ff.de curatore furiosi,*satis enim per hanc solum prædictorum bonorum administrationem absque alia proprietatis eorum priuatione,& amissione compescitur perniciosa negligentia, & dissipantium libertas & profusio, & consulitur Reipub. cuius interest ne quis re sua malè vtatur, iuxta text.*in §.in potestate vers.sed & maior aspiratas, instit.de his qui sunt sui,* prosequitur post alios Mench.*illust.p.1.lib.1.cap.17. num.1.cum seqq.* Rursus & satis bene cum eadem Republ.actum censeri debet, dum pro conseruandis singulorum diuitiis, opibus, & persona, quibus eadem opportunè vsa in difficillimis temporibus possit se ipsam defendere, & tueri,adimitur per supra dictam bonorum administrationis interdictionem ingenuis licèt prodigis hominibus libera eorum alienatio, contra id, quod olim Romanorum leges ante huius interdictionis inuentum omnibus indiscriminatim concedebant, iuxta text.*in l.1.,ff.si à parente quis fuerit manum.*indicantes iniquum,& iniuriosum domino si ipsi auferretur facultas vtendi re sua,iuxta text. *in l.iniuriarum actio 3. §.1.sub vers.si quis me, ff.de iniur.*cum his quæ post Balduin.ad prædictam propriorum bonorum interdictionem, non autem priuationem in prodigo à decem viris inductam,congerit Chald.Pereira *in l.si curatorem, verbo cùm non absimilis sub num.79.C.de in integr.restit.minor.*Vnde cùm Regnũ Portugaliæ Sanctio Regi per legitimam successionem delatum fuerit; vt manifestè supponit hic text.ibi, *iure Regni,*& cum communi *hîc* tradit post alios idem Chald.Pereira *in d.l.si curatorem, verbo hunc contractum sub.num. 45.* non debuit ex sola negligentia,dissipatione, & inutilitate sua Regno suo priuari,sed ei dandus erat, prout iustè datus fuit coadiutor, qui tanquam curator personam eius,& Regnum custodiret,vt inquit hic text. & obseruant proximè citati Doctores post gloss. *d. verbo Regis* hoc idem post Innoc.& post Ioan.Andr. *hîc* ex eadem successionis ratione resoluentes in reliquis dignitatibus secularibus, videlicet in Ducibus, Cominbus & similibus Chald.Pereira *d. num. 97.in princ.* vbi dationem coadiutoris de qua *in hoc text.*inducit ad eam per quam prodigo curator datur.

Nec obstat quòd Rex Sanctius erat negligens, dis- 5
sipator, & inutilis,vt constat non solùm ex Portugaliæ Chronicis *in vita eiusdem Regis*, sed etiã ex verbis huius text.semel atque iterum repetitis, ibi, *ac deperditur*, & ibi, *eidem Regno destuctioni exposito*, &c.ac proinde videbatur Regem ipsum fore deponendum, & Regno penitus priuandum, iuxta text.*in c.alius 15. q. 6.* respondetur enim text. illum procedere tantùm in suo casu, videlicet quando Regni status in Repub. de qua *ibi* agitur, is erat, vt Regis inutilis depositio medium esset opportunum ad vitanda & reparanda mala ex ipsius inutilitate resultantia, quale medium non dabatur in depositione Regis Sanctij,de qua hic text.agit, quòd cùm ita fuerit *in d.c.alius*, non verò *in hoc text.*nihil mirum si in illo non fuerit datus Regi coadiutor, vt *in hoc text.* sed potiùs fuerit è regno
depositus. Iuuat etiam, vt legitur in eisdem Chro- 6
nicis, quia si de Sanctij depositione ageretur, timebatur illius Regni Optimatum,Castrorum, Villarum, & Ciuitatum pertinacia, quòd Lusitanorum plures naturali erga suos Reges(quæ tamen tunc in indiscretam, & insanam transierat) fidelitate commoti à Sanctio Rege etiam inutili ita desistere ausi non sunt,imò quòd & pertinaci animo cuiusuis alterius etiam fratris Alphonsi regimini obsistebant, ideo visum fuit depositionem Regis Sanctij non esse medium in illo Regno tunc accommodatum ad prædicta mala obuianda, & reparanda & ad compescendam Regis negligentiam & proteruam ipsius prodigalitatem.immò fortasse timeri poterat ne si ea fieret, depositio maiora

alia

mala, videlicet hæreses, rebelliones, & similia insurgerent, ideo sufficiens visa fuit sola coadiutoris Alphonsi datio, nec processum extitit ad regis depositionem, vt *in d. c. alias*.

7 Quæ quidem coadiutoris & curatoris datio, de qua *in hoc text.* ampliatur vt locum habeat non solùm vbi Rex fuerit negligens, & remissus, vt *hic* sed etiam vbi minor 25. annis, ita, vt quamuis sit maior 14. non possit per se, sed per curatorem administrare Regnum, quæ ampliatio probari videtur primò ex hoc text. dum ex defectu sollicitudinis, prudentiæ & iudicij Sanctio Regi indicat dandum fuisse coadiutorem & curatorem, & consequenter ostendit eundem dandum minori 25. annis, quippe quod eundem defectum proportionabiliter patitur, vt in effectu arguunt Domin. *hic, n.* 13. Anchar. *n.* 5. Franc. *n.* 4. Oldrad *cons.* 52. *in fin.* Abb. *in c. cum vigesimũ, n.* 5. *de offic. deleg.* Io. Andr. *in addit. ad Speculator. super rubr. de tutore, in fine*, Bart. *in l. quidã. consulebãt, n.* 23. *de re iudic.* Probatur etiam in pluribus S. Scripturæ locis, vbi Dominus aliquibus peruersis regionibus reges ætate minores pollicetur in earum supplicium & ruinã, vt habetur. *Isa. c.* 3. ibi, *dabo pueros Principes eorum, & Ecclesiast. c.* 20. ibi, *Væ terræ, cuius Rex puer est*. consonant quamplura huius rei exempla non parum deploranda, & maiorum temporibus deplorata, & congesta per Chald. Pereira *d. verbo hunc contractum, n.* 47. quare Regi adulto minori dandum esse curatorem resoluunt Ioan. Andr. *super rubr. de tutore col.* 2. *vers. in contrarium* Oldrad. *d. cons.* 52. *n.* 2. Monach. *in præsenti, sub n.* 6. Felin. *in d. c. cum vigesimum. n.* 4. vbi Barbat. *n.* 5. Castald. *de imper. q.* 13. *n.* 25. Tiraq. *de primog. q.* 40. *n.* 207. Baëç *de decima tutor. c.* 9. *n.* 29. & alij plures, quos referunt & sequuntur Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri. n.* 9. Chald. Pereira *d. n.* 47. ex quorum relatione testatur hanc esse communem sententiam, eandem quorundam Regum exemplis confirmans, qui noluerunt nisi prouecta ætate per se gubernare, sic etiam Gutier. *de tutel. p.* 1. *c.* 18. *n.* 1. refert communiter tenere DD. sic limitantes reg. text. *in §. anniti, Instit. de curator.*

8 Intellige tamen prædicta non procedere de obligatione coactiua proueniente ab extrinseco, hac enim via extra omnem controuersiam est Regem adultum non teneri recipere curatorem, iuxta ea, quæ de Principis exemptione à vi legum humanarum coactiua resoluunt communiter DD. *in l. Princeps, ff. de legib. & in l. digna vox, C. eod.* quantumuis adesset particularis lex, quæ adultos minores cogeret ad recipiendum curatorem, quamuis tunc fatendum esset eum ex vi eiusdem etiam legis suposito eius defectu obligatum esset quoad vim directiuam, id est, in foro Conscientiæ ad recipiendum prædictum curatorem casu quo recta gubernandi ratio id efficaciter postulauerit, quinimò etiam quoad vim coactiuam teneretur Princeps, de quo agimus, si contingeret adeò grauis Reipub. pernicies resultans ex eo quòd ipse nolit recipere curatorem, & eò magis teneretur quò magis irreparabile est damnum, quod consideratur Reipub. obuenturum si Rex minor propria auctoritate absque curatore gubernet, cùm non detur alius superior ad quem ab eo ordinaria via appelletur, vt bene considerat Oldrad. *d. cons.* 52. *in fin.* quæ tamen damni irreparabilitas non sic viget in Regis curatore, cùm aduersùs eum, si malè rem gerat, possit Respub. experiri, vt optimè resoluit Chald. Pereira *d. num.* 47. *in fin.* Anton. Gom. *sub d. num.* 9. & ideo pro Reipub. indemnitate ab eo explorandi, & exigendi sunt fideiussores idonei, quoad fieri potuerit, vt aduertit Monach. *in præs. num.* 6. quamuis fatendum sit sufficere quales potuerint inueniri, ne alioquin propter moralem impossibilitatem, quæ cernatur in inuentione fideiussorum, qui ad rem tantam sint vndique idonei, non contingat Regem ipsum adultum minorem absque curatore remanere, vt bene resoluit Anton. Gom. *d. num.* 9. *in fin.* per text. *in l. vlt. §. sin autem non talis, C. curatore furiosi*, post Bald. Roderic. Xuar, quos citat in eandem resolutionem.

Contrarium tamen, immò quòd Rex adultus licèt minor sit, non teneatur recipere curatorem, proindéque absque illo possit Remp. in omnibus per se ipsam gubernare, tenent *in præs.* Imol. Dominic. *num.* 13. & Franch. *sub nu.* 4. Cosm. *in prag. sanct. verbo susceptione, in med. in proœm. sub. §. instrusabilis*, refert vt probabilem Chald. Pereira *verbo hunc contractum, sub n.* 46. sic limitãtes regulam text. *in l. ad Rempub ff. de muner. & honor.* vt videlicet procedat solùm in dignitatibus & officiis, quæ per viam electionis conferuntur, non verò in illis, quæ iure successionis deferuntur, prout est Regnum, & alia familia Pro qua sententia, facere videntur plurima Regum exempla, qui in minore ætate per seipsos gubernare cœperant, vt habetur tum in sacris litteris *Paralip. c.* 12. vbi refertur Salomonem in tenera ætate regnasse, & *4. Reg. c.* 12. vbi Ioaz in septimo suæ ætatis anno, & Manasses in duodecimo, & Iozias in octauo regnare cœperunt, tum etiam apud nostros Lusitanos, vt refert Chald. Pereira *d. num.* 46. idem dicens de Sebastiano Rege infelicissimo, qui eodem exemplo Lusitanum sceptrum apprehendens ante legitimam ætatem pubes factus cœpit absque curatore gubernare, atque etiam apud Hispanos, vt refert ex alijs Azeued. *l.* 1. *num.* 8. *tit.* 3. *lib.* 2. *noua recopil.* quin etiam apud Gallos, vt per Gutier *d. c.* 18. *num.* 8. Chald. Pereira *d. num.* 46. vbi refert hanc sententiam ex decreto Caroli V. Francorum adeò probatam esse, vt ea apud illos nullum dubium habeat. 9

Sed his non obstantibus à priori sententia non est recedendum, & respondendum exempla illa processisse pro rerum & Regni statu ita ex iis, aut ex illis circunstantiis postulante, vnde ab huiusmodi exemplis non licet arguere ad casum supradictæ nostræ resolutionis; vltra quam quòd responderi meliùs fortasse posset quòd ea exempla apud nostros Lusitanos, Hispanos, & Gallos, processerunt secundùm opinionem Imolæ, & sequacium, quæ tunc magis placuit, iis nimirum, qui iunioribus Regibus imperandi sitî plerunque accensis assentiri gestientes curatoris auctoritatem excluserunt, apud Hebræos autem processerunt in eum solum sensum, vt Salomon, Ioaz & cæteri *ibid.* relati, non quidem per seipsos in ea ætate gubernauerint, sed solùm coronati fuerint, vt bene aduertunt Azeued. & Chald. Pereira *locis proximè citatis* 10

Præfati Regis Portugalliæ, &c. Dum Pontifex ad iustificandam personam coadiutoris de quo *hic*, expedit eum esse fratrem Regis coadiuti, & talem, qui ducante sua proximitate deberet ei in Regno succedere, iam videtur alteram ex qualitatibus requisitis in Regis coadiutore postulare, vt ipse habeat ius legitimæ successionis, & sanguine proximior sit eidem Regi, vt notant *in præsenti*, Dom. *n.* 3. Anch. *n.* 1. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractũ, n.* 48. *col.* 3. & 4 quos etiam refert *ibid.* licèt non sequatur. Gutier. *de tutel. p.* 1. *c.* 18. *n.* 12. quorum sententia probatur tum ex ratione text. *in l.* 1. *princ. vers. hoc demum. ff. de legitim. tutorib.* secundùm quàm præsumitur quòd Regi proximior in Regni successione, vtpote eam sperans, tuebitur cæteris rectiùs bona Regni, ne dilapidentur, tum etiam, quia in eo potius quàm in extraneo spectari potest ille in Regnum, & subditos dilectionis affectus, quem in Regis curatore desiderat hic text. post princ. 11

Non

12 Non obstat reg. *l.1.vers.denique,ff.vbi pupil.educari valeat.* & *l.vlt.C.eod.tit.* quia respondetur illam cessare non quidem in fratre, prout est coadiutor, de quo *in hoc text.* nam qualitas fraternitatis per se solum non excludit suspicionem sinistram insidiandi vitæ fratris, cui in Regno successurus erat, vt contra Menoch. *de arbitr.casu* 168.*num.* 14. *cum seqq.* resoluit bene Surd. *de aliment.tit.*4.*q.*13.*nu.*31. sed cessare quoties ex aliis circunstantiis, morum scilicet, bonæ famæ, & diuitiarum ipsius substituti, aut proximioris, & tenuitatis patrimonij pupillaris arbitrio iudicis regulandis constiterit eam suspicionem sufficienter excludi. nam tunc etiam illos, qui populo successuri sunt, admittendos ad eius non solùm tutelam, sed etiam educationem, efficaciter colligitur ex *d.l.1.vers.denique,* & tradunt Menoch.*d.casu* 168.*n.*1.& 14.*cum seqq.* & *cons.*62.*n.*12. Surd.*d.q.*13.*num.*1.*iuncto n.*32.

13 *Si absque legitimo decederet filio.*] Licèt ex pluribus in eodem gradu existentibus masculis etiam iunior præferatur fœminæ in successione Regni, vt tradunt Palat.*in repet. rubr.de donat. inter virum & vxor.* §.69.*num.*24. Menoch.*cons.*435.*à n.*14.& *cons* 496.*à n.*27. & *cons.*500.*num.*7.& *cons.*482.*n.*7. Trentasinq. *de substitut.q.*4.*n.*9. Tiraquel. *de iure primog.q.*10.*à num.*18. Gam.*Lusit.dec.*337. Cou.*var.lib.*3.*cap.*5.*nu.*5. Chald. Pereira *de nominat.emphyt.q.*17.*num.*36 Molin. *de primogen.lib.*3.*cap.*4.*num.*1.*cum seqq.* Molin. Theologus *de iustit.tract.* 2.*disp.*625.*à princip.* Burg. de Pace *in proœm.legum Tauri,n.*66. Gom.*l.*40.*Tauri, n.*62. Card.
14 Manric.*de concl.vlt.volunt.lib.*8.*tit.*12.*nu.*8. Tamen fœminæ consanguineis gradu remotioribus etiam masculis præferuntur in Regnis in quibus id consuetudo introduxerit, prout bene testatur omnes in hoc conuenire Tiraq. *citato loco, n.*12. vbi *nu.*3. *cum seqq.* congerit plures fœminarum Regias successiones in varijs totius ferè Orbis Regnis admissas, quas etiam cumulat Card. Tusch.*tom.*6.*lit. R.concl.*88.*num.*5.*cum seqq.* & tanquam indubitatum constituit Clar.§.*feudum,q.*73.*num.*2.& quoad Regna Hispaniæ tradit Rojas. *in epit. success.num.*36. Burg *vbi proximè num.*47. Pelaez *de maiorat.in part.* 2.*quæst.*1.6.*num.*2. Palat.*de iusta retentione Regni Nauarræ,part.*6.§.10.*vers.itaque.* Quæ quidem fœminarum prælatio in successione Regni contra masculos etiam remotiores colligi potest ex principiis iuris communis, quippe quòd verbum, *filius*, de quo *in hoc text.* etiam in numero singulari comprehendit de se non solùm filios masculos, sed etiam fœminas, vbi aliud intentio disponentis, vel materia subiecta non postulauerit, iuxta reg.text *in l.filium, ff.de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris.* & *in l.filij appellatione, iuncta gloss. vlt. ff. de verb. signif.* atque ita pro regula constituunt plures, quos latè refert, & sequitur Tiraq. *de retract.tit.*1.§.1.*gloss.*9.*num.*21 *cum seqq.iuncto num.*205. Couar. *var.lib.*2.*cap.*18.*nu.*1. Menoch.*remed.*4.*adipisc.possess. num.*61. Valasc.*de iure emphyt.quæst.*41 *num.*3. Gam. *Lusit.decis.*338.*num.*5.& 9.*cum seqq.* Pinel.*in l.*3.*num.* 33.*C.de bonis matern.*& alij vt per Chald. Pereira *de potestate eligendi, cap.*15.*n.*17.& per Aluar. Valasc.*in praxi partit.cap.*4 *num.*5.

15 *Iure Regni succederet.* Ergo iure sanguinis, & non hæreditario defertur Regni successio, sicut tradunt plures vt per Tiraq. *de iure primog.q.*35.*n.*2. Cordub. *in l.si quis a liberis,*§.*idem rescripsit num.*136.*ff.de liberis agnosc.* Pelaez *in tract.de maiorat.* p.4.*num.*47.& 48. *quæst.*1. Molin. *de primogen.lib.*1.*cap.*3.*num.*10. & *c.*8. *num.*9.& *lib.*3.*cap.*6.*num.*9 P. Molin. *de iustit. tom.*3. *disput.*626.*n.*5.6.& 8.& *disp.*617.*n.*2. Matiens.*l.*6.*tit.* 7.*gloss.*3.*num.*13. *col.*3 *in princ. lib. nouæ recop.* Picar. *ad tit. Instit. de hæredit, quæ ab intestato deferuntur, tract. de repræsent.*§.2.*num.*28. & alij plures, quos refert, & sequitur castill. *controuers.lib.*3.*c.*19.*n.*17.*cum seqq.* 19

Contra Oldrad.*cons* 94.*n.*8.*cum seqq.*& alios, quos refert, & sequitur Tiraq. *d.quæst.*35.*n.*3. *cum seqq.* Cou. *pract.cap.*1.*n.*4.& 6. Valasc. *de iure emphyt.quæst.*50. *num.*2.& 12. Gom.*l.*40. *Tauri, nu.*4.& 72. vbi Auendan.*gloss.*1.*n.*22.23.& 24 & 81. Ioan. Garc.*de expensis cap.*16.*n.*15.16.31.& 32. Humad.*l.*9.*gloss.*2.*n.*3.*tit.*7. *part.*2. vbi Gregor. Lop.*col.* 2.*ante finem*, Aguirre *de successione Portugaliæ,p.*1.*n.*22.69.& 104. existimantes successionem in Regno de se non differri iure sanguinis, sed potiùs iure hæreditario. 17

Dilectionis affectu, &c.] Ex his verbis iunctis aliis ibi, *magnanimitate, ac potentia,* colligitur quòd qualitas requisita in Regis coadiutore pertinet ad virtutes, quæ in quolibet supremo gubernatore ad rectam Reipubl. gubernationem reperiri debent, prout est deuotio, probitas, circunspectio, & in subditos dilectionis affectus, rursus & iustia, animi fortitudo, constantia, prudentia, & liberalitas, ac potentia, vt obseruant Tiraquel, *de nobilit.c.*17.*num.*40.*cum seqq.* Burg. *in proœm.legum Tauri, num.*38.& 41. Molin. *de primogen.lib.*1.*cap.*3.*à num.* 20. Gregor. Lop. per tex. *ibi in l.*8 *tit.* 5.*p.*2. Corset. *in repet. huius text. col.* 16. *in fin. cum seqq.* & *in tract. de potest. Regis, part.*2.*quæst.*20. Bellug.*in speculo Principum, rubr.*8.11.& 12 prosequitur eleganter Iust. Lips. *de monitis, & exemplis politicorum, lib.* 1.*c.*2.6.7.& 8. & *lib.*2.*c.*9.*cum seqq.* 18

Præsertim cùm ad curam, &c.] Notatur ad hoc, quòd Regi adulto minori dandus est curator, & coadiutor ad Regni gubernationem, vt per Tiraquel. *de iure primogen.q.* 23.*num.* 2.*cum seqq.* & *q.*40.*num.*207. Gom. *l.*40.*Tauri, num.*9. & *num.* 69. Rebuff. *ad l.qmbus* 57. *versic.præterea.ff.de verbor.signif.pag.*292.*col.*2. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum, nu.* 45. *cum duobus seqq.C. de in integr. restit. minor.* Peregr. *de iure fisci lib.*1 *tit.*2.*num.*7. Molin. *de primogen. lib.*1.*c.* 13.*num.*30.& 31. D. Barbos. *in l.cùm prætor,* §.*vlt.num.* 119 *ff.de iudic.* quæ quidem tutela, seu cura Regis ducat vsque ad viginti annos, ex adductis per Gregor. *l.*3. *verbo de veinte annos, tit.*15.*part.*2.& per Azeued. *l.*1. *num.*8.*tit.* 3.*lib.* 2 *nouæ recopil.* contra Gutier. *de tutel part.*1.*cap.* 18. *num.*1. existimantem durare vsque ad. 25. annum.

Debitum eis exhibentes honorem.] Notatur ad hoc quòd administratori honos est exhibendus, sicut ipsi domino, vt per Stephan. Gratian. *discept, forens.c.*111. *num.*32. 19

Per hoc autem, &c.] Vnde colligitur Summũ Pont. non posse Regibus sic depositis nouus constituere Reges in præiudicium legitimi successoris, vt resoluunt Molin. *de primog.lib.* 4 *cap.vlt. n.*37. P. Molin. *de iustit tract.* 2. *disp.*29. *vers.ex. dictis Sotus.* Quicquid dicant Palat. *de obtentione Regn. Nauarræ,q.*5. §.7. Anch. *in cap.licèt, de voto, num.*17. Gregor. Lop. *l.* 2.*verbo non auiendo tit.*15.*part.*2. 20

Intellige tamen huiusmodi resolutionem non procedere, vbi ex circunstantiis in delicto Regis præsentis, & successorum occurrentibus apparuerit expedire bono spirituali totius Regni, & conseruationi Religionis, vt Regni successio per Summum Pont. auferatur proportionabiliter ab vno, & à pluribus successoribus, vel ab omnibus, ac tandem extraneo adiudicetur, cum facultate Regnum debellandi, vt quia aliter cohiberi fortè non potest hæresis possessoris, aut quia proximior hæreticus est, aut denique talis ex quo spiritualis boni notabile damnum resultaret, tunc enim posse Summum Pont. possessorem Regno priuare, aliùmque extraneum ab eius familia Regem constituere, bene resoluit P. Molin. *d. disput.*29.*vers.ex dictis Sot.* 21

22 Notatur etiam ad hoc quòd legitimatus à Summo Pont. etiamſi legitimetur pleniſſimè, non cenſebitur legitimatus ad Regni ſucceſſionem in præiudicium alterius conſanguinei, cui ius & conſuetudo ſuccedendi defert Regni ſucceſſionem decedente Rege ſine legitima prole, vt per Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 12. *num.* 45. Pereg. *de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 7.

23 In gloſſ. *Liberam.* Notatur ad hoc quòd tutor, ſeu curator Principis poteſt liberalitates exercere, & donationes facere, vt per Palat. *in repet. de donat. inter virum & vxor.* §. 9. *n.* 5. Surd. *conſ.* 5. *n.* 73. *cum ſeq.*

24 In gloſſ. *Redditibus.* ibi, *generale nomen eſt, plus enim eſt in redditu, quàm in fructu.* Ita Tiraq. *de retr. lig.* §. 1. *gloſſ.* 6. *in princip.* Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 194. In quo autem differat fructus à redditu; vide Valdeſ. *ad Roder. Suar. part.* 2 *ad l.* 1. *tit. de las ganancias, lib.* 3. *fori, n.* 63. *pag.* 25. *col.* 1. C. Barboſ. *in l. fructus, num.* 33. *ff. ſoluto matr.*

25 Notatur etiam ad hoc quòd appellatione redditi-tuum, & obuentionum venit etiam id quod non renaſcitur, vt per D. Barboſ. *in l. diuortio,* §. *ſi vir, num.* 40. *ff. ſoluto matrim,* & dixi *in tr. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. verbo Redditus.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo à paganis, vel à ſchiſmaticis capto, non Archiepiſcopus, ſed Capitulum adminiſtrat, niſi Papa quàm citò hoc fieri poterit ſuper hoc Capitulum conſulendus aliter ordinaret.*

2 *Epiſcopus à paganis, vel ſchiſmaticis bello captus fit ſeruus capientium.*

3 *Iuriſdictio Epiſcopalis Epiſcopo capto à paganis, vel ſchiſmaticis pertinet ad Capitulum, non verò ad Archiepiſcopum.*

4 *Vicarius creari debet in ſpiritualibus, & temporalibus.*

5 *Vocandi omnis modus venit vbi nullus expreſſus eſt.*

6 *Capitulum Sede vacante poteſt dare licentiam alieno Epiſcopo Pontificalia ſuo diſtrictu exercendi.*

Cap. Si Epiſcopus. III.

Bonifac. VIII.

1 Epiſcopus ſi fiat captiuus à paganis, vel ſchiſmaticis, gubernabit Capitulum tanquam in Sede vacante, & non Archiepiſcopus, donec Papa quamprimum conſultus prouideat. Colligunt ex Ordin. Arch. Gemin. Ioan. And. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 272. Alagona *in compendio pag.* 94. remiſſiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 *A paganis, vel ſchiſmaticis capiatur.*] Ex his verbis iunctis aliis ibi, *libertati reſtitui,* colligi videtur Epiſcopum à paganis, vel ſchiſmaticis bello captum fieri ſeruum capientium vt tenent *in præſenti* Franc. *n.* 3. *in fin.* Domin. *ſub. n.* 7. Monach. *n.* 1. & Prob. *ad eundem,* Iaſ. *in l. ex ea* 121. §. *in inſulā ſub n.* 3. *ff. de verbor. oblig.* Alex. *conſ.* 110. *incip. Adeò grauis à n.* 6. & 13. *vol.* 6. Marian. Soc. *conſ.* 92. *in princ.* Alciat. *in l. hoſtes, n.* 5. *ff. de verb. ſignif.* Pauin. *de poteſt. Capituli prælud.* 7. *num.* 11.

3 *Non Archiepiſcopus, ſed Capitulum.* &c.] Notatur ad hoc quòd Epiſcopo à paganis, vel ſchiſmaticis iuriſdictio Epiſcopalis pertinet ad Capitulum, non verò ad Archiepiſcopum, ac ſi Epiſcopalis Sedes per mortem vacaret, vt per Pauin. *de poteſt. Capituli, q.* 1. *ſub n.* 4. Paul. Laymann. *in quæſt. Canon. de Prælat. eccleſiaſt. elect. quæſt.* 104. *litt. A.*

4 *In ſpiritualibus, & temporalibus,* &c.] Notatur ad hoc quòd in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Epiſcopi creari debet, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. forma Vicariatus, num.* 15. & 16.

In gloſſ. *Mortem,* ibi, *renunciationem, tranſlationem, depoſitionem, vel, alio modo.* Notatur ad hoc quòd vbi nullus eſt expreſſus modus vocandi, omnis venit, vt per Azeued. *l.* 11. *n.* 2. *tit.* 3. *l.* 7. *nouæ recopil.* Item quòd procurator conſtitutus à Prælato ſicut reuocatur per eius mortem, ita per renunciationem, ex adductis per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 5. *proœm. num.* 25. 5

In gloſſ. *Debebit.* ibi, *quod Capitulum talem confirmabit.* Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante, quippe quod ſolum habet Epiſcopalem iuriſdictionem, poteſt dare licentiam alieno Epiſcopo Pontificalia ſuo diſtrictu exercendi, vt per Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 24. *num.* 27. 6

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Cathedrali vacante ſolus Papa viſitatorem deputat niſi Archiepiſcopus propter negligentiam vel doloſam Capituli adminiſtrationem cum cauſæ cognitione deputaret, & n.* 2. 3. *&* 4.

5 *Declarantur text. in cap. is cui* 42. *de elect. hoc lib. in cap. obitum, & in cap. vlt.* 61. *diſt.*

6 *Viſitator Sede vacante deputatus eo ipſo cenſetur habere generalem adminiſtrationem, quamuis ea non exprimatur in mandato.*

7 *Viſitator Epiſcopali Sede vacante deputatus ab inferiori à Papa non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad ſolam collationem Epiſcopi, ſecus ſi ſit deputatus à Papa, & num.* 8.

Cap. Eccleſiæ. IV. & vlt.

Cathedrali Eccleſia vacante ſolus Papa poteſt mittere viſitatorem, niſi quando Capitulum ob negligentiam, vel malitiam malè gubernaret, quia tunc Archiepiſcopus vocato Capitulo, & præmiſſa cognitione cauſæ poterit deputare viſitatorem, vel adminiſtratorem, & talis viſitator, licèt habeat adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus, non poteſt conferre beneficia. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 272. Alagona *in compend pag.* 95. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Ex hoc text. colligi videtur Epiſcopali Sede vacante ſolum Summum Pont. poſſe deputare viſitatorem, nec id permiſſum eſſe Capitulo, immò nec Archiepiſcopo, niſi ob negligentiam, vel malitiam eiuſdem Capituli, vt reſoluunt Monach. *in præſenti n.* 5. & 6. Imol. *in cap.* 1. *ſub num.* 15. *col.* 2. *in fin. & col.* 3. *poſt med. ne Sede vacante,* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 2. *ſub. n.* 20. Boër. *deciſ.* 2. *n.* 29. moti per text. *in præſenti.* cui videtur conſonare text. *in cap. is cui* 92. *de elect. hoc lib.* & per text. *in cap. obitum* 61. *diſt. & in cap. vlt. ead. diſt. & in cap. charitatem.* 12. *q.* 2. 2

Contrarium tamen, immò quòd Capitulum Epiſcopali Sede vacāte viſitare poſſit per ſe, vel per alium, & ita viſitatorem deputare, nec huiuſmodi deputationem ſoli Summo Pont. competere, tenuit gloſ. *verbo Capitula poſt med. in Clem.* 1. §. *de heret.* Archid. *in c pen. n.* 2. & 3. *ſup. hoc tit.* Abb. *in c. cū olim, n.* 2. *col.* 3. *poſt princ. de maiorit. & obed.* Marian. Socin. *de viſitat. q.* 11. *ſub. n.* 4. Pauin. *de poteſtate Capituli. part.* 1. *princ. q.* 7. *ſub n.* 1. 2. & 3. Rebuff. *in praxi benef. p.* 1. *tit. de deuolut. n.* 65. Sylueſt. *in ſum. verbo Capitulū, n.* 3. Molin. *de iuſtit. tom.* 5. *diſput.* 11. *ſub n.* 17. Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 56. 3

conclus. 56.*num.* 12. moti etiam auctoritate huius text. *in vers. nisi forte*, dum ibi inquit ad archiepiscopum denolui potestatem deputandi visitatorem Sede vacante si Capitulum negligenter, aut perperam administrauit in spiritualibus, & temporalibus, consequenter probat eandem potestaté in eodem Capitulo originaliter comparatione Archiepiscopi residere, prout constat in quolibet negligente residere originaliter ea iuuera, quæ ex capite negligentiæ ad alium deuoluuntur, iuxta text. *in cap.* 2. *de concess. prabenda*, *& in cap* 1. *& per totum hoc tit. in Decretal.*

4 Verùm posse Capitulum Episcopali Sede vacante constituere visitatorem, id est, administratorem generalem, & etiam Vicarium generalem, & cæteros officiales necessarios pro administratione Episcopatus, iure optimo resoluunt Monach. *in præsenti*, *num.* 1. & Domin. *in fine*, Archid. *in d. cap. pen. num.* 1. Rebuff. *d. tit. de deuolut. num.* 62. Pauin. *de potest. Capituli*, *p.* 2. *princ. quæst.* 10. *sub num.* 2. Gutier. *canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 22. Cardos. *d. praxi iudicum*, *verbo Capitulum num.* 3 Molin *de instit. tom.* 6. *tract.* 5. *disput.* 11. *sub. num.* 1. Card. Tusch. *d. concl.* 56. *num.* 5. Ad text. verò *in præsenti*, respondetur eum non negare facultatem Capitulo iuxta suprà dicta competentem Episcopali Sede vacante ad constituendum visitatorem, id est, administratorem generalem Episcopatus, antequam is constituatur à Summo Pont. sed solùm decidere quòd nec Archiepiscopus, nec quilibet alius superior, excepto eodem Romano Pont. potest sine congnitione causæ de qua *hic*, videlicet negligentis, aut proteruiæ Capituli administrationis visitatorem illum constituere; qui intellectus & responsio hunc text. constat expressim ex littera eiusdem si totum eius principiom attentè legatur, & exceptio, quam facit *in vers. Nisi fortè*, ad priora verba eiusdem text. referatur cum promiscua terminorum relatione, prout est de natura exceptionis ad regulam, iuxta text. *in l. nam quòd liquide*, *§. vlt. vers. sed si ita. ff. de penu legata.* Iuxta quem intellectum tantum abest quòd text. *in præsenti* intendat negare Capitulo hanc potestatem deputandi visitatorem generalem in spiritualibus, & temporalibus Sede vacante, vt unmò illud in eadem potestate defendat, & prohibeat turbari ab Archiepiscopo, vel quolibet alio superiore sine cognitione causæ legitimæ, quando Capitulum ea potestate vti voluerit, dum aliud ab ipso Summo Pont. circa eandem dicti visitatoris deputationem non fuerit ex plenitudine potestatis, & ex generali omnium Ecclesiarum cura sibi competente dispositum, pro vt ab eodem disponi potest ex verbis text. *in d. cap. pen sup. hoc tit.*

5 Deinde aduersùs hãc eand. resolutionem non obstat text. *in d. cap. is*, *cm*, quia respondetur eum text. non negare quòd Capitulum Sede vacante possit dictum generalem visitatorem deputare iuxta nostram resolutionem, sed solum intendere aliod longè diuersum, per quod modificari, & limitari debet eadem resolutio, vt legenti patebit. Ad text. verò *in d. cap. obitum*, *& in d. cap. vlt.* 61. *dist.* vltra responsionem Innoc. *in cap. ab abolendam*, *de hæret.* quam sequitur Pauin. *dict. p.* 1. *quæst.* 7. *num* 2. respondetur verum quidem esse in terminis horum iurium deputatum fuisse à Summo Pont. visitatorem prædictum generalem, sed id non contigisse ex eo quòd Capitulum non posset illud constituere, si à Summo Pont. non esset constitutus, sed solùm ex eo, quia vel Capitulum deputationem huiusmodi indebitè differebat, vt innuunt verba text. *in d. cap. obitum*, ibi, *assiduis adhortationibus*, &c. vel quia Summus Pont. aliunde voluit in eadem deputatione præuenire ipsum Capitulum, prout potest ex plenitudine potestatis iuxta nostrum text. *in princ.* iuncto eius intellectu, de quo *supra* & ex cura vniuersali, quam ipse impendit, & impendere potest omnibus Ecclesiis, iuxta text. *in d. cap pen. sup. hoc tit.* cum *ibi* adductis per Doctores.

Administrationem legitimam, &c.] Collige ex text. 6
quod visitator Sede vacante deputatus eo ipso censetur habere generalem administrationem, quamuis ea non exprimatur in mandato, vt post Lap. & Ioan. obseruant Domin. *in præsenti*, *num.* 10. Anchar *sub. num.* 2. & Franc. *sub. num. etiam* 2. Non obstat text. *in c. cùm nobis* 19. *in fin. de elect.* dum Pontifex in deputatione visitatoris de quo *ibi*, exprimit illa verba, *liberam administrationem*, &c. quasi in illis significans quòd absque huiusmodi expressione non censeatur ei commissa prædicta libera, & generalis administratio; quia respondetur hæc verba posita fuisse in eo text. ad maiorem tantùm cautelam, non quòd necessaria essent ad inducendam eam liberam, & generalem administrationem, quæ resultat ex sola deputatione procuratoris, id est, visitatoris generalis de qoo *ibi* prout bene intelligit Domin. *d. num.* 10. Nec obstat quòd huiusmodi visitator videtur absumptus in procuratorem Episcopatus, & Ecclesiæ. *d. c. cum nobis*, ibi, *in procuratorem concedimus*, &c. & procurator non censetur habere liberam, & generalem administrationem, nisi id in mandato exprimatur, iuxta text, *in l. mandatum* 60. *in princ. ff. de procurat. & in cap. generaliter*, *in princ. eod. tit. tit. hoc. libro*, quia respondetur hoc procedere, & concludere solùm in procuratore priuati aut ad negotia priuata seu causas singulares. non verò, vt in casu nostro, in visitatore, id est, administratore corporis cuiusdam mystici & vniuersalis, prout est Ecclesia & Episcopatus in eum finem constituto, vt per eum expediatur vniuersitas omnium causarum, & negotiorum, quæ cadunt sub administratione constituentis, videlicet Capituli, aut similis, & ideo administratores vniuersitatum censeri habere administrationem cum libera, resoluit Dec. *cons.* 204. *incip. Viso eleganti sub num.* 5. quem refert, & sequitur. Cardin. Tusch. *d. concl.* 45. *num.* 12.

Conferre non potest. Collige ex text. visitatorem 7
Episcopali Sede vacante, deputatum ab inferiore à Papa non posse conferre Beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi, ita obseruant Domin. *in præsenti*, *num.* 3. Franch *sub num.* 2 Monach, *sub num.* 1. *&* 2 post. gloss. *hic verbo Episcopi*, Cardos. *in praxi iudicum*, *& Aduocat. verbo visitatio. num.* 14. Ratio est, quia siue visitator generalis deputetur à Capitulo, prout deputari potest iuxta *suprà* resoluta in principio huius textus, siue deputetur ab Archiepiscopo ex iure deuoluto propter negligentiam, vel malitiam eiusdem Capituli, iuxta hunc eundem text. *in versic. Nisi fortè*, nunquam habere potest maiorem potestatem quam is, à quo deputatus est, ex reg. text. *in cap. Deibertum* 1. q. 7 *& in l. nemo plus iuris ff. d. reg. iuris*, Card. Tusch. *tom.* 5. *litt. M. concl.* 45 *num.* 32. atqui nec ipsum Capitulum, nec ipse Archiepiscopus vtens sola eius potestate ex capite dicti iuris deuoluti potest Sede verè, vel ficti vacante conferre beneficia ad solam Episcopi collationem spectantia, iuxta text. *in c.* 2. *ne Sede vacante*, cui similis est *in c. vlt. de Regular hoc. l. & in c.* 1. *in princ. de instit. cod. lib* & resoluta per Pauin. *de potest. Capituli*, *p.* 2 *princ. q.* 1. Rebuff. *in praxi benef. p.* 1. *tit. de deuolut.* *a num.* 70 Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 11. *à n.* 11. Igitur. &c. quam rationem sequitur Monach *in præsenti d. num.* 1.

Quam à Romano Pont. &c] Collige ex text. visitato- 8
rem, id est, administratorem generalem Sedis vacantis à Summo Pont. deputatum posse conferre bene-

ficia etiam spectantia ad solam collationem Episcopi, obseruant omnes *in præsenti*, Rebuff. *d. tit. de deuolut. num.* 99.

De Temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.

Tit. IX.

Summarium.

1 *Episcopus Italiæ Vltramontanum non ordinat nisi de speciali licentia Papæ, vel per patentes litteras Episcopi sui continentes iustam causam quare nolit, vel non possit illum ordinare, si secus factum fuerit, ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit suspensus, ita, quòd etiam à Pœnitentiariis Papæ sine ipsius speciali licentia absolui non possit, & num.* 2.

3 *Vltramontanus, qui domicilium acquisiuit in Italia, potest Ordinibus donari ab eo qui ratione domicilij eius est superior, vel ab altero de eius licentia.*

4 *Vltramontanos, qui non propriè ita appellantur, sed medij sunt, minimè ligat huius text. dispositio.*

5 *Episcopus quando non potest suos subditos ordinare, ab eo dari debent litteræ dimissoriæ continentes excusationes ob quas ipse Ordines conferre non potest.*

6 *Apostatæ à Religione solo iure commun. attento excommunicationem non incurrunt.*

7 *Itali ab Vltramontanis, & vltra Montes Ordinati sine licentia proprij Episcopi non comprehenduntur sub dispositione huius text.*

8 *Extensio in lege correctoria admittitur ad omnes casus, quibus ratio expressa adaptari potest.*

9 *Ordinum sacrorum appellatione non veniunt minores.*

10 *Suspensi si celebrent, irregularitatem incurrunt.*

Cap. Sæpè. I. Clem. IV.

1 Piscopi Italiæ non ordinant Vltramontanos nisi de licentia Papæ, vel cum litteris dimissorialibus sui Ordinarij, in quibus exprimatur causa, quare nolint, vel nequeant eos ordinare; si secus fiat, ordinatus est suspensus, à qua suspensione non potest absolui, neque à Pœnitentiariis Papæ absque illius speciali licentia, & careat spe illam obtinendi, ordinans verò punitur pœnitentia condigna. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuia. *in rationali lib.* 1. *pag.* 190. Alagona *in compendio pag.* 100. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Vt nullus Episcoporum Italiæ, &c.*] Collige ex text. prohiberi Episcopis Italis Ordines conferre hominibus Vltramontanis, præterquam si à Papa specialem habuerint facultatem, vel ab Episcopo, de cuius diœcesi traxerint originem, vel beneficium tenuerint & huiusmodi Vltramontani ab Italis in Italia sic Ordines suscipientes declarantur suspensi ipso iure eorumque dispensatio est reseruata Papæ, vt per Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 12. §. 3. *litt.* V. Campan. *in diuersorio iuris Canonic. rubr.* 9. *cap.* 1 *à num.* 8. metipsum *de officio & potest. Episcopi, part.* 2. *alleg. at.* 8. *à num.* 5. *& de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 55. *cum seqq.*

Nouissimè S. D. N. Vrbanus VIII. *in sua constit. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, incip. secreti, sub dat.* 11. *Decembris* 1624. approbatis, & innouatis pœnis huius cap. Motu proprio, & ex certa scientia prohibuit omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & episcopis in Italia existentibus ne quouis prætextu, & ex quacunque causa Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscunque Vltramontanos, & ex quibusuis locis extra Italiam oriundis non solum ad sacros, sed nec etiam ad minores Ordines, vel clericalem characterem promouere audeant, seu præsumant, nisi dimissorias suorum ordinariorum litteras à Nunciis, seu Collectoribus Apost. in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorúmve Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones a Vicario in alma Vrbe in spiritualibus generali similiter examinatæ recognitæ, & probatæ fuerint, aliàs promouentes ad annum ab exercitio Pontificialium, promota verò perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostol. obtinenda incurrunt eo ipso, refero ego ipse *d. tract. de iure ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 58. & Bonac. *de suspensionib. omnibus in particulari disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *num.* 4.

3 Verùm autem Vltramontanus, qui domicilium acquisiuit in Italia, possit Ordinibus donari ab eo, qui ratione domicilij eius est superior, aut ab altero de eius licentia? quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua textum *in præsenti* haud excludere Antistitem domicilij indubitanter asserit Ioan. Monach. *in præsenti num.* 3. *vers. sed quæro*. commendant Philip. Prob. *num.* 3. *vers. censetur*, Archid. *n.* 3. *vers. originem*, eam æquam esse adiungit Gemin. *num.* 13. *vers. credo.* amplexatur Franc. *num.* 11 *in fine*, prout eos refert Campan. *d. c.* 1 *num.* 10. vbi *n.* 11. post Franch. *num.* 10. & Gemin. *num.* 8. subdit dispositionem huius text. complecti Vltramontanum ordinatum in Italia ab Vltramontano Episcopi, non tamen eiusdem ordinati superiore, nec præcedentibus proprij Ordinarij dimissoriis.

4 Huius autem textus suspensio haudquaquam eos ligat, qui non propriè Vltramontani, aut Citramontani appellantur, sed medij, eo quòd non vltra, aut intra montes degunt, vt concludunt Ioan. Monach. *in præsenti n.* 2. *vers. dic contra*, Franch. *n.* 4. Ioan. Andr. *ante n.* 1. *vers. Vltramontanum.* Gemin. *n.* 6. *in fine*, & Anchar *vers. tertio noto*, Campan. *d. c.* 1. *num.* 9. ego ipse *d. alleg.* 8. *num.* 6.

5 *Causam rationabilem continentes.* Notatur ad hoc, quòd quando Episcopus non potest suos subditos ordinare, ab eo dari debent litteræ dimissoriæ continentes excusationes ob quas ipse non potest Ordines conferre, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *q.* 4. *art.* 3.

6 In gloss. *Apostata.* ibi, *qui excommunicati non sunt.* &c. Notatur ad hoc quòd apostatæ à Religione solo iure communi attento excommunicationem non incurrunt, vt per Arag. 2. 2. *quæst.* 21 *art.* 1. *in dub de apostasia a Religione*, & *ibi* Ban. *dub.* 1. *post* 2. *conclus.* Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 6. *num.* 1. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 15. *n.* 109. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 20.

7 In gloss. *Italiæ* ibi, *quid è conuerso si Episcopus Vltramontanus ordinet Italicum?* &c. Collige Italos ab Vltramontanis & vltra montes ordinatos sine licentia proprij episcopi non comprehendi huius text. dispositione, vt per Anchar. *hic vers. circa hoc*, Siluest. *verbo irregularitas*, *num.* 11. Nauar. *cons.* 33. *n.* 1. *sub hoc tit.* vbi subdit hanc glossam communiter receptam per iura in ea citata, & rationes adductas, refert Campan. *d. cap.* 1. *num.* 12.

8 In eadem gloss. ibi, *credo per primam rationem.* &c.

Notatur

Notatur ad hoc, quòd si in lege correctiua ratio sit expressa, admittitur intentio ad omnes casus, quibus ea ratio adaptari potest, quasi tunc propriè non dicatur extensio, sed magis comprehensio propter identitatem rationis, vt per Hippol. *in l. si quis viduam, numer. 26. ff. de quæst.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 20. numer. 3. & 8. & in tract. cessante causa p. 1. num.* 142. Mench. *l. 1. success. §. 6. num.* 6. Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 64. C. de bonis mater.* Mexi. *in tra. tassæ panis concl. 4. num.* 8. D. Barbos. *in l. si constante 25. in princ. num. 102. ff. soluto matrim.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. num.* 34. Ioan. Valer *de different. inter vtrumque forum, verbo lex differ.* 5. vbi citat ad hoc quòd lex pœnalis in foro exteriori extenditur ad casus similes, & *num.* 2. subdit. quòd in foro interiori non extenditur. Rot. *decis. 537. num. 12. p. 1. recentior.*

9 In gloss. *Clericum.* ibi, *& licèt proœmium de sacris loquatur,* &c. Notatur ad hoc, quòd appellatione sacrorum Ordinum non veniunt quatuor Ordines minores, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. c. 159. num.* 11.

10 In gloss. *Suspensos.* ibi, *in casu isto celebrans irregularitatem incurrit.* Ita Syluest. *verbo irregularitas n.* 11. Nau. *cons. 33. n. 1. sub hoc tit.* Campan. *d. c. 1. num. 8. in fin.* Ego ipse *d. alleg. 8. num. 6. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinantes scienter clericum alienum per annum à collatione Ordinum sunt suspensi, & postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia à vicinis Episcopis ordinari, & n.* 2.

3 *Episcopus non potest ordinare alienos subditos absque superioris ordinandorum licentia.*

4 *Suspensionem non incurrit ordinans ex probabili ignorantia subditum alterius sine proprij licentia.*

5 *Episcopus proprius vbi esset longo tempore suspensus ob eam causam quòd alienos ordinauit, licebit subditis confugere ad viciniorem Episcoporum.*

6 *Primam Tonsuram laico alienus Prælatus conferre non debet.*

7 *Scientia, & affectata ignorantia æquipollent.*

8 *Ignorantia affectata dicitur ex quo scire potuit, sed noluit, immò dissimulauit.*

9 *Probatio in contrarium admittenda est quoties ex lege standum est alicuius etiam iuratæ responsioni.*

10 *Episcopus alienus primam Tonsuram conferens sine proprij Episcopi licentia suspensionis pœnã incurrit.*

CAP. Eos, qui. II.

Gregor. X.

1 ORdinare scienter, vel affectata ignorantia præsumens alienum Clericum sine sui Ordinarij licentia, est suspensus per annum à collatione Ordinum, & Ordinatus incidit in pœnas iuris; postquam verò suspensio Episcopi fuerit manifesta, subditi ipsius sine licentia possunt ordinari à vicinis Episcopis in eo anno. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemio. Ioan. And. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 287. Alagona *in compendio pag.* 101. remissiuè Casal. *in annotat. in concordant. part.* 2.

2 Hanc eandem concl. tum ex hoc text. tum ex Conc. Trid. *sess. 23. de reform. cap.* 8. firmant, & explicant Suar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect.* 5. Tolet. *in summ. lib. 1. c. 48. n.* 4. Sayr. *de censur. lib. 4. c. 12. n.* 13. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 9. c. 1. n.* 16. Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 59. in princ* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 16. c. 1. col. 3. dub.* 2. Bonac. *de suspensionibus omnibus in particulari disp. 3. q. 2. punct. 7. n.* 4. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 8. num.* 17.

3 *Absque Superioris ordinandorum licentia.*] Ergo Episcopus non potest ordinare alienos subditos absque Superioris ordinandorum licentia, vt per Henriq. *in summ. lib. 3. cap. 38. §.* 1. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q.* 3.

4 *Seu affectata ignorantia.*] Notatur ad hoc, quòd affectata ignorantia æquiparatur scientiæ, vt per Merol. *tom. 1. disputat. in vniuersam Theolog. moral. disput. 1. cap. 2. num.* 199. Episcopus ergo ex probabili ignorantia subditum alterius sine proprij licentia ordinans suspensionem non incurrit, vt docent Nauar. *cons. 40. in nouis, sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 62. Vgolin. *de potestate Episcopi, part. 2. c. 16. §. 22. num.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 297. in 1. edit.* aliàs *resol. 359. num. 4. in 2. edit.* Plures alios casus, in quibus excusatur ordinans à censura *in hoc text.* comminata referunt Soar. *tom. 5. disputat. 32. sect. 1. n.* 15. Valer. Regin. *d. lib. 32. tract. 2. n. 69. vers. sicut autem in fin.* vbi addit excusationem dandam quando vnus Episcopus ordinas subditum alterius sub spe rationali ratihabitionis.

5 *Clericis quoque*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si proprius Episcopus esset longo tempore suspensus ob eam causam quòd alienos ordinauit, licebit subditis confugere ad viciniorem Episcopum, vt per Henriq. *in sum. lib. 10. c. 21. §.* 4.

6 In gloss. *Clericos.* ibi, *de laicis dic*, &c. Ne cuiquam laico alienus Prælatus audeat primam conferre tonsuram monuit gloss. *verbo clericum in cap. cum nullus. infr. hoc. eod. tit.* ad quam se refert gloss. Nau. *cons. 30. in antiq. aliàs 39. in nouis sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 32. vbi ait quòd Episcopus laicũ alterius diœcesis, qui sibi ratione beneficij, vel domicilij non subest. iustè sine licentia Episcopi loci illius ordinare non potest, Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 9. c. 1. num.* 1. Si verò eadem prima Tonsura detur ab Episcopo non suo sine proprij consensu, seruata tamen forma Ecclesiæ, valere, & characterem imprimere resoluit Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. num.* 57.

7 In gloss. *Affectata.* ibi, *æquipolleat ergo scientia, & affectata ignorantia.* Ita Tiraquel. *de retractu lig. §. 35. gloss. 4. num. 28. & 29. de pœnis temper. causa 13. num.* 22. Mascard. *de probation. conclus. 879. n. 31. cum seqq.* & ideo affectata ignorantia nullo pacto ignorantem excusat Honded. *cons. 87. an. 41. lib. 1.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil. 4. n. 102. cum seqq.* Chard. Thusch. *verbo ignorantia concl. 21. a.* 3. Ioan. Baptist. Costa *de facti scientia, & ignorantia inspect. 81. n. 9. cum seqq.* Farin. *fragm. crimin p. 2. litt. I. num.* 167.

8 In ead. gloss. ibi, *& dicitur affectata ex quo scire potuit, sed noluit, immò dissimulauit.* Ita Cardos. *in praxi iudicum, verbo ignorantia, n.* 8. Sayr. *in Claui Regia, lib. 2. c. 2. n. 18. & c. 9. n.* 5.

9 In ead gloss. ibi, *altera pars habebit necesse probare scientiam, vel affectatam ignorantiam.* Notatur ad hoc, quòd quoties ex lege stãdum est alicuius etiam iuratæ responsioni probatio in contrarium admittenda est, vt per Cou. *lib. 1. var. 13. n.* 4.

10 In gloss. *Ordinare.* ibi, *etiam ad primam Tonsuram.* Notatur ad hoc quòd Episcopus alienus primàm tonsuram conferens sine proprij Episcopi licentia suspensionis pœnam incurrit, vt per Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 26. litt. D. vers. & non solum,* vbi subdit sic promotum non posse ecclesiastica obtinere beneficia ac si Tonsura non esset initiatus.

11 In gloss. *Statuunt*. ibi, *sed non illa suspensione, quæ irregularitatem inducat*. Vide Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 26. litt.* D. Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. c. 46. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus originis, domicilij, vel ecclesiastici beneficij commendatitias ad Ordines dare potest, inferiores Prælati non nisi ex priuilegio, nec officiales Episcoporum, sed hi, qui habent administrationem spiritualium illas bene concedunt.*

2 *Episcopus ad quem spectat ordines, vel litteras dimissorias conferre, vel est originis, vel beneficij, vel domicilij.*

3 *Originis Episcopus quoad Ordines concedendos dicitur Episcopus loci in cuius diœcesi natus est ille, qui promoueri desiderat.*

4 *Paterna originis ratione potest quis Ordines suscipere ab Episcopo loci in quo eius pater natus est.*

5 *Beneficij ratione efficitur quis subiectus Episcopo diœcesis, in qua illud habet, & potest ab eo ordinari.*

6 *Beneficium etiam exiguum, & quamuis residentiam non requirat obtinens potest ordinari ab Episcopo diœcesis in qua illud habet, & n. 7.*

8 *Amplia etiamsi beneficium spectaret ad alterius Episcopi prouisionem.*

9 *Beneficium in commendam maximè perpetuam habens, potest ordinari ab Episcopo diœcesis in qua illud obtinet.*

10 *Præstimonium aliquod possidens potest ordinari ab Episcopo diœcesis in qua illud obtinet,*

11 *Beneficia plura habens in diuersis diœcesibus ab vno illarum Antistite promoueri potest.*

12 *Domicilium quando quis dicatur in aliquo loco habere ostenditur.*

13 *Domicilij vbi sit mentio in dubio intelligitur de domicilio habitationis, & non originis.*

14 *Abbas Episcopalem iurisdictionem habens non potest concedere litteras dimissorias suis subditis.*

15 *Abbas an & quando suis subditis Regularibus minores Ordines conferre possit, ostenditur.*

16 *Vicarius generalis Episcopi litteras dimissorias concedere non potest nisi Episcopo in remotis agente.*

17 *Episcopus quando dicatur in remotis agere, remissiuè.*

18 *Capitulum Sede vacante absolutè litteras dimissorias ad Ordines ab alieno Episcopo suscipiendos olim dare poterat, & quid attenta noua dispositione Concil. Trid. ostenditur, & num. 19.*

20 *Capitulum Sede vacante non potest infra annum concedere litteras dimissorias etiam ad primam Tonsuram.*

21 *Domicilium in pluribus locis potest quis habere.*

22 *Locus remotus quis dicatur est arbitrarium iudici.*

23 *Religiosi promoueri debēt ab Episcopo loci vbi degūt, vel ab alio eius accedente assensu, præcedentibus tamen litteris dimissoriis suorum superiorum.*

24 *Patres Societatis Iesu possunt à quocunque Catholico Antistite ordinari.*

25 *Nouitium alibi natum an valeat Episcopus loci vbi moratur infra annum probationis ordinare, ostenditur, & num. 26.*

Cap. Cùm nullus. III.
Bonifac. VIII.

1 EPiscopus originis, beneficij, vel domicilij dimissorias concedere potest. Inferiores verò Prælati vt Religiosi, non possunt nisi habeant indultum à Sede Apost. Episcopo autem agente in remotis potest ipsius Vicarius generalis in spiritualibus, & Sede vacante Capitulum, vel qui habet administrationem spiritualium. Sed Officiales Episcopi non possunt huiusmodi litteras dare. Item Prælati Religiosi possunt ordinari à locorum Ordinariis in quibus habitant, licèt non sint oriundi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. p.* 288. Alagon. *in compendio pag.* 101. remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Intelligitur hoc casu Episcopus, &c.] Notatur ad hoc quòd proprius Episcopus ad quem spectat Ordines, vel litteras dimissorias concedere, vel est Episcopus originis, vel beneficij, vel domicilij, vt per Syluest. *in sum. verbo Ordo 3. nu. 3.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de litteris remissorial. num. 6.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 22.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. l. 3. c. 12. n. 6.* Steph. Quarant. *in summ. Bullarij verbo Ordo vers. quoad tertium.* Less. *de instit. l. 2. c. 34. dubit. 19. n. 92.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 2.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 298. num. 1. edit. aliàs resol. 257. in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 317. part. 4.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 9. c. 8. n. 8. cum seqq.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c. 26. §. 1.* metipsum *in simili tract. p. 2. alleg. 4. à princ. & de iure ecclesiast. lib. 1. c. 33. à num.* 19. 2

Oriundus.] Episcopus igitur originis quoad Ordines concedendos dicitur Episcopus loci, in cuius diœcesi natus est ille, qui promoueri desiderat, vt per Henriq. *d. lib. 10. c. 22. §. 1.* Piasec. *in praxi Episc. p. 1. cap. 1. c. 9.* Bonac. *de Sacrament. disp. 8. q. vnica puncto 4. nn.* 13. Campan. *d. c. 8. n. 9.* Vgolin. *d. c. 26. §. 1. n. 3.* Homobon. de Bonis *in ēxamine ecclesiastico p. 1. tract. 2. c. 1. q. 5. n. 1.* metipsum *d. alleg. 4. num. 2. & d. cap. 33. num.* 20. Vbi etiam quis baptizatus est inde trahit originem, ac proinde per librum Babtismi illa probari potest, ex adductis per Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num.* 217. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. à n.* 105. 3

Origo patris inspicitur quoque ad Ordines suscipiendos, ita vt quis ratione paternæ originis possit Ordines suscipere ab Episcopo loci in quo eius pater natus est, vt tenent Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verbo. dimissoria* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. q.* 45. Vgolin. *d. cap. 29. §. 1. num. 4.* Gutier. *de matrimon. c. 63. num.* 29. Prosper de Augustino *in addit ad Quarant. verbo Ordo, vers. quoad tertium*, Campan. *d. cap. 8. num. 9.* Aloys. Ric. *d. resol. 257. num. 4. & d. decis. 318. num. 2. p. 4.* Ego ipse *d. alleg. 4. num. 4.* vbi *num.* 15. obseruo non posse Ordinandum apud Episcopum originis suæ matris Ordines accipere nisi pater sit naturalis. Ex origine verò aui non dici nepotem ad Ordines suscipiendos originarium illius loci, in quo auus natus est, ex Cou. tradunt. Aloys. Ricc. *d. resolut. 207. num.* 5. Vgolin. *d. cap. 26. §. 1. post num. 4. vers. excepise*, ego ipse *d. alleg. 4. num.* 13. 4

Seu in cuius diœcesi beneficium obtinet, &c.] Notatur ad hoc quòd beneficij ratione efficitur quis subiectus Episcopo diœcesis in qua illud habet, & potest ab eo ordinari, seu ab alio de eius licentia, quamuis alias ei alio modo subditus non sit, ita tradunt Piasec. *d. cap. 1. num. 10. vers. ratione beneficij.* Homobon. de Bonis *d. quæst. 5. num. 3.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu* 28. Campan. *dicta rubr. 9. cap. 8. n.* 11. Molfes. *in summa Theologia moralis tract. 2. c. 2. num. 7.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. c. 4. à numer. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. resolut. 258. in 2. edit.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 3.* Bonacin. *d. Sacrament. disput. 8. quæst. vnica puncto 4. num.* 14. refert decisum 5

Armeodar.

Armendar. *in addit. add recop. legum Nauarria lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 61. vers. proprius*. Intellige habita beneficij possessione, vt resoluit Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 16.* quem refero ego ipse *d. alleg. 4. num. 55. & de iure ecclesiast. lib. 1. c. 33. n. 33.*

6 Primò amplia procedere quamuis beneficium esset exiguum, cum Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 8.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 22. §. 1. iuncto comm. litt. Q.* Campan. *d. c. 8. num. 12. & rub. 8. cap. 3. num. 19.* Quicquid contradicant. Piasec. *loco proximè citato*. Prosp. de August. *in add. ad Quarant. in verbo Ordo*, Vgolin. *d. cap. 26. §. 3. in fine*, & Aloys. Ricc. *in d. praxi resol. 260.*

7 Secundò amplia etiamsi tale beneficium residentiam non requirat, vt obseruant Henriq. *d. cap. 22. §. 1.* Piasec. *d. cap. 1. num. 10. vers. secundo*, Campan. *d. cap. 8. num. 2.* Squillante *de priuil. cleric. cap. 4. num. 237.* Ego ipse *d. cap. 33. num. 34.* quicquid teneant Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 48. n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 534. num. 3.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 6. num. 12.* Farin. *fragm. crim. part. 1. litt. D. num. 226.*

8 Tertio amplia procedere etiamsi beneficium spectetet ad prouisionem alterius Episcopi, vt per Campan. *d. c. 8. n. 13.* & Nicol. Garc. *d. c. num. 15.* quos refero ego ipse *de alleg. 4. n. 52.*

9 Quartò amplia procedere etiamsi beneficium non in titulum, sed in commendam, maximè perpetuam habeat ordinandus, vt per Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 10.* metipsum *d. alleg. 4. num. 50.*

10 Quintò amplia procedere si ordinandus præstimonium aliquod possideat, vt per Henriq. *d. lib. 10. cap. 22. §. 1. in commento litt. H.* Campan. *d. c. 8. n. 19. vers. & qui*, Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut. 238. in fine.*

11 Sextò amplia procedere etiam in habente plura beneficia in diuersis diœcesibus, ab vno eorum illarum Antistite promoueri sine dubio posse resoluit Campan. *d. cap. 8. num. 14.* quem refero ego ipse *d. allegat. 4. num. 51.*

12 *Domicilium in eadem.*] Illum qui non longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animum perpetuò in eo permanendi, posse ab illius Antistite, aut eius accedente consensu ab alio ordinari docent Nauar. *cons. 10. in antiq. aliàs cons. 2. in nouis sub hoc tit.* Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut. 263.* Bonacin. *d. puncto 4. num. 4. cum seqq.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 2.* Nald. *verbo Ordo num. 10.* Homobon de Bonis *de exam. 2. c. 1. q. 5. num. 2.* Campan. *d. rub. 9. cap. 8. num. 18.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum. Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. nu. 49.* ego ipse *d. alleg. 4. n. 26. & de iure ecclesiast. lib. 1. c. 33. à num. 15.* Quiquidem animus perpetuò ibi permanendi in dubio præsumitur si assidua probetur habitatio in alieno loco in minore tempore decennij, vt resoluunt Mascard. *de probat. concl. 334. num 7.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. cap. 5. num 9. vers. vel sui*, Aloys. Ricc. *d. resolut. 263. n. 2.* Bonacin. *d. puncto 4. nu. 52.* Campan. *d. num. 18. vers. quòd si*, ego ipse *d. allegat. 4. num. 28.* vbi *num. 41.* teneo in domicilio mutando Episcopi originarij licentiam non requiri, sed ordinandum debere portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam, ac natalia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum, & illic habitatio continuata vsque ad tempus promotionis, refero ego ipse *d. c. 33. num. 30. & 31.* Et quod *suprà* diximus de decennio ad contrahendum incolatum requisito, non procedit vbi constat de voluntate, quia tunc eo ipso absque aliquo lapsu temporis acquiritur domicilium, siue incolatus, vt per Sim. de Prætis *cons. 119. num. 8. lib. 1.* Paul. Laymann *in Theolog. morali tract. 9. c. 9. de sacram. Ordinis n. 10.* Squillante *de priuileg. cleric. c. 4. num. 253.* Rot. *decis. 150. num. 7. p. 2. diuers. & decis. 188. num. 3. p. 2. recent. & in Ariminen.* [...]*ella 19. Aprilis 1627.* coram Cardin. Virili.

13 Notatur hic text. in præcitatis verbis ad hoc, quòd vbi fit mentio domicilij, in dubio intelligitur de domicilio habitationis, & non originis, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 9. gloss. 2. num. 21.* D. Barbos. *in l. hæres absens §. fin. num. 43. ff. de iudic.* Sanch. *de matrimon. lib. 3. disp. 23. num. 7.*

14 *Inferiores quoque Prælati*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Abbas Episcopalem iurisdictionem habens non potest concedere litteras dimissorias suis subditis, vt per Flores de Mena *var. resolut. lib. 2. q. 24.* Nec etiam Primam tonsuram, & Ordines Minores conferre potest aliis Regularibus, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci non habuerint, neque etiam aliis secularibus suorum superiorum dimissorias afferentibus, vt tenuit Rota *apud Seraphin. decis. 983.* quam refero ego ipse *d. alleg. 3. num. 11.* & tradit Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 9. concl. 2.* quicquid asserant Quarant. *in summ. Bullarij verbo Ordo prope fin. vers. Abbatibus*, Vgolin. *de offic. & pot. Episcopi cap. 16. §. 19.* Bonacio. *de Sacram. disput 8. q. vnica puncto 4. num. 3.*

15 *Episcopo autem in remotis agente*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Vicarius generalis Episcopi litteras dimissorias concedere non potest nisi Episcopo in remotis agente, vt per Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 41.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 17. num. 20.* Zerol. *in praxi Episcop. par. 2. verbo. Vicarius §. 4.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. q. 7.* Vgolin. *de officio Episcopi c. 4. §. 7. vers. quinto. dimissorias*, Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. num. 53. vers. concedit*, Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 197.* Campan. *d. c. 8. num. 3.* Mulfes. *tract. 2. cap. 2. num. 22.* Homobon de Bonis. *de examine ecclesiastico part. 1. tractat. 2. cap. 1. p. 6. in fin.* quorum plures refero ego ipse *d. part. 2. alleg. 7. num. 9.*

16 *In remotis agente.*] Episcopus quando dicatur in remotis agere ad hoc vt Vicarius possit impartiri litteras dimissorias ordinandis, tradit Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 18. per totam.*

17 *Vel sede Vacante Capitulum*, &c.] Notatur ad hoc quod Capitulum Sede vacante absolutè litteras dimissorias ad Ordines ab alieno Episcopo suscipiendos dare poterat, vt per Rebuff. *in prax. benef. tit. de deuol. num. 67.* Nauar. *cons. 31. sub hoc tit. in antiq. aliàs cons. 7. de filiis presbyt. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub hoc eod. tit. decis. 33.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 12. n. 3.* Steph. Quarant. *in sum. Bullarij, verbo Capitulum Sede vacante, vers. decimò quæro.*

18 Attenta verò noua dispositione Concil. Tridentini *sess. 7. de reform. cap. 10.* iam non licet Capitulis Ecclesiarum Sede vacante infra annum à die vacationis numerandum ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere, si secus fiat, Capitulum contrauenienis ecclesiastico subiaceat interdicto, & sic ordinati si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus gaudeant; in maioribus verò ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi, de cuius materia agunt plures per me citati *de officio, & potestate Episcopi part. 2. alleg. 7. num. 10. cum seqq.* quibus adde Ragus. *de voce Canonic. q. 39. num. 2.* Aloys. Ricc *in praxi aurea resol. 106. & in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 185. part. 4.* Monet. *de commut. ult. vltim. volunt. c. 10. n. 164. cum multis seqq.* Homobon.

de Bonis *de examine ecclesiastico p. 1. tract. 2. cap 1. q. 6. prope fin.* nouissimè metipsum *de Canone. cap. 42. num. 125.*

20 In gloss. *Clericum.* Nota quòd Capitulum Sede vacante non potest infra annum concedere litteras dimissorias etiam ad primam tonsuram, vt per Quarant. *in sum. Bullary, verbo Capitulum Sede vacante vers. decimò quaero.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 2. n. 3.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 14. nu. 6.* Nic. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 7. num. 90.*

21 In gloss. *Domicilium.* ibi *potest quis habere domicilium in pluribus locis.* Vide Sanch. *de matrimon. lib. 3. disp. 24 num. 2.*

22 In gloss. *Remotis*, ibi, *satis crederem hoc arbitrarium iudicis quis locus dicatur remotus.* Ita Menoch. *de arbitr. casu 222. n. 26.*

§. Religiosi.

23 Religiosos promoueri ab Episcopo loci vbi degunt, vel ab alio eius accedente assensu, praecedentibus tamen litteris dimissoriis Superiorum suorum, tradunt Nauar. *cons. 22. in antiq. aliàs cons. 36. in nouis, sub. hoc. tit.* Sayr. *in floribus decis. sub. hoc. eod. tit. decis. 24.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 20. n. 2.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Praelat. tom. 1. q. 39. art. 3.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. p. 1. cap. 4. nu. 36.* Iacob de Graff. *in aureis decis. part. 2. lib. 3. cap. 12. num. 8.* Campan. *in diuersis iuris Canon. rub. 9. cap. 3. & rub. 12. cap. 13. num. 33. cum seqq.* Portel. *in dub. regularib. verbo Ordines sacri, nu. 2.* Nouar. *in sing. Canon. concl. 101.* Homobon. de bonis *de examine ecclesiastico p. 1. tract. 2. c. 1. q. 2. in fi.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. à n. 60. & de iure ecclesi. lib. 1. cap. 33. nu. 64.* Ad quod tamen obseruandum est decretum à Sacra Congregat. Concilij de mandato felic. record. Clementis VIII emanatum, cuius verba transcripsi *d. part. 2. alleg. 7. num. 18.* & referunt etiam Campan. *in diuersis iuris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 37.* Miranda *in man. Praelat. tom. 2. q. 28. art. 2.* Molfes. *in summ. Theologiae moralis tract. 2. cap. 2. nu. 23.* Villalob. *in sum. part. 1. tract. 11. diffic. 9. num. 10.* Hieronym. Roderic. *in compend. qq. Regul. resol. 106. n. 15. & 17.*

24 Patres verò Societatis Iesu ex indulto Greg. XIII. possunt à quocunque Catholico Antistite ordinari, vt referunt Fr Emman. *quaest Reg. tom. 1. q. 18. art. 16.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 10. vers. quartò extende*, Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepiscop. Neap. decis. 11. num. 3. part. 4.* Ego ipse *de iure ecclesiast. lib. 1. cap. 33. n. 64.*

25 Vtrum autem valeat Episcopus infra annum probationis ordinare nouitium alibi natum, si tamen in eius dioecesi moretur, & probationem faciat? in quo dubio Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 94. de. Regul.* Campan. *d. rub. 9. cap. 3. num. 3.* Sanch. *in praecepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 21.* Aloys. Ricc. *d. dec. 118. n. 6. part. 4.* quos refero ego ipse *d. alleg. n. 62. & 63.* tenent hoc spectare ad Episcopum in cuius dioecesi est nouitius in probatione.

26 Verùm Henriq. *lib. 10. c. 23. §. 3. in commento lit. G.* Soar. *tom. 1. de. Relig. lib. 6. cap. 12. num. 9. tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 17.* censent probabilius esse id pertinere ad episcopum in cuius dioecesi domicilium habebat, quando ingressus est religionem, vtramque verò opinionem probabilem dicit Fr. Barthol de Vecchiis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput. 11. dub. 8 num. 2.* sed prima probabilior, ex iis*, quae in eius confirmationem adducit Sanch *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, seu alius inferior primam Tonsuram infanti non confert, nisi Religionem intret, nec illiterato, nec homini alterius dioecesis absque sui Praelati licentia, nec etiam coniugato nisi Religionem intret, aut Sacris promoueatur legitimè, si secus fiat, Episcopus est suspensus per annũ à collatione Tonsurae.*

2 *Episcopus suspenditur per annum à collatione clericalis Tonsurae si illam infanti conferat.*

3 *Episcopus illiterato Tonsuram conferens ab eius collatione per annum suspenditur.*

4 *Episcopus si conferre praesumat Tonsuram homini alienae dioecesis sine licentia sui superioris, ab eius collatione per annum suspenditur.*

5 *Coniugato Tonsuram conferens suspenditur per annum ab eius collatione, si huiusmodi coniugatus non ingrediatur Religionem.*

6 *Coniugatus ad primã Tonsuram promoueri non potest.*

Cap. Nullus. IV. & vlt.

EPiscopus primam tonsuram non det infanti, nisi 1
Religionem ingrediatur, neque illiterato, nec alicui alterius dioecesis, sine licentia sui superioris? nec coniugato, nisi velit ingredi Religionem, vel in Sacris promoueri, si secus fiat, Episcopus est suspensus per annum à collatione Tonsurae. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Butr. Monach. Frãch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 260.* Alagon. *in compendio pag. 102.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 2.*

Infanti.] Notatur ad hoc, quòd Episcopus suspen- 2
ditur per annum à collatione clericalis tonsurae si illam infanti conferat, vt per Henriq. *in summ. lib. 13. c. 38. §. 2. lit. O.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 32. tract. 2. num. 61.* metipsum *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 131. num. 4. & 5.*

Seu illiterato.]Notatur ad hoc, quòd Episcopus illi- 3
terato tonsuram conferens ab eius collatione per annum suspẽditur, vt per Henriq. *d. c. 38. §. 3. lit. C.* & metipsum *d. alleg. 111. n. 9.* Illiterati enim non possunt ordinari, ex Rebuff. *in praxi benef. tit. forma lit. tonsura n. 16.* Flamin. *de resig. benef. lib 5. q. 3. n. 70. cum seqq.*

Sed nec absque sui superioris licentia homini dioecesis 4
alienae.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus conferre praesumat Tonsuram homini alienae dioecesis sine licentia sui superioris, ab eius collatione per annum suspenditur. vt dixi *d. alleg. 111. n. 7.*

Nec etiam coniugato.] Notatur ad hoc quòd Episco- 5
pus Tonsuram conferens coniugato non ingredienti Religionem suspenditur per annum ab eius collatione,
vt tenent citati per me *d. alleg. 111. num. 10.* Non potest 6
enim coniugatus ad primam Tonsuram promoueri, ex adductis per Sanch *de matrim. lib. 7. disp. 38. n. 6. cum seqq.* cum his quae latè dixi *ad Extrauag. antiquae, de Voto, Ioan. xxij.*

De Aetate, & qualitate, & ordine praeficiendorum.

Tit. x.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dispensat cum maiore xx. annis in dignitatibus & personatibus non Curatis, si aliud nõ obstet.*

2 *Mino*

2 *Minores xxxij annis adsciſci non poſſunt ad dignitates in Cathedralibus, quibus nulla ineſt cura animarum, Archidiaconatu tantùm excepto.*

3 *Diſpenſare non poſſunt Epiſcopi ſuper ætate ad Ordines, vel beneficia per Concil. Trid. ſtatuta.*

Cap. Permittimus. I.

Bonif. VIII.

1 Episcopvs poteſt diſpenſare, vt qui vigeſimum annum compleuerit, ſi aliud non obſtet Canonicum, poſſit obtinere dignitates, & perſonatus, quibus cura non imminet animarum. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 305. Alagona *in compendio, pag.* 108. remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hodie attenta noua diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. verſ. ad cæteras*, ad dignitates in Cathedralibus, Archidiaconatu tantùm excepto, qui oculis Epiſcopi dicitur, quibus nulla ineſt animarum cura, aut ex conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, adſciſci non poſſunt minores viginti duobus annis, vt tradunt per me citati *de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 3. alleg. 60. n. 65.* quibus addo Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ. 10. dub. 11. num. 14.* ſecundùm Romanam impreſſ. Et huiuſmodi annos debere eſſe completos reſoluunt Nauar. *conſ. 4. ſub hoc tit. in vtraque edit.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 591. num. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 4. num. 70.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num. 2.* Mandoſ. *in tract. de ætate minor. c. 5. num. 10.* Ego ipſe *d. alleg. 60. n. 66.* Maſſobr. *d. requiſ. 10. dub. 13.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num.* 108. vbi ſubdit illam formulam, vt non ſit minor viginti duobus annis, inſinuare annos 22. debere eſſe completos, quamuis incœptos ſufficere aſſerant Emman. Sà *verbo beneficium num. 31.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo beneficia §. 2. verſ. ad dignitates*, Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quæſt. 3. in fine*, Henriq. *in ſumm. l. 14. cap. 8. §. 10. in fine.*

3 Vnde cùm ætas illa xxij. annorum ſit determinata à Concilio, ſuper illa non poſſunt Epiſcopi diſpenſare, iuxta ea quæ in ſimili tradunt Azor. *inſtitut. moral. p. 2. l. 6. cap. 5. q. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 4 num 71.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapolit. deciſ. 309. num. 9. part. 4.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 62. num. 6.*

De Filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis.

Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſare poſſunt Epiſcopi cum illegitimè natis in minoribus Ordinibus, & beneficio ſine cura, dummodo ſit tale, in quo aliàs diſpenſare poſſint, in aliis vero diſpenſatio Papæ requiritur, & num. 2.*

3 *Capitulum ſede vacante ad Ordines minores & beneficium ſimplex, ſicut Epiſcopus, cum illegitimis diſpenſare poteſt.*

4 *Spurius diſpenſatus vt clericus fiat, & beneficium habeat, an eo ipſo factus ſit capax penſionis, remiſſiuè.*

5 *Illegitimũ poteſt epiſcopus promouere ad beneficiũ ſimplex, cui eſt annexa acceſſoriè Parochialis.*

6 *Epiſcopi poſſunt ad Ordines minores, & beneficia ſimplicia diſpenſare cum illegitimis quibuſcumque, & ex quouis prohibito coitu procreatis.*

7 *Canonicatum in Eccleſia Cathedrali an poſſit illegitimus obtinere ex diſpenſatione Epiſcopi, oſtenditur, & num. 8.*

9 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimis ad perſonatum, vel dignitatem etiam ſine cura.*

10 *Epiſcopi diſpenſare non poſſunt cum illegitimis ad obtinenda ſimplicia beneficia quæ pater habuit.*

11 *Legatus non poteſt cum illegitimo diſpenſare ad beneficia Curata, niſi hoc ei ſpecialiter à Papa conceſſum fuerit.*

12 *Illegitimus, cum quo fuit diſpenſatum ad beneficium, non poteſt niſi vnicum obtinere.*

13 *Diſpenſatio eſt odioſa, ac proinde ſtrictè interpretanda.*

Cap. Is qui. *Bonif. VIII.*

1 Episcopvs cum illegitimè noto non habente aliud impedimentum diſpenſat non ad Ordines ſacros, nec ad beneficia curata, ſed ad Ordines minores, & beneficia ſimplicia, ſeu cui cura non immineat animarum, dummodo beneficium ſit tale, ſuper quo Epiſcopus poſſit diſpẽſare, id eſt, immediatè non fuerit patris, vel ſi habeat Eccleſiam curatam annexam, vel ſi conſuetudine, priuilegio, aut ſtatuto requirat Ordinem ſacrum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 324. Alagona *in compendio pag.* 115. remiſſiue Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Gig. *de penſionib. q. 17. in princ.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. num. 8.* Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 8. num. 10. lit. B.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 1. n. 8.* Soar. *eod. tract. diſp. 50. ſectio. 5. nu. 2.* Aul. *in ſimili tract. p. 7. diſp. 3. dub. 6.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. dub. 18. num* 86. Nicol. Garc. *de benef. par. 7. cap. 2. num. 48.* Illuſtr. D. meus Roderic. Cunha *in comment. ad cap. 12. diſt. 56.* Rot. *in Regien. tranſactionis penſionis 14. May* 1627. Dur. ſi detur loco beneficij, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 50. q. 8.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. cap. 13. à num.* 8. & alij plures per me citati *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 45. num. 19. cum. ſeqq.*

3 *Ex diſpenſatione Epiſcopi.*] Poſſe etiam Capitulum Sede vacante ad Ordines minores, & beneficium ſimplex ſicut Epiſcopum cum illegitimis diſpenſare reſoluunt Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verbo Capitulum verſ. tertio*, Quarant. *in ſum. Bullar. verbo Capitulum* Sede *vacante, verſ. ſecundò quæro*, Campan. *d. c. 13. n.* 81. Ego ipſe *d. alleg. 45. n. 25. cum. ſeqq.*

4 *Et obtinere beneficium.*] Seu penſionem, vt reſoluit Gig. *d. q. 16.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 2. verbo penſionarius §. 2.* Nicol. Garc. *p. 1. cap. 5. num.* 119. An autem ſpurius diſpenſatus, vt clericus fiat, & beneficium habeat, eo ipſo factus ſit capax penſionis? Vide Azor. *d. p. 2. lib. 8. cap. 7. q. 8.* Sarnen. *in reg. de annali q. 2.* Paleot. *de nothis & ſpur. cap. 58. n. 4.* Gonçal. *ad reg. 8.* Ceuall. *gl. 5. §. 5. à n. 14.*

5 *Cui cura non imminet animarũ.*] Licere tamen Epiſcopo illegitimum ad ſimplex beneficium promouere, cui eſt acceſſoriè annexa Parochialis, vel alterum beneficium curæ animarum coniunctum, tradunt Azor. *d. p. 2. lib. 6. cap. 3. q. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5.*

gloss. 5. § 7. num. 18. Stephan. Gratian. *discept. forens.* 273. *num.* 47. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 83. Ego ipse *d. alleg.* 45. *n.* 24. Lessi *d. dub.* 18. *n.* 87. Illustriss. D. meus *vbi sup. num.* 8.

6 In gloss. *Defectum*, ibi, *siue sit spurius, siue adulterinus, siue naturalis.* Notatur ad hoc, quòd non tantùm dispensationes ad Ordines minores, & beneficia simplicia obtinenda poterunt Episcopi concedere filiis illegitimis, qui propriè naturales dicuntur, sed quibuscunque, & quoquomodo natis, & ex quouis prohibito coitu, nempe adulterino, incestuoso, spurio, & aliis procreatis, vt per Ioan. Monach. *num.* 1. & 2. Gemin. *sub n.* 5. & Anch. *ante n.* 1. *in præsenti*, Campan. *d. cap.* 13. *num.* 84.

7 In gloss. *Beneficium*, ibi, *etiamsi sit Canonia Ecclesiæ Cathedralis.* Notatur ad hoc, quòd Episcopus potest cum illegitimis dispensare ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, sequuntur Ioan. Andr. *sub num.* 3. *vers. in glossa*, Gemin. *num.* 6. Anchar. *num.* 1. Franc. *sub num.* 6. *vers. sed an dispensare*, Caldet. *cons. vnic. sub hoc tit.* Angel. *in summ. verbo beneficium n.* 19 Selu. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 61. *in fine*, Nauar *cons.* 3. *num.* 4. *de ætate*, *in antiq.* aliàs *cons. sub hoc tit. in nouis*, Gig. *d. q.* 17. *num.* 3. Campan. *dict. cap.* 13. *num.* 82. Gambar. *de officio legati lib.* 7. *rub.* 1. *quæst.* 8. *num.* 161. Petr. Greg. *de benef. cap.* 35. *numer.* 7. Soar. *de censur. dispu.* 50. *sect.* 5. *num.* 6.

8 Verùm contrarium tenent Ioan. Monach. *hic num.* 7. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natal. num.* 1. Vgolin. *de irregul. cap.* 44. § 2. *num.* 3. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Canonia, vers. ad tertium*, & insinuare videtur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *numer.* 98. & 89. quorum opinio recipienda venit attenta noua dispositione Concilij Trident. *sess.* 24 *de reformat. cap* 12. *vers. in omnibus*, secundùm quam in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habere debent annexum Ordinem Presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus, & ita sentiunt Auil. *de censur. part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 6. *notab.* 3. Sayr. *in simili tractat. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 13. Henriq. *in sum. lib.* 14. *cap.* 8. § 10. *in fine*, Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 86. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 65. & alij quos sequutus sum. *d. alleg.* 45 *num.* 33.

9 In ead. gloss. ibi, *quoad personatus vel dignitate etiã sine curam credo quòd dispensari possit.* Notatur ad hoc, quòd Episcopus dispensare non potest cum illegitimis ad dignitates, & personatus, licèt non habeant curam animarum, vt per Albert. Trot. *de vero & perfecto cleric. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1 Petr. Greg. *d. cap.* 35. *n.* 7. Maiol. *d. cap.* 8. *n.* 10. Petr. de Ledesm. *in summ. vbi de matrim. cap.* 34. Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 8. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 50. *sect.* 5. *n.* 6. Lessi. *d. cap.* 34. *n.* 86. meipsũ *d. alleg.* 45. *num.* 29. vbi plures citaui Doctores.

10 In gloss. *Tale* ibi, *quia non paternum immediatè super quo non potest Episcopus etiam cum legitimo dispensare.* Notatur ad hoc, quòd Episcopi non valent dispensare cum illegitimis ad obtinenda simplicia beneficia, quæ pater habuit, vt per Gemin. *in præsenti n.* 8. *vers. in gloss.* Staphil. *de litteris grat. tit. de qualitate, & statu benef. vers.* 1. Mand. *in tract. de signatura grat. sub rubr. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater.* Campan. *d. cap.* 13. *n.* 87.

11 In gloss. *Sedis Apostolicæ.* ibi, *nec sufficit dispensatio Legati*, &c. Notatur ad hoc, quòd Legatus non potest cum illegitimo dispensare ad beneficia curata, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, vt per Paris. *cons.* 136. *n.* 26. [illegible] Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natal. n.* 45. quos refert, & sequitur Mantic. *decis.* 214. *n.* 5.

§ Ille verò.

Probat hic §. quòd illegitimus, cum quo fuit dispen- 12
satum ad beneficium, non potest nisi vnicum obtinere, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 32. *n.* 6. & 11. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 2. *num.* 50. & & *p.* 8. *c.* 3. *n.* 4. & alios per me citatos *de offic. & potest. Episcop. p. alleg.* 45. *num.* 28.

Quam exorbitantem à iure oportet veluti odiosam 13
restringi.] Notatur ad hoc, quòd dispensatio est odiosa, ac proinde strictè interpretanda, vt per Surd. *decis.* 268. *numer.* 21. Cardos. *in praxi iudicum, verbo dispensatio n.* 9. & 19. Brunor. à Sole *in locis communib. eod. verbo n.* 7. Monet. *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 14. *num.* 5. Sanch. *d. lib* 8. *disp.* 1. *num* 3. & alios quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 2 *alleg.* 33. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1. *Dispensatio à Papa obtenta super pluralitate nõ valet, dispensatus taceat defectũ originis super quo ad curatũ beneficiũ cum illo iam fuit dispensatum.*
2. *Spurius, cui Papa concedit vt habeat beneficiũ curatum, non potest eo dimisso secundum obtinere, nisi prius originis spuriæ facta mentione.*
3. *Dispensatio noua quoties priori additur, posterior valeat, necessarium est quòd fiat mentio prioris.*
4. *Dispensatio non extenditur etiam ad casum maiorẽ & habentem in se maiorem rationem, quàm habeat casus concessus.*
5. *Rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sunt ipso iure irrita.*
6. *Dispensatus ab Episcopo, & promotus ad minores Ordines, & simplex beneficium, si postmodum tacito defectu impetret dispensationem super pluralitate talium beneficiorum, dispensatio est nulla.*
7. *Filius sæpe solet similis esse patri.*
8. *Dispensatio cum illegitimo ad Ordines intelligitur de solis minoribus.*
9. *Verba*, nullius momenti, *inducunt nullitatem actus ipso iure.*

CAP. Si is II. & vlt.

ILlegitimus quando ex dispensatione Papæ obtinuit 1
beneficium curatum, & deinde impetrat aliam dispensationem ad plura beneficia curata, tacendo defectum natalium, talis dispensatio est nulla, & subreptitia. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 523. Alagona. *in compend. pap.* 115. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 & 2.

Dispe. sationem aliam, &c.] Notatur ad hoc, quòd 2
spurius, cui Romani Pont. auctoritate concessum est, vt habeat beneficium, cui cura animarum inhæret, non potest eo dimisso secundum obtinere, nisi priùs originis spuriæ facta mentione, vt per Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *q.* 16. Quoties enim noua dispositio priori additur vt posterior valeat, necessarium est quòd fiat mentio prioris, vt per Molin. *de primog. liber.* 2. *cap.* 4. *num.* 50. *cum seqq.* Sanch. *de matr. liber.* 8. *disp.* 22. *num.* 2. *cum seqq.* vbi *num.* 6. subdit veram & germanam huius text. intelligentiam in eo consistere, quòd quando prior, & posterior dispensatio sunt circa eandem rem, ac inter vtrumque est dissonantia, & partialis quædam contrarietas, nempe. quia prior cum moderatione quadam concessa sit, posterior autem absolutè & absque illa, subreptitia est posterior, nisi prioris mentio Principi fiat.

Vnde

4 Vnde solet hic text, notari ad hoc quòd dispensatio non extenditur etiam ad casum maiorem, & habentem, in se maiorem rationem, quàm habeat casus concessus, vt per Bernard. *reg.* 195.

5 *Veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.* Notatur ad hoc, quòd rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sunt ipso iure irrita, vt per Xuar. *alleg.* 12. *num.* 31. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disput.* 21. *n.* 3. *& n.* 10. *cum seqq.*

6 In gloss. *Sedem.* ibi, *idem credo in Episcopo.* Ita tradit Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 22. *n.* 7.

7 In gloss. *Defectu.* ibi, *sæpe solet similis filius esse patri.* Referunt Tiraq. *l.* 7. *connub. gl.* 1. *p.* 7. *n.* 3. & Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *sub n.* 62.

8 In gloss. *Ad omnes.* Notatur ad hoc, quòd dispensatio cum illegitimo ad Ordines intelligitur de solis minoribus, vt per Sanch. *d. lib.* 8. *disput.* 1. *num.* 26. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 41. *§.* 3. *à num.* 3. & plures alios quos refero *de offic. & potestat. Episcop. part.* 2. *allegat.* 45. *num.* 5.

9 In gloss. *Momenti.* ibi, *ipso iure non valere.* Notatur ad hoc, quòd verba, *nullius momenti*, inducunt nullitatem actus ipso iure, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 97. *& num.* 101. *C. de reuocand. donat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 57. *num.* 7. metipsum *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 227. secundùm Lugdun. impress.

De Bigamis.

TIT. XII.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus nudatus est omni priuilegio clericali, & adstrictus sæculari foro nec valet consuetudo in contrarium, & prohibetur, sub anathemate ne Tonsuram deferat.*
2 *Bigamus omni clericorum priuilegio censetur exutus, tamen per characterem impressum, & indelebilem habitu semper remanet clericus.*
3 *Bigamo tonsurato beneficium ecclesiasticum resignari non potest.*
4 *Bigamus ad beneficia ecclesiastica admittẽdus non est.*
5 *Verba,* sub interminatione anathematis, *non sunt latæ sententia.*

CAP. Altercationis. Vnic.

Gregor. X.

1 BIGAMI sunt nudati omni priuilegio clericali, & foro sæculari adstricti, non obstante contraria consuetudine, & sub pœna excommunicationis percipitur ne deferant habitum, vel tonsuram. Colligunt ex Ordinat. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 339. Alagona *in compendio pag.* 121. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Bigamos omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos.* Notatur ad hoc quòd bigamus omni clericorum priuilegio censetur exutus, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 6. *c.* 4. *q.* 12. Rot. *in Ferrarien. pensionis* 21. *Martij* 1627 coram R. P. D. Virili, vbi fuit etiam dictum
3 quòd licèt bigamus denudatus remaneat omni priuilegio clericali, tamen per characterem impressum, & indelebilem habitu semper remanet clericus, stante enim simul quòd quis remaneat clericus, non tamen gaudeat priuilegiis clericorum, vt per Abb. *in cap.* 1. *n.* 6. *de vita, & honest. cleric.*

Vnde bigamo etiam tonsurato beneficium ecclesiasticum resignari non posse tradit Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 4. *num.* 17. quia ad beneficia admittendus non est, ex eod. Flamin. *d. tract. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 192. 4

In gloss. *Anathemate.* ibi, *non canon lata sententia,*] Notatur ad hoc quòd verba, *sub interminatione anathematis*, non sunt latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 254. *cum seq. C. de reuoc. donat.* 5

De Officio Vicarij.

TIT. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Successor officialis excommunicati, excommunicatus non est, nisi in crimine damnato communicet, illa autem, quæ exercet, illo excommunicato manente non valent, si iurisdictione solùm ab eo recepta hoc facit.*
2 *Archiepiscopus excommunicare potest vicarium, vel officialem Episcopi suffraganei subsistente causa rationabili.*
3 *Vicarij iurisdictio desinit quando is, qui illum constituit, est sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti deuinctus.*
4 *Excommunicatio in persona iudicis ne dum iurisdictionem ipsius suspendit sed etiam Vicarij, & omnium, qui ab eo iurisdictionem recipiunt.*
5 *Iurisdictio delegati quando non dependet ab eo, in cuius locum est facta delegatio, sed dependet a lege, vel à Principe, tunc per excommunicationem eius, in cuius locum est facta delegatio, non dicitur suspensa iurisdictio delegati.*
6 *Subdelegans vbi de tempore delegationis excommunicatus erat, tunc non transfundit in delegatum iurisdictionem in actu, nec in habitu.*
7 *Officialis Episcopi suffraganei cùm peccat in his, quæ sunt iurisdictionis, potest ab Archiepiscopo excommunicari.*
8 *Vicarius Episcopi alium Vicarium generalem sibi substituere non potest.*
9 *Vicarius generalis Episcopi potest vnam, vel plures causas delegare.*
10 *Vicarij iurisdictio suspenditur excommunicato existente Episcopo.*

CAP. Romana. I. *Innoc. IV.*

FFICIALIS quando excommunicatur, & deinde substituitur alius, substitutus non est excommunicatus si non participat in crimine pro quo fertur excommunicatio: acta verò substituti si accepit iurisdictionem ab excommunicato, non tenent, aliàs secus. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anch. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib* 1. *pag.* 354. Alagona *in compend. pag.* 129. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

In Officialem alicuius suffraganei sui, &c. Ergo Archiepiscopus excommunicare potest Vicarium, vel Officialem Episcopi suffraganei subsistente causa rationabili, vt per Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *q.* 59. *num.* 6. Stephan. Quarant. *in summ. Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas n.* 11. optimè. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 22. 2

q.22.*num*.100. refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part*.1.*titul*.4. *de Archiepiscop.præstantia nu*. 17.*& part*.3.*allegat*.53. *num*.181. secundùm impress. Lugdunens.

3 *Et tamen quæ ipsi gerendo*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Vicarij iurisdictio desinit quando is, qui illum constituit, est sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti deuinctus, ita vt acta Vicarij tunc rata, & firma non sint, vt per Azor.*instit.moral.part*.2.

4 *l*.3.*c*.6.*q*.13. Nam excommunicatio in persona iudicis suspendit nedum iurisdictionem ipsius, sed etiam Vicarij, & omnium, qui ab eo iurisdictioné recipiunt, vt docent *hic* Anch.*n*.2. & Franc..*n*.3.*gl.verbo contestata in Clem.fin.de procurat*.Paris.*cons*.89.*n*.6.*lib*.4.Rot.*decis*.4.*n*.2.*de officio Vicarij in nouis*, Selu.*de benefic.part*.2.*q*.14.*nu*.6. Sbroz.*de officio Vicarij lib*.3.*q*.17.*num*.1. D.Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist.lib*.4.*cap*.17.*n*.11.

5 *Si iurisdictionem recipiunt ab eodem*.] Ergo quando iurisdictio delegati non dependet ab eo, in cuius locum est facta delegatio, sed dependet à lege, vel à Principe, tunc per excommunicationem eius, in cuius locum est facta delegatio, non dicitur suspensa iurisdictio delegati, vt per Anch.*hic sub n*.1. Gemin.*n*.4.& Franc. etiam *n*.4.D Ricciul.*d.lib*.4.*c*.19.*n*.1.vbi *n*.2. hinc infert quòd cùm coadiutor, seu œconomus, & similes habeant iurisdictionem à lege, non ab Episcopo, *cap. volumus, & c.quia* 89. *dist*. meritò excommunicato Episcopo non prohibetur eius coadiutor, vel œconomus exercere iurisdictionem.

6 Quando verò iurisdictio subdelegati dependet à iurisdictione eius, in cuius locum facta est subdelegatio, & subdelegans erat excommunicatus de tempore delegationis, in tali casu non transfundit in delegatum iurisdictionem, nec in actu, nec in habitu, quia cum iurisdictio sit mortua penes ipsum excommunicatū, Franc. *hic num*.7. eam in aliam transfundere nequit, vt per Socin. *in cap. sacris num*.280. *sup. de sent.excom*. Sbroz.*d.q*.18. *sub num*.8. D.Ricciul.*d.c*.19.*num*.4.vbi *num*.6. subdit quòd vbi iurisdictio subdelegati dependet à iurisdictione delegantis, & excommunicatio superuenit post delegationem factam, sed est delegatus purus articulus consistens in exequutione facti tantum sine iurisdictione, tunc suspensa per excommunicationem iurisdictione delegantis erit etiam suspensa potestas delegati.

7 In gloss.*Rationabili causa*, ibi, *& potuit esse rationabilis causa*, &c. Refero ego ipse *d.p*.1.*tit*.4.*n*.18.

8 In gloss.*ipsius*, ibi, *nec putes quod officialis alium officialem generalem dare possit*. Notatur ad hoc, quòd Vicarius Episcopi aliud Vicarium generalem sibi substituere nequit, vt per Vant. *de nullit.ex defectu iurisd. delegata num*.25. Amiles *ad cap*.4.*Prætor.verbo iustitia num*.7. Mench.*illustr.cap*.31.*num*.21.Sbroz.*de Vicario Episcopi lib*.2.*quæst*.66.*num*.1. Azor.*institut.moralium, part*.2.*lib*.3.*cap*.43.*q*.3.Zech.*de Rep.ecclesiast.cap*.23. *de Vicario Episcopi*, §.2. *num*.4. *vers*.8. Zerol.*in praxi Episcop. part*.1. *verbo Vicarius dub*.3. Iacob. Laurent. *de iudice suspecto cap*.4.*num*.20. Nicol.Garc.*de benefic. part*.5. *cap*.9. *num*.148. *cum seqq*. Narbon.*de appellat. à Vicario ad Episcopum part*.1.*numer*.219. Ex causa tamen ad modicum tempus benè potest, vt per Pauin. *de potest. Capituli part*.2.*q*.10.*num*.19. Sbroz.*d.quæst*.66. *num*.11.*&* 17. Zerol.*de verbo Vicarius versic.quartum dubium*.

9 In ead.glos.ibi, *specialem causam delegare possit*, &c. Notatur ad hoc quòd Vicarius generalis Episcopi potest vnam, vel plures causas delegare, ex Sanch.*de matrim.lib*.3.*disp*.7.*n*.21.

10 In eadem gloss. ibi, *si verò Episcopus est excommunicatus*, &c. Notatur ad hoc, quòd Vicarij iurisdictio suspenditur excommunicato existente Episcopo, seu alio iudice Ordinario, vt per Anch.*hic nu*.2.& Franch. *num*.3. Socin.*in cap. sacris sub nu*.241.*versic.talis enim de sentent.excommunic*. Paris.*cons*.89.*num*.6.*lib*.4.Rot. *decis*.4. *num*.2. *de offic. Vicar.in nouis*, Selu.*de benefic. part*.2.*quæst*.14.*num*.6. Sbroz.*de Vicario Episcopi lib*.3.*quæst*.17.*num*.1. Surd. *cons*.50.*num*.32.*lib*.1. Gutier. *canon.lib*.1.*cap*.1.*n*.83.*cum.seqq*. Soar.*tom*.5.*de censur. disp*.14.*sect*.1.*n* 1. Sanch.*d.lib*.3.*disp*.30.*num*.6. Zerol. *d.verbo Vicarius vers.octauum*, Molin. *de iustit.tract*.5. *disp*.10.*n*.2. Gonzal.*ad reg*.8.*Cancel.gl*.5.§.9.*n*.125. & plures quos refero ego ipse *d.allegat*.54. *n*.145. Iacob, Laurent.*de iudice suspecto cap*.4. *n*.10. Vgolin *de officio Episcopi cap*.4. §.2. *num*.3. *&* §.6.*n*.5. Narbon.*de appellat.à Vicario ad Episcopum p*.1. *num*.118. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist.lib*.4. *cap*.17.*num*.11.

SVMMARIVM.

1 *Officialis Episcopi non potest ex generali commissione inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus, &* n.2.

2 *Vicarius de criminibus inquirere non potest quoad eorum punitionem, non verò ad effectum remittendi culpabiles ad Episcopum.*

3 *Vicarius non potest inquisitos crimine absoluere, secus ab inquisitione, si eos immunes, & innocentes inuenerit.*

4 *Iurisdictio quæ, & qualis fuerit translata vbi dubitatur, semper est facienda interpretatio in minimo, quod tamen cum officio dato compatiatur.*

5 *Officiales Episcopi ordinariam habent iurisdictionem.*

6 *Commendatitias litteras ad Ordines dare non possunt Vicarij Episcopi ex generali commissione.*

7 *Clausula in commissione Vicariatus apponi solita*, & ad omnia alia etiamsi speciale exigant mandatum, *quam vim habeat, ostenditur.*

CAP. Licet. II. *Bonif. VIII.*

OFficialis Episcopi cum commissione generali non potest inquirere, corrigere, vel punire excessus aliquorum, vel eos amouere à suis beneficiis, officiis, administrationibus, nisi illi specialiter hæc committantur. Colliguntex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franch. Viuian.*in rationali lib*.1.*pag*.355. Alagona *in compend. pag*.192. remissiuè Casal.*in annot*.& Ximen.*in concord. pag*.1.*&* 2. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Bero.*in rub.huius tit.num*.2.*&* 26.*& cons*.23.*n*.4.*vol*.1. Ferret.*cons*.214.*vol*.1. Cuch.*instit.maior.tit*.8.*de Vicar. n*.17. Lancel.*instit.iuris Canon.tit.de officio Vicarij*, §.*per Vicarium*, Clar. §.*fin.q*.40.*num*.3. Vgolin *de officio, & potestat. Episcopi, cap*.4.§.7.*num*.2.*vers.septimo inquirere*, ego ipse *in simili tract.p*.3.*alleg*.54.*num*.117. Sanch. *de matrim.lib*.3.*disp*.29.*q*.2.*num*.16.*in princ*. Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum p*.1.*n*.91. vbi alios refert Doctores. 2

Inquirendi.] Intellige vt Vicarius de criminibus inquirere non possit quoad eorum punitionem, non verò ad effectum remittendi culpabiles ad Episcopum, quia eo casu ex generali mandato inquirere non prohibetur, vt per Rot. *decis*.2. aliàs 66. *hoc titul.in nouis*, Ioan. Monach.*in præsenti*, & Lap.*numer*.1.ac Dominic. *numer*.4. Socin. *in cap.qualiter, & quando q*.5.*art*.14. *num*.171. 3

num. 171. *cum seqq. de accusat.* Mil. *in repet. verbo Vicarius versic. sextò*, Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 11. Narbona *d. part.* 1. *num.* 192. vbi *num.* 193. post eundem Soar. *d. prælud.* 3. *num.* 11. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 166. & Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 28. sub-
4 dit Vicarium non posse inquisitos crimine absoluere, posse tamen ab inquisitione, si eos immunes, & innocentes inuenerit.

5 *Transferri volumus in eundem.*] Notatur ad hoc, quòd si sumus in dubio quæ, vel qualis iurisdictio fuerit translata, semper est facienda interpretatio in minimo, quod tamen cum officio dato compatiatur, de quo latè tractant Gasp. Valasc. *in l. imperium à n.* 35. *de iurisdict. omn. iud.* Alciat. *in cap. quod sederit n.* 17. *de officio Ordin.* Couar. *pract. cap.* 1. *num.* 10. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 97. Mori. *in emporio iuris parc.* 1. *tit. de iurisd. in prælud. à n.* 9. Cabed. *part.* 2. *decis.* 11. *n.* 8. *& decis.* 40. *à princip.* Grillor. *de iurisd. & imper. lib.* 2. *cap.* 20. *vol.* 3. *tractatuum Doctor.*

6 In glos. *Officialem.* ibi, *Officialis iste ordinariam habet iurisdictionem.* Plures ac propemodum infinitos Doctores ad hoc refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 54. *n.* 26. quibus addo Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 5. *num.* 469. *cum seq.* Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.* 1. *n.* 78.

7 In ead. glos. ibi, *vnde litteras commendatitias ad Ordines dare non possunt.* Ita Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum part.* 1. *n.* 197. & alij citati ad *cap. cùm nullus* 3. *n.* 25. *sup. de temporib. ordinat. hoc lib.*

8 In glos. *Committantur.* ibi, *secuta clausula generali, & omnia alia quæ per nos possumus, etiamsi mandatum exigant speciale*, &c. Notatur ad hoc, quòd si Vicario simul cum commissione generali aliquæ causæ ex specialibus committantur clausula generali adiecta, *& ad omnia alia etiamsi speciale exigant mandatum*, veniunt omnia etiam non expressa Ordinariamque in illis iurisdictionem habet, vt per Hostiens. Archid. Gemin. Bertachin. & alios, quos refert & sequitur Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 1. *quæst.* 65. *num.* 5. *& quæst.* 67. *num.* 3 Lancel. *instit. iuris Canon. tit. de officio Vicar.* §. *per Vicarium, verbo specialiter*, Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *num.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 29. *n.* 8. Quod ita temperandum est. vt Vicario non videatur concessa potestas in cæteris causis speciale mandatum requirentibus, sed in his tantùm quæ æquales sunt, aut inferiores, secus si grauiora negotia fiot, quia sub prædicta clausula non includuntur maiora expressis *cap. sedes*, vbi Barbat. Felin. & Butr. *de rescrip. Clem.* 2. *de procurat.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *annot.* 4. *num.* 19. *cum seqq.* Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 44. *quæst.* 11. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 11. §. 1. *num.* 69.

SVMMARIVM.

1 *Officialis Episcopi ex generali commissione beneficia conferre non potest, & n.* 2.

3 *Vicarius generalis Episcopi non potest ex generali commissione Vicariam perpetuam conferre.*

4 *Iurisdictionis in generali concessione facta ab Episcopo suo Vicario, non comprehenditur potestas conferendi beneficia, nisi exprimatur.*

5 *Vicarius si conferat vidente & patiente Episcopo, an valeat collatio, remissiuè.*

6 *Procurator generalis licèt donare non possit, remunerationis causa bene potest.*

7 *Tutores, & curatores, cæterique administratores donare possunt minorum bona causa remunerationis.*

8 *Beneficium conferre quamuis sit præcisum, & necessarium, conferre tamen magis vni quàm alteri est voluntarium.*

9 *Vicarius Episcopi potest confirmare electos & instituere præsentatos.*

10 *Vicarius ex sola generali cõmissione œconomũ deputare potest Ecclesiæ patronatæ vacanti pro eiusdẽ fructuum custodia, si Ecclesiæ prouisio differatur.*

11 *Episcopus potest committere Vicario potestatem conferendi omnia beneficia, quorum conferendorum ius ad ipsum Episcopum pertinet, dummodo non concedat, aut promittat beneficium vacaturum, huic, vel illi clerico.*

CAP. Cùm in generali. III. & vlt.

OFficialis, vel Vicarius Episcopi non potest con- 1
ferre beneficia si specialiter ei non committatur, quia in generali commissione non veniunt illa, quæ verosimiliter in specie quis non esset concessurus, & cui committitur bonorum administratio regulariter dare non potest. Colligunt ex Ordinar. Archid. Geminian. Ioan. Andr. Butr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 356. Alagon. *in compend. pag.* 129. remissiuè Casal. *in annotation.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Socin. *consil.* 260. *num.* 17. *vol.* 1. Felin. *in cap. licet* 12. *num.* 1. *de offic. Ordin.* Cott. *in memorab, verbo Vicarius pag. mihi.* 910. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 14. *n.* 27. vbi subdit nec extra diœcesim beneficia conferre posse, Franch. Marc. Delphin. *decis.* 86. *n.* 13. *vol.* 4. Petrus Gregorius *in cap. conquerente* 11. *num.* 2. *de officio Ordin.* Anast. Germon. *de indult.* Cardin. §. *tibi quoad vixeris num.* 86. *&* 87. Roland à Valle *cons.* 47. *n.* 19. *&* 21. Sbroz. *de vicario Episcopi lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 11. *& l.* 2. *quæst.* 71. *num.* 1 Marant. *consil.* 48. *num.* 6. Sahag. *in rub. de officio deleg. num.* 8. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 44. *quæs.* 1. plures, quos refert. & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *c.* 8. *num.* 80. Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancel. gloss. 5. §. 3. *num.* 25. vbi ait quòd sicut Vicarius 3
generalis Episcopi non potest conferre beneficia sine speciali facultate, ita nec potest conferre Vicariam perpetuam. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 303. *n.* 1. vbi dicit quòd nec potest consentire collationi, Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 2. *num.* 48. Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi, cap.* 4. §. 7. *num.* 2. quorum plures refero ego ipse *in simili tractat. part.* 3. *alleg.* 54. *num.* 60. *cum seqq.*

In generali enim concessione iurisdictionis facta 4
ab Episcopo suo Vicario non comprehenditur potestas conferendi beneficia nisi exprimatur, vt per Cou. *lib.* 3. *variar. c.* 20. *num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 4. *proœm. num.* 34. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 21. *num.* 9. *& quæst.* 24. *num.* 4. *& num.* 52. *& l.* 9. *quæst.* 7. *num.* 32.

Verùm autem si Vicarius conferat vidente, & pa- 5
tiente Episcopo valeat collatio? Vide Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 35. *num.* 20. *ad finem.*

In gloss. *Nec regulariter.* ibi, *vel si donare ei permi-* 6
sit, &c Notatur ad hoc, quòd licèt procurator generalis donare non possit, remunerationis causa bene potest, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo dona-*
tione largitus num. 26. *C. de reuoc. donat.* Prout etiam 7
tutores, & curatores, cæterique administratores donare possunt minorum bona causa remunerationis, ex Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 5. *tit.* 23. *num.* 11. *pag.* 760 *col.* 2.

In glos. *Libera.* ibi, *in conferendis beneficiis est libera-* 8
litas, &c. Notatur ad hoc, quòd licèt conferre beneficium sit præcisum, & necessarium, conferre tamen

magis vni quàm alteri est voluntarium,& gratiosum, ac est gratia,& liberalitas in cui dando,vt per Gonzal. *ad reg.8.Cancel,§.5.proœm.n.* 46.

9 In gloss. *Non possunt*.ibi.*sed quod possunt confirmare*. Notatur ad hoc,quòd Vicarius potest confirmare electos,& instituere præsentatos,vt per Couar. *lib.3.var. cap.*10.*n.*7.Sbroz.*de Vicario Episcopi lib.* 2.*q.* 70.*&* *q.*111.Roch.de Curte *de iurepatron. verbo competens quæst.*31.*n.* 66.*&* 67.Lambertin. *in simili tract.par.*3. *lib.*2.*art.*5.*q.*1.*princ.*Selu.*de benefic p.*2.*q.*14.Staphil. *de litteris gratia tit.de var.mod.vacat.num.* 43.Boër. *decis.*30.*num.*4 Lancel.*instit.iuris Canon.tit. de instit. & iurepatron.§.dissimiles sunt in fine,*Roland. *cons.* 47. *num.*45.*vol.*1. Zerol.*in praxi Episcop. verbo Vicarius*, §.14.Filliuc.*d.tract.*41.*cap.*1.*num.*49.Sorr. de Pace *in pract.tom.*2.*prel.*3.*num.*7.*&* 8.inde deducens Vicariū
10 ex sola generali commissione œconomum deputare posse Ecclesiæ patronatæ vacanti pro eiusdē fructuum custodia,si Ecclesiæ prouisio differatur.

11 In glos.*Commissa*.ibi,*Episcopus non potest specialiter conferre collationem alienius prebendæ*,&c. Notatur ad hoc,quòd Epispopus potest committere Vicario potestatem conferendi omnia beneficia,quorum conferendorum ius ad ipsum Episcopum pertinet,dummodo no concedat facultatem conferendi beneficium, quod non vacat,aut promittendi beneficium vacaturum huic,vel illi clerico,vt per Azor.*instit.moral.p.*2. *lib.*3.*cap.*44.*quæst.*1.*vers.quæres.*

De Officio, & potestate iudicis delegati.

Tit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Conseruator à manifestis defendit iniuriis,& iudicialem indaginem non exercet,& n.* 2.
3 *Cōcil.Trid.quid disponat circa Cōseruatores refertur.*
4 *Conseruatoria littera conceduntur hodie sub ampliori forma quàm sit ea,quæ traditur in hoc text.*
5 *Verbum,*statuimus,*est iuris noui inductiuum.*
6 *Cōseruatores sic dicūtur,quia eis incūbit cōseruare priuilegia vniuersitatibus,scholasticis,& aliis cōcessa.*
7 *Conseruator definitur,vt sit iudex delegatus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias,seu violentias iudiciali non vtens indagine.*
8 *Conseruatores nō possunt procedere aduersùs debitores ex causa ciuili, eosque ad soluendum compellere.*
9 *Conseruatores ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias,habent iurisdictionem contra personas ecclesiasticaas,& seculares.*
10 *Conseruatoria in Bulla quoties ampliori forma, quàm sit huius text.à summo Pont.fuerit concessa, tunc illa inspicienda erit.*
11 *Cōseruator debet ante omnia sūmariè examinare an violentia,seu iniuria,de qua agitur,notoria fuerit.*
12 *Recusatio non recipitur in notoriis.*
13 *Conseruator recusari potest si causa de qua agitur talis sit,in qua ipse valeat reum grauare.*
14 *Conseruator an,& quando inuocare possit auxilium brachij secularis, ostenditur.*
15 *Conseruatoribus concessa est potestas non solum aduersùs illatas iniurias, seu violentias manifestas. sed etiam inferendas.*
16 *Causæ dubia cognitio,seu examinatio fit per modum iudicij ad inuestigandam veritatem, seu iustitiam causæ de qua iudices dubij sunt.*

Cap. Statuimus. I.

Innoc. IV.

CONSERVATORES, verbi gratia, Regularium, possunt solum defendere sibi commissos à manifestis iniuriis,& violentiis,& eorum potestas non extenditur ad alia,quæ indaginem iudiciariam exigunt. Colligunt ex Ordinar. Lapus, Abb. Archidiac. Gemin. Ioan. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian.*in rationali lib.* 1.*pag.* 396. Alagona *in compend.pag.*145. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1.*&* 2. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text.deformant 2
Anton.de Butr.*in tract.de notorio art.*4.*num.*4. Petrus Gregor. *syntagm.lib.*47.*c.*22.*num.*26. Perez *l.*1.*tit.*7. *lib.*1.*Ordin.*Azeued per text.*ibi in l.*1.*tit.*8.*lib.*1.*noua recop.*Guttier.*practic.lib.*3.*quæst.*9.*num.*9.*&* 11.Valasc. *cons.*152.*num.*1.*&* 2.Syluest.*verbo Conseruator num* 3. Salzed.*ad Bernard.in pract.c.*3.*versic.sed dubium*, Fr. Emman.*q.Regular.tom.*1.*quæst.*65.*art.*11.Ceuall. *commun.contra communes quæst.*897. *num.*696. *cum seqq. tom.*4.Cardin. Tusch.*tom.*2.*lit.R.conclus.*760.*num.*3. Azor.*instit.moral.part.*2.*lib.*5.*c.*34.*quæs.*7. Molin. *de iustitia tom.*6. *disp.* 29.*n.*2.

Hodie per Concil. Trident.*sess.* 24.*de reformat.c.*5. 3
hoc vlteriùs restrictum est, dispositúmque conseruatorias litteras concessas singularibus personis cuiuscúmque dignitatis, vel conditionis, etiamsi Capitulum sit,& cum quibuscunque clausulis, aut decretis, non habere locum in causis criminalibus,seu mixtis,ex criminalibus scilicet,& ciuilibus,sed tantùm in ciuilibus,& in istis vbi personæ,quibus concessæ sunt, Rei fuerint, non Actores, & cum aliis limitationibus ibidem adductis: sub qua tamen restrictione idem Concil. declarat non comprehendi Conseruatores datos vniuersitatibus generalibus, Collegiis Doctorum, seu scholarium, Regularibus, nec non Hospitalibus actu hospitalitatem seruantibus; hi enim manent in dispositione iuris communis,de quo *in hoc text.* & tenore litterarum sub quibus fuerint dati,vt in specie notant Gutier.*de q.*9.*num.*15.Molin.*de disp.*29.*num.*2. *in fine*,Fr.Emman.*de q.*65.*art.*12. *in princ.*

Verùm aduertere oportet quòd licèt hodie in ca- 4
sibus à Concil. Trident exceptis plerumque concedi soleant litteræ conseruatoriæ sub ampliori forma quàm sit ea,quæ traditur *in hoc text. & in cap.vlt. infra hoc tit.*vt per Nauar.*in man.c.*27. *num.*125. tradítque latè Fr.Emman.*d.articul.*12.*per totum*, fatetur Gutier. *lib.*4.*pract.quæst* 63.*à n.*3.adeò vt dicant Ioan. Andr. hic in casu positione,Archid. & alij, Fr.Emman. *de art.*12. *vers.nec.* hodie ferè inutilem esse decisionem huius text.*& d.c.vlt.* cùm amplior forma sit recepta, quæ solùm est attendenda arg. text. *in cap.porro*, *de priuileg.* cum similibus. Quia tamen semper clausulæ illarum ad ius commune,de quo *hic*.reducendæ sunt, & secundùm illud, quoad fieri poterit, interpretandæ,nisi vbi in eis contrarium expressè fuerit dispositum, vt bene aduertit Valasc. reddens rationem *de cons.*152. *num.*8. *&* 9.iam apparet immeritò citatos Doctores iuris communis decisionem in hac materia superfluam asserere.

Statuimus.] Hoc verbum esse iuris noui inducti- 5
num,resoluunt Rebuff.*in concord.rub.de collat.*§.1. *lit. A*,Nicol. Garc. *de benefic.part.*3. *cap.*1. *num.*9.

Vt Conseruatores.Sic dicti,quia eis incumbit con- 6
seruare priuilegia Vniuersitatibus,Scholasticis,& aliis concessa, & secundùm illa de eorum causis iudicare, vt tradunt Molin. *tract.*5. *disput.* 29. *num.*7.

Valasc.

Valasc. *d. cons.* 152. *n.* 4. Definitur autem Conseruator vt sit iudex delegatus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias, seu violentias iudiciali non vtens indagine secundùm Spieg. *in Lexic. iuris, verbo Conseruator*, Perez *l. 1. tit. 7. lib. 1. Ordin. vers. quæri potest*, Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 5. c. 34. quæst. 1.* Syluest. *in sum. verbo Conseruator num. 1.* Fr. Ludou. Miranda *in man. prælat. tom. 2. quæst. 47. art. 1.* Monet. *de Conseruat. c. 1. n. 8.* Laurent. de Peirinis *in constit. sui Ordinis Minim. tom. 2. constit. S. Gregorij XV. n. 2.*

A manifestis iniuriis, & violentiis.] Ergo non possunt conseruatores procedere aduersus debitores ex causa ciuili, eósque ad soluendum compellere, cum talis processus iudicialem indaginem exigat, vt patet; & insuper debitum non soluere nequaquam violentiam seu iniuriam manifestam importat in eo sensu, in quo in præsenti accipitur, quibus fundamentis hanc sententiam tenet expresse Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 23.* sequuntur Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 9. n. 8. cum. seqq.* Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 23. n. 5.* Cabed. *diuers. iuris argum. lib. 3. cap. 18. n. 4.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 897. n. 711. cum seqq.* Quamuis contrarium teneant Guid. Papæ *decis. 18. num. vlt.* Perez *l. 1. vers. conseruatores autem tit. 7. lib. 1. Ordin.* & Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 65. art. 12.* cuius fundamentis respondit, ab eiúsque impugnationibus se defendit idem Gutier. *pract. lib. 4. q. 63.* quam totam in prædicta defentione consumpsit.

9 *Defendere possint, quos eis committimus defendendos.* Intellige siue causa agitetur contra personas ecclesiasticas, siue etiam contra seculares, nam eum in his terminis, vbi videlicet solùm tractatur de iniuriis, & violentiis manifestis, personis, seu rebus ecclesiasticis illatis, causæ hæ natura sua tanquam sacrilegium inuoluentes ad forum ecclesiasticum etiam contra seculares spectent, ex reg. tex. *in cap. cùm sit generale, & in c. conquestus*, cum ibi notatis *de foro compet.* meritò super illis contra omnes etiam seculares potestas Conseruatoribus à iure concessa intelligitur, cùm non fiat præiudicium iurisdictioni seculari, cessétque proinde reg. *c. nouit, in princ. de iudic. c. per venerabilem, qui filij sint leg.* cum similibus, tradunt. in terminis Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 3. vers. nec minus aduersatur*, Cabed. *diuers. iuris. argumen. lib. 3. c. 18. n. 6.*

10 In glos. *positionis casus.* ibi, *& ista vera sunt, nisi in priuilegiis*, &c. Notatur ad hoc, quòd quoties in Bulla conseruatoria amplior forma quàm sit huius textus à summo Pont. fuerit concessa, tunc illa inspicienda erit vt obseruant Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 3. vers. verius tamen*, Ceuall. *d. tom. 4. q. 897. n. 722. cum seqq.* Cabed. *d. c. 18. n. 3.* Fr. Emman *d. art. 12. vers. quantum ad primum.*

11 In glos. *Conseruatores.* ibi, *d. c. quòd bene probationes recipiet Conseruator an factum sit notorium*, &c. Notatur ad hoc, quòd Conseruator debet ante omnia summariè examinare an violentia, seu iniuria de qua agitur, notoria fuerit, & super eo probationes recipere ad fundandam suam iurisdictionem, itaut si inueniat illam notoriam, procedat, aliàs se incompetentem pronunciet, vt per Gail. *lib. 1. obseruat. 34. n. 3.* D. Barbos. *in l. si quis ex aliens n. 112. & 148. ff. de iudic.* Itaut Conseruator non possit procedere contra iniurias, seu violentias, nisi constito sibi quòd manifestæ fuerint, seu notoriæ, & ita constito de qualitate notorij, vt obseruant Ioan. Andr. *cons. 2. & 4.* Monach. *num. 4. & 4* Domin. *n. 6. cum. seqq.* Anchar. *num. 5.* Franch. *n. 4. in præsenti*, Syluest. *verbo conseruator num. 3.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 34. quæst. 7.* Molin. *d. tract. 5. disput. 29. num. 2.* Fr. Emman. *d. tom. 1. quæst. 65. art. 11.*

vers. aduertendum insuper, & post. Coch. Ludouic. Mirand. & alios, ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 106. n. 17.*

12 In ead. gloss. ibi, *quia in notoriis non admittitur recusatio.* Notatur ad hoc, quòd in notoriis non est recipienda recusatio, vt per Perez *l. 1. vers. est dubium tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 573. col. 1.*

13 In ead. glos. ibi. *ergo recusari non poterit.* Quamuis glos. hæc referat Bernardum existimantem recusationem non admitti in Conseruatoribus, & eam sequatur Azor. *instit. moral. part. 2. l. 5. c. 34. quæs. 11.* Contrarium tamen, si causa de qua agitur talis sit, in qua ipse valeat reum grauare, tenent Gom. *tom. 3. variar. c. 1. num. 46.* Bursat. *cons. 21. num. 25. lib. 1.* farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 130.* & probat expresse Concil. Trid. *sess. 4. de reformat. c. 5. vers. quod si*, vbi præscribit formam secundùm quam procedi debeat si Conseruator suspectus esse dicatur, & per illud ita tenet in terminis Ceuall. *d. tom. 4 quæst. 897. n. 779. cum seqq.*

14 In ead. gloss. ibi *inuocare posse auxilium brachij secularis.* Notatur ad hoc, quòd Conseruator inuocare potest auxilium brachij secularis, vt per Azor. *instit. moral. part. lib. 5. c. 34. quæst. 10.* Ceuall. *d. tom. 4. q. 897. n. 718.* quorum doctrina absque dubio procedit vbi in litteris Conseruatoris facultas inuocandi hoc auxilium fuerit expressa, prout ex stylo Curiæ exprimi solet, vbi verò non fuerit expressa, adhuc huius glossæ sententia procedere potest secundùm aliam communem Doctorum opinionem, quæ habet regulam *cap. 1. sup. de offic. Ordin. & cap. administratores n. 5. q. 5. cum similibus*, vbi iudicibus Ecclesiasticis potestas datur inuocandi hoc auxilium, locum habere etiam in delegatis, iuxta text. *in c. vt officium §. compescendi, vers. num. 3.* Abb. *n. 8.* & alij *in c. significasti sup. hoc tit.* vbi Bero. *n. 24.* communis ex Couar. *practic. c. 10. n. 1.* latè Nauar. *in cap. cum contingat, remed. 1. à n. 1. de rescript.* Menoch. *remed. 3. retin. n. 390.* Mandos. *in reg. 17. Cancellariæ q. 2. n. 12.*

15 In glos. *Defendere* ibi, *intelligi potest de commissa, & committenda.* Notatur ad hoc, quòd Conseruatoribus concessa est potestas non solum aduersùs illatas iniurias, seu violentias manifestas, sed etiam inferendas, vt per Molin. *de instit. tom. 6. disp. 28. n. 2. vers. potest tamen in fine.*

16 In glos. *Indaginem.* Notatur ad hoc, quòd causæ dubiæ cognitio, seu examinatio sit per modum iudicij ad inuestigandam veritatem, seu iustitiam causæ, de qua iudices dubij sunt, vt per Syluest. *in summ. verbo Conseruator n. 1. in fine*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 34. quæst. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pontificali dignitati defertur in constitutionibus, & pœnis.*

2 *Episcopi multoties Pontifices nuncupantur.*

3 *Episcopatus dignitas est, Episcopusque nomen est dignitatis, & potestatis.*

4 *Dignitati, seu nobilitati in iudicio est deferendũ circa pœnas, coactiones, & modum procedendi. Limita quando nimia extiterit eorundem contumacia, vt n. 14.*

5 *Conseruatores qualiter contra Episcopos procedere debeant, ostenditur.*

6 *Episcopi appellatione non venit electus, & canonicè confirmatus, nondum tamen consecratus in spectãtibus ad Ordinem Episcopalem, secus tamen in spectantibus ad iurisdictionem.*

7 *Ingressus Ecclesiæ an sit censura, & quos effectus operetur remissiuè.*

8 *Interdictum specialiter prolatum ad vnam specialem actionem, ab illa tantùm priuat.*

9 *Interdictus ab officio sacerdotali prohibetur solùm ab illis, quæ sunt propriè Sacerdotis.*

10 *Suspensus ab officio simpliciter fit suspensus ab omnibus, quæ competunt vel ratione Ordinis, vel ratione iurisdictionis, seu alterius administrationis ecclesiasticæ.*

11 *Episcopus ab officio simpliciter suspensus, manet etiam suspensus à Pontificalibus, quibus in exercitio officij sui vti potest.*

12 *Censura ecclesiastica quando dicatur aggrauari, ostenditur.*

13 *Interdictum propter culpam Episcopi ferri potest in terram, quæ eidem solùm quoad iurisdictionem ecclesiasticam est subiecta.*

15 *Suspensus à Pontificalibus tantùm in illis celebrando an fiat irregularis, & n.16.*

17 *Episcopus à Pontificalibus suspensus nequaquam prohibetur celebrare Missam priuatam.*

18 *Index si non seruata forma huius Decretalis statim excommunicet, vel suspendat Episcopum, aut Superiorem, tenet sententia, & n.19.*

Cap. Quia Pontificali. II.

1 IVdices, vel Conseruatores Papæ, quando veniendum est ad coactiones, vel pœnas contra Episcopos, debent deferre eis, & honorare illam dignitatem, quare prius eis interdicant ingressum Ecclesiæ, vel sacerdotale ministerium, deinde ab Officio suspendant, & tandem grauent censura ecclesiastica, nisi fortè culpa, vel proteruia aliud persuaserit. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 396. Alagona *in comp pag.* 145 remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 *Pontificali dignitate præditus.*] Id est, Episcopis, nam & Pontifices multoties nuncupantur, vt probat text. *in cap. Pontifices, 7. quæst. 1. cap. Messana, de elect. c. quod translationem, de tempor. ordin. cap. quia periculosum,* ibi, *Pontificalis officij, de sent. excomm. hoc lib.* immo Isid. *in c. cleros, vers. Pontifex 21. dist.* vocat eos maximos Pontifices, hoc est, maximos Sacerdotes, & *in vers. Presbyter,* addit eosdem Pontificatus apicem habere, vt notant Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. quæst. 1. vers. quæres,* Durand. *in ration. diuin. offic. lib. 2. c.* 21. ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 4.*

3 Notari etiam solet hic text. ad hoc, quòd Episcopatus dignitas est, Episcopúsque nomen est dignitatis, & potestatis, non officij tantum, vt per Henriq. *in summ. lib. 10. c. 32. §. 2.* Azor. *d. cap. 27. quæst. 2.* Vnde appellatione dignitatis in iuris, vel hominis dispositione Episcopalis venit, secundùm Simonet *de reseruat. quæst. 11. per totam.* Mandos *in reg. 32. Cancel. q.* 15. Gamb. *de potestate Legati lib. 2. n. 41. cum seqq. & lib. 5. à n.* 222. Hoied. *de incompatibil. benefic. part. 1. c. 24. n.* 64. qui magis communiter distinguunt inter materiam fauorabilem, & odiosam, itaut in illa, non verò in ista sub appellatione dignitatis comprehendatur Episcopalis.

4 *Gradus, & modestia in huiusmodi processu seruetur,* &c.] Notatur ad hoc, quòd circa pœnas, coactiones, & modum procedendi in iudicio dignitati, seu nobilitati est deferendum, itaut mitius cum nobilibus, seu in dignitate constitutis agendum sit, & mitius quàm alij inferiores, seu ignobiles puniantur, ita per text. *in cap. sanè* 11. ibi, *temperatè procedens, & in cap. pastoralis 28. in fine princip.* ibi, *dignitati deferas, & personæ sup. hoc tit. & in cap. vlt.* ibi, *volentes tamen nobilitati parcere, de pœnis, & in l. sacrilegij pœnam, in princip.* ibi, *pro qualitate personæ ff. ad leg. Iuliam pecul.* obseruant Ioan. Andr. Domin. & Franch. *hic n. 3.* Anch. *num. 1.* Abb. *n. 5. & in d. c. Pastoralis,* vbi Imol. Felin. & Barbat. latè idem Felin. *in d. c. cùm quidam num. 5.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. à n. 108. cum seqq. & de pœnis temper. causa 31. à princip.* Cou. *lib. 2. var. c. 9. n. 3.*

Vt cùm à iudicibus, vel Conseruatoribus, &c.] Hic 5
text. præscribit Ordinem seruandum, quo iudices, vel Conseruatores Apostolici contra Episcopos debeant procedere, neque enim statim à principio sunt excommunicandi, sed seruata modestia, & reuerentia, quæ eorum dignitati debetur, veniunt priùs coërcendi per pœnas, de quibus *hic,* iuxta ordinem in text. præscriptum, ac demum postea si negotium postulauerit, censura poterit contra eos ecclesiastica aggrauari, vt notant omnes *hic, & in c. sanè il 2. vers. ita quod, sup. hoc tit.* Syluest. *in summ. verbo Conseruator n. 4. vers. dico.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 34. q.* 12.

Intellige supradictam distintionem huius text. 6
obtinere non solùm in Episcopis consecratis, sed etiam in electis, & confirmatis tantùm, vt post Ioan. Andr. beneagnoscunt Franch. *num. 2.* Domin. *n. 1. in præsenti,* ex eo comprebantes, quia illius priuilegium Episcopis conceditur ob reuerentiam eisdem debitam ratione dignitatis, & officij Episcopalis, non verò ratione Ordinis, vt patet in princip. ibi *Pontificali dignitate præditis ob reuerentiam sacri officij, quod exercent,* &c. planè Episcopus electus & canonicè confirmatus, nondum tamen cõsecratus, licèt in spectantibus ad Ordinem Episcopalem appellatione Episcopi non veniat ex multis, de quibus Fel. *in c. eam te n. 1. de rescript.* quod tamen attinet ad iurisdictionem, & officium Episcopale, omnia valet exercere, quæ non fuerint Ordini annexa, iuxta text. *in c. transmissam 15. c. nosti,* vbi gloss. *c. qualiter, de elect.* ac subinde simpliciter Episcopos appellatur, *Clem. 1. iuncta glos. verbo Episcopus de foro compet. Clem. 2. vbi glos. verbo Episcopi, de rescript.* Fel. *in d. c. eam te n. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 29. quæst. 5.*

Ingressus primo ipsis Ecclesiæ, &c.] Hæc est prima 7
censura à qua iudices debent exordiri in pœnis, seu coactionibus Episcopis inferendis, vt præcipit text. *in c. sanè il 2. vers. ita quod, hoc tit. in antiq.* de illaque sæpe alibi in iure mentio fit modò sub nomine interdicti, modò sub nomine suspensionis, vt *in cap. vlt. vers. alioquin de offic. Ordin. hoc lib. 6. c. Episcoporum, de priuileg eod. lib. c. sacro 48. in princip. de sent. excom. cap. 1. eod. tit. hoc lib.* 6. cum multis aliis. Quærunt Doctores quænam censura hæc sit, an scil. interdictum, vel suspensio. & quos effectus in iure operetur, quod quia non est proprium huius loci, videri poterit per text. vbi latè scribentes omnes *in c. 1. cum 20. inf. de sent. excom. hoc lib. 6.* tradunt Archid. & Aoch. *hic n. 2.* Doct. *in d. c. sanè,* vbi Sicul. Dec & alij, glos. *verbo interdictum in d. c. sacro, & ibidem* Felin. *n. 8.* Abb. *n. 10* prosequuntur late Nau. *in man. c. 27. n. 170.* Cou. *in c. alma mater part. 2. §. 1. à n. 3.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 32 n. 2.* Auil. *de censur. p. 3. disp. 2. dub. 1. concl. 13. & part. 5. disp. 4. dub. 5. concl. 5. 6. & 7.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 35. sect. 4.* Sayr. *eod. tract. lib. 5. c. 9. à n. 14. & lib. 4. c. 7. à n. 11.*

Vel Sacerdotale interdicatur ministerium.] Idē pro- 8
bat text. *in cap. sanè il 2.* ibi, *vel Sacerdotale officium interdicat, hoc tit. in Decretal.* Circa quod est aduertendum cum glos. *verbo officium in eod. cap. sanè,* interdictum hoc, quia absolutè non ponitur, sed determinatè, & specialiter fertur ad vnam specialem actionem.

actionem, veluti ad officium, ſeu miniſterium ſacer-
dotale.ab illo tantùm priuare, & ab omnibus, quæ in
eo includuntur, vel ſine illo exerceri non poſſunt, non
tamen ab aliis, quæ vel in eo non comprehenduntur,
vel ſine illo valent exerceri, arg. *cap. ſignificauit*, iuncta
gloſ. *verbo officium, de corpore vit.* Cuius rei ratio eſt,
quia cum interdictum odioſum & pœnale ſit, ad ca-
ſum tantùm expreſſum reſtringi debet, iuxta vulgares
regulas, *cap. odia, & in pœnis, de regulis iuris, hoc lib.* tra-
dunt in terminis agentes de interdictis Nauar. *in man.
cap. 27. num. 170.* Couar. *in cap. alma mater part. 2. §. 1.
num. 4.* Syluest. *verbo interdictum 4 quæſt. 4.* Armil. *eod.
verbo. §. 28.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. cap. 43. §. 6.* Auil *de
cenſur. part. 5. diſput. 4. dub. 5. concluſ. 4.* idem etiam oc-
cantes in ſuſpenſione, vt per Henriq. *d. lib. 13. cap. 32.
§. 1.* latè Sayr. *de cenſur. lib. 4. cap. 3. num. 15. cum ſeqq.*
& hæc ſpecies interdicti, vel ſupenſionis appellatur
partialis ad differentiam totalis, quæ ſimpliciter, &
abſolutè fertur, ac ſubinde omnes effectus includit,
Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 32. ſect. 2. num. 27. & diſp. 25.
ſect. 2. num. 14.*

9 Vnde fit quòd Epiſcopus, vel alius Sacerdos inter-
dictus ab officio ſacerdotali, vt *hic*, prohibetur ſolùm
ab illis, quæ ſunt Propria Sacerdotis, vt ſunt miniſte-
rium Miſſæ, & ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramen-
tum, iuxta *cap. 1. verſ. & hoc vtique, de ſumma Trinit.* &
alia, quæ refert gloſ. *verbo officium, in d. cap. ſignificauit,
de corp. vit.* Sayr. *d. lib. 4. cap. 3. num. 17.* ac denique ab
eis; quæ ſine illo exerceri non poſſunt, veluti ab Offi-
cio Pontificali, quod ſine Sacerdotali exerceri non va-
let. *cap. ex litteris. de exceſſ. Prælat.* notarunt. gloſ. *hîc
verbo Sacerdotale;* Domin. *n. 7.* & Franch. *n. 3.* Henriq.
d. cap. 43. §. 6. Auila *d. concluſ. 4.* ſic explicantes quid im-
portet interdici ſacerdotale miniſterium, vel ab eo ſuſ-
pendi. Cæteros verò actus, qui ſacerdotale officium
non prærequirunt, adminiſtrare valet, vt circa ſuſpen-
ſionem tradunt communiter Doctores cum quibus
proſequuntur Henriq. & Auil. *vbi proximè*, Sayr. *d.
lib. 4. cap. 4. à num. 6. & cap. 3. n. 16. & 17.* Soar. *d. tom.
5. de cenſuris diſp. 26. ſect. 4.*

10 *Ac deinde ab officio ſuſpendantur.*] Cùm text. hic ſu-
ſpenſionem hanc ab officio ſimpliciter, & abſolutè
ferendam decernat ſine vlla nominatione talis, vel
talis officij, omnia ſine dubio includit, quæ compe-
tunt vel ratione Ordinis, vel ratione iuriſdictionis,
ſeu [illegible] adminiſtrationis eccleſiaſticæ, vt gene-
raliter deducitur ex proprietate verbi, *officium*, quod
de ſe valdè latum eſt, & in ſpecie quoad officia
competentia ratione Ordinis bene probatur ex textu
in cap. 1. in fine verſic. ſciturus, iunctis verbis præce-
dentibus, *inf. de re iudic. hoc lib. 6.* & fortius iuxta in-
ductionem, quam de eodem textu facit Soar. *in loco
infra citando num. 5. & 6.* quoad ea verò, quæ compe-
tunt ratione iuriſdictionis ex text. *in cap. quia diuer-
ſitatem, verſic. ſic tamen,* ibi, *& tunc ſi voluerit, non ta-
men valuerit, &c. de conceſſ. præb.* & eſt communis, ac
celebris doctrina gloſſæ per text. *ibi verbo à ſuſpenſis,
in cap. cum dilectus, de conſuet.* vbi Innocent. *num. 4.*
Abb. *à num. 18.* & alij contra *gloſ. in cap. audiuimus,
24. quæſt. 1.* tradunt vltra antiquiores *in dictis iuribus*,
Domin. *hîc num 8.* Anchar. *not. 5.* Franc. *num. 3.* Syluest.
verbo ſuſpenſio num. 5. Henriq. *lib. 13. c. 32. §. 2.* Auila.
de cenſur. part. 3. diſp. 1. dub. 1. concluſ. 5. Sayr. *eod.
tract. lib. 4. c. 5. à num. 2.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 26.
11 ſect. 1. num. 3. cum ſeqq.* Illud ſolum in propoſito, ſi-
quidem text. loquitur dè Epiſcopo, aduertere oportet
Epiſcopum ab officio ſimpliciter ſuſpenſum, manere
etiam ſuſpenſum à Pontificalibus, quibus in exer-
citio officij ſui vti poteſt, Syluest. *vbi ſup.* Tabien.
verbo ſuſpenſio num. 4. Auila *d. concluſ. 5.* Sayr. *d. c. 5. n. 4.*

& 5. ſubdens tamen illum licèt ſuſpenſum poſſe ince-
dere in apparatu Pontificali ſi nullum actum Pontifi-
calem, vel officium exerceat.

Aggrauetur cenſura eccleſiaſtica contra eos, &c.] In- 12
tellige, vel proferendo ſententiam excommunicatio-
nis in eos, vel etiam interdicti in terras illorum, vt de
interdicto eſt text. in terminis *in cap. ſanè il 2. in fine,
verſ. aut etiam, ſup. hoc eod. tit.* cuius dum text. no-
ſter non meminit ſub aggrauatione cenſuræ de qua
hic, neceſſariò includitur, ſentiunt expreſſe Franch.
num. 4. Dominic. *num. 7. in præſenti*, Doctores *in eod.
cap. ſanè*, diſputantes an hoc interdictum propter 13
culpam Epiſcopi ferri poſſit in terram, quæ eidem ſo-
lùm quoad iuriſdictionem eccleſiaſticam eſt ſubiecta,
vel requiratur quòd etiam temporalem ibidem obti-
neat, quod licèt videatur inſinuare text. *in verbo ſpe-
cialiter*, & ſequantur Viocent. Card. & Abb. *num. 7.*
Henriq. *in ſumm. lib. 13. cap. 50. §. 3.* ſic intelligens il-
lum text. verius tamen eſt oppoſitum, nempe ſufficere
ſolam eccleſiaſticam iuriſdictionem, quemadmodum
in dominis, ſeu Rectoribus ſecularibus ſufficit ſola ſe-
cularis, iuxta reg. text. *in cap. ſi ciuitas*, ibi, *domini, vel
Rectores, inf. de ſentent. excomm. hoc lib. 6.* tradunt Dec.
in eod. c. ſanè not. 7. Felin. *num. 2.* Couar. *in cap. alma ma-
ter, part. 2. §. 1. num. 4.* Vgolin. *de cenſur. tab. 5. c. 20. §. 1.
n. 2.* Sayr. *eod. tract. lib. 5. cap. 11. num. 9.* Soar. *d. tom. 5.
diſp. 36. ſect. 3. num. 7.* nec dicto, *ſpecialiter*, de qua *in
d. cap. ſanè*, quicquam facit, quia non conſtruitur cum
verbo *pertinet*, quod præcedit, ſed cum verbo, *ſupponat*;
quod ſubſequitur, vt ſentit Dec. *vbi ſup.* & probat vir-
gola ibidem interiecta.

Niſi fortè aliter fieri ſuaſerit, &c.] Ponitur in hoc 14
verſ. notabilis quædam limitatio ad præcedentem tex-
tus deciſionem, nempe ordinem, de quo *ſuprà* circa
coactiones, & pœnas Epiſcopis imponendas præter-
mitti poſſe ſi nimia fuerit eorum contumaciæ pertina-
cia, vt poſt Monac. *num. 1.* & alios *hic*, notat Sicul.
num. 16. in c. ſane il 2. ſuprà hoc tit. in Decretali. Ioan.
Andr. & Anton. *in cap. ea, quæ, de ſtatu monach.* Felin. *in
cap. cum quidam num 5. verſic quartus eſt, de iureiur.*
ſimiliter etiam aduertentes quòd licèt aliàs nobilitati,
ſeu dignitati in pœnis inferendis deferendum ſit, il-
lud tamen non procedit, quando nimia extiterit eo-
rundem contumacia. Felin. *in cap. paſtoralis, in princip.
n. 3. verſ. quintò fallit. ſup. eod. tit.* & alij de quibus Tiraq.
de nobilit. c. 20. num. 131.

In gloſ. *Sacerdotale.* ibi, *ſuſpenſus à Pontificalibus* 15
tantum in illis celebrando non fit irregularis. Sequuntur
Innocent. *in cap. 1. verbo à diuinis, de ſentent. excommu-
nic. hoc lib.* S. Antonio. *part. 3. ſumma tit. 28. cap. 4. vltra
med.* Couar. *in Clem. ſi furioſus, part. 1. §. 1. n. 1. verſic.
ſecundùm.* Iacob de Graff. *in aureis deciſion. part. 1.
lib. 4. cap. 25. num. 3.* qui in eo præcipuè nituntur quòd
Pontificalia non ſunt de ſubſtantia Ordinis; celebra-
tionis, aut Officij, cùm ſine illis quodlibet Officium
fieri poſſit.

Contrariam tamen ſententiam tenuerunt Calder. 16
in tract. de interdicto memb. 2. q. 3. Nauar. *in man. c. 27.
n. 163. verſ. ex quo infertur primò,* Viuald. *in candel. tit.
de ſuſpenſ. num. 146.* moti ex eo, quia cùm Epiſcopatus
per ſe Ordo ſit, vt latè probaui *de officio, & poteſt. Epi-
ſcopi part. 2. alleg. 1. num. 18.* celebrare in apparatu Epi-
ſcopali, ſeu Pontificali eſt exercere actum proprium
Ordinis Epiſcopalis, à quo Epiſcopus ſuſpenſus eſt,
ſucceditque proinde reg. text. *in cap. 1. in fine verſ. ſci-
turus, inf. de re iudic. hoc lib.* Inter quas tamen opinio-
nes elegantem diſtinctionem tradit Vgolin. *de cenſur.
tab. 1. c. 14. §. 1. n. 2.* quã meliùs explicat Sayr. *eod. tract.
l. 4. c. 16. num. 27. cum duobus ſeq.* vbi plenè videri pote-
rit. Illud ſolum adde Epiſcopum à Pontificalibus

suspensum nequaquam prohiberi celebrare Missam priuatam, vt ex reg. text. *in c. significauit, de corpore vit.* post Syluest. & Nauar. quos citat, docet Henriq. *d. lib.* 13. *cap.* 32. §. 2. Auil. *de censur. part.* 3. *disput.* 2. *dub.* 2. *concl.* 10.

18 In glos. *Aliter*, vlt. ibi, *Quod si iudex*, &c. Probat hæc glos. quòd si iudex non seruata forma huius Decretalis statim excommunicat, vel suspendit Episcopum, vel Superiorem, tenet sententia, idem probant Domin. & Franc. *hic num. vlt.* vbi aliqua adducunt in confirmationem, vltraque id ipsum comprobari potest ex communi Doctorum resolutione, quam aduersùs alios sequuntur Couar. *in cap. alma part.* 1. §. 9. *n. vlt.* Nauar. *in cap. cùm contingat.* 5. *causa nullit. versic. neque num.* 6. *& 7. de rescript.* plures de quibus Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 26. vbi docent quòd licèt excommunicatio secundùm ordinem à iure præscriptum *in cap. sacro* 48. *de sent. excom.* non debeat ferri nisi præcedente trina monitione, attamen absque illa etiam à delegato prolata mero iure valida est, communis per textum *ibi in eod. cap. sacro*, text. vbi glos. *verbo iniustas in c. Romana* 5. *illo tit. hoc lib.* facit etiã in confirmationem decisio *l.* 1. *C. de appellat.* iuncta reg. *l. ordinary, C. de rei vendicat.* Et denique quia Ordo iuris in his, quæ non sunt de substantia, sed de ordine Iustitiæ, vt Doctores vocant, qualis sine dubio videtur Ordo, de quo *hic*, etiamsi omittatur, vel præposteretur non annullat, quia solùm respicit ius litigatoris, vt est celebris doctrina glos. *in summ. versic. hoc tamen scias* 2. *quæst.* 1. quam sequuntur Abb. & alij *in c. exhibita num.* 12. *de iudic.* & per plura exempla prosequitur Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus num.* 15. *& à num.* 48. Vnde bene notauit Domin. *in præsenti n.* 7. quòd si Ordo de quo *hic*, non seruetur, à tali processu debet appellari.

19 Nec obstat illud, quod pingit idem Domin. *hic* nempe textum loqui de Conseruatoribus, qui sunt iudices delegati, iuxta *c.* 1. *& vlt. hoc tit. & lib.* Vnde videbatur quòd si prætermisso ordine huius text. statim à principio Episcopos excommunicauerint, illorum sententia non teneat tanquam iniusta, & lata contra ordinem, & intentionem Pontificis delegantis de qua *hic*, iuxta doctrinam glos. *verbo ad talia. in cap. vlt. de præbend.* per text. *ibi, & in præsenti, verbo ad cautelam, inf. de sent. excomm. lib.* quam sequuntur Hostiens. & alij *in eod. cap. vlt.* Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 13. §. 18. *num.* 18. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 15. Respondetur enim falsum esse, simpliciter, & absolutè loquendo, sententiam delegati iniustam, siue excommunicationis, siue aliam, nullam esse, vt post Cardin. Abb. & Imol. *in d. cap. cum contingat* 5. *causa nullit. n.* 7. Sayr. *d. lib.* 12. *num.* 26. vbi multos citant, solùmque doctrina illarum glossarum procedit, & intelligitur quando in delegatione, seu rescripto certa forma fuerit præscripta, tunc enim illa non seruata, sententia nulla erit, ex reg. text. *in cap. cùm dilecta, de rescript. cap. vlt. de restit. spol.* cum similibus explicatis optimè per Nauar. *num.* 7. *& 8. vbi supr.* Sayr. *d. c.* 12. *num.* 26. *in fine, & d. cap.* 16. *num.* 15. qui tamen in proposito huius text. (in quo non agitur de forma, seu ordine in delegatione, seu rescripto expressa, sed tantum à iure præscripta) nequaquam reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Delegato procedente cum duobus subdelegatis non in totum, ad Papam, non ad condelegatos appellari debet, & n. 2. amplia vt n. 6. & 8.*

3 *Ordinarius, & delegatus vbi cõcurrunt in eadẽ causa, appellatio non ad Superiorem Ordinarij, sed ratione iurisdictionis delegatæ dignioris, ad delegantem interponitur.*

4 *Ecclesiasticus, & secularis vbi simul cognoscunt, appellatio de iure ad ecclesiasticum deuoluitur.*

5 *Potentius, seu dignius trahit ad se naturam minus potentis, siue minus digni.*

9 *Vnus, vel duo ex delegatis si non simpliciter, aut in totum, sed aliquid sibi de iurisdictione reseruando, alteri collegæ subdelegauerint vices suas, tunc ad primum delegatum erit appellandum.*

10 *Cõmissionis vigore factæ à Papa tribus sine clausula,* Quòd si non omnes. &c. *si duo ex illis subdelegauerint, tertio se excusante, tunc si ab illis appelletur, non ad primum delegantem sed ad delegatos subdelegantes appellatio erit interponenda.*

CAP. Si duo. III *Bonifac VIII.*

DElegati iudices tres si sint duo ex illis, duobus aliis non in totum subdelegauerint vices suas, ipsique subdelegati cum delegato tertio, qui non subdelegauit, in causa procedant & ab vtrisque, delegato videlicet, ac subdelegatis insimul appelletur, non ad delegatos, sed ad primum delegantem prouocari debet Colliguntur ex ordin. Archid. Gemin. Io. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. t. pag.* 397. Alagona *in compendio pag.* 146. 1

Cuius decisionis ratio ea est, quia cùm in his terminis ex ratione & persona subdelegatorum appellatio ad delegatos esset interponenda, iuxta text. *in cap. si delegatus vers. ad eam. inf. hoc tit.* ex ratione verò, & persona delegati tertij non ad illos vtpote æquales, sed ad primum delegantem deberet prouocari, ac subinde ex diuersis respectibus diuersa emergerent, & contraria, negligitur consideratio personæ subdelegatorum licèt duo sint, & ita numero excedant (quod rationem dubitandi faciebat) & attenditur potius persona, & iurisdictio vnius delegati, vt illius respectu ad Papam delegantem appelletur, tum quia est iurisdictio magis dignior, *cap. sanè il* 2. cum *ibi* notatis *sup eod.* & quoties super eadem causa concurrunt plures iudices habentes diuersam iurisdictionem, attenditur quoad appellationem iurisdictio dignior vt est text. elegans & similis *in l. præcipimus* 32. *in fine, vers. eodem, C. de appellat.* tum etiam, quia idem obseruatur quando in vna, & eadem persona concurrit iurisdictio delegata, & subdelegata, text. sic intelligendus *in c. super quæstionum* §. *si vero vers. vnde, hoc tit.* tum denique, quia hoc modo absurdum vitatur ne ab æquali, nempe delegato, ad æquales nempe condelegatos appelletur, iuxta reg. text. *ind.* 1 §. *si quis ff. de appellat. c. anteriorum, vers. illo videlicet* 2. *quæst.* 6. cum adductis per Surd. *consil.* 106. *num.* 10. *lib.* 1. Scacc. *de appellat. quæst.* 2. *à num.* 3. *& 9.* tradunt & explicant in specie *glos.* 1. *& vlt. hic*, Ioan. Monach. *num.* 1. 2. vbi additio Probi *num. etiam* 2. Anchar. *notab.* 3. *in præsenti*, Ian. Andr. *in addit. ad Specul. tit.* 2. *tit. de appellat.* 4. *nunc tractemus num.* 11. Quintanad. *de iurisdict. lib.* 2. *tit. de subdelegat. n.* 30. Scacc. *de quæst.* 8. *num.* 39. *vers. confirmatur.* 2

Sic etiam vbi in eadem causa concurrunt Ordinarius, & delegatus appellatio non ad superiorem Ordinarij, sed ratione iurisdictionis delegatæ dignioris ad delegantem interponitur, vt in Inquisitoribus, & Ordinarius simul procedentibus obseruat Anchar. *hic de notab.* 3. Abb. *in d. cap. super quæstionum* §. *si verò n.* 5. & in aliis exemplis tradunt Alex. *consil.* 12. *per totum lib.* 6. Card. Tusch. *lit. A. concl.* 352 *n.* 33. Stephan Gratian. *disc ept. forens. cap.* 100. *n.* 50. 3

Sic

4 Sic quoque vbi secularis, & ecclesiasticus simul cognoscunt, appellatio de iure ex eadem ratione ad ecclesiasticum deuoluitur, iuxta doctrinam Bart. *ind. lib. 1. §. si quis num. 13. ff. de appellat.* Felin. *in cap. 1. num. 6. eod. tit.* Bero. *in rub. de appellat. num. 85.* Ias. *in l. imperium num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic.* Stephan. Gratian. *d. cap. 100. num. 51.* Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 118. num. 6. & casu 120. num. 10. cum seqq.*

5 Sic denique regulariter id, quod est potentius, seu dignius trahit ad se naturam minus potentis, seu minus digni cùm simul permiscentur, licèt minus potens numero excedat, *cap. quod in dubiis, in fine, & ibi gloss. de consecrat. Eccles. c. 1. eod. tit. hoc lib.* & vtrobique scribentes, Tiraq. & ab eo citati *de retract. lig. §. 1. gloss. 7. num. 83.* notans, & adducens ad id decisionem huius text. vt etiam fecit glos. *in praesenti* in casus positione in fine, & post eam Dominic. *num. 2.* Anch. *notab. 3.*

6 Primò autem extende, & intellige decisionem huius text. vt à fortiori procedat quando vel vnus tantùm delegatus subdelegauit non in totum, vel duo illi non duobus, sed vni tantùm simili modo vices suas commiserunt, militant enim in his terminis fundamenta modò adducta, & cessat ratio dubitandi desumpta ex maiori numero subdelegatorum, vt bene notant *gloss. 1. hic*, Ioan. And. & Domin. *num. 2. in fine, & num. 3.*

7 Secundò extende, & intellige decisionem huius text. locum similiter habere quando fuerint duo tantùm delegati, & vnus ex illis subdelegauerit vices suas in totum, alter pro parte reseruando sibi aliquid de iurisdictione, tunc enim si à subdelegatis appelletur, non ad istum delegatum, qui sibi de iurisdictione retinuit, sed ad primum delegantẽ erit appellandum, quasi in hoc casu ad effectum appellationis attendatur solùm subdelegatio illius, qui totaliter subdelegauit, ex rationibus de quibus *suprà*, Archid. & Franc. *vers. in gloss. 2.* Domin. *num. 3. in praesenti.* Ioan. Andr. & Innocent. *in d. cap. super quaestionum §. si vero, sup. hoc tit.* Specul. *2. part. tit. de appellat. §. nunc tractemus num. 11. vers. sed pone*, Scacc. *d. quaest. 8. num. 36.*

8 Tertiò extende decisionem huius text. vt etiam locum obtineat si ex omnibus delegatis duo, vt *hic*, vel ex duobus vnus tantùm, vt *in d. c. super quaestionum §. si vero*, vices suas non extraneis, sed alteri Collegae commiserint, tunc etenim concurrente in persona illius delegata, & subdelegata iurisdictione, sola delegata attenditur, vt ita non ad condelegatos subdelegantes, sed ad primum delegatum appelletur, notat glos. *hic verbo duobus*, & est expeditum quando subdelegatio, vel expressè in totum, vel saltem simpliciter, quòd idem est, alteri Collegae facta fuit, ex reg. text. *in d. cap. super quaestionum § porro* & ex text. in specie *in d. §. si verò, vers. vnde*, prout eum intelligit *glos. pen. & vlt. ibi*, Bellem. *in princip.* Imol. Hostiens. & Bald. *n. 3.* contendentes text. loqui quando subdelegatio simplex fuit, vel totalis, propter verba text. in fine ibi, *propter rationem superius assignatam*, quasi text. se referat ad distinctionem *d. §. porrò*, comprobat Scacc. licèt illius textus non meminerit, *d. quaest. 8. num. 37.*

9 In gloss. *Duobus*, ibi, *idem si subdelegarent illi Collegae.* Notatur ad hoc, quòd si non simpliciter, aut in totum, sed aliquid sibi de iurisdictione reseruando vnus, vel duo ex delegatis alteri Collegae subdelegauerint vices suas, tunc ad primum delegantem erit appellandum, quasi sola attendatur iurisdictio delegata, non subdelegata, & ampliatur in hoc casu decisio huius text ita etiam in specie tenent glos. sibi contraria *verbo si non possunt, vers. sed pone in d. §. si verò*, quam sequitur Abb. *ibi num. 7.* dicens communem, Felin. *in d. §. porrò, numer. 15. fallent. vlt.* Franc. *in cap. dilecti il 3. numer. 28. de appellat.* Rot. *decis. 16.* aliàs 387. *num. 1. hoc tit. in nouis*, Scacc. *d. quaest. 8. num. 39.* ampliantes hanc sententiam procedere siue in prima delegatione facta à Papa adsit clausula, *Quòd si ambo*, &c. vt *in d. §. si verò*; siue etiam ex ratione, de qua glos. *ibi verbo si non possunt, in fine.*

In gloss. *Cùm delegato.* ibi, *nota quia si in rescripto esset clausula*, &c. Notatur ad hoc, quòd si vigore commissionis factae à Papa tribus cum clausula, *Quòd si non omnes*, &c. duo ex illis subdelegauerint tertio se excusante, tunc si ab illis appelletur, non ad primum delegantem, sed ad delegatos subdelegantes appellatio erit interponenda à cessante ratione huius text. iuncta reg. *cap. si delegatus. vers. ad eum, inf. eod.* cum ibi resolutis, intendit manifestè text. hic dum conditionaliter requirit vt subdelegati cum delegato tertio procedant, notant Ioan. Andr. Domin. & Franc. *hic in fine.* Petr. Gregor. *partit. iuris Canon. lib. 5. tit. 5. c. 8. num. 2. iuncta lit. K.* Dixi si in commissione esset adiecta clausula, *Quòd si non omnes*, &c. quia si causa simpliciter commissa fuisset, omnes necessario definire tenebantur, nec tertio se excusante, vel impedito reliqui procedere valent, iuxta text. *in cap. causam 16. ad fin. cap. cum causa 22. vers. tum quia, cap. vno 42. sup. hoc tit. l. si duo, ff. de re iud.* Menoch. *consil. 340. à n. 1. lib. 4* D. Barbos. *in l. cùm praeter, in princip. num. 2. cum seqq. ff. de iudic.* 10

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis causa coram arbitris non tractatur vbi vnus ex delegatis datur cum clausula* Quòd si non omnes, &c. *vel quando recusatur delegatus, seu officialis Episcopi,*

2 *Clausula,* Quòd si ambo, &c. *quam vim & effectum habeat, remissiuè.*

3 *Suspicionis legitimae causae quae sint ad recusandum iudicem siue delegatum, siue ordinarium, remissiuè.*

4 *Recusato vno ex iudicibus delegatis datis cum clausula* Quòd si ambo, &c. *debet aliter condelegatus non recusatus, si fuerint duo, vel alij si plures extiterint, de suspicione cognoscere, nec ad arbitros est adeundum.*

5 *Episcopus debet cognoscere de suspicione proposita contra ipsius delegatum, vel Vicarium generalem, nec ad arbitros est adeundum.*

6 *Episcopus à delegato suo, vel Vicario generali potest causam reassumere.*

7 *Vicarius constitutus à Capitulo Sede vacante si suspectus allegetur, debet ipsum Capitulum, non verò arbitri de suspicione obiecta cognoscere.*

8 *Episcopus si in remotis existat de suspicione obiecta eius delegato cognoscit illius Vicarius generalis.*

9 *Vicarius generalis quando vt suspectus recusatur, & Episcopus est in remotis, tunc arbitri assumuntur, qui de suspicione cognoscant.*

10 *Recusationis causa contra Vicarium, vel delegatum Episcopi deducta quando eundem Episcopum concerneret, tunc de illa ipse Episcopus nullo modo poterit cognoscere, sed arbitri erunt assumendi.*

11 *Episcopo suspecto an ipsius Vicarius generalis ex eo solum absque alia causa suspectus reddi valeat, ostenditur.*

12 *Episcopus suspectus non redditur ex eo solum quòd ipsius Vicarius suspectus sit.*

13 *Appellari nequit à Vicario ad Episcopum.*

14 *Recusationis causam sufficit coram ipso iudice recusato proponere, & coram arbitris probare.*

15 *Recusatio quando proponitur contra unum ex pluribus delegatis cum claus.* Quòd si ambo, &c. *non est satis causam recusationis coram recusato exprimere, sed oportet eam coram omnibus proponere.*

16 *Recusationis probatione pendente coram collega, non potest ipse collega in principali procedere.*

17 *Recusationis obiectæ subdelegato cognitionem habet delegatus, non in totum subdelegans.*

Cap. Si contra vnum. IV.

1 DVo quando sunt delegati à Papa cum clausula, *Quòd si ambo nō possunt, vnus cognoscat,* & opponitur causa legitima suspicionis contra vnum, alter cognoscet, & expediet causam suspicionis, & non arbitet Si verò non est clausula, *Quod si ambo,* &c. recurrendum est ad arbitros. Item si delegatus Episcopi, vel eius Officialis recusatur, recusationis causa probabitur coram Episcopo Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin, Ioan. Andr. Butr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1 *pag.* 397. Alagona *in compendio pag.* 146. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 De vi, & effectibus clausulæ, *Quòd si ambo,* &c. dixi latè. *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 125. secundùm Lugdunen. impress.

3 *Suspicionis causa legitima proponatur,* &c.] Quæ sint legitimæ causæ suspicionis ad recusandum iudicem siue delegatum, siue Ordinarium, vltra gloss. *hic verbo causa.* vbi addit, Anch. *notab.* vlt. Franc. *num.* 4. *in fine,* prosequuntur gloss. *in cap. causam quæ* 17. glos. *verbo cum sint in cap. cum. R.* 35. *sup. hoc tit.* glos. *verbo subesse in c. accedens il.* 1. *vt lite non contest.* glos. *verbo consanguineus,* per text. *ibi in c. postremo* 36. *de appellat.* Doct. *in l. apertissimi,* vbi plenè Ias. *à num.* 6. *C. de iudic.* & post Specul. & alios antiquos relatos per addit. glossæ *hic,* Abb. *in c. cùm super. num.* 3. & 4. *sup. hoc tit.* latè. Franc. *in d. cap. postremo num.* 20. Lanfranc. *in cap. quoniam contra §. recusationes à num* 18. *de probation.* Perez *ad leges Ordinam. lib.* 3. *tit.* 6. *l.* 1. *quæst.* 10. Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *tit. de appellat. n.* 27. *cum seq. vsque ad n.* 73. Aufrer. *in tract. de. recusation. à princip.* Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *tit. de recusat art.* 9. *glos. vnica à n.* 9. Donell *comment. iuris Ciuilis lib.* 17. *cap.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 152. *cum seqq.*

4 *Coram non recusato coniudice,* &c.] Collige ex text. recusato vno ex iudicibus delegatis datis cum clausula, *Quod si ambo,* &c. vel cum clausula, *Qòd si non omnes,* &c. debere alterum condelegatum non recusatum si fuerint duo, vel alios si plures extiterint, de suspicione cognoscere, nec ad arbitros esse eundum, sic limitata reg. tex. *in cap. suspicionis* 39. *sup. hoc tit.* notant omnes *in præsenti, glos.* 2. & *ibi* Doctores *in c.* 2. *inf. de appellat. hoc. lib.* Alex de Neuo *in c. cùm inter num.* 6. & 8. *de except.* Imol. *in cap. suspicionis causa num.* 1. *vers. vel quādo,* vbi Ioan. de Anania *n.* 4. *vers. nota quòd si causa committitur hoc tit.* Iacob. de Laurent. *in tract. de iudice suspecto c.* 4. *n.* 13. Farinac. *fragmen. crimin. part.* 2. *verbo iudex num* 772. Couar. *practic. c.* 26. *num.* 5. Soar. de Pace *in tract. tom.* 2. *partis.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. Molin. *de instit. tract.* 5. *disp.* 24. *nu.* 3. *vers. in secundo.* Cuius conclusionis ratio ea est, quia constat ex dictis per me dicta *clausula* 125. ex vi prædictæ clausulæ iuridictionis vsum ad alterum, vel alteros coniudices in solidum pertinere casu, quo alius, seu alij condelegati insimul in causa procedere non valeant; cùm verò per recusationem obiectam contra vnum ex delegatis nequeat ipse si probata fuerit in causa vlteriùs procedere, ex reg. *c. secundo requiris.* §. 1. *in fine, de appellat.* cū similibus, & ita in impedimento recusationis conditio clausulæ verificetur, vt ex text. sic intelligendus *in cap. cum super* 23. iuncta glos. & Abb. *ibidem num.* 1. & 6. *sup. hoc tit.* maritò ad cæteros condelegatos non recusandos suspicionis cognitio debet pertinere, vt ita per hoc cognoscant an sua sit iurisdictio, & an conditio clausulæ adimpleatur, ex reg. text. *in l.* 2. *ff. si quis in ius vocatus, cap. super litteris in fine. de rescript.* cum similibus, quam rationem videtur assignare text. *in præsenti in vers. ad quem,* sic explicandus, & intendit optimè *glos.* 3. *vers. sed cognoscit,* sic respondens difficultati, quam à principio excitauerat ibi, principali, vnde non videbatur quòd de impedimento, &c.

Cum autem ipse delegatus Episcopi, &c.] Notatur ad hec, quod Episcopus debet cognoscere de suspicione proposita contra ipsius delegatum, vel Vicarium generalem, nec tunc ad arbitros est eundum, vt per *glos.* 2. & *ibi* communem *in cap.* 2. *inf. de appellat. hoc lib.* glos. *verbo coram in cap. super quæstionem* 9. *quem verò, hoc tit. in Decretal; glos. vlt. in c.* 2. *sup. de consuet. hoc lib.* Abb. *in repet. cap. si quis contra. num.* 21. *de foro compet.* Ias. *in l. apertissimi num.* 9. *C. de iudic.* Perez *in. l.* 1. *q.* 12. *in fine tit.* 5. *l.* 3. *Ordinam.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. Stephan. Quatant. *in sum. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas num.* 18. Sbroz. *de offic. Vicarij l.* 3. *quæst.* 16. *num.* 1. Iacob. Laurent. *de iudice suspecto cap.* 2. *sub num.* 9. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 23. *num.* 15. & alia ratione nititur, quia Episcopus à delegato suo, vel Vicario generali potest semper causam reassumere, & commissionem reuocare, ex reg. *l. iudicium soluitur ff. de iudic.* docet glos. *verbo idem in cap. Romana, in princ. inf. de appell. hoc lib.* Couar. *pract. c.* 9. *num.* 1. *versic. primo,* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 92. *n.* 9. at subinde semper superior, totum manet, vt de proposita contra illos suspicione cognoscat? accedit & ratio deducta ex reg. text. *in d. cap. super quæstionum, §. vlt. vers. qui etiam sup. hoc. tit.* 5

6

Amplia procedere suprà proximam resolutionem etiam in vicario, qui constituitur à Capitulo Sede vacante iuxta formam Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 16. nam si suspectus allegetur, debet Capitulum tanquam superius, non verò arbitri de recusatione cognoscere, ex decis. huius text. neque poterit idem Capitulum arbitros eligere ad cognoscendum de causis suspicionum quæ contra Vicarium ab eo Sede vacante deputatum proponantur, nisi eo modo, quo Episcopus potuisset, vt vtrumque declarasse S. Concilij Congregationem refert. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 7. *num.* 23. 7

Limita tamen supradicta non procedere, quando Episcopus absens est, tunc enim quicquid contradicant Innocent. & Hostiens. *in d. cap. cū speciali, in princip. de appellat.* verior videtur resolutio Ioan. Andr. *hic,* quam sequuntur Anchar. Franch. *not. ib.* 4. & Domin. *num.* 7. *hic,* Abb. *in reper. d. cap. si quis contra n.* 21. *ad finem, de foro compet.* Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 23. *n.* 15. Vt si Episcopus sit intra diœcesim, vel in loco vicino, debeat interim supersederi, donec ipse adeatur, & sic procedat, contraria opinio Innocent. & Hostiens. *vbi proximè;* si verò in remotis existat, tunc de suspicione obiecta delegato Episcopi illius Vicarius generalis cognoscat, vtpote qui cum Episcopo, qui aliàs cogniturus erat, vnum tribunal constituit, *d. cap.* 2. *consuet. hoc lib.* & factum vnius censetur factum alterius, ex. doctrina *glos. pen. in cap. vnic. de capellis monach. hoc l.* facitque etiam decisio text. *in c. cùm nullus, in princip. vers. Episcopo autem,* cum *ibi* notatis, *de tempor ordin. hoc lib.* Ad suspicionem verò eiusdem Vicarij generalis, vtpote iudicis aliàs Ordinarij, arbitri assumuntur, ex reg. *d. cap. cum speciali, princ. de appellat.* eo quòd de facili non possit adiri superior, qui de ea cognoscat, quem 8

9

quemadmodum ex eadē ratione arbitri eliguntur si Episcopus recusatur, vt elegāter notauit glos. *hic verbo Episcopi, versic. si autem*, communiter recepta, teste Molin. *disp.* 23. *n.* 15. *versic. secundus est.*

10 Limita etiam locum non habere, quando causa recusationis contra Vicarium, vel delegatum Episcopi deductæ eundem Episcopum concerneret, tunc enim nullo modo de illa poterit cognoscere, sed arbitri erunt assumendi, arg. text. in simili *in c. si a subdelegato* 11. *inf. hoc tit.* traduntque exemplum afferentes Dominic. & Franch. *hic num. vlt.* Oldrad *concil.* 70. *alias* 268. Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.* 3. *q.* 36. *num.* 8. Iacob. de Laurent. *de iudice susp. cap.* 4. *num.* 6. *ad med.*

11 ideo autem ad effectum huius limitationis exigitur causam recusationis Vicarij eundem Episcopum specialiter concernere debere, quia licet alias controuersum sit an suspecto Episcopo ipsius Vicarius generalis ex eo solum absque alia causa, suspectus reddi valeat, in quo verior videtur opinio affirmatiua, iuxta text. qui id probare videtur, vbi *glos.* 3. reddit rationem, & notat Abb. *n.* 2. Felin. *in princ. in cap. insinuante* 25. *versi. & alter ipsorum, sup. hoc. tit.* tradunt Rip. *in c.* 1. *num.* 43. *de iudic.* Ias. *in l. apertissimi num.* 9. *C. eod. tit.* Rebuff. *in praxi benefic. part.* 1. *tit. forma Vicariatus num.* 100. Scacc. *de appellat. quæst.* 8. *num.* 68. *cum seqq.* Perez *ad l.* 1. *quæst.* 17. *tit.* 5. *l.* 3. *Ordinam.* Quarant. *in summ. Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas num.* 19. *versic. vlterius quæro*, & copiosè citati per me *de offic. & potestate Episcopi, part.* 5. *alleg.* 54. *n.* 149. Econuerso

12 tamen absque vlla controuersia certum est Episcopum suspectum non reddi ex eo solum quod ipsius Vicarius suspectus sit, vt bene deducitur ex hoc text. vbi notant Dominic. & Franch. *dictis locis*, Rebuff. *d. num.* 191. Scacc. *d. quæst.* 8. *num.* 57. *versic. septimo quia*, Sbroz. *d. lib.* 3. *quæst.* 15. Farin. *d. lit. I, n.* 755. ac proinde necessarium erit vt causa recusationis etiam Episcopum concernat ad effectum, vt nequeat de ipsa cognoscere.

13 *Nequeat appellari.*] Notatur ad hoc, quod à Vicario ad Episcopum appellari nequit, vt per Doctores, quos plena manu citaui ad *cap.* 2. *de consuet. hoc lib.*

14 In gloss. *Probari.* ibi, *quod coram omnibus sit proponenda*, &c. Sentit glos. quod licèt regulariter sufficiat recusationis causam coram ipso iudice recusato proponere, & coram arbitris probare, *l. apertissimi*, ibi, *ei porrecto, l. fin.* ibi, *recusationis libellum ei*, &c. (*de indic. cap. secundo requiris, §. vlt. ibi, coram eo allegare, de appell. gloss.* 2. vbi aditio *in c. inf. de appellat. hoc l.* 6. declarando vt per Abb. *in d. c. secundò requiris num.* 16. Perez *in l.* 1. *quæst.* 4. 12. & 14. *tit.* 5. *l.* 3. *Ordinam.* Azeued. *l.* 1. *n.* 3. *tit.* 16. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Ias. *in d. l. aper-*

15 *tissimi num.* 15. Vbi tamen recusatur vnus ex pluribus delegatus datis cum clausula, *Quòd si ambo*, &c. de quã *hic*, vel simili, non est satis causam recusationis coram recusato exprimere, sed oportet eam coram omnibus proponere, id est, coram ipso recusato, & Collegis, licèt coram solis Collegis sit probanda, vt deducitur ex hoc text. ibi, *proponatur*, & sequuntur Domin. *num.* 8. Franch. *num.* 2. & 5. post Archid. *in præsenti*; & ratio est, quia vt cæteri condelegati soli valeant de suspicione cognoscere ex vi dictæ clausulæ, vt text. habet, necessarium est vt etiam coram eisdem impedimentum allegetur, & proponatur, donec enim id fiat, nequit vnus procedere sine altero, vt sup.

16 In ead. glos. ibi, *sed nunquid medio tempore*, &c. Quæstionem hanc plenè disputauit Boatinus Doctor antiquus in suis reportatis ad *c. prudentiam sup. hoc tit.* vt refert Ioan. Andr. & Domin, *num.* 8. *hic ad finem*, cuius tamen distinctionibus omissis verior est negatiua sententia huius glossæ, ex fundamentis ab eadem adductis, sequuntur iidem Ioann. And. & Domin. *vbi proximè*, Innoc. *num.* 2. *cap. cùm super* 23. & *ibi* Host. sibi contrarius *hoc tit.* quibus ad de Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 21. & 22.

In glos. *Episcopi.* ibi, *idem in subdelegato delegati Papæ, qui delegauit non in totum*, &c. Idem vt de recusatione illi obiecta cognoscat delegatus subdelegat. iuxta text. ab hac glos. citatum *in c. super quæstionum §. quem vero*, ibi. *coram eo*, &c. iuncta explicatione glossæ *ibi*, Abb. *num.* 2. Sicul. *num.* 3. & *in §. vlt.* ibi, *coram iudice delegato, sup. hoc tit.* tradunt Doctores communiter *ibi*, Ioan. Andr. *hic in fine*, Domin. *num.* 9. Franch. *num.* 5. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 17. Perez *in l.* 1. *q.* 13. *tit.* 5. *l.* 3. *Ordin.* Molin. *de instit. tract.* 5. *d.* 23. *num.* 15. Cuius rei ratio est, quia cùm delegatus non in totum subdelegans, adhuc superior in causa maneat, coram eo suspicionis negotium tractari debet, vt sic faciliùs, & cum minori partium dispendio expediatur, iuxta reg. *d. cap. super quæstionum §. porrò in fine*, notat glos. *verbo aliquid in cap. seq.* Secundo, quia subdelegato suspecto iudicato ad eundem delegatum subdelegantem reuersura est iurisdictio; planè rationi consonum videtur quòd vbi iurisdictio, seu potestas in defectum alterius regressura est ad aliam coram eo qui reassumpturus est iurisdictionem, suspicio probetur, vt satis expressè insinuat text. *in d. cap. super quæstionum §. vlt. vers. qui etiam.* 17 18

SVMMARIVM.

1 *Iudex suspectus an & quando committere possit, ostenditur.*
2 *Index à supremo Principe delegatus potest ex legitima causa vt suspectus recusari.*
3 *Delegatus ante recusationem eidem propositam potest causam sibi commissam subdelegare.*
4 *Delegatus non potest recusationem simpliciter eidem propositam vices suas alteri committere absque assensu recusatoris.*
5 *Ordinarius vbi recusatio non solùm proposita, sed etiã probata iam fuerit, non potest causam committere, nisi de recusatoris assensu.*
6 *Ordinarius recusatus an statim inuitis etiam partibus possit causã committere, si vel causa suspicionis notoria fuerit, vel ipse index litem execrans nolit ad arbitrorum electionem deuenire, ostenditur.*
7 *Iudex delegatus etiam de recusatoris assensu non potest causam subdelegare postquam suspectus fuerit indicatus.*
8 *Processus non tenet si fiat per iudicem recusatum post causam suspicionis eidem legitimè propositã.*

CAP. Iudex ab Apost. V.

IVdex antequam sit proposita recusatio potest committere, & si in totum commiserit, commissio facta impugnari non potest, secus si in parte commisisset, tunc enim posset impugnari. Item postquam est proposita recusatio, & non est pronuntiatum super ea, si recusator consentit, potest committere, secus non. Item postquam est pronunciatum esse suspectum, etiam volente recusatore committere non potest. Colligunt ex Ordin. Anch. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian *in ration. lib.* 1. *p.* 399. Alagona *in compen. pag.* 146. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Recusari valeat vt suspectus, &c.] Probat text. iudicem etiam à supremo Principe delegatum (qualis est datus

datus à Sede Apost. vt *hic*) posse ex legitima causa suspectum recusari, consonat text. rationem reddens *in l. apertissimi* 16. *vers. licet enim*, & *in l. vlt. in princ. C. de iudic.* notant Franch. & Ancb. *hic n.* 1. plenè Roffred. respondens difficultatibus contrariis *in tract. ordinis iudiciary part.* 2. *sub tit. Vtrum recuset ur iudex delegatus*; quod tamen non procedit quando à Principe in ipsa delegatione fuerit prohibita recusatio, vt patet ex adductis per me *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 131. *n.* secundum Lugdunen. impress.

3 *Potest licite vices suas committere antequam recusatio,* &c.] Notatur ad hoc, quod delegatus ante recusationem eidem propositam potest causam sibi commissam subdelegare, vt per Anchar. *hic num.* 2. Abb. *in cap. si quis contra num.* 14. *de foro compet.* Franch. *in c. cum speciali n.* 13. & *ibidem* Imol. *num.* 12. *de appellat.* idem Imol *in c. secundo requiris num.* 6. *eod. tit.* Cæpol. *caut.* 105. *incip. Sepissimè iudices*, Farin. *frag. crimin. part.* 2. *lit. I. n.* 921. Maraot. *de ordine iudic part.* 4. *dist.* 5. *n.* 43. Molin. *de iustit. tract.* 5 *disp.* 23. *n.* 14.

4 *Post recusationem quoque propositā,* &c. Notatur ad hoc, quod oon potest delegatus post recusationem simpliciter eidem propositam vices suas alteri committere absque assensu recusatoris, illo verò interueniente potest non solum vbi recusatio fuerit simpliciter proposita, sed etiam si iam probata extitit, vt per *glos. vlt. in cap. cum speciali, in princip. glos. pen. in c. secundo requiris* §. *vlt. de appellat.* tradunt Franc. *d. hic notab.* 2. Anchar. 4. Domin. *num.* 3. idem Franch. *in d. c. cum speciali num.* 13. vbi Imol. *num.* 12. Abb. *in cap. si quis contra, n.* 14. *de foro compet.* Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 5. *n.* 3. Molin. *de iustit. tract.* 5. *d.* 23. *n.* 14. quicquid dicat Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prima partis c.* 6. *num.* 14. & 24.

5 Intellige autem, & amplia non solum procedere in delegato, de quo textus loquitur, & doctores sine controuersia recipiunt, sed etiam in Ordinario locum habere, circa quod magna inter eosdem Doctores pugna existit, nam in primis vbi recusatio non solùm proposita, sed etiam probata iam fuerit, non posse Ordinarium causam committere, nisi de recusatoris assensu, prout text. hic in delegato constituit, est text. expressus (qui cauillari non potest, & secundum omnium sententiam loquitur de iudice ordinario) *in d. c. cum speciali* 61. *in fine princip. de appellat.* ibi, & *ipsa probata legitimè de recusatoris assensu persona idonea committat negotium recusatus*, &c. per quem text. ita io hoc casu magis communiter tradunt Doctores *ibi*, vt Franc. *num.* 19. Imol. *num.* 12. Card. *num.* 17. Dec. *n.* 8. *in fine in eod. c. cum speciali in princip.* Innocent. Hostiens. & alij antiqui *in c. si quis contra*, vbi Felin. *num.* 3. Sicul. *num.* 45. *de foro compet.* Villalob. *in aratio commun. litt. E, verbo Episcopus num.* 142. Soar. *in praxi tom.* 2. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 15. quamuis io his terminis, & ita post probatam recusationem contrarium defendat Abb. *in d. c. si quis contrà n.* 14. *cum seqq.* quem sequitur Socin. *ibidem num.* 11. Molin. *d. tract.* 5. *disput.* 23. *n.* 17. mordicus conteodens consensum recusatoris non esse necessarium.

6 In alio verò casu, vbi videlicet recusatio solum iudici fuerit proposita, licèt hoc magis dubium videatur, quia iidem Doctores, qui suprà, existimant posse Ordioarium recusatum statim inuitis etiam partibus causam committere, si vel causa sospicionis notoria fuerit, vel ipse iudex litem execrans nolit ad arbitrorum electionem, & probationem suspicionis deuenire, sed statim committere, idque per text. *in d. c. si quis cōtra*, ibi, *exequutor ab eo deputetur, de foro compet.* quē Doctores sic accipiunt, & iotelligunt quatenus facultatem committendi simpliciter indulget non requisito assensu recusatoris, quemadmodum docent Felin. *d. num.* 3. Imol. *n.* 5. Aret in. *num.* 6. Socin. *num.* 8. Abb. *in lect. n.* 14. & *in repet. num.* 13. *in eod. cap. si quis contra*, Franch. *n.* 15. Imol. *d. n.* 12. *in d. c. cū speci. in princ.* Soar. *d. c. n.* 24. licet non improbabilius defendi possit etiam in his terminis, videlicet proposita tantùm suspicione recusatoris assensum exigi ad delegationem faciendam, vt alibi probabimus.

Dummodo pronunciatum fuerit supra ea, &c.] Notatur ad hoc, quod non potest iudex delegatus etiam de recusatoris assensu causam subdelegare postquam suspectus fuerit iudicatus, vt per glos. & omoes *in præsenti*, Doct. *in d. c. cum speciali in princ.* vbi post alios Franc. *num.* 14. & 17. *de appellat* Abb. *in c. si quis contra num.* 18. Marant. *d. part.* 4. *dist. num.* 43. Molin. *d. tract.* 4. *disp.* 23. *n.* 14. 7

In glos. *Probantur.* ibi, *dum tamen non recusetur sener eius processus*, &c. Ergo à contrario sensu sentit manifestè glossa processum non tenere si fiat per iudicem recusatum post causam suspicionis eidem legitunè propositam, eodémque sententiam, nempe processum esse ipso iure nullum probauit manifestè glos. *verbo appellent in c. quotiens l.* 1. 2. *q.* 6. glos. *verbo canonicè in c. quod. suspectis*, 3. *q.* 5. sequuntur Franch. *n.* 7. Domin. *num.* 12. Ancb. *n.* 3. *in præsenti*, Host. *in cap. cum speciali*, vbi Abb. *in princ. n.* 12. *cum duobus seq. de appel.* Legistæ communiter cum Bart. *in l. quia poterat n.* 3. vbi. Alex. *n.* 6. *ff. ad Trebell.* Dec. *cons.* 175. *n.* 3. Cepha. *cons.* 241. *n.* 19. *lib.* 2. probant ex multis Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *tit. de recusat. art.* 6 *glos. vnica n.* 1. & 2. Perez *ad l.* 1. *q.* 6. *tit.* 5. *l.* 3. *Ordin.* Bursat. *cons.* 21. *n.* 10. *cum seq. lib.* 1. Lancellot. *d. attent. part.* 2. *c.* 6. *n.* 4. vbi multos refert. ex quibus dicit communem. & magis communem, Vanti, *de nullit. tit. ex defectu iurisdict. Ordin. n.* 140. Kirchou. *tom.* 1. *comm. opin. l.* 3. *tit.* 1. *n.* 168. Aueued *ad l.* 1 *n.* 8. *tit.* 16. *l.* 4. *noua recop.* Escou. *de ratiocin. c.* 8. *n.* 20. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 7. *n.* 21. Camill. Borrel. *in sum decis. tit.* 42. *n.* 31. Mendezè Castro *in praxi Lusit. l.* 2. *c.* 7. Amat. Roder. *in practic. c.* 10. *num.* 54. *cum seq.* Cartasc. *in explicat ad. aliquā leges recopilas. c.* 9. *num.* 337. 8

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus subdelegans etiam in totum re integra causam reassumere potest, &* n. 2. *secus re integra existente, vt num.* 9.

3 *Amplia procedere etiam attento iure Decretalium.*

4 *Amplia etiam vt procedat non solum si ipse delegagatus expresè reuocarit, & sibi iurisdictionem reassumpserit, sed etiam si tacite hoc fecerit.*

5 *Delegatus vbi re integra, & Ordinarius quandocunque iurisdictionem à se commissam reuocarunt, si nihilominus sic reuocati procedant, corruunt omnino processus ab eis, postea facti.*

6 *Delegatus quando vices suas non in totum commisit tunc etiam re non integra existente poterit per eundem à subdelgato commissio reuocari.*

7 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegatum à se in totum ad vnam causam datum etiam re non integra reuocare.*

8 *Subdelegato re integra mortuo potest delegatus iurisdictionem reassumere.*

Cap. Quamuis VI.

DElegatus, qui subdelegauit causam io totum re integra, id est, si subdelegatus non cœpit vti auctoritate saltem per citationem decretam, vel re integra 1
mortuus

mortuus est, commissionem à subdelegato reuocare potest, at verò, si res integra non sit, nequaquam idem delegatus causam reassumere valet. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franc. Viuian *in ration. lib. 1. pag.* 400. Alagona. *in compend. pag.* 146. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt *in præsenti*, Franch. & Domin. *n.* 2. Anchar. *in princ. glos. verbo aliud, in cap. si, qui 3. de procuratorib. hoc. lib.* glos. *verbo si non possunt, vers. quæritur in cap. super quæstionum §. si verò sup. hoc tit. glos.* 1. & Doctores *in cap. in litteris*, vbi Imol. *num. 4. & 5. & in cap. significasti*, vbi Bero. *à n.* 19. *eod tit. l.* 21. *tit. 4. part.* 3. vbi Gregor. *verbo reuoca el mandamento*. Paul. *in l. iudicium soluitur num. 3. ff. de iudic.* vbi etiam Alberic. *num. 2. & 3.* Castil. *lib. 2. controuers. c. 29. num. 3.* Molin. *de iustitia tract. 5. disp. 21. num. 1.*

3 Primò amplia, & declara supradictam resolutionem locum habere non solùm post decisionem eius text. sed etiam olim attento iure Decretalium; nam licèt aliqui ex mente Card. *opposit. 5. in cap. venerabili, hoc tit. in Decretal.* tentassent attento iure Decretalium ante text. *in præsenti* obtinuisse opinionem illorum, qui asserebant per solam subdelegationem in totum factam, licèt adhuc res integra foret, cessare omnino iurisdictionem delegati subdelegantis, itaut ille iam non valeat causam reassumere, sicque procedere, *d. cap. in litteris, & de cap. venerabili*, at postea per Bonifacium VIII. contrarium in hoc text. fuisse decisum, nempe solam subdelegationem licèt in totum factam non sufficere dum res integra existat quominus valeat delegatus causam ad se iterum reuocare, nihilominus verius est text. *in d. cap. in litteris, & in d. cap. venerabili, hoc tit.* procedere, quia res ibi integra non erat, & subdelegati iurisdictione vti cœperunt, vt obseruant *gl. 1. in d. cap. in litteris, glos. vlt. in eod. cap. venerabili*, cũ quibus pertransuent Anch. *opposit. 1. & 2.* Imol. *num. 4. & 5.* Abb. *num. 2. in d. cap. in litteris*. Sicul. *num.* 11. Bero *num. 19. in d. cap. significasti*, & manifestè deducitur ex littera *d. cap. venerabili. vers. quia. videlicet.* ibi, *eo non restituto processit*, &c. secundùm quæ verba intelligenda sunt alia sequentia, ibi, *dicto Abbati committendo in integrum vices suas*, &c. idest cum effectu, conuenit etiam litteræ *d. cap. in litteris*, intelligendo delegatum, qui sententiam executioni mandari præcepit, functum esse officio suo, postquam sudelegatus exequi incepit, ne aliàs omnino contradicat decisioni text. *in præsenti*, contra reg. *cap. cum expediat, de elect.* cum similibus.

4 Secundò amplia, vt in casibus in quibus delegato licet commissionem reuocare vt *suprà*, non solùm procedat si ipse delegatus expressè reuocauerit, & sibi iurisdictionem reassumpserit, sed etiam si tacitè hoc faciat, veluti procedendo per se ipsum in causa subdelegata, vel etiam alteri subdelegando, vt post Archid. & Ioan. Andr. *super verbo reuocetur*, tradunt Anch. *hic in princ.* Franch. *n.* 1. Domin. *n. 3. vers. quæro*, Cardin. Tusch. *pract. concl. 155. n. 2.*

5 Tertiò amplia vsque adeò licere tum delegato re integra, tum etiam Ordinario quandocunque iurisdictionem à se commissam reuocare, vt *suprà*, vt si reuocent, & nihilominus delegati procedant, corruant omnino processus ab eis post ea habiti tanquam attentati reuocatione pendente ex reg. *cap. Ecclesia il 2. vers. nos, vt lite pend. c. vt nostrum 56. de appellat.* vbi Doctores, cum latè traditis per Lancellot. *de attentat. part. 2. c. 10. num. 1. cum. seqq.* Ad prædictam verò nullitatem necessarium erit vt reuocatio subdelegatis innotescat, vel intimetur, aliàs enim ante gesta ab eisdem veluti ab ignorantibus valida erunt omnino, vt per Franch. *in præsenti n. 2. vers. sed*, Greg. *l. 21. tit. 4. p. 3.* Molin. *d. tract. 5. disp. 21. n. 2. in fine.*

Quartò declara vt supra dicta resolutio solum obtineat quando delegatus vices suas in totum commisit, iuxta text. *in præsenti*, ibi *in totum*, non ita si aliquid sibi de iurisdictione retinuerit, tunc enim etiam re non integra existente poterit per eundem à subdelegato commissio reuocari, & ratio est; quia tunc semper superior manet, iuxta reg. *cap. si delegatus, vers. vlt. inf. hoc. eod. tit.* ac subinde succedit decisio *l. iudicium soluitur. ff. de iudic.* quæ sicut in ordinario, ita etiam in his terminis in delegato locum habet, tradit glos. *verbo si non possunt in d. c. super quæstionum, §. si verò*, glos. *hic verbo in totum*, Anchar. *in princ.* Franch. *num. 2. in præsenti*, Molin. *d. tract. 5. disp. 21. num. 4.* 6

Quintò declara, seu potius limita vt non procedat 7 in iudice delegato ad vniuersitatem causarum, quasi hic possit sudelegatum à se in totum ad vnam causam datum etiam re non integra reuocare, quia ordinario comparatur, iuxta doctrinam glos. *verbo moderatas ad finem in c. statutum §. insuper, de rescript. hoc lib, glos. verbo delegare in d. c. super. quæstion. §. si vero* communiter recepta ex multis, de quibus Couar. *lib. 3. var. c. vltim. num.* 11. D. Barbos. *in l. cum prætor. §. 1. num. 254. ff. de iudic.* at verò Ordinarius cum semper superior maneat ex vi iurisdictionis ordinariæ, quam in totum à se non abdicat, ex *regul. l. pen. ff. de. offic. Præsid.* potest siue in totum committat, siue pro parte, commissionem quandocunque reuocare, vt eleganter declarant Paul. *in d. l. iudicium soluitur n. 3.* Greg. *l. 1. verbo reuocatir. 4. part. 3.* Couar. *practic. c. 9. num. 1.* Molin. *d. tract. 5. disp. 21. n. 2. vers. quæ dicta sua*, Daren. *in tit. de iudic. c. de iis, qui iudices dari possunt, ad med.*

Vel cum rebus eximi contingat humanis.] Notatur ad 8 hoc, quòd mortuo subdelegato re integra potest delegatus iurisdictionem reassumere, vt per Monach. *num.* 1. Franch. *num.* 5. & alios *in præsenti*, Castill. *lib. 2. controuers. c. 29. num* 3.

Cum iurisdictio, &c.] Vnde per contrarium cùm 9 idem delegatus, vel subdelegatus, vbi primum iurisdictione vti cœperunt, eam efficaciter acquisiuissent, & velut suam effecerint, iam neque à delegante, aut subdelegante reuocari, vt *hic*; neque illis mortuis expirare potest, vt *in c. delegatus inf. hoc tit. c. licèt, c. gratum sup. hoc. tit. in Decretal.* sentit Monach. *in præsenti*, & ex aliis antiquioribus declarat Castill. *d. cap. 29. num. 2. & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus si subdelegauit quoties abesset, vel donec reuocaret, & mortuus sit re non integra, subdelegatus procedit, & semper de subdelegato ad delegantem, qui sibi aliquid iurisdictionis reseruauit, appellari debet etiam post sententiam.*

2 *Delegatio causa absentia delegantis statim expirat reuerso delegante, nisi delegans statim sit abiturus.*

3 *Vicarius constitutus vt possit conferre beneficia quamdiu Episcopum abesse contigerit, non poterit conferre quando Episcopus erit præsens.*

4 *Actus quando ita conceditur vt liberè valeat à concedente reuocari, seu donec voluntas, seu beneplacitum à concedente reuocetur, tunc talis actus, seu concessio non extinguitur morte concedentis.*

5 *Voluntas non dicitur per mortem reuocata.*

6 *Appellari debet à subdelegato, cui delegatus vices suas non in totum commisit, ad eundem delegatum, non vero primum delegantem. Intellige vt n. 7. & 8.*

9 *Declara*

9 *Declaratur text. in l. vnica in fine C. qui pro sua iurisdictione.*

10 *Declaratur text. in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo.*

11 *Ampliã procedere non solùm attento iure Canonico, sed etiam Ciuili inspecto.*

12 *Appellatio ad Principem seu Pontificem delegantem interposita ipso iure non valet, etiam nulla opposita partis exceptione.*

13 *Papa quando delegauit causã cum claus. Appellatione remota, vel sine ea, delegatus vices suas non in totum commisit, tunc à subdelegato appellandum est ad delegatum, non verò ad Papã primum delegantem.*

14 *Subdelegatus vbi nõ in totum appellationi detulit ad summum Pont. interposita, tunc ad eundem Pont. negotium deuoluitur.*

15 *Cõmissio quando sub ea forma fuerit facta donec reuocet si contigerit à subdelegato appellari, non ad primum delegantẽ, sed ad delegatũ erit appellandum.*

16 *Delegatus subdelegando totam causam an possit solã executionem sententia sibi reseruare, ostenditur.*

17 *Delegatus quoties aliquid de medijs causa sibi retinuit, ad ipsum est appellandum, dummodo tamen appelletur antequam actus illi per subdelegatum sint expediti, secus si postea.*

18 *Iurisdictionis est reuocare.*

19 *Iurisdictio delegata non perit morte delegantis re integra non existente.*

Cap. Si delegatus. VII.

1 DElegatus quando subdelegat sub hac forma, quoties eum abesse contigerit, vel donec duxerit delegationem reuocandam, & moritur, subdelegatus si cœpit vti iurisdictione, non admittit iurisdictionem, sed prosequi potest. Item si contigerit appellari, appellandum est ad subdelegantem si aliquid sibi reseruauit in subdelegatione, & non ad primum delegantem, idest, Papam. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 403.* Alagona *in compend. pag. 146.* remissiuè Ximen. *in concordant part. 1. & 2.*

2 *Quoties eum abesse contigerit, &c.*] Notatur ad hoc, quòd licèt delegatio causa absentiæ delegantis statim expiret, reuerso delegante, hoc tamen intelligitur nisi delegans rediisset rursus statim abiturus, quia interim delegatio non expirat tanquam rediisse non videatur, vt per Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers. septuagesima quinto.*

3 Notatur etiam ad hoc quòd Vicarius constitutus vt possit conferre beneficia quandiu Episcopum abesse contigerit, nullatenus poterit conferre quando Episcopus erit præsens, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicarius num. 235.*

4 *Nequaquam morte committentis expirat.*] Notatur ad hoc, quòd quando actus ita conceditur vt liberè valeat à concedente reuocari, vel donec voluntas, seu beneplacitum à concedente reuocetur, tunc talis actus, seu concessio non extinguitur morte, nec censetur reuocatus, reuocarávе per obitum concedentis, vt tradunt Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 79. n. 23.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 12. in princ. num. 56. cum seq.*

5 Per mortem enim non dicitur reuocata voluntas, iuxta resoluta per Couar. *lib. 3. var. cap. 15. num. 3.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 34. num 6.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 29. num. 74.*

6 *Ad eum quoque, &c.*] Probat apertè hic text. à subdelegato, cui delegatus vices suas non in totum commisit, eundem delegatum, non verò primum delegantem esse prouocandum, vt per omnes *in præsenti*, glos. *verbo non in totum inc. si is cui 10. inf. hoc. tit.* gloss. *verbo non rectè in l. Imperatores 21. ff. de appell.* Alex. *in l. 1. n. 10.* & *ibi* Rip. *n. 12. ff. de damno infecto.* Franch. *in c. dilectis il 3. n. 30. de appellation.* Petr. Gregor. *partit. iuris Canonici lib. 5. tit. 5. cap. 8. nu. 2.* Fachin. *controuers. iuris lib. 1. cap. 78.* Molin. *de instit. tract. 5. disp. 21. n. 5. & 6.* D. Barbos. *in l. cum prætor §. 1. num. 217. cum seq. ff. de iudic.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 7. num. 63. & q. 8. num. 34. cum seqq.*

7 Verùm obstant maximè text. *in l. præcipimus 32. vers. hac appellatio, C. de appellat.* vbi glos. *verbo iudicandas l. vnic. in fine, ibi ad eos,* &c. *C. qui pro sua iurisd. l. fin. in fine, & ibi glos. vlt. C. de iudic. l. 1. in princ. l. vlt. ff. quis & à quo appelletur, d. l. Imperatores 21. vers. eidem, l. 1. §. si quis. ff. de appellat.* in quibus omnibus iuribus generalis regula proponitur à delegato dato, vel subdelegato iudice ad delegantem dantem, vel subdelegantem esse appellandum, nulla facta distinctione an delegans, vel delegatus in totum commiserit, vel aliquid sibi de iurisdictione retinuerit, & fortiùs vrget *d. l. 1. §. 1. ff. quis. & à quo appelletur,* vbi in nostris terminis simpliciter, & generaliter deciditur à subdelegato non ad ipsum delegatum subdelegantem, sed ad eum esse appellandum, ad quem ab eodem delegato iure appellaretur, id est, ad primum delegantem.

8 Pro quibus difficultatibus componendis, varias Doctores hac in re assignant resolutiones, vt videre est per glos. *verbo non ad eum in d. c. super quæstionum §. porrò. glos. verbo. non rectè in d. l. Imperatores, glos. vlt. in d. l. vnic. C. qui pro sua iurisd. & in d. l. §. 1. ff. quis, & à quo apelletur,* vbi septem assignant intellectus, quos latè prosequitur Socin. *ibi à num. 7.* tradunt etiam scribentes vtrobique, Marant. *de ordine iudic. part. 4. disp. 5. num. 28.* Rimnald. *in rub. ff. de officio eius. à n. 164.* & *ibi* Bolognet. *num 53.* Longaual. *in l. imperium part. 2. n. 9. ff. de iurisdict. omn. iud.* Fachin. *d. lib. 1. c. 78.* D. Barbos. *in d. l. cum prætor. §. 1. n. 111. cum seqq. ff. de iudic.*

9 Communis tamen obtinuit leges illas textui *in præsenti*, quinimo & sibi inuicem contrarias secundùm distinctionem *d. §. porrò.* esse accipiendas, & conciliandas, itaut *d. l. vnic. in fine, C. qui pro sua iurisdict.* cum similibus, dum probant ad ipsum delegatum esse appellandum, procedat quando ille non in totum commisit, sed aliud sibi de iurisdictione reseruauit; text. verò *in d. l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo,* dum decidit non ad delegatum, sed ad primum de- 10
legantem omisso medio esse appellandum, intelligi quando nihil sibi de iurisdictione retinuit; ita glos. *in d. §. porrò, verbo non ad eum,* quam communem dicit Imol. *ibi num. 21. in fine.* & subscribunt Abb. *num. 4.* & alij, Franc. *in d. cap. dilectis num. 30. de appellat.* Fulgos. *in d. l. vnic. C. qui pro sua iurisdict.* Alexand. *num. 10.* Rip. *12. in d. l. 1. ff. de damno infecto,* Marant. *d. disp. 5. num. 29.* Molin. *d. disp. 21. n. 6.* Ratio potest esse, quia quoties delegatus subdelegando causam aliquam, vel etiam plures (nihil enim interest quòd judex detur ratione vnius causæ, vel plurium, *l. fin. in fine, ibi, vel si generaliter dati sint iudices,* &c. *C. vbi & apud quem*) aliquid sibi in ea, vel in eis de iurisdictione reseruat, iudicem solummodo dare censetur, in quem ad summum solùm transfert iudicandi munus, vnde rectè ab eo ipse tanquam superior prouocatur, iuxta decisionem *d. l. 1. in princip. ff. quis, & à quo* cum concordantibus, vbi verò ipse delegatus siue in pluribus causis, siue in vna in subdelegatum iurisdictionem transfert totam, rectè dicitur iurisdictionem mandare (quæ etiam in personas certas, & quoad vnam speciem, seu causam mandari solet, *l. prætor ff. de iurisd. omnium iud.*) ac proinde non ipse, qui validem,

vel æqualis cum subdelegato iuris censura reputatur, sed primus delegans prouocabitur, iuxta decisionem eiusdem *l.1.§.1.ff.quis.& à quo.*

11 Amplia primò regulam, & doctrinam supra proximam ex hoc text. & ex *d.cap. super quæstionum §.porrò* desumptam, locum habere non solùm attento iure Canonico, vt *hic*, sed etiam inspecto Ciuili, cùm ex principiis illius desumpta videatur, vt bene agnoscunt magis communiter Doctores hîc, & illic, illorum sententiam improbantes, qui differentiam in proposito inter vtrumque ius constituebant, cuius opinionis meminit gloss. *verbo ad eum in d.§.porrò, & verbo non rectè in l.Imperatores 21.ff.de appellat.* sequitur Bart.*in d.l.1.§.1.nu.1.ff.quis,& à quo*, Fachin.*controuers.lib.1. cap.78.vers.quod. verò ad quæstionem*, nam cùm iura Ciuilia in hac materia nullibi derogata reperiantur, quinimo rectè intellecta cum iure Canonico consentiant, rectè fit secundùm illud esse interpretanda, iuxta teg.*cap. 1. de nouis operis nunciat.* cum similibus tradunt in specie Imol. *in d.§.porrò num.9.* Franch.*in cap.dilecti 60.num. 30.de appellat.* Socin.*in.d.l.1.§.1. num.8.ff.quis,& à quo*, Alex.*in d.l.1.nu.9.& 10.& ibi* Rip.*n.12.ff.de damno infecto.* Marant.*de ordine iud.p.4. distinct.5. numer.29.* D. Barbos. *in l.cùm prætor §.1. num. 117. cum seqq. ff. de iudic.* Scacc.*d.q.8.n.31.vers. extende.*

12 Secundò amplia vsque adeò in terminis text.*in præsenti*. appellationem ad delegatum esse interponendam, quando ipse subdelegando aliquid sibi de iurisdictione reseruauit, vt nullo modo valeat omisso medio ad sum.Pont.primum delegantem prouocari, ita probante text.*hic in verbo debebit*, quod necessitatem importat, ex adductis per me *in tract. de diction. dict.77. num.1.* notant omnes *in præsenti, & in eod.§.porrò*, Abb.*in d. cap.dilecti num.11.& num.19.& ibi* Franch.*num.25.de appellat.* Pract. Papien.*in forma appellationis à sententia diffinitiua gloss.1.num.10.* & alij relati per Scacc.*d. tract.de appellat.q.7.num.63.* ampliantes talem appellationem ad Principem, seu Pontificem delegantem interpositam ipso iure non valere, etiam nulla opposita partis exceptione, vel allegatione tradunt Imol. *num. 19.in d.§.porrò* Rot.*decis.16.alias 387.hoc tit.in nouis*, idem Imol. & Innoc. *in c.cùm in 18.sup.hoc.tit.* tefert. Franch.*in d.cap. dilecti num.25.* & probari videtur ex eodem *cap.cum eo*, secundùm primum intellectum, de quo Abb.*in d.cap. super quæstionum*, quamuis contrarium, immo si pars non opponat appellationem, & processum per eam habitum mero iure valere, contendant post Archid. Dominic. *num.10.* Franch.*num. 8. hic.* idem Franch.*in d.cap. dilecti,n.26.* Marant.*de ordine iudic.part.6.tit.de appellat.num.370.* Scacc.*vbi sup.n.65.* quorum sententia in rigore iuris verior videtur, vt inuenti patebit.

13 Tertiò amplia decisionem huius text. non solùm locum habere quando prima delegatio facta fuit à Papa cum claus. *Appellatione remota*, in qua specie loquitur expressè text. *in d.cap.super quæstionum.§.porrò in princ.* ibi,*si causa sit ei appellatione remota commissa, de officio deleg.* vbi obseruant gloss.& Abb.*nu.5.* Ioan. Andr. *num.47.ad fin.* Idem Ioan. Andr. & Doct. communiter, vt per Abb. *in cap.cùm Bartoldus num. 40.de re iudic.* Paul.*consi.66. num.9.lib.1.* Card. Tusch.*litt. A.concl. 352.nu.41.* Scacc.*d.q.7.n.72.* Sed etiam eandem decisionem obtinere, licèt causa non fuisset commissa appellatione remota, vt bene ex hoc.text.deducitur, vbi nulla talis clausulæ mentio fit, accedit text.*in cap cùm te.18.*qui etiam simpliciter loquitur.*sub.eod.tit.*tradunt gloss.*verbo si causa in d.§.porrò, & ibidem* Innoc.*num. 8.* Anton.*num.11.* Ioan. Andr.*d.num.47.* Abb.*d.num.5.* Dominic.*hic num.9* Scacc.*num.73.dictis locis.*

14 Limita tamen, huius text.*supra* proximam conclusionem locum non habere quando nihilominus subdelegatus non in totum appellationi detulit ad Summum Pont.interpositæ, tunc enim ad eondem Pont. negotium deuoluetur, nec poterit ampliùs delegatus se in eo intromittere, vt notant Anchar. Dominic.& Franch. *hi num.vltim.*idem Franch. *in d.cap.dilecti il 3.num.27.de appellat.* Felin.*in d.cap.super quæstionum §.porrò num.13.vers.sexto*, Mohed.*decis.vlt.de appellat.* Scacc.*d.q.8.num.42.& q.7.n.66.cum seqq.* ampliantes hoc procedere etiam casu,quo delegatus subdelegauerit cum clausula, *Donec duxerit reuocandum*, vt *in præsenti*, adhuc enim asserunt non posse illum delationem appellationis reuocare, postquam à subdelegato facta fuit.

15 *Qui vices suas committit donec reuocet*,&c.] Intellige text. procedere etiamsi delegatus vices suas in totum commiserit, nam si commissio sub ea forma facta fuerit,*donec reuocaret*,ad eum certè, & non ad primum delegantem erit appellandum,ratióque ea est, quia cùm posse reuocare iurisdictionis sit,*l.iudicium solutur,ff.de indic.*vbi Doct. Domin.*hic, num.5.*gloss.*verbo processum in fine,in cap.si à subdelegato, inf.eod* retioendo sibi delegatus reuocandi potestatem aliquid de iurisdictione retinuit, iuxta doctrinam gloss. *hic verbo reuocandas*, succeditque proinde reg. huius text. *& d.cap. super quæstionum §. porrò, hoc tit.* tradunt Franch. *præsenti num.6.* Dominic.*num. 9.* Scacc.*de appellat.q.8. num.35.* ampliantes hoc procedere non solùm vbi appellari contigerit ante diffinitiuam in casibus à iure aliàs permissis, & de quo non est dubitatio,sed etiam si appelletur post sententiam ab ipsa diffinitiua, vt manifestè probat text *in præsenti, vers.etiam*, qui non ad immediatè præcedentes, sed ad hunc casum refertur, & cum eo coniungi debet, vt benenotant idem Dominic.*d.n.9.in fin.*& Franch.*num.7.in fine.*

16 *Vel qui executionem sententiæ tantùm*, &c.]Per hunc text. decisa est controuersia illa Tancredi, Bernardi, & Innocentij, quam refert *gloss.2.vers.sed nunquid in d. cap.super quæstionum §.porrò*, dum text.decidit posse delegatum subdelegando totam causam, solam executionem sententiæ sibi reseruare, quod Tancredus negabat, & virtute huius reseruationis ad eum si appelletur non ad primum delegantem esse prouocandum, quod Bernard.& Innocent. inficiabantur, notant post *gloss.vltim.hic* Franch.*num.6.ver sed quæritur*, Dominic.*num.9.vers.secundò oppono, in præsenti*, Sicul.*num. 13.*dicens communem Abb.*num.3.*& alij*in d.cap.porrò.* Cardin. Tusch.*practic.conclus.tom.1.litt.A, conclus. 352. num. 41.* Scacc. *quæst.8. num. 35.vers. contra.* Quòd tamen limitatur ne procedat qando delegatus post sententiam à se latam, à qua appellatum non fuit illius executionem alteri simpliciter subdelegauit, tunc enim si à subdelegato appelletur, vel quia in exequendo modum excessit, aut meritò sit suspectus; iuxta terminos text. *in d. cap.super, quæstionum, in princip.vers.nos autem, & in §.verum*, non ad delegatum, sed ad primum delegantem erit appellandum; ita post Specul.*p.2.tit.de appell.§.nunc tractemus, vers. quod si lata sententia*, tradit Domin. *hic num.11* & magis inclinat Franch.*num.6.*quicquid dicat Anch.*in præsenti num.4.*

17 *Aut quicquid aliud de iurisdictione sibi reseruat*, &c.] Ponunt DD.hîc exemplum quoties delegatus aliquid de medijs causæ, veluti litis contestationem, vel testium examinationem, aut aliud sibi retinuit tunc enim asserunt ad ipsum esse appellandum, dummodo tamen appelletur antequam actus illi per delegatum sint expediti, secus si postea, quia tunc non ipse, sed primus delegans prouocabitur, & ratio est, quia

quia vt ad delegatum valeat appellari, requiritur reseruatio iurisdictionis, iuxta hunc text. hæc atem solùm datur quousque actus illi expediuntur, postea verò omnino cessat, ex reg. *cap. in litteris, in fine. sup. hoc tit. cum simil.* tradunt, & explicant post Ioan. Andr. Domin. *num. 9. vers. sed pone*, Franch. *nn. 7. in præsenti*, Felin. *in d. cap. super quæstionum*, §. *porrò num. 13. vers. fallit quartò*, Scacc. *d. q. 8. num. 40.* vbi *num. 41.* intelligit ad effectum huius text. necessariò requiri, vt actus
7 qui delegato in subdelegatione facienda reseruantur, iurisdictionis sint, non verò quando delegatus consilium tantùm sibi retinuit.

18 In gloss. *Reuocandas.* ibi, *reuocare iurisdictionis est.* Ita Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 29. n. 56.*

19 In gloss. *Morte.* Notatur ad hoc, quòd iurisdictio delegata non perit morte delegantis re integra non existente, vt per Sanch. *de dispur. 28. num. 50.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatorum plurium in solidum quilibet cognoscit, & vno cognoscente, alij, nisi ex causa, se non intromittunt, & perpetuatio vnius perpetuat quoad omnes.*

2 *Delegatis ex pluribus datis cum clausula.* Quòd si non omnes, &c. *vel simili quilibet, idest, is qui prauenit, potest per se solum sine alijs in causa procedere.*

3 *Dictio,* libere, *potestatem tribuit faciendi actum sua sponte, alterius voluntate non requisita.*

4 *Citatio inualida non perpetuat iurisdictionem.*

5 *Iurisdictio competens sub conditione, vel ex die, prorogari non potest.*

CAP. Cùm plures. VIII.

1 Causa quando pluribus delegatur à Papa in solidum, quilibet per se solum potest procedere, & si vnus horum causam incœpit, alter non se immiscere potest in eadem, nisi primus sit impeditus iusta causa vel nolit, vel malitiosè recuset procedere. Item si Papa mandans, & delegatus, qui incœpit, moriatur, potest vnus ex alijs prosequi, quia causa perpetuatur, licet res videatur integra. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 403.* Alagona *in compend. pag. 147.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Ipsorum quilibet, &c.*] Notatur ad hoc, quòd ex pluribus iudicibus delegatis datis cum clausula, *Quod si non omnes*, &c. vel simili, quilibet, idest, is, qui præuenit, potest per se solum sine alijs in causa procedere, & eam definire, vt per Alexand. *cons. 93. num. 2. lib. 7.* Couar. *practic. quæst. cap. 26. num. 5.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. iurisd. Ordinaria num. 179.* Molin. *de iustit. tract. 5. disput. 24. numer. 4.* D. Barbos. *in l. si quis posteaquam num. 6. ff. de iudic.* Stephan. Gracian. *disceptat. forens. cap. 4. num. 22.* & alios per me citatos *in tractat. de claus. vsufreq. claus. 125. num. 6.* secundùm Lugdun. impress.

3 In gloss. *Liberè.* ibi, *idest, etiam non requisito collega.* Notatur ad hoc, quòd dictio, *liberè,* potestatem tribuit faciendi actum sua sponte, alterius voluntate non requisita, vt per Rebuff. *in concord. rub. de collation. § præfatique, in verbo, libera vers. septimo*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 48. num. 3. & gloss. 53. num. 3.* Chald. Pereira *de empt. cap. 20. num. 9.* Ceued. *post. lib. practic. & canonc quæst. sing. 58. num. 1.* & alios per me citatos *in tract. de diction. vsufr. dict. 190. n. 2.* secundùm impress. Lugd.

In gloss. *Quo potest.* ibi, *perpetua.* Notatur ad hoc, quòd citatio inualida non perpetuat iurisdictionem. vt per Mench. *quæst. frequent. c. 24. num. 7.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 16.* 4

In ead. gloss. ibi, *in diem, vel sub cõditione.* Notatur ad hoc, quòd iurisdictio competens sub conditione, vel ex die prorogari non potest, vt per D Barbos. *in l. 1. art. 1 num. 45. ff. de iudic.* 5

SVMMARIVM.

1 *Executor super gratia facta datus à Papa mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur, & num. 2.*

3 *Gratia principalis quando est nulla, datio quoque executoris tanquam accessoria, & pars ipsius gratia, erit nulla.*

4 *Executor gratia Apost. licèt largo modo dicatur delegatus, tamen secus est in materia stricta, in qua delegati appellatione non venit executor.*

CAP. Si super gratia. IX.

Si super gratia facta alicui à Papa dentur executores, & antequam aliquid faciant moriatur Papa, possunt adhuc executores officio fungi, quia gratia, quod est principale, non expirat; ergo neque potestas executorum quæ est accessoria. Collig. ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 402.* Alagon. *in compendio pag. 147.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, Couar. *in cap. cum in officiis, de testam. num. 8. vers. qua ratione, & pract. cap. 11. à princ. & lib. 5. variar. cap. 11. à num. 2.* Medic. *in tract. mors omnia soluit p. 2. concl. 64. à n. 186.* Rebuff. *in praxi tit. de gratia ratione congruit. à n. 2.* Vincent. de Franch. *decis. 405.* Perez. *l. 2. vers. sean tit. 2. lib. 2. Ordin. pag. 199. col. 1. & l. 6. q. 36. tit. 12 lib. 3. pag. 710.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 7. nn. 63. & 64.* Auend. *l. 43. Tauri gl. 1. n. 1. & gl. 3.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 1. quæst. 9. art. 1. & tom. 2 quæst. 46. art. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. in princ. n. 33.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. dec. 109. & in collect. dec. p. 2. collect. 394.* plures, quos refert. Ceued. *ad Sextum collect. 1.* Rot. *decis. 203. num. 6. apud. Farin. in. 2.* collectione nouissimarum, *aliàs part. 4. diuers.* Gutier. *practic. lib. 2. q. 74. & 75.* 2

Sic nec etiam re integra, &c.] Notatur ad hoc quòd quando gratia principalis est nulla, datio quoque executoris tanquam accessoria & pars ipsius gratiæ erit nulla, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. in annot. n. 278.* 3

In gloss. *Principalis.* ibi, *sed executor habet delegatam.* Notatur ad hoc, quòd licèt executor gratiæ Apost. largo modo dicatur delegatus, tamen secus est in materia stricta, in qua delegati appellatione non venit executor, vt per Gig. *de pensionib. q. 94. n. 5.* 4

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papa quando subdelegauit alicui non in totum vices suas & moritur, vel excommunicatur, interim durante tali impedimento appellandum est ad Papam, & num. 2.*

3 *Appellatio non omisso medio, sed gradatim ad superiores immediatos est interponenda, nisi superior ille immediatus impeditus proponatur.*

4 Delega

4 *Delegatus ſubdelegans, aut alius immediatus ſuperior quando excommunicatus proponitur, tunc non ad illum, ſed ad primum delegantem ſeu alium legitimum ſuperiorem erit prouocandum.*

5 *Idem dicendum ſi delegatus ſubdelegans eſſet mortuus, vel ſuſpenſus, aut hæreticus, vt num. 6. vel abſens ſit notabili diſtantia, vt n. 7.*

8 *Epiſcopus, ſeu alius iudex ordinarius ſi cùm eſſet ſuſpectus recuſatus cauſam principalem delegauit, & contingat ab huiuſmodi delegato appellari, tunc non ad ipſum Epiſcopum, ſeu Ordinarium delegantem, ſed ad Archiepiſcopum, vel alium ſuperiorem immediatum erit prouocandum.*

9 *Iuriſdictio quando eſt delegata, & res non integra, tunc non ſuſpenditur iuriſdictio delegati.*

10 *Appellatio alternatiua valet quando in appellante concurrit probabilis aliqua dubitatio iuris vel facti ad quem ſit appellandum.*

Cap. Si is, cui. X.

1 DElegatus Papæ quando ſubdelegauit alicui non in totum vices ſuas, & moritur, vel excommunicatur, interim durante tali impedimento appellandum eſt ad Papam. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 403.* Alagona *in compendio. pag. 147.* remiſſiuè Ximen. *in concordant. par. 2.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt omnes *in præſenti*, latiùs Anchar. *num. 1. gloſſ. pen. in fine. in cap. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. hoc lib.* Abb. *num. 1. in cap. cum te 18. ſup. hoc tit.* Quintanaduen. *de iuriſdict. lib. 2. tit. de ſubdelegat. num. 31.* Molin. *de iuſtit. tract. 5. diſput. 21 num. 6.* ſic limitantes reg. *cap. ſi delegatus,*
3 *verſ. ad. eum*, cum ibi notatis, *ſup. eod. tit.* Eſtque etiam generalis limitatio ad regulam iuris, qua cauetur non omiſſo medio, ſed gradatim ad ſuperiores immediatos eſſe appellationem interponendam, de qua *in l. Imperatores 21. cum ſimilibus, ff. de appell.* gloſſ. & Doctores *in cap. dilecti il 3. eod. tit* proſequuntur poſt antiquiores à ſe relatos Card. Tuſch. *tom. 1. litt. A. concl. 352.* Scacc. *de appellat. q. 7.* vt non procedat quando ſuperior ille immediatus impeditus proponitur, vt *hic*, tunc enim eo omiſſo quaſi deficiente gradu proximo poterit ad alium ſuperiorem ſequentem prouocari, vt bene explicat, & aliis exemplis confirmat Anchar. *hic num. 1.* notant omnes *in d. c. dilecti*, vbi Abb. *num. 15.* Socin. *reg. 23. fallent. 12. & 15.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de appellat. nu. 375.* Gail. *lib. 2. obſeruat. 119. num. 2.* cum aliis, de quibus Scacc. *d. q. 7. num. 37. cum ſeqq.*

4 Primò autem declara, & intellige concluſionem ſupradictam ex hoc text deductam, & limitationem in eo traditam rectè procedere in exemplo ab hoc eodẽ text. adducto, ibi, *ipſum excommunicari*, &c. quando ſcilicet delegatus ſubdelegans, aut alius immediatus ſuperior excommunicatus proponitur, tunc enim non ad illum, ſed ad primum delegantem, ſeu alium legitimum ſuperiorem erit prouocandum, vt ex hoc text. ita poſt gloſſ. *in præſenti*, notant Abb Marant. Molin. Socin. & alij proximè *citatis locis*, Archid. *in c. anteriorem n. 17 caſ. q. 6.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 14 ſect. 1. num. 1.* Scacc. *d. q. 7. num. 38.*

5 Secundò declara, & intellige concluſionem huius text. procedere in alio exemplo ab hoc eodem text. adducto ibi, *aut de medio tolli contingat*, &c. ideſt, vbi delegans ſubdelegans eſſet mortuus, &c. iuxta explicationem gloſſ. ibi, *verbo de medio*, quæ deducitur ex ſequentibus verbis textus, ibi, *vel ſucceſſorem expectando*, &c. nam vbi delegatus mortuus eſt, ſatis impeditus proponitur quominus de appellatione valeat cognoſcere, iuxta reg. *c. ſi delegatus 7. in princ. ſup. hoc eod. tit*, notant omnes *hic*, Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 3. tract. de appell. art. 2. gl. vnica n. 15.* Scacc. *d. q. 7. n. 40.*

Tertiò intellige, & amplia vt procedat etiam vbi delegatus ſubdelegans, ſeu alius immediatus ſuperior, ad quem appellari debuiſſet, ſuſpenſus eſſet, vel hæreticus, procedit enim in vtroque ratio huius text. cum *ſuprà* reſolutis, & ita in ſuſpenſo notat expreſsè Abb. *in cap. dilecti il. 3. num. 15. de appellat.* Scacc. *d. q. 7 num. 41.* & in hæretico, ſeu alio non Catholico tradunt idẽ Abb. *vbi proximè*, Franch. *ibid. num. 20. & in cap. Romana §. 1. num. 4.* vbi Domin. *eod. num. inf. de appellat. hoc lib.* Scacc. *d. q. 7. n. 39.* 6

Quartò amplia, vt locum habeat ſi delegatus, ſeu alius ad quem erat appellandum, abſens ſit notabili diſtantia, ſeu longinqua, tunc enim ex ratione huius text. *in verſ. ne abſolutionem*, ad primum delegantem, vel alium ſuperiorem immediatum poſſe appellari notant omnes *hic*, Franch. & Anch. *num. 2.* & Domin. *num. 4.* ex reg. *cap. 2. ibi, in longum peregrinari, inf. de procurat. hoc lib. & l. licet. 15. in fine, ff. de arbitr.* cum aliis, in quibus habetur longam abſentiam iudicis ſufficiens eſſe impedimentum non ſolùm ad eum excuſandum à munere iudicandi, iuxta reg. *l. penult. ff. de vacat. munerum*, ſed etiam ad iuriſdictionem in alium transferendam, vt per D. Barboſ. & alios ab eo citatos *in l. ſi longius n. 1. & 4. ff. de iudic.* & in terminis text. *in cap. cum plures, verſ. porrò, ibi, vel alia iuſta cauſa ſup. hoc eod. tit.* tradit eleganter Federic. *conſ. 230. n. 2.* quem ſequitur Card. Tuſch. *litt. A. concl. 33. num. 10.* 7

Quintò amplia vt ſimiliter locum habeat in appellatione, quæ interponitur à delegato Epiſcopi, ſeu alterius iudicis ordinarij, qui cùm eſſet ſuſpectus recuſatus cauſam principalem delegauit, iuxta terminos *cap. cum ſpeciali 61. in fine princip. de appellat. cap. ſi quis contra. de foro compet.* tunc enim non ad ipſum Epiſcopum, ſeu Ordinarium delegantem, vt pote qui ex ſuſpicione impediti medium non faciunt, ſed ad Archiepiſcopum, vel alium ſuperiorem immediatum eſſe prouocandum, ex reg. huius text. notauit gloſſ. *pen. hic verſ. bene autem*, & fuit communis ſententia antiquorum, quam tenuerunt Specul *part. 2. tit. de appellat. §. nunc tractemus num. 5. & 6.* Vincent. Hoſt. Ioan. Andr. quos refert, & ſequitur Anchar. *in d. cap. ſi quis contra num. 5.* Sicul. *num. 53.* Franch. *in cap. dilecti il. 3. num. 20. de appellat. & in cap. Romana §. 1. n. 4. infr. illo tit.* ſequuntur Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de appellat. n. 375. & num. 387.* Gail. Mynſing. & alij, de quibus Scacc. *de appell. q. 7. num. 41.* 8

Si delegatum ipſum excommunicari, &c.] Ergo quando delegata iuriſdictio, & res non eſt integra, nempe quia delegatus perpetuauerat ſuam iuriſdictionem ante excommunicationem, tunc non ſuſpendetur iuriſdictio delegati, vt per Ricciul *de iure perſonarum lib. 4. cap. 19. nu. 7.* vbi ait procedere ſiue delegatio eſſet facta in totum, ſiue in parte. 9

In gloſſ. *Durante*. ibi, *credo quòd teneret appellatio alternatiua*, &c. Sentit gloſſ. appellationem alternatiuam valere, quando in appellante concurrit probabilis aliqua dubitatio iuris, vel facti, ad quem ſit appellandum, aliàs verò non valere ſaltem attento iure Canonico, quaſi ſecus ſit de iure Ciuili, tradunt latè Franch. *num. 4.* Dominic. *num. 5. in præſenti.* ſcribentes *in rub. de appellat.* vbi Card. *num. 31.* Franch *num. 8. & in d. cap. dilecti il 3.* vbi idem Franc. *in numer. 59.* Card. *num. 24. & 25. eod. tit.* Legiſtæ *in l. 1. §. ſi quis*, vbi Paul *num. 6.* Aretin. *num. 15. ff. de appellat* Beroi *conſ. 7.* 10

à num.16.cum seqq.lib.1. Villad.*in tract.de legato p.1. q.8.à n.37.* Gambar.*in simili tract.lib. 8.quæst.6. num. 114* Lancelot.*de attent. part. 2.c.12.limit. 50.n. 124. & 125.* Card.Tusch.*tom.1.litt.A concl.352.n.60.cum seqq.* Scac.*de appellat.q.9.per totam.*

S V M M A R I V M.

1 *Ab arbitris iuris appellatur ad Papam, & num.2.& intellige, vt num.7.& 9.*

3 *Arbitri iuris illi sunt, qui ex necessitate iuxta formam iuris in casibus ab eodem iure expressis à partibus, vel ab aliis eliguntur.*

4 *Arbitri iuris an habeant iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, vel mixtam ex vtraque, remissiuè,*

5 *Appellari potest à sententia arbitri electi ex forma, & necessitate iuris.*

6 *Arbitri iuris tanquam veri iudices iurisdictionem habent eorúmque sententia vera sententia est.*

8 *Lex magis fauet ei, qui necessariam satisdationem præstare debet quàm ei, qui voluntariam.*

Cap. Ab arbitris. XI.

1 DElegatus Papæ, quando est suspectus, vel quando iudices non concordant, eliguntur arbitri, secundùm ius, à quibus si grauata pars appellare vult, ad Papam, & non ad iudices, est appellandum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.1.pag.405.* Alagona *in compend.pag. 147.* remissiuè Ximen.*in concord.p.2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt gloss.*verbo ad quos, in cap.superioris causa, hoc titul.in Decretal.* vbi Butr.*num.17.* Abbas *num.7.* Imol.*num.3. post med.* & Zabarel.*colum.3.vers.secundo*, Gail.*lib.1. obseruat.33.num.18.* Fulu. Pacian *de probat.lib.2.c.45. num.25.* Scacc.*de appellat.quæst.7.numer.209.cum seq.* vbi intelligit quando recusatus est vel delegatus Papæ, vel Ordinarius, à cuius sententia esset appellandum à Papa, secus quando recusatur delegatus inferior, vel ordinarius à cuius sententia non appellatur ad Papam.

3 *Qui secundum formam iuris, &c.*] Arbitri iuris illi sunt, qui ex necessitate iuxta formam iuris in casibus ab eodem iure expressis à partibus, vel ab aliis eliguntur, vt contingit in terminis huius text. *& cap.si contrà à num.4.vers. vbi verò, sup.hoc eod.tit. cap. suspicionis 39.hoc tit.in Decretal. cap.cum speciali 11.in princ. de appellat.cap.2.eod.tit.hoc lib.l.apertissimi C.de iudic. c. pastoralis, de rescript.in princ.* tradunt Corras.*lib.4.miscel.cap.18.num.1.* Alciat.*in rub.de offic. Ordin. n. 33.* Blanc.*de compromiss.quæst.6.num.1.* Camill. Borrell. *in simili tract.§.3.gl.1.num.33.* Azeued.*l.4.à num.24.tit. 21.lib.4.noua recop.* Molin.*de iustit.tract.5. disput. 23. n.10.& disp.31.num.2.*

4 Vtrùm autem huiusmodi arbitri iuris electi in casibus, de quibus in hoc text. & aliis iuribus *suprà* relatis habeant iurisdictionem Ordinariam, vel delegatam, vel mixtam ex vtraque, vide Blanc.*de compromiss. quæst. 6.num.4.* Bart.*in l.vltim.C.de iud.* vbi Bald. *notab.7.* Ias. *in l.duo iudices num.7.ff.de re iudic.* Specul.*tit.de arbitris, §.fin.num.74.* Abb. *in cap.vlt. num.21. cum seq.* & *ibi* Felin.*n.12.de re iudic.* Franch. *num.2. vers.in gloss. 2.in præsenti.* Borrell.*de compromiss.§.3.gl.1.à num. 61.* Marant.*de ordine iudic.p.4.dist.6.n.22.* qui omnes huiusmodi arbitros, vel simpliciter delegatam, vel saltem mixtam iurisdictionem habere opinantur, delegatæ tamen magis, quàm Ordinariæ accedentem.

5 *Si grauauerint, &c.*] Collige ex text. à sententia arbitri electi ex forma & necessitate iuris, vt *hic* appellari posse, consonant text.*in l.arbitro 9.ff.qui satisd. cog.l. vlt.ff.à quibus appellare non licet, l.ex consensu 23.ff.de appellat.* tradunt.*gloss.vltim.in præsenti,* & *ibid* Anchar. *num.2.* Franch.*num.3.gl.verbo sopiatur.* & *ibi* Doctores *in cap.pastoralis 14.in princ.de rescript.* Bart. *in l.1.§. interdum num.8.ff.à quibus appellare non licet*, Butr.*in cap.Quintauallis num.38.de iureiur.* Marant.*de ordine iudic.part.6.tit.de appellat.num.272.* Molin.*de iustit. tract.5.disp.23.n.10.* Scacc.*de appellat.q.17. limit.13. num.5.* eam assignantes rationem, quia tales arbitri tan- 6 quam veri iudices iurisdictionem habent, subindeque eorum sententia vera sententia est, pariens actionem iudicati, & exceptionem rei iudicatæ, vnde ab ea indulgeri debet appellatio à cessante ratione, *l.2.* ibi, *quia iudicati actio, C.de recept.arbitr.* quo argumento eandē conclusionem Doctores admittunt in arbitris electis ex necessitate statuti, vt per Ancharan.*hic in fine*. Dominic.*num.7.vers.& istam glossam.* Bart.*in l. diem proferre, §.stari.ff.de arbitr.* Socin.*reg.24.fallent. 10.in fine.* Ceuall.*commun.contra communes tom.3. quæst. 840. n.23.* Scacc.*d.limit. 13.num.3.* comprobat latè plures referens Blanc.*de compromiss.q.10.num.10. cum duobus seqq.* & est doctrina *gloss.1. vers. vel etiam in cap. à iudicibus 2.q.6.*

7 *Ad Sedem Apostolicam appellandum.*] Hic text. dum probat appellationem ab arbitris iuris esse interponendam, ad Summum Pont. de plano. & absque difficultate procedit, primò in arbitris electis cùm de reuocatione ambigitur litterarum, de quibus *in præsenti in vers vel.qui.* secundò in illis, qui assumuntur ad cognoscendum de suspicione obiecta delegato Apost. iuxta terminos *cap.suspicionis 39.sup. hoc tit.* cùm enim hi sint veluti delegati ab ipso Summo Pont. vel Principe, *l.apertissimi*, ibi, *quasi ab Imperiali culmine delegati, C. de iudic.* & insuper loco delegatorum ipsius subrogentur, rectè ab illis ad eundem Pont. vel Principem est appellandum, sicut aliàs ab eisdē delegatis ad eundem appellaretur, ex decisione text.*in cap. super quæstionū. §.porrò sup.hoc tit.* iuncta reg.*l.si eum §.qui iniuriarum, ff.si quis caution.* facitque etiam ratio *gl.1. in præsenti,* ibi, *& sic ad Papam, qui est lex animata in terris*, &c. cum quia videtur transire Dominic.*num.2.hic.* tradunt Speculat.*part.2.tit.de appellat.§.nunc tractemus. vers. sed ad quem n.5.in fine,* Abb.*in d.cap.dilecti il 3.n.14. de appellat.* Molin.*de iustit.tract.5.disput.23.num.10.* Scacc.*de appellat.q. 7.n.109.*

8 In gloss. *Appellandum*, vlt. ibi. *sic etiam magis fauet lex*, &c. Vltra iura à gloss. citata idem meliùs deducitur ex text. in specie *in l.si dictum 56.§.si compromisero. ff.de euiction.l.tutor.ff.de negot.gestis,* tradunt Dominic. *hic num.7.* exornat pluribus Tiraq.*de retractu lig. §.1. gloss.10.num.25.*

9 In ead.gloss.ibi, *& hac ratione puto, &c.*] Notatur ad hoc, quòd decisio huius text. dum probat ad Sedem Apost esse appellandum ab arbitris iuris, procedit in illis arbitris, qui eliguntur quando Episcopus cum clerico sibi subdito causam habet, in terminis *cap. si clericus, vers.vel certè 11.quæst.1.* sequuntur Dominic. *in cap.Romana §.ab Archidiaconis num.4.* & *ibi* etiam Franch.*num.4.l.mit.4.de appell.hoc lib.* Socin. *reg. 23. fallent.9.* Marant. *de ordine iudic.p.6.tit. de appellat. num.376.* cum aliis, de quibus Scacc.*d.q.7.num. 107.* Ratióque ea esse videtur, quia cùm huiusmodi arbitri assumantur ex eo, quia neque Episcopus, neque Archiepiscopus in ea causa iudices esse possunt, iuxta *tit. C.ne quis in sua causa,* & proinde ex eisdem rationibus appellatio ad illos interponi non valeat, nec enim Archiepiscopus potest adiri per viam appellationis nisi

nisi quando ab Episcopo appellatur, *d. cap. Romana in princ.* Igitur quasi deficientibus iudicibus necessariò Romanus Pontifex prouocari debet.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus à Papa, vt prouideat personæ, subdelegat, si detur vt prouideat Ecclesiæ, non expressa persona, non subdelegat, nisi habeat speciale mandatum, & causam reddat.*

2 *Executores gratiarũ possunt aliis cõmittere vices suas.*

3 *Industria personæ, vbi eligitur ad aliquod munus obeundum id delegari nequit.*

4 *Delegatus inferioris à Principe licèt non possit subdelegare, poterit tamen si ad hoc habeat speciale mandatum.*

CAP. Is, cui. XII.

1 PApa quando committit alicui, vt prouideat tali certæ personæ de beneficio in tali Ecclesia, tunc iste potest demandare hoc munus alteri, quia sua industria non debet eligere personam; sed si mandat vt prouideat Ecclesiæ, de persona, non exprimendo aliquam, non potest hoc demandare alicui, quia committitur eius industriæ ad eligendam personam, nisi in rescripto dicat, per se, vel alium. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anch. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. l. 1. pag.* 405. Alagon. *in compendio pag.* 147. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1.

2 *Potest alij committere licitè vices suas.*] Notatur ad hoc, quòd executores gratiarum possunt aliis committere vices suas, vt per Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 5. *collect.* 1699. vbi infert ad illud quòd executores, maximè litterarum in forma Dignum, possunt alteri subdelegare.

3 *Quia circa eligendam personam eius industriam,* &c. Notatur ad hoc, quòd vbi eligitur personæ industria ad aliquod munus obeundum, id delegari nequit, vt Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 18. & alios citatos per me *in collect. ad cap. vlt. n.* 3. *cum seqq. hoc tit. in Decretalib.* vbi latè declarauimus.

4 In gloss. *Per alium*, vlt. ibi, *Et credo quod sic.* Notatur ad hoc, quòd licèt delegatus inferioris à Principe non possit subdelegare, poterit tamen si ad hoc habeat speciale mandatum, vt per Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 5. *num.* 65. Caputaq. *decis.* 167. *num.* 2. *part.* 1 Nauar. *in cap. placuit, de Pœnit. dist.* 6. *n.* 70. & 71 Azeued. *ad rub. tit.* 9. *num.* 14. & 19. *lib.* 3. *noua recopil.* Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Sbroz *de Vicario Episcopi lib.* 2. *quæst.* 66. *num.* 23. Mol *in emporio iuris. p.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 9. Iacob. de Graff. *in aureis. decis. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 21. Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. q.* 2. *art.* 11. *concl.* 2. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 31. *nu.* 6. *cum. seqq.*

CAP. Statuimus. XIII

1 PApa quandò mandat alicui causam expedire in certo loco, delegatus si habet iustam causam, potest eam expedire in alio loco. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 406. Alagona *in compend. pag.* 148. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2.

2 In gloss. *Statuimus.* ibi. *fit ergo hoc de iure nouo.* Notatur ad hoc, quòd verbum *Statuimus*, est iuris noui inductiuum, vt per Seraphin. Rotæ *decis.* 510. *num.* 4.

Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. & alios citatos per metipsum *in tractat. de dictionib. vsufreq. dict.* 384. secundùm Lugdun. impress.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio vbi preponitur à subdelegato non in totum; quia non admittit exceptionem per quam denegatur etiam delegatum habere iurisdictionem, ad primum delegatum appellabitur, & n.* 2

3 *Delegata potestas mortuo delegante re integra non expirat ipso iure, sed ope exceptionis.*

4 *Integra vt res non dicatur, sufficit quòd qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti, exercens quẽcunque actum iudicialem.*

5 *Contraria allegans non est audiendus.*

6 *Iudex delegatus si fuerit hæreticus, non habet iurisdictionem.*

7 *Iurisdictio subdelegata vt non expiret per mortem primi delegantis, satis est delegatum ab eo, vel ab hoc subdelegatum cœpisse vti iurisdictione ante dicti primi obitum.*

8 *Subdelegatio est actus iurisdictionis.*

CAP. Si à delegato. XIV.

1 DElegatus quando subdelegauit non in totum; sed in partem, licèt sit regulariter appellandum ad delegatum, tamen si excipitur quòd re integra mortuus est delegans primus, & hæc exceptio non admittitur, appellandum est ad Papam. Similiter quando appellatur ex eo quia iudex non habet potestatem, appellandum est ad papam. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Andr. Butr. Ancharan. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 406. Alagona *in compend. pag.* 148. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 *Ex eo fuerit appellandum, quia exceptionem,* &c.] Per hunc text. notabiliter limitatur generalis reg. de qua *in cap. si delegatus, vers. ad eum, sup. hoc eod. tit.* quia habetur à subdelegato non in totum ad ipsum delegatum subdelegantem esse appellandum, vt non procedat quando à tali subdelegato ex eo appellatur quòd non admittit exceptione concludentes defectum iurisdictionis in delegato subdelegante, vt in exemplo, de quo text. *in præsenti*, ibi, *quod antequam*, &c. & in aliis relatis à gloss. *verbo, in aliis*, tunc. enim non ad ipsum delegatum, qui iurisdictionem negatur habere; sed ad primum delegantem erit appellandum, ne aliàs appellans appellando ad eundem, quem iurisdictionem negat habere, contra deducere videatur, contra reg. *cap. solicitudinem* 54. *in fine de appellat. l.* 1. *C. de furtis*, cum similibus, quam rationem assignat text. *hic in fine*, & per eum ita notat gloss. Anchan. *num.* 4. *ad finem*, Iaon. Monach. & omnes *hic*, Abb. *in cap. cum te.* 18. *notab.* 2. *sup. hoc tit.* Franch. *in d. cap. dilecti* il 3. *num.* 28. *de appellat.* Molin. *de iustit. tract.* 5. *disput.* 21. *num.* 6. Quintanad. *de iurisdiction. lib.* 2. *titul. de subdelegat. num.* 31. Scacc. *de appellat. quæst.* 7. *num.* 68.

3 *Quod antequam per eum*, &c.] Notatur ad hoc quòd potestas delegati mortuo delegante re integra non expirat ipso iure, sed ope exceptionis, ac proinde si pars aduersa non excipiat, valent gesta ab eo delegato, vt per Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 28. *n.* 39. & 40.

4 *In aliquo processum fuisset*, &c.]. Sufficit. ergo, vt res non dicatur integra, quòd qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti exercens quemcunque actum iudicialem, vt per Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 8.

5 *Contrarius sibi ipsi,&c.*] Notatur ad hoc, quòd contraria allegans non est audiendus, vt per Dominic. *hic not. vlt.* Greg. *l. 11. verbo. ninguna tit. 18. part. 3.* Doct. per text. *ibi in l. 1. C. de furtis,* Bernard. *reg. 28.* Mantu. *in l. precibus lect. 1. n. 19. Cod. de impub. & aliis,* Bald. *in l. 1. opposit. 9. col. 3. C. si seruus extero.* Couar. *var. lib. 2. cap. 2. num. 2. in fine,* Menoch. *de præsent. lib. 2. præs. 41. num. 2. & cons. 106. num. 520.* Cabed. *Lusit. decis. 34. n. 9. part. 1.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 54. num. 18.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo allegatio n. 4*

6 *Idem fiet in aliis casibus,&c.*] Hos casus plenè enumerant gloss. *verbo in aliis,* & Archid. *hic* vbi additio impressa Ioan. Andr. alterum addit de hæretico, cùm scilicet pars excipit iudicem delegatum esse hæreticũ, neque proinde iurisdictionem habere, ex reg. *cap. audiuimus,* cum similibus 24. *q.* 1. in quo latiùs insistunt idem Archid. Franch. & Anchar. *n. 4.* Dominic. *num. 5. in præsenti,* vltra quos vide Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 13. quæs. 7.* Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib. 2. cap. 22. & 23.*

7 In gloss. *Processum.* ibi, *Papa dedit delegatum,* &c. Notatur ad hoc, quòd vt iurisdictio subdelegata non expiret per mortem primi delegantis, satis est delegatum ab eo, hoc subdelegatum cœpisse vti iurisdictione ante dicti primi obitum, vt per Sanch. *d. lib. 8. disp. num. 38.*

8 In ead. gloss. ibi, *quia subdelegare est iurisdictionem delegare.* Ergo subdelegatio est actus iurisdictionis, vt per Sanch. *d. disput. 28. num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores qui possint esse ponitur hîc, & vbi cognoscere valeant, & an, & quibus possint delegare, & quantum duret eorum potestas, & de talium expensis.*
2 *Conseruatores Societatis Iesu non comprehenduntur sub dispositione huius text.*
3 *Conseruatores in forma de qua hic à solo Romano Pont. concedi possunt.*
4 *Conseruatores qui possint esse referuntur.*
5 *Vicarij generales Episcoporum quatenùs tales Conseruatores esse non possunt.*
6 *Priores, seu Guardiani Mendicantium an possint esse Conseruatores, remissiuè*
7 *Iurisdictio reciproca in iudicibus non Conseruatoribus est iustissima causa recusationis.*
8 *Regibus propter eorum excellentiam semper defertur, & præseruari censentur.*
9 *Conseruatoris datio existentis sub iurisdictione, vel dominio petentis, est nulla ipso iure,*
10 *Archiepiscopus an possit habere in Conseruatorem subditum suffraganei sui, remissiuè.*
11 *Districtus quid sit. & an differat a territorio, seu iurisdictione, remissiuè.*
12 *Clerici, an dicantur esse de districtu dominorum temporalium, remissiuè.*
13 *Conseruatores extra ciuitates, siue diœceses in quibus fuerint deputati, procedere non possunt, nec reos ad suum iudicium trahere vltra vnam dietam à fine diœcesum earundem, & num. 26. nisi aliud in tenore Bullæ Conseruatoriæ fuerit concessum, vt num. 14.*
15 *Conseruatores plures habenti, an licitum sit partes citare ad remotiorem, stante propinquiori, remissiuè.*
16 *Conseruatores in totum subdelegare non possunt, nisi quoad citationes, & sententiarum promulgationes, vel vbi ex beneficio litterarum id eisdem fuerit concessum.*
17 *Episcopi suspensionem non incurrunt nisi de illis expressa mentio fiat.*
18 *Ignorantia qualibet etiam crassa excusat à pœna.*
19 *Suspensio ab officio quoties à iure, seu etiam ab homine præcisè, vel absolutè imponitur, si aliud non addatur, non includit suspensionem a beneficio.*
20 *Conseruatorem sibi datum incitantes, vt intromittat se in iis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & exigunt altiorem indaginem, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam.*
21 *Pœna de qua in hoc text. non incurritur ex sola procuratione, nisi effectus sequatur.*
22 *Absolui non potest pars ab excommunicatione huius tex. nisi prius alteri parti integraliter expensas resarciat, nec subinde cautio sufficit.*
23 *Delegata potestas expirat mortuo delegante re integra, secus quoad negotia iam cœpta.*
24 *Dicto, omnino, iuncta decreto irritanti omnimodam & totalem nullitatem ipso iure important.*
25 *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis potest esse delegatus, non verò Conseruator.*

CAP. Hac constitutione. XV. & vlt.

Conseruatores non possunt esse nisi Episcopi, & his superiores. Item Abbates, habentes dignitatem, vel personatum in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata. Item vnus Conseruator non potest habere pro Conseruatore illum, quem conseruat. Item nullus potest habere pro Conseruatore suum subditum, vel eum, qui consistit in districtu ecclesiastico, vel temporali suo; eximuntur Reges & Reginæ. Item Conseruatores non præsumant procedere extra ciuitatem, vel diœcesim, in quibus sunt constituti, contra quoscunque, neque aliquem trahant à fine diœcesis vltra vnam dietam. Item nisi exprimatur in rescripto, seu litteris, non possunt committere suas vices alteri, possunt tamen citare, & denuntiare sententiam per alios, & quando hoc est concessum in litteris faciant intra ciuitatem, vel diœcesim, & personis habilibus vt suprà. Item si Conseruatores scienter se intromittant in aliis, quam manifestis iniuriis, & violentiis, seu in aliis, quæ iudicialem indaginem exigunt, eo ipso sunt suspensi per annum ab officio, & pars, quæ hoc procurauit, est excommunicata, & non soluitur nisi prius integrè satisfecerit parti indebitè fatigatæ de expensis. Item officium Conseruatoris ipso iure expirat in negotiis non cœptis per mortem concedentis. Circa munera, expensas, assessores, notarios, & testes vocandos seruetur constitutio *de rescript. cap. 6. in super.* Si quid contra præmissa fuerit attentatum est irritum, & inane. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 407.* Alagona *in compend. pag. 148.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

In Societatis Iesu Conseruatore locum non habere hunc text. tradit Aldrete *pro omnimoda Regularium exempt. part. 3. cap. 5. n. 8. cum seqq.* 2

A Sede Apost. cõceduntur,&c.] Notatur ad hoc, quòd Conseruatores in forma de qua *hic,* à solo Romano Pont concedi possunt. vt per Syluestr. *in summ. verbo Conseruator num. 2.* Fr. Emman. Roderic. *quæst. Regular. tom. 1. q. 65. art. 2. in princip.* Azor. *instit. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 34. quæst. 6.* Molin. *de iustitia tom. 6. disp. 29. num. 1.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 47. art. 1.* Portel. *in dub. Regular. verbo Conseruatores num. 1.* Hieronym. Roder. *in compendio quæst. Regular. resol. 33. num. 2* 3

De cætero deputari non possint nisi Episcopi, &c.] 4

Text.

Text.hic vsque ad *verb.Conseruatores autem*, totus est in explicando quinam possint Conseruatores deputari.& in primis regulam constituit solos Episcopos, vel eorum superiores, aut abbates, item eos, qui dignitates, vel personatus in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis obtinuerint, Conseruatores eligi posse notant omnes *in præsenti*, Petr. Gregor. *syntagm.lib.47.cap.22.n.28.Siluest.verbo Conseruator, n.2.*Fr.Emman. *quæst.Regular.1.q.65.art.2.* Azor.*d.tom.2. lib.5.cap. 34.q.4.* Molin.*d.disp.29.num.3.*

5 *Seu dignitates, vel personatus in Cathedralibus*, &c.] Verba illa, *dignitates, vel personatus*, strictè accipiuntur, non prout important honorem cum aliqua iurisdictione, sed prout sunt beneficia ecclesiastica, sicut manifestè probant verba sequentia, ibi, *in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes*; vnde sequitur eosdem vicarios generales Episcoporum quatenus tales Conseruatores esse non posse, licèt enim habeant honorem, seu officium cum iurisdictione, nequaquam tamen obtinent dignitatem, seu personatum in aliqua Ecclesia, Abb.*in c.de multa,num. 23.de prebend.*Selu. *de benef.p.1.q.2.num.64.* Menoch.*cons.51.n.33.lib.1.* quam tamen dignitatem text.hic requirit, & ita ex hoc & aliis fundamentis in specie defendunt Cardin.*in d. Clem.2.q.12.& ibi* Bonif.*à num.36.* Pauio.*de potestate Capituli, p.2.q.10.num.16.* Fr.Emman.*d.quæst.65.art.13.vers.ex his.* Quamuis contrarium intendant. gloss. *verbo delegatus in Clem.2.de rescript.* quam sequuntur Anchar. Paul. & Imol.*ibi*, & ex noua decisione illius text.videtur tenere Piccard.*inter consilia* Menoch.*cons.52.num.33.cum.seq.lib.1.*Sbroz.*de vicario Episcopi,lib.2.quæst.* 27. quorum sententia etiam hodie locum habere poterit attentis specialibus priuilegiis Religionũ, quibus similiter concessum est, vt possint Vicarios generales in suos Conseruatores eligere, vt per Fr. Emmã.*d.art.13.*

6 Vtrùm autem Priores, seu Guardiani Mẽdicantium possint esse Conseruatores, prout delegari dari valent in terminis *d.Clem.2.* vide eundem Fr. Emman.*d.art.13. vers. secundò est notandum.*

7 *Nullúsque deputatis sibi Conseruatoris*, &c.] Intellige prohibitionem hanc procedere non solùm ad effectum vt ex hoc capite valeat Conseruator recusari, sed insuper vt datio nulla sit, etiam non apposita exceptione, seu recusatione, iuxta decisionem huius text.*in vers.vlt.*obseruat gloss.*hic verbo Conseruator, & verbo edita, vers.secundo*, cum qua transeunt, Monach.& Dominic.*in princ.num.vlt* & Anchar. *n.1.*notantes quòd licèt aliàs hæc reciproca iurisdictio in cæteris iudicibus sit iustissima causa recusationis, iuxta doctrinam Specul. *in tit. de iudice deleg. §.superest.vers.item si vnus*, Rebuff.*ad leges Galliæ tom.3.tract. de recusat. art. 9. gloss.vnica, num.34.*intendit gloss.*d.verbo Conseruator*, ibi, *saluo iure recusationis*, &c.in Conseruatoribus tamen sufficiens vt ipsamet concessio nulla sit, iuxta hunc text.tradunt Petr.Greg.*syntag.lib.47.cap.22 n.8.* Azor.*d.p.2.lib.5.c.34.q.4.* Molin.*d.tom.5.disput.29.n.3.vers.item non possunt.*

8 *Regibus, & Reginis*, &c.] Notatur ad hoc quòd Regibus propter eorum excellentiam semper defertur, & præseruari censentur, vt per Ceual.*commun. contra communes,q.897.n.491.tom.4* Gonzal,*ad reg.8.Cancel. gloss.9.§.2.n.36.* Azeued.*cons.34.n.6.*

9 *Qui sub ipsius iurisdictione, dominio*, &c.] Intellige similiter ex hac causa Conseruatoris dationem nullam manere ipso iure, vt intendunt gloss.*verbo à temporali*, gloss.*verbo edita vers.tertiò,hic*, iunctis *suprà* resolutis. Ratio huius probationis desumitur ex decisione text. *in cap.accedens, il 1.vers. cum igitur*, & *ibi* gloss.*verbo subesse, & ex cap.accedens, il 2.ibi, & omnes sub districtu existant*,&c. *vt lite non contest.* cum aliis, in quibus habetur non posse quem habere in iudicem eum, cui valeat imperare, tradunt Monach.*in præsenti,num.1.*Anchar.*in prim. num.6.* Marant. *de ordine iudic.p.6. tit de appellat.num.40.& 41.* Vtrùm autem Archiepis- 10 copus possit habere in Conseruatorem subditum Suffraganei sui supposita prohibitione huius text.vide per Dominic.*hic in princ.text.num. vltim.* & Franch.*num. 4.in fine.*

Districtu ecclesiastico, vel temporali.] Quid sit distri- 11 ctus, & an differat à territorio seu iurisdictione, vt videtur probare text. *hic* in illa particula, *vel?* vide Anchar.*num.5.*Franch.*num.3.in præsenti*, gloss.*verbo diœcesim, in Clem.ne Romani,§ sanè, de elect.* cum aliis, de quibus Alexand.*in l. vlt.num. 11.& ibi* Angel. *ff.de iurisdict.omn. iudic.* Oldrad.*cons.167.* Surd.*decis.129. num.14.*plenè Cardin.Tusch.*tom.2 litt.D, concl.516 per totam.*

An autem clerici dicantur esse de districtu domino- 12 rum temporalium? vide Domin. *in princ.text.n.7.& 8.* Franch.*num.3.& 4.*Anchar.*nu.6.*& tandem post Bart. & alios, quos citat Mart.*de iurisdict.part.4.cent.1.casu 1.num.28.*Surd.*decis.129.& cons.301.nu.7.*Soar.*de legib.lib.3.c.20.num. 6.in fine*, Card.Bellarm.*tom.1.controu.5.generali,lib.1.c.28.vers. secunda propositio*, & plerique alij inde disputantes an, & quando leges Ciuiles aliàs iustæ obligent Clericos ad sui obseruantiam tanquam ciues, seu membra Reipub.

Conseruatores autem &c.] Probat text.iudices Con- 13 seruatores de quibus *in præsenti*, extra ciuitates, siue diœceses, in quibus fuerint deputati, procedere non posse nec reos ad suum iudicium trahere vltra vnam dietam à fine diœcesum eorundem, notant Ioan. And. Domin.& omnes *hic*, Syluest, *verbo Conseruator, nu.4.* Azor.*instit.moral.part.2.lib.5.cap.34.q.8.* Fr.Emman. *tom.1.q.65.art.7.*Molin.*tom.6.disp.29.n.4.*Ceuall.*commun.contra communes q 897 num.730.cum seqq.tom.4.* quod ex eo procedit, quia cùm Conseruatores sint iudices delegati, voluit Pontifex, vt in eis seruaretur decisio text.*in c.statutum, §.cum verò. cum seq.sup.de rescript. hoc. lib.* vbi ipsum in cæteris delegatis constitutum inuenitur, vt bene notauit gloss. *hic verbo non præsumant.*Vnde fit quòd ea omnia, quæ in computatione harum dietarum, illarum significatione, ac cæteris omnibus in proposito circa delegatos à iure inducta, & à Doctoribus declarata reperiuntur, proportionabiliter in Conseruatoribus locum habebunt, quæ cùm non sint præsentis loci videre poteris per scribentes *in d.§. cùm verò, & seq.* Doct.*in c.nonnulli 28.in princ*, vbi latè Felin.*à n.31.*Mant.& alij *extrà de rescript.* Dec.& Paris.*in cap.olim, de exception.* Rebuff.*de priuileg.scholar. priuil.161.*Ceuall.*d.quæst.897.à nu.732.* Card.Tusch. *tom.2.litt.D.concl.405.cum seqq.*

Limita proximè resoluta, vt non procedant, quan- 14 do aliud in tenore Bullæ Conseruatoriæ fuerit concessum, prout hodie Conseruatoribus Religionum indultum reperitur, vt scilicet vsque ad tres dietas partes ad suum iudicium trahere valeant, sicut referunt Fr. Emman *d. art. 7.* Molin.*disput.29.num.4.* & olim regulariter Conseruatoribus quatuor dietæ concedebantur, vt tradunt Dominic. *hic num. 4. vers. quæro.*Rebuff & Fr.Emman. *dictis locis*, quas ad duas tantùm restrinxit Innoc. VIII. in Bulla, quam refert Azeued.*l.20.num.30.titul.7. lib.1.nouæ recop.* Vtrùm 15 vero habenti plures Conseruatores licitum sit partes citare ad remotiorem stante alio propinquiori? vide Ioan Andr.*in addit.ad Speculat. titul. de iudice deleg. versic.sed nunquid*, Fr. Emman.*d.quæst.65.art.8.per totum.*

Vices quoque suas, &c.] Licèt ergo quilibet alius 16 Summi Pont. delegatus in totum subdelegare valeat

ex decisione text. *in c. si pro debilitate*, *& in cap. super quæstionum*, *in fine princ. cum similibus*, *sup. hoc tit.* Conseruatoribus tamen id non permittitur nisi quoad citationes, & sententiarum promulgationes, vel vbi ex beneficio litterarum id eisdem fuerit concessum, tradunt vltra gloss. & Ordinarios *hic*. gloss. *verbo ipsorum in Clem. 2. de haret*. Petr. Gregor. *syntag. iuris lib. 47. c. 22. n. 27.* Quintanad. *de iurisdict. & imperio*, *lib. 2. tit. de subdelegat. num. 7.* Azor. *d. p. 2. lib. 5. cap. 34. quæst. 9.* Portel. *d. verbo. Conseruatores*, *num. 6.* Ludou. Miranda *d. tom. 2. quæst. 47. art. 3. & 8. concl. 4.* Hieron. Rodet. *d. resol. 33. num. 9.* Fr. Emman. *d. tom. 1. quæst. 65. art. 10.* Molin. *d. tract. 5. disp. 29. num. 5.* qui duo vltimi referunt speciales cōcessiones factas Religionibus per quas earundem Conseruatores in totum subdelegare valent. De ratione autem quare attento iure Conseruatores nequeant committere vices suas, vt *hic*, inquit gloss. *in d. Clem. 2.* eam reddens, quia scilicet eorum industria prælecta videtur, ac subinde succedit reg. *d. c. is, cui, supr. hoc tit. & lib.* aliam tradit Petr. Gregor. *d. num. 27.* Sed melior videtur, quam sentit gloss. *hic verbo. nulli*, intendens textum hunc ius speciale constituere in proposito circa Conseruatores, sicut in multis aliis constituit ad eorum potestatem restringendam, vt quanto minus fieri posset Orginariæ præiudicium afferret, agnoscit communis *hic*, Bellam. *num. 4. in d. cap. vlt.*

17 *Eo ipso per vnum annum*, &c.] Non intelligas pœnam hanc suspensionis referri ad Episcopos, seu eorum Superiores, de quibus textus in pincipio loquutus fuit, si fortè Conseruatores deputentur, & limites suæ potestatis excedant, vt enim clausula hæc generalis sit, nec in illa de ipsis expressa mentio fiat, succedit decisio text. *in cap. quia periculosum*, *de sentent. excomm. hoc lib.* ad quem licèt Doctores *in præsenti* non aduertant, obseruauit tamen eleganter Soar. *tom. 5. de censur. disputat. 31. sect. 3. num. 17.* Bonac. *de suspension. omnibus in particulari disput. 3. q. 5. puncto 2.*

18 *num. 2.* Nec etiam intelligas sufficere ad eandem pœnam incurrendam Conseruatores delinquere per ignorantiam iuris crassam vel affectatam, vt malè voluit gloss. *hic verbo scienter*, cui similis *in Clem. 1. verbo scienter. de consang.* sequuntur in specie Franch. & Domin. *hic. in vers. Conseruatores num. 6.* Fr. Emman. *d. tom. 1. quæst. 65. art. 25.* argum. text. *in cap. eos, de tempor. Ordinat. hoc lib.* Verius enim est requiri, vt culpabiliter, & grauiter peccando id faciant, cùm text. scientiam exigat, nec sine causa verbum, *scienter*, in eo additum sit, ad excludendam scilicet quamcunque ignorantiam, vt in terminis defendit Soar. *vbi proxime*, Bonac. *d. puncto 2. num. 1.* Quod ex eo confirmatur, quia quælibet ignorantia etiam crassa excusat à pœna, licèt non à culpa, quando lex pœnam imponens vtitur verbo *scienter*, vt argum. text. *in l. igitur. ff. de liberali causa*, cum similibus comprobat post alios Nauar. *in man.*

19 *cap. 27. num. 141.* Denique non intelligas suspensionem hanc, licèt ex generalitate verborum includat suspensionem non tantùm ab officio muneris Conseruatorij, sed etiam ab ipso Officio clericali, iuxta doctrinam, quam ex D. Thom. & aliis à se citatis tradit Soar. *d. tom. 5. disput. 26. sect. 1. à num. 3.* inuoluere etiam suspensionem à beneficio, vt male infert gloss. *hic verbo officio*, cum qua post Monach. *num. 4* & Archid. transit Dominic. *d. num. 2.* Contrarium autem verius existimo cum Soar. *d. disput. 31. num. 17. in fin.* Monet. *de Conseruatorib. cap. 7. q. 12. num. 568.* Bonacin. *de suspension. omnibus in particulari disput. 3. q. 5. puncto 2. num. 5.* quoties enim à iure, seu etiam ab homine suspensio ab Officio præcisè, vel absolutè imponitur, si aliud non addatur, non includit suspensionem à beneficio, vt ex tex. *in cap. cum inter*, *in princ. de purgat. canon.* & aliis fundamentis comprobat latè idem Soar. *d. disp. 26. sect. 3. à n. 4.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 32. §. 3.* quidquid alij distinguant.

Pars verò quæ hoc fieri procurabit, &c.] Notatur ad hoc quòd incitantes Conseruatorem sibi datum, vt intromittat se in iis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & exigunt altiorum indaginem, siue iudicialem discussionem, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, vt per Gamb. *de casibus reseruat. c. 10. num. 6. in princip.* Filiuc. *tract. 14. num. 53. vers. quinta, & num. 58* Rainer. *de censur. extra. Bullam Cœnæ, c. 9. excom. 47.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. num. 205.* secundùm Lugdun. impress. 20

Non est ergo intelligendus text. in hac pœna excommunicationis de quocunque procurante, sed tantùm de eo, qui partem in iudicio sistit, vt manifestè probant verba illius, & bene notant, ac declarant Dominic. *hic num. 2.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 125.* Azor. *d. p. 2. lib. 5. cap. 34. q. 13.* Soar. *d. tom. 5. de censur. disputat. 23. sect. 4. num. 10.* Fr. Emman. *d. tom. 1. quæst. 65. artic. vltim.* aduertentes insuper eandem pœnam non incurri ex sola procuratione nisi effectus sequatur. Licèt autem ab hac excommunicatione nequeat pars absolui nisi priùs alteri parti integraliter expensas resarciat, vt text. ait, nec subinde cautio sufficiat, quemadmodum prosequuntur declarantes Dominic. *hic num. 3.* Monach. *num. 4.* Franch. *num. 2. in fin.* glos. *verbo manifesta in cap. 2. de sent. excomm. hoc. lib.* iunctis traditis per Doctores per text. *ibi in c. qua fronte. de appellat.* Cou. *in c. alma mater, part. 1. § 11. num. 11.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 28.* absolutio tamen ab Ordinario præstari poterit cùm reseruata non reperiatur, ex regula text. *in c. nuper vers. in secundo, de sentent. excomm.* obseruátque Domin. Franch. & Monach. *dictis locis*, Azor. *d. c. 3. q. 13. in fine.* 21 22

Officium autem, &c.] Notatur ad hoc, quòd potestas delegata expirat ipso iure mortuo delegante re integra, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 28. num. 40.* quoad negotia verò cœpta non expirat morte concedentis, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. quæst. 65. artic. 6.* vbi *art. 9.* resoluit quòd non durat post quinquennium iurisdictio Conseruatoris quoad negotia iam cœpta. 23

Omnino decernimus irritum, & inane.] Notatur ad hoc, quòd dictio, *omnino*, iuncta decreto irritanti omnimodam, & totalem nullitatem ipso iure, & sine ope exceptionis importat, secundùm ea, quæ de natura decreti irritantis tradunt communiter Doct. de quibus Gabr. *commun. tit. de clausul. conc. 3. num. 56. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 2. litt. D. concl. 115.* & citati per me *in tract. de clausulis vsufrequent. clausf. 40.* Et de dict. *omnino*, vide quæ latè dixi *in tract. de dictionib. vsufreq. dict. 240.* 24

In gloss. *Obtinentes*, ibi, *quia delegatus potest esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, Conseruator non.* Ita gloss. *verbo Canonicis, vers. item scias in cap. statutum, in princ. supr. de rescript. hoc. lib.* Sicul. *in Clem. 2. num. 34. eod. tit.* Petr. Gregor. *d. lib. 47. c. 22. num. 29.* Mandos. *de signatura gratiæ tit. conseruatoriæ*, *vers. sed quo*, vbi testatur ita seruari de stylo Curiæ, Fr. Emman. *de quæst. 65. art. 2.* Quamuis contrarium defendat Gom. *in d. c. statutum, num. 110.* cuius opinio licèt de iure communi non procedat, satis tamen defenditur attentis specialibus priuilegiis Religionum, quibus indultum est, vt etiam Canonicos Ecclesiarum Cathedralium in Conseruatores eligere valeant, sicut concessit Sixtus IV. Pius V. & Gregor. XIII. vt referunt Fr. Emman. *d. q. 65. art. 3.* Molin. *d. disp. 29. num. 3.* 25

In

26 In gloss. *Non præsumant.* ibi, *quod in conseruatore non credo.* Notatur ad hoc quòd conseruatores extra ciuitatem, seu diæcesim in qua fuerint deputati etiam stante partium consensu procedere non possunt, nec reos ad suum iudicium trahere extra vnam dietam à fine diœcesum eorundem, sequitur Molin. *d. tract.* 5. *disput.* 29.

De Officio Legati.

TIT. XV.

SVMMARIVM.

1 *Legati non Cardinales sine speciali mandato iure legationis beneficia conferre non possunt. sed Legati Cardinales hoc bene possunt.*
2 *Legati nati, seu missi non habent facultatem conferendi.*
3 *Legati de latere omnia beneficia in prouincia sibi decreta conferre possunt.*
4 *Cardinales propter eorum prærogatiuas, & excellentias in generali dispositione non comprehenduntur nisi de eis specialiter fieret mentio.*
5 *Legatorum triplex species.*
6 *Papa cùm promiscuè de Cardinalibus loquitur, vocat illos fratres.*
7 *Legatus Cardinalis potest conferre beneficia, quorum collatio deuoluta est ad Papam per Lateranense Concil.*
8 *Legatus Cardinalis vbi est in prouincia, vel alius habens speciale mandatum, possunt tres concurrere in collatione beneficij. Papa scilicet, Legatus, & Ordinarius.*

CAP. Officij. I. *Innoc IV.*

1 Legati Cardinales solùm beneficia conferre possunt, alij non possunt, nisi de speciali licentia Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 417. Alagona *in compendio pag.* 151. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

2 *Conferendi beneficia nullam habeant potestatem.*] Notatur ad hoc quòd Legati, nati seu missi non habent facultatem conferendi, vt per Flamin. *de resign. benefic. lib.* 8. *quæst.* 13. *num.* 10. *cum seqq.*

3 *Quod in Fratribus nostris*, &c.] Notatur ad hoc quòd Legatus de latere omnia beneficia in prouincia sibi decreta conferre potest, vt per Gigan. *de pensionib. q.* 6. *num.* 18. *cum seqq.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus num.* 70. Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere lib.* 3. *num.* 31. vbi, *num.* 94. subdit hoc procedere etiam in beneficiis exemptis, Læl. Zech. *de benefic. & pension. ecclesiast. c.* 2. *vers. Legati etiam*, Azor. *instit moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 28. *q.* 1. Rot. apud Farin. *decis.* 624. *in* 1. *collect. nouissimarum, alias p.* 4. *diuersor.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 23. *num.* 2. Azeued. *ad rubr. tit.* 8. *num.* 2. *lib.* 6. *noua recop.* meipsum *de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 28. Vnde coram illo renunciationem fieri posse resoluit Flamin. *dicto lib.* 8. *quæst.* 13. *nu.* 15. *cum seqq. à num.* 28,

4 *Quia sicut honoris prærogatiua lætantur.*] Notatur ad hoc quòd Cardinales propter eorum prærogatiuas, & excellentias in generali dispositione non comprehenduntur, nisi de eis specialiter fieret mentio, vt per, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1724. De Cardinalium prærogatiuis, & sublimitate, vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 24. *n.* 2. *cum seqq.*

In gloss. *Legati.* Notatur ad hoc quòd triplex est legatorum species, quidam enim dicuntur Legati nati, quidam verò sunt, qui appellantur missi, alij autem dicuntur Legati de latere, sic sigillatim singulos Legatorum gradus percurrentes tradunt, & explicant Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 13. *nu.* 1. *cum seqq.* Azor. *instit moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 27. *quæst.* 1. Molin. *de instit. tom.* 6. *disput.* 9. *num.* 2. 5

In gloss. *Fratribus nostris.* ibi, *nota quia cùm Papa promiscuè de Cardinalibus loquitur, vocat fratres illos.* Ita Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 106. *vers.* 43. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 27. *q.* 2. 6

In gloss. *Ampliori.* ibi, *sed quid dices, potest-ne Legatus Cardinalis conferre beneficia, quorum collatio deuoluta est ad Papam per Lateranens. Concilium? videtur quòd sic.* Sequuntur Put. *dec.* 266. *lib.* 2. Corras. *de benefic. c.* 3. *nu.* 4. Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere, lib.* 3. *num.* 13. *& n.* 624. Cuch. *instit maior. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 79. Petr. Gregor. *de benefic. c.* 2. *num.* 4. Læli Zech. *de Republ. eccles. tit. de statu Legati, n.* 3. *vers. tertiò potest, & de benef. & pension. ecclesiast. c.* 2. *vers. legati etiam*, ego ipse *d. c.* 5. *num.* 32. *&* 33. 7

In ead gloss. ibi, *& nota quòd vbi est Legatus Cardinalis in prouincia, vel alius habens speciale mandatum, possunt tres concurrere in collatione beneficij, Papa, Legatus & Ordinarius.* Ita Cosm. *in pragm. Sanct. tit. de collation. §. neque verbo præuentionem*, Æn. de Falconib. *de reseruat. p.* 2. *prælud.* 1. Corras. *de benefic. c.* 3. *num.* 5. *&* 6. Caputaquens. *decis.* 287. *n.* 2. *p.* 1. Quintanad. *lib.* 1. *Ecclesiast. cap.* 5. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. num.* 54. 8

SVMMARIVM.

1 *Legati officium non expirat per mortem Papæ, & num.* 2.
3 *Legati Sedis Apost. sunt iudices Ordinarij.*
4 *Legati Cardinalium delegatorum possunt subdelegare.*

CAP. Legatos. II. *Clem. IV*

Legati officium non expirat per mortem Papæ. Colligunt ex ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioa. Andr. Butr. Anch. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 418. Alagona *in compendio pag.* 152. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. deducunt Mozz. *de contractib. tit. quomodo annulletur mandatum, nu.* 20. Azeued *ad rubr. tit.* 8. *num.* 2. *lib.* 6. *noua recop.* Pichar, *in §. rectè, num.* 2. *institut. de mandato*, Mol. *in empor. iuris part.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 105. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 5. *p.* 32. *q.* 14. ego ipse *in tract. de iure eccles. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 90. 2

Ordinarios reputantes,] Notatur ad hoc, quòd Legati Sedis Apost. sunt iudices ordinarij, vt per Nau. *in c. cùm contingat, de rescript. remed.* 5. *num.* 2. *& de Indulgent. notab.* 26. *n.* 19. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. *cum seqq.* Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 28. *num.* 8. *& lib.* 8. *disp.* 28. *nu.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 2. *num.* 37. *& gloss.* 24. *num.* 36. Molin. *de iustit. tom.* 6. *disp.* 9. *num.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 27. *quæst.* 5. 3

Vnde delegatos Cardinalium delegatorum posse subdelegare resoluit Stephan. Gratian. *discept. foren. cap.* 166. *num.* 3. 4

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Legatione finita expirant reseruationes Legatorum, & omnis processus habitus super illis, nisi tunc illa beneficia iam vacantia sint collata.*

2 *Legatus potest etiam beneficia vacatura suæ reseruare collationi.*

3 *Legatus non potest plura beneficia ad collationem vnius collatoris pertinentia simul reseruare, nisi pēdente priori reseruatione super beneficio collatiuo Legatus faciat aliam super beneficio electiuo, seu iuris ecclesiastici patronatus, vt num. 4.*

5 *Legatus non potest facere reseruationem etiamsi virtute prioris reseruationis beneficium reseruatum conferatur, si modò tamen lis super illo moueatur.*

6 *Reseruationes per Legatum facta expirant fine eo officio*

7 *Beneficium si collatum non sit, omnia, quæ ad reseruationem exequendam gesta fuerint, in quocunque statu reperiantur, finito legationis officio expirare dicuntur.*

8 *Legatus, aut Nuncius, Apost. potest opponere decretum irritans.*

9 *Reseruationes beneficiorum sunt odiosæ.*

Cap. Præsenti. III.

1 Beneficiorum reseruatio facta à delegato Papæ à latere, & decreta super ipsis interposita, sicut denunciationes, inhibitiones, processus facti per se, vel per deputatos à se ad hunc effectum, si adhuc non est collatum beneficium, sunt irrita statim, ac expirat eius legatio. Item Legatus, qui in aliqua Ecclesia reseruauit sibi aliquod beneficium, cuius collatio pertinebat ad aliquem, non potest ea pendente aliud reseruare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 418. Alagona *in compendio pag.* 152. remissiuè Ximen. *in concord. int part.* 2.

2 *Reseruationes quorumcunque beneficiorum, &c.*] Notatur ad hoc quòd Legatus potest etiam beneficia vacatura suæ reseruare collationi, vt per Corras. *de benefic. c. 3. n. 4.* Lælij Zechi *de Republ. ecclesiast. c. 2. de benefic. & pension. versic. Legati*, Simonet. *de reseruat. quæst. 2. num. 7. & quæst. 94.* Cuch. *in instit. maior. lib. 2. tit. 5. à n. 73.* Æn. de Falconib. *de reseru. quæst.* 2. Petr. Greg. *de benefic. cap. 24. num.* 14. Sebast. Cæs. *in relect. de eccles. hierarchia disput. 3. §. 2. num.* 10. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 29. q. 3.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 1. à n.* 35. quos refero *de iure eccles. lib. 1. c. 5. à num.* 55.

3 *Nec etiam postquam, &c*] Collige ex text. Legatum non posse plura beneficia ad collationem vnius collatoris pertinentia simul reseruare, ita gloss. *verbo illa pendere.* Domin. *num.* 1. Franch. *num.* 3. & alij *in præsenti*, Hostiens. & Calderin. *in c. mandatum, de rescrip.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 29. q. 5.* Declara vt scilicet sortita priori reseruatione effectum facta de illa mentione possit Legatus aliam facere, minimè verò si pendeat, quam quidem, etiamsi de illa mentio fiat, efficere nequit, vt probat text. *in præsenti.* prima reseruatio dicitur pendere quandiu non est beneficium collatum, quia tandiu prima reseruatio extincta non est, quandiu effectum non est sortita, Azor. *d. q.* 5. Ratio autem principalis resolutionis est, quia totaliter, & penitus facultas conferendi Ordinarijs aufertur, quandiu enim plures pendent reseruationes, impossibile est vt conferat Ordinarius, sicut quando vna tantùm efficitur, qua firmata, seu sortita effectum, licèt Legatus possit conferre, aut reseruare, nihilominus tamen interim manet locus, seu tempus, in quo præueniendo futuram collationem, seu reseruationem, potest Ordinarius beneficium conferre.

Intellige primò non procedere quando pendente priori reseruatione super beneficio collatiuo Legatus facit aliam super beneficio electiuo seu iuris ecclesiastici patronatus, vel simili. Patet si expendas in præsenti decisione solùm tractari de beneficiis pertinentibus ad collationem, ibi, *ad collationem*, &c. vnde verificata respectu prioris beneficij collatiui est inconueniens quòd aliud diuersum per eundem Legatum reseruetur, iuxta decisionem text. *in c. cùm in illis 16. de præbend. hoc lib.* Accedit quòd decisio huius text. à iuris regulis exorbitare dicitur, patet ex verbo. *prohibemus*, de quo *hic*, per quod quidem potestas aliàs competens videtur auferri, ac proinde cùm tantum respectu beneficij collatiui auferatur, ad alia beneficia non debet fieri extensio, iuxta *reg. odia, lib. 6.* prout in specie sentit gloss. *verbo præsentare, in c. cùm dilectus, de iure patron.* 4

Intellige secundò non posse Legatum facere reseruationem etiamsi virtute prioris reseruationis beneficium reseruatum conferatur, si modò tamen lis super illo moueatur, cùm enim finalis sententia inspicienda sit, iuxta reg. text. *in c. fraternitatis, de frigid. & malef.* adhuc illa prior reseruatio dicitur pendere, prout aduertit Dominic. *num.* 2. & Franch. *numer. 1. in præsenti.* 5

Eo ipso quod finitur legatio, &c.] Collige ex text. finito legationis officio reseruationes per Legatum factas expirare, vt per gloss. *verb. finitur*, Anchar. *num.* 1. Domin. *num.* 4. Franch. *num.* 3. & alios *in præsenti*, Rot. *decis. 206. in antiq.* Selu. *de benefic. part. 3. q. 66. à num.* 4. Simonet. *de reseruat. q.* 2. Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 27. num.* 11. Ego ipse *d. c. 5. num.* 56. Ratio est, quia reseruatio actus est nemini gratiosus, ex quo nulli ius aliquod acquiritur, immò Ordinarijs maximè præiudicialis existit, ac proinde nil mirum si finito legationis officio veluti odiosa cessare debeat, iuxta *reg. odia, de reg. iuris hoc lib.* cum similibus. Non obstat reg. *l. falso, C. de diuersis rescript.* vbi habetur quòd gratia maximè à Principe facta, debet perpetuò permanere, quia text. ille loquitur in rescriptis, & mandatis quibus iudices delegantur ad iustitiam partibus ministrandam, quæ quidem rescripta licèt re integra finito committentis officio personaliter expirent, nihilominus adhuc perpetua dicuntur eo quòd ad certum aliquod tempus præfinita non sunt, iuxta text. vbi notatur *in c. si gratiosè, de rescript. hoc lib.* Sic aliàs beneficium ecclesiasticum ea de causa perpetuum esse dicitur, vt est de eius definitione, licèt per renunciationem, delictum, seu alios modos à possidente auferatur, iuxta text. *in d. cap. cùm ad monasterium, vers. nec aliquis, de statu monach.* 6

Et decreta interposita super ipsis, &c.] Notatur ad hoc, quòd omnia, quæ ad reseruationem exequendam gesta fuerint, si beneficium collatum non est, quocunque statu reperiantur, finito legationis officio expirare dicuntur, siue ab eodem Legato, siue ab illius executore processerint, vt tenent Doctores *supra* citati. Nec refragatur text. *in c. si super gratia 9. de offic. deleg. hoc lib.* vbi dicit potestatem executorum ad gratiam exequendam non expirare etiam re integra per mortem concedentis, siquidem text. ille agit de gratia iam facta, in qua potestas executorialis data fuit, patet *ibi*, *ab Apostolica Sede facta*, quæ quidem etiam re integra morte concedentis non expirat, iuxta *suprà* resoluta, ac subinde nec illius potestas executorialis expirare debet tanquam accessorium illius, vt text ille habet. 7

Quicquid

8 *Quicquid autem contra præmissa*, &c.] Ergo Legatus, aut Nuncius Apost. potest apponere decretum irritans, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss. vltim num.* 20.

9 In gloss. *Finitur.* ibi, *sed reseruationes beneficiorum sunt odiosa.* Ita Nauar. *in cap. accepta, de restit. spoliat. in solut.* 10. *opposit. n.* 42. Bellam. *de permut. benefic. part.* 3. *quæst.* 1. Cassad. *decis.* 3. *num.* 5. *de reseruat.* Mandos. *cons.* 11. *num.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 67.

SVMMARIVM.

1 *Cathedrales, vel Regulares, seu Collegiatas Ecclesias Legati reseruare, vel conferre non possunt, idem in dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium, quæ sunt maiores post Episcopum, si ipsarum Prælati per electionem debent assumi, & contra hoc factum, est irritum, & num.* 2.

3 *Maior, & minor altero non potest esse vnus vno, & eodem respectu, secus diuerso.*

4 *Legatus non potest committere alicui facultatem recipiendi resignationem beneficij siti in diœcesi extra suam legationem.*

5 *Dictio ob, significat causam remotam.*

6 *Vicariatus valet si daretur potestas conferendi beneficia per mortem tantum, vel per resignationem.*

7 *Episcopus non potest, potestatem conferendi beneficia committere alteri quàm eius Vicario generali.*

Cap. Deliberatione. IV.

1 Legatus quicunque non sibi reseruet, nec se intromittat in Cathedralibus, vel Regularibus Collegiatis, seu dignitatibus maioribus Cathedralium post Episcopos, quorum Rectores per electionem assumuntur, neque aliquod ponat impedimentum quominus libere eligantur, vel postulentur, & quicquid contra fecerit, sit irritum. Item Legatus non potest committere alicui, vt recipiat resignationem resignare volentium, & simul beneficia resignata aliis conferant. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 419. Alagona *in compendio pag.* 163. remissiuè. Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Corras. *de benefic. cap.* 3. *num.* 10. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *c.* 1. *n.* 52. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 28. *q.* 16. vbi subdit secus esse si Collegiatæ sint tantùm habitu, & non actu, vel si Collegium fuerit superioris auctoritate sublatum, & *in vers. dubia*, post Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere, lib.* 3. *num.* 93. *cum seqq.* secus etiam dicit si Ecclesiæ Collegiatæ, vel Regulares electiuæ non fuerint, refero ego ipse *de iure eccles. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 41.

3 In gloss. *Electionis.* ibi, *Circa administrationem*, &c. Notatur ad hoc quòd licèt vnus vno, & eodem respectus non possit esse maior, & minor altero, potest tamen esse diuerso, vt per Nauar. *commento* 3. *de Regular. num.* 1.

§. Prohibemus

4 *Infra legationem eiusdem habentes.*] Notatur ad hoc quòd Legatus non potest committere alicui facultatē recipiendi resignationem beneficij siti in diœcesi extra suam legationem, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus. num.* 109.

Vel ob eam, &c.] Notatur ad hoc quòd dict. *Ob*, significat causam remotam, vt per Tiraquel. *in tract. cessante causa limit.* 20. *num.* 27. Surd. *cons.* 223. *n.* 5. cum aliis citatis *in meo tract. de dictionib. dict.* 233. secundùm Lugdunens. impress. 5

In gloss. *Cuicunque.* ibi, *Puto tamen quòd Legatus*, &c. Notatur ad hoc quòd valet Vicariatus si daretur potestas conferendi beneficia per mortem tantum, vel per resignationem tantùm, vt tradit Rebuff. *d. tit. forma Vicariatus, num.* 7. & 8. 6

In ead. glos. ibi, *num tamen alium, quam Officialem constitueret.* Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest potestatem conferendi beneficia committere alteri quàm eius Vicario generali, vt per Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 6. *ad finem.* 7

SVMMARIVM.

1 *Collatio Legati per taciturnitatem prioris beneficij vitiatur, & num.* 2.

3 *Declaratur text. in cap. si motu proprio, de præbend. hoc lib.*

4 *Amplia etiam in Legatis, qui de latere non sunt.*

5 *Legatus an possit conferre beneficium cum clausula, Motu proprio, absque eo quòd de alio in gratia mētio reperiatur, ostenditur, & num.* 6.

7 *Claus. Motu proprio, apposita à Legato in gratiis, & dispensationibus, supplet vitium subreptionis.*

Cap. Collatio. V. & vlt.

Beneficij collatio facta à Legato ei, qui tacet se habere aliud beneficium, est subreptitia & nulla, sicut illa, quæ fit à Papa. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 425. Alagona *in compendio pag.* 153. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Card. *in Clem.* 2. *de officio Ordinarij ii num.* 1. Staphil. *de litter. Gratiæ tit. de officio, & potestate Legati à latere n.* 38. Rebuff. *in praxi tit. tertia part Signatura, §. quod nu.* 22. Xuar. *allegat.* 12. *num.* 34. Menoch. *de arbitr. casu* 20. *num.* 50. Ego ipse *de iure eccles. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 49. Ordinarius verò prouidet motu proprio Ecclesiis, & sic ab eo prouisus nihil tenetur ad iustificationem suæ gratiæ probare. Felin. *in cap. ad aures. nu.* 15. *de rescript.* Seraphin. *decis.* 1026. *n.* 3. & *decis.* 1467. *num.* 1. Rot. *decis.* 190. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Ratio differentiæ est, quia Ordinarij magis deliberati sunt, & certi in beneficiis, quæ ad dispensationem suam spectant, quàm Pontifex in beneficiis totius Orbis, vel Legati respectu totius Prouinciæ suæ, ac proinde in Ordinariis subreptio non præsumitur, sicut in Pontifice, & Legato, qui maioribus negotiis implicati, non sic omnes subditos notos habent, sicut Ordinarij intendentes Ecclesiæ, non verò personis prouidere, sic cessat difficultas ex *d. Clem.* 2. *vers. in aliis, de officio Ordinar.* Nec similiter refragatur text. *in cap. si motu proprio de præben. hoc lib.* qui agens de nullitate collationis ob non factam alterius beneficij mentionem, solùm loquitur in Romano Pont. non verò in Legato, satisfit enim si dicas textum illū, licèt loquatur in Romano Pont. non tamen Legatum excludere, sic aliàs ampliabis textum *in cap. constitutus, & in c. postulasti, de rescript. & in cap. gratia, illo tit. hoc libro.* 2 3

Intellige hunc text. procedere non solùm in Legatis, qui de latere dicuntur, verùm etiam in Legatis, qui tales non sunt, patet si expendas tales Legatos 4

gatos, non aliter conferre posse beneficia quàm ex vi commissionis, & sic Apostolica auctoritate iuxta resoluta *in cap. si eum, de prabend. hoc lib.* ac proinde in illorum collationibus esse necessariò faciendam mentionem de beneficiis obtentis. Nec obstat textus *in d. Clement. 2. versic. in aliis*, quia illa particula, *aliis*, non respicit Legatos, sed Ordinarios, & alios ab eisdem potestatem habentes, prout aduertit gloss. *ibi verbo habentibus.*

5 In gloss. *Mentio*, ibi, *Quid dices si Legatus Motu proprio*, &c. Dubium est verùm Legatus possit conferre beneficium cum clausula, *Motu proprio*, absque eo quòd de alio in gratia mentio reperiatur? In quo Domin. *num.* 4. Anchar. *statim in princ. & in d. c. si motu proprio, de prabend. hoc lib.* existimant non valere gratiam à Legato factam cum clausula, *Motu proprio*, patet ibi, *conferamus*, ac proinde videtur dicendum contrarium in Legato simili modo gratiam ad beneficium concedente, iuxta doctrinam gloss. receptæ *verbo cum se facultas, in c. dilectus* 19. *de prab.* tradit Rebuff. *in praxi tit. requisita ad collationem, num.* 41. *& tit. dispensat. ad plura beneficia, num.* 25. & constat dari legem, quæ constituit non aliter valere gratiam ad beneficium factam à Legato nisi de beneficio obtento specialis mentio in gratia habeatur, prout est text. *in prasenti, & in dicta Clem.* 2. *de offic. Ordin.*

6 Contrariam tamen sententiam tenuit gloss. *hic verbo mentio*, quàm sequitur Abb. *in c. tuam, de atate, num.* 2. Cardin. *in d. Clem.* 2. *n.* 3. Mandos. *in reg.* 16. *Cancel. q.* 8. *num.* 3. & est verior, pro qua facit text. *in d. c. tuam.* ibi, Legatus clausula Motus proprij vsus est, & à Romano Pont. approbatur. Facit rursus, quia non debet esse deterioris conditionis Legatus, quàm alius Ordinarius inferior, iuxta text. *in c. 2. sup. hoc eod. tit.* & constat alios Ordinarios posse beneficia conferre illis personis, qui alia obtinent beneficia; vnde cùm per clausulam *Motu proprio*, nihil aliud ostendatur, quàm quòd vult beneficium conferre, licèt aliud obtineatur, meritò dicendum est Legatum cum tali clausula posse gratiam ad beneficium concedere. Non obstant in contrarium *suprà* adducta, ad primum enim de text. *in d. c. si motu proprio*, dicendum est, quòd licèt text. ille in Pontifice loquatur, non tamen Legatum excludere censetur, qui similiter per prædictam clausulam, vel aliam potest suam voluntatem ostendere. Ad secundùm de *d. Clem.* 2. dicendum est verum quidem esse, quòd in collatione Legati mentio desideratur, eo quòd sicut Papa, ita Legatus ob negotiorum multitudinem notitiam habere non censetur, quæ quidem notitia datur quando in gratia prædicta clausula illa continetur, eo quòd stante illa concedit, licèt aliud obtineatur beneficium.

7 In ead. gloss. ibi *sed contrarium credo*, &c.] Notatur ad hoc quòd si clausula, *Motu proprio* apponatur à Legato in gratiis, & dispensationibus supplet vitium subreptionis, vt per Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 21. *num.* 48.

De officio Ordinarij.

Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus non potest sibi constituere Officiales in diœcesibus Suffraganeorum suorum etiam pro futuris causis per appellationem deuoluendis ad ipsum, nisi de consuetudine hoc habeat, & tunc etiã talis Officiales inhibere non possunt priusquam fuerit appellatum, & num.* 2.

2 *Metropolitanus si est in quasi possessione constituendi Vicarium in diœcesi Suffraganei sustinetur processus coram illo gestus, ac sententia ab eo prolata.*

3 *Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos Suffraganeorum.*

4 *Archiepiscopus in subditos Suffraganeorum nullam habet potestatem nisi in casibus à iure expressis.*

5 *Iniuria fit domino territorij, si alter in eo vteretur contentiosa iurisdictione absque illius licentia.*

6 *Metropolitanus non potest dare Ordines intra diœcesim Suffraganeorum ipsius Suffraganei subditis, nec exercere Pontificalia intra suam Prouinciã.*

7 *Dictio*, Circa, *respicit locum, & accipitur pro* Propè.

8 *Vicarius Archiepiscopi illo præsente non potest Suffraganeum suspendere, interdicere, seu excommunicare.*

9 *Vicarius Archiepiscopi non habet iurisdictionem in Episcopos Suffraganeos.*

10 *Archiepiscopus potest Suffraganeum Episcopum suspendere, & excommunicare.*

Cap Romana. I. *Innoc. III.*

Metropolitanus non potest constituere foraneos Officiales in diœcesibus Suffraganeorum prò citationibus, & inhibitionibus in causis futuris appellationum, quamuis in causis appellationum iam deuolutis ad ipsum possit committere vices suas aliis. Quod si in aliqua diœcesi vigeret consuetudo constituendi officiales in diœcesi suffraganeorum pro causis futuris appellationum si quæ nascantur, tunc isti officiales constituti non possent inhibere ne procedatur in causis antequam sit appellatum in Curia Metropolitani. Item Archiepiscopus non potest intrare in diœcesim suffraganei, vt aliquid agat sua propria auctoritate. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 448. Alagona *in compend. pag.* 159. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. int. part.* 1. 1

2 Hanc eandem conclu. ex hoc text. desumit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 43. §. 2. *n.* 21. vbi *n.* 22. post Mohedan. *decis.* 5. *n.* 3. *vers. quoad secundam partem, de appellat.* subdit quòd si Metropolitanus est in quasi possessione constituendi Vicarium in diœcesi suffraganei, sustinetur processus coram illo gestus, ac sententia ab eo prolata.

3 *Quia in causis per appellationem*, &c] Notatur ad hoc, quòd Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos suffraganeorum, vt per Couar. *practic. c.* 9. *n.* 2. Petr. Gregor. *de appellat. lib.* 4. *cap.* 2. *sub num.* 1. *vers. ab Episcopis.* Quarant. *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 18. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 70. *n.* 7. Sigism. Scac. *de appellat. q.* 8. *num.* 86. *& seqq.* cum ampliationibus, & limitationibus, refero ego ipse *in tract. de offic. & potestate Episc. part.* 1. *tit.* 4. *num.* 61. *cum multis seqq* in Lugdunens. impress. *& de iure ecclesiast. lib.* 1. *c.* 7. *ex num.* 52.

4 *Non sic autem in aliis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Archiepiscopus in subditos suffraganeorum nullam habet potestatem nisi in casibus à iure expressis, vt per Marc. Anton. Genuens. *d. c.* 70. *n.* 7 Quarant. *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, n.* 12. Scac. *d. q.* 8. *sub num.* 98. metipsum *d. tit.* 4. *num.* 2.

5 Notari etiam solet hic text. ad hoc quòd fit iniuria domino

domino territorij si alter in eo vteretur contentiosa iurisdictione absque illius licentia, vt per D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. art. 1 num.* 85.

6 In gloss. *Agant. ibi, conferendo Ordines, Sacramenta*, &c. Notatur ad hoc quòd Metropolitanus non potest dare Ordines intra diœcesim suffraganeorum ipsius suffraganei subditis, vt per Cou. *practic. cap. 9. n. 2. col.* 2. Nec potest exercere Pontificalia intra suam prouinciam, vt per Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo Archiepiscopus, vers. ad secundum.*

§. Officiales.

7 *Vel circa illam.*] Dict. *Circa*, in hoc text respicit locum, & accipitur pro, *Propè*, vt per Rebuff. *d. l. caeterorum* 160. *vers. interdum, ff. de verb. signif.* Cened. *post lib. pract. & canon. quaest. sing.* 8. *num.* 3. metipsum *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 235. secundùm Lugdun. impress.

8 *In suffraganeos interdicti*, &c.] Notatur ad hoc quòd Vicarius Archiepiscopi illo præsente suffraganeum suspendere, interdicere, seu excommunicare non potest, vt per Bertachin. *de Episc. p. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi q.* 10. Pichard. *inter consilia Menochc. cons.* 52. *num.* 187. Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. q. 58. n. 3.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 4. n.* 16. secundùm Lugdunens. impress. vbi etiam post Archid. Dominic. & Franch. *in praesenti*, & Coch. *instit. canon. lib. 4. tit. de consecrat. Episcopi, num. 6. & tit. de Vicario. Episcopi, num.* 123. addo hoc limitari si Episcopus suffraganeus non fuerit consecratus, quia tunc à Vicario etiam præsente Archiepiscopo excommunicari poterit refero *d. lib. 1. de iure eccles. c. 7. num.* 28.

9 Vnde notari solet hic text. ad hoc quòd Vicarius Archiepiscopi non habet iurisdictionem in Episcopos suffraganeos, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus, num.* 164. Stephan Gratian. *discept. forens. c.* 111. *num.* 18. *& num.* 44.

10 Archiepiscopus verò potest suffraganeum Episcopum suspendere, interdicere & excommunicare, vt per Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 2. c. 4 sub num.* 17. Quarant. *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, num. 8. vers.* 13. Marc. Anton. Genuens. *d. c. 70. num.* 5. quos refero ego ipse. *d. tit. 4. n. 15. & de iure eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Text. in praesenti compendium refertur.*
2 *Cessatio à diuinis est suspensio organorum ecclesiasticorum seu silentium ministrorum ecclesiasticorum.*
3 *Litterae patentes differunt ab instrumentis.*
4 *Clerici sine rationabili causa a Diuinis cessare non debent.*
5 *Canonicis & Clericis tenetur is, cuius culpa cessatio indicta fuerit, ad id, quod eorum interfit ex eo quòd omnino cessantes à celebratione diuinorum officiorum quotidianas distributiones amiserint, aut sanè non acquisierint.*
6 *Canonici cessatione durante non recipiunt ab Ecclesia distributiones quotidianas.*
7 *Imaginum sanctarum contemptores, & illis iniuriam inferentes qualiter puniantur, remissiuè.*
8 *Canonicus Regularis propriè appellatur Canonicus.*
9 *Irregularis non efficitur celebrans tempore cessationis à diuinis.*
10 *Clerici quibus ex causis a diuinis cessare possunt, remissiuè.*
11 *Iniuria remissa, nō censentur remissa dāna, & expēsa.*
12 *Iniuriae aestimatio qualiter facienda, ostenditur.*
13 *Interdicto ciuitatis, vel alicuius castri occasionem praebens tenetur ad restitutionem damnorum.*
14 *Imaginum sanctarum quis vsus, & adoratio, remissiuè.*
15 *Adorationis triplex genus, latria, hyperdulia, & dulia*

CAP. Canonici. 11. *Gregor. IX.*

CAnonici, qui ex consuetudine, vel alia via cessationem indicere possunt, ante cessationem exprimant causam cessationis in instrumento publico, vel in litteris patentibus munitis cum propriis sigillis vel cum alio authentico, & illud instrumentum, vel illas litteras tradant ei, contra quem cessare intendunt, si secus fecerint, vel causa expressa non fuerit Canonica, restituant quicquid acceperint tempore cessationis de fructibus Ecclesiæ in qua cessatum est, eidem Ecclesiæ, neque aliquid accipiant de prouentibus illius Ecclesiæ quod debeatur Canonicis tempore cessationis, & teneantur etiam satisfacere de damnis & iniuriis iis contra quos cessatum est. Si verò causa inuenta est Canonica, superior arbitrariè condemnet eum, qui fuit causa cessationis ad certam quantitatem pecuniæ conuertendam in augmentum diuini cultus pro interesse Canonicorum, & ecclesiæ in qua fuit subtractum officium diuinum. Item consuetudo, seu abusus tempore interdicti prosternendi imagines, & cooperiendi spinis, & vrticis penitus tollatur, & qui contra faciunt, grauiter puniantur. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 449. Alagona *in compend. pag.* 149. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

A Diuinis cessare.] Est autem cessatio à Diuinis suspensio organorum ecclesiasticorum, seu silentium ministrorum ecclesiasticorum, vt tradunt Sot. *in 4. dist. 22. quaest. 3 art. 1. in princ.* Couar. *in cap. alma mater, part. 2. §. 2. num.* 1. Curiel. *in suis opusculis tract. de cessatione, vers. secundò probatur.* Henriq. *in sum. lib.* 13. Fr. Emman. *c. 52. quaest.* *Regul. tom. 2. q. 115. art. 2.* Sayr. *de censur. lib. 5. c. 17. à num.* 8. 2

Instrumento publico, vel patentibus litteris.] Ergo litteræ patentes differunt ab instrumentis, vt per Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 59. num.* 18. 3

Cessationis ipsius causam exprimant, &c.] Notatur ad hoc quòd Clerici sine rationabili causa à Diuinis cessare non debent, & ob id sunt pœna plectendi, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 280. *num.* 1. 4

Occasionem cessationi dederat, &c.] Notatur ad hoc quòd is cuius culpâ cessatio indicta fuerit, tenetur Canonicis, & Clericis ad id quod eorum intersit ex eo quod omnino cessantes à celebratione diuinorum Officiorum quotidianas distributiones amiserint, aut sanè non acquisierint, vt per Couar. *in c. alma mater part. 2. §. 4. num. 7. vers. tertio eandem.* Fr. Emman. *d. q. 115. art.* 4. Vnde damna quæ talis debet auctoritate huius text. atque etiam ex obligatione iustitiæ intrinseca reficere dictis Canonicis, & aliis, sunt etiam distributiones quotidianæ, quas cessatione durante non recipere ab Ecclesia tradunt Henriq. *lib. 13. c. 52. §. 3. & cap. 53. §. 2. circa med.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 19. num.* 17. Alphons. Vega *in summ. p. 1 cap. 103. casu.* 6. Gom. *in explicat. Bulla Cruciatae ad 5. claus. in vltimis verbis*, Anton. de Campos *de cessatione à Diuinis, num. 98. versic. si autem*, Monet. *de distribut. quotid. part. 2 quaest. 16. num.* 36. Auil. *de censuris part. 2. disp. 8. dub. 3. conclus.* 3. Cened. *practic. quaest. lib. 1. quaest. 1. num.* 55. 5 6

Caeterùm detestabilem abusum, &c.] Qualiter autem puniantur 7

puniantur imaginum sanctarum contemptores, & illis iniurias inferentes, vide Azeued *l.3.n.5 cum seqq. tit.1.lib.1.nona.recop.* Iacob. Gretserum *de sancta Cruce tom.1. lib. 2.cap.98.ad fin.* & plures citatos à Cened. *ad Sextum collect.22.num.1.& 2.*

8 In gloss. *Canonica.* Notatur ad hoc quòd Canonicus Regularis propriè appellatur Canonicus, vt per Nauar. *comm 1.de Regul.num.4.*

9 In gloss. *Cessare.* ibi, *potest ibi Episcopus, & alij celebrare sine irregularitatis pœna.* Notatur ad hoc quòd qui celebrauerit tempore cessationis à Diuinis, non efficitur irregularis, vt resoluunt Salzed. *ad Bernard. c.33.vers.sed quæstionis est iuncta litt.B.* Couar. *in c.alma mater, part.1.§.2.num.4.vers.ad quæstionem,* Gutier. *canonic. lib.1. cap. 10.num.4.* Henric. *in summ. lib.13. cap.54.§.3.iuncta. lit. M.* Sayr. *de censur.lib.5.cap.17. n.9.* Soar. *in simile tract. disp. 59.sect.1. à num.9.* Monet. *de distribut.quotid.p.2.q.19.num 9.*

10 In gloss. *Causa.* Has causas de quibus agit hæc glossa, ob quas clerici à Diuinis cessare possunt, referunt, & explicant Menoch. *de arbitrar. lib.2. casu 180.num.5. cum seqq.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 52.§.2. litt.T.*

11 In gloss. *Damnis.* ibi. *& ideo vna non impedit aliam.* Notatur ad hoc quòd remissa iniuria non censentur remissa damna. & expensæ. vt per Cou. *lib. 2.var.c.10. n.7.vers.quartò,* Xuar. *alleg.23.n.10.* Menoch. *remed.1. recuper. possess. num. 370.*

12 In ead. gloss. ibi, *dico autem secundum Gulielm* &c. Notatur ad hoc quòd iniuriæ æstimatio fit ad certam quantitatem iuratam ab ipso actore affectionis iuramento, salua semper ipsius iudicis taxatione, ex qua quantitatis iuratæ moderatio fit, vt per Couar. *lib.2. var.c.10.num.7.versic.sic iniuriam.*

13 In glos. *Occasionem.* ibi, *not.argum. quòd quis occasionem prebet interdicto ciuitatis, vel alicuius castri, tenetur ad restitutionem damnorum.* &c. Ita Hippol. *concil. 115.num.21.& 22.*

14 In glos. *l.deuotionis.* ibi. *nam imagines propter reuerentiam illorum, quos imago figurat, adorare debemus.* Ita Azeued. *l.3.num.1.tit.1.lib.1.nona recop.* & habetur antiquissimis illis versiculis,

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa,
Hanc videas, sed mente colas quod cernis in ipsa.

Quos ex Sabellico *lib.8. Æneidos* referunt, & videri incisos Venetiis in Æde aurea opere antiquissimo, testantur Stephan Durant. *de ritibus Ecclesiæ.lib.1.c.5. num.11.* & Thom. Boss. *de signis Ecclesiæ, tom.2.lib.15. cap. 16.* De vsu sanctarum imaginum pictarum, earúmque adoratione, vide Durand. *in rationali Diuin. lib.1.cap.3.* Maiol. *in tract. de sacris Imaginib.* Alphons. à Castro *lib. 8. aduersus hæreses. verbo Imago,* Sebast. Medic. *in summ. omnium hæresum, part.1 verbo Imago,* Simanch. *de Catholicis institut.cap. 33. à princip.* Fusch. *de visitat.lib.1.cap 9.* Cadin. Bellarmin. *in controuers. Cathol. Controuers.7.lib.2.* Valent. *2. 2.dis.6.quæst.11. puncto 6.* Vasq. *de adorat. imaginum. lib. 3. disput.3. à num.8.* Fr. Hieronym. Roman. *lib.4 de Republ. Christiana, cap.7.* Fr. Emman. *quæst. Regular.tom.3 quæst. 77.artic.1.*

15 In ead. gloss. ibi. *ne duliam in latriam conuertamus,* &c. De triplici genere adorationis. nempe latriæ, hyperduliæ, & duliæ, vide Magist & Theologos *in 3.sent. dist.9. S.Thom. 2. 2.quæst.84.art 1.ad.1.argum.& q.103 art.3.* Azeued. *d. l.3. num.3.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.9 c.5.*

16 In gloss. *Vltrix.* De duplici pœna spirituali, & temporali agit Boer. *decis.3 1.num.18*

17 In ead. gloss. ibi, *vel iudicis arbitrio.* Ita Menoch. *de arbitrar.casu 376.num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
3 *Possessor etiam pacificus beneficij tenetur probare & ostendere titulum cum superior ex officio inquirit.*
4 *Ordinarius non obstante reg. de triennali potest possessore compellere ad ostendendam dispensationem.*
5 *Tituli beneficiorum ecclesiasticorum non acquiruntur præscriptione.*
6 *Beneficiarius plura beneficia possidens compelli potest per Ordinarium exhibere titulum suum, ac etiam per patronum.*
7 *Beneficiarius non potest cogi ad ostendendum titulum sui beneficij per impetrantem, vel alium, qui præsendat ius in eo.*
8 *Ordinarius aut patronus si faciat se partem, non poterit cogere beneficiarium exhibere suum titulum.*
9 *Beneficium vacat ipso iure per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario postquam beneficiatus monitus fuerit.*
10 *Dispensatio ad duo beneficia intelligitur de duobus primis tantum.*
11 *Verba* nullius penitus sit momenti, *latam sententiam importans.*
12 *Ordinarij vbi fit mentio in aliquo decreto, intelligitur non tantum Episcopus, sed etiam omnes habentes iurisdictionem ordinariam, nisi subiecta materia aliud exposcat.*
13 *Dispensatio est odiosa, & strictè interpretanda.*
14 *Dictio* liberè, *idem importat quod non obstante contradictione.*

Cap. Ordinarij. III.

Ordinarij compellant suos subditos ostendere dispensationem quomodo retineant plura beneficia Curata, vel personatus, & dignitates, vel Ecclesias cum cura, & si intra certum tempus arbitrio Ordinarij assignatum nullo impedimento iusto interposito non ostendant dispensationem, conferant prædicta beneficia liberè personis idoneis per eos, ad quos spectat collatio, si ostendunt dispensationem, eos amplius non molestent circa prædicta beneficia, prouideant tamen, vt nec cura animarum, nec beneficia debitis obsequiis defraudentur. Si dispensatio est dubia, deferatur ad Sedem Apost. Item in conferendis similibus beneficiis, ea non conferant habenti similia Curata nisi ostendant dispensationem circa obtenta, & etiam vacum obtentis possint ista obtinere; aliter facta collatio non tenet, vel nisi resignent quæ habent. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration.lib. 1. pag.452.* Alagon. *in compend. pag. 160.* remissiuè Xuuen. *in concordant.part.2.* 1

Plures dignitates vel. Ecclesias, &c.] Vide quæ dixi *in collect. ad cap. de præbend.* 2

Districtè compellant dispensationem, &c. Notatur ad hoc quòd possessor etiam pacificus beneficij tenetur probare & ostendere titulum cùm superior ex officio inquirit, de quo vide Felin. *in repert. verbo Episcopus, aut alius Prælatus,* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de pacificis possess. in §. Ordinarij, in glo. verbo inquirant.* Cou. *in reg. possessor. part. 2.§.10. num.9. vers. hinc. & illa.* Bernard. *reg.236.& 763.* Selu. *de benefic. part 3. quæst. 25. versic. & concludendo.* Mascard. *de probat. conclus.1362 an.18.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt. 132 num.46. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. tom 2. lib. 11. quæst. 14. num.35 cum. seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1, verbo Bulla, versic. ad quorsum,* Aloys. Ricc. 3

in

in collect. decis. p. 4. collect. 889. Ced. *ad Sextum collect.* 18. *num.* 2.

4 Vnde posse Ordinarium non obstante regula de triennali possessorem compellere ad ostendendum dispensationem, per hunc text. tradit Flores de Mena *v.ar. lib.* 1. *q.* 23. *n.* 61. *cum seqq.* licet enim per regulam de triennali possessore excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius, vt resoluit Perez. *l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 327. quem refert Cened. *d. collect.* 18. *num.* 3.

5 Non enim acquiruntur præscriptione tituli beneficiorum ecclesiasticorum, ex traditis per Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 15. *num.* 22.

6 Quamuis beneficiarius plura beneficia possidens compelli possit per Ordinarium exhibere titulum suum, vt probat hic text. & per illum tenent Abb. *in c. cùm nostris, sub n.* 24. *ad fin. vers. & ibi beneficia, de concess. præb.* Felin. *in c. licèt Heli, n.* 17. *de simon.* quos refert, & sequitur Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 46. *n.* 37. ac etiam per patronum, vt *hic* tradunt Franc. *sub n.* 5. *vers. quid autem,* & prob. *ad Monach. n.* 22. & alij, quos sequuta est Rot. coram Reuerendiss. D. meo Coccino in-
7 ter eius decisiones impressas *decis.* 191. *num.* 1. tamen per impetrantem, vel alium, qui prætendat ius in beneficio, hoc casu cogi non poterit, sicut sentit *hic* Franc. *sub d. num.* 5. *vers. aliquando & quarto,* quem refert, &
8 sequitur Lotter. *d. q.* 46. *num.* 36. Ratio est, quia huiusmodi indagatio potius pertinet ad extra iudicialem inquisitionem ex officio, quàm ad iudicium aliquod formale, & ideo si Ordinarius, aut patronus faciat se partem, non poterit cogi beneficiarius etiam prætextu simplicis inquisitionis ad formam huius text. titulum suum exhibere, vt per Franch. *hic sub d. num.* 5. *vers. limita primò, in d. cap. licèt. Heli, n.* 9. & Ioan. de Anan. *n.* 33. *Cassador decis.* 8. *num.* 1. *ad fin. & num.* 2. *super reg.* Lotter. *d. q.* 46. *num.* 42. vbi *num.* 43. subdit tunc censeri Ordinarium se constituere partem, quando aut iniustè procedit, aut si etiam iustè, iudicialiter tamen coram superiore, & *num.* 44. subijcit quòd de iniustitia satis liqueret eo ipso quòd possessio non esset recens, veluti si fuisset saltem per triennium in ea quis toleratus, quia in beneficialibus propter præsumptionem, quæ est pro Episcopo, qui tenetur quolibet anno visitare Ecclesias suæ diœcesis, & inquirere de titulis, iuxta text. *in præsenti,* præsumitur enim non permissum possidere nisi habuisset canonicum titulum, etiamsi appareat de titulo inualido, quia adhuc præsumitur dispensationem interuenisse, & citat Hieron. Gabr. *cons.* 181. *num.* 59. & 60. *lib.* 2. Gregor. *decis.* 57. *num.* 7.

9 *Quod si fortè iusto impedimento cessante,* &c.] Notatur ad hoc, quòd vacat ipso iure beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario postquam beneficiatus monitus fuerit, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 15. *n.* 62. Massob. *in praxi habendi concursum req.* 1. *dub.* 2. *n.* 23. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 57. *n.* 222.

10 *Vel si ea quæ sic obtinet,* &c.] Notatur ad hoc quòd dispensatio ad duo beneficia intelligitur de duobus primis tantùm, vt per Tiraquel. *in l. boues,* §. *hoc sermone, in princip. num.* 28. *& limit.* 14. *n.* 1. *ff. de verb. significat.*

11 *Nullius penitus sit momenti.*] Hæc verba latam sententiam importare dixi *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 227. secundùm Lugdon. impress.

In gloss. *Locorum.* ibi, *facere possunt quicunque inferiores,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi mentio fit Ordinarij in aliquo decreto, intelligitur non tantùm Episcopus, sed etiam omnes habentes iurisdictionem Ordinariam, nisi subiecta materia aliud exposcat, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 5. & alios per me citatos *in tract. de appellatiua verb. vtriusque iuris significatione verb. Ordinarius.*

In gloss. *Dispensationes.* ibi, *in quibus velut ambitiosis strictè debet fieri interpretatio.* Notatur ad hoc quòd dispensatio est odiosa, & strictè interpretanda, vt per Surd. *dec.* 268. *n.* 21. Bruoor. à Sole *in locis communib. verbo dispensatio, num.* 7. Cardos. *in praxi iudicum eod. verbo n.* 9. & 19. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 3. & 4. Moocr. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 5. 12

In gloss. *Liberè.* ibi, *id est, non obstante contradictione.* Ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 53. *n.* 18. Ludou. Rodolphin. *de absoluta Principis potest. voto vnico, n.* 55. Valasc. *cons.* 123. *n.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *c.* 5. *n.* 376. & citati per me *in tract. de dictionibus vsufreq. dict.* 190. *n.* 3. secundùm Lugdun. impress. 13

Cap. Quia plerique. IV.

Bonifac. VIII.

PRælati si prohibeant sub pœna suspensionis, excommunicationis, vel interdicti, aut ipso iure, & exigant iuramentum ne subditi manifestent status Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum suorum, ac personarum superioribus, vel Legatis Papæ, vel Inquisitoribus, puniantur condigna pœnitentia ab iisdem superioribus Legatis, Inquisitoribus imposita, & omnia facta, vt sententiæ, iuramenta, promissiones, sint nullius roboris, nec promissæ pœnæ, à subditis possint exigi. Colligunt ex Ordin. Anch. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *p.* 455. Alagona *in compend. pag.* 161. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Archiepiscopo attributa in vna diœcesi, sibi in aliis non prodest.*
2 *Archiepiscopus de consuetudine potest causas audire, vel committere extra suam prouinciam.*
3 *Ordinarius poterit cognoscere de causa in loco subiecto alteri Ordinario, dũ tamen interueniat consensus illius, cui locus subiectus est.*
4 *Consuetudo contra ius requirit tempus 40. annorum non solum quando est contra Canones, sed etiam quando est contra rationem.*

Cap. Vt litigantes. V.

ARchiepiscopus debet cognoscere, vel delegare causas appellationum, quæ ad ipsum deferuntur iure Metropolitanico in sua, vel in illius diœcesi à quo est appellatum, & non potest alibi, nisi de consuetudine hoc illi competat. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 457. Alagona *in compend. pag.* 161. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumit Sebast. Cæs. *in relect. de ecclesiast. hierarch. disp.* 5. §. 2. *n.* 11.

Nisi aliud de consuetudine. &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus de consuetudine potest causas audire, vel committere extra suam prouinciam, vt per Palat. *in repet. c. per vestras notabl.* 2. §. 1. *num.* 29. *de donat. inter virum, & vxorem.* 2

In gloss. *Expensis.* ibi, *dummodo ipse, vel delegatus eius habeat licentiam Episcopi illius diœcesis,* &c. 3

Notatur ad hoc quòd Ordinarius poterit cognoscere de causa in loco subiecto alteri Ordinario, dum tamen interueniat consensus illius, cui locus subiectus est, vt per Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 19. n. 8.* D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. art. 2. n. 11.*

4 In gloss. *Statuimus*, ibi, *scilicet spatio 40. annorũ*, &c. Notatur ad hoc quòd consuetudo contra ius requirit tempus 40. annorum, non solùm quando est contra Canones, sed etiam quando est contra rationem Canonis, vt per Socin. *reg. 101. vers. amplia.*

Cap. Si Episcopus. VI.

1 Episcopus vbi licitè visitat per alium, visitati prouidebunt de victualibus tantùm, visitanti, & Episcopus prouidebit de reliquis necessariis, nec Episcopus accipiat procurationem à visitatis. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 557.* Alagona *in compendio pag. 161.*

2 De hac materia dixi latè *de offic. & potest. Episc. q. 3. alleg. 73. à n. 46. & in collect. ad c. cum instantia 17. & ad cap. venerabili 24. de censib.*

SUMMARIUM.

1 *Episcopus in quolibet loco sua diœcesis non exempto potest per se, vel per aliũ sedere pro tribunali, & liberè exequi qua ad ipsum spectant officium. & n. 2.*
3 *Episcopis regulariter competit in tota sua diœcesi iurisdictionem ecclesiasticam tam voluntariam, quàm contentiosam exercere, exceptis illis, qua maiori potestati reseruantur.*
4 *Ordinarius habet territorium.*
5 *Episcopus potest erigere tribunal in quolibet parte sua diœcesis, & ius ibi dicere partibus.*
6 *Locus, quando valde distat, & causa est modica, possunt partes ab Episcopis petere causam committi in loco propinquo.*
7 *Episcopus pro Tribunali sedere non potest in loco exempto.*
8 *Paria sunt esse extra territoriũ, vel in loco exempto.*
9 *Episcopis permissum est per se, vel per alios. iurisdictionem ciuilem, vel criminalem exercere,*
10 *Episcopus potest clericos qui dubio procul sunt ecclesiastica iurisdictionis capere, & in carcerẽ mittere, etiamsi non habeat in loco temporalem iurisdictionẽ.*

Cap. Cùm Episcopus. VII.

1 Episcopus in quolibet loco suę diœcesis non exempto potest per se. vel per alium sedere pro tribunali, audire causas sui fori, personas ecclesiasticas carcerare, & reliqua sui officij exercere. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 458.* Alagona *in compend. pag. 161.* remissiuè Ximen. *in concord, part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Bellencin. *in tract. de charitatiuo subsidio p. 32.* Bertach. *in tract. de Episcopo lib. 4. part. 5. num. 70. & 71.* Gam. *de officio Legati de latere, lib. 2. tit. de variar. Ordin. nomin. num. 168.* Cuch. *instit. iuris Canon. lib. 1. cap. 12. vers. cum Episcopus.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 80. n. 4.* Rot. *in Calciaten. iurisdictionis 10. Maij* 1624 coram Remboldo.

3 *In tota sua diœcesi iurisdictionem ordinariam*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopis regulariter competit in tota sua diœcesi iurisdictionem Ecclesiasticam tam voluntariam, quam contentiosam exercere, exceptis illis, quæ maiori potestati reseruantur, vt per Cou. *in cap. alma mater, p. 1. § 12. num. 3.* Ledesm. *2. 4. quæst. 24.* 4
art. 1. Soar. de Pace *tom. 2. prælud. 1. num. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 63. art. 1. col. 2.* Habet enim regulariter Ordinarius territorium, vt per D. Barbos. *in l. cum prætor, § 1. n. 46. ff. de iudic.*

In quolibet loco ipsius diœcesis.] Notatur ad hoc 5
quòd Episcopus potest erigere Tribunal in qualibet parte suæ diœcesis, vt per Gonzal. *ad reg 8. Cancel. § 2. præm. num. 35.* & in quolibet loco sibi subiecto ius dicere potest, ex Nau. *cons. 3. sub hoc tit. in antiq.* aliàs *cons. 4. eod. tit. in nouis.* Says. *in floribus decis. sub. eod. tit. decis. 5.* vbi intelligunt, dummodo locus honestus sit, & litigantes sine magno incommodo eo loci venire possint. Verùm si Episcopus habeat amplam diœcesim, & 6
vellet causam cognoscere in loco multum remoto à partibus, possunt ipsæ partes petere causam committi in loco propinquo, aliàs eis appellare licebit, vt per Quarant. *in sum. Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, num. 20* & dixi *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 80. n. 5.* quod tamen Rot. *in d. Calciaten. iurisdictionis*, intellexit procedere tantummodo quando locus valde distat, & causa est modica.

Non exempto. Ergo in loco diœcesis exempto Epi- 7
scopus pro Tribunali sedere non potest, vt resoluit Gonz. *ad reg. 8. Can. gloss. 43. n. 180. cum seqq.* Stephan. Gratian. *Marcina dec. 113. n. 3. in addit.* Camp. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. c. 23. n. 131. vers. limitatur.* Ego ipse *d. alleg. 80. n. cum seq.* Paria enim sunt esse extra 8
territorium, vel in loco exempto, vt ex hoc textu colligunt Henriq. *in sum. lib. 7. c. 15. § 4.* vbi gloss. *litt. F.* Azeued. *l. 1. n. 104. tit. 16. l. 8. nona recop.* Gonzal. *gloss. 43. c. 182.*

Per se, vel aliũ possit. &c.] Notatur ad hoc quòd Epis- 9
copis permissũ est per se, vel per alios iurisdictioné ciuilem, & criminalé exercere, vt per Cou. *l. 3. var. c. 20. n. 4.*

Capere, ac carceri deputare, &c Notatur ad hoc 10
quòd Episcopus potest clericos, qui dubio procul sunt ecclesiasticæ iurisdictionis, capere, & in carcerem mittere, quoties eidem hoc iure visum fuerit, etiamsi non habeat in loco temporalem iurisdictionem, vt per Cou. *practic. c. 10. n. 2 vers. quarto.* vbi subdit hoc casu non teneri auxilium brachij secularis implorare, nisi quando eius potestas minimè sufficeret ad capiendum clericum, maximè rebellem, & contumacem.

SUMMARIUM.

1 *Compendium huius text. refertur, & de materia illius Doctores citantur, num. 2.*
3 *Verba*, cuiuscunque dignitatis, *comprehendunt personas, quæ alias minimè comprehenderentur.*

Cap Quamuis. VIII.

Capitulum, Collegium, vel Conuentus Ecclesiæ 1
secularis. vel Regularis quando volunt imponere cessationem, vocent absentes de Capitulo, vt fieri solet in electione, deinde requirant ab eo, qui fecit offensam, propter quam est ferenda cessatio an velit emendare iniuriam, vel offensam, & si emendationem habent, vel per eos stet quin habeant, non inducant cessationem, & si his seruatis nec data satisfactione cessare faciant, tunc statim vtraque pars intra spatium vnius mensis accipiat iter Romam versùs tam ij qui cessant, quàm ij, quorum causa cessatur. & offerant acta corã Papa, vel per se vel per alios, vt Papa iudicet, & castiget culpabilẽ; si verò cõcordauerint, & ita cessauerit

cessauerit cessatio, non veniunt, nec mittatur Roman. Item si hæc non seruentur, nec seruetur cessatio. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l. 1. pag. 459* Alagona *in compend. pag.* 162.

2 Hanc eadem conclus. ex hoc textu desumunt Sylu. *in sum. verbo cessatio, q. 1.* Henriq. *lib. 13. c. 32. §. 1. & 2.* Soar. *de censur. tom. 5. disp. 39. sect. 3. n. 13.* Sayr. *eod. tractat. lib. 5. c. 18.* Bonic. *in simili tract. dispur. 6. punct. 2. num. 2. cum seqq.*

3 *Cuiuscunque dignitatis, &c.*] Sub his verbis comprehendi personas, quæ aliàs minimè comprehenderentur, tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 38. n. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. ponitur.*
2 *Fructus omnes beneficiorum obuenientes tempore vacationis pertinent ad successores.*
3 *Bona Ecclesiæ vacantis quæ sibi ex priuilegio, vel consuetudine competere prætendit, ea capere debet, quæ solutis expensis. & salariis famulorum, atque oneribus supersunt.*
4 *Fructus Ecclesiæ sunt deputati pro oneribus incumbentibus toto anno vsque ad nouos fructus.*
5 *Prælatus tenetur soluere debita sui prædecessoris realia.*
6 *Successor in beneficio tenetur ad soluendam pensionem decursam non solutam.*
7 *Beneficiarius non habens administrationem potest ad libitum dispensare de fructibus ex tali beneficio perceptis.*
8 *Beneficiarius dum viuit cōparatur vsufructuario, cum verò incipit infirmari, comparatur vsuario, vt n. 9.*

Cap. Præsenti. IX. & vlt.

1 EPiscopi, seu quiuis alij Regulares, vel seculares Prælati non præsumant occupare, aut in proprios vsus conuertere bona, quæ inuenta sunt dum vacant, vel colligentur in tempore vacationis Ecclesiarum, dignitatum, personatuum, prioratuum, sibi subiectorum, seu pertinentium ad eorum collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam, quæ debent expendi in vtilitatem eorum, vel conseruari futuris successoribus mortuorum, nisi ex priuilegio, vel legitima, & præscripta consuetudine, vel alia causa rationabili eis hæc competant; alioquin qui contra fecerint Episcopi, & eorum superiores ab ingressu Ecclesiæ, cæteri ab officio, & beneficio eo ipso sunt suspensi donec prædicta restituant. Item si ex priuilegio, consuetudine, vel rationabili causa alicui competunt hæc bona, intelliguntur solutis debitis, si quæ sunt, & seruitoribus, & ministris, ac oneribus vsque ad nouos reditus, mox quæ supersunt accipiat. Item per hanc non derogatur Constitutioni, *quia sæpè, de elect. hoc lib.* scilicet, vt priuilegia, statuta, consuetudines non valeant. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Butr. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 452.* Alagona *in compendio pag. 162.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Debent successoribus fideliter reseruari.*] Notatur ad hoc quod omnes fructus beneficiorum obuenientes tempore vacationis pertinent ad successores, vt per Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo beneficia, vers. quoad secundam,* Boër. *decis. 340. num. 1. & 2.*

3 *Quæ solutis debitis, &c.*] Notatur ad hoc quòd si quis ex priuilegio, vel consuetudine sibi prætendat competere bona Ecclesiæ vacantis, debet intelligi de iis tantum, quæ solutis expensis, & salariis famulorum, atque oneribus supersunt, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 15. gloss. 1. num. 6. & 7.* Menoch. *cons. 64. n. 20. & 21.* Azeued. *ad rub. tit. 20. n. 6. lib. 6. noua. recop.*

Fructus enim Ecclesiæ sunt deputati pro oneribus 4
incumbentibus toto anno vsque ad nouos fructus,
quia ad omnia onera tenetur qui fructus percipit, vt
per Gig. *de pensionib. quæst. 39. num. 7. & quæst. 72. n. 1.*
Couar. *lib. 1. var. cap. 15. num. 12. in fine,* Chald. Pe-
reira *de extinct. emphyt. c. 4. num 25.* Et ita Prælatus 5
tenetur soluere debita sui prædecessoris realia; ex Boër.
decis. 204. num. 48. & Gig. *de pensionib. quæst. 43. n. 5.*
& contracta ob alimenta, vel pro vtilitate Ecclesiæ,
vt latè resoluit Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid.*
remed. 106. illat. 8. & successor in beneficio tenetur ad 6
soluendam pensionem decursam non solutam, vt tra-
dunt Gig. *d. tract. quæst. 39. num. 5.* Chald. Pereira *de*
resolut. emphyt. c. 4. num. 4. Stephan. Gratian. *discep.*
forens. cap. 94. num. 56. Intelligendo tamen iuxta ea,
quæ dixi *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 120. per to-*
tam. secundùm Lugdun. impress.

In gloss. *Reseruari.* ibi, *inter clericum habentem ad-* 7
ministrationem, &c Notatur ad hoc quòd beneficiarius non habens administrationem, id est, curam animarum, potest ad libitum disponere de fructibus ex tali beneficio perceptis, minimè verò si huiusmodi beneficio administratio incumbat, vt per Nauar. *de spoliis clericor. §. 6. num. 4.* Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. num. 91. p. 159.* Clar. *§. testamentum p. 27. n. 8.* D. Barbos. *in l. diuortio in princip. p. 3. num. 59. ff. soluto matrim.*

In ead. gloss. ibi, *comparantur enim vsufructuario.* 8
Notatur ad hoc quòd beneficiarius comparatur vsufructuario, vt per Menoch. *cons. 66. num. 32. & de arbitr. lib. 2. casu 433. num. 35.* Surd. *de alimentis tit. 9. q. 12. num. 18.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 20. nn. 33. & 43.* Valasc. *de partition. c. 36. n. 2. & 4.* D. Barbos. *in l. diuortio in princ. part. 2. n. 27. & 53. ff. soluto matrim.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 8. quæst. 1.* remissiuè Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 74. artic. 4. versic. quinta ratio,* plures apud Cened. *ad Decretal. collect. 12. num. 5.*

In ead. gloss. ibi, *cùm incipit infirmari comparatur* 9
vsuario. Ita Molin. *d. cap. 10. num. 37.* Chald. Pereira *de extinct. emphyteut. c. 15. n. 43. & de empt. & vendit. cap. 16. num. 1.*

In ead gloss. ibi, *intelligendum est de preceptis & re-* 10
conditis, &c. Vide quæ dixi *ad gloss. verbo primi anni in c. si propter, de rescript. hoc. lib.*

De Maioritate, & obedientia.

Tit. XVII

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, vel is ad quem administratio pertinet vacante Sede, eos absoluet, quos absoluere posset Episcopus si viueret, nisi à Sede Apostolica id fuerit interdictum, & num. 3.*
2 *Sedes multipliciter dicitur in iure, & quomodo hic accipiatur, ostenditur.*
4 *Capitulum Sede vacante succedit in omni iurisdictione quæ Episcopo competebat.*

Cap. Episcopali. Vnic.

Bonifac. VIII.

1 CAPITVLVM Sede vacante, vel qui pro eo tempore habet Episcopalem iurisdictionem, potest absoluere ab excommunicatione eos, quos poterat Episcopus, nisi Papa hoc eis interdicat. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. p. 481.* Alagona *in compend.* 169. remissiuè Ximen. *in concord. par. 2.*

2 *Sede.*] Licèt aliàs Sedes multipliciter dicatur in iure, vt per Pauin. *de potest. Capituli Sede vacãte praelud. 6.* hîc tamen, sicut & alibi, accipitur pro Ecclesia, in qua est locus Praelati cuiuscunque etiam inferioris, *cap. audites,* ibi. *Ecclesia vacante, de in integ. restit. c. 1. vbi gloss. 1. de excess. Praelat.* Innocent. Anton. & Imol. *n. 14. in c. 1. ne Sede vacante,* Abb. *in c. his, qua n. 2. hoc tit.* prosequitur latè Pauin. *d. praelud. 6. num. 6.*

3 *Potest Capitulum* &c.] Collige ex text. quòd vacante Sede potest Capitulum ab excommunicationis sententia, siue iuris, siue hominis illum absoluere, cui Episcopus si viueret possit idem absolutionis beneficium impertiri, resoluunt gloss. *antepen.* Petr. Anchar. Domin. Franc. & omnes *in praesenti, gloss. magistra vlt.* vbi obtimè Abb. *num. 3. in d. c. his qua, gloss. verbo in collationibus,* vbi idem Abb. *num. fin. in c. 2. ne Sede vacante,* Syluest. *in summ. verbo Capitulum, §. 2.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolutionib. n. 63.* Soar. *de censuris*
4 *disp. 7. sect. 2. num. 4.* & generaliter quòd Capitulum Sede vacante succedat in omni iurisdictione, quae Episcopo competebat, probat, *d. c. his qua, versic. quando autem, c. cùm olim, vbi gloss. verbo Capitulo, sup. hoc tit. c. ad abolendam, vbi gloss. verbo Sede vacante, de haeret. cap. pen. vbi gloss. verbo capitulum, & c. vlt. de supplend. neglig. hoc lib. c. 1. vers. praesentatos, vbi gloss. vlt. de instit. hoc. lib. c. quia sepè, vbi gloss. verb. reseruari, de elect. eod. lib. c. cùm nullus, in fin. princ. de tẽpor. ordin. eod. l. 6. Clem. 1. §. 1. vbi gloss. verbo Sede vacante cum seqq. de haeret.* Felin. *in c. cum omnes, n. 10. de constitut.* Rebuff. *d. loco à n. 57.* Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante part. 1. q. 1.* Sclu. *de benefic. part. 2. n. 2.* Anton. de Praetis *de iurisdict. Episc. c. 5. n. 4.* Gutier. *canon. l. 1. c. 11. n. 10* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l. 7. q. 23. num. 12. cum seqq.* & plures alij citati per me *de officio, & potest. Episc. part. 2. alleg. 36. num. 9. & alleg. 45. n. 26. & in collect. ad c. 1. ne Sede vacante, in Decretal.*

De Pactis

Tit. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Regulares habentes priuilegium à Papa sepeliendi quoscunque in sua Ecclesia, si paciscuntur de non recipiendis aliquibus, vel certis Parochianis Ecclesiae alicuius, seruare compelluntur pactum, nec illos sepelire poterunt.*

2 *Pactum, vel tacita renunciatio Praelati potest praeiudicare Ecclesiae quando per hoc reditur ad ius commune.*

3 *Confessio Episcopi an, & quãdo praeiudicet Ecclesiae remissiuè.*

4 *Pactum de eligenda sepultura, vel electa non mutanda minimè arctat, si fuerit ad suggestionem alicuius maximè Regularis, vel clerici factum, secus si liberum*

Cap. Pactum. 1 *Bonif VIII.*

REGVLARES habentes priuilegium à 1
Papa sepeliendi quoscunque in sua Ecclesia, si pactum faciunt cum parocho non sepeliendi certos, vel omnes de Parochia, debent seruare pactum, quia per pactum derogatur indulto. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. p. 496.* Alagona *in compen. pag. 174.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Omnino seruare debetis.] Notatur ad hoc quòd pa- 2
ctum, vel tacita renunciatio Praelati potest praeiudicare Ecclesiae quando per hoc reditur ad ius commune, vt per Palat. *in repet. c. per. vestras, de donation. inter virum, & vxor. §. 9. num. 5.* Tiraq. *de iure primogen. q. 24. n. 7. & seq.* Et Episcopi confessionem, & quando praeiudicet Ecclesiae dixi latè *de offic. & potest. Episc. p. 3. allegat. 125.* secundùm Lugdun. impress.

Cùm per dictum pactum. &c.] Notatur ad hoc quòd 3
pactum de eligenda sepultura, vel electa non mutãda minimè arctat, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c. 74. n. 3. in 1. edit.* aliàs *c. 61. annot. 1. in 2. edit.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis. 662. in 1. edit.* aliàs *resol. 563. in 2. edit.* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. c. 11. n. 3.* Intellige si pactum fuerit ad suggestionem alicuius, maximè Regularis, vel clerici factum, secus verò si fuerit liberum, sicuti docent Caesar. de Graffis *decis. 2. à num. 12. sub. hoc tit.* Marc. Anton. Genuens. Aloys. Ric. & Lauor. *citatis locis* Stephan. Gratian. *discept. cap. 210. num. 19. seq.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum patri à filia dum tradebatur nuptui, quòd dote contenta nullum habebit ad bona paterna regressum, si iurauerit id ipsa filia, omnino seruare tenebitur.*

2 *Pactum factum à filia de non succedendo patri, improbat ius Ciuile.*

3 *Pactum de succedendo, quando scilicet quis promittit alteri se eum haeredem instituturum, reprobatur à iure Ciuili.*

4 *Pactum factum à filia de non succedendo patri valet si adsit iuramentum.*

5 *Iuramentum de non succedendo an noceat nepotibus quando prius auo decessit pater, qui Sacramento successioni renunciauit? remissiuè.*

6 *Filia renuncians etiam cum iuramento bona paterna an possit petere legitimam, seu alimenta? remissiuè*

7 *Mulier, quae cum iuramento renuntiauit bonis paternis & maternis propter dotem, potest data enormi laesione contrauenire contractui.*

8 *Renunciationem factam à filia cum iuramento de non succedendo, &c. non potest illa impugnare ex capite laesionis etiam enormissimae, praesertim si aliunde fuerit competenter dotata.*

9 *Renunciationem factam in fauorem etiam fratris super haereditate paterna, & materna iam delata, comprehendit textus in praesenti, & n. 10. vbi declarantur contrarium tenentes.*

11 *Filia dote contenta si renuntiauerit haereditati paternae ad fauorem patris, seu fratris cum iuramento, valet talis renunciatio, siue ante, siue post nuptias, & constitutam dotem facta fuerit.*

12 *Filia*

12 *Filia renuncians cum iuramento successioni hereditatis paterne, & materne, non potest renunciationem impugnare, etiamsi nomine dotis nihil consequuta fuerit.*

13 *Filia inducta vi ad renunciandum etiam cum iuramento, potest talem renuntiationem rescindere.*

14 *Renunciatio facta cum iuramento per vim, & metum est omnino nulla.*

15 *Iuramentum metu prestitum obligat donec absolutio fuerit petita.*

16 *Iuramentum metu prastitum si accedat contractui iure Ciuili prohibito, qui vt valeat indiget iuris iurandi religione, nulla tunc absolutio necessaria est ad rescindendum contractum.*

17 *Metus reuerentialis patris, vel mariti incussus filia ad renunciandum, &c. non est sufficiens per se solũ ad recusandum renunciationem.*

18 *Metus reuerentialis vt contractum infringat requirit quod probentur mina, vel verbera.*

19 *Metus reuerentialis non prasumitur ex sola patris, aut mariti prasentia, nisi mina, vel verbera probentur.*

20 *Metus reuerentialis sufficit ad recusationem contractus, vbi simul cum eo concurreret lasio enormissima.*

21 *Dolus vbi in renunciatione à filia facta patri interuenit, potest ipsa renuntiatio etiam per filiam infringi.*

22 *Filia maior renuntians hereditati delata, vel deferenda, si fuerit enormissimè, & suprà modum lasa ex aquitate petita saltem absolutione poterit renunciationem rescindere.*

23 *Flia minor renuntians, & iurans si fuit enormissimè lasa, tunc nulla requiritur absolutio à iuramento vt renunciationem rescindere possit.*

24 *Iuramentum confirmat contractum nullum, & iure irritum.*

25 *Iuramentum non confirmat contractum quoties in vtilitatem publicam principaliter prohibetur*

26 *Iuramentum minorum contractibus, dotisque alienationi adiectum est omnino seruandum.*

27 *Iuramentum seruandum est, cuius obseruantia non vergit in dispendium salutis aterne.*

28 *Iuramentum non est obseruandum cum vergit in damnum, & praiudicium tertij.*

28 *Dispositio huius textus cùm agat de vitando periurio, obseruanda est in iudicijs, & tribunalibus imperij, & Regum.*

30 *Quicquam dicitur in detrimentum alterius redundare quando principaliter redundat, non item quando secundariò.*

31 *Renunciatio hereditatis paterne praiudicat nepotibus.*

Cap. Quamuis pactum. II.

1 PActum factum patri à filia dum traditur nuptui quòd dote contenta non habebit regressum ad bona paterna secundùm leges non valet, & reprobatur, sed si est iuratum sine vi, & dolo, & detrimento alterius, tenet, & est seruandum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Ancharan. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 496.* Alagona *in compend. pag. 174.* & Peculiares repetitionos edidere Didac. Couarruuias, & Ioannes Gutierez, ac Georg Natta *tom. 5. repet. iuris Canon.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Quamuis pactum factum à filia de non succedendo patri improbet ius Ciuile *in l. pactum dotale, C. de collat.* sicuti tradunt *l. 33. tit. 11. part. 5. & ibi gloss. 2. in princ.* Duen. *reg. 80.* Alphan. *collectan. 465.* Afflict. *decis. 350.* Gozadin. *cons. 75. num. 20.* Grat. *cons. 109. num. 2. l. 1.* Couar. *hic. part. 3. in princ.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 11. num. 14. post princ. & l. 22. Tauri n. 1.* Mench. *de success. creat. §. 17. num. 47. & §. 18. num. 89.* Tiraq. *de iure primogen. q. 6. num. 18. & q. 7. à princ. & q. 29. n. 9.* Viuian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 3. num. 81. pag. mihi 302.* Lara *in l. si quis à liberis §. parens num. 81. ff. de liber. agnosc.* Gutier. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 59.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 21.* Cened. *ad* 3
Sextum collect. 10. num. 1. Sicut & improbat pactum de succedendo, quando scilicet quis promittit alteri se eum hæredem institutum, vt tradunt Gom. *l. 22. Tauri à num. 17. cum seq.* Couarr. *comment. lib. 6. cap. 4. post princ.* Couar. *hic p. 2. in princ. num. 3.* Menck. *d. §. 18. à n. 191. & quast. frequent. cap. 43.* Valasc. *consul. 130. n. 12* Cabed. *Lusit. decis. 164. part. 1.* Chald. Pereira *de empt. c. 30. n. 4. cum seqq.*

Tameo si in eo pacto additum sit iuramentum, valet 4
tale pactum, vt probat text. *in prasenti*, & per illum ita tradunt Fusch. *litt. F. sing. 101. & 103.* Auend. *resp. 27.* Gom. *l. 22. Tauri n. 6. cum seqq.* Cened. *d. n. 1.* Valasc. *de partit. cap. 16. num. 3. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quast. 1.* vbi *q. 5.* subdit textum *in prasenti* procedere etiam in filio si hæreditatis paternæ iure cedat causa dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob aliam rationem iustam atque legitiman. Renunciatio enim facta de hæreditate, seu bonis patris viuentis ob vim iuramenti, non potest nec debet rescindi, vt per Menoch. *cons. 355. in fi.* quando verò cum iuramento fit absque voluntate patris de cuius hæreditate agitur, non valet, vt per Xuar. *in l. quoniam in priorib. limit. 5. num. 3.*

Vtrùm autem iuramentum de non succedendo no- 5
ceat nepotibus quando prius auo decessit pater, qui Sacramento successioni renunciauit? Vide Xuar. *in d. l. quoniam in prioribus ampl. 10. n. 62.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 16. n. 65.*

Et an talis filia renuntians etiam cum iuramento 6
bona paterna, possit petere legitimam? Vide Afflict. *decis. 178. num. 3.* Peralt. *in l. cum patronus num. 8. ff. de legat. 2.* Aquilen. *in l. Gallus. §. & quid si tantum part. 1. num. 247. ff. de liber. & posthum.* Menes. *in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 47. num. 1. & 3.* Couar. *in c. Rainaldus §. 2. num. 3. de testament. & hic part. 3. §. 3. num. 3.* Mench. *success. creat. §. 17. num. 40. & §. 21. num. 127. & 247.* Gutier. *d. part. 1. cap. 19. à princip.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 70. à n. 10.* Tusch. *lit. F. singul. 211.* Gabr. *l. 6. commun. tit. de legitima concl. 8.* Marant. *disp. 10. num. 19.* Cened. *d. collect. 10. num. 2.* Et an possit petere alimenta si egeat? vide Ant. Gom. *l. 22. Tauri n. 12.* Ioan. Roias *de success. c. 21. n. 78.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 3. cap. 3. n. 7.*

Data verò enormi læsione, mulier, quæ cum iura- 7
mento renunciauit bonis paternis & maternis propter dotem, potest contrauenire cõtractui, quia præsumitur decepta, & ignorasse vires patrimonij, ita Ceph. *cons. 142. num. 25. lib. 1.* Gabr. *commun. l. 3. tit. de iure dot. concl. 1.* Mench. *d. §. 17. à num. 122.* Afflict. *decis. 80. n. 5 cum seqq.* Roland. *cons. 7. num. 43. cum seqq. lib. 3. & cons. 60. a num. 62. lib. 4.* Osasch. *Pedem. decis. 41. n. 1. & 2.* Seraphin *de priuil. iuram. priuil. 61. num. 22.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 14. n. 20.* Mascard. *de prob. concl. 1076. n. 7. cum seq.* Cened. *d. coll. 10. n. 3.* Valasc. *consult. 130. n. 35.* Franc. Molin. *de ritu nupt. l. 3. q. 93. num. 151* Mancin. *de iuramenti effectu 1. q. 11. n. 22.* Farin. *fragm. crim. p. 2. litt. I. n. 1282.*

Ex vi tamen iuramenti videtur huiusmodi mulie- 8
rem non posse impugnare renunciationem ex capite

læsionis etiam enormissimæ, præsertim si aliunde fuerit competenter dotata, vt per Corn. *cons.11.num.20. vers.nec.supradictis lib.3.* Paris.*cons. 16.n.81.cum seqq. lib.3.* Decian.*cons.6 num.5.lib.1.* Siluest. Aldobrandin. *cons.26.num.10. cum pluribus seqq.* plenè, innumerósque alios congerit, & sequitur Castill. *quotid.controuers.part.3.cap. 2.num.65. cum seqq.* vbi reprobat Couar. contrarium tenentem, & Galetat.*tract.de renunciat.lib.3.cap.2.num.57.vers.altero casu*, prout eos refert. Rot.*in Ferrarien.bonorum 21. Aprilis.1627.*coram R P.D.Merlino.

9 *Patri factum à filia.*] Quamuis respoosum Pontificis in præseoti text. contigerit in renunciatione facta per filiam patri, attamen, cùm ratio in eo expressa in Religione iuramenti tota posita sit, vt scilicet illud seruetur omnino quoties noo vergat in æternæ salutis dispendium, vel in alterius detrimentum neque vi, neque dolo exortum sit, eaque ratio æquè ratio conueniat siue renunciatio fuerit ad fauorem patris, siue fratris & aliorum, siue super hæreditate declara, seu deferenda, iure merito, concludendum est dispositionem huius text. ex. identitate rationis comprehendere renunciationem factam in fauorem etiam fratris super hæreditate paterna, & materna delata, vt tradiderunt Bald. *in Auth. Sacramenta puberum col.fin. num. 14. C.si aduersus vēdit.& in l. pactum dotale,* vbi Dec.*col.2. vers.& ex hac ratione,* & Corn.*num.8. C.de.collat.* Roman.*in l.fin.num.55.C.de Pactis, & in l.qui superstitis num.2.l.mit.6.ff.de acquirend.hæred.* Beroi *cons.51.per tot. lib.1.* Federic.de Senis *cons.136.* Capel. Tholos. *q.558.* Viuian.*decis.316.num.4.lib.2.* Surd.*cons.355. num.9.* Molin.*de ritu nupt.lib.3.q. 89.num.2.& q.93. num.2.cum seqq.*Rot.*in Ferrarien.prætensa legitima.12. 1626.Janary* coram bon.mem. Burrato, vbi D Florentillus *in annot.* allegat concordantem decisionē *in dicta Ferrarien. bonorum 21. Aprilis 1627.* coram R.P.D. Merlioo.

10 Et quamuis hæc opinio videatur improbata à Fulgos.*in d.l.pactum quod dotali num.2. vers.attendite,* & à Socio.iun.*in l.stipulatio hoc modo concepta num.63. circa med.*& ibi Crot.*num. 48.ff.de verbor. obligat.* attamen certè est vberiori Doctororum numero fulcita, & rationi expresse in hoc textu plurimum consentanea, illaque opinio Fulgosij fortasse posset locum nbtinere quando renunciatum fuisset hæreditati paternæ & maternæ in fauorem fratris viuente adhuc patre & matre, & illis non consentientibus, tunc enim renunciatio non substinetur, qoia super hæreditate viuentis non potest pacisci, *l.fin.C.de pactis*, & ita declarat Gallerat.*de renunciat.lib.3.cap.2.num. 58.cum seqq. part.2.*& idem videtur sentire Gutier *in repet.huius text.num. 2.cum seq.*& censuit Rot.*in d. Ferrarien. bonorum.*

11 *Dum nuptui tradebatur.*] Idem si post noptias, nihil enim refert an post, vel ante nuptias, & constitutam dotem filia renuotiet in fauorem patris, seu fratris cum ratio decidendi, de qua *in hoc text.* innitatur iuramento, ita explicant *in præsenti.* Franch.*in princ.* Ioan Monach.etiam *in princ.vers.idem si post*, & Gemin.*num 8.* Natt.*in repet.num.15.vers.& intellige,* Couar.*hic p.3.§.2.n.1.* Surd.*cons.355.n.9.*Rot.*in d.Ferrarien.bonorum,*coram R.P.D.Merlino.

12 *Vt dote contenta*, &c.] Procedit dispositio huius text. etiam in ea, quæ nihil nomine dotis consecuta fuit nec tunc enim illa poterit renunciationem impugnare & ad successionem hæreditatum, quibus renunciauit, aspirare, quia semper viget Sacramentum iuramenti, & illius religio, ita Alexand. *in l.stipulatio hoc modo concepta n.8.ff. de verb.obligat.* Anton. Gabr. *commun.tit de iure dotium. concl.1.num.14.* Couar.*hic part.3.§.2.num.6.* Cephal.*cons.405. num.4.* Mench.*de successione.lib.2.§.18.num.103.& 104.* Fachin.*controuersis lib.cap.24* vbi dicit veriorem, Crass.*in §.successio ab intestato q.10.num.5.* Siluest. Aldobrandin. *cons.26. num.101.cum. seqq.*Franc. Molin.*d.lib.3.q.89.num.4. & 5.& q.7. num.7.* vbi affirmat hanc opinionem esse communiter receptam, Rot.*in d. Ferrarien.prætensa legitima,*coram bonæ mem. Burrato, & *in d.Ferrarien. bonorum,* coram R.P. D. Merlino.

Non vi.] Notatur ad hoc quòd vi ioducta filia ad renuociandum proculdubio renunciationem rescindere potest, vt per Franch. Molin.*de ritu nupt.lib.3. quæst.98.à num.1.* ita vt ipsa renunciatio vi, & metu incusso filiæ noo obstaute iuramento nulla sit omnino, vt per Couar.*hic part. 3. §.4.num. 2.* licet enim iuramentum metu præstitum obliget donec absolutio fuerit petita, *cap.verum*, vbi Panorm. & omnes *sup. de iureiur.* Sayr. *in claui Regia lib.5. cap. 6.à num. 14.* Paul. Comitol. *resp.moral.lib.2.q.2.*Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.3.cap.11.à num.13.*Menoch.*cons.1. num.302.*Molin.*de primogen.lib.2.c.3.num.13.* Farin. *in praxi crimin.part.1.q.35.à num.7.* tameo si iuramentum metu præstitum accedit contractui iure Ciuili prohibito qui vt valeat indiget iurisiurandi religione, nulla tunc absolutio necessaria est ad rescindendum contractum, vt tradunt Panorm.*in cap cùm contingat, de iureiur.* Couar.*citato loco,& de sponsalib.p.2. cap. 3. §.5.& lib. 1.variar.cap.4.num.7.*Mench. *de success.creat.§.18.num.185* M. Ant. Eugen.*cons.12. num.57.tom.1.*Sed in hoc etiam casu iuramentum obligationem parere, & relaxatione indigere saltem secundùm Canonistas docent Simoncel *de decret.lib.3.tit.8. num.174.*Card.Tusch *verbo absolutio concl.58. num.3. 8.11.12.17.& 35.* Virgil. Boccac.*in constitutionibus Picen.lib.5.cap.25.num. 117.vers.verum*, Serser.*de iuram.l. 1.cap. 5.num.13.* Sanch.*d.cap.11.à num.19. & de matrim.lib. 4.disp.20.n.4.* Molin. *de iustit.tract. disp. 149. vers. quatuor itribus*, Lessi. *in simili tract. lib.2.cap.17.dubit.7.num.51.* Camill. Borrel *in summa. omnium.dec.tit.12.num.99.* Farin. *fragm.crimin.p.2. verbo iuramentum.num.1273.* 13

Vitium autem solius metus reuerentialis patris, vel mariti rescindat renunciationem ?iti quu dubio solùm reuerentialem non sufficere, resoluunt Panorm. Butr. Imol. & cæteri *in cap.causam matrimonij,de offic.deleg.* idem Panorm.*in cap.cum contingat.de iureiur.* vbi Abbas. *num.1.* Gutier *in auth.Sacramenta puberum n.84. C.si aduersus vend.* Sanch.*de matrim.lib.4.disp.6.n.13.* vbi subdit quòd licèt renunciatio hæreditatis paternæ facta metu reuerentiali patris absque minis non rescindatur io foro exteriori, in foro tamen Conscientiæ tenetur pater restituere hæreditatem sic renuociatam. Nam vt metus reuerentialis contractum infringere possit, necesse est quòd probentur minæ, vel verbera, ex latè adductis per Gregor.*l.10. verbo iedo tit.1.p.4.* Cephal.*cons 91.à num.44.* Couar *de.sponsal. part.2.cap.3.§. 6.num. 7.& 8.* Gom.*tom.2.var.cap.14. num.27.* Xuar.*alleg.24.num 5.* Capyc. *decis.159.n.32. in fine & 33.* Graomat.*decis.103.n.49.& 50.*Roland. *cons.95.num. 29.& seq.lib.1.* Cephal.*cons.91.num.45. cum seqq.* Mandel.*cons. 4.num.36.& cons. 77.n.5.cum seqq.lib.1.* Boër.*decis.100.n. 11.& 12.* Tiraq.*de legib. connub.gloss.5.n.39.* Mascard.*de probat.conclus.1051. num.16.& 17.* Menoch. *de præsumpt. lib.3.præs.227. n.1.cum seqq.*Gutier.*in d.auth.Sacramenta puberū n.94. & de iurament.confirm.part.1.cap.1.num.15.* Molin.*de primogen.lib.1.cap.3.num.9.* Azeued.*l.9.num.28.tit.1. lib.5.noua recop.*Flamio *de resignat.benefic.lib.13.q.3. num.172.& seq.* Matiens.*l.11.gloss.3.num.2.tit.1.lib.5. noua recop.*Ioan.Garc.*de nobilit.gloss.17.num.11.& 19.* 14

Henriq.

Henriq. in sum. lib. 11. cap. 9. num. 5. D. Barbos. in l. 2. §.
fin. num. 7. ff. soluto matrim. Mendez à Castro in praxi
Lusitan. lib. 3. cap. 22. num. 25. prope finem, Chald. Pe-
reira in l. si curatorem, verbo læsis num. 40. & de renouat.
emphyt. quæst. 16. num. 59. Farin. fragm. crimin. part. 2.
litt. M. à num. 125. Ceuall. commun. contra commun.
quæst. 727. num. 21. cum seqq. Castill. lib. 3. quotid. cap. 1.
num. 174. Rebell. de obligat. instit. part. 2. lib. 1. quæst. 5.
num. 10. cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 6. num. 7.
Franc. Molin. de lib. 3. quæst. 98. num. 11. & 12. plures
19 citatos à Cened. d. collect. 10. num. 6. Ita vt non præsu-
matur metus reuerentialis ex sola patris aut mariti præ-
sentia nisi minæ, vel verbera probentur, vt post Socin.
Iun. cons. 67. num. 39. lib. 2. Boer. decis. 100. num. 11.
tradit Franc. Molin. d. quæst. 98. num. 12. vbi num. 13.
post. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 126. num. 1. subdit
oportere vt metus apertè probetur.

20 Verùm solus metus reuerentialis sufficit ad rescis-
sionem contractus, vbi simul cum metu illo concurre-
ret læsio enormissima, inducitur enim ex læsione, &
reuerentia simul iustus metus ad rescindendum actum
sufficiens, ita Aym. cons. 11. num. 12. & cons. 192. num.
11. & seq. & cons. 114. num. 1. Mandel. cons. 77. num. 21.
Roland. con. 100. num. 131. lib. 4. Capyc decis. 159.
num. 32. vers. nam stante metu, & 34. vers. respondere
potest, Cephal. cons. 142. num. 38. cum seq. lib. 1. & cons.
34. numero 31. cum seqq. eod. lib. 1. Sebast. Medices de
casibus fortuit. part. 1. quæst. 7. num. 7. vers. 23. Osasch.
Pedem. decis. 177. n. 5. & seq. Mascad. dict. concl. 1051.
num. 15. Menoch. d. lib. 3. præs. 127. numero 14. Couar.
de sponsal. lib. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 4. & in præsenti p. 3.
§. 4. num. 7. vers. noua conclusio, Alciat. in cap. cum con-
tingat, num. 2. & 81. de iureiur. Salzed ad Bernad. reg.
530. Burg. de Pace cons. 3. numero 20. Mench. d. §. 18.
n. 189. Marc. Anton Eugen. d. cons. 12. num. 59. & 60.
Gutier. in d. auth. Sacramenta puberum num. 93. & 94.
Franc. Molin d. q. 98. num. 14. Quamuis contrarium
teneant Alexandr. cons. 83. n. 8. lib. 6. Crauet. cons. 114.
num. 9. & 10. & Burg. de Pace sibi contrarius cons. 5.
num. 7.

21 Nec dolo.] Notatur ad hoc, quòd dolus vbi in re-
nunciatione filiæ interuenit, potest ipsa renunciatio
etiam iurata per filiam infringi, vt per Couar. hic part.
§. 4. numero 2. ad med. Marc. Anton. Eugen. de cons. 12.
numero 5. & 6. Molin. de primogen. lib. 2. c. 3. num. 2. latè
Franc. Molin. de quæst. 98. num. 15. vbi num. 16. cum
seqq. subdit idem esse resoluendum si dolus non ex
proposito, sed re ipsa contigerit data enormissima læ-
sione, & num. 19. addit sufficere dolum aduersarij abs-
22 que culpa, vel negligentia minoris. Nam vbi filia maior
renuntiaret hæreditati delatæ, vel deferendæ enor-
missimè, & supra modum læsa, sanè ex æquitate peti-
ta saltem absolutione rescindere renunciationem pos-
set, vel ad læsionis compensationem, quia non est ve-
risimile filiam iurantem si sciuisset in tam enormi læ-
23 sione consensum fore adhibituram, vt tradunt Mench.
d. §. 18. numero 128. Gutier in d. authent. Sacramen-
ta puberum num. 92. Franc. Molin. d. lib. 3. quæst. 96.
numero 18. & 19. & quæst. 97. numero 11. subdit quòd
quando filia minor renunciauit, & iurauit, fuit ne-
dum enormiter, sed enormissimè læsa, tunc nulla requi-
ritur absolutio à iuramento, vt rescindere renunciatio-
nem possit.

Omnino seruari debebit.] Ergo iuramentum confir-
24 mat contractum nullum, & iure irritum, vt per Tiraq.
de retract. in tit. 2. in præfat. n. 16. Camill. Borell in sum-
ma omnium decis. tit. 60. n. 99. latè Azor. inst. moral. p. 1.
lib. 11. c. 7. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. q. 900.
n. 1. & 29. Cened. d. collect. 7. n. 4. Sanch. in præcepta De-
calogi tom. 1. lib. 3. c. 12. num. 11.

Et iuramentum non confirmat contradictum quo- 25
ties in vtilitatem publicam principaliter prohibetur,
vt per Ceuall. d. quæst. 900. num. 8. Sanch. d. cap. 12.
n. 43. & de matrimon. lib. 1. disp. 32. num. 8. vbi num. 6.
ex hoc text. colligit quòd si contractus firmetur iura-
mento, non licet ampliùs contrauenire, nec peti potest
absolutio, nec facta solutione datur repetitio, sed con-
tractus omnino firmus, & irreuocabilis manet.

Vnde iuramentum minorum contractibus, dotisque 26
alienationi adiectum esse omnino seruandum resol-
uunt D. Barbos. in l. 1. ff. soluto matrim. part. 5. num. 44.
Sanch. d. disp. 32. num. 12. & lib. 4. disp. 20. n. 5. & lib. 6.
disp. 38. num. 13. cum seqq. Soar. de Relig. tract. de iuram.
lib. 2. cap. 11. n. 13. cum seqq. & cap. 28. Paul. Comitol.
resp. moral. lib. 2. q. 2. Bernard. Græuæ ad pract. Cameræ
Imper. lib. 2. concl. 41.

Cùm non vergat in æterna salutis dispendiũ.] Notatur 27
ad hoc, quòd seruandum est iuramentum, cuius ob-
seruantia non vergit in dispendium salutis æternæ, vt
per Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 32. num. 1. Sic etiam
non est obseruandum iuramentum cùm vergit in 28
damnum, & præiudicium tertij, proindéque in ipsius
præiudicium non firmatur contractus iuramento,
ex adductis per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocand.
donat. in præfat. num. 92. & 164. Sanch. de matrimon.
lib. 6. disp. 34. num. 2. Chald. Pereira de renouat. emphyt.
quæst. 11. num. 25. & 26. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1.
comp. 19. num. 72. & 91.

In gloss. Seruari. ibi & compelli debebunt censu- 29
ram, &c. Notatur ad hoc, quòd cum dispositio hu-
ius text. agat de vitando peccato, & periurio, obseruan-
da est in iudiciis, & tribunalibus Imperij, Regum, & su-
premorum Principum, vt per Gutier. hic verbo impro-
bet lex Ciuilis num. 4. Franc. Molin. de ritu nup. lib. 3.
q. vlt. num. 48.

In gloss. Detrimentum. ibi, scilicet principaliter. No- 30
tatur ad hoc, quòd tunc demum quicquam dicitur in
detrimentum alterius redundare quando principaliter
redundat, non item quando secundariò, vt per Palat.
in repert. cap. per vestras, de donat inter virum, & vxor.
§. 27. num. 14. Tiraq. in tract. res inter alios acta, vers.
sed hæc prope fin. Couar. in cap. Raynutius, de testament.
§. 10. num. 9. ad fin.

In ead. gloss. ibi, filiis. Notatur ad hoc, quòd renun- 31
ciatio hæreditatis paternæ præiudicat nepotibus, vt per
Xuar. in l. quoniam in prioribus ampl. 10. n. 62. & lim. 4.
n. 8. latè Anton. Gom. l. 22. Tauri. n. 10.

SVMMARIVM.

1 *Pacta inita per Fratres Prædicatores, vel minores, seu alios Mendicantes cum Rectoribus Parochialium Ecclesiarum super Parochialibus iuribus, si facta sunt per Priores, vel Guardianos de suorum Conuentuum ipsorum locorum consensu (licet auctoritas Sedis Apost. non interueniat, vel licentia Prioris, aut Ministri generalis, seu Magistri, aut Prouincialis Ministri, vel Capituli Prouincialis,) seruanda sunt, dummodo aliàs sint licita, & honesta.*

2 *Pacta à Monialibus Ordinis Mendicantium etiam sine consensu, & auctoritate Superioris possunt celebrari.*

3 *Prædicatorum Ordo præfertur aliis Ordinibus Mendicantium.*

4 *Ordo prius institutus, & approbatus per Sedem Apost. est præferendus.*

5 *Ordines Mendicantes iure, & propriè sunt quatuor, Prædicatores scilicet, Minores, Eremitæ S. Augustini, & Carmelitæ.*

6 Serui

6 *Serui B. Mariæ,*
7 *Minimi S. Francisci de Paula,*
8 *Iesuati Congreg. S. Hieronymi,*
9 *Patres Societatis Iesu,*
10 *Carmelitani discalceati,*

[*inter Mendicantes annumerantur.*]

11 *Mendicantes verè dicũtur non solùm quatuor primi, sed etiã alij posteriores, qui postea à Sede Apostol. tales instituti sunt.*

12 *Fratres, quibus concessa est facultas transeundi ad non Medicantes, si Mendicantes admittere volentes non inuenerint, non satisfaciunt si apud Medicantes olim institutos non admittantur, nisi admitti quoque tentent apud denuo tales creatos.*

13 *Canonici Regulares Lateranenses.*
14 *Canonici Regulares S. Saluatoris Bononien.*
15 *Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis,*
16 *Canonici seculares S. Georgij in Alga,*
17 *Monachi Cassinenses,*
18 *Monachi Vallis Vmbrosæ,*
19 *Monachi Camaldulenses,*
20 *Monachi Cistercienses,*
21 *Monachi Cistercienses reformati,*
22 *Monachi Cælestini,*
23 *Monachi Syluestrini,*
24 *Monachi Congregat. B. Virginis Montis Virginis,*
25 *Monachi S. Basilij,*
26 *Monachi Præmonstratenses,*
27 *Fratres S. Spiritus Saxia,*
28 *Fratres S. Hieronymi in Hispania*
29 *Fratres Eremitæ S. Hieronymi de Pisis*
30 *Fratres S. Hieronymi de Fesulis,*
31 *Fratres Ordinis Sanctiss. Trinitatis redemptionis captiuorum,*
32 *Fratres Cruxiferi,*
33 *Fratres S. Mariæ de Mercede.*
34 *Fratres Militiæ Iesu Christi,*
35 *Clerici Theatini,*
36 *Clerici Regulares Minores,*
37 *Clerici Regulares de Sommaschia,*
38 *Clerici Regulares ministrantes infirmis,*
39 *Clerici Regulares pauperum Matris Dei,*

[*participant de priuilegiis Mẽdicantium.*]

CAP. Quia ex eo. III.

1 PActa Mendicantium, & compositiones factæ à Prioribus, vel Guardianis cum consensu suorum Conuentuum cum Prælatis, Capitulis, vel Rectoribus Ecclesiarum super iuribus Parochialibus, vel aliis quibuscunque articulis, sunt seruanda à successoribus etiamsi non sint confirmata à Prouincialibus vel generalibus, vel à Sede Apost. si fuerint licita & honesta. Colliguntur ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 497.* Alagona *in compend. pag. 174.* nouissimè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Notatur ad hoc, quòd pacta à Monialibus Ordinis Mendicantium etiam sine consensu, & auctoritate Superioris possunt celebrari, vt per Menoch. *cons. 73. num. 13.*

In gloss. *Prædicatores*, ibi, *hi proponuntur, quia antiquior ipsorum Religio.* Notatur ad hoc, quòd Ordo Prædicatorum præfertur aliis Ordinibus Mendicantium, ita gloss. similis *verbo Prædicatorum in cap. quorumdam, 24. §. volentes, de elect.* Ioan. Andr. *in cap. Ioannes nu. 3. de testament.* Anch. *cons. 214. in princ.* Gemin. *in cap. Episcopus num. 2. ad fin. vers. aut sunt Regulares 17. dist.* Felin. *in rub. de maiorit. & obedient. num. 5. vers. Fratres Prædicatores,* Colleg. Bononien. *cons. 1. numero 2. post consilia Cardin. Zabarellæ,* & *ibidem* Collegium Paduanum *n. 36. vers. aut sunt Regulares,* Petr. de Monte *de potest. Pontific. tit. Ordo assistentium Concil. n. 2.* Nauar. *cons. 5. num. 1. de stat. monach. in nou.* Iacob. Philip. Port. *cons. 164. num. 2. vers. unde qualitas,* refert, & sequitur nouissimè D. Felix Contelor. *quæst. 1. de præcedentia num. 11.*

Notatur etiam ad hoc quòd Ordo priùs institutus & approbatus per Sedem Apost. est præferendus, vt tradunt Tob. Nonius *cons. 71. num. 35.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 52. vers. ergo,* Felix Contelor. *d. quæst. 1. numero. 2.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 78. num. 36.* Rot. *in Oriolen. præcedentiæ 10. Martij 1600.* coram bonæ memor. Litta, & *in Romana præcedentiæ 24. Maij 1600.* coram Card. Lancelloto, & *Campagnien. Prioratus 18. Maij 1618.* coram reuerendissimo Seleucien. & 10. *Maij 1619.* coram R. D. meo Coccino Decano. 4

In gloss. *Mendicantes.* ibi, *vt sunt Eremitani S. Augustini, vel quiuis alij.* Quatuor esse Ordines Mendicantes verè & propriè, videlicet Prædicatores, Minores, Eremitanos S. Augustini, & Carmelitanos, declarauit Pius V. *sua Constit.* quæ incipit, *Romanus Pont. sub dat. 1. Octob. 1568.* quæ est 44. eiusdem Pont. *in Bullario nouo Laertij Cherubini pag. 240.* & referunt Isidor. Moscon. *de maiest. militantis Ecclesiæ lib. 1. p. 4. cap. 1. de Regularib. pag. 514. vers. Mendicantes,* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo Mendicantes pag. 67.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 23. q. 2.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 41.* Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæst. 11. art. 6.* Ego ipse *de officio, & potestate Episc. p. 3. alleg. 77. n. 16.* secundùm Lugdun. impress. & *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo Mendicantes, appell. 146.*

Præter quatuor illas Religiones, quæ verè & propriè iure communi inspecto Mẽdicantium nomen sortitæ sunt, aliæ plures per specialia priuilegia inter Mendicantes annumerantur quædam, verò de priuilegiis Mendicantium participant. 5

Inter Mendicantes igitur annumerantur Serui B. Mariæ eadem Pij V. Constitutione, vt referunt Fr. Emman *q. Regul. tom. 1. q. 55. art. 3.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos p. 1. q. 17. n. 16.* 6

Minimi S. Francisci de Paula similiter inter Mendicantes annumerantur ab eodem Pio V. *in sua Constit. incip. Apost. Sedis benignitas sub dat. Romæ die 9. Nouembr. 1567.* quæ est 49. inter constitutiones eiusdem Pont. *in Bullario nouo tom. 2. pag. 344.* 7

Iesuatos Congregationis S. Hieronymi comprehendi inter Ordines Mendicantium eorúmque perfrui gratiis, & indultis, voluit idem Pius V. *sua Constit. incip. Romanus Pont. sub dat. Romæ die 18. Nouemb. eiusdem anni 1567.* quæ est 50. inter Constitutiones eiusdem Pont. *in Bullario nouo tom. 2. pag. 245.* vt referunt Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 55. art. 4.* Azor. *d. lib. 12. cap. 23. quæst. 2.* 8

Societatis Iesu Patres etiam inter Medicantes annumerauit idem Pius V. *sua Constit. incip. Dum indefessa, sub dat. Romæ 7. Iulij 1571.* vt referunt Hieron. Gabr. *cons. 27. lib. 1.* Fr. Emman. *de tom. 1. q. 55. art. 5. & tom. 3. q. 49. art. 2.* Azor. *d. p. 1. lib. 13. cap. 7.* Mutã *decis. 2. num. 18.* 9

Carmelitas Discalceatos inter Ordines Mendicantes annumerandos esse, eorúmque gratiis omnibus perfrui, declarauit Clemens VIII. *sua Constitut. incip.* 10

Romanum

Romanum Pontificem decet, sub dat. Roma 20. *August.* 1603. quæ est 101. inter constitutiones eiusdem Pontif. *in Bullario nouo tom.* 3. *pag.* 147.

11 Qui omnes Mendicantes Ordines, non solùm quatuor priores, sed etiam alij posteriores, qui postea à Sede Apost. tales instituti sunt, verè Mendicantes dicuntur, vt docet Azor. *d. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 12. *vers. quæres*, & ideo optimè tradunt Nauar. *comment.* 4. *de Regular. num.* 13. *vers. secundo*, & Fr. Emman. *d. tom.*

12 3. *q.* 52. *art.* 23. Fratres quosdam, quibus concessa est facultas transeundi ad non Mendicantes, si Mendicantes admittere volentes non inuenerint, non satisfacturos si apud Mendicantes olim institutos non admittantur nisi admitti quoque tentent apud denno tales creatos; & Soar. *tom.* 5. *in* 3 *p. disp.* 31. *sect.* 6. *n.* 7. docet suspensionem latam *in cap. non solùm*, & *in cap. constitutionen, de Regular. hoc lib.* in superiores Ordinum Mendicantium admittentes ad professionem ante annum nouitiatus, extendi ad Mendicantes postea creatos, & idem Soar. *eod. tom. disp.* 22. *sect.* 5. *num.* 16. ait excommunicationem latam *in Extrauag. viam, de Regularib.* contra Mendicantes transeuntes ad alium Ordinem, quàm Carthusianum extendi ad Religiosos Societatis Iesu.

Participantes de priuilegiis Mendicantium sunt ij, qui sequuntur.

13 Canonici Regulares Lateranenses participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Pij V. *incip. Ex superna dispositionis arbitrio sub dat.* 17. *Kalend. Septemb.* 1567. *Pontificatus sui anno II.* quæ est 41. in ordine inter Bullas eiusdem Pont. *tom.* 2. *Bullarij noui pag.* 228.

14 Canonici Regulares S. Saluatoris Bononiens. vt in Bulla Iulij II. *incip. Inter cæteras, sub dat.* 4. *Nonis Aprilis* 1512. *Pontificatus sui anno* 9. quæ est 30. in ordine Bullarum eiusdem Pont. *in Bullario nouo tom.* 1. *pag.* 450.

15 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis per d. Bullam Pij V. *incip. Ex suprema dispositionis arbitrio, in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 231. & *seq.*

16 Canonici seculares S. Georgij in Alga, vt in Bulla Pij V. *incip. Ex incūbenti nobis. sub dat.* 3. *Idib. Decembris* 1569. *Pontific. sui anno IV.* quæ est 92. *in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 294.

17 Monachi Cassinenses, aliàs S. Iustinæ de Padua, vt in Bulla Iulij II. *incip. Super Cathedram sub dat.* 10. *Kalend. Septemb.* 1503. *Pontific. sui anno I. in Bullario nouo tom.* 1. *pag.* 402.

18 Monachi Vallis Vmbrosæ participant per viam communicationis de omnibus priuilegiis Mendicantibus concessis ex d. Bulla Pij V. *incip. Ex suprema dispositionis arbitrio.*

19 Monachi Camaldulenses, vt in Bulla Greg. XIV. *incip. Ex iniuncto nobis, sub dat.* 24. *Septembris* 1591. *Pontificatus sui anno I* quæ est 8 in ordine *tom.* 2. *Bullarij noui p.* 710.

20 Monachi Cistercienses Congregationis S. Bernardi in Italia Regularis obseruantiæ, vt in Bulla Gregorij XIV. *incip. Romanus Pont. sub dat.* 28. *Iunij* 1592. *Pontif. sui anno I.* quæ est in ordine 16. *tom.* 2. *Bullarij noui pag.* 704.

21 Monachi Cistercienses reformati Congregationis B. Mariæ Fuliensis, vt in Bulla Sixti V. *incip. Super specula, sub dat. Idibus Nouemb.* 1387. *Pontif. sui anno III.* quæ est 70. in ordine *in Bullario nouo tom.* 2 *pag.* 600. & *in alia Bulla Pauli V. incip. Diuina dispositione clementiæ, sub dat.* 5. *Idus Iulij* 1606. *Pontif. sui anno II* quæ est 23. aliàs 18. *in ordine Bullarum eiusdem Pontific tom.* 3. *Bullarij noui*, & in alia sequenti, *quæ incip. In supereminentis, sub dat.* 21. *Nouembris* 1607. *Pontif. sui anno III. in Bullario nouo tom.* 3. *pag.* 206.

22 Monach. Cœlestini, vt in Bulla S. D. N. D. Vrbani VIII. *sub dat.* 14. *Augusti* 1624. *Pontificatus sui anno II.*

23 Monach. Syluestrini, vt in Bulla Pauli V. *sub die* 23. *Nouembris* 1606. sicut refert Laërt. Cherubin. *tom.* 1. *Bullarij noui in rub. Bullæ* 38 *Pauli III. pag.* 676.

24 Monach Congregationis B. Mariæ Montis Virginis, vt in Bulla Pauli V. *sub dat.* 19. *Maij* 1611. *Pontific. sui anno VI.* quæ est *in appendice Bullarij noui Laertij Cherubini constit.* 1. *tom.* 3. *pag.* 46.

25 Monachi S. Basilij, vt colligitur ex Bulla Gregorij XIII. *sub dat. Kalend. Nouemb.* 1579. *Pontificatus sui anno VIII.* quæ refertur à Fr. Emman. *in nouo collect. priuileg. Mendicant.* & *non Mendicantium Bulla* 12. *inter Bullas dicti Pontificis.*

26 Monach Præmonstratenses habent communicationem omnium priuilegiorum, tam spiritualium, quàm temporalium, tam in genere, quàm in specie concessorum Congregationi S Bernardi Ordinis Cisterciens. Regnorum Hispaniæ, vt in Bulla Clementis VIII. *sub dat.* 20. *Septembris* 1593. *Pontificatus sui anno II.* quam refert, Fr. Emman. *vbi suprà Bulla* 20. *eiusdem Pontificis.*

27 Fratres S. Spiritus in Saxia participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Sixti V *incip. Exigit, sub die* 13. *Augusti* 1586. *Pontificatus sui anno II.*

28 Fratres S. Hieronymi in Hispania, vt colligitur ex dicta Bulla Pij V. *incip. Ex superna dispositionis arbitrio, in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 232. & ex aliis relatis à Fr. Emman. *d. tom.* 1. *quæst.* 55. *art.* 9.

29 Fratres Eremitæ S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis perfruuntur omnibus priuilegiis Ordinum Mendicantium, vt in Bulla Pij V. *incip. Religionis zelus, sub dat.* 30. *Martij* 1571. *Pontificatus sui anno VI.* quæ est 125. *in ordine Bullarum eiusdem Pontific. tom.* 2. *Bullarij noui pag* 337.

30 Fratres S. Hieronymi de Fesulis habent participationem, & communicationem omnium priuilegiorum, prætogatiudrum, immunitatum, & gratiarum, quibus Fratres Religiosi Conuentuum quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium vbique existentium, vt in dicta Bulla Pij V. *incip. Ex superna dispositionis arbitrio, in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 232.

31 Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Prouinciarum Castellæ, Leonis ac Bethicæ, ex priuilegiis Leonis X. & Adriani VI. fruuntur omnibus priuilegiis concessis quatuor Ordinibus Mendicantium, quibus gratiis, & exemptionibus concessis, & concedendis per Sedem Apost. locis, & personis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis dictarum prouinciarum fruuntur loca, & personæ eiusdem Ordinis in Regno Portugaliæ per Bullam Pauli III. *incip. Inter cæteras, sub dat. Romæ Idibus Nouembris* 1534. *in Bullario nouo tom* 1. *pag.* 615.

32 Fratres Cruciferi communicant in priuilegiis cum Ordinibus Mendicantium, tam concessis, quàm concedendis, vt in Bulla Gregorij XIV. *incip. Romanus Pont. sub dat. Romæ die* 12. *Iulij* 1591. *Pontificatus sui anno* I. *in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 701.

33 Fratres S. Mariæ de Mercede gaudent priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Leonis X. *sub dat.* 5. *Kal. Augusti* 1561. de qua meminit Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 55 *a.* 12.

34 Fratres Militiæ Iesu Christi Regni Portugaliæ Reformati nuncupati, participant per viam communicationis de omnibus priuilegiis Mendicantibus concessis

cessis per dictam Bullam Pij V. *incip. Ex superna dispositionis arbitrio, in Bullario tom 2. pag.232.*

35 Clerici Theatini gaudent priuilegijs Mendicantium per Bullam Clementis V I I. *incip. Dudum pro parte vestra sub dat.7. Martij* 1533.quæ est *in ordine* 38.§.12.*Bullarum eiusdem Pontific tom.1. Bullarij nouo pag.* 605.

36 Clerici Regulares minores communicant cum priuilegijs Theatinorum per specialem Bullam Gregorij XIV.*incip. Romanus Pont.sub die* 18.*Februarij* 1561. *Pontificatus sui anno I.in Bullario nouo tom.2. pag.*687.

37 Clerici Regulares de Sommachia retinent communicationem priuilegiorum Mendicatium, vt in Bulla Pauli V.*incip. Ex quo diuina maiestas sub dat.* 9.*Nouembris* 1607.*Pontificatus sui anno III.* quæ est. *in ordine* 37.§.1 *inter Bullas eiusdem Pont.tom.*3. *Bullarij noui pag.*226.

38 Clerici Regulares ministrantes infirmis omnium priuilegiorum, facultatum, libertatum, indultorum fauorum tam Mendicantibus, quàm non Mendicantibus concessorum communicationem habent, vt in Bulla Gregorij XIV.*incip. Illius,qui pro gregis* §. 26. *sub dat. Romæ apud S. Marcum vndecimo Kalend. Octob* 1591.*in Bullario nouo tom.2.pag.*706 *cum seqq.*

39 Clerici Regulares pauperum Matris Dei scholarum piarum habent communicationem omnium gratiarum, immunitatem, libertatum, &c. Ordinibus Mendicantium concessarum, vt in Bulla Gregorij X V. *sub dat. Romæ apud S.Mariam Maiorem* 15.*Octob.*1622.*Pontificatus sui anno II.*

De Procuratoribus.

TIT. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Laicus potest esse procurator ad agendum, & defendendum in causis spiritualibus,& num.* 2.

3 *Laicus potest constitui procurator ad acceptandum beneficium.*

4 *Laicus non potest tractare negotia ecclesiastica, vel spiritualia si proprio nomine id faceret.*

5 *Procurator post litem contestatam potest dare, seu substituere alium procuratorem,& num.* 6.

7 *Procurator quando dicatur fieri dominus litis, ostenditur.*

8 *Procurator ad lites ante litis contestationem nequit alium substituere nisi mandatum habeat cum speciali clausula substituendi.*

9 *Substituendi potestas data non censetur, quamuis in mandato dicatur quod eius procuratorem, seu substitutum releuat.*

10 *Procurator in rem suam quam habeat potestatem remissiuè.*

11 *Substituere non potest procurator si dominus prius fuerit litem contestatus,& deinde procuratorem cõstituat nisi specialiter hoc in mandato contineatur.*

12 *Procurator incertus substitui potest si data fuerit substituendi potestas.*

13 *Procurator ad negotia potest dare alium procuratorem liberè, & etiam quandocumque.*

14 *Procurator constitutus ad vendendum rem aliquã, non potest substituere, nec valet venditio per alium facta nisi in mandato explicetur pretium,& forma venditionis.*

CAP. Non indiscrete I.

Bonif. VIII

AICVS potest esse procurator ad agen- 1
dum, & defendendum in causis spiritualibus. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Butr. Dominic. Monach. Fraoch. Viuian. *in rationali lib.*1. *pag.* 522. Alagona *in compend. pag.* 183. remissiuè Casal.*in annotat.* & Ximen. *in concord. part.*2.

Hanc eadem conclus.ex hoc text.desumunt Flamin. 2
Paris.*de resign.benefic.lib.*9 *q.*3.*n.* 14.vbi *n.*19. subdit
quòd laicus potest constitui procurator ad acceptan- 3
dum beneficium, & *num.* 20.quod laicus potest ministerialiter tractare negotia Ecclesiastica.

Procuratorem Laicum ad agendum,&c.] Notatur ad 4
hoc, quòd laicus non potest tractare negotia ecclesiastica, vel spiritualia, si proprio nomine id faceret, vt per Tiraq *de iure mariti gl.*5.*n.* 178.

§. Licet.

Procurator post litem contestatam potest dare, seu 5
substituere alium procuratorem, ante litem contestatam non potest, nisi hoc habeat in mandatis à domino,& nisi in rem suam sit factus procurator. Colligunt Doctores *in princ.text.* citati.

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius 6
partem ex hoc text.desumunt Boer.*decis.*285.*num.*1. & D. Barbos.*in l.cum prator.* §.1.104. *cum seqq.ff. de iudic.* quoad reliquas verò partes hæc conclusio ex *infra* scriptis declarabitur.

Cùm dominus sit litis effectus.] procurator fiat do- 7
minus litis, requiritur quòd cum eo lis fuerit contestata.*l.neque tutores C.de procurator.l.si procuratorem,* §.*si quis mandauerit,*& *ibi* Bart.*num.*1. *ff. mandati*, & hoc quidem locum habet in causis in quibus litis contestatio est necessaria, in alijs autem procurator intelligitur factus dominus litis cùm primùm cœperit tractari de meritis causæ,& negotium principale discutitur, Bart. *in l.ab executore*, §.*si procurator n.* 2.*ff. de appellation.* Bald. *in l.ante diem. num.*2 *in fine. ff.de procur.* & *in l.nulla num.*3. vbi Paul. Castrens.*num.*4. & Alex.*num.*2.*C.eod.tit.*Roman.*cons.*174.*n.*5. Aretin. *cons.*30.*n.*10.*vers.sed posito.* Corn.*cons.*89.*n.*4.*l.*1. refert.Mantic.*dec.*204.*n.*1.& 2.

Antè tamen non potest &c.]Notatur ad hoc, quòd 8
procurator ad lites ante litis contestationem nequit alium substituere, nisi mandatum habeat cum speciali clausula substituendi, vt per Marant.*de ordine iudic. part.*4.*dist.*16.*num.*21.& 28.Vant.*de nullitatib.tit.ex defectu mandati n.*109.Soar.de Pace *in practic.tom.*1. *in init.annot.*4.*n.*5.quos refert & sequitur parens meus *in comment.ad Ordin.Regiam Lusitan.lib.*3.*tit.* 48.§. 28. *num.* 2.

Et quamuis in mandato constitueos dicat quòd pro- 9
curatorem suum releuat,non tamen per hoc dicitur datam esse substituendi facultatem, de quo tamen vide Menoch.*cons.*175.*n.*12.Surd.*decis.*195.

Nisi in rem suam sit datus,&c. De procuratore in 10
rem suam dato vide Bertazol. *de clausulis instrument. claus.*29 *gl.*1.& *seq.*& latè dixi *in meo tract.de clausulis vsufrequentibus,claus.*72.*num.*9.secundùm Lugdun. imptess.

In gl.*Ab eo.*ibi,*si ergo dominus contestatus litem,*&c. 11
Notatur ad hoc quòd si dominus priùs fuerit litem contestatus, & deinde procuratorem constituat, tunc procurator non potest alium substituere, nisi specialiter

ſpecialiter hoc in mandato contineatur, vt per Soar. de Pace *in pract. tom. 1. in initio annotat. 4. num. 6.*

12 In. gloſſ. *Certa non expreſſa perſona.* Notatur ad hoc, quod ſubſtitui poteſt incertus procurator ſi data fuerit ſubſtituendi poteſtas, vt Boer. *deciſ. 274. num. 7.*

§. Procurator.

13 Procurator ad negotia poteſt dare alium procuratorem liberè, & etiam quandocunque. Colligunt Doctores *in princip. text. citati.*

14 *Datus ad negotia* &c. Ex hoc text. colligit Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 1. num. 7.* quòd ſi fuerit procurator conſtitutus ad vendendum rem aliquã, non poteſt ſobſtituere, nec valet venditio per alium facta, niſi in mandato explicetur pretium & forma venditionis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ante litem conteſtatam, etiam ſine cauſa reuocari poteſt, poſt litem conteſtatam, non ſine rationabili cauſa, dominus tamen bene poteſt adeſſe cauſa cum ipſo procuratore, maximè ſi de colluſione timeat.*

2 *Procurator in rem ſuam non poteſt reuocari.*

3 *Procuratorem coinuito dominus non poteſt poſt litis conteſtationem reuocare niſi adſit iuſta cauſa.*

4 *Procurator conſtitutus ab Epiſcopo, vſufructuario, vel maioratu, poteſt etiam poſt litem conteſtatam a ſucceſſore reuocari.*

5 *Procurator in beneficialibus morte Rectoris ſeu beneficiati reuocatur, etiamſi dominus litis fuerit effectus.*

6 *Procurator poſt litem conteſtatam, niſi volens per dominum reuocari non poteſt.*

7 *Mandatum dicitur reuocatum, quando orta eſt inimicitia inter dominum ipſum, & procuratorem.*

8 *Cauſa rationabilis ob quam poteſt procurator etiam poſt litis conteſtationẽ reuocari, cum non poſſit ſub certa regula tradi, arbitrio iudicis relinquitur.*

9 *Tertius oppoſitor non poteſt in defenſionem allegare, & probare omnia, quæ principalis nec allegauit, nec probauit, ſi ea ſint ad cauſæ defenſionem inducibilia.*

Cap. Quamuis. II.

1 DOminus ante litem conteſtatam etiam ſine cauſa liberè procuratorem poterit reuocare. poſtea verò ipſo nolente nequibit, niſi fiat inimicus domini, vel ſuſpectus, vel affinis aduerſarij, aut hæres, ſeu ingrediatur religionem, vel diu peregrinetur, aut carceratus, ſeu ægrotus, vel alia rationabilis cauſa ſubſit. Verùm licèt aliter reuocare eum non poſſit dominus, poterit tamen adeſſe ſuæ cauſæ, maximè ſi timeat de colluſione. Colligunt ex Ordinar. Lapus, Abbas, Archid. Gemin. Ioan Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 514.* Alagona *in compendio pag. 183.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Liberè a domino reuocari.* Limitat in procuratore in rem ſuam, qui non poteſt reuocari, vt per Caſtrenſ. *in l. in ſumm. 1. ve ... ſic facta procuratio ff. de donat.* Bertazol. *de clau ... ilrnme ... clauſul 9. gloſſ. 2. num. 4* Chald. Pereira *de empti ... ap. 24 num. 22. & 23.* & fuit dictum *Mediol. non. perſionis 5. Martij* 1607. coram Cardin. Marquemontio, *in Pariſien.*

pecuniaria 5. Decembris 1911. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccin. Decano, impreſſa per Farin. *deciſ. 443. num 4 part. 1. recent.* & ideo non intelligitur reuocatus morte mandantis, ex Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 341. num. 1.*

Poſteatamen, &c. Notatur ad hoc, quòd dominus 3
non poteſt poſt litis conteſtationem procuratorem reuocare ipſo inuito, niſi adſit iuſta cauſa, vt per Boer *deciſ. 285. num. 4.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ. part. 4. collection. 1132.* Rot. *deciſ. 172. n. 1. & deciſ. 194. n. 1.* apud Farinac. *par. 1. recent.* & ideo procuratorem dominum litis effectum non poſſe reuocari cenſuit eadem Rota *deciſ. 386. n. 3. d. p. 1. recent.* declarans cum Caſſad. *deciſ. 2. n. 4. & 5. de appellat.* hoc. procedere quando expreſsè reuocatur, non quando tacitè.

Limita ſi dominus, qui dedit mandatum, ſit Epiſco- 4
pus, vſufructuarius, aut habeat maioratum, quia eius morte expirat mandatum, & ſequens in dignitate, vel maioratu poterit alium nominare, vt per Rodericum Xuarius *conſil. 10. num. 13.* Azeued. *ad lib. 4. num. 6. & 7 titul. 25. lib. 4. noua recop.* vbi ſubdit quòd poteſt talis procurator reuocari etiamſi adſit pactum de non reuocando, Put. *deciſ. 282. num. 3. lib. 2. in correctis* Mantic. *deciſio. 213. numer. 5.* vbi ait quòd
in beneficialibus procurator morte Rectoris, ſeu 5
beneficiati reuocatur, etiamſi dominus litis fuerit effectus.

Ipſo nolente nequibit. Ergo procurator poſt litem 6
conteſtatam niſi volens per dominum reuocari non poteſt, & ſic requiritur conſenſus expreſſus, vel tacitus, ita quòd abſens, & ignorans reuocari non poſſit, ſecundùm Franch. *in cap. ſi quem, §. ſecus, in fine colum. 1. hoc tit. & lib.* quem refert, & ſequitur Pute. *deciſ. 303.* aliàs *deciſ. 295. lib. 2. in correct.* vbi ſubdit quòd in præiudicium domini reuocantis teneat reuocatio abſque conſenſu procuratoris per gloſ. *verbo reuocati in præſenti textu.* Et quòd procurator poſt litis conſtationem inuitus parte aduerſa renuente reuocari non poſſit, vltra *ſupra* citatos tenent Abb. *in cap. non iniuſtè num. 4. in fine hoc tit. in Decretalib* Felin. *in c. ex parte num. 27. de reſcript.* Mohedan. *deciſ. 1. ſub hoc tit.* Gail. *lib. 1. obſeru. 74. num. 10.* & fuit dictum *in Aquilana expenſarum 4. Martij* 1596. coram Cardin. Pamphilio ſen. & *in Tridenbeneficij 26. Nouembris* 1601. coram bonæ memo. Penia, & *in Romana pecuniaria 29. Aprilis* 1624. coram bonæ mem. Patriacha Manzanedo, & pars aduerſa vt dicatur renuiſſe ſufficit quòd proſequatur iudicium cum procuratore reuocato, Buratt. *deciſ. 719. num. 2.* & fuit reſolutum *in d. Romana pecuniaria.* Quod quidem adeò verum eſt vt nec etiam tacitè dominus valeat procuratorem huiuſmodi reuocare conſtituendo ſcilicet alterum abſque clauſ. *circa reuocationem* ne maior ſit vis taciti quàm expreſſi, Bart. *in l. ſi quis §. Iulianus num 1. ff de procurat* Abb. *in d. cap. non iniuſtè num. 5. ad fin.* Rot. *in Mediola-* 7
nen. reſciſſionis contractus 14. Decembris 1611. coram Cardin. Sacrato quicquid contrarium exiſtiment Bellam. *in d. c. non iniuſte n. 4. verſ. ſed Collectarius,* Gregor. XV. *deciſ. 548. num. 6.*

Limita principalem concluſionem non procedere in cauſa appellationis, in illa enim procurator poſt litem conteſtatam reuocari poteſt, quia cenſetur effectus dominus inſtantiæ, non autem cauſæ, vt per Vant *de nullitat. tit. ex defectu inhabilitatis ſub n. 163* Mareſcot *var. reſolut. lib. 2 cap. 62. n. 7.* Seraphim. *deciſ. 1180. num. 1. & 2.* Adrian. Neguſant. *quæſt. 311. num. 7. & 8.* niſi in mandato adeſſet clauſul. *releuans,* &c. quia per eam cenſetur effectus dominus totius litis, & non ſolius inſtantiæ. Mareſcot. *d. cap. 62. num. 8* Seraph. *d. deciſ. 1180.* Rot. coram R. Coccino Decanõ

inter eius impressas *decis.* 319. *num.* 6. Beltramin. *in annot. ad decis.* 548. *Greg. XV. num.* 12.

7 *Inimicum fieri*, &c.] Notatur ad hoc, quòd mandatum dicitur reuocatum, quando exorta est inimicitia inter dominum ipsum, & procuratorem, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 36. *n.* 7.

8 *Seu alia rationabilis causa subsit.*] Notatur ad hoc, quòd stante iusta causa potest procurator etiam post litis contestationem reuocari, vt per Seraphin. *decis.* 195. *num.* 1. Rot. *decis.* 353. *num.* 1. *part.* 4 *diuers.* & latè Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 618. *n.* 19. Hæc rationabilis causa cùm non possit sub certa regula tradi, relinquitur arbitrio iudicis, vt per Afflict. *in cap.* 1. *num.* 24. *ex quibus causis feud. amitt.* Bald. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de aduocat. diuers. iud.* Ias. *in l. properandum*, §. *sin autem alterutra*, *num.* 8. *C. de iudic.* quos refert, & sequitur Rot. *in Ouetten. mercedis* 5. *Maii*, 1606. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, impressa per Farinacium *decis.* 172. *n.* 1. *part.* 2. *recentior.* vbi subdit iustam reuocandi procuratorem causam esse quando procurator incepit litigare cum suo principali, & *num.* 2. ostendit numquid causæ cognitio requiratur, vt procurator reuocari possit post litem contestatam.

9 In gloss. *Adesse*, ibi, *sed quid sibi proderit adesse*, &c. Notatur ad hoc quòd tertius oppositor potest in defensionem allegare, & probare omnia, quæ principalis nec allegauit, nec probauit, si ea sint ad causæ defensionem conducibilia, vt per Con. *practic. cap.* 13. *num.* 1. *versic. primum.*

SUMMARIUM.

1 *Procurator habens mandatum substituendi, substitutum à se post mandatum susceptum, etiamsi eo non sit vsus, reuocare non potest, nisi & potestatem habeat reuocandi. si autem erat procurator ad plures causas, & in altera substituit, in aliis remanet procurator.*

2 *Procurator non dicitur ante mandatum sibi præsentatum.*

3 *Procurator cum potestate substituendi non potest alium substituere antequam mandatum procuræ acceptet.*

4 *Procurator constitutus specialiter ad aliquid faciendum, si alium substituerit, in eum transferre videtur omnem suam potestatem, nec potest illum reuocare, nec alium substituere.*

5 *Mandati reuocatio probatur ex eo quòd dominus in locum procuratoris suffecerit habilem, & acceptantem.*

6 *Delegatus Principis potest subdelegare, siue vniuersaliter, siue generaliter causa delegentur.*

CAP. Is, qui. III.

1 PRocurator habens potestatem substituendi si aliquem substituit, non potest reuocare substitutum, nisi habeat etiam potestatem reuocandi post mandatum acceptum, etiamsi substitutus non sit vsus mandato; si vero erat procurator ad plures causas, & in vna substituit in aliis remanet procurator. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 525. Alagona *in compendio pag.* 183. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Post mandatum susceptum*, &c. Ergo procurator non dicitur ante mandatum sibi præsentatum, vt per

3 Boër. *decis.* 274. *à princip.* & ideo procurator cum potestate substituendi non potest alium substituere antequam mandatum procuræ acceptet, secundùm Vestr. *in prax. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. Rot. *decis.* 45. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* vbi *num.* 2. intelligit quando procurator antequam ad eum perueniant litteræ mandati, substituit, cum eo casu non possit exercere facultatem, quam ignorabat, secus verò quando ad eum peruenit mandatum quia tunc dicitur mandatum acceptasse, & eius suo de suo iure potuisse substituere.

In vnum tantum substituerit, &c.] Notatur ad hoc, 4
quòd si procurator cõstitutus specialiter ad aliquid faciendum, alium, substituerit, in eum transferre videtur omnem suam potestatem, nec potest illum reuocare, nec alium substituere, vt per Tiraq. *in l. boues* §. *hoc sermone*. *limit.* 6. *num.* 5. *ff. de verb. signif.*

Notatur etiam ad hoc quòd reuocatio mandati pro- 5
batur ex eo quod dominus alium in locum procuratoris suffecerit habilem, & acceptantem, vt per Mascard. *de probation. concl.* 1013. *num.* 35.

In glos. *Exercere* ibi *sic & delegatus*, &c. Notatur 6
ad hoc, quod siue vniuersaliter siue generaliter causæ delegentur alicui poterit delegatus Principis subdelegare, vt per Azeued. *ad rub. tit.* 9. *num.* 14. *lib.* 3. *nouæ recopil.*

SUMMARIUM.

1 *Procurator generalis non agit exigentia speciale mandatum, nisi cum aliqua illorum specificatione, vel libera potestate.*

2 *Lex si requirat expressionem pro forma non sufficit expressio generalis per quacunque.*

3 *Mandatum habens ad quædam speciale mandatum requirentia, adiecta clausula generali*, Et ad omnia etiam requirentia mandatum speciale *potest agere etiam in omnibus aliis causis mandatum speciale exigentibus, licet de expressis non fuerint.*

4 *Procuratorem constituens ad omnia excepto casu aliquo requirente speciale mandatum, illud non ampliabitur ad alios similes casus.*

5 *Iurare non potest procurator sine speciali mandato.*

6 *Transigere, vel pacisci non potest procurator sine speciali mandato.*

7 *Procurator cum liberæ administratione expedire potest omnia, quæ speciale exigunt mandatum.*

8 *Mandatum cum libera æquiparatur mandato speciali.*

9 *Restitutionem in integrum petere.*
10 *Rescriptum impetrare,*
11 *Beneficiorum possessionem acquirere saltem in indiuiduo,*
12 *Matrimoniali in causa agere,*
13 *Instrumenti exemplatione petere,*
14 *Compromittere,*
15 *Excommunicationis absolutionem petere*

} *Procurator sine speciali mandato non potest.*

CAP. Qui ad agendum. IV.

PRocurator ad agendum, & defendendum, & gene- 1
raliter ad omnia, quæ requirunt speciale mandatum, non debet ex vi huius generalitatis admitti ad aliquem articulum in quo requiritur speciale mandatum, sed si aliquis articulus exigens speciale mandatum fuit expressus cum clausula generali, admittetur etiam ad non expressos. Item procurator sine speciali mandato non potest deferre iuramentum, transigere, vel pacisci, nisi ei sit liberè concessa administratio bonorum, vel causæ, id est, in rem suam, vel propriam vtilitatem, vel si tanquam dominus esset præsens. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan.

Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 527.* Alagona *in compend. pag. 182.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant part. 1. & 2.*

2 *In quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet.* Notatur ad hoc, quòd si lex requirat expressionem pro forma, non sufficit expressio generalis per quæcunque verba, vt per Tiraq *de iur. mar glos. 7. num. 99.* Flan. *de resig. benefic. lib. 9. q. 7. num. 31.*

3 *Sed si aliquis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd habens mandatum ad quædam speciale mandatum requirentia adiecta clausula generali, *& ad omnia etiam requirentia mandatum speciale*, potest agere etiam in omnibus aliis causis mandatum speciale exigentibus, licèt de expressis non fuerint, vt per Couar. *lib. 2. var. cap. 5. num. 8.* Sat enim est in mandato aliqua exprimi, quæ mandatum exigunt speciale adiecta clausula generali in hunc sanè modum, *& ad omnia alia requirentia mandatum speciale*, &c. vt per Couar. *lib. 1. var. c. 6. num. 2. vers. quarto.*

4 Verùm quando quis constituit procuratorem ad omnia, præterquam ad iurandum, vel ad vendendum, licèt excipiat vnum casum requirentem speciale mandatum, tamen mandatum non ampliabitur ad alios casus requirentes speciale mandatum, vt tradunt Tiraq. *de retractu lig. ad finem tit. num. 94. & seq.* Rebuff. *in tract. exceptionum num. 24.*

5 *Iuramentum deferre.* Notatur ad hoc quòd procurator iurare non potest sine speciali mandato, vt per Surd. *decis. 159. num. 1.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo procurator num. 24.* & in iuramento fidelitatis resoluit Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 57. num. 35. & tit. 66. num. 197.* quos refero ego ipse *in tract. de clausulis vsufreq. claus. 35. num. 19.* secundùm Lugdunen. impress.

6 *Transigere, vel pacisci.* Notatur ad hoc, quòd procurator sine speciali mandato non potest transigere, vel pacisci, vt per Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo procurator num. 25.* Plures casus in quibus speciale requiritur mandatum in procuratore cumulaui *d. claus. 35. num. 16. cum multis seqq.*

7 *Nisi ei bonorum, vel causa administratio liberè*, &c] Ergo procurator cum libera administratione expedire potest omnia, quæ speciale mandatum exigunt, vt per Gregor. Lop. *l. 19. verbo quando tit. 5. part. 3.* Couar. *lib. 1. var. c. 6. num. 3. vers. quinto* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. in initio annot. 4. n. 17.* Nam mandatum *cum libe-*
8 *ra*, &c. æquiparatur mandato speciali, vt resoluunt citati per me *d. claus. 35. num. 10.*

9 In glos. *Vel pacisci.* ibi, *nec integrum restitutionem pro alio petere.* Notatur ad hoc, quòd procurator sine speciali mandato non potest petere restitutionem in integrum, vt resoluunt plures Doctores per me citati *d. claus. 35. num. 31.*

10 In ead. glos. ibi. *item in rescriptorum impetratione.* Notatur ad hoc, quòd procurator sine speciali mandato non potest impetrare rescriptum, vt per Cardos. *d. verbo procurator n. 32.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 63. num. 17.* Perez *l. 6. vers. quæro 28. tit. 12. lib. 2. Ordin. pag. 700.* vbi secus asserit in rescriptis gratiæ, refero
11 ego ipse *d. claus. 35. num 21.* crederem tamen non requiri in indiuiduo mandatum ad impetrandum tale rescriptum, sicut non requiritur ad acquirendam possessionem talis beneficij, secundùm Alexand. *in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. possess.* Ferret *cons. 220. n. 12. in fine lib. 1.* Rot. *in Auersana beneficij 1. Iulij 1620.* coram Vbaldo.

12 In ead. glos. ibi, *item in causa matrimoniali.* Vide Doctores citatos per me *d. claus. 35. num. 23. & in collect. ad cap. vlt. inf. hoc. eod. tit.*

In ead. glos. ibi. *instrumentorum exemplatione.* Notatur ad hoc, quòd procurator sine speciali mandato non potest petere exemplationem instrumenti, vt per Cardos. *d. verbo procurator. num. 35.* quem refero *d. claus. 35. num. 22.* 13

In ead. gl. ibi, *in compromisso.* Notatur ad hoc, quòd procurator sine speciali mandato non potest compromittere, vt per Cardos. *d. verbo procurator n. 26.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tit. 66. num. 176.* metipsum *d. claus. 35. num. 27.* quicquid contrarium teneant Viuius *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. mandati num. 50. pag. 604.* Menoch. *vsufreq. cap. 68. num. 9.* Camill. Borrell. sibi contrarius *tit. 63. num. 27.* 14

In ead. glos. ibi *item in absolutione petenda ab excommunicatione.* Notatur ad hoc, quòd ab absolutionem excommunicationis petendam requiritur speciale mandatum, vt per Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 21. num. 14.* Rot. *decis. 36. de procurat.* quam refert Aloys. Riccius *in collect. decis. part. 2. collect. 313.* 15

In glos. *Concessa.* Plura de procuratore in rem suam dixi *in tract. de clausulis vsufrequentib. claus. 72.* secundùm Lugdunen. impress. 16

SVMMARIVM.

1 *Mandatum generale ad negotia, etiam ad iudicia se extendit.*

2 *Procurator generalis ad lites, non potest interpellare, protestari, & denuntiare.*

3 *Mandatum speciale in quibus casibus requiratur, remissiuè.*

4 *Filiusfam. potest esse procurator etiam absque patris consensu.*

5 *Filiusfam. non potest pro se stare in iudicio sine consensu patris.*

6 *Filiusfam. sine patris consensu in iudicio stans si agat vtiliter, an valeat negotium? remissiuè.*

7 *Filiusfam. an possit in iudicio proponere publicam accusationem sine consensu patris remissiuè.*

8 *Cõsensus à patre præstandus, vt filius pro se in iudicio stare possit, vtrùm debeat præcedere, & esse expressus, & an per procuratorẽ præstari possit? remissiuè.*

9 *Procurator ad negotia potest quis esse post 16. annum, ad iudicia verò, & lites non potest nisi post 25. annũ.*

10 *Hic text. in §. Licet, non procedit in beneficialibus, & in causa momentanea possessionis.*

Cap. Qui generaliter. V.

Procurator generaliter constitutus ad negotia potest agere, & experiri, id est, defendere exceptis casibus, qui exigunt mandatum speciale. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 1. pag. 528.* Alagona *in compendio pag. 184.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Agere, & experiri potest, &c.] Ergo procurator generalis ad lites non potest interpellare, protestari, & denuntiare, vt per Tiraquel. *de retractu lig. §. 2. glos. 10. num. 97.* 2

Exceptis his, qui mandatum exigunt speciale.] Qui sint isti casus in quibus requiritur speciale mandatum, ostendi ego ipse *in tract. de clausulis vsufreq. clausul. 35. num. 16. cum seqq.* secundùm Lugdunen. impress. & aliquos notaui *suprà cap. proximo.* 3

§. Nedum.

Filiusfam. potest fieri procurator ad negotia, & ad 4

iudicia etiam sine consensu patris. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati, & ex eo desumit Tiraq. *de iur. mariti gloss. 5. num.* 174.

5 In glos. *Filius famil.* ibi, *quia pro se non admittii*, &c. Collige ex glos. filiumfam. regulariter non posse pro se stare in iudicio sine consensu patris, vt per Socin. *regul.* 195. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati num.* 39. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 4. §. 5. *verbo le marisans, & rub.* 6. §. 3. *num.* 5. Roland. *consil.* 46. *n.* 3. *lib.* 2. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *distinct.* 16. *num.* 30. Menoch. *remed.* 15. *recup. num.* 305. vbi *num.* 275. *cum seqq.* agit quando stat in iudicio pro recuperanda possessione à qua fuit deiectus, *decis. Perus.* 13. *in princ. part.* 1. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 2. *num.* 15. Castill. *controu. lib.* 1. *de vsufruct. c.* 3. *num.* 13. Cardos. *in praxi iudicum verbo filius num.* 50. Aldouin. *consil.* 37. *num.* 5. & D. Barbos. *in l.* 2. §. *quod si in patris num.* 19. *ff. soluto matrim.* vbi multipliciter limitat, Molin. *de iusti. tract.* 2. *disp.* 228. *vers. hoc verò*, vbi agit quando lis est super bonis castrensibus, aut quasi, & *in vers. tertiò excipitur*, disputat quid dicendum vbi pater fuerit absens, de quo etiam Azeued. *l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil. num.* 13. *cum seqq.* vbi *num.* 16. quid si pater sit in iudicio, & non contradicat, Rebuff. *de priuilegiis scholar. priuil.* 155. vbi quid in scholari, Ceuall. *commun. contra commun. quaest.* 327. Cardin. Manticus *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 12. *tit. num.* 13. vbi an filia in potestate patris constituta possit pro aduen-
6 titia dote sine eius consensu, agere, Quid si filius agit vtiliter sine patris consensu, an valeat negotium? Vide Alciat. *lib.* 8. *Parerg. c.* 8. Tiraquel. *de iure mariti gloss.* 8. *num.* 72. Rebuff. *ad leges Galliae in procem.*
7 *gloss.* 5. *num.* 72. *& in tract. except. num.* 439. Et quid vbi filius fam. proponit publicam accusationem, an requiratur patris consensus? Vide Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 10. *vers. & consequenter*, Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. part.* 532. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quaest.* 14. *num.* 5. Azeued. *d. l.* 10. *n.* 5. *cum seqq.* D. Barbosa *in l.* 2. §. *fin. n.* 19. *cum seq. & l.* 3. *num.* 8. *ff. soluto matr.* Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quaest.* 12. *num.* 10. Thom. Valasc.
8 *allegat. iuris tom.* 1. *alleg.* 20. *a. num.* 4. Consensus à patre praestandus in casibus in quibus requiritur, an debeat praecedere? Vide Anton. Gom. *l.* 42. *Tauri num.* 1. *colum.* 1. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 39. Cott. *in memor. verbo filius* 12. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *l.* 3. *Ordin. pag.* 532. Azeued. *d. l.* 10. *num.* 15. Et an debeat esse expressus? vide D. Barbos. *d. l.* 2. §. *fin. num.* 17. *& num.* 28. Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 11. *num.* 2. Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *num.* 10. *&* 16. vbi *num.* 24. quid si pater, & filius simul agant, an tunc requiratur consensus, & *gloss.* 5. *num.* 197. tractat an sufficiat generalis consensus, & *gloss.* 6. *num.* 27. an possit per procuratorem consentire. Et quid si nolit consentire? Vide Azeued. *d. l.* 10 *num.* 23. *decis. Perus.* 16. *n.* 3. Aldouin *consil.* 37. *num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 47. *num.* 37.

§. Licèt.

9 Post decimum sextum annum potest quis esse procurator ad negotia, sed ad iudicia, & lites non potest nisi post 25. annum, ita tradunt Tiraq. *de iure mariti gloss.* 5. *num.* 179. Couar. *in cap. tua num.* 4. *de testament.* Gutier. *de iurā. confirm. par.* 3. *c.* 11. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 41. *num.* 8. & obseruat Pute. *decis.* 155. aliàs 151. *in correctis lib.* 1. non habere locum text. *in praesenti*
10 in beneficialibus, & quòd in illis minor potest esse procurator etiamsi fuisset oppositum, & secundò limitat hunc §. in causa momentaneae possessionis, in qua minor potest esse procurator.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores duo si simul simpliciter constituantur, alter solus admitti non debet, si verò in solidum, qui primò contestatur litem, admittitur altero totaliter excluso, nisi adiectum fuerit quòd non sit melior conditio occupantis, quo casu altero non prosequente, nec alium substituente, reliquus admittitur & num.* 2.

3 *Procuratores in solidum videntur constituti in causis spiritualibus.*

4 *Tutoribus, seu syndicis pluribus datis, quilibet in solidum potest administrare.*

5 *Procuratoribus ex pluribus in solidum ad causam datis, illius erit melior conditio qui per litis contestationem negotium primitus occupabit.*

6 *Mandatum primum dicitur reuocatum per secundum. etiamsi secundus procurator nollet recipere procurationem.*

7 *Procuratores duo si simul simpliciter creentur in causis spiritualibus, iudex ex illis eligere debet magis idoneum, & alius non admittitur nisi primo legitimè excluso.*

8 *Executor vnus sine altero litigare potest in iudicio ad pias causas si interueniat auctoritas iudicis.*

9 *Clausula*, In solidum, *quam vim, & effectum habeat ostenditur.*

10 *Procuratores insolidum per quae verba videbantur constituti, remissiuè.*

Cap. Si duo. VI.

Procuratores duo si constituantur simul simpliciter, vnus sine alio admitti non debet, sed si sunt creati in solidum praeoccupans ita admittitur vt alius non possit se intromittere? si verò fuit oppositum quòd non sit melior conditio occupantis, tunc si primus non prosequitur, nec alium substituit, secundus admittitur, & si cessat impedimentum primi, primus non potest iterum se intromittere nisi secundus sit impeditus, vt in §. *caeterum.* Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 429. Alagona *in compendio pag.* 152. remissiuè Casal. *in annotat.* Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Mascard. *de probat. conclus.* 1308. *n.* 3. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. p.* 4. *collect.* 1444. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 201. *n.* 3. *cum seqq.* vbi *n.* 46. *cum seqq.* subdit quòd in causis spiritualibus procuratores videntur in solidum constituti. Vnde pluribus tutoribus, seu syndicis datis quemlibet in solidum posse administrare resoluit idem Stephan. Gratian. *vbi suprà c.* 86. *num.* 10. *cum seqq.* 2 3 4

Negotium primitus occupabit. Notatur ad hoc quòd inter plures procuratores in solidum ad causam datos illius erit melior conditio, qui per litis contestationem negotium primitus occupabit, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 11. *gloss.* 10. *num.* 2. Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *procem. n.* 15. 5

In glos. *Simul.* ibi, *nisi exprimat se nolle primum reuocare.* Notatur ad hoc, quòd mandatum primum dicitur reuocatum per secundum, etiamsi secundus procurator nollet recipere procurationem, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1013. *num.* 23. 6

§. Sanè.

In causis spiritualibus si duo procuratores creentur 7
non

non in solidum, iudex ex illis eligere debet magis idoneum, & alius non admittitur nisi primo legitimè excluso. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati. Et +,
8 iste notari solet ad hoc quòd vnus executor sine altero litigare potest in iudicio ad pias causas si interueniat auctoritas iudicis, vt per Greg. Lop. *l. 6. glos. vlt. in fine. tit. 10. part. 6.*

9 *In solidum*]De vi, & effectibus huius claus. latè egi *in tract. de clausulis claus.* 72. secundùm Lugd. impress.

10 Et procuratores in solidum per quæ verba videantur constituti, ostendunt Mascard. *de probation. conclus.* 1308. *num.* 4. Stephan. gratian. *discept. forens. c.* 201. *n.* 2. *cum seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Procurator qui renuit acceptare mandatum, pœnitere potest quamdiu constituens in eadem perseuerauerit voluntate, & n. 2.*

3 *Electioni de se facta consentire renuens potest mutata voluntate eandem acceptare electoribus in priori voluntate persistentibus.*

4 *Mandatum semel acceptare recusans, non potest amplius illud suscipere.*

Cap. Licet. VII.

1 Absens si quis me constituit procuratorem, & ego dixi me nolle acceptare mandatum mihi præsentandum, si absens perseuerat in eadem voluntate, adhuc possunt acceptare. Colligunt ex Ordin. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rational. lib. 1. pag.* 531. Alagona *in compendio pag.* 185. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disp.* 7. *num.* 8. Vnde infertur quòd re-
3 nuens consentire electioni de se factæ potest mutata voluntate eandem acceptare electoribus in priori voluntate persistentibus, vt per eundem Sanch. *eod. tract. de matrim. lib.* 8. *disp.* 32. *num.* 2.

4 In glos. *Quamdiu.* Notatur ad hoc quòd semel recusans mandatum acceptare non potest amplius illud suscipere, vt per Steph. Gratian *discept. forens. cap.* 92. *num.* 32.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus dans procuratorem quoties contingit eum abesse causam tractando procuratorē non intelligitur reuocare, secus si simpliciter, nisi expressè protestetur quòd ipsum reuocare non intendit, vel aliàs hoc appareat ex probabilibus coniecturis.*

2 *Procurator reuocatur per comparationem principalis qui causam reassumit, & tractare incipit.*

3 *Procurator etiam expressè reuocatus si aliquid agat, & dominus sciat, iterum concessa videtur facultas agendi.*

Cap. Si quem. VIII.

1 Dominus quando creat procuratorem pro tempore, & est absens, si veniens dominus prosequatur causam inceptam, non intelligitur reuocare procuratorem, sed si creauit simpliciter, & deinde ipse personaliter sequitur causam, intelligitur reuocasse, nisi protestetur eum non reuocare, vel aliunde constet intentio quòd eum non reuocet. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 531. Alagona *in comp. pag.* 185. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Licèt tractes eam postmodum per te ipsum.]Notatur 2
ad hoc, quòd procurator reuocatur per comparationē principalis, qui causam reassumit, & tractare incipit, vt per Boër. *decis.* 285. *num.* 5. Rebuff. *in praxi benefic. tit. formæ Vicariatus num.* 122. Mascard. *de probation. conclus.* 1013. *num.* 32. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 36. *num.* 5. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 22. *n.* 12. *cum seqq.* Si verò procurator etiam expressè reuocatus aliquid agat, & dominus sciat, iterum concessa videtur 3
facultas agendi, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 9. *glos.* 3. *num.* 5. Cott. *in memorab. verbo procurator falsus pag.* 722. Mench. *vsu freq. cap.* 22. *num.* 3.

S V M M A R I V M

1 *Procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum, & non substituit nisi hoc in mandatis habeat, & si reuocatus etiam ignoranter contrahat, non tenet matrimonium.*

2 *Mandatum ad contrahendum matrimonium debet esse speciale cum expressione personæ, cum qua est contrahendum.*

3 *Forma contrahendi matrimonium per procuratorem vbi reperiatur, ostenditur.*

4 *Matrimonium per procuratorem contractum est Sacramentum conferens gratiam.*

5 *Procurator ad matrimonium dicitur ad negotia constitutus.*

6 *Procurator cum speciali mandato ad contrahendum matrimonium non potest substituere nisi expressè hoc in mandato contineatur.*

7 *Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest illud contrahere post mandatum reuocatum, quamuis reuocatio ipsa ad notitiam procuratoris non perueniat.*

8 *Procurator constitutus ad negotia, certior faciendus est de reuocatione.*

9 *Procurator constitutus in qualibet materia cum iuramento de non reuocando potest non obstante iuramento reuocari.*

Cap. Procurator. IX. & vlt.

Procurator ad contrahendum matrimonium debet 1
habere mandatum speciale ad hoc, aliter non est idoneus. Item talis procurator ad contrahendum non potest substituere alium, nisi hoc simpliciter habeat in mandatis. Item si dominus reuocat procuratorem, & procurator postea contrahit, mâtrimonium est nullum, licèt ipse procurator, vel sponsi nescirent reuocationem. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 532. Alagona *in compend. pag.* 185. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

Quàm si ad hoc mandatum habuerit speciale. Notatur 2
ad hoc, quòd mandatum ad contrahendum matrimonium debet esse speciale cum expressione personæ, cum qua matrimonium contrahi debet, & non sufficit mandatum generale ad contrahendum cum quacunque, vt per Couar. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 8. Viuald. *in candel. aureo tit. de matrimon. num* 44. *vers. secundum.* Gom. de Leon. *resp.* 84. Rolan. *cons.* 26. *n.* 21. *vol.* 2. Ioseph Ludou. *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de mandato concl.* 1. *vers. duodecimo pag. mihi* 313. Tiraq. *de iure mariti gloss.* 3. *num.* 111. Fr. Emman. *quæst. Regul.*

tom.3.quæst.17.art.13. Chald. Pereira *in l. si curatorem verbo implorandum n.6.vers.facit, C.de in integ. restit. minor.* Flamin Parif. *de resignat.benefic. lib. 10. quæst.8. n.53.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo procurator num.33.* Sanch. *de matrimon. lib.2. disp.11.n.3. & 4.* Cened. *ad Sextum collect.3.n.2.* Rebello *de obligat.iustit.part.2.lib.2.quæst.5. num.1.* Camill. Boriell. *in summa decis.tit.66.num.162.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.1.compar.25.num.5.cum seqq.* vbi à *n.24.* subdit hodie nouo iure *Sacri Concilij Trident.sess.24.de reformat.matrim. cap.1.* sublata non fuisse matrimonia per procuratorem, & *num.65.* addit speciale esse in contractu matrimonij vt constitutio procuratoris ad illud
3 contrahendum libera esse debeat. Formam autem contrahendi matrimonium per procuratorem ponunt Gregor. *l.5.verbo con mandado tit.2.par.4.* Sanch. *d. disp. 11.num.6* Rebell. *d.q.5. num.16.*

4 Matrimonium sic per procuratorem contractum esse Sacramentum, & conferre gratiam, tradunt Cou. *d. part.2.cap.1.§. vnic. num.5.* Viuald. *d. tit.de matrim. num.43.* Perez. *lib.5.Ordinam tit.1.pag.2.* Angl. *in floribus Theolog.q.de essentia matrimon.fol.mihi 317.* Matien. *in rub.tit.1.glos.1.num.133, lib.5. nouæ recopilat.* Sanch. *d.disp.11.num.27.* Rebell. *d.quæst.5.n.3.* Franc. Molin. *d.compar. 25. num.61.*

5 *Et quamuis alias is qui constituitur ad negotia,* &c.] Ergo procurator ad matrimonium dicitur ad negotia constitutus, vt per Sanch. *de matrimon.lib.3.disput.41. num.8.*

6 *Non poterit deputare alium,* &c.] Notatur ad hoc quòd procurator cum speciali mandato ad contrahendum matrimonium constitutus non potest substituere, nisi expressè hoc in mandato contineatur, vt per Mozz. *de contract.in tit.mandati §.venio ad 4.num. 11. ad medium,* Sanc. *de matrimon.lib.2.disp.11.num.5.* Rebell. *de obligat.iustit.part.2.quæst.5 num.1.* Franc. Molin. *d. compar.25 num.60.* Ratio est, quia in grauibus, & arduis censetur electa industria personæ, in qua specie substitutioni locus non est, vt obseruat Menoch. *de præsumpt.lib.2.præs.38.à.princ.*

7 *Si ad negotia,* &c.] Notatur ad hoc quòd procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest illud contrahere post mandatum reuocatum, quamuis reuocatio ipsa ad notitiam procuratoris non peruenit, vt per Felin. *in cap.ex parte Decani n.9.cum seqq.de rescript.* Mozz. *de contract.tit.de matrimon.§.de naturalibus matrimon.num.32.* Couar. *de sponsal.p.2. cap.4.num.9.* Burg.de Pace *cons.6.num.8.* Cened. *d. collect.3.num.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.63. num. 37. cum seqq.* Francisc. Molin. *d. compar. 15. à num. 13.*

8 Quodquidem speciale est in matrimonio contra iuris regulam, quæ dicta procuratorem constitutum ad negotia certiorem faciendum esse de reuocatione, vt ea probat *Clem.vnic.de renunciat. d. cap. ex. parte. de rescript. l. si mandassem, ff.mandati, l.1. §. fin. ff. de contrah.empt.* Capt. *tom.1. commun. opin. lib.2.tit.8. num.90.& n.100.* Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 25.num. 12.* Gonzal *ad reg.8. Cancel.glos.63. n.51.* Stephan. Gratian. *discept.forens.c.18.à.n.37. & c.191. num. vlt.* Camill Borell. *in summ. decis.tit.56.à n.379.* Ratio verò specialitatis est, quia in cæteris contractibus potest ius supplere consensum contrahentium, illisque renitentibus dominium transferre, in matrimonio autem minimè potest, nam cùm ex reuocatione planè colligatur deficere consensum constituentis sine quo matrimonium consistere nullo modo potest, *cap.gemma, cap.cum locum, de sponsal.* consequēs fit matrimonium postea subsequutum nullius esse momenti, vt optimè obseruant Sanch. *de matrim. lib.2. disp.11.num.6.* Rebell. *de obligat.iustit. part.2. lib. 2. quæst.5.num.1.* Franc. Molin. *d. compar. 25. n. 16. cum seqq.& num.19.* subdit sibi veram videri rationem quòd matrimonium consensu vero, & proprio contrahentis perficiatur, & quoties concurrunt consensus procuratori datus, & consensus proprius, quo quis contrahit matrimonium, proprius hic domini constituentis vt verus prævalere debet alteri procuratoris ficto, prævalet enim fictioni veritas, *l.filio, quem pater. ff.de liberis, & posthum.*

In glos. *Reuocatus* ibi, *quod si iurauerat dominus non reuocare,* &c. Notatur ad hoc quòd procurator, constitutus in qualibet materia cum iuramento de non reuocando, potest non obstante iuramento reuocari, vt per Boër *decis.207.n.1.& 2.* Rot. Bononien. *decis. 49. n.2.* Rebuff. *in praxi benefic.tit.forma Vicariatus num.193.* Nauar. *in tract.de alienat.rerum ecclef. num. 14.* Tiraquel. *de iure primogen.quæst.78.* Spin. *in Speculo testam. glos.4.princip.num.76.* Flamin. *de resignat. benefic.lib.9. quæst.31.num.2.* Fr. Emman. *in explicat.Bullæ Cruciatæ part.2.in addit.ad §.9.pag.163.* Gutier. *de iuram.confirmat.part.1.cap.1.num.80.& 84.* Chald. Pereira *de empt.c.30.n.35.* Sanch. *de matrim.lib. 2. 11. n. 8. & lib.6 disput.13.* infinitos propemodum refert Cened. *d.collect. 3.num.4.* 9

De his, quæ vi, metúsve causa fiunt.

Tit. XX.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio. vel reuocatio per vim extorta non tenet, & extorquens excommunicatus est ipso iure, & n. 2.*

3 *Dominus temporalis si iniusto metu compellat iudicem vt absoluat denūciatos de interdicto aut vt relaxet interdictum loci incurrit excommunicationē Papæ reseruatam.*

4 *Metus annullat sententiam iudicis. qui propter metum illam tulit.*

5 *Metus est trepidatio mentis instantis.vel futuri periculi causa.*

6 *Metus debet esse præsens licèt futurum sit periculum.*

7 *Metus vt excuset, vel rescindat actum, debet esse iustus, cadens scilicet in constantem virum, & non vanus.*

Cap. Absolutionis. Vnic.

Greg. X.

REVOCATIO, vel absolutio ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto per vim. vel metum extorta non valet, & qui inferunt vim, sunt excommunicati. Colligunt ex Ordinar Lapus, Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Viuian. *in rationali lib.1.pag. 542.* Alagona *in compendio pag. 189.* 1

Hanc eandem conclus. quoad secundam eius partē ex hoc textu desumunt Henriq. *in summ.lib.13.c.30. §.1.lit.G.* Soar. *tom.5.disp.4.num. 11.* Gamb. *de casibus reseru.c.10.num.7.in princip.* Rainer. *de censuris extra Bullam, c.9.excommun.48.* Filliuc. *tract.14. n.53. vers. sexta, & num.59.* ego ipse *de offic. Episcopi p.3. alleg. 50.n.206.* secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonac. *de censur.extra Bullam disp.2.q.2.puncto.15.* 2

Sen

3 *Seu etiam interdicti*, &c. Notatur ad hoc, quòd si dominus temporalis iniusto metu compellat iudicem vt absoluat denunciatos de interdicto, aut vt relaxet interdictum loci, incurrit excommunicationem reseruatam Papæ, vt per Henriq. *d. lib. 13. cap. 43. §. 3. lit. G.*

4 *Ab excommunicationis sententia*, &c.] Ergo metus annullat etiam sententiam iudicis, qui propter metum illam tulit, ex allegatis per Bart. *cons. 60. num. 5. lib. 1.* Sebast. Medices *de casibus fortuitis part. 1. quæst. 7. num. 7. vers. his præmissis*, quos refert Farin. *fragment. crimin. part. 2. lit. M. num. 44.*

5 In glo. *Vim*. ibi, *metus autem est trepidatio mentis instantis, vel futuri periculi causa*. Hanc metus definitionem referunt, & sequuntur Calderin. *cons. 102. n. 2. in fine*, aliàs *cons. 1. quod metus causa* Socin. iun. *consil. 77. n. 67. lib. 1.* Couar. *de sponsalib. part. 2. c. 3. §. 4. nu. 1.* Sebast. Medic. *in tract. de casibus fortuitis part. 1. quæst. 7. num. 3. & 4.* Mascard. *de probat. conclus. 1952. num. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disput. 1. num. 7.* vbi huius diffinitionis verba explicat, & declarat.

6 In ead. glos. ibi, *& exigitur quòd præsens sit metus, licèt futurum sit periculum* Ita Sebast. Medices *d. quæst. 7. n. 2. ad fin.*

7 In glos. *Subiacere*. ibi, *quod si compulit per vanum metum*, &c. Notatur ad hoc, quòd vt metus excuset, vel rescindat actum, debet esse iustus, cadens scilicet in constantem virum, & non vanus, vt per Dec. *in l. in omnibus causis n. 2. ff. de regulis iuris*, Ias. *in l. interpositas num. 3. vers. non ergo quilibet metus, de transact.* vbi etiam Curt. iun. *num. 15.* Ioan. Sichard. *num. 2. vers. debet autem esse talis metus*, Boët. *decis. 100. n. 2.* Sebast. Medices *d. quæst. 7. num. 4.* Sanch. *d. lib. 4. disput. 1. n. 9.* vbi propterea dicit metum cadentem in virum constantem in iure quandoque vocari iustum, & è contra iniustum, quandoque probabilem, & è contra improbabilem siue vanum, & latissimè Farin. *fragment. crimin. part. 2. lit. M. num 63. cum multis seqq.* vbi latè quando metus dicatur iustus, cadens in constantem virum.

De Restitutione in integrum.

Tit. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa suadeat.*
2 *Ecclesia cōpetit remedium restitutionis in integrum.*
3 *Ecclesiæ appellatione in proposito veniunt generaliter omnes etiam inferiores, & non Cathedrales.*
4 *Pia loca, & Ecclesia quoad iuris effectus æquiparantur.*
5 *Hospitalia, & confraternitates in quibus opera charitatis, & pietatis exercentur, dicuntur opera pia.*
6 *Ecclesia potest in integrum restitui aduersùs sententias quascunque tam diffinitiuas quàm interlocutorias contra se latas.*
7 *Ecclesia, seu maior potest restitui aduersùs sententiam latam in possessorio iudicio.*
8 *Ecclesia restituitur etiam contra sententiam, quæ aduersùs Prælatum in causa, vel nomine ipsius Ecclesiæ lata fuerit.*
9 *Instrumentorum de nouo repertorum prætextu potest Ecclesia aduersùs sententiam in integrum restitui.*
10 *Restitutione in integrū pendente aduersùs sententiā contra Ecclesiam, seu minorem latam, non debet huiusmodi sententia interim executioni mandari, nisi restitutio malitiosè fuerit implorata ad protelandam executionem sententiæ, vt num. 11.*
12 *Restitutio in integrum conceditur Ecclesiæ aduersùs contractus.*
13 *Restitutio in integrum competit Ecclesiæ, & minori aduersùs emptionem & venditionem, etiam factā sub hasta publica.*
14 *Restitutio in integrum competit Ecclesiæ, & minori aduersùs quasi contractus, & obligationes ex illis descendentes.*
15 *Prælatus Ecclesiæ nomine restitutionem in integrū petere debet, vel alius de Ecclesia, si ipse Prælatus ex aliqua causa repellatur.*
16 *Prælato Ecclesiæ, seu alij de Ecclesia tunc demum ad restitutionem in integrum impetrandam nomine Ecclesiæ admittuntur, quando illa in se, aut in bonis suis læsa fuerit, secus si ipsi Prælati in se lædantur, aut in bonis proprijs.*
17 *Restitutio competit Ecclesiæ, sicut & minori intra quadriennium.*
18 *Quadriennij statutum concessum Ecclesiæ, & minori ad restitutionem petendam, lapsum esse tenetur in dubio probare aduersarius, nisi Ecclesia, vel minor contendant illud de iure non potuisse currere.*
19 *Quadriennium iure statutum ad causam restitutionis in integrum solum currit negligentibus, non verò legitimè impeditis*
20 *Tempus continuum quod dicatur, ostenditur.*
21 *Quadriennium restitutionis est vtile à principio, continuum verò in progressu.*
22 *Quadriennium restitutionis non currit Ecclesiæ, seu minori probabiliter ignoranti, sed tantum à die scientiæ numerari debet.*
23 *Quadriennio elapso ad restitutionem petendam non est Ecclesia ad illum admittenda etiam per viam exceptionis, vel replicationis.*
24 *Restitutio Ecclesiæ non conceditur aduersùs quadriennij lapsum, & etiamsi agatur de causa beneficiali, vt num. 25.*
26 *Restitutio in integrum post quadriennium concedi potest à iudice ex rationali causa.*
27 *Causa rationabilis, & iusta ad restitutionem petendam post quadriennium quæ sit, relinquitur arbitrio iudicis.*
28 *Restitutio indulgetur post quadriennium stante enormissima læsione, & infra quod tempus prætextu huiusmodi læsione, concedenda sit, ostenditur num. 29.*
30 *Ecclesia fungitur iure minoris.*
31 *Præscriptiones temporales breuis vel longi temporis aduersùs Ecclesiā currant cū remedio restitutionis.*
32 *Ecclesiæ competit restitutio in integrum iure minoris aduersùs præscriptiones longissimi temporis*
33 *Ecclesiæ competit restitutio aduersùs contractus, licèt illis Prælati iuramentum interueniat de non contraueniendo, & quid in minore, ibid.*
34 *Ecclesia est audienda omni tempore aduersùs sententiam nullam.*
33 *Quadriennium restitutionis est statutum non solùm ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis.*
36 *Quadriennij lapsus non nocet si per iudicē, vel aduersariū steterit quominus causa intra illud finiatur.*
37 *Tempus nullum præfinitum esse Ecclesiæ ad restitutionem petendam quidam malè existimarunt.*
38 *Ecclesia restituitur omni casu in quo læsa fuerit.*
39 *Dictio, semper, idem significat quod omni casu.*
40 *Declaratur text. in cap. cùm litteris, hoc tit. in Decretalib.*

41 *Prauaricator quis dicatur, ostenditur.*
42 *Dolum qui allegat, probare debet cum non præsumatur.*
43 *Commentum unde dicatur, ostenditur.*
44 *Commentitium aliquando idem importat quod recens, nouum, & excogitatum, non translatitium.*
45 *Quadriennium restitutionis non currit Ecclesiæ quandiu viuit Prælatus à quo ipsa læsa fuit.*
46 *Quadriennium restitutionis non computatur Ecclesiæ quando illa interea frequens, & repentina Prælatorum mutatione pulsa fuit.*

CAP. Ecclesia. 1. Greg IX.

1 ECCLESIA post quadriennium non admittitur ad petitionem beneficij restitutionis in integrum, nisi rationabilis causa iudici hoc persuadeat, vt si manifestè probetur fraus, vel præuaricatio super hoc. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Butr. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 552. Alagona *in compend. pag.* 193. remissiuè Casal. *in annot.* & Xunen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Ecclesia*] Probat ergo text. hic Ecclesiæ competere remedium restitutionis in integrum, in idem sunt text. *in cap.* 1. *& in c. auditis, cum aliis sup. hoc tit. Clem. vnic. inf. eod. gloss.* 2. *in l. Respubl. C. ex quibus causis maior.* glos. *verbo annorum in auth. de ecclesiast. tit. §. pro temporalibus collat.* 9. tradunt vtrobique Doctores communiter *glos.* 4. & omnes *in d. cap.* 1. *sup. hoc tit. in Decretal. lib.* vbi post alios Berot. *n.* 1. *&* 3. Mantu. *n.* 3. *&* 4. Mench. *vsufreq. cap.* 9. *n.* 1. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus n.* 60. Morl. *in emporio iuris tit.* 5. *in prælud. num.* 9. *vers. sexto.* Molin. *de iustit. tom.* 2. *disput.* 574. *num.* 1. *&* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 601. *numer.* 35. *cum seqq.* éstque indubitata conclusio, ex citatis à Sfort. *in tract. de restitut. in integ. qu.* 3. *art.* 4. *per totum.*

3 Ecclesiæ appellatione in proposito veniunt generaliter omnes etiam inferiores, & non Cathedrales, vt per Card. *in d. cap. auditis quæst.* 4. Fab. *in d. l. Respubl. C. ex quibus causis maior.* Item earundem Ecclesiarum capitula, vt per Abb. *in d. cap.* 1. *n.* 15. vbi Berot. *n.* 142. optimè declarat Sfort. *d. quæst.* 3. *num.* 22. Ac denique comprehendi cætera loca pia, de quibus licèt non reperiatur specialiter in iure cautum, prout in Ecclesia, militat tamen in illis eadem ratio, & insuper quia priuilegia Ecclesiarum, quale hoc censetur, cæteris locis piis communicata dicuntur, iuxta text. *in omnia priuilegia* 32. *C. de Episcop. & cler.* Vnde quoad iuris effectus pia loca, & Ecclesiæ æquiparantur, vt bene deducitur ex text. *in cap. requisisti, vers. secus autem,* ibi. *aut aliis piis locis, de testam.* tradunt in specie Doctores communiter, vt per Abb. & Berot. *vbi proximè n.* 141. Franch. *hic num.* 4. Anch. *n.* 4. Roman. *sing.* 272. Tiraq. *de priuilegiis piæ causæ priuil.* 138. Cost. *in cap. si pater* 2. *par. verbo ipsis pauperibus n. num.* 4. Molin. *d. disp.* 574. *num.* 2. plures de quibus Chald. Pereira *d. verbo Minoribus num.* 63. Sfort. *d. quæst.* 3 *art.* 4. *n.* 26.

4 (Margin number beside the line "priuilegia 32. C. de Episcop. & cler. Vnde quoad iuris ef-".)

5 Idem ex prædictis rationibus admittentes in hospitalibus, confraternitatibus laicorum, & aliis similibus communitatibus, in quibus opera charitatis, & pietatis exercentur si fuerint Episcopi auctoritate constructæ, quia tunc propriè dicuntur loca pia, iuxta text. *in cap* 4. *de relig. domib.* glos. *verbo altaria in clem. quia contingit, eod. tit.* multis comprobant Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 29. Valasc. *consult.* 105. *num.* 5. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 4. *lit. H. conclus.* 159. *à n.* 1. *& conclus.* 163. *num.* 6.

Ad retractandam sententiam,] Notatur hic text. 6
iunctis verbis sequentibus ad hoc, quòd Ecclesia potest restitui aduersùs sententias contra se latas, consonant text. *in cap tum ex literis* 5. *& in cap. suscitata* 6. *sup. eod.* tradunt Sfor. *in tract. de restitut. in integ. q.* 72. *per totam,* Morl. *d. tit.* 5. *quæst.* 3. Gam. *Lusit. decis.* 110. *n.* 6. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ tit. de restit. art.* 1. *à n.* 20. Anton. Gom *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *vers. vndecimo.* Chald Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, à num.* 17. qui quidem licèt pro indubitato hoc admittant in sententia diffinitiua, in interlocutoria tamen controuersum est an aduersùs illam restitutio Ecclesiæ, seu minori concedatur, vt per Sfort. *quæst.* 68. *art.* 1. *per totam;* nam Innocen. *in cap. coram, sup. hoc tit.* vbi Card. *quæst.* Imol. *num.* 8. simpliciter tenuerunt nequaquam concedi, eo quòd talis sententia leuis sit præiudicij, succedátque proinde reg. *l. scio* 4. *ff. hoc tit. l. si ex causa* 10. *in fine princ. l. pen. ff. de minorib. l.* 1. *C. si aduersus vendit. pign.* iuncta resolutione *glos.* 2. *in cap.* 1. *sup. eod.* quam sequuntur plures congesti per Gab. *commun. sub hoc tit. conclus.* 1 *n.* 1. Chald. Pereira *verbo vel aduersarij dolo n.* 7. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit par.* 1. *c.* 1 *num.* 26. contendentes pro modica læsione restitutionem denegari, quibus adde plures alios citatos à Sfort. *quæst.* 4 *num.* 105. *vers. in contrarium.* Verùm contrariam opinionem, immo quòd aduersùs interlocutoriam competat etiam restitutio, probatur *glos.* 1. *ad finem in l. vlt. C. si minor se maiorem dix,* vbi sequuntur Doctores communiter, Bart. *in l. diuus n.* 6. *ff. hoc tit.* Albert. *in l. minor. autem, num.* 4. *ff. de minor.* & satis Domin. *in præsenti num.* 5. Franch & Anchar. *num.* 4. Sfort. qui inter magnum, & modicum præiudicium distinguit, *d. quæst.* 68. *à num.* 4. expresséque probatur. *in d. cap. coram,* ibi, *interlocuti fuimus,* & confirmatur, quia etiam in illa potest considerari læsio, quæ qualiscunque sit etiam modica sufficit ad restitutionem, iuxta reg. *l. minoribus* 6. ibi. *aliquid, ff. de minorib. l. si proprietarius* 22. *in fin. princip. ff. de damno inf.* & sententia *glos.* 3. *in l.* 2. *C. si aduersus vendit pign.* receptam communiter ex Legistis secundùm Cost. *in §. & quid si tantum p.* 2. *ex num.* 79. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 11. Pinel. *d. n.* 26. & alios de quibus Sfort. *d. quæst.* 4. *num.* 105. *vers. tertio,* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib.* 21. *c* 9. *col. pen. & c.* 12. *vers. nono,* qui omnes constanter defendunt ad restitutionem concedendam nihil referre verùm magnum, vel paruum sit minoris, seu Ecclesiæ præiudicium, rectè interpretantes text. *in d. l. scio,* vt non simpliciter in modicis restitutionem neget, sed in satis minimis nec etiam in his absolutè, sed ita demum quando maiori summæ præiudicatur, quod quid valeat explicat idem Donel. *d. vers. nono.* Cæterùm verò iura facilè intelligentur si aduertamus aliquas nihilominus reperiri species exceptas, in quibus ob speciales rationes non aliter restitutio conceditur quàm si magna interueniat læsio, quarum prima est in pignore iudiciali distracto propter auctoritatem magistratus, de qua intelligenda est *d. l. si ex causa* 9. Secunda in pignore conuentionali, quod creditor iure creditoris distraxit, de qua loquitur *d. l.* 1. *C. si aduersus vendit. pignor.* Tertia denique in venditione rei minoris, quæ seruando seruari nequit, de qua intelligendus est text. *in d. l. ben.* vbi optimè *glos.* 1. *in* 2. *intellectu ff. d minor. in d.* *sta l. ait. prætor* 7. aliàs *l. etsi sine §. quæsitum in fine, eod. tit.* sentit. Donel. *d. cap.* 9. *colum. vltim. ad finem,* quamuis aliter ratiocinetur Anton. Fab. *in rationali vtriusque legum.*

Primò ampliа Ecclesiam, vel minorem posse resti- 7
tui aduersùs sententiam latam in possessorio iudicio, quæ interlocutoria est, iuxta text. *in c. vlt. vers. de possessione* 2. *quæst.* 6. nam quamuis talis sententia propter
decisio

decisionẽ l.vnica C.si de moment. possess. leuis præiudicij dicatur, quod procedit habito respectu ad causam dominij, cuius respectu momenti solet appellari, c.1. ibi, tam momenti, quàm proprietatis, de causa possess. nam quoad se magni momenti censetur, ex reg. §. commodum, Instit.de interdict. atque ita in illa locum habere debet regula generalis nostri text. cum similibus; ex quibus prædictam resolutionem respondens fundamentis contrariis probauit optimè gl. vlt.in d.l.vnic. C. si de mom.possess. vbi Bart. Bald. Alberic.num.3 Salicet, colum 3. sequuntur Domin.in præsenti num.6.Franc.& Anch.num.4. Zuchard.in l.fin.num.450.C.de edicto D. Adriani, Rebuff tom. 1 ad leges Galliæ tract. de restitut. art 2.gloss. 1.in fine, Molin. de primog.lib.3.cap.13. num.64.Gutier.practic.lib.2.quæst.88.num.2.& in possessorio retinendæ amplectitur latissimè disputans Menoch.remed.3.retin.ex num.851.vsque ad num.866. & in iudicio adipiscendæ idem Menoch. remed.4. adipisc.num 906.eleganter Sfort. de quæst.68.art.6.per totum.

8 Secundò amplia Ecclesiam non modò esse restituendam contra sententiam aduersùs se latam. sed etiam contra illam, quæ aduersùs Prælatum in causa, vel nomine ipsius Ecclesiæ lata fuerit, vt probat expressè text.in l.vlt.C.si aduersus rem iudic. iuncta æquiparatione, quæ inter minorem, & Ecclesiam, tutore, & Prælatos iure constituta reperitur, notant. glos.vlt. Bart.& Paul.ibi num.1. Duaren. eod tit.col. 2. Maurit.de in integr.restitut.c.201. Sfort.q.72.num.20.

9 Tertiò amplia etiam prætextu instrumentorum de nouo repertorum posse Ecclesiam aduersùs sententiam in integrum restitui, vt vltra generalem reg. huius text. deduci videtur ex cap.cùm olim il.2. vers.nos igitur iuncta gloss. verbo de gratia de priuileg. notantque Doctores communiter post gloss. verbo publico in l. Imperatores, ff de re iudic. & verbo graue in l.sub specie C. eod tit. Domin.in præsenti num.vlt. Anton.in d.cap.cùm olim num.45.& 58.omnes in d.l.Imperatores vbi Ias.n. 8. Donel.col.2. Sfort.quæst.75.num.7.Ceuall.communium contra communes tom.3.quæst.840.n.43.

10 Quartò amplia adeò Ecclesiæ, seu minori restitutionem in integrum contra sententiam iure concedi, vt illa opposita. & pendente nõn debeat interim sententia executioni mandari, vt bene deducitur ex æquiparatione, quam inter appellationem, & restitutionem facit text.in l.si causa cognita 32. vbi in specie post alios Padil.num.5. C. de transact. iuncta reg.l. 1.ff.nil. nouari appell.pend. & ex decisione text.in l.vnic. C.in integ.restit.postul.ne quid noui fiat, cuius argumento ita originaliter docuit gloss.ibi verbo restitutione, & verbo debere, probat text. in l.pen.iuncto summario Bart. ff.de auctor. tutor. Couar.pract. cap.25. num. 7.Franc. Marc. decis.53.num.7.cum seqq.part. 2. Lancellot.de attentat. part.2.c.18.num 10.cum sequent.Morl.in emporio iuris part.1.tit.5.quæst.3.num.17.cum sequen. Chald. Pereira in l. si curatorem verbo per quod pristinum num. 18.cum seqq. Sfort. de restit.q. 43.a n.2. Valasc.de partit.c.39. num.43.cum seqq.

11 Limita tamen vt supradicta non procedant casu, quo restitutio maliriosè fuerit implorata ad protelandum executionem sententiæ, tunc enim per illam nequaquam suspenditur, vt est text. qui in hoc casu procedit, & quem Doctores magis communiter sic intelligunt, in cap.suscitatu, vers.nos, hoc tit. vbi glos.verbo pensata, & ibi omnes gloss.verbo tenebit in cap.super eo, de offic.deleg. Chald. pereira d.verbo per quod pristinum à n.27.Lancel.d.c.18.n.55.cum seqq.Lancel.Sfort. d.quæst.43.a num.69.& 76.Valasc.d.cap.39.a num.49. Morl.d.quæst.3 num.18.

12 Vel contractum.] Collige ex text. non solùm contra sententiam, sed etiam aduersùs contractus restitutionem in integrum Eclesiæ concedit, vt notant Host. hic num.5. Franc. & Domin.num.2.glos.verbo restituimus in fine, in cap. auditis sup. hoc tit. Redoan. de rebus Eccles.non alienan. tit.de restitut. in integr. in princip. num.11. & vltra text.in cap.1.sup.hoc tit. vbi optimè Beroi num.1. Mantu.num.4. deducitur ex generali reg. Iureconsulti in l. ait prætor 7.in princip.ibi, siue contractus sit ff.de minor. vbi in minore ita agnoscunt Bart. Fulgos.Eguinar.Cuiac.& alij.

13 Primò igitur ex dictis infertur aduersùs contractum emptionis, & venditionis Ecclesiæ, sicut & minori restitutionem in integrum competere, notat in Ecclesia glos.hic verbo contractum, in princ.text. secundùm intellectum glos.1.ibi in c.1.sup. hoc tit. vbi post alios Beroi.num.1. Redoan. d.tit.de restitut.in integ.in princ.n.11. Et in minore d. l. ait prætor, in princip.vers. proinde, l.pueri 28.§.si pecuniam vers.prædium cum sequentib.l.si in emptione 36.l.penult.ff.de minorib.l.vlt.C. si aduersus vendit.tradunt Gomez.tom.2. var.cap.14. num.1.latè Sfort.de restitut.quæst.53. per totam, ampliantes procedere non solùm quando Ecclesia, & maior læsi fuerunt in emenda, seu vendenda, re ipsa, quam scilicet emere, aut vendere non expediebat, iuxta terminos text.in l. si sine §. interposito, vbi notat Bart. ff. de administ. tutor. sed etiam vbi tantummodo in pretio, seu valore rei læsio interuenit, iuxta text. in d.§. si pecuniam, vers.prædium, & vers.item ex diuerso, cum simili. Ampliat quoque vt procedat etiam in emptionibus, & venditionibus factis sub hasta publicã, aduersùs quas minorem, & Ecclesiam posse restitui deducunt ex l.si in emptionem 36. ff.de minorib. & ex text.expresso in l.ait prætor 7.§.hodie, vers.quæsitum, aliàs l.etsi sine 8. in princ.ff. eod tit. vbi post antiquiores notant Cuiac. & Eguinar, éstque doctrina Bart. in l. si temporis num. 7. vbi Rebuff. Plat. & alij C. de fide, & iure hastæ fisc.lib. 10. quem refert & sequitur Sfort.quæst.57.num.vlt. cum aliis, quæ in proposito congerunt Chald. Pereira verbo vel aduersarij dolo num. 3. Valasc. concil. 109. per totam, Morl.d. titul.5.quæst. 1. num 46. Auil.ad cap. 32. Prætorum num.11.

14 Secundò infertur quòd aduersùs quasi contractus, & obligationes ex illis descendentes Ecclesiæ, & minori in integrum restitutio competit, vt benè deducitur ex generali reg. l.ait prætor.in princ.ibi, siue contractus sit, siue quid aliud, l.non omnia 45.ff.de minor. notat Donel. comment.iuris Ciuilis lib.21.c. 8.vers.sic ergo, & prosequitur vltra alios latè Sfort quæst.65.per totam, vbi num.25. ponit exemplum in Ecclesia, quæ aduersùs electionem de suis Canonicis non factam poterit restitui.

15 Postulat se admitti.] Intellige per prælatum, qui appellatione Ecclesiæ in proposito continetur, quia cùm illa tanquam persona ficta hoc per se facere non possit, Prælatus ipsius nomine restitutionem petere debet, vel si illa ex aliqua causa repellatur, vt quia inhabilis, aut quòd lis cum ipso vertatur, per alium de Ecclesia, seu curatorem peti debet, vt bene declarant glos. hic post casus positionem, notab. vlt. glos. 2.in Clement.vnica, inf. hoc tit. Franch.hic num.1. Hostiens. 6. Anchar. notab. 3. Domin. num. 1.& 6. vers.quæro per quem, Sfort.quæst.31.num. 19.cum seqq. Redoan. de rebus Eccles. non alienan. quæst. de restitutionib. in integr. §. num. 2. addentes Prælatum ad hanc restitutionem impetrandam admitti etiam sine speciali mandato, vt vltra glos.2.& modo citatos concludunt Specul. hoc tit.§.2. num. 22.Abb.in cap.suscitata num.6.& ibi Card.quæst. 2.sup hoc titul. Couar.lib.1. var.cap.6. num. vlt vers.9. Maurit. in tract. huius tit. c.27.

cap.27. num.3.cum seqq. Sfort. *d.loco num.33.* Ad quam quidem restitutionem in integrum impetrandam nomine Ecclesiæ Prælati, seu alij de Ecclesia tunc demum admittitur quando illa in se, aut bonis suis læsa fuerit, secus si ipsi Prælati in se læduntur, vel in bonis propriis, tunc enim prædicto beneficio non gaudere docet notabiliter *d.gloss.2.in d. Clem.vnic.inf.hoc.tit.* vbi Card. *num.14* Abb. *num.10. cum seqq.* Berot. *inc.1. sup.eod.num.142* Redoan. *d.§.1.num.9.* Couar. *d.lib.1. c.4.num.3.* Sfort. *quæst.3.art.8.*

16 *Si quadriennij spatium,* &c.] Notatur ad hoc, quòd restitutio competit Ecclesiæ, sicut & minori intra quadriennium, vt per Gregor. *l.8. verbo quartonuno, tit.19.part.6.* Vincēt. de Franch. *Neapol.dec.206.n.20.* Surd. *decis.136.* Sfort. *part.1.quæst.10.* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib.21.cap.5.col.fin.& c.9.* Chald. Pereira *quæst forens.lib.1.quæst.22.n.10.* Bernard. *reg.653.* Mascard *de probat.conclus.1276.* Morl. *d.tit.5.quæst.5.* Baptista Costa *de facti scientia & ignor. cent.2.dist.59.n.6.* Cardos *in praxi iudicum, & aduocat. verbo Restitutio num.5.*

17 Aduertere tamen oportet, quòd lapsus quadriennij in Curia non attenditur, vt sæpissimè fuit dictum in Rota, & signanter *in Bergomen legati 15. Nouembris* 1610. corā Reu. Attrebaten. & *in Adrien. iurisdictionis 27. Iunij* 1622. coram R.P.D. meo Pitouanò, & *in Romana restitutionis in integrum 20. Maij* 1624. *& 18. Aprilis* 1625. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & apud Buratt. *decis.452.num.7.& decis.604. num.13.*

18 *Postea sit lapsum.*] Quod quiden quadriennij spatium lapsum esse tenetur in dubio probare aduersarius, neque Ecclesia, aut minor adstringuntur ostendere se esse adhuc intra tempora restitutionis, vt bene deducitur ex *l.si minorem, vers.& temporu C.hoc tit.* per quem ita est magis communis Doctorum sententia ex pluribus de quibus Sfort. *quæst.39.art.1.vers. in contrarium,* Mascard. *de probat concl.1276.num.2.& concl.1282.per totam,* Chald Pereira *in d.l.si curatorem. verbo infra legitimum n.19.vers.sed contrariam,* Morl. *d.tit.5.quæst.10.num.3.* ex quibus Sfort. *d.art.1.* & Mascard. *d.conclus.1282.* eleganter aduertunt quòd si à parte rei constet quadriennium lapsum esse, Ecclesia autem vel minor contendant illud de iure non potuisse currere propter impedimentum, quod suberat vel si currit, ex aliqua tamen rationabili causa, adhuc post illud restitutionem concedendam esse, onus probandi hoc iisdem incumbere, vt tenuit Card. *in cap. tum ex litteris opposit. 2. in fine sup. hoc tit.* secundùm quæ declarandus erit text. noster *in vers.nisi* ibi *probetur,* intelligendo scilicet per Ecclesiam, vt sentit glos. *ibi,* & expressè Monach. *num.4.*

19 *Et negligentes omiserit,* &c. Notatur ad hoc, quòd quadriennium iure statutum in causa restitutionis in integrum solùm currit negligentibus, non verò legitimè impeditis, qui negligentes nequaquam dici valent, vt per glos. *verbo quadriennij,& verbo causa, in presenti,& ibidem* Hostiens. *num.6.* Domin. *n.6.* Franch. *num.8.& 9.* Redoan. *de rebus Eccles.non.alien.q.23.de restit.in integ.§.1.n.10.* Chald. Pereira. *in l.si curatorem verbo infra legitimum num.3.cum.seqq.* Sfort. *q.18.num. 36.cum seqq.& q.20.à num.32.*

20 Non obstat quòd huiusmodi quadriennium est continuum, ex *l.vlt. C.de tempor. in integr. restitut.& Clem.vnic.inf.eod.* & continuum tempus illud dicitur quod omni tempore, & omnibus currit, etiam legitimè impeditis, & in hoc à tempore vtili discriminatur quod neque tempore impedito, neque impeditis cedit iuxta text. *in l.1. ff.diuers.& temp. præscript.& in l.vlt.C.de præscrip.long.temp.* notant. in specie glos. *verbo continuum in d.Clem. vnic.* vbi Imol. *n.16. cum duobus seqq. & verbo supernacuam in d. l. C. de tempor. in integr. restitut.* eandèmque differentiam recipiunt communiter Doctores, vt post antiquiores traducit Bard. *de tempore vtili, & continuo c.2.num.6.cum seqq.* Sfort. *d.quæst.19.à num.13.* Bald *de præscript.2.part.4. quæst.6.n.3.* Card. Tusch *pract. conclus.tom.8.lit.T,conclus.33.* Quia respondetur quadreinnium testitutionis 21 esse quidem vtile à principio, ita vt non incipiat currere nisi omni impedimento cessante, postquam verò incepit & ita in progressu continuum esse, vt vtrumque probat text. sic intelligendus *in d.vlt. C.d. tempor.in integ.restitut.* ibi, *continuum,* & ibi, *ex die ex quo annus vtilis currebat,* iuncto *vers.& quemadmodum,* vsque ad finem, Fab. *in ration.l. intra vtile, in princip.ff. de minorib.* Chald. Pereira *d.verbo infra legitimum n.3.* Cardin. Tusch. *lit. R.concl.398.num.9.& 16.* & in hoc sensu accipi debet text. *in d.Clem.vnicu,* ibi, *continuum,* vbi Card *num.28.& 30.* quamuis gloss. *eodem verbo in fine.* contrarium incautè dixerit.

Vnde quadriennium huiusmodi non currit Ecclesiæ, seu minori probabiliter ignoranti, licèt per centum, aut plures annos steterit absque eo quòd restitutionem implorauerit, sed tantùm à die scientiæ numerari debet, vt satis deducitur ex decisione huius text. ibi, *negligenter omiserit,* vbi Prob. *ad Monach n.8. & 12.* & fuit originaliter celebris sententia Baldi *in l.falsam num.3.C.si ex falsis instrum.* quam sequuntur Menoch. *remed.15.recuper.n.115.cum seqq.* Surd. *cons. 576.num.13.* Caputaq. *decis.418 num.6.p.2.* Marescot. *var.resolut.lib.2.cap.98.n.9.* Giurba. *Sicilin decis.106. num.10.* Chald. Pereira. *de verbo infra legitimum num.3* Card. Tusch. *d.concl.298.n.9.19.& 43.* Simoncel. *de decretis lib.3.tit.9.num.6.* & infiniti alij relati per Sfort. *quæst.29.num.38.vers.in contrarium,* inde aduertentes nullo etiam longissimo tempore præscribi huic iuri petendi restitutionem si per totum illud tempus probabilis durauit ignorantia læsionis, ne aliàs postea eueniat necessarium esse dare restitutionem huic ignoranti ex capite iustæ ignorantiæ aduersùs lapsum quadriennij, & ita concedere restitutionem in integrum petendam contra reg. *l.interdum,* iuncta glos. magna *ibi ad med. ff.de minorib.* quamuis in hoc contrarium voluerit Couar *in cap almu mater part.3.§.3.in fine,& num.4.* Corn. *cons.244.num.3.lib.4.* & alij, de quibus Sfort. *vbi proximè num.38.* quorum sententia confunditur prædicta ratione, & ex eo, quia si tempus non incipit currere, ignoranti, quomodo præscriptio locum habere potest. 22

Sufficit tamen scientia procuratoris habentis speciale mandatum ad petendam in integrum restitutionem, qui si eam intra quadriennium non petierit, præiudicat domino, Corn. *cons.144.n.7* iuncto. *n.13.lib.4.* Rot. *decis.719.num.1.& 5.p.1.diuers.*

Ignorantia enim debet esse probabilis, ac omni ex parte excusabilis, nam sufficit scientia præsumpta & ex coniecturis etiamsi sint remotæ, Dec. *cons.436.n.9.* Odd. *d.quæst.20.n.45.cum.seqq.* Menoch. *remed.15.recuper.n.116.* Giurba. *Sicil.decis.106.n.10.ad fin.* Marescot. *var.lib.1.cap.16.num.2.* Rot *decis.387.n.3.cum seqq.p.1.diuers.* & *in Romana Saluiani coram Iusto,* impress. per Marches. *de commissionib.p.2.pag.148.sub n.2. vers.nec obstat,* & *in Florentina bonorum 17. Nouembris* 1595. coram bonæ mem. Card. Pamphilio sen.

Non est ad beneficium huiusmodi admittenda.] Primò 23 intellige, & amplia etiamsi Ecclesia ad huiusmodi beneficium restitutionis postulet se admitti per viam exceptionis, vel replicationis, iuxta terminos *l.nam postea §.si minor.ff.de iureiur, l.nec non. 28.§.exemplo.ff. ex quibus causis mai.* cum similibus, adhub enim in his

terminis

terminis elapso quadriennio audienda non est, vt vltra generalem regulam huius text. & Clem. vnic. inf. eod. probat expresse text. d. § si minor vers. præterea, vbi post. gloss. vlt. notant Paul. num. 1. Ias. num. 5. & 6. Curt. iun. 4. Signor. 10. cum seqq. Anch. num. 2. Franch. n. 7. hic. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 23. de restit. integr. §. 1. n. 14. Cou. pract. c. 25. n. 4. versic. vnde minor. comprobat late Chald. Pereira verb. infra legitimũ n. 15. Card. Tusch. lit. R. concl. 298. n. 88. sequuntur Sfort. cum pluribus a se citatis q. 19. n. 50. & q. 35. n. 41.

24 Amplia secundo vt nec per viam restitutionis integrum possint Ecclesia, vel minor post lapsum huius quadriennij audiri, vt bene notauit Franch hic n. 7. versic. & aduerte prim., Card. in d. Clement. vnic. num. 13. inf. eod. licèt enim verum sit illis posse restitui aduersùs lapsum temporis, in quo se læsi affirment, iuxta text. in d. Clement. vnic. gloss. hic verbo contractum, vbi notatur, nunquam tamen aduersùs lapsum huius quadriennij restitutio erit concedenda, vt satis deducitur ex d. Clement. vnic. ibi. & causa restitutionis huiusmodi. & ex eoque confirmatur, quia aliàs daretur restitutio ad restitutionem implorandam, & ita sequeretur processus in infinitum contra doctrinam gl. ff. vlt. ad finem in l. interdum, ff. de minorib. Morl. d. tit. 5. in prælud. n. 15. versic. minus obstat, & quæst. 5. n. vlt. versic. neque obstat. nonum.

25 Tertiò amplia, vt etiamsi agatur de causa beneficiali, adhuc post quadriennium restitutio concedenda non si, vt per Cassad. decis. 2. hoc tit. Anton. ad cap. audientiam colum 2. de rescript. Pute. decis. 63. lib. 1. in antiq. aliàs decis. 59. & seq. lib. 2. & decis. 370. lib. 2. in correctis Hieron. Gabr. cons. 184. n. 1. l. 2. Ludouic Gom. decis. 3. de restit. in integr. Rot. decis. 433. n. 2. lib. 2. & decis. 853. lib. 3. p. 3. diuers. Flamin. de resignat, lib. 3. quæst. 7. n. 83. cum seqq. quamuis per contrarium aduersùs sententiam latam in causa matrimoniali, vel simili, quæ non transit in rem iudicatam quocunque tempore etiamsi lapso quadriennio possit implorari, vt docent Felin. in cap. lator col. 5. in fine, de re iudic. & in cap. accepimus col. 2. de fide instr. Anton. in cap. ex parte. de restit. spoliat. quos sequitur Chald Pereira d. verbo infra legitimum n. 6. sentit Sfort. d. quæst. 19. n. 58. vbi à n. 31. plures limitationes cumulat.

26 Aut alia rationabilis causa. &c. Verba huius versic. nó reperiri in Extrauag. antiqua Gregorij IX. sed addita fuisse à Bonifacio putat gloss. hic. verb. aut alia; quicquid autem sit, hic textus expressè probat posse iudicem ex rationabili causa restitutionem in integrum post quadriennium concedere, vt notant communiter Doctores in præsenti, & in l. vlt. C. de tempor. in integr. rest. vbi Alberic. n. 3. & post alios Mench. illustr. lib. 1. c. 31. num. 25. Sfort quæst. 19. num. 65. & 82. Card. Tusch. lit. R. concl. 198. n. 73. & 79.

27 Quæ autem sit rationabilis & iusta causa, quæ superiorem mouere debeat, licèt certa regula tradi non possit, subindéque ipsius arbitrio sit relinquenda, cùm in iure expressa non inueniatur, l. 1. ff. de iure deliber. c. de causis, de offic. deleg. necessariò tamen huiusmodi arbitrium ad illas tantùm causas erit restringendum, quæ iustum importent impedimentum, propter quod Ecclesia vel maior non potuerunt debito tempore restitutionem implorare, vt aduertit Sfort. de quæst. 19. num. 83. & exemplificat optime gloss. vlt. hic, vbi inter alias causas numerat eminentissimum damnum, idest, enormissimam læsionem qua stante post quadrien-
28 nium restitutionem indulgeri cum eadem gloss. notant Prob. ad Monach. hic num. 10. cum seqq. Doctores communiter. in cap. ad nostram, per text. ibi, de rebus Eccles. non alien. & in c. tum ex literis. vbi post Ioan. Andr. Bellem. num. 2. & alios sub hoc tit. Couar. lib. 1. var. cap. 3. num. 19. Cost. in §. & quid si tantum part. 2. num. 80 cum seqq. Cassad. decis. vnica num. 5. de empt. & vendit. Alex. consil. 150. num. 6 lib. 7. Rot. decis. 247. in fine part. 4. diuers. Ioan Garc. de expensis. cap. 18. num. 36. Chald. Pereira in d. l. si curatorem verbo infra legitimum num. 9. Sfort. quæst. 19. num. 66. Card. Tusc. d concl. 298. num. 75. Buratt. decis. 414. num. 10 & decis. 452. in fine Giurba d. decis. 196. num. 12. Coccin. decis. 44. num. 7. & fuit dictum. in Romana restitutionis. in integrum 18. Aprilis 1625. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo.

Circa tempus verò infra quod elapso quadriennio 29
sit concedenda restitutio prætextu læsionis enormissimæ variant Doctores, alijs alium tantummodo quadriennium concedentibus, vt Xuar. alleg. 21. num. 4. alijs quadraginta annos, vt facit Ioan. Garc. d. cap. 18. num. 37. alijs denique triginta, eo quòd restitutio hæc officio iudicis expediatur, vt sentiunt Chald Pereira d. verbo infra legitimum num. 10 Bero consil. 177. num. 40. lib. 1. Cou. d. cap. 3. num. 12. Cost. d. part. 2. a num. 83. Morl d. tit. 5. in prælud. num. 16. in fine, Sfort. d. quæst. 19. num. 92. vbi agit quando prætextu alterius causæ restitutio post quadriennium fuerit concedenda, & a n. 89. tractat an sufficiat in proposito manifestè constare de læsione ad effectum vt iudex post quadriennium possit restitutionem indulgere, & a num. 86. quid dicendum tradit si ex consensu partium quadriennium prorogetur.

Datur etiam restitutio in integrum adhuc post quadriennium quando sententia est notorie iniusta. Cæs. de Grass. decis. 15. num. vlt. de præben. & fuit dictum in Prænestina bonorum 21. February 1614. coram Card. Saciato.

In gloss Ecclesia. ibi, quæ fungitur iure minoris. Hanc 30
regulam ponunt Bernard. vbi Salzed. reg. 219. Garc. Falcon. reg. 319. Sfort. de restit. in integr. p. 1. quæst. 3. art. 1. & 4. Vnde à maiore ad ecclesiam ponit etiam argumentum Eueratd. in sua centur. legal. pag. mihi 341. vbi aliquas refert doctrinas ex quibus vtraque restitutio, minoris scilicet, & Ecclesiæ à pari procedunt, suntque omnia ferè communia vtriusque tam in iudicijs, quam in contractibus, quamuis non ignorem aliquas etiam inter vtrumque reperiri differentias nota dignas, ex quibus fit huiusmodi regulam non esse perpetuam, quinimo minorem, & Ecclesiam haberi in proposito tanquam excedentia, & excessa.

In glos. Contractum. ibi vel contra lapsum temporis, 31
&c. Licet verum sit illas præscriptiones breuis, vel longi temporis, quæ olim contra minores mero iure currebant, cum spe tamen restitutionis, hodie ipso iure non currere post decisionem, l. 2. h. C. si quibus. causis in integr. restit. nihilominus tamen hoc in Ecclesia non ita se habet; in illa enim locum non habere dispositionem d. l. vlt. quoad istas temporales præscriptiones, quinimo illas aduersùs Ecclesiam currere cum remedio restitutionis videtur apertè probare text in d. Clemen. vnic. ibi, aduersùs lapsum temporis, iuncto ibi, & si minus quadriennio &c. voluit gloss. verbo durantibus in auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bart. n. 1. & cum ea Doctores omnes pertransire testatur Beroi. in cap. 1. num. 125. sup. hoc tit. sentit expressè gloss. agens de præscriptione triennij in cap. placuit. 1. 2. verbo pertinent. 16. quæst. 3. sequuntur Ioan. Andr. Host. Anch. Card. alij citati à Sfort. q. 88. n. 35. Mench. de success. creat. §. 10. n. 63. rationem differentiæ assignantes, nam cùm Ecclesia nunquam desinat esse ætatis, semperque priuilegio minoris fruatur, nunquam præscriptiones istæ aduersùs illam possent incipere, quod quidem maximum erat inconueniens, ueque ita cernitur, imò cessat in minoribus, contra quos etsi durante

durante minori ætate tales præscriptiones non possunt currere, illa tamen finita bene valent incipere, vt aduersùs Berol. d. n. 125. post alios dicentes nunc esse vnum ex casibus in quibus Ecclesia circa restitutionem minori non parificatur.

32 Circa præscriptiones verò temporis longissimi triginta, vel quadraginta annorum quicquid tenuerint glossæ supra citatæ, verius est Ecclesiæ aduersùs illas restitutionem in integrum competere iure minoris, in quam sententiam magis videtur inclinare gloss. 2. in d. auth. quas actiones, & sequuntur ibi Bart. Paul. & alij, Prob. ad Monach. n. 9. hic. Card. n. 17. Imol. n. 13. in d. Clem. vnica, Bellam. n. 9. Anton. n. 26. in d. c. auditis, Redoan. de rebus Eccl. non alienand. q. 23 de restit. §. 2. n. 7. Berol. in d. c. 1. n. 156. cum multis alijs, de quibus Sfort. q 90. a. 3. Cou. in reg. possessor p. 3. §. 3. n. 4. Fachin. controuers. l. 10. c. 1. Card. Tusch. lit. R concl. 297. n. 7.

33 In ead. gloss. ibi, Nota tamen quod quando Ecclesia, &c. Circa restitutionem Ecclesiæ competentem aduersùs contractus notabilem ampliationem, & declarationem ponit gloss. in præsenti, vt scilicet illa concedenda sit, licèt in ipsis contractibus Prælati iuramentum interim veniat de non contrauenicndo, sic limitata in Ecclesia decisione text. in l. 1. & in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. qua attenta licet in cõtractibus minorum cesset restitutio si ipsi iurauerint non contrauenire, non ita tamen in contractibus cum Ecclesia celebratis, quamuis a Prælato iurari proponantur, notant post gloss. Host. & Franch. n. 5. vers. in ea gl. Domin n. 9. hic. Ias. in d. auth. Sacramenta puberum n. 64. vbi Paul. n. 4 & Gutier. n. 141. ac alij, de quibus Gabr. communium. tit. minorib. concl. 5. n. 11. Seraphin. d. priuileg. iuram. priuileg. 88. n. 76. Morl. in emporio tit. 5. q. 1. n. 53. Card. Tusch. tom. 4. lit. I, concl. 528. varias assignantes differentiæ rationes, inter quas licèt Bart. citatus à Morl. vbi proxime, hoc tribuat speciali fauori Ecclesiæ, verius tamen est id procedere secundùm ordinarias iuris regulas, secundùm quas cum ipsa Ecclesia iurare non possit, quia est corpus fictum, fit vt ex iuramento Prælati iurantis non contrauenire, nullatenus obligetur si læsa existat, vt pote facto contra illius vtilitatem, quo casu non valet tale iuramentum, nec obligat. cap. sicut 27. c. intellecto 33. de iureiur. cap. 1. in fine, de his quæ fiunt a maiori parte Capit. Card. Tusch. d. lit. I. concl. 509. quod secus est in minore, qui cùm ipse iurare possit, cap. pueri, ibi, ante annos quadraginta, 22. q. 5. Soar. de Relig. tom. 2. lib. de iuram. c. 14. n. 5. Sayr. in clau. Regia lib. 5. c. 3. n. 8. iuramentum à se præstitum de non contrauenicndo tanquam ipsius solum continens præiudicium, neque vergens in dispendium salutis æternæ, tenetur obseruare, ex reg. cap. cùm contingat, de iureiur. sequuntur Hostiens. Franc. & Morl. citatis locis.

34 In gloss. Per beneficium ibi, quasi per viam iuris communis sicut, vt si diceret sententiam nullam, &c. Tunc enim non tantùm intra quadriennium, sed omni tempore Ecclesia esset audienda, iuxta tradita per Vant. de nul. ratiõ. tit. quoties. & tit. quod tempus n. 8. Afflict. decis. 178 n. 5. Tiraq. de retract. lig. §. 3. gl. 2. n. 38. cum quibus declara An autem si Ecclesia, vel minor agant de nullitate sententiæ, vel contractus pendente iudicio nullitatis currat quadriennium restitutioni statutum disputat Chald. Pereira in d. l. si curatorem. verbo ipsa legitimum num. 1. & 14.

35 In gloss. Quadriennij spatium. ibi, nisi acriùs oportet quòd agumat, finiat causam. Vult hæc gloss. quadriennium de quo hic, esse statutum non solum ad anchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis, vt per Anch. hic. Ba. Be. reg. 653. in princip. Mascard. de probat. concl. 1282. 1. Sfort. quæst. 19. n. 38. & 94.

Redoan. de rebus Eccles. non alienandis quæst. 23. rest. tit. §. 1 n. 1. Duar. ad tit. C. de tempor. restitutionũ. col. 2.

In ead. gloss. ibi, nisi, per iudicem, &c. Notatur ad hoc, quod si per iudicem, vel aduersarium steterit quominus causa intra quadriennium finiatur, lapsus illius nullatenus nocebit, vt per Cyn. num. 5. & Bart. num. 9. in d. l. vlt. C. de temporib. in integ. restitut. Paris. consil. 65. num. 6. lib. 3. Cassad. de . 2. sub hoc tit. Abb. in d. c. cum ex litteris n. 13. Afflict. deci. 21. n. 4. & 5. Donell. commentar. iuris Ciuilis lib. 21 cap. 17. §. pen. Chald. Pereira in d. l. si curatorem. verbo ipsa legitimum num. 2. 36

In gloss. Admittenda ibi reprobata est error, &c. Refert hæc gloss. improbari in præsenti quorundam antiquorum opinionem, qui verborum cortici inhærentes existimabant nullum Ecclesiæ præfitutum esse tempus ad restitutionem, quasi semper pupilla sit, per text. in cap. 1. sup. hoc. tit. ibi, debeat semper illæsa seruari, cuius etiam opinionis meminit gloss. 4. ibidem, ad quã sententiam reijciendam text. hic præcipue emanauit. vt tradunt Specul. part. 2. sub hoc. tit. §. intra quantum tempus, num. 2. Sfort. quæst. 19. num. 2. 37

Non obstat d. cap. 1 ibi, semper, quia illic idem importat quod, omni casu, quasi Ecclesia restituatur omni casu, in quo læsa fuerit, prout bene vltra d. gloss. 4. & Specul. citato loco, intellexere Redoan. d. quæst. 23. de restit. in princip. num 9. & 10. Morl. d. tit. 5. in prælud. n. 15. vers. neque obstat; dictio enim, semper aliquando idem significat quod, omni casu, vt tradunt per me citati in tract. de dictionib. dict. 361. n. secundùm Lugduen. impress. 38 39

Neque etiam obstat text. quo iidem antiquiores mouebantur in d. cap. cum ex litteris hoc tit. in Decretalib. vbi Ecclesia fuit audita ad restitutionem in integrum contra sententiam postulandam, & prosequendam multo post quadriennium, vt pungit & prosequitur gloss. 2. ibidem, nam cum sententia, de qua ibi, lata fuerit per Eugenium Papam, qui octo annis vixit, vt constat ex Platina, & Illesca in eius vita, toto illo tempore restitutio non fuit petita, sed postea coram Anastasio successore Eugenij, vt text. ait quinimo nec ab ipso Anastasio, sed postea à Cælestino concessa, & tandem coram Innocentio VIII. auctore textus ventilata, inter quorum Pontificum tempora plusquam quinquaginta annos transisse ex multis Ecclesiasticæ historiæ auctoribus certum est. Quare d. gloss. 2. Innoc. num. 1. Abbas. à num. 8. cum seqq. plures assignant intellectus, & refert Morl. d. tit 5. q. 5. 33. cum seq. Inter quos veriùs videtur text. procedere secundùm iuris regulas in hac materia, de quibus in hoc text. ideo enim Ecclesia audita fuit impetrans restitutionem tempore Anastasij contra sententiam latam ab Eugenio. & ita post quadriennium, quia per eam non simpliciter, sed enormiter læsa erat, vt idem text. in princip. dicit. Deinde ideo postulata restitutione tempore Anastasij Cælestino postea concessa & ab Innocentio an danda esset, vel non, ventilatum fuit, cum tamen tantum tempus effluxerit vltra quadriennium absque eo quòd causa illa finiretur contra decisionem text. l. vlt. C. de tempor. in integ. restit. quia per Ecclesiam non stetit, sed per iudices quominus causa tanto tempore protraheretur, vt constat ex commissionibus varijs in eadem causa factis, de quibus in text. quæ quidem duo, nempe læsio enormissima ad impetrandam restitutionem post quadriennium & impedimentum ex parte iudicum ad ipsius decisionem vltra illud tempus prorogandum sufficiunt iuxta text. in præsenti, ibi, aut aliàs ratione habili causæ, iunctis his. quæ ibi notaui. 40

In gloss. Præuaricatio ibi, præuaricator est, &c. Vltra iura à gloss. citata consonant l. 1. ff. de præuaricator. 41

l. praua

l. prævaricatores 212. *ff. de verb. signific. l. athletas*, §. *itē prævaricator, ff. de his, qui not. infam.* & post Hostiens. *num.* 9. & 10. Monach. *n.* 3. *hic*, explicat Duaren. *tit. de prævaricator.* Cuiac. *lib.* 9. *obseruat. cap.* 20. Donel. *comment. iuris Ciuilis lib.* 18. *cap.* 3. *vers. porrò*, & *cap.* 8. *vers. atque hæc*, Menoch. *de arbitrar. casu* 323. *à princip.* Farinac. *praxi crimin. part.* 1. *tit. de inquisit. q.* 4. *n.* 14. *cum seqq.* ex quorum dictis colligitur prævaricatoris, sicut & *prævaricationis* verbum non solum accipi in duplici sensu de quo gloss. *hic*, sed & tertiò mais generaliter prout importat illum, qui ab officij sui præscripto deflectit, & aberrat secundùm Iodocum *in practic. crimin. tit. de crimine læsæ maiestatis, cap.* 61. *n.* 37. Vall. *lib.* 6. *elegant. c.* 50. Thesaur. linguæ latinæ *verbo prævaricator*, in qua tertia significatione generali, quicquid aliter glossa explicet, puto verbum hoc in proposito huius text. præcipuè esse accipiendum.

42 In gloss. *Probetur.* ibi, *quia qui dolum allegat*, &c. Id est, illum probare debet cùm non præsumatur, *l. merito, ff. pro socio*, cum multis congestis à Tiraquel. *de retractu tit.* 1. §. 26. *gloss.* 1. *num.* 35. probant *l. quoties* §. *qui dolo, ff. de probat.* prosequuntur latè Mascard *de probat. concl.* 532. *à princ.* & *conclus.* 814. *cum seq.* Card. Tusch *litt. D. concl.* 573.

43 In gloss. *Commentum.* ibi, *id est, deceptionem*, &c. Seu fictionem, deriuatur enim à verbo, comminiscor, quod frequentius significat fingere in mente, quæ non sunt, vnde & commentitius idem quod fictitius, vt bene explicant Monach. *hic num.* 5. Host. *n.* 10. *in c.* 1. *sup. hoc tit.* & ex bonis latinæ linguæ Auctoribus obseruat Thesaur. eiusdem linguæ *verbo Commentum*, & ego ipse in *meo diction. Lusitano-latino, verbo fingimento*; licèt aliquando commentitium idem importet quod recens, nouum, & excogitatum, non translatitium, nec aliunde sumptum, vndeque commentitium ius appellatur *in l. si pœna* 20. *ff. de pœnis*, Gell. *lib.* 6. *noctium Attic. cap.* 14.

44 In gloss. *Causa* vlt. ibi, *vel vixit ille Prælatus malè contrahens*, &c. Notatur ad hoc quod quadriennium non currit Ecclesiæ quandiu viuit Prælatus à quo ipsa læsa fuit, creditur enim interim legitime impedita ex quo lex verosimiliter præsumit illum non venturum contra id, quod temere fecit, sequuntur *hic* Monach. *num.* 6. & *ibi* Prob. *à num.* 20. & 24. Franch. & Domin. *num.* 9. Abb. *in cap. cum ex litteris num.* 10. *sup. hoc tit.* vbi Card. *opposit.* 2. Redoan. *d. q.* 23. *in princ. n.* 15. Bernad. *reg.* 653. *vers. tertiò fallit*, Mocl. *in emporio iuris tit.* 5. *prælud. n.* 15. *vers. minus obstat*, Sfort. & plures ab eo citati, *q.* 19. *num.* 75. *vers. in contrarium* & *q.* 20. *n.* 32. Chald. Pereira *in l. si curatorem verbo infra legitimum, num.* 5.

45 In ead. gloss. ibi, *vel multas mutationes Prælatorum habuit Ecclesia.* Notatur ad hoc quod non est Ecclesiæ computandum quadriennium quando illa interim frequente, & repentinas Prælatorum mutationes passa fuit, ex his etenim præsumitur iusta ignorantia eorum, quæ à prædecessoribus male gesta sunt, vt per Monach. *hic num.* 5. *vers. vel pone*, Dec. *cons.* 36. *n.* 9. Redoan. *d. quæst.* 13. *n.* 15. Ioan. Andr. Imol. & alij, vbi Bero. *num.* 18. *in d. cap.* 1. *hoc tit.* Chald. Pereira *d. verbo infra legitimum, n.* 5. *vers. quod idem.* & late declarans, ac limitans Sfort. *q.* 19. *art.* 9. *per totum*, & *q.* 29. *n.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia contra confessionem, qua læsa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium restitutionis in integrum, postea non nisi per viam iuris communis*

2 *Ecclesiæ aduersùs confessionem restitutio in integrum est concedenda.*

3 *Confessio etiam iuramento firmata si falsò per imprudentiam ab Ecclesia facta fuerit, poterit non obstante iuramento per restitutionem in integrum reuocari.*

4 *Restitutio in integrum aduersus confessionem delicti per imprudentiam ab Ecclesia emanatam eidem Ecclesiæ conceditur.*

5 *Ecclesia, aut minori ad restitutionem implorandam non sufficit se esse tales, sed necessariò requiritur insimul læsos proponi.*

6 *Ecclesia, vel minor probato iusto errore possunt confessionem suam reuocare.*

7 *Error facti siue alieni, siue proprij qualis sufficiat ad reuocandam confessionem? remissiuè.*

9 *Ecclesia, seu minor quando veritatem fassi sunt, restitutio ex defectu læsionis danda non est, nisi in illis casibus in quibus veritatem fateri non tenebantur, num.* 10.

11 *Veritatem in quibus casibus quis fateri non tenetur, sed licitum ei sit ob occurrentes circumstantias eandem celare? remissiuè.*

12 *Confessio falsa quando absque dolo minoris, seu Ecclesiæ per errorem, siue ignorantiam emanauit, restitutio conceditur.*

13 *Restitutio non competit Ecclesiæ, vel minori si per dolum, vel malitiam falsum confiteantur.*

14 *Confessiones extraiudicialis plures sunt effectus, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

15 *Læsio etiam modica sufficit ad restitutionem.*

16 *Negotium finitum non dicitur nisi per sententiam, quæ transierit in rem iudicatam, vel per transactionem post confessionem celebratam.*

17 *Confessio in prima instantia emissa potest reuocari in causa appellationis.*

18 *Confessio prætextu erroris an licitum sit reuocare post conclusum in causa, ostenditur, & num.* 19.

CAP. Si aduersùs. II. & vlt.

Bonif VIII.

PRælatus Ecclesiæ, quando in lite est aliqua confessus contra Ecclesiam, Ecclesia infra quadriennium computandum à tempore confessionis potest petere beneficium restitutionis in integrum, sed si in quadriennio negligenter omittat petere, non potest deinde nisi ex rationabili causa. Item tanquam priuatus per viam communem semper potest errorem facti reuocare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali. lib.* 2. *pag.* 552. Alag. *in compend. pag.* 195. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Aduersùs, confessionem, &c.] Probat hic text. Ecclesiæ aduersùs confessionem in integrum restitutionem esse concedendam, vt per Anch. *hic in princip.* Domin. *num.* 1. *gloss. verbo restituimus, in confessione, in cap. auditis, sup. hoc tit.* & *ibidem* Butr. *num.* 20. & 51. Bellam. *num.* 6. *vers. secundo oppono*, plures citati à Sfort. *de restit. q.* 65. *n.* 15. *vers. in contrarium*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 112. *n.* 17. & in specie aduersùs confessionem prælati Ecclesiam restituendam tradit Card. Tusch. *litt. C. conc.* 669. *n.* 43. 2

Primò amplia procedere etiam in confessione iuramento firmata, hæc enim si falsò per imprudentiam, facta fuerit, poterit, non obstante iuramento, per restitutionem in integrum reuocari, vt ex sententia Baldi, qui latè confirmat, *in cap. vlt. n.* 5. *in fine, cum seqq. de* 3

confess. & in l. vnic. n. 55. cum seqq. C. eod. tit. plenè Beroi. q. 135. per totam, Roland. cons. 41. num. 37. lib. 1. & cons. 31. n. 10. eod. lib. Gutier. in auth. sacramenta puberum n. 132. C. si aduersùs vendit. latè Sfort. de restit. q. 65. n. 19. cum seqq.

4 Secundò amplia procedere siue in ciuili, siue etiam in criminali causa confessio per imprudentiam, facilitatem, vel aliam causam emanauerit, adhuc enim, etiamsi criminale sit negotium, aduersùs confessionem delicti restitutioni locus erit, vt ex generali reg. huius text. & in l. cæterum §. vlt. ff. de confessis. deducunt DD. magis communiter adducentes etiam in confirmationem primò decisionem text. in l. si ex causa, §. nunc videndum, vers. sed si ff. de minorib. arguendo de negotione ad confessionem, quasi contrariorum eadem sit disciplina, iuxta vulgarem reg. l. 1. in princ. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, ex quibus hanc ampliationem ita origenaliter docuit Angel. in d. l. certum §. vlt. cuius sententiam vltra alios antiquiores, quos ipsi referunt, sequuti sunt Hippol. in d. l. 1. princip. n. 18. & in §. vlt. num. 96. & in l. de minore, n. 57. ff. de quæst. Afflict. decis. 208. num. 5. Garter. in praxi §. circa, 4. num. 10. Menoch. de arbitr. casu 268. num. 3. Chald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel aduersary dolo à num. 39. Gutier. in d. auth. sacramenta puberum num. 131. Morl. in emporio iuris tit. 7. q. 7. num. 12. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 112. num. 17. & alij innumeri, quos referunt, & sequuntur Sfort. q. 65. n. 37. Farin. in praxi crimin. p. 3 q 81. n. 374. cum seqq.

5 Læsa Ecclesia. Ergo ad restitutionem implorandam non sufficit Ecclesiæ, aut minori se esse tales, sed necessariò requiritur insimul læsos proponi, vt per Dec. cons. 564. n. 18. Donel. commẽt. iuris Ciuilis lib. 21. cap. 9. & 10. in princ. Sfort. q. 4. art. 1. cum seqq. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 5. in prælud. num. 7. Chald. Pereira verbo sui facilitate, & verbo vel aduersary dolo à n. 1. Nec sufficit læsionem allegare, sed insimul probari debet. ex traditis per Dec. d. cons. 564. num. 18. Ruin. cons. 35. lib. Mascard. de probat. conclus. 2279. num. 5. Sfort q. 36. art 2. cum seqq. Morl. d. num. 7. Pichard. in §. extraneis n. 63. & seqq. Institut. de hæredum qualit. non solùm in ciuilibus, vt tenent Specul. hoc tit. §. 1. vers. sed nunquid Ecclesia num. 36. Abb. in c. auditis in fine sup. hoc tit. Card. in Clem vnica num. 19. infr. eodem plenè Natt. cons. 558. per totum, Bald. Salicet & plures alij quos refert, & sequitur Sfort. d. q. 65. n. 30. vers. in contrarium, Mascard. late confirmans concl. 1279. n. 19. sed etiam in criminalibus, vt est de mente Cyni in l. clarum num. 4. C. de auctor. præst. vbi Alberic. n. 2. Foler. in pract. verbo etsi confitebuntur part. 2. num. 19. defendit latè Gom. tom. 3. var. cap. 1. n. 66. vers. sed his non obstantibus, Clar. §. fin. q. 60. in fine princip. Farin. d. quæst. 81. num. 378.

6 Vbi verò per viam communem, &c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesia, vel minor, probato iusto errore possunt confessionem suam reuocare, vt per Gutier. de iuram. confirmat. p. 3. cap. 8. Sfort. de restitut. q. 8. n. 16. cum seqq. Card. Tusch. tom. 2. litt. C. concl. 649. & in confessione criminis siue spontanea, siue per torturam emanata, admittunt plene citati per Farinac. in praxi crimin. p. 3. q. 81. n. 315.

7 Erroris, quem in facto prætendit, &c.] Qualis error facti siue alieni, siue proprij ad reuocandam confessionem sufficiat post gloss. 1. in l. 2. ff. de vsuris, vbi Bart. à n. 6. & in l. error, vbi omnes, & de iuris, & facti ignorat. tradunt Padil. ibi à num. 51. Ias. ex num. 21. cum latè adductis circa ignorantiam facti proprij, vel alieni per Mascard. de probat. concl. 638. 735. & 879. n. 40. cum seqq. Gotier. de iuram. confirm. p. 3. c. 18.

8 In gloss. Confessionem, ibi, Ergo contra confessionem datur restitutio. Plures solutiones ad difficultates per hanc gloss. excitatas referunt. Specul. hoc tit. §. 1. col. antepenult. Sarmient. select. lib. 3. c. 13. n. 6. cum seqq. vbi num. 8. Specialiter hunc text. intelligit, & deinque Sfort. q. 65. num. 17.

9 In ead. gl. ibi, sed contra, aut confessa est veritatem, &c. Notatur ad hoc, quòd quando Ecclesia, seu minor veritatem fassi sunt, restitutio ex defectu læsionis danda non est, vt per Gom. tom. 3. c. 1. n. 66. Sarmien d. c. 13. n. 6 Sfort. q. 65. n. 17.

10 Si verò in illis casibus in quibus veritatem fateri non tenebantur, eam fassi sunt, tunc restitutio illis concedenda erit, siquidem negari non potest illum esse læsum, qui cum possit verum celare, nihilominus confessus fuit, & ex tali confessione præiudicium fuit sequutus, neque tunc contra veritatem detectam minor, aut Ecclesia restituuntur, sed aduersus damnum, quod illis ex tali confessione resultatur facientes illam quando facere non tenebantur, vt aduertit eleganter Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 112. num. 17. 11

Plures enim sunt termini in quibus pars veritatem fateri non tenetur, sed licitum ei est ob occurentes circunstantias eandem celare, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1 & q. 100 art. 3. & q. 111. art. 1. Salon. de iustit. q. 62. art. 2. controu. 15. Couar. lib. 1. var. c. 2. à n. 2. Cordub. lib 1. sui quæstion. q. 43. Nauar. Sot. & plures alij, de quibus Gutier. canon. lib. 1. c. 11. n. 39. & 40. Fr. Ludou. Beia respons. casuum Conscientiæ p. 1. casu 32. Sayr. in claui Regia lib 12. cap. 2. n. 5. cum seqq. & c. 16. num. 4. Cened. ad Decretum collect. 43. num. 113.

12 In ead. gloss. ibi, aut falsitatem, &c. Notatur ad hoc, quòd si per errorem, ignorantiam, imprudentiam iuuenilem, aut aliam causam bona fide absque dolo minoris, seu Ecclesiæ falsa confessio emanauit, restitutio competere debet, cùm licèt falsum dixerint, mẽdacium tamen formale ibi non reperiatur, iuxta reg. cap. his autem, & cap. Beatus Paulus 22. q. 2. & quæ tradit D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 1. cum aliis, de quibus Sayr. in claui Regia lib. 12. cap. 1. a num. 1. læsi enim omnino proponuntur in eo quòd sic falsum per imprudentiam, aut errorem confessi sunt vt bene agnoscunt Sarmien. lib. 3 select. cap. 15. n. 6. vers. tertio verò casu, Sfort. q. 65. n. 17. in princ.

13 Si vero per dolum, vel malitiam falsum confiteantur, restitutio illis non competit, vt per Sarmien. d. n. 6. vers. quartò igitur, Chald. Pereira in l. si curatorem, verbo læsis num. 7. Cuiac. tom. 1. lib. 1. quæst. Pauli super l. minor 32. ff. de minorib. Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 2. cap. 10. §. vt minor.

14 In gloss. Iudicio. ibi, quia extra iudicium non nocet. Falsam rationem assignat hæc gloss. plures enim confessionis extraiudicialis in iure sunt effectus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, vt per text. in l. generaliter, ad fin C. de non numer. pecun. l. quæro §. vlt. ff. ad leg. edicto l. Publia §. fin. ff. depositi, notant scribentes vtrobique disputantes an & quando plene, vel semiplene probet si fiat parte præsente, vel absente, vel faciat indicium ad torturam, prosequuntur glos. verbo confessus versic. quandoque tamen in c. vltim. de confessis, gloss. verbo confitentem per text. ibi in cap. vltim. de success. ab intest. gloss. 1. in l. cum probatio ff. de probation. & post Bart. in l. admonendi num. 48. vbi Ias. in repet. num. 158. cum seqq. ff. de iureiurand. ac alios antiquiores, quos ipsi referunt, plene Gutier. de iuramento confirmat. part. 1. cap. 54 Mascard. de probat. conclus. 346. cum seq. & conclus. 350. Marant. de ordine iudic. part. 6. tit. de confessis, à num. 2. vsque ad num. 20. Clar. in practic. §. fin. quæst. 21. num. 31. & ibi addit, Baiardi à num. 121. Farin. in praxi crimin.

p. 1.

quæst. 35. num. 47. & part. 3. quæst. 82. à princip. cum quibus videbis.

15 In gloss. *Læsa* ibi *quia pro leui læsione non datur restitutio.* Contrarium verò, immo quæ læsio etiam modica sufficit ad restitutionem, videtur tenere *gloss. 3. in l. 2. C. aduersus vend. pignor.* recepta communiter ex Legistis secundùm Cost. *in l. Gallus, §. & quid si tantum part. 2. num. 76. cum seq.* Cou. *lib. 1. var. cap. 3. num. 11.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. cap. 1. n. 26.* & alios de quibus Sfort *de restitut. quæst. 4. num. 105. vers. tertio,* Donel. *lib. 21. commentar. iuris Ciuilis cap. 9. colum. pen. & cap. 12. vers. nono,* qui omnes constanter defendunt ad restitutionem concedendam nihil referre verùm magnum, vel paruum sit minoris, seu Ecclesiæ præiudicium, rectè interpretantes text. *in l. scio ff. de minorib.* de quo gloss. *hic*, vt non simpliciter in modicis restitutionem neget, sed in satis minimis, nec etiam in his absolutè, sed ita demum quando maiori summæ præiudicatur.

16 In gloss. *Finitum*, vlt. ibi *putà sententia, vel transactione* Notatur ad hoc, quòd finitum non dicitur negotium nisi per sententiam, quæ transierit in rem iudicatam. vel per transactionem post confessioné celebratam vnde in causa appellationis posse confessionem reuocari in prima instantia emissa ex Bart. & aliis tradunt Padill. *in l. error num. 41. C. de iuris & facti ignor.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 3. cap. 8. num. 4 & seq.* & Sfort, *quæst. 8. n. 34.* D. Barb. *in l. si debitori n. 133. ff. de iud.*

17 In addit. eiusdem gloss. ibi, *si est conclusum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd post conclusionem in causa iam non est licitum reuocare confessionem prætextu erroris, quasi negotium finitum dicatur, vt per Padil. *in d. l. error. n. 39.* Sfort. *q. 8. n. 38.* iunctis traditis per Azon. & alios citatos à Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 77. à n. 257. cum seqq.*

18 Veruntamen etiam post conclusum in causa, quandiu sententia lata in rem iudicatam non transierit, confessio reuocari poterit, solúmq; interim pendente conclusione error probari non valet iuxta doctrinam gloss. *verbo conclusum in cap. cum dilectus, de fide instrum.* & reg. *cap. pastoralis, vers. si verò de causa possess.* cum similibus, atque ita verius est dicere eo tempore non tá tolli facultatem reuocandi confessionem quàm solum suspendi, vt ex Afflict. notat Gutier *de iuram. confirmat. p. 3. c. 8. num. 2.* Sfort. *d. q. 8. num. 38. in fine.*

De Arbitris.

Tit. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri duo ex tribus quando concordant in summa, tenet illorum sententia, si omnes discordant, tenet sententia de minori summa, & n. 2. & ratio præstatur, num. 3.*

4 *Amplia procedere etiamsi duo illi arbitri protestentur se in minori summa de per se consentire.*

Cap. Si ex tribus. 1. *Bonif. VIII.*

1 VANDO ex tribus arbitris duo concordant in summa. v. g. triginta soluendorum. & vnus non, standum est sententiæ duorum; si non concordant, sed vnus te condemnat, in triginta, secundus in viginti, tertius in decem, standum est minori, idest, decem, quia in ea omnes conueniunt. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franch. Viu. *in ration. lib. 1. pag. 552.* Alag. *in compend. pag. 193.* remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Eandem conclusionem quoad secundam eius partem ex hoc text. desumunt Felin. *in cap. cùm inter n. 19. de re iudic.* Roman. *in l. 2. §. si stipulanti col. 2. ff. de verb. oblig.* Fulgos. per text. *ibi in l. diem 32. §. si plures ff. hoc* Couar. *lib. 1. variar. cap. 2. num. 6. & practic. cap. 25. num. 6. vers. vndecimo;* Vincent. de Franch. *decis. 356. num. 1.* Valasc. *de partitionibus cap. 9. num. 12. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 167. num. 6.* In maiori enim summa inest minor, Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 5. collect. 906.* Card. Tusch. *tom. 7. litt. S. concl. 885.* Pichard. *ad §. præterea num. 8. Instit. de inutilib. stipulat.* Card. Seraph. *Rota decis. 267. num. 4.* 2

Ratio decisionis est, quia inter pares iudices eligenda est sententia quæ reo fauet, *l. inter pares, vers. si. ff. de re iud.* idem præcipuè in summis, in quibus sententia, quæ in minori summa condemnat, est eligenda, iuxta text. *in d. l. inter pares. vers. fin.* tum quia licèt de per se in illa non consentiant iudices, attamen in ea consentiunt tanquam in parte totius, itavt sit verum dicere omnes in causa concordasse, & quoad excessum discordasse, sicut intendunt Dec. *in l. in eo quod plus num. 9. ff. de reg. iur.* Burigel. *num. 5.* & Ferrer. *num. 6. in d. §. stipulante.* Amplia procedere quamuis duo illi arbitri Protestentur se in minori summa de per se non consentire, quia cum prædictus consensus in minori summa procedat ex iuris dispositione, & ab ipsa lege sit inductus, nihil operatur protestatio hominis, iuxta *reg. l. 3. ff. de legat. 1.* tum etiam, quia protestatio contra ea, quæ pendent à iuris dispositione, & non à voluntate partium, prout *in hoc text. & in d. §. si plures,* nullum habet effectum, iuxta gloss receptam *in l. alimenta C. de negot. gestis* Ias. *in §. fuerat n. 106. Instit. de actionib.* & ita tenet *gl. vlt. ad fin. in præsenti*, quam probat, & communiter receptam testatur Ias. *d. l. inter pares num. 9.* contra plures, quos refert, & sequitur Couar. *d. num. 6. in fine.* 3 4

SVMMARIVM.

1 *Arbiter vnus ex tribus si nolit examinando, vel diffiniendo negotio interesse, duo procedere poterunt, ac si ille præsens esset, circa iudices autem antiqua iura seruentur, & num. 2.*

3 *Princeps non subiicitur alicui necessitati.*

4 *Collatio quando est libera, potest exerceri sine alicuius consilio.*

5 *Dictio, liberè omnem obligationem excludit.*

6 *Res eadem diuersis respectibus diuerso iure censetur.*

7 *Leges etiam quoad laicos non sunt seruandæ in locis Ecclesiæ subiectis quoad temporalia, sed Canones.*

8 *Canonum auctoritate desitiente si reperiantur leges Ciuiles contrariæ Sanctorum dictis, an sit standum potius legibus, an e sanctorum Patrum sententiis ostenditur.*

Cap. Vt quæstionibus. II. & vlt.

ARbitros tres quando partes eligunt, & vnus ab aliis duobus legitimè vocatus non vult interesse, vel non curat venire cessante impedimento legitimo, illi duo possunt examinare, & definire, ac si ille, qui malitiosè non vult adesse, esset præsens, 1

& non consentiret, circa iudices verò est standum antiquis iuribus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Butr. Ioan. Andr. Anchar Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali, lib. 1. pag.* 565. Alagona *in compend. pag.* 198. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 2.

2 Hanc eandem. concl. ex hoc text. desumit Anton. Gom. *l.* 38. *Tauri num.* 4.

3 *Licèt lex Ciuilis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Princeps non subiicitur alicui necessitati, vt per Cass. *in Catalogo gloriæ mundi p.* 5. *consid.* 24. *vers.* 133.

4 *Et liberè diffinire.*] Notatur ad hoc, quòd quando collatio est libera, potest exerceri alicuius consilio, vt tradunt Curt. iun. *cons.* 2. *num.* 3. & Gonzal

5 *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 46. *num.* 2. nam dictio *liberè*, in hoc text. omnem obligationem excludit vt per Valasc. *cons.* 123. *num.* 8. cum aliis per me citatis *in tractat. de clausul. vsufreq. clauf.* 190. *numer,* 6. secundùm Lugdun. impress.

6 In gloss. *Lex ciuilis.* ibi, *Et sic diuerso respectu vtriusque,* &c. Notatur ad hoc, quòd diuersis respectibus eadem res diuerso iure censetur, vt per Tiraquell. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 23. & *de nobilit. cap.* 28. *n.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 6. *proœm. num.* 69. *cum seqq.* Monach. *Florent. decis.* 28. *num.* 12.

7 In ead. gloss. ibi. *dic quòd non in locis, quæ non sunt in temporali iurisdictione Ecclesiæ.* Notatur ad hoc, quòd in locis Ecclesiæ subiectis quoad temporalia leges non sunt etiam quoad laicos seruandæ, sed Canones, vt per Couar. *de sponsalibus part.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 15. Ioan. Garc. *reg.* 57. *numer.* 12. Cardin. Tusch. *tom.* 4. *litt. I. concl.* 580. Vtrùm autem deficiente Canonum auctoritate si reperiantur leges Ciuiles contrariæ Sanctorum Patrum dictis, veluti Hieronymi, Augustini, & similium, standum sit potius legibus, aut Sanctorum Patrum sententiis, solet ab aliquibus in dubium reuocari, quod quidem ad vtramque partem latè disputauit Luc. de Pena *in l. medicos column.* 2. *C. de profess.* & *med. lib.* 10. cuius verba transcripsit Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 10. *consid.* 23. laudat Perez *ad leges Ordin. in proœm. quæst.* 11. Burg. de Pace *ad l.* 1. *Tauri num.* 620. *ad fin.* Azeued. *ad tit.* 1. *in princ. à num.* 20. cum quibus videtur resoluendum sub distinctione, aut enim agitur de materia spirituali, & ad fidem spectante, seu de interpretatione sacræ Scripturæ, & tunc Sanctorum Patrum dicta legibus Ciuilibus esse præferenda probat text. *in cap. de libellis, iuncta gloss. verbo illorum.* 20. *dist.* Aut agitur de materia absolutè temporali, videlicet de testamentis, hæreditatibus, & similibus, & tunc potius legibus Ciuilibus standum est, quia à Summis Pont. approbantur in huiusmodi materiis, & dicuntur per ora Principum diuinitus promulgatæ *in cap. vlt.* 16. *quæst.* 3. quam tamen approbationem non habent dicta Sanctorum Patrum *cap. noli, c. ego solis* 9. *dist.* comprobat Can. *de locis Theolog. lib.* 7. *cap.* 3. *cum seqq.* Albertin. *de assertion. Catholic. quæst.* 15. *à num.* 7. & 13.

In librum II. Sexti Decretalium.

De Iudiciis.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Apostolicus secundùm ius non potest cogere partem coram se personaliter comparere, nisi habeat speciale mandatum ad hoc, vel nisi necessitas iuris hoc exigat.*

2 *Causa debet exprimi in citatione, vt quis personaliter veniat.*

3 *Procurator non admittitur in causis criminalibus.*

4 *Pars per procuratorem in criminalibus quando excusari possit.*

5 *Procurator non admittitur ad allegandas exceptiones, quæ tangunt crimen.*

6 *Procurator in causis criminalibus admittitur ad allegandum exceptionem incompetentiæ.*

7 *Procurator si admittatur in causa criminali, valent quæ sunt facta cum eo, si non opponatur.*

Cap. Iuris. esse. I.

Innocent. IV.

LEGATVS Apostolicus secundùm ius non potest cogere partem coram se personaliter comparere, nisi habeat speciale mandatum ad hoc, vel nisi necessitas iuris hoc exigat, v. g. si causa sit criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ præstando. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Butr. Ludou. Gomez, Franch. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 16. Alagona. *in compend. pag.* 205. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Vel alia iuris necessitas, &c.] In citatione igitur, vt quis personaliter veniat, debet exprimi causa, cùm sit ius commune, vt per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. num.* 59. Cardos. *in praxi iudicum, verbo citatio n.* 14. Azeued. *l.* 3. *num.* 41. *tit.* 3. *lib.* 4. *noua recop.* Mench. *vsufreq. cap.* 24. *à numer.* 10. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 44. *numero* 38. 2

In gloss. *Criminalis.* ibi, *si autem criminaliter intentetur, procurator non interuenit.* Notatur ad hoc quòd procurator non admittitur in causis criminalibus, vt per Boss. *in praxi crimin. tit. an in criminalibus iudiciis quis pro absente interuenire possit,* Gom. *tom.* 3. *var. c.* 1. *n.* 12. Clar. §. *fin. quæst.* 32. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 80. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo procurator num.* 2. & 4. Parlad. 1. *rerum quotidian. cap.* 20. *numer.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1305. Perez *ad l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 532. Mench. *vsufrequent. cap.* 59. *n.* 24. Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part.* 1. *num.* 49. *versic. septimo,* Ceuall. *commun. contra communes quæst.* 237. *num.* 1. & 2. Farin. *in praxi criminali part.* 3. *quæst.* 99. Chald. Pereira *quæst. forens. in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. p.* 2. *à num.* 50. 3

Poterit tamen pars per procuratorem excusari propter iustam causam impedimenti, seu absentiæ ob non comparendum, vt tradunt Robert. *lib.* 2. *sentent. c.* 3. Francisc. Marc. *decis.* 626. Clar. *dicto* §. *fin. quæst.* 34. *num.* 5. Maranc. *de ordine iudic. part.* 4. *princip. dist.* 1. *numer.* 58. *cum seqq.* Rebuff. *in tractat. exception. numer.* 305. & *in declaration. arboris exception. num.* 20. Menchaq. *vsufreq. cap.* 17. *numer.* 4. Parlad. *dict. cap.* 20. *à num.* 5. Antonius Gabriel. *commun. tit. de malefic. conclus.* 9. Menoch. *de arbitrar. libr.* 1. *quæst.* 8. *num.* 48. & 49. Aloysius Riccius *d. collect.* 1035. *vers. limita secundò,* Sebast. Næui. *in remission. ad l. pen.* §. *crimen. ff. de publ. iud.* Farinacius *dict. quæst.* 99. *n.* 211. *cum sequentibus.* Valasc. *consil.* 66. *num.* 14. Pro absente enim admittitur defensor, ex Farinac. *part.* 4. *consil.* 35. *num.* 2. & 3. Ad allegandas verò exceptiones, duæ tangunt 4

gunt crimen, procurator non admittitur, vt per Farin. d.q.99. num.48. cum seqq. vbi num.214. secus resoluit
6 si crimen non tangant,& num.215 & 268. subdit quòd admittitur procurator ad allegandam exceptionem incompetentiæ iudicis.

7 In eadem gloss. ibi. *sed quærebat hic Ber. si admittitur procurator in causa criminali, an valeant quæ facta sunt cum eo? & videtur quod sic, si non opponitur exceptio.* Sequuntur Gom. tom.3. var.c.1.num.16 Perez.l.1. tit.4.lib.3.Ordin. Clar.§.fin.q.32.n.24. Mench. vsufreq. cap.21. Mich. Glass. tom.2.commun.opinion.lib.9.tit.1. num.36. pag.433.col.2. Farin.d.q.99.n.242.cum seqq. Chald. Pereira. de resolut. emphyt.cap.17.n.10.& quæst. forens. in comment. ad l.vnic. C. ex delictis defunctor. p.2.num.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres personaliter ad iudicium, quacunque causa in iure non expressa, inuitæ trahendæ non sunt sed si necessarium sit ipsarum testimonium in causa iudex expensis producentis interdum ibit, interdum mittet, & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres Religiosæ etiam volentes extra Monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt, quod contra prædicta fit, est irritum.*

2 *Mulieres non sunt cogendæ venire ad iudicium pro testimonio dicendo, vel alterius rei causa.*

3 *Conciliantur tex. in præsenti & in cap.3. de testibus.*

4 *Mulieres non solùm illustres, sed etiam aliæ licet nobiles non sint, ad iudicium trahi non debent.*

5 *Mulieres in causis fidei cogi possunt ad iudicium venire.*

6 *Mulieres sua propria voluntate, ad iudicem accedere possunt causa ferendi testimonium.*

7 *Mulieres pro debito ciuili etiam fiscali carcerari non possunt, quamuis renuncient priuilegione in carcerem detrudantur pro debito ciuili.*

8 *Mater seu auia pro debito ex administratione tutelæ proueniente incarcerari non potest.*

9 *Mulier egregia quando examinatur in eius domo, tunc in tali examine non est citanda pars.*

10 *Iudex ad recipiendos testes legitimè impeditos potest mittere non solum alium iudicem, & qui habet iurisdictionem, sed etiam tabellionem, vel aliam personam omni iurisdictione carentem.*

11 *Excommunicationem Papæ reseruatam incurrit ille, qui fingit casum, vel fraudem aliquam facit, quo iudex ipse valeat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ.*

12 *Verbum futuri temporis duplex, seu geminatum vbi est in eadem Constitutione, tunc denotat latam sententiam.*

13 *Alimenta sunt exhibenda iudici, vel Notario, quando iudex accedit, vel Actuarium mittit ad examinandos testes*

Cap. Ecclesia. II. Bonif. VIII.

1 MVlieres inuitas ad comparandum personaliter quacunque ex causa in iure non expressa nemo trahere potest, & si necessarium est testimonium earum iudex, mittat tabellionem expensis partis producentis eas. & si receptio testium licet committi non possit, ipsemet iudex accedat personaliter. Quod si non decet ire iudicem, quia v.g. est Episcopus, vel non potest quia infirmus; mittat tabellionem, vel alias personas idoneas, & si iudex fingat casum, vt ex fraude personaliter eat, sit ipso iure excommunicatus. Item fœminæ Religiosæ non vocentur extra Monasterium, vel Clausuram ad iudicium, etiamsi ipsæ velint; tandem omnia, quæ tentantur contra prædicta sint irrita, & nulla ipso iure. Colligunt ex Ord. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Franc. Ludou. Gomez, Domin. Monach. Franc. Viuian in rationali lib.2.pag.1 . Alagona. in compend. pag.206. remissiuè Ximen. in concord. p.1.& 2.

Ad iudiciū personaliter euocari,&c. Collige ex text. 2
non esse cogendas mulieres venire ad iudicium pro testimonio dicendo, vel alterius rei causa, vt per gloss. verbo prohibemus. Franch. num.1. Domin. n.2. Anchar. num.1. Gemin. numero.10. & alij in præsenti. Abb. notab.3. Imol. num.2. & communis in cap.3. de testib. Bald. num.5. in l.fin. C. de procurator. Felin. in cap. si qui testium num.3. de testibus l.3 tit.7. part.3. Marian. de citation. art.20. num.35 Tiraquell. de iure mariti gloss.5. num.212.& .10. connub. gloss.1. part.10. num.33. & seq. Rebuf. ad leges Galliæ tit. de inquisit. art.15. gloss.1. num 6. Couar. in cap. quamuis pactum.p.1. in initio n.8. Ioan. Garc. de nobilit. gl.48.§.2. D. Barbos in l. alia §. eleganter. num.10. ff. soluto matrim.

Non obstat. *d. cap.3. de testib.* ibi, *hue festines adducere* quibus verbi manifestè text. probare videtur 3
posse mulieres inuitas adduci ad iudicem causa ferendi testimonium, quia reiecta sententia Ioan. Andr. & aliorum in præsenti, existimantium hunc text. esse legem extrauagantem, & particularem ordinatam ad partes Italiæ tantummodo, & illic solum obseruari debere dicendum est text. illum in d. cap. 3. procedere iure antiquo, quo tempore regula hæc, seu constitutio non ita generaliter cognita erat nec statuta simpliciter, & absolutè, provt *hic* de nouo statuitur per verbum *prohibemus*, de quo in præsenti, licèt enim ex ratione huius text. in nonnullis casibus fuisset receptum id, quòd modo per hunc text. de nouo statutum est, vt patet ex l.2. C. de iis, qui ven. ætatis, & in l. maritus 12. C. de procurator. & in l.2.§. sin autem, Cod. de iureiur. propter calum. & in cap. mulieres, in princ. de sententia excomm. cum multis aliis, vt per Alberic. in l. principales num.1. C. de iureiur. propter calumn. nihilominus tamen in ferendis testimoniis per mulieres, vel alio respectu generalis, & absoluta prohibitio solùm per Bonifacium VIII. in præsenti facta est, ne venirent ad iudicem, ad quem antea venire tenebantur, iuxta text. in d.c.3 sic similiter Moniales, quas text. *hic* prohibet venire ad iudicem, antea de iure antiquo per se, vel per procuratorem coram illo stare poterant, vt colligitur ex text. in cap. cùm dilecta, princ. de rescrips. vbi notat Abb. & tradit in specie Ludouic. Gomez. in præsenti num.37.

Primò intellige hunc text. procedere non solùm 4
in mulieribus illustribus, seu nobilibus, prout iam constituerat Iurisconsul. in d.l. egreg. 15. ff. de iureiur. & colligitur ex text. in auth. sed iudex, C. de Episcop. & Cleric. & in l.1. C. de offic. diuers. iudic. verum etiam in aliis, etiamsi nobiles non sint. vt per Bart. in d. l. ad egregias num.3. Marant. de ord. iudic. p.6. cap. de citat. num.27. iuuant resoluta per Mench. de success. creat. §.6. num.38 nisi in causis fidei propter illius fauorem, & 5
iudicum auctoritatem, vt aduertit Simanch. de Cathol. instit. cap.43. num.12. vbi num.13. subdit vrbanius, & modestius esse potius rogari per Inquisitores, quàm compelli

Secundò intellige textum non procedere quando 6
mulieres sua propria voluntate sine coactione ad iudicem accedunt causa ferendi testimonium, tunc enim coram iudice debent dicere testimonium, tradunt in specie gloss. verbo inuitas, & alij in præsenti, Roman. &

& Aretin vbi Ias. num. 1. in d. l. ad egregias, Felin n. 24. in capit. si diligenti, de foro compet. Socin reg. 316. Couar. qui plures refert in cap. quamuis pactum p. 2. in initio numero 8. Perez ad l. 1. tit. 2. lib. 4. Ordin. plures quos refert, & sequitur D. Barbos. in l. alia §. eleganter numero 11. ff. soluto matrim. Quamuis contrariam sententiam teneant Cyn. in l. neque honorum C. de Episcop. & Cleric. Roman. sing. 169. Gom. in praesenti numer. 2. & 4. in §. poenales. Instit. de actionibus, numer. 30 Mench. de success. creat. §. 22. num. 83 Pro quibus non facit text. hic ad finem vers. caeterum, ibi, etiamsi ad hoc voluntas accesserit eorumdem, siquidem text. in d. vers. caeterum, loquitur in Monialibus, quae quidem etiam volentes propter clausuram ex vi praecepti, seu voti ob bonum Religionis conseruandae necessariam pro quacumque alia causa claustris Monasterij saltem tempore huius text. exire nequeunt, iuxta text. in c. indemnitatibus 43. §. porro, de elect. hoc lib. in specie considerat Felin. in d. cap. si qui testium num. 3. de testib. Vnde cùm text. iste praedictis Monialibus priuilegium non concedat ratione dignitatis personae, sed quia ratione voti, & Religionis, quam profitentur, à clausura exire nequeunt, merito illis etiam volentibus renuntiatio non permittitur, & facta valere non debet, iuxta reg. text. in l. pacta, quae contra C. de pactis ac proinde cùm respectu Monialium ex praedicta consideratione text. specialiter procedat in illis, iam ex eo apertè colligitur differentia inter illas, & reliquas foeminas, de quibus egerat in principio, & consequenter retorquetur idem text. contra supracitatos D D. tantum abest, vt pro illorum sententia aliquod faciat fundamentum.

7 Tertiò intellige vsque adeò mulieri prohiberi in iudicium venire, cùm non deceat illas vagari, vt etiam pro debito ciuili carcerari non possint, ex adductis per Duen. reg. 312. Tiraq. l. 10. connub. gl. 1. p. 10. n. 30. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 88. n. 10. Mench. illustr. lib. 3. cap. 97. numero 2. Viu. tom. 2. commun. opinion lib. 9. tit. 3. num 19. Gutier. pract. lib. 2. quaest. 25. Soar. de Pace in praxi tom. 1. p. 4. cap. 2. num. 34. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 27. n. 42. & 56. Bobadil. in sua politica lib. 3. c. 15. num. 40. Pradil. in summa legum poenalium p. 2. casu 16. n. 5. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 2. collect. 332. vers. 2. Bernard. Graeuae ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 26. num. 7. & 8. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 328. n. 16. Chald. Pereira in l. si curatorem, verbo sine curatore, n. 108. Chaldos. in praxi iudicum. verbo carcer. n. 6. Bened. Aegid. in tract. de iure, & priuil. honestatis art. 3. de carceris exceptione honestatis causa. Amplia primò etiamsi renunciarent priuilegio ne in carcerem detrudantur pro debito ciuili, vt per Mench. d. q. 88. num. 1, D. Barbos. in l. alia §. eleganter. n. 24 ff. soluto matrim. Bened. Aegid. d. art. 3 numero 7. Amplia secundo, vt nec etiam pro debito fiscali carcerari possint, secundùm Duen. d. reg. 312. vers. amplia secundo. Farin. d. q. 27. num. 43. Bened. Aegid d. art. 3. num. 3. licet secus pro collectis, tributis, & gabellis asserat. Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. num. 172 Amplia tertiò, vt nec mater, seu auia pro debito ex administratione tutelae proueniente incarcerari possit. sicut docent Duen. d. reg. 212. vers. secundo limita, Gom. hic num. 22. Couar. lib. 2. var. cap. 1. .3. Mench. de success. creat lib. 3. §. 22. limit. 18. num. 82. & illustr. lib. 3. cap. 97. num. 1. Placa de delictis lib. 1. cap. 34. num. 12. Menoch. d. q. 88. n. 11. Martiens. l. 10 gloss. num. 3. vbi Azeued. num. 3. tit. 3. lib. 5. nouae recopil. Gutier. de tutel. p. 1. cap. 8. n. 33. & 34. Chald. Pereira d. verbo sine curatore n. 108 vers. caeterum, Farin. d. p. 1. quaest. 27. num. 62. & 63. Baez. de in pe debit. cap. 15. nu. 13. & de decima tutor. cap. 4. num. 46. & 78. Bernard. Graeuae ad pract. in Camera Imper. lib. 2. concl. 90. consid. 1. num. 2. Barbos in d. §. eleganter numer. 24. vers. quod etiam, Benedict. Aegid. d. art. 3. num. 5. Quidquid contrarium teneant Gregor. l. 3. verbo personalmente tit. 7. part. 3. Anton. Gom. l. 62. Tauri num. 2. vbi Palat. num. 3. Rebuff. ad leges Galliae tit. de litt. oblig. art. 2. gl. 3. num. 32. Pradil. d. casu 16. num 5. Cardos. d. verbo carcer. num 6.

Sed cum necessarium, &c. Notantur ad hoc, quòd quando examinatur mulier egregia in eius domo, tunc in tali examine non est citanda pars, vt per Farin. d. p. 2. q. 72. n. 68. & 69. 9

Tabellionem, aut aliam personam idoneam, &c.] Collige ex text. posse iudicem ad cognoscendos testes legitime impeditos mittere non solùm alium iudicem, & qui habet iurisdictionem, sed etiam tabellionem, vel aliam personam omni iurisdictione carentem. ita in specie tradunt Salicet. in aut. sed iudex, C de Episcopis & Cleric. Balt. in l. hac consultissima §. si. quis autem numero 1. vbi Alexand. num. 4. C. de testament. Hippol. in l. de minore § plurimum. num. 16. ff. de quaestionibus, Abb. in cap. quoniam contra num. 30. de probat. Felin. in cap. cum causam à numero 21. & 28. Gom. in praesenti à num. . . Couar. lib. 2. var. cap. 13. num. 10. Ac proinde posse notarium examinare testes sine praesentia iudicis, si illi iudex talem examinationem committat, tradunt Hippol. in l. de minore §. plurium n. 16. 17. & 18. ff. de quaest. Soar. tom 1. commun. opinion. l 4 tit. 10. num. 325. ver. testium examinationem pag. 553. Rot. decis 552. numer. 2. apud Farin. collect. 1. nouiss. alias part. 4. diuers. vbi subdit de consuetudine Hispaniae excommunicationem committi notariis. 10

Alioquin fictor huiusmodi, &c. Notatur ad hoc, quòd ille, qui fingit casum, vel fraudem aliquam facit quo iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius foeminae, incurrit excommunicationem Papae reseruatam, vt per Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 4 numero 15. Gambar. de casibus reseruat. cap. 10. numero 8. Filliuc. tract. 14. num. 53. vers. septima, & num. 70. Iul Lauor. de indulgent p. 2 cap. 13. num. 20. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 3 alleg. 50 num. 207. secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonac. de censur. extra Bull. dist. 2. q. 2. puncto 36. 11

Ipso iure sit irritum, & inane. Vbi enim in eadem constitutione est duplex seu geminatum verbum futuri temporis, tunc, denotat latam sententiam, vt per Tiraq in l. si vmquam, verbo reuertatur, n. 46. & 47. C. de reuocand. donat. 12

In gloss. *Accedat expensis producentis.* Notatur ad hoc quòd quando negotio exigente iudex ipse accedit. vel actuarium mittit ad examinandum testes, tunc sibi, vel notario alimenta sunt exhibenda, vt per Surd. de alim. tit. 1. q. 63. Steph. Gratian discept forens. cap. 57. num. 1. 13

SVMMARIVM.

1 *Maior 14. annis per se, & per procuratorem potest agere, & defendere causam spiritualem, minor vero 14. per se non agit, sed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate Ordinarij Ecclesiastici iudicis, & etiam delegati dati ad causas illas, filius famil. sine patris assensu agit causam spiritualem.*

2 *Beneficialibus, & spiritualibus causis maior 14. annorum, minor 25. sine curatoris, aut patris consensu habet legitimam personam standi in iudicio tam per se, quam per procuratorem.*

3 *Minor 25. annorũ restituitur si fuerit lasus in actibus*

iudicia

iudicialibus causarum etiam spiritualium, & beneficialium.

4 *Minor 14. annorum in causis beneficialibus, & spiritualibus non potest per se in iudicio stare, sed debet procuratorem constituere.*

5 *Filius fam. regulariter non potest stare in iudicio sine consensu patris.*

6 *Consensus patris filio præstandus ad standum in iudicio, an debeat esse expressus? remissiue.*

7 *Pater si sit absens, vel filius agat vtiliter, an possit esse in iudicio sine consensu patris? remissiue.*

8 *Pater in spiritualibus non admittitur pro filio sine mandato tanquam coniuncta persona, etiamsi vellet cauere de rato.*

9 *Patri nõ quæritur vsusfructus de eo, quod filius ordinatus acquirit ratione beneficij vel alio modo.*

10 *Filiusfam. in causis beneficialibus, & spiritualibus potest esse in iudicio sine patris consensu, & procuratorem constituere.*

11 *Filia etiam minor in causa dotis potest esse in iudicio sine consensu patris.*

Cap. Si annum. III. & vlt.

1 QVi peregit decimum quartum annum suæ ætatis, vel ab iis dependentibus agere, vel defendere per se, vel per procuratorem à se deputatum. Qui est infra decimum quartum annum, per se non potest, sed Episcopus det ei procuratorem ad litem, vel ipsemet cum auctoritate Episcopi eligat sibi procuratorem. Delegatus, vel ab eo subdelegatus potest illi dare procuratorem ad lites tractandas coram ipsis. Item in litibus huiusmodi spiritualibus filiusfam. potest litigare sine consensu sui patris. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 18. Alago. *in compend. pag.* 206. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *In beneficialibus, & aliis*, &c] Notatur ad hoc quòd maior 14. annorum & minor 25. sine curatoris, aut patris consensu habeat legitimam personam standi in iudicio tam per se, quàm per procuratorem in causis spiritualibus, & beneficialibus, vt per Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 4. q. 9. num.* 49. Molin. *de iustit. tract. 2. disput.* 220. *num.* 6. In iis enim pro maiori habetur, vt notant Boer *decis.* 35. *num. 1. & seq.* Flamin. *d. tract. lib. 3. q. 7. num. 3 cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. fo-*
3 *rens c.* 4 *num.* 11 Non excluditur tamen à restitutione si fuerit læsus in actibus iudicialibus, secundùm Sfort. *de restitut. part. 2 q. 60 num.* 21. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo, num.* 42. Steph. Gratian. *citato loco.*

4 *Si verò infra quartum decimum*, &c.] Notatur ad hoc quo in causis beneficialibus, & spiritualibus minor 14. annorum non potest per se in iudicio stare, sed debet procuratorem constituere, vt per Flamin. *d. lib. 4. quæst. 9. num.* 4. Aloys. Ric. *in collect. decis. part. 5. collect.* 1619.

5 *Nec alias absque ipsius assensu*, &c. Notatur ad hoc quòd filiusfam. regulariter non potest stare in iudicio sine consensu patris, vt per Socin. *reg.* 195. Cassan *in consuet. Burg. rubr. 4. §* [illegible] *. verbo le mari* [illegible], *& rubr. 6. §. 3. num.* 5. Roland [illegible] .46. *num. 3 lib.* 2. Marant. *de ordine iudic. part. 4.* [illegible] .16. *num.* [illegible]. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 385 [illegible] de Pace *in prax.* [illegible] *tom. 1. part. 1. temp. 2. num.* 15 D. Barbos. *in* [illegible] *2. § quod si patris n.* 19. *ff. solut. mat.* Aldouin *cons.* [illegible] 6. Cardol *in praxi iudicium, verbo filius*, [illegible] 50. Castil. *contron. lib* 3. *de vsufructu, c. 3. num* 13.

Vtrùm autem huiusmodi assensus debeat esse ex- 6
pressus, vide Mant. *lib. 3. locorum, c.* 59. Tiraquel. *de iure mat. gloss.* [illegible] *n.* 10. & 16. D. Barbos. *in l. 2. §. fin.* 27. & 28. *ff. solut. matrim.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. c.* 12. *n.* 2 Azeued. *l. 10. n. 16. tit. 17. lib. 4. noua. recop.* vbi quid si pater sit præsens in iudicio, & non contradicat. Et de quo tempore debeat præstari huiusmodi assensus? vide *decis. Perus.* 13. *n.* 2. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, num. 3. col.* 6. Et an necessariò debeat præcedere, vide Gom. *l. 42. Tauri, n. 1. col.* 1 Menoch. *remed* 15 *recup. num.* 309. Cott. *in memorabil. verbo filius* 12. Perez *l. 1. tit. 4 lib. 3. Ordin. pag.* 532 Castil. *d. lib. 1. c. 3. n.* 16. Azeued. *d. l. 10. num.* 15. Et quid si pater nolit consentire; consule *decis. Perus. 16. n.* 3. Azeued. *d. l. 10. num.* 23. Aldouin. *cons. 37. num.* 11. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 47. n.* 37.

Quid si pater sit absens; vide Azeued. *d. l. 10. n.* 13. 7
cum seqq. Molin. *de iustit. tractat. 2. disputat. 228. versic. tertio excipitur*, Thom. Valasc. *tom. 1. allegation. iuris allegat.* 2[illegible], *num.* 7. Quid si filius agit vtiliter? vide Alciat. *lib. 8. parerg. cap.* 8. Rebuff *ad. leges Galliæ in proœm. gloss.* 5. 72. *& in tract. except. n.* 439. Tiraquel. *de iure mariti gloss. 8. n.* 72. vbi *gloss. 7. n.* 24. tractat quid si pater, & filius simul agant, an tunc requiratur consensus.

Cum de his se intromittere non habeat.] Notatur ad 8
hoc quòd pater in spiritualibus non admittitur pro filio sine mandato tanquam coniuncta persona? etiamsi pater vellet cauere de rato, vt per Marc. Anton. Genuens. *in practic. eccles. q.* 763.

Notatur etiam ad hoc quòd patri non quæritur 9
vsusfructus de eo, quod filius ordinatus etiam prima consura acquirit ratione beneficij, vel alio modo, vt per Valdes. *ad Xuar. part. 1. ad l. 4. tit. de las iuras, lib. 2. fori, § disputatio quæst. cum. 31. pag.* 150. *& part. 2. l. 9. tit. de los pleitos, §. hanc tamen legem limita, n.* 21. *pag.* 61. Chal. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsit n.* 132. *ad fin.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.* 365. *num.* 6.

Nequaquam requiri debebit assensus.] Notatur ad 10
hoc quòd in causis beneficialibus, & spiritualibus potest filiusfam. esse in iudicio sine patris consensu, & constituere procuratorem suo nomine, vt per Viu. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 4. versic. item quando ag. t, pag.* 382 Socin. *reg.* 195. *num. 2. &* 6. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 42. n.* 10. *in repet. cap. per vestras, eod tit. §. 28. num. 2. &* 3. Cassan. *in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 3. num.* 14. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 319. Perez. *l. 1. versic. prouenie etiam tit. lib. 1. Ordinam pag.* 65. Soar. de Pace *in pract. tom 1. part. 1. temp. 2. num.* 20. D. Barbos. *in l. 2. § quod si in patris, num. 19. ff. solut. matrimon.* in spiritualibus enim filiusfam. potest agere aduersus patrem, vt per Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 9. num.* 3. *pag.* 325 Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis in princ. n. 16 ff. de liber. agn os.*

In gloss. *Dependentibus* ibi, *vt dote, quæ dependet à* 11
matrimonio. Notatur ad hoc quòd in causa dotis filia etiam minore potest esse in iudicio sine consensu patris, vt per Boër *decis* 130. *numero* 7. Palat. *in repetit. c. per per vestras. de donat. inter virum notab. 2. num.* 20. & 21. Cardin. Manric. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 12. tit. 9. n.* 13. D. Barbos *in l. 1. ff. soluto matrim. part. 1. num* 44. & 45.

In gloss. *Regular.* ibi, *sicut in castrensi peculio, in* 12
quo etiam contra patrem egit. Vide Molin *de iustit. tract 2 disp. 228. vers. hoc vere.*

De Foro competenti.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus omisso appellationis articulo, vel per viam querelæ de causa subditorum suffraganei etiam ipsis consentientibus, non cognoscit.*

2 *Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos suffraganeorum.*

3 *Iudex inferior, qui de causa appellationis cognoscendi ius habet, non potest vigore appellationis ab interlocutoria, nisi ea fuerit iustificata, retinere cognitionem negotij principalis, nec de eo poterit tractare, etiam ex consensu litigantium.*

4 *Archiepiscopus in causis ad se deuolutis non potest cogere subditos suffraganeorum, vt suscipiant delegationem, vel exequantur sententiam, vel vt sint testes, nisi in contrarium sit consuetudo.*

5 *Archiepiscopus non potest compellere subditos sui suffraganei ad suscipiendam delegationem, si noluerint.*

6 *Iudex sæpè non eandem iurisdictionem habet in accessorio quam in principali.*

7 *Archiepiscopus non potest subditos suffraganeorum cogere coram se respondere circa salaria Aduocatorum, & procuratorum in causis ad se deuolutis nisi consuetudo sit in contrarium.*

8 *Archiepiscopus potest iurisdictionem exercere in prouincia consuetudine sibi permittente.*

9 *Causam, qui tractauit in iudicio, non potest in loco iudicij conueniri pro salariis Aduocatorum, vel procuratorum.*

10 *Contrahens cum aliquo si sciat eum statim recessurũ esse, non poterat illum conuenire in loco contractus.*

11 *Contraxisse inibi quis videtur, vbi solutionem destinauit.*

12 *Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diœcesum in sua propria coram se respondere nisi ibi inueniatur, sed si citati nolunt comparere, vel malitiosè se occultant ne citentur, in bonis ipsorum sua diœces. potest missionem facere, vel in alia decernere Ord. faciendam.*

Cap. Romana. I. *Innoc. IV.*

1 ARCHIEPISCOPVS, vel eius Officialis prætermisso articulo appellationis nunquã iudices non cognoscant sine voluntate suffraganeorum causas subditorum, etiam ipsis subditis consentientibus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Anclud. Gemin. Ioan Andr Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 35. Alagona *in compend. pag.* 114. Ægid. de Bellam. & Iacob. de Beluis. *tom. 5 repet. iuris Canonici.* remissiuè Casal. *in annotat.* Ximen. *in concord. part. 2.*

2 *Appellationis articulo prætermisso* Ergo Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos suffraganeorum, vt per Couar. *pract. c.* 9. *n.* 2. Quarant. *in summ. Bull. verbo Archiepiscopi auctoritas. versic.* 18. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. c. 70. num.* Sigism Scac *de appellat. q* 8. *num.* 86. *cum seqq.* metipsum *de offic. & potest. Episc. part.* 1. *tit.* 4. *de Archiepisc. præst. num* 61. secundum Lugdun. impress. *& in tract. de iure eccles. lib.* 1. *c.* 7. *ex n.* 52.

3 Notatur etiam ad hoc quòd iudex inferior, qui de causa appellationis cognoscendi ius habet, non potest vigore appellationis, ab interlocutoria, nisi ea fuerit iustificata, retinere cognitionem negotij principalis, nec de eo poterit tractare etiam ex consensu litigantium, vt per Couar *cap.* 9. *num.* 6. Sigism. Scacc. *de tract. de appellat. quæst.* 17 *limit.* 47 *memb.* 3. *n.* 9 *&* 11.

In gloss. *Prætermisso.* Vide Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo appellatio, vers. ad quintum, pag.* 30.

§. Neque suffraganeorum.

Archiepiscopus in causis ad se deuolutis non potest cogere subditos suffraganeorum, vt suscipiant delegationem, vel exequantur sententiam, vel vt sint testes, nisi in contrarium sit consuetudo. Colligunt Doctores *in princ. huius text. citati.* 4

Ipsorum delegationem suscipere. Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus non potest compellere subditos sui Suffraganei ad suscipiendum delegationem, si noluerint, vt per Stephan. Gratian *discept. forens. cap.* 169. *num.* 10. metipsum *in tract. de iure ecclesiastico, lib.* 1. *c.* 7. *num.* 59. poterit tamen Episcopo Suffraganeo præcipere, vt illam acceptare compellat, Henriq. *in summ. lib.* 1. *c.* 3. 3. Sebast. Cæs. *in relect. de eccles. hierar. disp.* 5. *§.* 2. *num.* 10. 5

In gloss. *Suscipere.* ibi, *Et not. quod non eandem iurisdictionem habet iudex in accessorio, quam in principali.* De hoc vide Stephan. Gratian. *d. c.* 169. *n.* 2. 6

§. Nec etiam.

Archiepiscopus non potest subditos suffraganeorum cogere coram se respondere circa salaria Aduocatorum, & procuratoris in causis ad se deuolutis, nisi consuetudo sit in contrarium. Colligunt Doctores *in princ. huius text.* citati. 7

Dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat.] Ergo Archiepiscopus potest iurisdictionem exercere in prouincia consuetudine sibi permittente, vt per Marc-Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 70. *num.* 23. Quarant. *in summa Bullarii, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 25. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 4. *de Archiep. præstantia, n.* 36. secundùm Lugdunens. impress. 8

Super salariis Aduocatorum &c. Aduertit D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde, numer.* 13. *ff. de iudic.* quòd ille, qui tractauit causam in iudicio, non potest in loco iudicij conueniri pro salariis Aduocatorum, vel procuratorum, & *numer.* 128. subdit. text. *in præsenti*, specialiter procedere in Archiepiscopo, qui de causis subditorum Episcoporum suffraganeorum cognoscit in loco suæ iurisdictionis, qui non potest cogere prædictos subditos suffraganeorum Aduocatis soluere salaria. 9

In gloss. *Respondere.* ibi, *vel dic verius quod de contractu loquitur, quem quis celebrat vt viator, vt tunc ibi conueniri non possit.*] Notatur ad hoc quòd si contrahens cum aliquo sciat eum statim recessurum esse non poterit illum conuenire in loco contractus, vt per D. Barbos *in d. l. hæres absens, §. proinde, n.* 94. *& n.* 103. 10

In ead. gloss. ibi, *ibi enim contraxisse videtur, vbi se soluere obligauit.* Notatur ad hoc quòd inibi contraxisse quis videtur, quo solutionem destinauit, vt per Cou. *pract. c.* 10. *n.* 5 *vers. sexto.* 11

§. Contrahentes.

Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliorum diœcesum in propria coram se respondere, nisi 12

nisi ibi inueniantur. Sed si citati nolunt comparere, vel malitiosè se occultant, ne citentur, in bonis ipsorum suæ diœcesis potest missionem facere, vel in alia decernere per Ordinarius faciendam. Colligunt Doctores *in princ. huius text.* citati.

13 *Super contractibus initis,&c.*] Notatur ad hoc quòd forum quis sortitur ratione contractus si ibi inueniatur, vt per Couar.*p act.c.19.n.3.in princ.& num.4.& lib. 1.var.c.7.n.1.* Bernard.*reg.* 146.& 642. Bellug.*in speculo Principum,rubr.*11.*§.visum e.*& *ibi* latè Camil. Borrel.*in addit.litt.A.* Aviles *ad c.27.Pratorum.verbo entregnen,num.19.cum seqq.* Gutier.*de iuram,confirmat. part.3.c.16.* Menchaq.*vsufrequent.c.61.* Cened.*ad Sextum collect.33.n.1.* Cardos.*in praxi iudicum , & Aduocat. verbo forus , n.2.* Cevall.*commun.contra commun.q.*154. Aloys. Ric.*in collect.dec.p.2.collect.*339. D Barbos. *in l.heres absens §.1.num.7.cum seqq.& §. proinde a num.4.& §.vltim.num.60.cum.seqq.ff.de iudic.* Sic etiam ratione distractus sortitur quis forum, vt tradunt Stephan. Gratian.*discept. forens.c.14.num.22.* Tiraquell.*de iure mariti gloss.5.num. 8.num.117.* idem asserit de quasi contractu.

§. Nec clericos.

14 Archiepiscopi non mittant suos clericos in alienas diœceses ad ineũdem contractus, vt cognoscatur coram ipsis, nec subditos aliorum possunt cogere coram se iuri stare, nec illos excommunicare. Colligunt Doctores *in prin.huius text.*

15 *Vel recognoscendis ,&c.*]. Notatur ad hoc quòd vicario solet committi vt partes ad recognoscendum scripta sua , & chirographa cogere possit, vt per rebuff.*in praxi benef.tit.forma Vicariatus,n.*165.

Cap. Seculares. II. *Bonif. VIII.*

1 IVdices seculares volentes compellere clericos ad soluenda debita etiam liquida sunt compescendi censuris ecclesiasticis ab Ordinariis , vt desistant. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.2.pag.*38. Alagona *in compend.pag.*214. Ægid. Bellam.*tom.5.repet.iur.Canon.* remissiuè Ximen. *in concord.p.*2.

2 *A semeritate huiusmodi,&c.*] Notatur ad hoc quòd iudex ecclesiasticus potest inhibere seculari ne procedat vt per Surd *cons.424.n.28.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti ratione laicus vt illud seruet, coram iudice ecclesiastico conuenitur,& n.3.*
2 *Fideiussori an satis sit probare solutionem à se factam per solam confessionem creditoris sine alia probatione numerationis vt possit agere aduersus debitorem, qui illum promisit seruare indemnem.*
4 *Heres iurantis defuncti coram ecclesiastico iudice ad iuramenti obseruantiam conueniri non potest.*
5 *iuramentum personale est,ac proinde eius obligatio non transit ad heredem.*
6 *Lex humana secularis , an iustè possit prohibere in contractibus iuramenti delationem, ipsiùsque iuramenti vinculum remittere ? remissiuè.*

Cap. Cùm Laicus. III. & vlt.

1 LAicus ratione iuramenti vt illud seruet, conuenitur coram iudice ecclesiastico. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian.*in ration.lib. pag.*38. Alagona *in compend.pag.* 214. Ægid. Bellam. *tom.5.repet.iuris Canon* remissiuè Casal.*in annotat.&* Ximen.*in concord.part.1.&* 2.

Pro quo soluisse,&c.] Verùm fideiussori satis sit pro- 2
bare solutionem à se factam per solam confessionem
creditoris, sine alia probatione numerationis, vt possit agere aduersùs debitorum, qui illum promisit seruare indemnem? Vide Tiraquel.*de retractu tit.1.§.1. gloss.18.n.84.& tit.2.§.4 gloss.6.num.17.* Francisc. Viu. *commun.l.2.opin.*113. Afflict.*decis.91.n.3.& decis. 94. n.3.& decis.150.à n.34* & alios citatos per Cened *ad Sextum collect.2.num.*1.

Ad cuius forum ratione iuramenti,&c.] Notatur ad 3
hoc quòd laicus ratione iuramenti conuenitur coram iudice ecclesiastico, vt per Cou.*lib.1 var.c.2.num.8 in med.& in c.quamuis pactum,q.1.§.5.num.6.* Marant.*de ordine iudic part.4.c.iudicium seculare,vel ecclesiasticum,n.14.pag.173.* Perez *l.6.tit.1.lib.3.Ordinam.pag. 475.& l.1.col.4.vers.infertur secundo,tit.6.lib.8.etiam Ordin.pag.*158. Rebuff.*in tract.de except.n.*235. Gutier.*de iuramento confirmat.p.3.c.12.n.2.cum seqq. & in auth.Sacramenta puberum.C.si aduersùs vendit n.16. &* 20. Seraphin.*de priuilegiis iuram.priuileg.67.à n.1.* Camill. Borrell.*in addit. Bellug. in speculo Principum, rub.12.§.quadam litt.C* Paul. Fusch. *de visitat. lib.2. cap.21.n.48.* Pradil.*in summ.legum pœnalium,p.2.casu 13.n.2.* D. Barb.*in l.1.ff. soluto matrim.p.1.num.72.* Cened.*ad Sextum collect.2. num.2.*

Hæredem verò iurantis defuncti coram ecclesiasti- 4
co iudice ad iuramenti obseruantiam conueniri non posse resoluunt Couar. *in d.c.quamuis.pactum .part.1. §.5.num.6.* Hippol.*sing.219. incip. Tu habens,* Aufrer. *de potest.secul.super ecclesiasticas person.reg.4.fallent. 4.numer. 6.* Sebast. Medic.*in tract. mors omnia soluit, part.2.concl.58.numer.164* Anton. Gom. *var, tom.2. cap.14.num. 21.* Gutier.*de iuram.confirm.p.3.cap.12. num.3.* Seraphin.*d.priuileg.67.n. 22.* Bernard Græue *ad practicam Cameræ Imper.lib.1.concl. 27.consid.1.* D. Barb. *ad l.heres absens,in princ. propè finem, ff.de iudic.* & citati ad Cened.*d.collect. 2.num. 3.* Iuramen-
tum enim personale est, ac proinde eius obligatio non 5
transit ad hæredem, vt tradunt Couar.*d §.5.num. 4.& part.2.§ 1.num.7.* Anton. Gom.*d.cap.14. num.19.* Menoch.*cons. 24.num.1.& 2.* Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib.4.cap.5.* Lar. *in l.siquis a liberis , §.parens, num.119.ff.de liberis agnosc.* Surd.*decis.148.num.6.& cons.399.n.18.* Sayr. *in claui Regia , lib.5.cap.6. n.18.* Soar.*de Relig.tom.2.de iuram.lib.2.cap.51.numer.14.* Sanch. *in precepta Decalogi,lib 3.cap.13. à princip.* Bernard. Græue.*d.conclus.27.* D. Barbos.*in l. proponebatur,num.34 ff.de iudic.*

Verùm autem lex humana secularis iustè possit pro- 6
hibere in contractibus iuramenti delationem, ipsiùsque iuramenti vinculum remittere, vt effugiat huius text. institutum, & de intellectu Ordin. Reg. Lusitan.*lib.4. tit.72.& apud Castellanos.l.11.tit.1.lib.4.noua recopil.* super hac re statuentium, vide ex nostris Lusitanis Gamam *decis.247.num.2.* Pinel.*in l.2.C. de rescind. vendit.part.3.c.1.num.11.& 12.* Valasc.*cons.16.n. 14.& cons.99.* Chald. Pereira *in l.si curatorem , verbo minoribus,num.4.& 6.quæst.forens.lib.1.quæst.23.num.12.& de empt.cap.30.num 40.* Rebell.*de obligat.iustitia.p.2. lib.1.quæst.9.* nouissimè Gabr. Pereira *in tract. de manu Regia.* Et ex Castellanis, & aliis Hispanis Couar. *in d. c.quamuis pactum ,part.1 §.num.7.* Gregor.*l.2. verbo per no puesta. tit.4 p.6.* Salzed. *ad Bernard. reg. 386. vers.hodie verò.* Palat.*in repet.cap.per vestras , de donat. inter virum,& vxor.notab.6.§.fin.à num.30.* Auendan.

de

de exequend. mand. part. 2. c. 27. n. 14. Perez. *l. 6. ingl. defendemes, tit. 1. lib. 3. Ordinam.* Ioan. Martin. de Olano *in antinom. litt. I. n. 78.* Azeued. *l. 11. à princ. tit. 1. lib. 4. noua recop.* Mariens. *2. gloss. 3. num. 12. tit. 2. & l. 22. gloss. 8. tit. 11. & l. 1. gloss. 5. tit. 18. lib. 5. noua recop.* Gom. de Leon. *allegat. 49. num. 3.* Gutier. *in d. authent. Sacramenta puberum à num. 46. & num. 151.* Padil. *in summa legum pœnal. p. 2. casu 13. & casu 54. n. 10.* Cened. *d. collect. 2. num. 4.* Morl. *in emporio iuris Ciuilis, part. 1. tit. 9. quæst. vltim. num. 7. vers. quarta,* Molin, *de iustit. tract. 2. disp. 271. vers. addimus,* Soar. *de Relig. tom. 2. tract. 5. lib. 2. c. 38. num. 15.* & latissimè ex Italis commendo Anton. Nig. latè. disputantem. *in nouissime tract. de Laudemio quæst. 17. artic. 1. n. 60. cum seqq.* vbi ad partes hanc quæstionem bene examinat.

De Litis contestatione.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Peremptoria litis contestationem non impedit nisi sit de re semel finita.*
2 *Exceptionis peremptoria vis, & effectus, remissiuè.*
3 *Exceptio rei iudicata impedit. litis ingressum.*
4 *Exceptio rei iudicata vt possit impedire cursum causa tria in ea concurrere debent, nempe identitas rei, identitas personarum, & identitas causa agenda.*
5 *Sententia nulla non potest producere exceptionem rei iudicata.*
6 *Exceptio transactionis impeditis litis ingressũ, ac proinde òpponi potest ante litis contestationem.*
7 *Exceptio litis finita impedit litem contestari.*
8 *Rescriptum minimè redditur subreptitium non narrata transactione, qua ad merita causa opponitur.*
9 *Litteras à Papa obtinens ante omnia tenetur verificare, iustificare omnia in eis narata.*
10 *Peremptoria exceptio est, qua intentionem agentis perimit.*
11 *Iuramenti de non agendo exceptio, est peremptoria.*
12 *Lis finem accipere non dicitur, nisi per sententiam in iudicatum transactam.*

CAP. Exceptionis. I. *Innoc. IV.*

1 EXCEPTIONIS peremptoriæ obiectio ante litem contestatam non impedit contestationem, nisi excipiat de re iudicata, transacta, & definita. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. pag. 48.* Alagona *in compend. pag. 217.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Exceptionis peremptoria.*] De exceptionibus peréptoriis, vide Marant. *de ordin. iudic. p. 6. membr. 9. à n. 12.* Rebuff. *in tract. exceptionem, n. 425. cum multis seqq.* Soar. de Pace *in tract. tom. 1. p. 1. temp. 7.* Bern. Muscatel. *in praxi aurea ciuili Neapol. p. 4. verb. perẽptorias,* Cur. Philip. *p. 1. §. 15. peremptorias.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst. 20. art. 6.* Amat. Roderic. *in pract. c. 5. à n. 28.* Mendez. à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. c. 4.*

3 *Nisi de re iudicata.* Notatur ad hoc quòd exceptio rei iudicatæ impedit litis ingressum, vt per Bellacomb *tom. 2. communium opinion. lib. 8. tit. 20. n. 188. pag. 358.* Flamin. paris. *de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 3. num. 17. & num. 21.* Cr[...]et. *cons. 207. n. 7. vol. 1.* Soar. de Pace *d. temp. 7. num. 1.* Burg. de Pace *cons. 40. n. 22.* Rebuff. *d. tract. de except. à num. 5[...]3.* Surd. *cons. 312. n. 1. & de aliment. tit. 1. q. 126. n. 2.* Muscatel. *in d. praxi p. 4. gloss. finita, pag. mihi 479. & gloss. iudicata, pag. 489. cum seqq.* D. Barbos. *in l. diuortio, §. fin. p. 2. n. 62. ff. soluto matrim* qui etiam tenent quòd exceptio rei iudi- 4
catæ, vt possit impedire cursum causæ tria in ea debét concurrere, nempe identitas rei, identitas personarum, identitas causæ agendæ, & actionis, quod etiam vltra citatos tradunt Rot. *decis. 100. n. 3. p. 1. diuers.* Port. Imolen. *cons. 6. n. 74. & cons. 102. num. 21.* Honded. *cons. 30. n. 50. vol. 1.* Surd. *cons. 114. n. 21. & cons. 165. n. 11. & cons. 312. n. 1.* Menoch. *cons. 828. n. 2.* Intrigl. *sing. 56. n. 1.* Ioan. Vincent. de Ann. *alleg. 8. n. 6.* Didac. de Marino *in suis communib. opin litt. E, verbo exceptio.* 5
Vnde sententiam nullam non posse producere exceptionem rei iudicatæ per *l. vnic. C. de latina libert. tollen.* tradit Rebuff. *in tract. de except. num. 508.*

6 *Transacta.*] Notatur ad hoc quòd exceptio trãsactionis impedit litis ingressum, ac proinde opponi potest ante litis contestationem, vt per Vezin *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 20. n. 20.* Menoch. *de arbitr. casu 202. n. 60.* Soar. de Pace *d. temp. 7. num. 1.* Don. Christophor. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 236. n. 5.* Bern. Muscatel. *d. p. 4. gloss. transactionis pag. 601. cum seqq.* Alex. Trentasinq. *var. resol. lib. 2. tit. de exception. resol. 1. n. 12.* Mendez à Castro *d. cap. 4. num. 3.*

7 *Seu finita.*] Notatur ad hoc quòd exceptio litis finitæ impedit litem contestari, vt per Vezin. *in d. tit. 20. n. 19. part. 350.* Flamin. *d. q. n. 14.* vbi ait quòd per renunciationem finitur lis, & præscriptione tradunt Mendez à Castro *d. c. 4. n. 4.* Alex. Trentasinq. *d. tit. de except. resol. 3.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 50. de litis contestat. n. 62.* Quibus autem modis dicatur lis finiri tradit latè Farinac. *fragm. crimin. p. 2. litt. L. n. 393. cum multis seqq.*

8 *Licèt dicat, &c.*] Notatur ad hoc quòd rescriptum minimè redditur subreptitium non narrata transactione, quæ ad merita causæ opponitur, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 202. n. 60.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd obtinens litteras à Summo Pont. tenetur ante omnia verificare omnia in eis narrat, vt per Valasc. *consult. 163. n. 2.*

10 In gloss. *Peremptoria. ibi, & est peremptoria, qua intentionem agentis perimit,* &c Ita Petr. Gregor. *syntagm. iur. lib. 2. c. 21. n. 8.* Ioseph. Cumia. *in ritibus Siciliæ, c. 25. n. 36.* Camil. Borrel. *d. tit. 48. d. except. n. 16.*

11 In ead. gloss. ibi, *& iuramentum de non agendo.* Vide Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 11. verbo, ou par le serment, n. 10. fol. 346.* Soar. de Pace *d. temp. 7. n. 2.* latè Bernard. Muscatel. *d. p. 4. gloss. perimit.*

12 In gloss. *Finita.* Notatur ad hoc quòd non dicitur lis finem accipere nisi per sententiam in iudicatum transactam, vt per Flamin. *d. q. 3. n. 21.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 114. n. 34. & seq.* quo latè dixi *in collect. ad Clem. 2. vt lite pend.*

SVMMARIVM.

1 *Contestatio litis non fit per exceptionẽ peremptoriam*
2 *Doctores de libello agentes referuntur.*
3 *Contestatio litis quando, & quibus modis fieri dicatur. remissiuè.*

CAP. Si oblato II *Bonif. VIII.*

SI oblato ab actore libello reus excipiat peremptoriè per hanc exceptionem non contestatur lis, sed est contestanda, nisi exceptio sit ex his tribus, quæ impediunt. 1

pediunt. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Atchid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach Franc. Viuian. *in ration. lib. 2. pag. 49.* Alagona *in compendio pag. 218.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Ab actore libello.*] De libello latè agunt Marant. *de ordine iud. p. 6. tit. de libelli oblat.* Cut. Philip. *p. 1. §. 11.* Soar de Pace *in pract. p. 1. tom. 1. sep. 4.* Cardos. *in praxi Iudicum, verbo libellus*, Amat. Roder. *in pract. c. 5. de libello actoris.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 49. de libello.*

3 *Litis contestatio intelligitur esse facta.*] Quando, & quibus modis litis contestatio fieri dicatur, vide Viuian. *Neapol. decis. 310. n. 2.* Menoch. *de præs. l. 2. præs. 30. à n. 1* Camill. Borrell *in summ. omnium decis. tit. 50. de litis contestat. num. 6. & 7.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. c. 6.* Melch. Phœbos *Aresto 84. tom. 1.*



D Iuramento calumniæ.

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non est de substantia quod statim post litem contestatam præstetur, & num. 2.*
3 *Iuramentũ calumniæ si tacitè omittatur, non propter hoc annullatur processus legitime factus, & n. 4.*
5 *Iuramento calumniæ statuto tolli non potest, nec Principis rescripto, nisi expressis verbis deroget.*
6 *Iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda præstatur in spiritualibus.*
7 *Iuramentum calumniæ præstari debet in causis cricriminalibus.*

CAP. Si de calumnia. I.

Bonif. VIII.

1 IVRAMENTVM de calumnia, vel de veritate dicenda non est necesse, vt fiat initio litis, potest enim fieri in qualibet parte litis. Colligunt ex Ordinar. Atchid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anch. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. l. 2. pag. 64.* Alagon. *in compend. iur. Canõ. pag. 222.* remissiuè Casal. *in annotat.* Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmat Tiraquel. *de retractu lig. §. 2. gloss. 2. num. 1.* Marant. *de ordin. iudic. p. 6. ad secundã iudicij partẽ de iurament. n. 3.* Menchaq. *vsufrequent. lib. 2. cap. 25. num. 7.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 12. num. 2.* Anton. del Re *de iurament. calumniæ, cap. 1. num. 19.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 11. num. 24.*

§. Propter.

3 Iuramentum calumniæ si in tota causa tacite omittatur, processus legitimè factus non est nullus, neque annullandus. Colligunt Doctores *in princ. huius text. citati.*

4 Hanc eandem conclusionem, cui aduersari videtur *l. 2. §. sed quia veremur. C. hoc tit.* firmant, & intelligunt Marant. *d. loco. num. 2.* Menchaq. *vsufreq. lib. 2. cap. 25.* Kitchou. *tom. 1. commun. opin. l. 2. tit. 28. n. 18. pag. 360.* Tiraquel. *de iure mariti gloss. 7. n. 80.* Grauat. *ad vestr. in pract. Romana Curiæ, lib. 5. tit. 2. n. 11. & 12.* Matth. Colet. *decis. 17. num. 4. & 5.* Ioseph Cumia *in ritibus Siciliæ in prælud. n. 14.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. l. 1. conclus. 84. à princ.* Gutier. *practic. l. 1. q. 99.* D. Barbos. *in l. maritum, num. 87. ff. soluto matrim.* Mole. *in emporio iur. Ciuilis, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 23. vers. vnde.* Camill. Borrell. *in summa omniũ decis. tit. 51. de iuram. calumn. à num. 9.* Anton del Re *in tract. de iurament. calumn. cap. 7. num. 3. cum seq.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 208. à num. 15.* Rot. *decis. 1. n. 4. & decis. 51. & decis. 52. n. 3. & decis. 117.* apud Farinac. *in collect. 1 nouissimarum, aliàs p. 4. diuers.* ex quorum dictis colligitur iuramentum calumniæ non posse remitti à patribus, quia introductum fuit ob publicam vtilitatem, & ita procedere text. *in d. l. 2. §. sed quia veremur*, si vero omittatur processum sine eo gestum valere, quia pertinet ad ordinem iudicij accidentalem, & procedere text. *in præsenti, & Ordin. Regiam Lusit. l. 3. tit. 63. in princ.* ibi, *ou se nam fosse dado iuramento de calumnia as partes.* Quando vero ab altera partium exactum fit, tunc de substantia processus esse resoluunt Viuian. *Neapol. decis. 109. num 9.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu processus, n. 20.* Vincent. Carot. *de iuram. litis decisorio q. 13. n. 6.* Anton. del Re *d. c 7. num. 7.* Bernard. Græu. *d. concl. 74. num. 5.*

Vnde iuramento calumniæ statuto tolli non posse 5 tradunt Viu. *d. decis. 109. n. 5.* Vincent. Carot. *d. q. 13. princ. n. 7.* Anton. del Rẽ *cap. 12. num. 1.* Surd. *decis. 18. num. 9.* Nec consuetudine, Viuian. *d. decis. 109. num. 3.* Carot. *d. q. 13. n. 7.* Anton. del Re *c. 14. n. 4.* Nec Principis rescripto, nisi expressis verbis deroget, vt per Anton. del Re *d. cap. 13. num. 21.* Ludou. Rodolphin. *de suprema seu absoluta Principis potest. cap. 6. n. 45.*

§. Quamuis.

In causis spiritualibus iurari debet de calumnia, & 6 de veritate dicenda. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

In gloss. *In eisdem.* ibi, *nunquid in criminalibus iu-* 7 *retur de calumnia?* Notatur ad hoc quod in causa criminali præstari debet iuramentum calumniæ, vt tradunt Gratian. *discept. forens. cap. 208. num. 26.* Camill Græu *ad practic. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 84. n. 6.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. q. 16. numero 28.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 208. num. 29.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 51. num. 34.* Aloys. Ric. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 56. n. 10. part. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationis in causa iurari debet de calumnia, & de veritate dicenda, & num. 2.*
3 *Procurator deputatus post iuramentum calumniæ factum à principali, debet etiam ipse iurare de calumnia.*
4 *Procurator exigente aduersario non solum tenetur iurare in animam domini, sed etiam in animam propriam.*
5 *Hæres, vel successor an teneatur iurare ex quo defũctus iurauerat, remissiuè.*

CAP. In appellationibus. II.

IN causa appellationis est iurandum de calumnia, & 1 de veritate dicenda, etiam si in principali sit iuratum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Atchid. Gemin. Ioan. Audr. Anchar. Domin. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l. 2. pag. 65.* Alagona *in compendio pag. 222.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

Hanc

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, multiplicitérque declarant Minsing. *cent.* 1 *obseru.* 1 Franc. Marc. *delphin. decis.* 1182. *num.* 25. *part.* 1. *& decis.* 706. *p.* 2. Menchaq. *q. frequent. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 50. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. l.* 3. *tit.* 7. *num.* 22. Brederod. *in tract. de appellat. part.* 2. *tit.* 50. *de litis contestat.* Camill. Borrel. *in sum. omnium. decis. tit.* 50 *de litis contestat. num.* 29.

§. Procuratores.

3 Procurator deputatus post iuramentum calumniæ factum à principali debet etiam ipse iurare de calumnia. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

4 In gloss. *Ab ipsis.* ibi, *Sacramentum tamen calumnias,* &c. Notatur ad hoc quod procurator exigente aduersario non solùm tenetur iurare in animam domini sed etiam in animam propriam, vt per Gail. *lib.* 1. *obser.* 89. *num.* 47. Anton. del Re *de iuram. calumnia, c.* 16. *num.* 45. Surd. *decis.* 18. *num.* 5. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 51. *num.* 19.

5 In gloss. *Iuramentum.* ibi, *an heres, vel successor teneatur iurare ex quo defunctus iurauerat.* Vide. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de iuram. cap.* 51. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens speciale mandatum iurat de calumnia, & num.* 2.

3 *Mandatum speciale ad iurandum de calumnia sufficit, licet expressa non sit in eo causa in qua iurandum sit.*

Cap. Nullam sibi. III. & vlt.

1 PRocurator constitutus cum speciali mandaro ad iurandum de calumnia ad tale iuramentum præstandum admitti potest. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchard. Dominic. Butr. Monach Franc. Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 67. Alagona. *in compend. pag.* 223. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text desumunt Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *num* 2. *& in c. quamuis pactum, p.* 10. §. 5. *à num.* 8. Cott. *in memorabil. verbo procurator, pag. mihi* 709. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 687. *num.* 1. *p.* 2. Matth. Coler. *Germin. decis.* 115. *num* 1. *&* 2. Anton. Gabr. *tom.* 3. *communium opinion. tit. de mãdato conclus. vnica versic. quartò requiritur.* Pereg. Iannim. *de citat. reali lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 191. Fulu. Pacian. *de probationib. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 12. Anton. del Re Tiburtin. *de iuramento calumnia, cap.* 16. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 111. *num.* 4. Mench. *vs. frequent. cap.* 25. *n.* 16. Gutier. *practic. lib.* 1. *q.* 62. Obald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, num.* 6. Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo procurator, num.* 36. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 105. *num.* 21. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 51. *de iuram. calumnia, n.* 16. *& tit.* 66. *de procuratorib. num.* 181. Aloys. Ricc. *decis.* 52. *num.* 2. apud Farinac. *part.* 4. *sua praxis crimin. & decis.* 117. *n.* 2. apud eundem *in* 1. *collect. nouissimarum,* aliàs *part.* 4. *diuers.* resoluentes quod procurator ad iurandum de calumnia speciale mandatum habere
3 debet. Et sufficit speciale mandatum, licet non sit expressa in eo causa in qua iurandum sit, vt docet Anton del Re *d. cap.* 16. *num.* 17. Stephan. Gratian. *d. c.* 105. *n.* 23. quamuis contrarium sequatur Mench. *d. cap.* 25. *num.* 17.

De Restitutione spoliatorum.

Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Spoliationis exceptio facta ab alio quam ab actore in ciuilibus non admittitur, in criminalibus verò facta à tertio admittitur dummodo sit de tota substãtia, vel parte. Exceptio probari debet infra quindecim dies, aliàs fit condemnatio expensarum.*

2 *Spoliationis exceptio dicitur dilatoria.*

3 *Exceptio spoliationis necessario ante litem contestatã proponenda est.*

4 *Exceptio spoliationis facta ab alio, quam ab actore, non potest opponi in causa ciuili ad effectum litem, & iudicium differendi.*

5 *Spolij exceptio repellit spoliatorem agentem à iudicio etiam super alia re, nec auditur donec restituat rem per spolium subtractam.*

6 *Spolij actio repellit agentem etiam actione aliqua priuilegiata, qualis est actio depositi.*

7 *Spolij exceptio repellit etiã agentẽ super alio spolio.*

8 *Attentatorum via si quis egerit pro spolio sibi facto lite pendente, non repelletur per exceptionem alterius spolij etiam rei diuersæ, quod non sit factum lite pendente.*

9 *Actor agens de spolio potest conueniri à reo de alio spolio.*

10 *Cõuentus ex causa ciuili non potest repellere agentem proposita exceptione spoliationis facta à tertio, tamen accusatus criminaliter virtute talis exceptionis potest suum accusatorem repellere.*

11 *Spoliatio debet esse omnium, vel saltem maioris partis bonorum ad hoc vt impediatur accusatio contra spoliatum proposita.*

12 *Excipiens tenetur probare suam exceptionem intra spatium quindecim dierum, alias in expensis actori condemnabitur.*

13 *Declaratur text. in præsenti.*

14 *Dies termini non computatur in termino.*

15 *Excipiens de spoliatione facta à tertio infra certum tempus à iudice statuendum, debet restitutionem petere, alias accusabitur exceptione non obstante.*

16 *Iudex debet quantum potest obuiare iudicium coram se agitatum sit elusorium,*

17 *Iudex ex officio debet nulliter agentem repellere.*

18 *Declaratur* tit. C. vt nemo inuitus agere, *&c.*

19 *Exceptio spoliatonis priuatarum rerum non obstat agenti super rebus ecclesiasticis, & è contra.*

20 *Ecclesiæ res publici iuris censentur.*

21 *Declaratur* text. in cap. 2. de ordine cognit.

Cap. Frequens. I. *Innoc. III.*

SPOLIATIONIS exceptio posita ab 1
alio quàn ab auctore in ciuilibus non impedit quin iudex in principali procedere possit, in criminalibus verò à quocunque posita impedit, dummodo sit de tota substantia, vel maiori parte, quæ tamen exceptio probari debet infra quindecim dies, aliàs fit condemnatio expensarum præhabita iudicis taxatione, & si æquum illi visum fuerit, punitione minimè relicta. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monac. Franc. Viu. *in ration. lib.* 2. *pag.* 103. Alagona. *in compend. pag.* 235. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Causa

2 Causas ecclesiasticas impedit, & perturbat.] Ergo
exceptio spoliationis dicitur dilatoria, vt notant gloss.
verbo permittitur in præsenti gloss. 2. in c. 1. 2. quæst. 2.
gloss. 3. in cap. ex conquestione, vbi Abb. n. 5. & Doct. sup.
hoc tit. idem Abb. in cap. 2. num. 2. de ordine cognit. Ias.
in §. nihil. commune n. 138. Bonifac. in Clemem. vnica
n. 66. de causa possess. & prop. Gregor. l. 5. verbo le dene
tit. 10. part. 3. Perez ad l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. versic. præ-
terea, Menoch. de arbitr. casu 240. num. 4. & remed. 15
recuper. num 382. & 491. & remed. 3. retin. num. 666.
Viuian, tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 7. num. 334. & n.
339. Bernard Muscatel. in praxi aurea ciuili Neapol.
3 part. 3. gloss. actorem num. 38. ita vt talis exceptio sit ne-
cessariò ante litem contestatam proponenda, sicuti
quæcunque alia, vt resoluunt addit. ad gloss. verbo per-
mittitur in præsenti, Bart. in d. §. nihil commune n. 24.
cum seqq. & ibi Ias. à n. 137. & plures de quibus Couar.
lib. 2. var. cap. 16. numer. 13. in princip. & vers. quòd si,
Menoch. remed. 1 recup. à n. 174. & remed. 15. n. 382.
Mench. illustr. cap. 88. à n. 27. Perez in d. vers. præ-
terea. intendunt Innocent. & alij in cap. 2. de ord. cognit.
quod scilicet reg. cap. inter monasterium. cum similib.
de re iudic. secundùm quam exceptio dilatoria regula-
riter ante litem proponi debet, obtinet etiam in exce-
ptione spolij, de qua agimus, ita vt post litem in peti-
toria contestatam non possit spoliatus excipere de
spolio, vt petitorium suspendat.
4 Statuimus, vt in ciuilibus negotiis, &c.] Collige ex
text. exceptionem spoliationis factæ ab alio quàm ab
actore in causa ciuili non posse opponi ad effectum li-
tem, & iudicium differendi, immo ea non obstante iu-
dex de causa principali cognoscere, & eandem definire
tenetur, vt notant Domin. Franc. Anch. & omnes in
præsenti, Abb. in cap. olim il 2. num. 6. restit. spoliat.
Paul. Alex. & Ias. in l. si te bonis, C. de iure deliber.
Afflict. decis. 150. numer. 8. & post alios Bacc. de inope
debitore c. 4. num. 4. quod intelligēdum est etiamsi reus
fuerit tota sua substantia spoliatus, vt apertè colligitur
ex hoc text. quidum distinguit inter causas ciuiles, de
quibus agimus. & criminales, & ait in criminalibus ex-
ceptionem spoliationis omnium, vel maioris partis bo-
norum factæ à tertio specialiter impedire litis ingres-
sum, apertè docet secus esse dicendum in ciuilibus, vt
optimè expendit Abb. d. loco.
5 Sed in ciuilibus ab actore, Collige ex text. exce-
ptionem spolij repellere spoliatorem agentem à iudi-
cio, etiam super aliare, nec audiri donec restituat rem
per spolium subtractam, idem probat text. in cap. 2.
vers. sed quoniam, de ordine cognit. resoluunt Dom.
Franch. Anch. & omnes in præsenti, Abb. in d. cap. 2 n.
3. & 4. Specul. tit. de citat. n. 11. Afflict. decis. 19. Ias. &
Doct. in d. l. si te bonis, Soc. cons. 12. col. 4. vol. 1. post
alios Marant. de ord. iudic. part. 4. dist. 7. num. 48. & seq.
6 Amplia prædictam exceptionem spolij repellere
agentem etiam actione aliqua priuilegiata, qualis est
actio depositi, vt tenent gloss. verbo in modum, ibi, bene
obstat exceptio, in d. cap. 2. de ord. cognit. quam sequun-
tur Anton. & communis ex Abb. ibi num. 22. Sicul. in
c. 2. num. 4. de deposito, Ias. in bonæ fidei num. 11. Insti. de
actionib. Perus. in præsenti §. fin. in princ. Menoch. re-
med. 1 recuper num. 388.
7 Amplia deinde repellere etiam agentem super alio
spolio, vt probat cap. vlt. versic. quamquam, de ordine
cognit. dummodo exceptio fuerit proposita de spolio
rei diuersæ ex Valasc. cons. 88. numer. 3. & dummodo
actor non agat de spolio magis priuilegiato, quòd si
agat, non repellitur per exceptionem alterius spolij,
fauor enim rei, qui in hac exceptione consideratur,
solùm viget vbi omnia paria sunt, ex reg cum sunt par-
8 tium, de reg. iuris lib. 6. Vnde infertur quòd si quis ege-
rit via attentatorum pro spolio sibi facto lite penden-
te non repellitur per exceptionem alterius spolij etiam
rei diuersæ, quòd non sit factum lite pendente, vt te-
nent. Abb. in cap. bona num. 20. de appellat. Dec. con-
sil. 100. num. 3. vol. 1. Afflict. decis. 98. numer. 4. Rip. in
cap. sæpe numer. 1. de restitut. spol. Corras. in §. nihil.
communo num. 52. Menoch. remed. 1. recuper. num 388.
Valasc. d. cons. 88. num. 10. Intellige tandem vt non so- 9
lùm exceptio spolij possit opponi contra agentem de
alio spolio iuxta supradicta, sed etiam vt actor agens
de spolio, possit conueniri à reo de alio spolio, vt ex-
pressè probat text. in d. c. in princ. ibi, nisi super quæ-
stione, &c. vbi Abb. notab. 1. Marant. d. part. 4. dist. 6. n.
32. & 37. Valasc. de cons. 88. n. 3.
In criminalibus autem, &c. Collige ex text. quòd li- 10
cèt conuentus ex causa ciuili non possit repellere agen-
tem proposita exceptione spoliantis factæ à tertio, iuxta
res. statuimus, tamen accusatus criminaliter virtute
talis exceptionis potest suum accusatorem repellere, vt
per Ioan. Andr. & Ancharan. notab. 3. Dominic. num. 6.
& omnes in præsenti, Abb. in cap. olim. il 3. num. 6.
hoc tit. Marant. part. 4. dist. 7. num. 48. Berol. in cap. item
cum quis n. 6. hoc tit. Afflict. decis. 19. Tiraq. in l. si vn-
quam, verbo omnia, vel partem n. 12. C. de reuoc. donat.
Menoch. remed. 1 recup. n. 324. cum sequent.
Intellige tamen quòd ad hoc vt impediatur accu- 11
satio contra spoliatum proposita, requiritur quòd spo-
liatio sit omnium, vel saltem maioris partis bonorum,
vt docet Pontifex in præsenti in vers. illum autem, nec
immeritò prædicta declaratio ita fuit facta, regularitet
enim in iure nostro æquiparantur omnia bona, & maior
eorum pars, sicuti docent Duen. reg. 383. vers. amplia
secundò Tiraquel. d. verbo omnia, vel partem num. 12.
& ideo metum amissionis maioris partis bonorum ca-
dere in constantem virum asserunt Couar. de sponsalib.
part. 2. cap. 3. 4. num. 18. Mascard. de probat. concl. 1051.
num. 54. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 135. n. 9. Card.
Tusch. lit. M. concl. 215. num. 5. & concl. 217. num. 8.
& 9. Sanch. de matr. lib. 4. disp. 5. n. 20. cum seqq. Farin.
fragm. crimin part. 2. lit. M. num. 89.
Infra quindecim dierum spatium, &c.] Notatur ad 12
hoc quòd excipiens tenetur probare suam exceptionē
infra spatium quindecim dierum, aliàs in expensis
actori condemnabitur, vt per Dominic. in cap. 1. §. verò
num. 3. de except. hoc lib. Intellige autem hoc tempus
esse continuum, & currere ipso iure statim quòd ex-
ceptio fuerit admissa, cum sit dilatio legalis, secundùm
Ioan. Andr. & communem in dict. cap. 1 & probatur ex
iis, quæ tradunt Anton. Gomez. tom. 3. var. cap. 1. n. 3.
Tiraq de retractu lig. §. 1. gl. 7. n. 21. Perez ad l. 1. verbo
hasta tit. 8. lib. 3. Ordin. Gutier. canon. lib. 1. c. 12. n. 24.
Azeued. l. 3. n. 7. tit. 1. lib. 4. noua recopil.
Per violentiam.] Secus ergo si per dolum, vel alio 13
modo intra vim expulsiuam destitutum se affirmet
etiam omni substantia sua, secundùm Ioan. Andr. Do-
min. Franch. §. 1. notab. 3. & communem in præsenti, &
ita secundùm illos ratio infra expressa in text. ibi, quia
neque nudi, &c. non est finalis, neque vnica huius deci-
sionis, quoniam text. etiam vltra illam visus est habuis-
se respectum ad grauitatem causarum criminalium, &
fauorem simul spoliati per vim, vnde licèt etiam hoc
casu militet ratio in nostro text. expressa, non tamen
militat alia fauoris spoliati.
In gloss. Proponitur. ibi. quia dies illa non computabi- 14
tur, &c. Notatur ad hoc quòd dies in quo prædictus
quindecim dierum terminus assignatur. in ipso termi-
no minimè computatur. & in quocunque alio termi-
no idem esse resoluendum tradunt gl. vlt. in cap. super
eo 12. appellation. Afflict ad constitut. l. 1. rub. 90. n. 8.
Cassā. in consuet. Burgund rub. 1. § 8. n. 8. Duē. reg. 196.

à princip. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 21. *num.* 18. *cum sequen.* Vanti. *de nullitat. tit. ex defectu iurisdiction. Ordin. n.* 160. Perez *l. 2. tit. 2. lib. 3. Ordin. pag.* 494. *& l. 22. vers. sed est dubium, in med. tit. 2. lib. 7. pag.* 408. Fi-Chard. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit.* 14. *n.* 131. *pag.* 274 Azeued. *ad Curiam. Pisanam lib 4. cap. 6. n.* 50 Flamin. Parif. *de resignat. benefic. lib.* 12. *q.* 8. *n.* 8. Stephan. Grattan. *discept. forens. c.* 161 *in princip.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo dies n.* 5. *&* 6. Alex. Trentacinq. *var. resolut. l. 2. tit. de dilat. resol.* 1. Rot. *decis.* 333. apud. Farin. *in* 1. *col. nouiss. aliàs p. 4. diuers.*

§. Solet autem.

15 Accusatus si criminaliter probauerit exceptionem spoliationis factæ à tertio ita ut repellat suum accusatorem, iuxta hunc text. *in princip.* ibi, *in criminalibus autem*, potest nihilhominus iudex ipsi accusato terminum, præficere, infra quem agat contra spoliatorem, & petat restitutionem spolij. qui terminus si elapsus fuerit non obstante prædicta exceptione poterit accusari. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

16 Quiquidem terminus indulgendus est à iudice accusationis, vt satis text. *in præsenti*, significare videtur, ibi, *excipiat*, iuncto ibi, *à iudice*, &c & communis *in præsenti*, magis probat cuius rei ratio esse potest, quia cùm iudex debeat in quantum potest obuiare ne iudicium coram se agitatum sit elusorium, *cap. bonæ il* 2. *§. nec obstabat.* vbi gloss. *verbo eluderent*, iura similia citat, *de postulat. Prælator.* iuuant. quæ Roman. *consil.*
17 467. vbi dicit quòd iudex ex officio debet nulliter agentem repellere ne elusorij actus coram eo fiant, & per prædictam exceptionem accusatio criminalis contra spoliatum proposita, & ita iudicium elusorium inutile reddi possit, iuxta hunc tex. *in princip.* ibi, *& plerumque perimitur causa cognitio principalis*, rectè fit vt ad eundem spectet his fraudibus obuiare, ac per consequens prædictum terminum statuere; quæ quidem resolutio verissima est, ad hunc videlicet effectum, vt intra illud tempus excipiens teneatur quantum in se fuerit, causam ad finem perducere, & nihil supersit quòd sit in eius potestate, aliter statim vbi lapsus fuerit poterit accusari, non tamen præscripsit prædictum terminum ad hoc vt aliquo modo arctetur iudex restitutionis, quia respectu ipsius nihil poterit statuere, iuxta *reg. cap. innotuit* 20. ibi, *par in parem non habet imperium, de elect.*

18 In gloss. *Æstimamus* ibi, *& si compellitur aliquis agere*, &c. Colligit ergo gloss. posse quem compelli ad agendum, contra *tit. Cod. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur*, tam *in rub* quàm *in text.* & quæ tradunt *gloss. pen.* & doctores *in cap. licet* 14. *de accusat* Boër. *decis.* 255. *in princ.* Mench. *illustr. cap.* 16. *in princ.* Respondetur enim *d. tit. Cod. vt nemo inuitus*, cum similibus, procedere regulariter, id est, vt absque resque respectu ad aliquam certam causam & ad aliquem effectum, & ita sine causa, effectu non sit aliquis agere compellendus, & in hunc sensum est explicanda hæc gloss. dum ait præcisè non compelli quem ad agendum, id est præscindendo ab omni causa, seu effectu. cui similis est *gloss. vlt. vers. item ad hoc in l. à quo* 45 *ff. de damno infecto*, at verò causatiuè, id est propter aliquas certas causas, & ad aliquos affectus assequendos rectè potest aliquis cogi ad agendum, prout in specie huius text. vbi ad hoc vt spoliatus possit excipere de spoliatione, cogitur agere contra spoliatorem.

§. Ab hoc. vlt.

19 Exceptio spoliationis, quæ à iudicio repellit agentem, iuxta hunc text. *in princip.* ibi, *sed si in ciuilibus*, &c. non habet locum quando talis exceptio opponitur de rebus priuatis ad ecclesiasticas, & è contra. Colligunt ex Ordinar. Doctores *in princip text.* citati, tradunt Abb. *n.* 24. Butr. *num.* 16. Ioan. Andr. *col. 4. in cap.* 2. *de ordine cognit.* Rot. *decis.* 20 *de restit. spol. in nouis*, Lap. *alleg.* 67. *col. pen* Afflict. *decis.* 19.

20 Ratio verò huius decisionis ex nostro text. desumptæ illa reddi potest, quia res Ecclesiæ publice iuris censentur, arg. *l. 1. §. huius studij, ff. de iust. it. l. fin. in princ. C. de sacros. Eccles.* Constat autem quod de publico ad priuatum non admittitur compensatio, ex *l.* 1. *& 3. C. de compensat.* Igitur similiter exceptio de publico ad priuatum, ac per consequens de re ecclesiastica ad temporalem, vel è contra reiicienda est, iuxta hunc text quam rationem assignat gloss. *in præsenti.* ibi, *sunt publici iuris*, vbi Monach *num.* 10. & eam frequentius probare videntur Ioann. Andreas *numer* 6. & Franc. *col. fin. in præsenti*, dum dicunt res Ecclesiæ publicas esse, & earum dominium non spectare ad priuatas personas.

21 Non obstat *de cap. 2. de ordine cognit.* vbi Abbas quidam nomine monasterij agebat super quibusdam rebus ecclesiasticis contra nobiles, de quibus *ibi*, qui tamen contra Abbatem spoliationis exceptionem cuiusdam castri opposuerunt, & ita rei priuatæ, quæ quidem admissa fuit, quia omissa, Ioan. Andr. *col. 4. in d. cap.* 2. & Rotæ *vbi suprà*, ac eorum resolutione existimantium text. *in præsenti*, de nouo introducere, ne in specie de qua agit, exceptio admittatur, quæ tamen tempore *d. cap.* 2. admittebatur, ex verbo *sancimus*, hic positum, faciliùs respondetur text. hunc agere de rebus omnino priuatis, vt quia nullo modo pertinent ad Ecclesiam, sed propriè sunt in dominio singulorum, & ita sunt merè temporales, quarum spoliationem in vim exceptionis noster text. negat posse opponi contra agentem de rebus ecclesiasticis, & è contra, et verò text. *in d. cap.* 2. egere de exceptione spolij rei ad Ecclesiam quoad dominium directum pertinentis, cuiusmodi erat castrum de quo *ibi*, ipsi enim nobiles asserebant castrum ad ius, & proprietatem monasterij pertinere, quod fieri potuit respectu dominij directi manente vtili penes illos ex aliquo contractu feudali, vel emphyteutico, vt *ibi* notat Imol. *numer.* 8. Bald. *num.* 4. Bellam. *numer.* 9 & ita in eo text. fuit opposita exceptio spoliationis rei etiam ecclesiasticæ contra agentem super re ecclesiastica, quem intellectum probauit Archid. *hic ad fin.* & illum reiectis glossæ intellectibus, magis probare videtur Anchar. *not.* 10. Domin. *col. pen. & fin.* & Franch, quem vide *in præsenti*, dicens illum esse verum, & meliorem cæteris, secundùm quos verbum *ecclesiasticis*, de quo *in hoc* §. accipiendum est de omnibus rebus, quæ aliquo modo ad Ecclesias pertineant, etiamsi spirituales non fuerint, siue possideantur à laicis, siue à clericis, quicquid gloss Monach. Hostiens. *hic* aliter senserint. Vnde text. *hic* indistinctè intelligendus est prout loquitur, siue causa vertatur inter laicos, siue inter clericos, siue inter vnum clericum, & alium laicum, secundùm Franc. *in præsenti num* 1 *in fine*, quicquid. gloss. *in principio*, aliter sentiat, dum ait solùm procedere quando agitur inter personas ecclesiasticas. Neque verbum, *sancimus*, de quo *hic*, aliquid noui inducit licet enim multoties ius nouum inducat, aliquando tamen ex materia subiecta contrarium suadente nouum non inducit, sed antiquum declarat, vnde cùm hic agatur de exceptione rei ecclesiasticæ, & ita publicæ ad priuatam, satis apparet illam de iure etiam antiquo ineptè proponi, iuxta supradicta.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, quæ petit restitutionem decimarum, quas se dicit infra parochiam alterius possedisse, non audiatur nisi probet possessionem legitimam, & n. 2.*

3 *Spoliatus vbi resistit ius commune, non est restituendus, tam in causis spiritualibus, quàm temporalibus, vt num. 14.*

4 *Adducitur in contrarium* text. in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess.

5 *Conciliantur diuersimode* in text. præsenti, d. cap.

9 *Declaratur* text. in c. licèt Episcopus 28. de præb. hoc lib. *& num. 10.*

10 *Declaratur* text. in cap. constitutus 8. & in c. quoniam 10. de filiis Presbyt. *& n. 11.*

12 *Iudex potest sine citatione priuare possessione illum, quem constat notoriè non competere defensionem.*

13 *Spoliata lite appellatione pendente si ei ius commune resistat, & assistat spoliatori, non est facienda restitutio quamuis per viam attentatorum agat, nisi de titulo doceat.*

14 *Spoliatus decimis, beneficio, vel alia quacunque re spirituali non est restituendus si aduersus eum obiiciatur notorius proprietatis defectus. & n. 16.*

17 *Exceptio donec probetur pro regula iuris præsumitur.*

18 *Laici spoliati decimis agentes interdicto vnde vi, an fiat ante omnia restituendi, ostenditur.*

19 *Laicus quando spoliatur fructibus ipsis temporalibus, qui decimarum nomine ipsi nomine proprio soluuntur ex aliquo titulo temporali maneat iure spirituali decimandi penes spiritualium ministros, an restituatur, ostenditur, & n. 20.*

Cap. Ad decimas. II. & vlt.

Bonifac. VIII.

1 CAnonici spoliati decimis prædialibus, quas in aliena parochia percipiebant, non sunt restituendi, nisi euidenter docuerint iuris decimandi possessionem legitimè assequutos fuisse, ac per consequens ostenderint titulum, vel causam ex qua possessio instituitur, quia præsumitur iniustè occupasse, cùm prædia in aliena parochia de iure cōmuni ad eandem pertineant, nisi aliud ostendatur. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Auch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 160.* Alagona *in compend. pag.* 236. remissiuè Casal. *in anotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hoc idem ex hoc text desumunt gloss. magna *in cap. 5. de præscript. hoc lib.* Reip. *num.* 77. & Ias. *num.* 47. *in §. nihil commune.* idem Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina col. pen. de causa possess.* Felin. *in cap. ad petitionem, num.* -. *de accusat.* Dec. *cons.* 115. *col. vlt.* Cou. *lib. 1. var. cap. 17. num. 6. & de sponsal. p. 2. cap. -. §. 5. n. 10.* Coras. *lib. 2. miscel. cap. 1. à num. 4.* Rebuff. *de decim. q. 1. n. 83.* Nau. *in c. accepta oppos. 11. num. -. & 21.* Mench. *illust. cap. 86. à princ. n. 18. vers. 14.* Anton. Gabr. *commun. sub tit. de restit. spoliat. concl. 1. num. 107.* Menoch. *remed. 1. recup. à num.* 367. Gutier. *canon. lib. 2. cap. 21. num. 74.* & cæteri in discursu citati.

3 Vnde ex hoc text. iam colligunt Doctores spoliatum quando resistit ius commune non esse restituendum, concludentes ideo in præsenti restitutionem non dari, quia Canonici spoliati percipiebant prædictas decimas ex prædiis intra spoliantis parochiam constitutis, ac subinde ius commune, vel eius præsumptio erat pro parocho spoliante, quo attento prædictum ius decimandi solis parochis intra fines suæ parochiæ competit. *cap. vlt. de paroch.* & insimul erat contra Canonicos spoliatos, & sic hic est vnus celebratissimos casus ad probandum deficere reg. illam, Spoliatus est ante omnia restituendus, de qua *in c. 1. sup. hoc tit. in Decretal.* non enim procedit quando ius commune fauet spoliatori, & resistit insimul spoliato.

Obstat tamen maximè text. *in d. c. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. & propr. in vers. Non igitur.* dum clericos spoliatos iudicat reducendos esse ad eandem possessionem iuris eligendi, cùm habeant contra se iuris communis præsumptionem, secundùm quam electio Episcoporum pertinet ad Canonicos, & non ad clericos, vnde denegandam esse restitutionem decidere debebat Pontifex *in dict. cap. cum Ecclesia,* iuxta reg. text. *in præsenti,* & quæ eius argumento resoluunt Doctores communiter *suprà in princ.* citati. 4

Quare Paul. de Castr. *in l. seruitutes, num. 9. vers. breuiter, ff. de seruitut.* & alij de quibus Mench. *d. cap. 86. num. 1.* & plures, quos refert, & sequitur D Barbos. *in d. l. si de vi à num.* 133. distinguunt inter causas ecclesiasticas, seu spirituales, velut decimas, in quibus inquiunt procedere textum *in præsenti,* & inter res profanas esse faciendam differentiam, in his verò admittunt restitutionem esse concedendam vtroque iure, quamuis spoliato ius commune, vel eius præsumptio resistat, *§. recuperandæ, Instit. de interdict.* & in hunc sensum interpretantur etiam text. *in d. cap. cum Ecclesia;* quæ differentia non probatur, quia in illo textu de quasi possessione rei spiritualis, nempe iuris eligendi Episcopum agebatur, quod inter spiritualia computari non est dubium ex *cap. Messana. & cap. sacrosancta, cum simil. de elect.* 5

Alij autem secundo loco distinguunt vtrùm ius commune resistat spoliato, assistat spoliatori, quo casu resoluunt procedere text. *in præsenti,* & restitutionem esse denegandam, vel vtrùm solùm resistat spoliato, non tamen assistat spolianti, quo casu admittunt faciendam esse restitutionem, non obstante illa iuris communis resistentia, & procedere text. *in cap. licèt Episcopus, de præbend. hoc lib. & in d. c. ex insinuatione, de procurator.* Ita ex Ioan. Andr. Monach. Domin. & aliis magis communem testatur, & sequitur Nauar. *in cap. recepta, de restitut. spoliat. opposit. 10.* & post eum Cou. *lib. 1. var. cap. 17. n. 6.* Mench. *d. cap. 86. n. 18. infra.* Gutier. *lib. 2. canon. cap. 21. num. 74.* & multis latè adductis à D. Barbos. *in d. l. si de vi, à num.* 130. Verùm licèt hæc distinctio valde notanda sit, minimè tamē tollit difficultatem *d. c. cum Ecclesia Sutrina,* in quo ius commune non solùm resistebat, & aduersabatur clericis spoliatis, volentibus interesse Episcoporum electionibus, sed expressè assistebat, & fauebat Canonicis spoliantibus, quibus solis competit interesse huiusmodi electionibus, vt decidit expressè text. *in dicto cap. cùm Ecclesia,* & tamen nullo probato, vel allegato titulo ait restitutionem esse faciendam. 6

His igitur, & aliis reiectis dicendum puto multa concurrere *in d. cap. cum Ecclesia,* quæ faciunt valde diuersam hypothesim, & casum ipsius à casu huius text. quæ licèt separatim considerata efficaciter non concludant, simul tamen iuncta efficacem reddunt præsumptionem tituli ad eneruandam, & elidendam contrariam iuris communis præsumptionem, nam *in d. c. cùm Ecclesia,* vltra longissimum temporis spatium & multiplicatas illas trium Episcoporum electiones, de quibus *ibi,* interuenit non solùm simplex Canonicorum patientia, sed factum quoque positiuum eorum constat, si, aduertas clericos ab eisdem Canonicis ad tres illas electiones admissos fuisse, vocando eosdem ad electionem faciendam cum reliquis, ad quos de iure pertinet, 7

vel consuetudine facultas eligendi, recipiendo eorum voces, easque inter alias numerandi sicut moris est, iuxta formam text. *in cap. quia propter* iuncta gloss. *verbo debens, de elect.* cum similibus

8 Per contrarium verò *in hoc text.* non ita proponitur longissimum tempus, & antiqua possessio, sed [illegible]ens possessio, & breuius tempus, vt deducitur ex verbis, quibus Pontifex vtitur, vbi, *possedit aliquandiu* notant differentiam Abb. *n.* 24 Imol. 25 *in fine*, & plures alij, ex quibus verissimum intellectum tradit Menoch. *n.* 2. *cum seqq. d. loco.* Deinde *in hoc text.* nullus actus cooperationis ex parte aduersarij interuenit sed solum ex parte spoliati proponitur actus ille perceptionis decimarum, quare manifestissima apparet differentia inter hunc text. & *d. c. in Ecclesia*, & totum discursum colliges ex Abb. *ibi, num.* 49. *cum seqq.*

9 Non obstat text. difficilis *in cap. licèt Episcopus* 28. *de praebend. hoc lib.* vbi habens duas Ecclesias Parochiales si prior per Episcopum spolietur statim restituitur, licèt non ostendat titulum, aut dispensationem, per quam plures insimul retinere possit, & tamen contra illum adest manifesta iuris communis resistentia, de qua *in cap. quia nonnulli, de cleric. non resid.* & *in cap. de multa, de praebend.* & insimul idem ius commune fauet Episcopo spolianti ad quem de iure communi pertinet collatio Ecclesiarũ, ex *cap. omnes Basilicae.* 16. *q.* 7. nonnulli enim respondent in specie illius text. non esse faciendam restitutionem beneficij spoliato priusquam ostendat sibi ius competere in aliud, quod prior loco obtinebat, ita Rot. *decis. de restit. spoliat. in antiq.* & alij, quos refert, & sequitur Menoch. *remed.* 15. *recup. num.* 467. Felin. *in c. ad petitionem, num.* 16. *de accusat.* Beto. *in cap. in litteris, n.* 87. *hoc tit.* secundùm quos text. tantùm dicit possessionem duarum Ecclesiarum incompatibilium minimè citatum non esse spoliandum, ex ratione, quam subdit, quia forsan poterat ei aliquod ius competere, non tamen exinde sequitur illum spoliatum esse restituendum, cùm ipsi resistat ius commune prohibens ne quis plures Ecclesias obtineat & insimul faueat Episcopo spolianti, iuxta *supra dicta* [illegible] subinde succedit regula nostri text. quòd spoliatus, cui ius commune resistit, & insimul fauet spolianti non est restituendus, nisi de causa legitima doceat & ratio *d. cap. licèt.* adducitur tantùm ad effectum ne Episcopus beneficiarium inauditum, & inuocatum spoliet, non autem habebit locum post spolium commissum, quia non debet fieri restitutio, ideoque praedicta ratio non potest applicari terminis nostri text. vbi non agitur de non spoliando, sed de iam spoliato restituendo, quam responsionem *ad d. cap.* [illegible] in disputatione publica se his praestitisse asserit Nau. *in cap.* [illegible] *opposit.* 10. *à n.* 2 *hoc tit.*

10 Verùm licèt hic intellectus satis defendi possit, longè tamen verius, & receptius est in specie *d. cap. licet.* beneficiatum per Episcopum spoliatum, non facta c[illegible]ne esse restituendum, & illi aduersus Episcopum competere interdictum vnde vi, prout resoluunt Hostiens. *n.* 3. *in d. cap. licèt* Abb. *num.* 23 [illegible] *cap.* [illegible] dicit cõmunem Nauar *vbi proxime à n.* 6. tenet [illegible] *sup. reg. Cancel. decis.* 14 *num.* 7. Couar. *lib.* [illegible] *cap.* 17. *num.* 6 qui omnes expendunt *d. cap.* [illegible] iuncta ipsius ratione Facit deinde *cap. conquerente, supr. hoc tit.* vbi iniustè spoliatus à iudice restituitur per interdictũ vnde vi quod conceditur contra iudicem spoliantem, sicut contra priuatum quemcunque. [illegible] *in cap.* [illegible] Dec. [illegible] 2. *de praebend.* Nauar. *in c.* [illegible] *pag. pen. de* [illegible] Menoch. [illegible] *num.* 8. Constat autem quòd spo[illegible] à priuata persona debet [illegible] ad illud reditus antequam de canonica institutio-

ne doceat, iuxta *d. cap. in litteris*, igitur similiter spoliatus praeter [illegible] iuris ordine ab Episcopo statim est restituendus ad illud, iuxta *d. cap. licet.* Nec obstabit quòd ius commune resistit ei, qui obtinet duas Ecclesias licet enim [illegible] id verum sit, iuxta *d. cap. multa.* cum similibus non tamen est verum quod idem ius commune assistat Episcopo spolianti in beneficij obtentione, seu retentione, illud enim sibi retinere non potest. *cap. si tibi concesso. de praebend. hoc lib.* sed tantùm in eo quod vacans beneficium conferat [illegible] assistentia iuris communis pro Episcopo respicit solã collationem, resistentia verò contra spoliatum, acquisitionem, & retentionem, quae quidem sunt [illegible] diuersa ac subinde cùm ius commune non assistat spolianti Episcopo in eo in quo resistit Canonicis spoliantis, fauet parochio spolianti, & per consequens standum est reg. *d. cap. in litteris*, & *d. cap. conquerente*, iuxta quam debet fieri restitutio,

Si verò contra huiusmodi doctrinam replicetur de text. *in c. cum Iuuanis* 8. *de filiis Presbyt.* vbi filius presbyteri spoliatus à milite quadam Ecclesia, in qua pater eius secundum quod ei ab eodem milite obiectum fuit, immediate ministrauerat cogitur ostendere titulum beneficij [illegible] quam [illegible] . quia ei resistit ius commune, secundum quod filius etiam legitimus remouetur ab Ecclesia in qua immediatè patri successit *cap. ad extirpandas, de filiis Presbyter.* quamuis idem ius commune non assisteret militi spolianti, [illegible] item si replicetur de *c. quoniam.* [illegible] quod si [illegible] olibitum, & manifestum fuerit filio [illegible] Ecclesias parentum immediate tenere [illegible] per Episcopum expellantur ab [illegible] quod si spolientur per Episcopum [illegible] non sunt, argum. *cap. quemadmodum* [illegible] si [illegible] quam, de praedictis iuribus replicetur post alios nititur [illegible] respondere Nauar *d. opp.* [illegible] *num.* 1 [illegible] ideo spoliationem fieri, & denegari restitutionem in specie illorum iurium, quia ius commune fortiter resistebat spoliatis, id est, tale ius resistebat in quo Papa [illegible] raro, vel nunquam dispensare solet quale est ius prohibens filium habere beneficium patris immediatè, & ideo verisimile non est filio sic spoliato competere [illegible] quod ius retinendi beneficium, quemadmodum potest competere *in d. cap. licet.* in quo ius leuiter resistit, id est, solet per Papam, vt plurimum, dispensari, iuxta *cap. Satis clarum* 70. *dist. cap. de multa* [illegible] *de praebend.* Sic etiam ex sententia multorum, quos refert, & sequitur Couar. *d. cap.* 17 *num.* [illegible] nostro [illegible] decimas, ideo restitutio denegatur, quia ius fortiter resistit & vrgente prohibet decimas ab extraneis clericis percipi cùm sint institutae & soluantur Parochis in [illegible] , vel quamque clericorum [illegible] spiritualia ministrantium [illegible] inter ius fortiter, aut leuiter resi[illegible] , aut [illegible] ratione probatur. & minus [illegible] & capitulum forte inquirere, aut cognoscere quando fortiter aut leuiter ius resistit aut quando frequens, aut rara [illegible] dispensatio

Quare [illegible] his, & aliis intellectibus, de [illegible] per Abb. *hic num.* 4. & *in d. cap. in litteris, num.* [illegible] Beto. *num.* 8 [illegible] dicendum est spoliatum beneficio in specie *d. cap.* [illegible] statum non restitui, quia non tantùm possessorium, sed etiam petitorium iudicium intentauit vt colligitur ex illis verbis [illegible] quae [illegible] petit tamen & ita ad titulum C[illegible] & ex [illegible] quae ad possessionem [illegible] runtur, & [illegible] si simpliciter petiisset restitutionem [illegible] atque vlla

cuncta

cunctatione restituendus foret, iuxta reg. *d. cap. in litteris*, quem sic intellexit *gloss.* 2. ibi, quam alij sequuntur, intendunt Abb. *d. num* 24. & Bero *dict. num.* 87. Nau. *d. oppos.* 10. *num.* 15. Ad text. verò *in d. cap. quoniam*, respondetur ideo ibi spoliatum beneficio non esse restituendum, quia fuit spoliatus à iudice secundùm iuris ordinem, iniunxit enim Pontifex Archiepiscopo & illius suffraganeis, vt omnes filios clericorum spoliaret, si publicum, & manifestum esset eos obtinere Ecclesias, quas eorum parentes in titulum immediatè habuerunt, & ita licitum fuit Episcopis prædictos clericos non citatos & inauditos spoliare, & à fortiori spoliatos non restituere, quia in notorijs ordo iuris postulat nullum ordinem obseruari, *cap. cùm sit Romana §. fin. ad fin. de appellat. cap. bona* 23. *de elect. cap. cùm olim in fine*, vbi latè Felin. *num.* 11. *de re iudic.* Hippol.
12 *in rubr. de probat. num.* 219. & in specie quòd possit sine citatione priuari à iudice possessione ille, quem notoriè constat non competere reo defensionem, tenent Ruin. *cons.* 31. *num.* 98. *vol.* 3. Paris. *cons.* 1. *num.* 23. *vol.* 1. Brun. *cons.* 19. *n.* 12. restatur communem Aretin. *cons.* 163. *num.* 7. & generaliter non requiri citationem vbi notoriè constat non competere reo defensionē, tradunt Innocent. & alij, vt per Anton. Gabr. *commun. tit. de citat. concl.* 1. *num.* 2. *vers. contrarium*, Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 259. Peregr. *de iure fisci, tit. habentes iura fisci, n.* 57. licèt in alijs notorijs, quæ talia sunt quoad ipsum factum, non tamen est notorium nullam reo competere excusationem, citatio requiratur, quamuis alius ordo iudiciarius non sit necessarius, & ita procedat opinio illorum qui in notorijs requirunt citationem, prout est communis, vt per Gabr. *d. n.* 2. Duen. *reg.* 47. *limit.* 1. Gom. *tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 43. *vers. secundus*, Perez. *ad l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin.* & ante eos gloss. *verbo in discenda in cap. cùm dilecti, de purgat. canon. & verbo non obstantibus, vers. & sic ex his, in Extrauag.* 1. *de dolo, inter communes*, cum alijs. Cùm igitur Episcopi iustè procederent, & possessores notoriè iniustos iustè excluderent, restitutio eisdē expulsis concedi non debuit, iuxta *d. cap. quoniam*, quippe quæ non conceditur ijs, qui à iudice legitimè spoliantur, iuxta notata *in d. c. conquerente* probat gloss. *vlt. in fin. in cap. præsentium* 7. *q.* 1. vt per Gabr. *commun. sub hoc tit. de restit. spoliat. conclus.* 1. *num.* 108. *cum sequentibus*

13 His, quæ in contrarium adduci poterant, sic compositis iam primò amplia principalem huius text. decisionem, vt procedat etiam quando lite, vel appellatione pendente aliquis fuit spoliatus, vt per viam attentatorum agat, vt in statum pristinum reponatur, & omnia penitus reuocentur, iuxta *cap. bona, de appell.* text. opt. *in cap. non solùm, illo tit. hoc lib.* huic enim sic spoliato si ius commune resistit & assistat spoliatori non est restitutio facienda nisi de titulo doceat, iuxta supradicta, Cuius rei ratio est, quia si in his terminis spoliato fieret restitutio, foueret lex peccatum, quod procedit ex notoriè iniusta rei alienæ occupatione contra domini spoliatoris voluntatem ad quem res præsumptiuè pertinet, ac subinde cùm in hoc etiam casu vigeat, rectè illius decisio in illo locum hebebit, quam sententiam tenent Rot. *decis.* 2. *hoc tit. in nouis, & decis.* 13. *eod. tit. in antiq.* Paris. *cons.* 12. *num.* 5. *lib.* 4. Cassad. *decis.* 3. *n.* 4. *hoc tit.* sequuntur plures, quos refert Cou. *pract. c.* 23. *n.* 4. *propè fin.* Nauar. *in d. cap. accepta oppos.* 2. *num* 15 Menoch. *remed. vlt. recup. num.* 32. *cum seq.* & est communis ex Anan. *in cap. si constiterit. n.* 8 *de accusat.* qui Doctores existimant dato solo notorio defectu proprietatis contra spoliatum non esse ei restitutionem faciendam, licèt spolium commissum sit lite, vel appellatione pendente, satis à fortiori docent quòd data resistentia iuris, & ita notorio defectu tituli contra spoliatum, & assistentia pro spoliatore non esse faciendam restitutionem, quod libenter admittimus, & eam in terminis multis citatis probat Cabed. *Lusit. decis.* 15. *num.* 6. & 18. *p.* 2. Quamuis contrarium, immò text. *in præsenti* esse limitandum quando agitur remedio attentatorum pro reponendo spolio lite pendente commisso, teneant Domin. *n.* 9. Franc. *in præsenti*, Rub. *in §. nihil commune, n.* 301. Menoch. *d. loco*, Lancellot. *de attent. d.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 3. & *cap.* 3. *n.* 171.

Amplia secundò huius text. decisionem procedere 14
non solùm in iure decimādi, in quo speciatim loquitur, sed etiā in omnibus alijs causis spiritualibus, beneficialibus scilicet, matrimonialibus, & similibus, quinimò etiam in temporalibus. Ratio enim, quam text. reddit *in vers. quia eas*, iuncto *vers. sitque manifestum*, generalis est, & æquè concludit in hoc ac in alijs casibus, in quibus datur resistentia contra spoliatum, & assistentia pro spoliatore; datur insuper eadem peccati occasio: & ita hanc sententiā tenent omnes ferè Doctores *in princ. huius text.* citati dum inter res spirituales, & temporales non distinguunt, licèt contrarium intendant Rip. *n.* 35. Fab. *n.* 46. *in d. §. nihil commune*, Bald. quem refert Menchaq. *illustr. cap.* 86. *num.* 15. 15

Quia eas occupasse, &c.] Ex his verbis colligunt Doctores communiter *in præsenti* quòd spoliatus decimis, beneficio, vel alia quacunque re spirituali non est restituendus si aduersùs eum obijciatur notorius proprietatis defectus, quinimmò ad hoc vt restitutionem assequatur teneatur docere se fuisse possessionem rei spiritualis per spoliū subtractæ legitimè assequutum, licèt ius commune non assistat spoliatori, resoluunt Doctores, vbi Innoc *in cap. constitutus, de fil. Presbyt.* Imol. & Abb. *num.* 11. & 28. *in cap. in litteris, sup. hoc tit.* vbi Bero. *num.* 76. & *seq.* affirmat id esse communiter receptum, Rot. *decis.* 14. & 160. *in nouis, aliàs decis.* 7. *in antiq. sub hoc tit.* Cassad. *decis.* 3. *n.* 3. *eod.* Gom. *in reg. de annali quæst.* 58. Cou. *de sponsal. part.* 2. *c.* 7. *§.* 5. *n.* 10. Nau. *in d. c. accepta oppos.* 10 *à princ.* Villalob. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 303. *pag.* 217. *col.* 1. Antō. Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 1. *num.* 100. *cum seqq.* Hued. *de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 13. *à num.* 34. Menoch. *remed.* 1. *recuper. à num.* 215. *vsque ad n.* 238. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 18. *col.* 2. D. Barbos. *in l. si de vi num.* 178. *ff. de iudic.*

Pro qua communi sententia vltra text. *in præsenti*, 16
facit *d. cap. quoniam de filiis Presbyt.* ibi. *penitus excludatis*, vbi patiens notorium proprietatis, & tituli defectum circa beneficium spoliatur, & spoliatus non restituitur; facit deinde *cap.* 1. *de eo qui mittitur in possess. hoc lib.* vbi probatur non esse dandum vitiosum ingressum in Ecclesiam Dei, planè si dato notorio defectu tituli beneficium, vel aliud spirituale restituatur, vt illicitè occupetur, iam datur in Ecclesia Dei vitiosus ingressus. arg. *reg.* 1. *de reg. iur. hoc lib.* & insuper cum notorio peccato sit restitutio contra reg. *cap. vlt. de consuet. & c. vlt. de præscript.* Tandem facit text. *cap. significasti, de diuort.* vbi mulieri à marito spoliatæ cohabitatione coniugali agenti possessorio recuperandæ obstat notorium adulterium, & ita notorius proprietatis defectus, & idem probat text. *in cap. pen. eod. tit. de diuort.*

Eas de iure communi, &c. Notatur ad hoc quòd pro 17
regula iuris præsumitur donec exceptio probetur, vt per Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 4 de quo plures citaui Doctores *ad rub. de regul. iur. hoc lib.*

In gloss. *Præsumuntur* Disputat hæc gloss. an laici 18
spoliati decimis agentes interdicto vnde vi, sint ante omnia restituendi, quod quidem apud Doctores est valde controuersum. Ego verò dicendum puto quòd si laici sint spoliati decimis, id est, iure decimandi, &

petendi decimas, & agant prædicto interdicto, nequaquam restituendi sunt, ex eo, quia cùm necessarium sit possessionem probare, iuxta *cap. consultationibus, in fine, de offic. deleg.* & laici prædictum ius decimandi nullo modo possidere possint, *cap. causam, quæ de præscript.* iuxta communem intellectum, quinimmò illius iuris sint omnino incapaces, quia dependet à spiritualibus, scilicet ab administratione Sacramentorum, & officio spirituali, vbi tanquam accessorium inseparabiliter adhæret, *cap. 1. ibi, iure Sacerdotum, 16. quæst. 7. cap. quamuis 17. de decim. cum similib.* rectè fit, vt laicis spoliatis tanquam omnino prædicti iuris incapacibus nullatenus competat restitutio, & circa hunc casum nulla potest esse difficultas.

19 Tota verò controuersia versatur quando laicus spoliatur fructibus ipsis temporalibus, qui decimarum nomine ipsi nomine proprio soluuntur ex aliquo titulo temporali manente iure spirituali decimandi penes spiritualium ministros, in qua distinguendi sunt duo casus Primus est, quando laicus spoliatur decimis ab alio laico, & contra illum agit interdicto vnde vi, in quo resoluendum contra illum restituendum esse, vt tenet Brixien. relatus à nostra gloss. *in præsenti, gloss. 1. in cap. 1. 14 quæst. 1.* sequuntur alij, vt per Gabr. *commun. sub hoc tit. conclus. 1. a num. 71.* Beto. *in cap. item cum quis, à numer. 45. sub hoc tit.* obseruat praxis Galliæ, ex Guid. Pap *decis.* 288. Doctores communiter, vt per Mench. *illustr. cap.* 89. *numer.* 5. Couar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 6* remissiuè Monet. *de decimis, cap. 5. num.* 82. Cuius rei ratio est, quia cùm laicus proponatur spoliatus decimis, quas possidebat, necessariò sequitur illum esse restituendum si agat interdicto vnde vi, iuxta vulgares regulas, quicquid contrarium teneant gloss. hæc statim *in princ* & alia *verbo commodo in cap. ex parte, sup. hoc tit* & frequentiùs videantur probate Doctores, teste Franc. *numer.* 10. *in præsenti*, Abb. *numer. 19. in dict. cap. ex parte*, & alij citati à Couar. *dict. num. 6. in princ.* & à Mench. *dict. cap. 89. num.* 4. debebant enim considerare non esse necessarium, quòd laicus probare posset possessionem decimarum specialiter ei prohibitum quando ipse laicus spoliatur ab alio laico contra quem etiam est iuris præsumptio, idque ex eo, quia prohibitio legis antea, & post Concil. Lateranense respectu possessionis decimarum aduersùs laicos operabitur ne habeant ciuilem, & iustam earum possessionem, & talem, quæ sufficiat ad prædictas decimas præscribendas, non tamen exinde sequitur laicum non posse habere naturalem, & iniustam decimarum possessionem, qualem habet quicunque prædo, quæ sufficiens sit, vt spoliatus restituatur, iuxta *cap. in litteris, sup. hoc tit.*

20 Aliter casus est, quando laicus spoliatur ab eo, cui ius commune assistit, veluti à parocho intra suam parochiam iuxta terminos text. *in præsenti*, in quo securè resoluimus restituendum non esse nisi euidenter docuerit se vel ex priuilegio Romani Pontif vel ex concessione feudali ante Lateranens Concil. vel alio simili modo probauerit se possessionem decimarum fuisse legitime assequutum. Cuius rei ratio est, quia si Canonicis spoliatis decimis à spoliatore intra suam parochiã restitutio denegatur, nisi euidenter docuerint se illarum possessionem legitimè assequutos, iuxta nostrum text. quia scilicet ius commune resistit illis, & insimul assistit huic, à fortiori multò magis id ipsum locum habebit si à parocho intra suam parochiam laicus spolietur decimis, cui multo magis resistit ius commune, & iuxta hunc casum possunt intelligi Doctores, quos citat Couar. *d. num. 6. in princip.*

De Dolo, & contumacia.

TIT. VI.

SVMMARIVM.

1 *Actor contumax condemnatur in expensis, nec citatur vlterius ad sui petitionem reus, nisi caueat de veniendo, & comparendo, & num. 2.*
3 *Actor post citatum reum si non compareat in iudicio circumducitur edictum citationis.*
4 *Contumax antequam expensas reficiat, exaudiri non debet in quacunque causa.*
5 *Actoris non venientis contumacia maior est, quam rei.*
6 *Actor. contumax est puniendus in expensis primæ citationis.*

CAP. Actor. I. *Innoc. IV.*

ACTOR si non curat venire in termino 1 ad quem fecit citare aduersarium, condemnatur in expensis factis à reo. Colligunt ex Ordinar Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan Andr. Butr. Anch. Domin. Monach Franc. & Viuian. *in ration. lib. 2. pag. 114.* Alagona *in compend. pag.* 240. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. firmant Perez *l. 4. tit. 2. lib. 3.* 2 *Ordin. pag.* 498. Peregrin. *var. lib. 1. ad c. p. consultationibus à num. 48. de offic delegat.* Ord. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 14.*

Qui ad terminum venire, &c.] Notatur ad hoc quòd 3 si post citatum reum actor non compareat in iudicio, circumducitur edictum citationis, vt per Tiraquell. *de retract. l. g § 8. gloss. 2. numer.* 8 Marant. *de ordin. iudic. part. 6. cap. de contumacia, num. 1.* Grauat. *ad Octauian. lib. 4 cap 4. numer. 14.* Cur. Philip. *part. 1. §. 12. num* 13. Perez *l 2. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag.* 491. D. Barb. *in l. ad peremptorium, ff. de iudic. à num. 5. & à n. 32. & à num.* 144.

Reo in expensis, &c.] Notatur ad hoc quòd contu- 4 max antequam expensas reficiat, exaudiri non debet in quacunque causa, vt per Azeued *l. 5. à numer. 4. tit. 3. lib. 4. noua recop.*

In gloss. *Ad terminum*, ibi, *maior autem est contuma-* 5 *cia actoris non venientis quam rei.* Ita Tiraquel. *de retract. in lig. §. 8. gloss. 2. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. c. 535. num. 18.* Emman. Barbos. pater meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 14. num. 2.*

In ead. gloss. ibi, *condemnatur in expensis*, &c. No- 6 tatur ad hoc quòd actor contumax est puniendus in expensis primæ citationis, vt per Cou. *pract. c. 27. n. 3. vers. idem*. Perez *l. 4. § 1. 2. lib. 3. Ordin. pag.* 498.

In gloss. *Non curauit*. Vide Duen. *reg. 153. vers. secundò limita.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellantem, & recedentem citare vlterius non tenetur si vult in causa procedere, nisi forsitan appellationi renunciet, num. 2.*
3 *Verba narratiua in dispositionibus legalibus super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere.*
4 *Allegatio partis non facit ius.*
5 *Contumax in vno actu non sibi præiudicat in sequentibus.*

CAP.

Cap. Eum, qui. II. & vlt.

Bonifac. VIII.

1 APpellans à iudice in sententia interlocutoria, vel grauanime, non est amplius citandus ad ea, quæ pòst fuot facieoda in iudicio, vel ad sententiam audiendam, nisi sponte reounciet appellationi. Colligunt ex Ordinar. Lapp. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuiao. *in rationali lib. 2. pag.* 115. Alagona *in compendio pag.* 240. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclusionem, aliáque notabilia ex hoc text. collecta firmant Menocb. *consl. 2. num.* 353. *cum seqq.* Marchesf. *de commission. p.* 3. §. 2. *n.* 52. *pag.* 346. *in 2. impress.*

3 In gl. *Non teneris*. ibi, *dic quòd ibi factum narratur, non ius ponitur.* Notatur ad hoc, quòd verba narratiua in dispositionibus legalibus super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere; vt per Bernard. *d. reg.* 781.

4 Notatur etiam ad hoc, quòd partis allegatio non facit ius, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter. virum. & vxorem.* §. 17. *num.* 22. Goozal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 7. *num.* 107. metipsum *Axiom.* 20. *num* 1.

5 In ead. gloss. ibi, *sed quid dicemus de contumace numquid qui in vno actu iudicij fuit contumax, ad alios actus citabitur? dic quòd sic.* Notatur ad hoc, quòd contumax in vno actu non sibi præiudicat in sequentibus, vt per Tiraq. *d. retract. lig.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 162.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij Ecclesiastici causa quando agitatur ob contumaciam rei, non fit missio in possessionem, sed ad sententiam lite non contestata proceditur.*
2 *Beneficium appellatione venit hospitale.*
3 *Beneficij possessio titulo nō viso nulli debet adiudicari.*

Cap. Eum, qui. Vnic.

Innocent. IV.

1 IN beneficiis ecclesiasticis propter contumaciam absentis oon mittitur quis in possessiooem causæ, sed diligenter examinato negotio etiam lite non contestata fertur sententia, & terminatur debito fine. Colliguot ex Ordinat. Lap. Abbas. Archidiac. Gemin. Butr. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration lib. 2. pag.* 120. Alagona *in compend. pag.* 244. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. q.* 2.

2 *Beneficia Ecclesiastica.*] Procedere in hospitali tradit Mascard. *de probat concl.* 89. *num.* 23. An autem & quando beneficij appellatione veniat hospitale, dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significatione, verbo beneficium,* & *ibi* citatis addo Viuian. *in praxi iurisp. atron. lib. 3. c. 2. num.* 12. *cum seqq. in vltima impressione.*

Ne per hoc, &c.] Notatur ad hoc, quod titulo oon viso nulli debet adiudicari possessio beneficij, vt per Boer. *decis.* 89. *num.* 1.

Vt lite pendente nihil innouetur.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Electus vnus ex duobus litigantibus electis si decedat, renunciet, vel à prosequutione causæ excludatur, si lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.*
2 *Iurispatronatus in beneficiis habet locum text. in præsenti.*
3 *Variatio à patronis lite pendente facta est nulla.*
4 *Beneficiarius mortuus non minus dicitur per cessum quàm per decessum.*
5 *Beneficium remanet litigiosum etiam per mortem beneficiati.*
6 *Verbum.* statuimus. *inducit ius nouum.*
7 *Litigiosa res de cuius dominio quæstio vertitur inter petitorem, & possessorem.*

Cap. Dispendiis. I.

Bonif. VIII.

DVo electi si litigant de Ecclesia super electione, & vnus moritur, vel cedit iuri suo, vel cadit, seu excluditur à prosequutione, lite pendente non fiat alia electio, & si fiat est nulla, donec constet an superstes sit legitime electus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 123. Alagona *in compend. pag.* 246. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. 1

Super electionib. Idem suber præsentatione, de qua licèt text. mentionem non faciat, tamen ob pariformem rationem habet locum in beneficiis iurispatronatus, vt per Flamin *de resignat. lib.* 12. *quæst.* 3. *n.* 27. 2
Et ideo variatio à patronis lite pendente facta est nulla Lambert. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 6. *princ. art.* 12. *num.* 10 Lancellot. *de attent. lite pendent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 579. Caualcan. *decis.* 10. *num.* 62. *part.* 3. vbi dicit nec licere cumulatiuè, & *decis.* 33. *n.* 7. *part.* 5. quos refert Mari. Anton. *var. resol. lib.* 1 *resol.* 104 *num.* 14. 3

Mori, vel suo iure renunciare.] Non minus dicitur mortuus beneficiarius per cessum, quàm per decessum, vt per Chald. Pereira *de empt. cap.* 15. *num.* 33. *in med* & faciunt quæ notaui *ad c. susceptum* 6. *de rescript. hoc lib.* 4

Notatur etiam ad hoc quòd beneficium remanet litigiosum etiam per mortem beneficiari, vt per Rot. *decis.* 656. *apud Farin. collectan.* 1. *nouissimarum, alias part.* 4. *diuers.* 5

In gloss. *Statuimus.* ibi, *Constitutio est noua.* De verbo, *statuimus*, quòd inducat ius nouum, dixi *in tractat. de dictionibus dict.* 384. secundùm Lugdun. impress. 6

In gloss. *Litigantibus.* ibi, *litigiosa est res de cuius dominio quæstio vertitur inter petitorem, & possessorem,* &c. Similis gloss. *verbo litigiosa in cap.* 1. *de confirmation. vtili, in Decretal.* vbi latè dixi *num.* 2. *cum seqq.* 7

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus, contra quem super beneficio litigatur, si cedit, vel decedit, & alius lite pendente cum superstite fuerit electus, non valet electio, Si verò aliqui, quorum interfit, ad defensionem litis vellent admitti, in eo statu, in quo erat causa, admittentur.*

2 *Lis si pendet coram Ordinario, & moritur vnus ex colligantibus, vtique ipse Ordinarius non potest prouidere de beneficio.*

3 *Beneficium in fauorem alterius lite pendente cedi non potest.*

4 *Resignatio, quæ fit lite pendente, videtur fieri in fraudem.*

5 *Decretum irritans contra prouidentes beneficia litigiosa inficit quoque possessionem.*

6 *Tertius oppositor, & litis defensor ad coadiuuandum admissus propter proprium interesse assumere debet litem in terminis, in quibus eam inuenit tempore, quo offert se ad defendendum.*

7 *Clericus homicida potest renunciare beneficium etiam inquisitione, seu accusatione pendente.*

8 *Beneficium primum quando non vacat ipso iure, sed est possessor priuandus ob incompatibilitatem, vel ob non residentiam per sententiam iudicis, tunc possessor ipse potest resignare in fauore alterius etiam cum reseruatione pensionis.*

Cap. Si hi contra. II. & vlt.

1 SI quis litem mouet contra possidentem beneficium super possessione, vel proprietate. & possidens cedit, vel moritur, patronus, vel cuius est conferre, non potest præsentare, vel conferre alteri, dum talis lis pendet, & si secus fiat, factum est nullum, & si aliquis ad quem spectat, vult admitti ad beneficium defendendum, admittatur in eo statu in quo est lis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Anchar. Butr. Ioan. Andr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag.* 124. Alag. *in compend. pag.* 146. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 *Alius nullatenus conferantur*, &c.] Notatur ad hoc quòd si lis pendet coram Ordinario, & moritur vnus ex colligantibus, vtique ipse Ordinarius non potest prouidere de beneficio, aliàs collatio esset nulla, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benef.* 2. *quæst.* 3. *num.* 105. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *num.* 146.

3 *Donec contra superstites lis finita fuerit.*] Notatur ad hoc, quòd lite pendente cedi non potest beneficium in fauorem alterius, vt Per Put. *part.* 3. *decis.* 362. *in vtraque edit. nume.* 6. vbi *à princ*, disputat an text. *in*
4 *præsenti*, locum habeat vbi est lis quoad actorem tantùm, & nullus est reus. Resignatio enim, quæ fit lite pendente, videtur fieri in fraudem, ex Flamin. *dict. quæst.* 3. *num.* 2.

5 *Quod si secus actum fuerit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd decretum irritans contra prouidentes beneficia litigiosa, inficit quoque possessionem, vt per Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gl. vlt. num.* 37. *cum seqq.*

6 *Eos in illo statu*, &c]Notatur ad hoc, quòd tertius oppositor & litis defensor ad coadiuuandum admissus propter proprium interesse, assumere debet litem in terminis, in quibus eam inuenit tempore, quo offert se ad defendendum, vt per Franc. Marc. *decis.* 161. *num* 4. *p.* 2. Cranet. *cons.* 997 *num.* 225. Menoch. *cons.* 319. *& de arbitr. lib.* 2 *casu* 18 Surd. *decis.* 60. *num.* 6. *& dec* 147. *n.* 6 Barnab. Cornaz. *Lucens. decis* 215. *n.* 8. Couar. *practic. cap.* 13 *à num.* 1. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 26. *num.* 3. *&* 25. Cabed. *Lusitan. decis.* 97. *n.* 14. *part.* 2. D. Barbos. *in l. si alienam à n.* 17. *& in l. maritum num.* 84. *ff. solut. matrim.*

In gloss. *Finita.* ibi, *Pone enim quòd clericus*, &c. 7
Notatur ad hoc, quòd clericus homicida potest renunciare beneficium etiam inquisitione, seu accusatione pendente, vt per Couar. *in Clem. si furiosus p.* 2. §. 3. *num.* 7. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gl.* 15. *num.* 147. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 119. *num.* 74.

Notatur etiam ad hoc quòd quando beneficium 8
primum non vacat ipso iure, sed est possessor priuandus ob incompatibilitatem, vel ob non residentiam, per sententiam iudicis, tunc possessor ipse potest resignare in fauorem alterius etiam cum reseruatione pensionis, vt per Flor. de Men. *var. lib.* 1. *quæst.* 13. *numer.* 8.

De Confessis.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Positio est admittenda super facto negatiuo per partem improbabili, si iudici videbitur.*

2 *Negatiua probatur per confessionem partis.*

3 *Petitio hæreditatis, & quodlibet aliud remedium adipiscendæ nunquam competit postquam hæres semel apprehenderit possessionem, licèt postea ceciderit ad ea.*

4 *Doctores referuntur qui de positionibus scripserunt.*

5 *Negatiua regulariter est improbabilis, nisi sit coarctata.*

6 *Negatiua probatur ex inspectione actorum, & productione scripturæ.*

7 *Appellationi locus est quoties aliquid committitur alienius arbitrio.*

Cap. Statuimus. IV.

Innoc. IV.

POSITIO, negatiua quæ probari non 1
potest nisi per confessionem aduersarij, est admittenda, si iudex æquum, & expediens iudicauerit. Colligunt. ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Butr. Ioan. Andr. Anch. Domin Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 134. Alagona *in compend. pag.* 151. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2.

Quæ probari non possunt nisi per confessionem aduer- 2
sarii. Notatur ad hoc, quòd probatur negatiua per confessionem partis, vt per Mascard *de probat. conclus.* 1087. *n.* 11. Flamin *de resign benef. lib.* 11. *q.* 14. *n.* 70. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo probation.* 31. Ord. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 53. §. 10.

3
In gl. *Statuimus.* ibi, *Caueat autem ponens à positionibus*, &c. Notatur ad hoc, quòd petitio hæreditatis, & quodlibet aliud remedium adipiscendæ nunquam competit postquam hæres semel apprehenderit. possessionem, licèt postea ceciderit ab ea, vt per Ant Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 164.

De positionibus multa scripserunt Lanfr. de Oria- 4
no, & Curt. *in spec. tract.* Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *actu* 4 Mascard. *de prob. concl.* 1176. *cũ seq.* Soar. de Pace *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 8. *à num.* 71. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 2. *collectan.* 258. *&* 268. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 5. *gl. legaliores*

gatiores pag. 694 Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum cap.* 7. *a n.* 67. Mendez a Castro *in praxi Lusitan. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 23. *cum seqq.*

5 In gloss. *Negatiuas*, ibi, *negatiuæ quædam probari non possunt.* Notatur ad hoc quòd regulariter negatiua est improbabilis, vt per Don. à Farina *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 35. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. tit. de probationib. cócl.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1087. Fulu. Pacian. *in simili tract. lib.* 1. *c.* 38. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 50. *num.* 8. *cum seqq.* Vincent. Carot. *in tract. de locato, & conducto tit. de negatiua probanda part.* 3. Rebuff. *de except. n.* 160. *cum seqq.* Cardos. *in praxi iudicum verbo probatio num.* 29. Nisi sit coarctata. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 14. *num.* 68. Mascard. *d. concl.* 1087 *num.* 8. Rebuff. *de except. num.* 179. Ordin.

6 Reg. *Lusit. lib.* 3. *tit.* 35. §. 10. Vel probetur ex in spectione actorum, & per productionem scripturæ, vt per Flamin. *d. q.* 14. *num.* 55. Surd. *decis.* 300. *n.* 11. Menoch. *cons.* 21. *n.* 23. Mascard. *concl.* 968. *& concl.* 1318. *n.* 18. Farin. *in praxi crim. q.* 65. *num.* 218. *cum seqq.* Chald. Pereira *de empt. cap.* 34. *num.* 42.

7 In gloss. *possint*, ibi, *quod optioni iudicis relinquantur.* Notatur ad hoc, quod quoties aliquid committitur arbitrio, locus est appellationi, vt per Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 10. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Reus iussus positionibus respondere, si recusat vel contumaciter recedit, habebuntur pro confessatis, secus si priusquam sic iussus esset contumax fuerat, nam tunc proceditur contra eum tanquam contra contumacem.*

2 *Positionibus contumaciter non respondens habetur pro confesso.*

3 *Positionibus semel respondens si iterum interrogatus contumaciter non respondeat, habetur pro confesso.*

4 *Respondens obscurè, & non explicitè, similis est nihil respondenti.*

5 *Verbum, credo, licèt, in teste non affirmet, veritatis tamen est expressiuum in responsione positionum.*

6 *Moræ purgatio non conceditur effluxo termino præfixo per iudicem ad respondendum positionibus.*

7 *Positiones quando essent notoriè falsæ illis contumaciter non respondens minimè habetur pro confesso.*

8 *Articuli quando sibi inuicem contrariantur, tunc positionibus respondere quis cogi non potest.*

9 *Positionibus respondere recusans in criminalibus non habetur pro confesso.*

10 *Libellus vbi esset ineptus, & positiones de iure non fuissent admittendæ, tunc positionibus respondere quis non cogitur.*

11 *Paci fractæ in causis quis non cogitur respondere positionibus.*

12 *Maritus nolens deponere in causa vxoris, non habetur in ea pro confesso.*

13 *Minori aduersus confessionem in positionibus factam conceditur restitutio.*

14 *Contumax in non respondendo positionibus vt habeatur pro confesso, non sufficit procuratorem monitum esse de respondendo, sed requiritur personaliter citatus, & monitus ipse principalis.*

15 *Dictio, aut, in hoc text. ponitur pro, &, & accipitur copulatiuè.*

16 *Positionibus respondere nolens, vt habeatur pro confesso, necesse est quod ab ipso iudice personaliter coram tabellione interrogetur, vt respondeat.*

17 *Debitor minoris summæ, si conueniatur pro maiori, non tenetur fateri minorem, sed simpliciter potest totam negare, quasi non teneatur quis diuidere positionem, sed contrarium num.* 19.

18 *Qualitas ibi ponitur licèt in parte vera, & in parte vera non sit, tota negari potest.*

20 *Procurator suis expensis, non verò ponentis principalem de respondendo in persona certiorem facere tenetur.*

21 *Sententia declaratoria requiritur ad hoc, vt positiones contumaciam pro confessatis haberi cum effectu possint.*

CAP. Si post. II. & vlt.

Bus. VIII.

SI post præstitum iuramentum veritatis, aut calumniæ reus, vel eius procurator interrogatus, & iussus à iudice non vult sine causa rationabili respondere positionibus ab aduersario sibi factis, vel nō se præsentat, habebitur circa illas pro confesso; si vero antequam sit iussus respondere, contumaciter se absentet, non habetur pro confesso, sed potest procedi contra eum tanquam contra cotumacem. Collig. ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Anch. Butr. Ioan. Andr. Dominic Monach. Franch. Viuian. *in* [illegible] *lib.* 2. *pag.* 135. Alagona *in compend. pag.* 251. remissiuè Casal. *in annot. & Ximen. in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Haberi debet pro his, &c. Notatur ad hoc, quòd positionibus contumaciter non respondens habetur pro confesso, vt per Ferrat. Montan. *de iudic. praexercit. lib.* 2. *cap.* 3. *vers. porro vt p*[illegible] Nicol. Reusner. Senen. *decis.* 15. *num.* 27 *lib.* 3. Bellacomb. & Don. à Fina *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 20. *num.* 285. *cum seqq.* Soar. de Pace *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 8. *numero* 80. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 6. *num.* 1. Surd. *cons.* 360. *n.* 44. Bernard. *reg.* 565. Camill. Borrell. *in summa omnium decision. tit.* 48. *de contum. num.* 26. Ord. Reg. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 53. §. 13. & apud Castellanos *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 4. *nouæ recop.* An autem non obstante hac ficta confessione possit probari contrarium? vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 70. *num.* 9. Seraph. *de privil. iuram. priuil.* 11. *num.* 3. Peteg. *de iure fisci lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 10. Farin. *q.* 11. *num.* 7. 2

Amplia primò etiamsi semel fuerit responsum, iterum interrogatus non respondendo habetur pro confesso, vt per Rot. *decis.* 2. *de confess. in antiq.* quam refert. Aloys. Ricc. *in collectan. decision. part.* 2. *collect.* 258. *in med.* 3

Amplia secundò si obscurè, & non explicitè respondeat quia similis est nihil respondenti, de quo vide Soar. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7. *tit.* 19. *num.* 139. *pag.* 293. vbi Bellacomb. *n.* 285. Ant del. Re Tiburtin. *de iuram. calumn. c.* 14. *n.* 73. Et licèt verbum, *credo*, in teste non affirmet, vt dixi *in tract. de dict. d.* 2. *n.* 3. *in vlt. impress.* tamen ad præsentem tractatū veritatis est expressiuum, vt referunt Doctores, quos citaui *d. disp.* 3. *n.* 6. & antea tetigit parens meus *in comment.* ad Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 53. §. *vlt. num.* 3. 4 5

Amplia tertiò, vt nec huic, cui per iudicem terminus ad respondendum præfixus esset, moræ purgatio conceditur effluxo illo termino, vt per Socin. *reg.* 331. *incip. Mora, vers. fallit tertio*, Bellacomb. *tom.* 2. *communium opinion. lib.* 7. *tit.* 20. *numero* 285. *in fine pag.* 302. 6

Limita primò quādo positiones essent notoriè falsæ vt post Curt resoluit Mascard. *de probat. conclus.* 1177. *n.* 95. seu captiosæ, Surd. *decis.* 22. *n.* 3. *& decis.* 193. *n.* 9. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 52. 7

Limita

8 Limita secundò quando articuli sibi inuicem contrarientur, tunc enim positionibus respondere quis cogi non posset, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 53. §. 5.* Bellam. *in cap. imputari, num. 18. de fide instrum.* Couar. *lib. 1. var. cap. 2. num. 3.* Surd. *decis. 17. a princip.* vbi tamen *decis. 196. num. 12.* notaquòd quando positiones non sunt ita contrariæ quin aliqua distinctione iuuari, & concordari possint, illis tunc est respondendum.

9 Limita tertiò in criminalibus, in quibus respondere positionibus recusans non habetur pro confesso, vt per Mynsing *resp. 21. num. 10.* Anton. Capyc. *decis. 60. num. 2.* Camill. Borrell. *d. tit. 46. de contumacia, n. 31.* Positioni enim criminosæ non tenetur quis respondere, ex Ias. *in l. 1. numer. 2. ff. de offic. assess.* Mynsing. *cent. 6. obseru. 62.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 789. n. 3. & 5. vol. 2.* Nau. *ad rubr. de iudic. vers. 13. numer. 60.* Mascard. *concl. 1177. num 60.*

10 Limita quartò quando libellus esset ineptus, & positiones de iure non fuissent admittendæ, vt per Mascard. *de concl. 1177. n. 76. cum seqq.*

11 Limita quintò in causis fractæ pacis vt per Mynsing. *cent. 3. obseruat. 52.*

12 Limita sextò quoad vxorem si maritus nolint deponere in causa super bonis immobilibus, quia confessio mariti non præiudicat vxori, ex Surd. *decis. 55. numer. 2.*

13 Limita septimò in minore, cui aduersus huiusmodi confessionem conceditur restitutio, vt per Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 48 n. 3. & lib. 3. quæst. 32. à n. 5.* Steph. Grat. *cap. 109. n. 52.* Immo non habetur pro confesso cùm sit in dolo vero, seu præsumpto, ex Roland. *cons. 68. num. 31. vol. 2.* Camill. Borrell. *d. tit. 6. num. 34.*

14 *Interrogatus. iussusque, &c.*] Nota quòd vbi ipse principalis responsurus esset, personaliter citari debet, non verò ipsius procurator, ad hoc enim vt contumax in non respondendo habeatur pro confesso, non sufficit ipsum procuratorem monitum esse de respondendo, sed requiritur citatus, & monitus ipse principalis, vt per Rot. Genuens. *decis. 161. sub n. 11. & 12.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis. 74. num. 2.* Monald. *cons. 4. num. 6.*

15 *Aut nolit.*] Nota quòd dictio, *aut*, exponitur pro, *&* & accipitur copulatiuè, seu coniunctiuè, & requiritur consensum vtriusque, maximè quando ponitur inter personas, vt per Cened. *post lib. practic. & canon. q. sing. 6. num. 2.* Franc Gallet. *in margarita casuum Conscientiæ, verbo Dictio.*

16 In gloss. *Iussusque a iudice.* ibi *& ne credat aliquis quòd talis iussus factus per nunciũ, &c.* Notatur ad hoc, quòd nolens positionibus respondere vt habeatur pro confesso, necesse est quod ab ipso iudice personaliter coram tabellione interrogetur, vt respondeat, & non sufficit si à notario ex iudicis commissione interrogetur, & positionibus nolit, prout debet, respondere, vt per Perez *l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin.* quem refert Soar. de Pace *d. temp. 8 n. 86.* Amat Rodet. *d. c. 7. n. 66.* Intellige tamen, vt hoc non obtineat quando iudex non comparente parte geminatam emiserit citationem sub comminatione, vt nisi comparuerit responsurus positionibus pro confesso haberi debeat, vt declarat Surd. *cons. 360. num 29.*

17 In gl. *Absque rationabili.* ibi, *vel poterit simpliciter positionem negare, etiamsi alterũ verum sit.* Notatur ad hoc quòd si debitor minoris summæ conueniatur pro maiori, non tenetur fateri minorem, sed simpliciter potest totam negare, quasi non teneatur quis diuidere positionem, vt per Hippol. *in rub. de fideiuss. n. 339.* Couar. *lib 2. var. cap. 2. n. 3.* 5. Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 11. cap. 4. q. 5. reg. 2. in m d.* Rebuff. *in tractat. de except. num. 148.* Surd. *decis. 58. n. 3.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 109. n. 20.* Vnde si Titius mutuò accepit à Caio centum, & ea integrè soluit, iniquè tamẽ in iudicio conuenitur, & rogatur simpliciter, acceperitne mutuo à Caio centũ, iurare potest absolutè se non recepisse, ita Couar. & Azor. *cit. loc.* Perez *l. 1. tit. 4. lib. 3. Ord. pag. mihi 544.* Savr. *in clam Regia l. 12. c. 2. n. 21* Qualitas enim 18
vbi ponitur licèt in parte vera, & in parte vera non sit, tota negari potest, vt per Soar. *lit. T. num 288.* Gab. *com. lib. 2. tit de expensis concl. 2. n. 20.* de cuius tamen veritate latè disputat Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 61.*

19 Quamuis sententia huius gloss. cui similis *verbo sigillatim in c. 2. de testibus hoc lib.* cõmunis sit contrariũ tamen, immo reum teneri agnoscere partẽ, vel quantitatem debitam, voluit Bart. *in l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. sign.* quem sequuntur magis communiter DD. vt per Cou. *vbi sub. n. 5. post princ.* Bernard. *reg. 564.* & ita seruatur in praxi secundùm Rebuff. *in proœm. ad leg. Gall. gl. 5. n. 53.* quæ opinio verior videtur, is enim interrogatus an debeat centũ, vel fundum, si simpliciter neget, ex rigore verborum non negat se debere 50. vel partem, quia non sequitur, non debeo centũ, ergo nec 50. tamen quia mens & actoris, & iudicis interrogantis ea videtur esse, vt reus respondeat an aliquid debeat ex iis, quæ petuntur, ad effectum ferendæ sententiæ, iuxta hanc mentem responsurus *cap. quacunque 22. q. 5.* non potest simpliciter positionem negare.

20 In ead. gloss. ibi, *bene habebis procurator inducias ad consulendũ dominum, &c.* Et ita procurator suis expensis, non verò ponentis principalem de respondendo in personam certiorem facere tenetur, vt per Benintend. *Bonon. decis. 24. n 1.* Ant. Thes. *Ped. decis. 17 n. 1.* Ad partem enim ipsam, quæ abest, pertinent expensæ, quia ipsa est causa quòd illæ fiant, vt tradunt Marant. *in repet. l. si actor n. 64. ff. de procur.* Boer. *decis. 303. n. 5.* Ioseph. Lud. *Perus. decis. 74. n. 10.* Perez *l. 1. ver. quæro 5. post princ. tit. 5. l. 5. Ordin. pag. 565.* Parlad. *l. 2. rerum quot. cap. fin. p. 5. §. 10. n. 28.* Gutier. *pract. l. 1. q. 63.*

21 In gloss. *Pro confesso.* ibi, *videtur quòd per sententiam.* Notatur ad hoc, quòd requiritur sententia declaratoria ad hoc vt positiones contumacium pro confessatis haberi cum effectu possint, vt per Mascard. *d. conclus. 1177. n. 71.* Camill. Borrell *d. tit. 46. n. 35.* Ordin. Reg. Lusitan. *d. tit. 53. §. vlt. in fine.*

De Testibus, & attestationibus.

TIT. IX.

SVMMARIVM.

1 *Socius in crimine simoniæ admittitur in testem si sit socius criminis tantum, & agatur ciuiliter, & num. 2.*
3 *Testes inhabiles faciunt præsumptionem.*
4 *Proxenetæ regulariter testes esse non possunt in negotiis in quibus fuerunt mediatores.*
5 *Socius criminis, & muneris non probat contra simoniacum.*

CAP. Mediatores. 1. *Greg IX*

MEDIATORES simoniæ, si ex hoc non 1 fuerit assequuti emolumentum, & non agatur criminaliter, admittuntur in testes contra auctores sceleris, & hoc in detestationem huius criminis. Colligunt ex Ordinar. Ioan. Andr. Gemin. Archid. Anchara. Butr.

Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib 2.pag.171* Alagon.*in compend.pag.274.* temissiuè Ximen.*in concordan.part.1.& 2.*

2 Hanc eandem conclus.ex. hoc text.desumunt Ruin. *consil.189.num.3.lib.5.* Boër.*decis.319.num.2.* Benintend. *Bonon.decis.61.* Mascard. *de probat. concl.1311. num.25.* Menoch.*de arbitrar.libr.2.casu 474.num.31.* Rebuff.*in tract. de reprobr.testium num.339.cum seqq.* Flam. Paris.*de resign.benef.tom.2 lib.14.quaest.10.num. 9.* Rot.*in Balneoregien. simoniae 17. May 1624.* coram Reu.D.meo Coccino Decano.

Declara vt socius criminis probet contra illum, qui simoniam commisit,secus verò contra tertium, Alciat. *consil.2.num.10.tom.1.* Farin.*in praxi criminal.quaest. 43.num.53.in fine,cum seqq.* Rot.*in d. Balneoregien. & in Squillacen.beneficii 28. Iunij 1624* coram bonae mem.Patriarcha Manzanedo, ea ratione, quia priuilegiata probatio,qualis est ita,non admittitur nisi contra illum , qui est in dolo Alciat.*consil. 2.numero 8.lib.1. tom.1.*Farin.*d.quaest.43.num.53.*refert. Ferentil. *in annot.ad decis.445.Buratti.num.14.*

Si non agatur criminaliter.] Notatur ad hoc , quòd non admittitur in testem socius criminis quando agitur criminaliter vt per Flamin.Paris.*de resignat.benefic.lib. vlt.quaest.vlt.num.43.* & quòd socius criminis non admittitur in testem in materia simoniae , quando agitur ad priuationem,Seraph.*decis.1029.num.4.*cum allegatis *in Leodien. Canonicatus S. Ioannis. 18. Decembris 1619.*coram bonae mem.Vbaldosen.

3 In gloss. *Ad testimonium*,ibi , *nota quòd ad praesumptionem faciendam bene admittuntur, sed non ad probationem*,Notaturr ad hoc,quòd testes inhabiles faciant praesumptionem , vt per Farin.*in prax.crimin.part. 2. quaest.62.num.264.*

4 In gloss. *Mediatores.* ibi , *qui proxenetae dicuntur.* Tales enim regulariter testes esse non possunt in negotiis,in quibus fuerunt mediatores , de quo vide Tiraquel. *de retract. in praefat.num. 26.* Gabr. *commun.tit. de testib.concl.20.num.1.*Magon.*Lucen.decis.95.n.14.* Rebuff. *in tract. de reprob.testium num.431.* Kirchou. *tom.1.commun. opinion.lib.4.tit.10.num.91.pag.521.*& Viuian. *pag.524.* Mascard. *de probat. concl. 1036.& concl.1411.n.25.*Mench.*vtsifreq.cap.33.*Flam Paris.*de resignat.benefic.lib.14.quaest.10.num.9.* Bobadil. *in sua politica lib.5.cap.2. num.52.* Bernard Graeuz *ad pract. Camerae Imperial.lib.1.concl.100.consid.1.* Farin.*d.part. 1.quaest.60.a num.406.*

5 In gloss. *Affectus* ibi,*criminis, & muneris*, &c. Notatur ad hoc,quòd socius criminis,& muneris non probat contra simoniacum,vt per Flamin.*d.q.10.n.28.*

SVMMARIVM.

1 *Positionibus qualiter responderi debeat , & quomodo testes probatory reprobentur,ostenditur.*
2 *Positionibus simpliciter , & non qualificatè est respondendum.*
3 *Iudex ex aequitate responsionem qualificatam potest admittere pro persona respondentis qualitate.*
4 *Causa possessoria etiamsi summatim sit expedienda, nihilominus admittuntur obiectiones & earum probatio contra testes.*
5 *Probatio testium expectanda non est vbi illi obiicitur.*
6 *Testes super interrogatoriis non minus , quàm ipsis probatorialibus articulis à producente dati examinandi sunt.*
7 *Opponere contra testes non sufficit nisi opponatur specialiter.*
8 *Repulsam obiiciens contra testes debet praemisso iuramento subiicere in scripto repulsarum se id non facere ex malitia.*
9 *Possessionis appellatione venit quasi posse sio.*
10 *Absentes non sunt vocandi nisi in casibus à iure expressis.*
11 *Actor vbi petit plus debito,poterit renuscitè totum negare, licèt in eo concludatur aliquid , quod ipse reuera debebit.*

CAP. Praesentium.

Vdex in causis spiritualibus assumpto iuramento de calumnia, & veritate ab vtraque parte faciat reum 1 respondere sigillatim positionibus sibi traditis, & si altera pars vult producere testes reprobatorios contra testes productos in principali ab altera parte , eos recipiat,& examinet, & si altera pars vult sustentare primos testes super principali productos , illos etiam recipiat , & examinet secundùm articulos , & interrogatoria partium.Colligunt ex Ordin.Lap.Abbas,Arclud. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian.*in rationali lib.2.pag. 182.* Alagona *in compend.pag.275.* Aegid. Bellain.*tom. 5.repet. iuris Canon.* temissiuè Casal.*in annot.* & Ximen. *in concord. part.1.& 2.*

Sigillatim super quolibet articulo,&c. Sic etiam po- 2 sitionibus simpliciter,& non qualificatè est respondendum , vt per Galganet.*de condit. & demonstr.part.2. cap.1.quaest.73.num.6.* Amat. Roderic.*in pract.cap.7. num.65* Menoch.*de arbitr.casu 251.à princ.*vbi *n.6.* subdit iudicem ex aequitate responsionem qualificatam 3 posse admittere pro personae respondentis qualitate,vtpote in idiota, & rustico , qui cùm non nouerint quid sit simpliciter , vel qualificatè respondere , eorum responsio, sicut profertur, recipienda est. ex Galgan.*dict. quaest.73.num.7.* Menoch. *de arbitrar.casu 93. num.21,* vbi *num.24.* dicit quòd si quis respôdeat positionibus, & vnam fateatur aliqua cum quali tate, illa responsio in totum debet à ponente acceptari , vel in totum reiici, quia quando qualitas interuenit tempore actus celebrati,quia tunc non potest qualitas separari à confessione , quod etiam tenent idem Menoch *cons.320.num.22.* Galgan, *d.quaest.73.num.9.& 21.*

Testes etiam , &c.] Notatur ad hoc quòd etiamsi 4 causa possessoria sit summatim expedienda, nihilominus admittuntur obiectiones & earum probatio contra testes,vt per Couar.*pract.cap.17.num.8.ver.quod si.*

Primò tamen in personam, &c.] Notatur ad hoc, 5 quòd publicatio testium expectanda non est vt illis obiiciatur,vt per Menoch,*de arbitr.casu 239.n.2.*

Examines secundùm partis aduersae interrogatoria.] 6 Notatur ad hoc.quòd testes super interrogatoriis non minus quàm ipsis probatorialibus articulis à producente datis examinandi sunt, vt notat Bernard.Graeu. *ad pract.Camerae Imper.lib.1. concl.95 .7.* Aloys Ricc.*in collect. decis.part.4.collect.1044.*

Facta sigillatim ... catione. Notatur ad hoc, 7 quòd non sufficit opponere contra testes,nisi opponatur specialiter,vt per Tiraq. *l.9.connub.gloss.1. part.9. num.24.* Perez *l.1 ver. repulsam proponens tit 4. lib. 3. Ordinam.pag. 558 col.2*

Quod ad hoc ... malitia non procedat.] Notatur ad 8 hoc,quòd repulsam obiiciens contra testes debet praemisso iuramento subiicere in scripto repulsarum se id non facere ex malitia,vt per Perez *l.1. vers. repulsam autem.tit.4.lib.3.... dinam.pag.558.col.2.*

In gloss *Possessione*.ibi,*id est , quasi possessione*. Ergo 9 quasi possessio venit appellatione possessionis, vt per Tiraq.*de iure constit.limit 1.num.10.*

In

10 In gloss. *Ipsorum*. ibi, *Speciale ergo videtur in electionibus*, &c. Notatur ad hoc quòd vocandi absentes non sunt nisi in casibus à iure expressis, vt per Azeued. *l. 2. num. 8. tit. 1. lib. 2. noua recop. & ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 5. num. 1.*

11 In gloss. *Sigillatim*. ibi, *quia positio habens plura membra*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi actor petit plus debito, poterit reus licitè totum negare, licèt in eo concludatur aliquid, quod ipse re vera debebat, vt per Surd. *decis. 58. numero. 3.* D. Barbos. *in l. eum qui temerè. ff. de iudic. numero 141. cum sequentibus.* de quo vide quæ dixi ad gloss. *verbo absque rationabili. in c. 2. sup. de confess.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus vel procurator principalis causæ, in causa appellationis, testificari non potest. Iuramentum autem (præsumptione faciente pro appellatione) sibi deferri non debet, nisi iudici videatur.*

2 *Aduocatus qui fuerat in causa principali, non potest esse testis in causa appellationis.*

3 *Aduocatus in causa in qua patrocinatur, testimonium ferre non potest.*

4 *Aduocatus admittitur ad testificandum contra eum, pro quo patrocinatus fuit.*

6 *Procurator in causa in qua procuratur, an, & quando testis esse possit, remissiuè.*

Cap. Romana III. & vlt.

Innocent. IV.

1 ADuocatus qui fuit vel procurator in causa principali non potest esse testis in causa appellationis. Item appellanti cum præsumptio faciat pro eo, non datur indistinctè iuramentum nisi iudex consideratis circumstantiis causæ, & personarum iudicet dandum. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 185.* Alagona *in compend. pag. 275.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Appellationis causa*, &c.] Notatur ad hoc quòd Aduocatus qui fuerat in causa principali, non potest esse testis in causa appellationis, vt per Mascard. *de probat. concl. 66. num. 4.* Farin. *in praxi crim. part. 2. tit. de opposit. contra personas testium quæst. 60. num. 161.*

3 Nam propter præsumptam affectionem Aduocatus in causa in qua patrocinatur, testimoniũ ferre non potest, vt tradunt. Nell. *de testib. num. 31.* Campeg. *in simili tract. reg. 58. à princip.* Soar. *recept. sentent. lit. A, n. 96. & lit. T, num. 193.* Anton. Fab. *in suo Codice sub tit. de testib. diffinit. 19.* Vincent. de Franch. *decis. 222.* Put. *part. 3. decis. 56. in antiq.* Rebuff. *de reprobat. testium num. 38. cum seqq.* Hect. Æmil. *in tract. de testib. part. 1. verbo Aduocatus.* Perez *l. 2. tit. 19. rub. 2. Ordin. pag. 403.* Mascard. *de probat conclus. 66. num 1. & 2. & concl. 1232. & concl. 1357. n. 2.* Gutier. *consil. 24. n. 8. & 8.* Surd. *decis. 219.* Menoch. *quæst. frequent. cap. 33. n. 4.* Bobadil. *in sua politica lib. 5. cap. 2. n. 55.* Annæ. Robert. *rerum iudicat. lib. 2. cap. 19. part.* Anton. Scapp. *de iure non scripto lib. 5. cap. 111. num. 13.* Cam. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 65. de Aduocatis à num. 4.* Hier. Treutler. *disp. select. part. 1. disp. 8. thesi 2.* Garc. Mastrill. *Sicil. decis. 151. num. 39.* Farin. *dict. quæst. 60. num. 155 cum seqq. & .156.* subdit procedere etiam finita aduocatione, & patrocinio.

4 In gloss. *In testem*. ibi, *nam pro appellatione benereciputur*. Notatur ad hoc quòd Aduocatus admittitur ad testificandum contra eum pro quo patrocinatus fuit, vt per Vincent. de Franch. *d. decis. 222.* Surd. *decis. 190. num. 1.* Annæ Robert. *d. lib 2. cap. 19.* Put. *d. decis. 56.* Mastrill. *d. decis 151. num 40.*

In ead. gloss. ibi, *quod de procuratore*, &c. An & quando procurator in causa in qua procuratur testis esse possit? vide Grammat. *decis. 73. num. 16.* Hect. Æmil. *de testib. part. 1. verbo Aduocatus num. 4.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 73. num. 5.* Menchaq. *frequent. cap. 33. num. 5.* Mascard. *de probat conclus. 1357. num 35. & conclus. 1232. à num. 1.* Farin. *d. quæst. 60. n. 196. cum seqq.* vbi, *n. 24.* subdit. quòd procurator in causa proprietatis non prohibetur esse testis in causa possessoria. 5

De Iureiurando.

Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui iurant statuta, & consuetudines loci, vel Ecclesiæ seruare, prætextu talis iuramẽti non obligantur ad illicita, impossibilia, vel obuiantia Ecclesiasticæ libertati, nec ad ea debet intentio sua referri.*

2 *Occasio est causa iniusta, & insufficiens.*

3 *Iuramenta secundum intentionem præstantis accipienda sunt.*

4 *Iurans obseruaturus consuetudines & statuta, non præsumitur ad iniquas, & iniustas se obligasse.*

5 *Interpretatio stricta facienda est vbi tractatur de obligatione contrahenda*

Cap. Contingit. I. *Nicol. IV.*

RÆLATI, Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui iurant statuta, & consuetudines scriptas, & non scriptas Ecclesiæ, seu loci se inuiolabiliter seruaturos, prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impossibilia, vel obuiantia Ecclesiasticæ libertati, nec ad ea debet intentio sua referri. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Ioan. Andr. Gemin. Ancharan. Dominic. Menoch. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 236.* Alagona *in compend. pag. 301* 1

Peccandi occasio prebeatur.] Ergo occasio est causa iniusta, & insufficiens, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa limit 13. num. 3.* 2

Ea intentione facienda, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramenta secundùm intentionem præstantis accipienda sunt, vt per Couar. *in cap quamuis pactum part. 1. §. 5. num. 2.* 3

Decernimus in huiusmodi illicitis, &c.] Notatur ad hoc quòd iurans obseruaturus consuetudines, & statuta non præsumitur ad iniquas, & iniustas se obligasse, vt per Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 36. 17.* 4

Sub huiusmodi generalitate, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi tractatur de obligatione contrahenda, stricta interpretatio facienda est, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 1. disp. 9. num. 11.*

In gloss. *Declaramus*. ibi, *declaratio igitur autem iuris est*, &c. Vide quæ dixi *in tract. de dictionib. di.* 80. in vlt. impress. Lugdunen. 6

SVM

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis per ecclesiasticum iudicem Ordinarium loci ecclesiastica censura compellitur, ius Canonicum, quod ad prouisionem animarum statutum est, obseruare.*

2 *Contractus quilibet quantumuis inualidus iuramento firmatur.*

3 *Iuramentum dolo, seu metu extortum iurantem non obligat.*

4 *Iudex ecclesiasticus laicum cogere potest ad seruandum iuramentum licitum.*

5 *Mulier si iurauerit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata propter iuramentum primum, intelligendo venum. 6.*

Cap. Licèt mulieres. II.

Bonif. VIII.

1 IVdex ecclesiasticus Ordinarius potest, & debet compellere iudicem laicum, vt seruet ius Canonicum quamuis sit contra ius Ciuile, quando interuenit peccatum, v. g. si vir vendat rem dotis, vel datum propter nuptias, vxor consentit, & iurat non contrauenire huic alienationi, & hoc sine vi, & dolo, de iure ciuili potest contrauenire, de iure Canonico non potest, in causa iudex est compellendus vt seruet ius Canonicum. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Butr. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 136. Alagona *in compend. pag.* 301. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in conc.* 1. *p.* & 2.

2 *De iure Canonico teneantur.*] Notatur ad hoc quòd contractus quilibet, quantumuis inualidus, iuramento firmatur, vt per Couar. *in cap. quamuis pactum part.* 2. §. 1. *num.* 6. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 36. *num* 42. Gutier. *de iuram confirmat. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 14. Franc. Dolin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 19. *num.* 75. nisi sit in tertij præiudicium, idem Franc. Molin. *de comp.* 19. *n.* 72. & *à numero* 91. quia iuramentum tertio non nocet, ex Menoch. *conf.* 39. *num.* 73. Chald. Pereira *de potest. eligendi cap.* 2. *num.* 36.

3. *Non vi nec dolo.*] Notatur ad hoc, quòd iuramẽtum dolo, seu metu extortum, iurantem non obligat, vt per Neuizan. *cons.* 21. *per tot.* Boer. *decis.* 200. *num.* 14 Roland. *cons.* 2. *n.* 76. *cum seqq. lib.* 1. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 172. & 174. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 61. *num.* 19. Setser. *de iuram. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 1. *cum seqq.* & *cap.* 23 *a n.* 1. Mancin. *in simili tractat. p.* 4. *effectu* 1. *q.* 1. *num.* 1. & 2 *q.* 12. *à num.* 8 & alios quos citaui *ad cap. quamuis pactum, de pactis hoc lib.*

4 *Nos animarum periculis, &c.*] Notatur ad hoc, quòd iudex ecclesiasticus laicum cogere potest ad seruandum iuramentum licitum, vt per Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *n.* 5 *vers. verum.*

5 In gloss. *Compellendos, ibi, quid dices si mulier iurauit non alienare, &c.* Notatur ad hoc quòd si mulier iurauit non alienare in futurũ rem dotalẽ, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata propter iuramentum primum, vt per Benard. *reg.* 479. Bellacomb *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 52. *pag.* 457. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem.* § 54. *num.* 6. Couar. *in cap. quamuis pactum part.* 2. §. 2. *num* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1242. *num.* 17.
1 Cordub. *in l. si quis à liberis* §. *parens num.* 13. ff. *verbo duas habens filias num.* 290 *de testam.* Cassan. *in consuet. Burgundiæ rub.* 4. §. 16. *in princ. n.* 3. Gutier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 79. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 6. *q.* 2. Soar. *de relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de iuramento cap.* 30. *n.* 1. Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 13. *n.* 2. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 26.

Verùm quatenus hæc gloss. resoluit iuramentum minimè confirmare alienationem dotis contra prius iuramentum eam non alienandi, expressè contrariatur alteri gloss. *verbo reuocatus in cap. fin. sup. de procurator. hoc lib.* vbi ait constituentem procuratorem iuramento præstito de non reuocando, periurum esse si reuocet, at validè reuocare, Quare reiecta conciliatione, quam adducunt Couar. *d.* §. 2. *n.* 4. & Gutier. *d. c.* 2. *n.* 81. illa mihi placet quam tradit Sanch. *d. disp.* 13. *num.* 5. vt scilicet quoties actus iure validus est, ac licitè fieri potest, sicque eius valor ab agentis voluntate pendet, adhuc valeat, licèt sit contra prius iuramentum, vt reuocatio procuratoris de se licita est, & contractus matrimonij, potéstque validè fieri ex sola contrahentium, vel reuocantis voluntate nullo desiderato iuramento vim, & valorem illi actui tribuente, & ita valent, licèt fiant contra prius iuramentum, quia id iuramentum solum efficiet, vt illud frangens sit periurij reus, non autem vim habet reddendi nullum posteriorem contractum. At verò quando actus est iure inualidus, nec pendens ab agentis voluntate, obstante prohibitione iuris illum irritantis, solóque iuramento confirmandus erat, ac validus efficiendus, vt contingit in donatione inter coniuges *l.* 1. ff. *de donat. inter virum*, & in alienatione rei dotalis *l. Iulianus.* ff. *de fundo dotali*, tunc si iuret quis se non facturum id, si postea faciat, iuramentoque confirmet, hic posterior actus contra prius iuramentum inualidus est. 6

SVMMARIVM.

1 *Electus post Sacramentum ponens, vel respondens contraria directè nisi rationabiliter excusetur, velut periurus à confirmatione repellitur. Idem si hoc fecerit procurator ipse mandante, vel ratum habente, vel non reuocante.*

2 *Dominus si sciat, & patiatur procuratorem suum delinquere in iudicio, ex quo venit pœna inferenda, ipsum malè gestũ à procuratore redditur validũ.*

3 *Ratihabitio habet locum in iis, quæ mandatum speciale exigunt.*

4 *Testis in parte falsus, vel mendax in totum, reputatur falsus.*

5 *Positiones, & responsiones ad positiones in continenti, reuocari possunt.*

Cap. Cùm in positionibus III. & vlt.

ELectus ad Prælaturam si ante confirmationem orta lite iurat de calumnia, & postea ponit duas positiones inter se contrarias manifestè, seu duas responsiones inter se contrarias præstat oppositionibus obiectis à parte aduersa nisi iusta causa, & rationabilis excuset. eiicitur ab electione, & beneficio vt periurus, prout etiam eiicitur si illius procurator eius nomine huiusmodi contrarias positiones, vel responsiones fecerit electo ipso expressè mandante, vel sciente, & ratum habente, seu non recusante. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Butr Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 237. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 302. remissiuè Ximen. *in concordans part.* 2. 1

Idem fiet si, se expresse mandante, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt procurator generalis constitutus non censeatur habere mandatum ad delinquendum, 2

nec ad obligandum dominum ad pœnam, si tamen dominus sciat & patiatur procuratorem suum delinquere in iudicio, ex quo venit pœna inferenda, ipsum malè gestum à procuratore redditur validum, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxorem, §. 68. num. 25.*

3 *Ratum habente.*] Notatur ad hoc, quòd in iis quæ mandatum speciale exigunt, habent locum ratihabitio, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 64. & n. 99.* Couar. *lib. 3. var. cap. 16. num. 5.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 10. quæst. 8. num. 38.*

4 In gloss. *Periuro.* ibi, *nec ad testimonium admittuntur.* Quia testis in parte falsus, vel mendax, in totum reputatur falsus, vt per Car. *in pract. §. fin. quæst. 53. vers. sed quæro.* Soar. *in thesauro recept. sentent. litt. T. n. 135.* Magon. *Lucensi decis. 46. n. 22. & decis. 79. n. 10.* Mascard. *de probat. concl. 743. & concl. 1039. n. 9.* Viu. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. n. 356. pag.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 22.* Bobadil. *in sua politica lib. 5. cap. 2. num. 57.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 67. n. 111. cum seqq. & part. 4. cons. 39. num. 12.*

5 In. gloss. *Iusta causa.* ibi, *si in continenti se corrigat,* &c. Notatur ad hoc, quòd positiones, & responsiones ad positiones incontinenti reuocari possunt, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone num. 99. ff. de verb. signif. & de retractu tit. 2. §. 1. gl. 5. num. 15.*

De Exceptionibus.

TIT. XII.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Præceptum de euitandis seu repellendis à iudicio excommunicatis iuris humani est.*
3 *Priuilegium Apost. quod quis non teneatur vitare excommunicatum valet non solum in actionibus ciuilibus, sed etiam Diuinis.*
4 *Declaratur* text. in cap. nulli, de sent. excommun.
5 *Excommunicationis exceptio potest opponi in quacunque parte iudicij.*
6 *Excommunicationis exceptio an sit dilatoria.*
7 *Excommunicationis exceptionem obiiciens contra aliquem tenetur exprimere speciem excommunicationis an sit maior, vel minor, & etiam nomen excommunicatis.*
8 *Fama non sufficit vt quis repellatur ab agendo tanquam excommunicatus, sed talis debet probari apertissimis documentis.*
9 *Iuramentum in supplementum probationis non defertur ad effectum vt aliquis repellatur ab agendo tanquam excommunicatus.*
10 *Excommunicatus licèt non possit esse in iudicio, attamen si comparuit, & nihil ab aduersario fuit oppositum, valet iudicium cum eo tractatum.*
11 *Exceptio, quæ vel proposita, vel probata non est, post elapsum terminum à iudice assignatum admitti debet.*
12 *Exceptio dilatoria si de nouo superueniat etiam post terminum à iudice statutum, atque etiam post contestationem, admittitur.*
13 *Excommunicationem de nouo emergere, vel superuenire probationem eius, quæ antea præcesserat à pari procedit.*
14 *Excommunicatus non potest petere quod exequatur sententia ad eius fauorem lata ante excommunicationem, etiamsi illa transiuisset in iudicatum.*
15 *Excommunicatio potest opponi non solùm in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari.*
16 *Excommunicatus nec etiam coram exequutore comparere valet.*
17 *Nominatio non probat excommunicationem si de graui agatur præiudicio.*
18 *Tempus statutum ad probandam exceptionem excommunicationis etiam ex causa prorogari non potest à iudice.*

CAP. Pia. I. *Innoc. IV.*

EXCIPIENS de excommunicatione contra actorem debet in publica notione exprimere speciem excommunicationis, & nomen excommunicatoris. 1
Debet etiam apertissimis documentis infra octo dies, non computando diem in quo excipit, probare hanc exceptionem, quam si non probauerit, iudex condemnabit illum in expensis, quas actor fecerit, his diebus, & procedat in causa. Si verò postea durante iudicio iterum excipiatur de eadem excommunicatione, vel de alia, & probetur, actor in sequentibus excludatur donec absoluatur, sed priùs acta tenent. Item vltra duas vices hæc exceptio excommunicationis non ampliùs opponatur nisi emergat noua excommunicatio, vel superuenerit noua, & euidens probatio de antiqua. Item si talis exceptio proponatur post rem iudicatam tantùm impediet executionem, sed sententia habebit suum robur. Item si actor sit publicè excommunicatus, iudex quandocunque ex officio suo illum repellat, etiamsi reus de hoc non excipiat. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali libr. 2. pag. 247.* Alagana *in compend. pag. 307.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Statuit mater Ecclesia,] Notatur ad hoc, quòd præceptum de euitandis, seu repellendis à iudicio excommunicatis, Ecclesiæ, atque ita humani iuris est, seu, vt alij dicunt, prohibitio communicandi cum excommunicato siue in humanis, siue in Diuinis actibus est de iure ecclesiastico positiuo, sicut ex auctoritate S. Thomæ *in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. in addit. quæst. 23. art. 3. ad 2.* tenent Abb. *in cap. nulli num. 4. de sentent. excommunic.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 2. assert. 4.* latè Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 42. numer. 6. cum seqq.* vbi multis probant hanc opinionem, & præcipuè ex *Extrauag. ad euitanda,* edita in Concilio Constantien. in qua Ecclesia ad consulendum conscientiis timoratis statuit quòd nemo deinceps à communione alicuius in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunque Diuinis, vel extra prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, nisi censuræ fuerint à iudice publicatæ, seu denunciatæ, aut fuerint ita notoriæ quòd nulla possint tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari: ergo si huiusmodi præceptum esset de iure Diuino, illud Ecclesia non sustulisset in aliis casibus præter expressos *in d. Extrauagāti* per text. *in cap. sunt quidam 25. quæst. 1. & arg. cap. cum inferior, de maiorit.* Vnde valere priuilegium Apost. quòd quis non teneatur vitare excommunicatum non solùm in actionibus ciuilibus, sed etiam Diuinis, tradunt Soar. *d. sect. 1. assert. 4. num. 11.* Alter. *de censur. tom. 1. disp. 3. lib. 1. cap. 2. pag. 27. vers. vnde & in his,* Ricc. *d. cap. 42. num. 12.* 3

num. 12. vbi *num.* 13. respondet ad text. *in dict. cap. nulli*, quòd scilicèt Papa *ibi* non loquatur de priuilegio specialiter concesso, quòd non teneatur vitare excommunicatos, sed de priuilegio generalis exemptionis, cuius vigore aliqui Religiosi prætendebant se exemptos à iurisdictione Ordinariorum, adeò vt nec quidem excommunicatos ab eis vitare tenerentur, ad quorum prætensionem supprimendam emanauit dispositio *d. cap. nulli.*

Quare reiicienda venit opinio Felin. *in d. cap. cùm nulli num.* 5. existimantis obligaionem vitandi excommunicatos esse de iure Diuino, pœna autem iuris positiui; & alia Couar. *in cap. alma mater p.* 1. §. 1. *n.* 2. distinguentis inter communicationem in Diuinis, & inter illam, quæ fit in actionibus humanis, vt scilicet illis sit iuris Diuini, hæc verò iuris ecclesiastici; & demum alia Nauar *in cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *prælud. num.* 4. *& de orat. miscel.* 47. *n.* 5. existimantis quòd licèt potestas excommunicandi sit de iure Diuino, forma tamen vitandi, & effectus ad quos facienda est vitatio, non fuit præscripta iure Diuino, sed relicta præscriptioni Ecclesiæ.

5 *In quacunque parte iudiciorum opposita.*] Notatur ad hoc quòd exceptio excommunicationis potest opponi in quacunque parte iudicij. vt per Suar. à Pac. *tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 5. *num.* 59. Pereg. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 14. Muscarel. *in praxi ciuili Neapol. part.* 3. *gl. similes num.* 2. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. exist. lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 24. Etiam post conclusum in causa, Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 83. *n* 4. Amat. Roderic. *in pract. examinandi processum cap.* 5. *n.* 72. Sayr.
6 *de censur. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. *cum seqq.*

Lites differat.] Ergo exceptio communicationis dilatoria est, cõsonant text. *in cap. exceptionem sup. hoc tit. Clem. vnica eod.* Immo duobus modis opponi potest, vel tanquam peremptoria, vel tanquam dilatoria, prioris exemplum est quando opponitur ad effectum annullandi electionem, vel collationem beneficij factam excommunicato. iuxta *cap postulastis, de clerico excom. minist.* & quæ *ibi* notaui. Posterioris verò exemplum proponitur *in hoc text.* & in cæteris iuribus concordantibus, quando scilicet opponitur actori quòd in iudicio stare non potest, quia maiori excommunicatione ligatus est, sicque meritò text. *in dict. Clem vnic.* se restrinxit ad hunc modum, per illam particulam, *dilatoriè*, notat gloss. *ibi*, & Imol. *num.* 4. *gloss. verbo differat, & verbo opponat., in præsenti.* quas sequuntur Doctores communiter, vt per Anchar. *num.* 3. Monach. *num.* 1. Felin. *in d. cap. exceptionem num.* 12. notantes vbi ponitur in vim peremptoriæ non posse poni in quacunque litis parte, neque procedere dilationẽ octo dierum, quos ad probationem hic text. præfinit; hoc igitur casu cùm excommunicatio non perimat, sed tantùm differat causam, vt de ea non cognoscatur donec excommunicatus absoluatur, meritò illa inter dilatorias connumeratur. Neque obstat quòd possit opponi in quacunque parte iudicij, vt *supra* dictum est contra regulam in dilatoriis certissimam quòd debent opponi ante litem contestatam; de qua per Rebuff *de except. num.* 365. Mascard. *concl.* 690. Surd. *decis.* 44. *num.* 20. Ludou. Mirand. *de ordine iud. quæst* 20. *art.* 1. *concl.* 3 Amat. Roderic. *d. cap.* 3. *n.* 56 *&* 60. *Ordin. Reg. Lusit. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. Respondetur enim quòd licèt speciali ratione in excommunicatione fuerit introductum ex statim dicendis, hoc tamẽ non efficit quominus inter dilatorias ponenda sit cum in ea reperiatur essentialis, & specifica differentia per quam dilatoriæ exceptiones cognoscuntur, quòd scilicet litem non perimit, sed differt, quod verò ex ratione speciali in quacunque parte litis admittatur, effectus est extrin-

secus, & accidentarius, qui rei naturam non immutat, iuxta vulgarem *reg. l. pacta conuenta*, & quæ *ibi* notantur. *ff. de contrahenda empt.* cum similibus.

Speciem illius, & nomen excommunicatoris.] Notatur ad hoc, quòd obiiciens exceptionem excommunicationis contra aliquẽ tenetur exprimere speciẽ excommunicationis an sit maior, vel minor, & etiam nomen excommunicatoris, vt per Perez *l.* 1. *vers. infertur tertiò tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 535. Soar. de Pace *in practica tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 5. *num.* 63. *&* 64. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 2. *cap.* 7. *in fine.* 7

Probare valeat apertissimis documentis.] Notatur ad hoc, quòd vt quis repellatur ab agendo tanquam excommunicatus non sufficit fama, sed debet talis probari apertissimis documentis, vt per Couar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 3 *num.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 691. *& concl.* 701. *& concl.* 753 *n.* 44. Perez *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 177. *in fine*, Sayr. *de censuris lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæst.* 47. *num.* 71. 8
Nec defertur iuramentum in supplementum probationis ex Mascard. *d. concl.* 691. *num.* 3. Seraph *de priuileg. iuram. priuil.* 33. *num.* 180. 9

Si verò &c.] Notatur ad hoc, quòd licèt excommunicatus non possit esse in iudicio, attamen si comparuit, & nihil ab aduersario fuit oppositum valet iudicium cum eo tractatum vt per Chaid [illegible] *de resolut. emphyt. cap.* 17. *num.* 10. *vers. inf* [illegible] 24. Pereg. *de iure fisci lib.* 2. *tit.* 11. *num* 17 Contard. *ad l. diffamari, cap.* 4. *num.* 82. Rot. *decis.* 27. *de re iter pt. in antiq.* latè Anton. Ricciul. *de iure personarum lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 36. vbi etiam ait quòd procedit siue versemur in causa ciuili, siue in criminali. & *num.* 37 extendit etiam quando excommunicatus esset publicus, & siue iudicium sit ventilatum cum persona excommunicati, siue cum eius procuratore. 10

De eadem excommunicatione, vel alia excipiatur iterum. Nota ergo quòd licèt regula sit quòd post elapsum terminum à iudice assignatum, multóque minus post sententiam; admitti debeat exceptio, quæ vel proposita, vel probata non est, *cap. pastoralis sup. hoc tit.* cum aliis de quibus Perez *l* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. verbo fasta vente dias*, Menoch. *de arbitr. casu.* 240. Couar. *pract. cap.* 26. *num.* 2. & alij. de quibus Garc. Falcon. *reg.* 136. in exceptione tamen excommunicationis hoc est speciale, vt post lapsum termini, & post sententiam interlocutoriam, per quam ex defectu probationis repulsus est, admittatur iterum reus eandem proponens, vel aliam excommunicationem. *Clem* 1. *eod. tit.* faciunt quæ Ricciul. *d. cap.* 31. *à num.* 27. 11

Si excommunicatio noua emerserit.] Meritò in excommunicationis exceptione hoc expressit Pontifex in qua periculum viget cõmunionis, & proptereа in quacunque parte litis licitè opponitur ex Doctoribus *suprà* citatis. Licèt enim in excommunicatione hoc sit speciale, *vt suprà* dixi, illud tamen commune habet cum reliquis exceptionibus dilatoriis, quòd in omnibus pro regula receptissimũ est. vt si de nouo superueniat etiam post terminũ à iudice statutum, atque etiam post contestationem admittatur, *cap. pastoral. §* 4 *hoc tit. cap. insinuante, de offic. deleg.* cum multis aliis, de quibus Couar. *pract. cap.* 26. *num.* 2. Padil. *in l. error num.* 34. *C. de iuris, & facti ignoram.* Soar. de Pace *in practic. tom.* 2. *cap.* 6. *à num.* 6. Garc. Falcon. *reg.* 136. 12

Vel euidens, & prompta probatio superuenerit, &c.] Notabiliter probat text. à tali procedere excommunicationem de nouo emergere, vel superuenire probationem eius, quæ antea præcesserat, consonat text. *in cap. vt circa, vers. alioquin. de elect. lib.* 6 Vnde quemadmodum post terminum admittitur exceptio, quæ de nouo emersit, vel ad notitiam partis peruenit, 13

ita etiam admittendam esse antiquã, cuius probatio de nouo superuenit, resoluit Abb. *in c. pastoralis n. 4. vers. adde quartum, sup. hoc tit.* commendat Xuar. *alleg. 5 n. 4.*

14 *Sed si post rem iudicatã, &c.*] Notatur ad hoc quòd excommunicatus non potest petere quòd exequatur sententia ad eius fauorem lata ante excommunicationem, etiamsi illa transiuisset in iudicatum, vt per Guid. Papæ *decis. 219. num. 5.* Azin *in praxi §. 31. cap. 2. limit. 17.* Lancel. *de attent. p. 3. cap. 24. num. 6.* Ricciul. *d. lib. 4. cap. 34. num. 9.*

15 In gl. *Opponit.* ibi, *secularis.* Notatur ad hoc quòd cùm excommunicatio non sit iuris Canonici inuentum, non mirum videri debet si & in foro quoque seculari, nedum ecclesiastico, siue Canonico, proponi, & allegari possit, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 9. num. 28 t.* Ricciul. *d. cap. 31. n. 15. in fine.*

16 In gloss. *Executionem.* ibi, *Nota quòd merus executor debet admittere exceptionem excommunicationis.* Quia excommunicatus nec etiam coram executore cõparere valet, vt tenent Gem. *hic n. 6. vers. ex gl. igitur habens,* Rot. *in Pisten. pensionis 9. Octobris* 1609. coram Card. Marquemontio, quam refert Ricciul. *d. c. 21. n. 17.*

17 In gloss. *Nomen.* Notatur ad hoc quòd nominatio non probat excõmunicationem si de graui agatur præiudicio, veluti si ageretur de admittendo beneficium, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 1. n. 14.*

18 In gl. *Octo. dierum.* ibi, *adeo restringenda fuit potius, quam taxanda.* Notatur ad hoc, quòd tempus statutum ad probandam exceptionem excommunicationis etiam ex causa prorogari non potest à iudice, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 8. gl. 2. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicata per Ecclesiasticũ iudicem admitti debet in foro seculari, & è conuerso, & n. 2.*

3 *Iudex laicus non debet examinare processum ei remissum ad exequendum per iudicem ecclesiasticum.*

4 *Iudex ecclesiasticus potest cõpellere iudicem sacularem non admittentem exceptionem rei iudicata per ecclesiasticum.*

5 *Iudex ecclesiasticus an debeat admittere exceptionem rei iudicata orta ex sententia lata à iudice seculari quando ex obseruatione talis sententia periculum anima non inducitur, ostenditur. & n. 6. 7. & 8.*

9 *Sententia lata in saculari iudicio secundum leges Ciuiles, qua sunt per Canones abrogata, non est obseruanda in foro ecclesiastico.*

10 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

11 *Exceptio rei iudicata vt obstet tria requiruntur, identitas scilicet causa personarum, & rerum.*

Cap. Cùm quidam. II. & vlt.

Bonif. VIII.

1 IVdex secularis quando coram se agitatur causa, & excipitur de re per iudicem ecclesiasticum iudicata, debet admittere talem exceptionem, alioquin cogi potest ab Ordinario. Similiter iudex ecclesiasticus admittet exceptionem de re per iudicem laicum iudicata si non est contra animam, alioquin castigetur à suo superiore. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Butr. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Menoch. Franch. Viuian. *in ratio: ali lib. 2. pag. 249* Alagona *in compen. d. pag. 308.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Dec. *in c. at si clerici. n. 15. de iud.* dic Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu* 439. Valasc. *cons. 48. n. 9. & cons. 95. n. 1. cum seqq.* Marc. *de iurisd. p. 4. casu 176. n. 23.* vbi ait non procedere in criminalibus. Vnde iudicem laicum non debere examinare processum ei remissum ad exequendum à iudice ecclesiastico, tradit Burg. de Pace *cons. 40. n. 13.* 3

A locorum Ordinariis, &c. Ergo Ordinarius, seu iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem non admittentem exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticum. idem in simili probant text. *in cap. 2. de foro compet. hoc lib. & in cap. licet, de iureiur. eod. lib. & in cap. decernimus, de sentent. excom. eod. lib.* licèt potestates ecclesiasticæ, & temporales sint omnino distinctæ, & separatæ, iuxta *cap. nouit*, ibi, *non putet aliquis, &c. de iudic.* vbi Nauar. *notab. 7. n. 19.* ac proinde videbantur iudices seculares *in præsenti*, potius à suis superioribus secularibus, quam ab ecclesiasticis iudicibus compelli debuisse. Reiecta tamen responsione quorundam existimantium text. *in præsenti*, intelligendũ fore casu quo superiores seculares nolunt cogere inferiores iudices admittere exceptiones de re per ecclesiasticos iudicata; aut quando ipsi superiores eas non admitterent, & aliorum qui putant propterea hîc compelli seculares per Ecclesiasticos, quia Sum. Pont. habet potestatem temporalem in habitu, & potentia quamuis eam actu non habeat, id est, actualiter non exerceat. Ego verò dicendum puto quòd cùm in hoc text. exceptio rei iudicatæ per ecclesiasticum non admitteretur per iudices seculares in contemptum, & derogationem iurisdictionis ecclesiasticæ, vt text. constat, rectè potuit Pontifex illos compellere ad eam admittendam, cùm id valde necessarium sit ad conseruandam iurisdictionem, & dignitatem potestatis ecclesiasticæ, sicque Pontifex vtendo sua speciali iurisdictione dictos iudices cogit ad talem exceptionem admittendam, sicut in simili facit *in d. cap. licet, & in d. cap. decernimus, cum similibus.* 4

In his quæ animarum periculum non inducunt.] Manifestè probat text. quòd tunc demum iudex ecclesiasticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ ortam ex sententia lata à iudice sæculari quando ex obseruatione talis sententiæ periculum animæ non inducitur, ita omnes *in præsenti.* 5

Verùm obstat maximè quòd vel sententia lata in foro seculari fuit valida, vel fuit nulla: priori casu quantumcunque iniusta sit, & periculum animæ contineat, obseruanda est in foro ecclesiastico postquam in foro seculari in rem iudicatam transiuit, quia non solùm attento iure Ciuili sed etiam Canonico sententia iniusta, valida tamen, ius facit, & omnes alios iuris effectus producit; posteriori verò casu si sententia fuit nulla, neque etiam in foro seculari, in quo lata est, parit exceptionem, cùm sententiæ nullæ nulli communicentur effectus rei iudicatæ, iuxta *cap. 1. de re iudic. l. 1. quæ sentent.* iuuat reg. *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Igitur periculum animæ non debuit in specie huius text. exceptionem impedire. Confirmatur hoc fundamentum, quia nulla sententia lata in foro seculari exceptionem pariet in ecclesiastico, semper enim pars de iniustitia sententiæ opponet, quod autem sententia iniusta animæ periculum afferat satis constat. licet enim in foro exteriori ius faciat, non ita in foro conscientiæ, in quo iniusta sententia vim non habet, vnde tam is, qui per iniustam sententiam condemnatoriam aliquid obtinuit quam ille qui per absolutoriam alienum retinet, in peccato sunt, & ad restitutionem tenentur, iuxta reg. *peccatum, de regul. iuris lib. 6.* & tenent Innoc. *in cap. quia plerique n. 3. de immun. Eccles.* vbi Abb. & alij, idem Abb. *num. 8 in cap. cùm inter, de re iudic. & cons. 7. n. 1. lib. 2.* communis ex Cou. *de sponsal. p. 1. c. 8. §. vlt. n. 19.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 31.* 6

Quare

Quare Abb. *d. cons. 60.* intelligit textum *in præsenti* procedere quando periculum animæ tale est, quòd non potest remitti à partibus, & ita continet sententiæ vitium per partes irremissibile, prout contingit in causis matrimonialibus, v. g. si sententia pronunciet matrimonium non esse contractum, vel non esse legitimum, cùm in rei veritate & contractum & legitimum sit, vel si dicat matrimonium contrahi posse, vbi iure contrahi prohibetur stante impedimento aliquo legitimo, in his enim consensus partium non potest tollere, neque remittere huiusmodi vitium, iuxta reg. *cap. litteras, vers. porro, de rest. spoliat. cap. inquisitioni 44. vers. in primo. de sent. excomm.* Si ergo sententia lata in seculari huiusmodi vitium, & animæ periculum contineat, non seruabitur in ecclesiastico, iuxta text. *in præsenti.* si autem periculum, & vitium possit remitti à partibus, v. g. si condemnatio, vel absolutio contingat rem pecuniariam, vel aliam quamcunque, cuius remissio sit in illarum potestate, verba huius text. non habebunt locum, immo sententia lata in seculari seruabitur in ecclesiastico, cùm tunc lex præsumat vitium sententiæ, ratione cuius insurgit peccatum à partibus remitti, quam Abb. doctrinam sequuntur Felin. *num. 6.* & Dec. *num. 10. in cap. nouit. de iudic.* Verùm huiusmodi intellectus defendi non potest ex multis, & præcipuè ex eo, quia in causis, quæ continent periculum per partes irremissibile, prout sunt matrimoniales de quibus *suprà*, beneficiales & similes non potest dari sententia lata in foro seculari, ex qua obiiciatur exceptio in foro ecclesiastico, quia illæ causæ merè ecclesiasticæ sunt, constat autem textum *in præsenti* procedere in causis, quarum cognitio ad seculare forum spectat,

8 Resoluendum igitur est quòd sententia in foro seculari secundùm leges ciuiles, erit obseruanda in foro ecclesiastico, etiamsi Canones disponant contrarium, vt patet in specie *cap. vlt. de arbitr. hoc lib. & l. si minores 20. ff. de recept. arbitr. & in cap. super eo 12. de appellat. & in l. pen. C. quorum appellat. & in cap. cum esses, de testam. & in l. hac consultissima, C. eod.* cum similibus, quia vtraque lex suo fine, & respectu iusta est, ac subinde quælibet in suo foro erit obseruanda iuxta *gl. verbo lex ciuilis in cap. vlt. de arbitr. hoc lib.* communem vt per Dec. *n. 6. in cap. si duob. de appell.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 7. §. 7. n. 15.* Felin. *in c. causam matrimonij n. 8. de offic. deleg.* Gom. *l. 38. Tauri n. 4.* Marc. Anton. *de compromissis q. 9. n. 53.* quod adeò verum est vt idem dicendum sit etiamsi sententia contra Canones lata peccatum contineat, aut toleratum à lege Ciuili, vt contingit in specie *cap. 1. de pactis & cap. sæpè. de rest. spoliat. & cap. vlt. de sepult.* cùm talis lex sit iusta, nam dum in foro exteriori per coactiones, pœnas, & alia iuris remedia non occurrit, sed dissimulat, vtitur peccatis voluntariis subditorum in bonum commune, id quod licet iuxta *cap. mouet. vers. ac per hoc 23. q. 1.*

9 Quòd si sententia lata in seculari sit lata secundùm leges Ciuiles, quæ sunt per Canones abrogatæ tanquam peccatum approbantes, non erit talis sententia obseruanda in foro ecclesiastico, huiusmodi sunt leges Ciuiles, quæ peccata non dissimulant, nec impunita relinquunt, sed fouent, auctoritatem præstant, & præmiis ad delinquendum inuitant prout contingit in specie *cap. vlt. de præscript. & clem. de vsuris & cap. cum haberet. in fine de eo, qui duxit,* abrogantis *auth. ex complexu C. de incest. nupt.* in his terminis verificantur verba huius text. ibi, *periculum animarum non inducant,* id est non afferant peccatũ approbantum à lege Ciuili. Cuius rei ratio est, quia in hoc vltimo membro leges Ciuiles iniustæ sunt & inualidæ, neque possunt obseruari etiam in foro seculari, cùm sint per Canones abrogatæ, & si de facto seruentur sententiæ latæ, non parient exceptionem in foro ecclesiastico, iuxta *cap. 1. de re iudic.* & docet text. *in præsenti.*

In gloss. *Consuetudine. ibi, nota quòd consuetudo dat iurisdictionem.* Ita Palat. *in repet. cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor. notab. 2. §. 1. num. 29.* Cardos. *in praxi iudicium verbo consuetudo num. 6.* 10

In gloss. *Admitti. ibi, vbi est idem corpus,* &c. Notatur ad hoc, quòd vt exceptio rei iudicatæ obstet, tria requiruntur, identitas scilicet causæ, personarũ, & rerũ vt per Rebuff. *in tract. de except. n. 505. cum seqq.* Burg. de Pace *cons. 40. n. 22.* Surd. *cons. 312. num. 1. & de alim. tit. 1. q. 126. n. 2.* D. Barb. *in l. diuortio. §. fin. p. 2. n. 62. ff. solut. matr.* Quod procedere in exceptione litis pendentis tradunt Rebuff. *d. tract. de except. num. 521.* Azeued. *l. 1. n. 2. tit. 5. lib. 4. noua recop.* D. Barbos. *in l. si quis posteaquam num. 277. ff. de iudic.* 11

De Præscriptionibus.

TIT. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides sufficit in præscriptionibus vbi ius commune, vel præsumptio non est contra præscribentem, aliàs debet allegari titulus, & probari, nisi sit præscriptio, cuius contrarij non extet memoria.*

2 *Episcopo præscribenti decimas in aliena diœcesi, necessarium est allegare, & probare præscriptionis titulũ.*

3 *Tituli præsumptio oritur ex longissimi temporis cursu.*

4 *Conciliatur* text. in præsenti *cum* c. cum Ecclesia, de causa possess. *& num. 5.*

6 *Præscriptionem obiiciens eam probare tenetur.*

7 *Præscriptio non præsumitur in dubio nisi probetur.*

8 *Titulus necessarius non est in præscriptionibus longissimi temporis nisi ius commune vel eius præsumptio sit contra præscribentem, etiamsi aduersario contra quem præscribitur, non assistat, vt num. 9.*

10 *Ecclesia bona cursu temporis immemorialis præscribuntur, quæ alioquin alio temporis lapsu præscribi non possunt sine titulo, & bona fide.*

11 *Claus.* Non obstante quacunque præscriptione, *non tollit præscriptionem immemorialem.*

12 *Præscriptio immemorialis, & centenaria an idem sint, remissiuè.*

13 *Præscriptionem immemorialem quoties lex requirit, præscriptio 40. ann. cum tit. sufficiens est.*

14 *Verbum,* oportet. *necessitatem importat.*

15 *Bona fides requiritur in præscriptione immemoriali.*

16 *Præscriptio immemorialis obtinet vim priuilegij.*

17 *Immemorialis præscriptio quomodo, & quibus requisitis probanda ostenditur.*

18 *Immemorialis præscriptio vt probetur sufficit memoria 40. annorum, & quod de reliquo tempore deponat secundùm auditum & famam.*

19 *Testis ad probandam immemorialem debet esse saltem 54. annorum.*

40 *Testibus duobus affirmantibus magis credendum est, quàm pluribus negantibus, secus in criminalibus.*

CAP. Episcopum. I. *Bonif. VIII.*

IN præscriptione etiã rei ecclesiasticæ sufficit bona fides, sed si ius cõmune, vel præsũptio esset contra eũ, requiritur etiã titulus, qui tribuat possessori causam præscribendi, nisi allegetur præscriptio, cuius contrarij non 1

extet memoria, Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Sutr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 262. Alagona *in compend. pag.* 314. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2.

2 *Si legitimè præscripsisse allegare oportet.*] Probat hic text. Episcopo præscribenti decimas in aliena diœcesi necessarium esse allegare, & probare præscriptionis titulum ea sola ratione quòd ius commune contra eundem faciat, seu resistat, quod etiam Doctores solent colligere ex text. *in l. comperit. C. de præscript.* 3 *ex l. vlt. C.*
3 *ne res dominica.* Verùm obstat, quia ex longissimi temporis cursu, idest 30. vel plurium annorum, de quo in illis iuribus agitur etiamsi ius commune, vel eius præsumptio resistat possidenti, oritur tituli præsumptio *cap. peruenit. de empt.* Bart. *in l. solent. §. 1. ff. de offic. Procons.* Couar. *in reg. possessor part. 2. §. 4. n. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs.* 131. *à num.* 51 Mascard. *de prob. concl.* 1377. *à n.* 91. Gilchen. *de præscript. p. 2. memb. 1. cap.* 11. Atqui in hoc text. agitur de præscriptione longissimi temporis, patet, quia agebatur de præscribendis decimis vnius Ecclesiæ aduersùs alteram, atque ita quadraginta annos necessarios fuisse, constat de *cap. auditis, de præscript. cum similibus.*

In qua difficultate soluenda laborant non leuiter
4 scribentes. præcipuè Abb. *à num.* 43. & Rip. *à num.* 120. *in cap. cum Ecclesia 3. de causa possess.* Mench. *illustr. quæst. cap.* 87. *per totum.* Gilchen. *d. p. 2. membr. 1. cap. 9. à num.* 17. *& cap.* 11. *à num.* 6. varios afferentes intellectus, quorum aliqui dicunt titulum fuisse allegatum *in d. cap. cùm Ecclesia*; alij verò distinguunt, vtrùm agatur de leui vel graui præiudicio, vtrùm leuis sit, aut vehemens iuris præsumptio, vtrum de corporalibus vel incorporalibus agatur; alij vtrùm contra Ecclesias, vel priuatos currat præscriptio, alij aliter, atque aliter.

5 Ego verò dicendum puto præsumptionem tituli non oriri ex solo longissimi temporis cursu, sed ex pluribus simul concurrentibus, prout in specie *d. cap. cùm Ecclesia*, vbi factum positiuum interuenit Canonicorum admittentium clericos ad tres illas continuatas, & immediatas trium Episcoporum electiones, quemadmodum consideratur *in l. cùm de in rem verso ff. de vsuris*, factum illud inferentium ad annuas præstationes per longum tempus. At verò in hoc text. non proponitur factum Episcopi contra quem præscribitur, sed sola simplex eius patientia, dum patiebatur quòd alius decimas perciperet in aliena diœcesi, sicut etiam *in d. l. comperit. & vlt.* cum similibus, sola proponitur possessio ex parte præscribentis publicas pensitationes, ex parte verò Principis, contra quem præscribitur nullum omnino factum positum, & ideo nihil mirum si in illis iuribus titulus requiratur, non verò *in d. cap. cùm Ecclesia*, quia factum Canonicorum, de quo *ibi*, per tempus longissimum vim tituli habet ad iustificandam clericorum possessionem.

6 *Allegare oportet.*] Ergo præscriptionem obiiciens eá probare tenetur vt per Mascard. *de prob. concl.* 1212.
7 *num.* 1. in dubio enim non præsumitur nisi probetur, ex Mascard. *concl.* 1213 & Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs.* 33. *num.* 2.

8 *Nam licet ei, &c,*] Probat text in hoc *vers.* quòd licèt in præscriptionibus longissimi temporis, quadraginta scilicet annorum, quam in rebus ecclesiasticis locum obtinere certum est, regulariter titulus necessarius non sit, requiritur tamen in eisdem præscriptionibus si ius commune, vel eius præsumptio sit contra præscribentem, consonat in hunc sensum text. *in cap. si diligenti, ad finem. hoc tit. in Decretal.* quem intelligunt *gl. vlt. ibi*, & Doctores communiter, teste Paris. *ibidem num.* 46. & Couar. *in possessor. p. 2. §. 5. num. 2. & lib. 1. var. cap. 17. num.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1377. *à num.* 108. Gilchen *de præscript. p. 2. memb. 1. cap. 9. &* 11. Molin. *de iustit. tom. 2. disput.* 75. Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 535. *à num.* 22. Pinel. *in auth. nisi num.* 10. *in fine, C. de bonis matern.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure cap. 8. num. 74. part.* 1.

Amplia huiusmodi titulum necessarium esse non 9
solùm in præscriptionibus, in quibus ius commune, & eius præsumptio resistit præscribenti, & simul assistit aduersario, contra quem præscribitur, vt *in hoc text.* in quo Episcopus præscribere intendebat decimas contra alterum Episcopum, in cuius diœcesi existebant sed etiam quando ius commune, vel eius præsumptio resistit solùm præscribenti, etiamsi aduersario, contra quem præscribitur, non assistat, veluti quando inter duos Episcopos, vel parochos contentio est super decimis, quæ non in ipsorum, sed in tertia alterius Episcopi, vel parochi diœcesi, vel parochia consistunt. Ratio est, quia quando ius commune præscribenti resistit, si titulum non ostendit, præsumitur rem ipsam iniustè occupasse, quæ sanè ratio militat, & concludit non solum quando ius commune resistit præscribenti, & assistit aduersario, sed etiam quando solùm resistit præscribenti, quamuis alteri non assistat, idque etiam apertè significant verba huius text. ibi, *cùm ius commune contra ipsum faciat* & rursus, ibi, *vbi tamen est rei ius commune contrarium*, &c. quibus manifestissimè Pontifex significat ad hoc vt titulus præscribenti necessarius sit satis esse quòd ius commune contra eum faciat, minimè verò exigit quòd alteri assistat contra quem præscribitur; quibus fundamentis ita tenuerunt Ioan. Andr. Anton. Abb. *n.* 35. Bohic. *n.* 10. *ad finem*, Felin. *n. 7. ampl. 2. in d. cap. si diligenti, sub hoc tit.* Franc *n. 7. in d. cap. cùm Ecclesia*, testatur communem Couar. *var. lib. 1. cap. 17. n.* 6. & est de mente reliquorum omnium, de quibus Card. Tusch. *litt. P. concl.* 535. *à n.* 22. Molin. *d. disp.* 75. *vers. notat optimè.*

Nisi tanti temporis allegetur præscriptio, &c. Nota- 10
tur ad hoc quòd cursu temporis immemorialis præscribuntur Ecclesiæ bona quæ alioquin alio temporis lapsu præscribi non possunt sine titulo, & bona fide, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs.* 131. *num.* 39. *cum seqq.* Præscriptio enim immemorialis est titulus vndecunque legitimus, ex Ioan. Garc. *de expensis cap. 9. à num. 17. cum seqq.* & par est priuilegio Principis, Cou. *lib. 1. var. cap. 10. num. 14. in fine*, sicut etiam consuetudo & possessio immemoralis habet vim priuilegij, vt per Gregor. Lop. *l. 10. gloss. 3. in fine, tit. 26. p. 4.* Auendan. *l. 41. Tauri gl. 1. num.* 6. Couar. *in cap. cùm in officiis n. 9. vers. cæterum, de testam.* Molin. *d. cap. 6. num.* 13. Matiens. *l. 4. gloss. 5. num. 36. tit. 7. lib. 5. nouæ. recop.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 33. num.* 4. Anast. Germon. *de indultis Cardin. §. in quibuscunque num. 8. & de Sacrorum immun. lib. 3. cap. 12. n.* 46. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 44. art. 3. in fine.* Salgado *de protect. Regia p. 1. cap. 1. q. 3. num.* 125. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 578. *num.* 11.

Et cum hic text. qui loquitur de præscriptione, extendatur ad consuetudinem immemorialem, ex traditis à Salgado *de protect. Regia part. 2. 15. ex num.* 68. ex eo colligunt. Doctores quòd consuetudinem, & possessionem immemorabilem obtinens non tenetur docere de alio titulo vt per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. n.* 95. Anton. Gabr. *lib. 5. commun. tit. de præscript. concl. 1. ex num.* 45. quia consuetudo, & possessio immemorabilis habet vim tituli, gl. *verbo non stat memoria in cap. super quibusdam §. præterea, de verborum significatione*, Federic. de Senis *consil.* 234. scribentes

per

per text. ibi in l. 8. tit. 15. lib. 4. nouæ recop. Auendan. de exequen. mand. p. 1. cap. 12. num. 6. Verall. deciſ. 314. p. 5. Creſcent. deciſ. 21. ex num. 4. de praben. Molin. d. cap. 6. num. 13. Mieres de maioratu part. 4. quaſt. 20. num. 248. Ioan. Garc. de nobilit. gloſſ. 12. ex num. 54. Gutier. pract. lib. 3. q. 14. numer. 7. & q. 17. num. 142. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 18. num. 48. Treniſan. deciſ. 55. ex n. 69. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 578. numer. 11. & cap. 800. ex num. 2. & 9. Salgado de protect. Regia, p. 1. cap. 1. ex n. 52. Card. Tuſch. litt. C, concl. 875. & litt. E, concl. 40.

11 Notatur ad hoc, quòd per clauſulam, *Non obſtante quacunque præſcriptione*, non tollitur præſcriptio immemorialis, vt per Balb. *de præſcript. 2. part. 3. quaſt. 6. num. 21.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſſ. 2. num. 23. & 25.* Flores de Mena *var. lib. 1. quaſt. 10. n. 44.* Card. *in prax. iudicum, verbo clauſula, n. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. c. 5. num. 192.*

12 *Omni contrarij memoria non exiſtat.*] Verùm autem præſcriptio, & centenaria idem ſiot? vide Perez *l. 1. tit. 15. lib. 3. Ordin. pag. 718.* Molin. *de iuſtit. tom. 2. diſput. 76.* Gutier. *pract. lib. 3. quaſt. 62. num. 10.* qui id negare videntur, contra Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 61.* Rot. *deciſ. 583. num. 1.* apud Farin. *collect. 1. nouiſſimarum, aliàs part. 4. diuerſ.*

13 In gloſſ. *Legitimè.* ibi, *ſcilicet ſpatio quadraginta annorum.* Notatur ad hoc, quòd quoties lex immemorialem præſcriptionem requirit, præſcriptio. 40. annorum, cum titulo ſufficiens eſt, vt per Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 52.*

14 In gloſſ. *Oportet,* ibi *neceſſitatem importat.* Ita Sayr. *in clau. Regia, lib. 3. cap. 7. n. 20.* Melch. Phœbos *Luſit. deciſ. 9. n. 5. tom. 1.* Rot. *deciſ. 50. n. 2.* apud. Fario. *in 1. collect. nouiſſimarum, aliàs p. 4 diuerſ.*

15 In gloſſ. *Niſi.* ibi, *quia non prodeſſet talis præſcriptio cum mala fide.* Notatur ad hoc, qoòd in præſcriptione immemoriali requiritur bona fides, vt per Maſcard. *de probat. concl. 225. num. 5. cum ſeqq. & concl. 1215. n. 46.* Menoch. *de arbitr. caſu 225. à princ.* Cauar. *in reg. poſſeſſor, p. 2. §. 8. num. 4.* Mench. *illuſtr. q. 81. num. 10.* Pinel. *in auth. niſi, num. 14. ſeqq. C. de bonis mater.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 6. num. 68.* Mexi. *in tract. taſſa panis concl. 1. num. 135.* Valaſc. *conſ. 8. num. 23. & conſ. 95. n. 9. & de iure emphyt. quaſt. 8. num. 25.* Chald. Pereira *in reſponſo pro monaſterio de Oſſera. num. 4.*

16 Notatur ad hoc, quòd præſcriptio immemorialis obtinet vim priuilegij, vt per Balb. *de preſcript. in 2. p. 5. p. princ. quaſt. 6. num. 6.* Cephal. *conſ. 468. num. 61.* Menoch *conſ. 90. num 65. & conſ. 66. num. 38.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. ſub num. 14.* Paul. Æmil. *de except. lib. 1. part. 1. except. 1. n. 50.* cum aliis citatis *ad cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, ſup. de verb. ſignif.* & ideo quæ priuilegio ſunt acquiſibilia, acquiruntur pariter præſcriptione immemoriali, Peregrin. *de iure fiſci, lib. 1. tit. 2. n. 61.* Rodulphin. *de abſoluta Princip. poteſt. cap. 2. num. 13.*

17 In gloſſ. *Memoria.* ibi, *quòd ſemper viderunt, & audiuerunt ita eſſe, nec vnquam viderunt, vel audiernnt contrarium, & quòd communis eſt, fuit ſemper opinio quòd ſic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria.* Circa hæc requiſita in probanda immemoriali, vide Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 31.* Garc. *de. expenſ. cap. 4. num. 9.* Sanctar. *var. quaſt. 15. num. 1.* Rota paſſim hanc gloſſam ſequitur, & ſignanter apud Seraph. *deciſ. 1102. num. 2. & deciſ. 1450. num. 2.* & apud Gregor. *deciſ. 196. n. 1* & *in Romana ſeruitutis 15. Martij 1619.* coram Vbaldo. Honded. *conſ. 79. ex n. 36. lib. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. lib. 1. cap 5. ex num. 156.* Valençuel. *conſ. 95. ex n. 33.* Ioan. Andr. Georg. *quaſtion. feudal. cap. 27. & 28.* mecitato *in hoc loco* Caſtill. *tom. 7. de tertiis, cap. 27. numer. 5.* vbi *numeris ſeqq.* latè explicat quibus modis immemorialis probari debeat. Illud verò requiſitum quòd maiores noo viderint, nec audiuerint contrarium, non eſſe neceſſarium cenſuit eadem Rota *in Conchin. decimarum de Grauana 31. May 1617* coram Patriarcha Manzanedo, quod etiam non expreſsè requiri ab hac gloſſa obſeruauit Cou. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 3. ſub num. 7. verſ. hoc autem.*

Et quòd ad hoc vt poſſeſſio; & præſcriptio imme- 18
morialis probetur, ſofficiat memoria 40. annorum, & quòd de reliquo tempore talis deponat ſecundùm auditum, & famam, tradunt Balb. *de præſcript. 2. p. 5. partis princ. quaſt. 6. num. 34.* Cou. *d. num. 7.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 31.* Rebuff. *de decimis quaſt. 13. n. 94. cum ſeqq.* Auend. *de exequend. mand part. 1. c. 6. num. 6.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1038.* Ioan. Garc. *de expenſ. c. 9. num. 9.* Molin. *de iuſtit. tom. 2. diſput. 76. num. 5.* Monet. *de decim. c. 5. num. 77.* Rot. *deciſ. 557. ad finem* apud Farin. *in 1. collect. nouiſſimarum. aliàs*
p. 4. diuerſ. Et huiuſmodi teſtes debere eſſe ſaltem 54. 19
annorum reſoluoot Rebuff. *d. q. 15. n. 99.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo teſtis. num. 20.* Flores de Mena *d. q. 10. num. 44.* & fuit deductum *in cauſa Sigmnapanarum 20. Nouembris 1609.* coram Reuerendiſſ. Atrebaten. & *in Corduben. redecimarum 18. May 1618.* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

In ead. gloſſ. ibi, *deberent præferri cum alij ſatagant* 20
negatiuam. Notatur ad hoc quòd magis credendum eſt duobus teſtibus affirmaotibus, quàm longè pluribus negantibus, vt per Gabr. *commun lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 4.* Farin. *in praxi crimin. parte. 2. de teſtib. quaſt. 65. n. 200. cum ſeqq.* quod locum non habet in criminalibus, & ad defenſionem reorum, quia tunc non magis creditur affirmantibus, quàm negantibus, immò plus negantibus, ſicuti docent Boſſ. *in pract. crimin. tit. de defenſ. reorum, numer. 32.* Maſcard. *de broban. concluſ. 1091. num. 8.* Pacian. *in ſimili tract. lib. 2. c. 47. n. 172.* Farinac. *d. quaſt. 65. numer. 154. & num. 234.* latè Buccaron. *de different. inter indic. ciuilia & crimin. different. 64.*

In ead. gloſſ. ibi, *nam per inſtrumentum non videtur poſſe probari*, &c. Notatur ad hoc quòd immemorabilis non poteſt probari per ſcripturas, vt per Ioan. Andr. *hic in fin.* Gemin. *numer. 16.* & Franch. *num. 15.* Balb. *de præſcrips. 2. part. 5. part. princ. quaſt. 6. num. 25.* Rebuff. *de decim. quaſt. 15. num. 97.* Gabr. *de præſcript. concluſ. 1. n. 82.* & fuit dictum *in Tullen. iuriſdictionis 22. Martij 1596.* coram Cardin. Pamphilio ſen. & *in Corduben. redecimarum 18. Maij 1618.* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano. Limita quando immemorabilis enunciatur in ſcripturis antiquiſſimis excedentibus metam 100. annorum. Verall. *deciſ. 347. part. 3.* & fuit reſolutum *in Burgen. quindenniorum 8. Martij 1599.* coram Litta, qui hoc eſt verum quando ad minus ſunt duæ enunciatiuæ, quæ habeant originẽ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, Aretin. *in cap. cum cauſam, num. 2. de probat.* Salicet. *in l. cùm aliquis, num. 3. verſ. ſi tamen plura, &* ibi Caſtren. *numer. 6. C. de iure deliber.* Achil. *deciſ. 6. de iurepatr.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 6. numer. 21.* Rot. *in d. Corduben. redecimarum.*

SVMMARIVM.

1 *Priuatus ipſo iure, vel per ſententiam bona, quæ tenet à Romana, vel aliis Eccleſiis, illa minori ſpatio centum annorum contra Romanam, vel quadraginta contra alias non præſcribit. Filij autem hæreticorũ, qui Catholici putabãtur, bona paterna contra Ro-*

O 4 *manam,*

manam, & alias Ecclesias præscribunt spatio 40. annorum, & idem in extraneis.

2 *Tempus certum annorum necessariò requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam.*

3 *Tempus quadraginta annorum necessariò requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam, & alia pia loca venerabilia.*

4 *Bona hæreticorum præscribuntur per filios, vel hæredes, seu alios possessores spatio 40. annorum.*

5 *Bona priuatorum ipso iure, an possint ab eisdem præscribi, ostenditur.*

6 *Pœna quæcunque in conscientia non debetur, siue ante sententiam, siue post antequam exigatur.*

7 *Bona fides requiritur in præscribendis per filios bonis hæreticorum, quæ tunc consideratur quando recipiens putabat Catholicum esse eum, à quo bona illa accepit.*

Cap. Si quis. II. & vlt.

1 Bona Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum Ecclesiarum, quando quis habet, v.g. in feudum, & ob sua scelera bonis priuatur per sententiam, vel ipso iure, ipsa bona, si sint Romanæ Ecclesiæ, præscribi non possunt nisi per certum annos, si aliarum Ecclesiarum, per quadraginta. Item si aliquis hæreticus, qui videtur Catholicus, moritur, & eius hæredes Catholici per 40. annos bona fide possident hæreditatem; Ecclesia, ad quam bona spectabant, non potest illos molestare, qui iam præscripserunt. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 262.* Alagona *in compendio, pag. 315.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Nisi contra ipsum Romanam Ecclesiam centenaria.*] Notatur ad hoc quòd ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam tempus centum annorum necessariò requiritur, vt per Guid. Pap. *decis.* 161. Afflict. *decis.* 67. Balb. *de præscript. 2. part. 5. à n. 16.* Boër. *decis.* 264. *num.* 25. & 26. Cuiac. *lib. 5. obseru.* 5. Couar. *in reg. possessor. part. 2. §. 2. num. 3.* Pinel. *in auth. nisi num. 57. C. de bonis matern.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 72. vers. secunda* Quid in fisco Ecclesiæ Romanæ? vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 52. num. 5.* vbi *n. 6.* disputat an stante Bulla in Cœna Domini solita publicari interrumpatur præscripto, Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 42.* vbi *num. 4.* quærit quid in mobilibus.

3 *Vel contra Ecclesias alias quadragenaria.*] Notatur ad hoc quòd ad præscribendum contra Ecclesiam, & alia pia loca venerabilia tempus 40. annorum necessariò requiritur, vt per Balb. *d. part. 5. princ. à princ.* Cou. *d. §. 2. n. 3. vers. imò,* Garc. *reg.* 367. Padil. *in l. 2. à num. 45. C. de seruit.* Azeued. *l. 10. n. 28. tit.... lib. 4. nouæ recop.* Molin. *d. tract. 2. disp. 42. vers. hoc verò priuilegium,* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 6. dub. 8. num.* 251. Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 12.*

4 *Si post mortẽ hæreticorum, &c.*] Notatur ad hoc quòd bona hæreticorum præscribuntur per filios, vel hæredes, seu alios possessores spatio 40. annorum, vt per Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 10. n. 82. & q. 25. num. 159. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 22. n. 40.* vbi *num.* 41. subdit per hunc text. quòd ad præscribendum bona hæretici vltra quadragenarium tempus requiritur, vt hæretici, quorum bona præscribuntur, fuerint tempore suæ vitæ reputati Catholici, additque *eod. num.* 41. quòd ad præscriptionem bonorum hæretici requiritur, vt toto eo quadragenario tempore non detegatur hæreticus, ad verba huius text. ibi, *nunc detegantur hæretici extitisse.*

5 Dum in hoc text. non aliter permittitur præscriptio filiis parentum hæreticorum quoad bona confiscata, quam si bona fide eadem possideant, nempe ignorantes criminis paterni, videtur probare quòd si detur scientia delicti, quæ semper datur in ipso delinquente, & in facto proprio, ex consequenti etiam ante sententiam declaratoriam datur mala fides, & iniusta retentio, quæ impedit præscriptionem, ac proinde obligationem restituendi inducere videtur, si credimus Castr. *de iusta hæreticorum punit. cap. 6. & de lege pœnali cap. 4. cum seqq.* Sed veritas est in contrarium, cùm apud omnes 6
compertum sit pœnam quamcunq; in conscientia non deberi, siue ante sententiam, siue post antequam exigatur, ex glos. communiter recepta *in cap. fraternitas 12. quæst. 2.* iunctis traditis per Cou *de sponsal. part. 3. c. 9. §. 8. num. 10.* & est communis secundùm Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur à num. 236.* sequitur Nau. *in man. cap. 23. à n. 66.* latè Simanch. *de cathol. instit. c. 9. num. 22.* licèt enim delinquens ante sententiam declaratoriam iam sit debitor pœnæ, & retineat alienum, non tamen iniustè, sed iustè retinet, & sine peccato, quia deficit, voluntas legis, quæ non intendit obligare ad restitutionem ante sententiam, vt probat text. *in cap. cùm secundùm, vers. confiscationis. de hæret.* dum disponit ne occupentur bona hæreticorum, vel in illis fiat executio ante sententiam declaratoriam, vnde ex consequenti concluditur tales, vel similes interim habere retentionem Nec obstat text. *in præsenti,* quia procedit in filiis præscribentibus bona parentum hæreticorum per 40. annos, & ita minori spatio centum annorum, quòd solùm datur contra Ecclesiam Romanam, ad quam bona pertinebant, vt *in princ.* text. iuncta *auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles.* Vnde non aliter lex voluit illis communicare peculiare priuilegium, vt possint præscribere prædicto spatio 40. annorum, quàm si haberent bonam fidem, non solùm quæ consistit in iusta retentione, & sine peccato, sed bonam, fidem, hoc est, ignorantiam criminis paterni, ne aliàs ex malitia in non denunciandis, & deferendis parentibus hæreticis ad iudicium Inquisitionis commodum reportarent, contra *reg. cap. intelleximus, in fin. de iudic.* & ita non negat text. quòd etiam pro eo tempore tales filij habeant iustam, & sine peccato retentionem, interim dum sententia declaratoria non profertur, quinimò si spatium centum annorum interueniat, præscriptio legitimè dabitur etsi filij scientiam habeant criminis paterni, iuxta regulas generales, quibus attentis iure Canonico bonæ fides desideratur quoties iusta datur retentio, & absque peccato, licèt detur scientia rei alienæ.

In gloss. *Catholicus.* ibi, *bene dicit, quia secus si essent* 7
hæretici Ita Sanch. *d. c. 22. numero* 41.

In gloss. *Bona fide.* ibi. *credebam patrem, vel testatorẽ* 8
fuisse Catholicum, &c.] Notatur ad hoc quòd ad hanc præscriptionem requiritur bona fides, quæ tunc consideratur quando recipiens putabat Catholicum esse eum, à quo bona illa accepit, vt per Sanch. *d. c. 22. n.* 41.

De Sententia, & re iudicata.

Tit. XIV.

Summarium.

1 *Iudex qui contra iustitiam, & contra conscientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis per gratiam, vel per sordes, condemnandus est parti læsæ in æstimationem litis, & per annum est suspensus, & perpetuò si medio tempore ingerat se Diuinis, nisi Papa cum ipso dispenset.*

2 Iudex

2 *Iudex secundùm allegata, & probata, non verò propriam conscientiam iudicare debet.*

3 *Iudex per sordes iudicare dicitur quando iudicat pecunia corruptus.*

4 *Iudices Ecclesiastici, qui contra conscientiam, & iustitiam in grauamen partis quicquam fecerint, per gratiam, vel per sordes vltra æstimationem litis parti faciendam, pœnam suspensionis ab officio per annum incurrunt, atque etiam irregularitatis si suspensione durante Diuinis se ingesserint.*

5 *Pœna suspensionis ab officio per annum in hoc text. imposita iudicibus, qui contra conscientiam, & iustitiam in grauamen partis quicquam fecerint per gratiam, vel per sordes, non trahitur ad iudices seculares.*

6 *Participium præteriti temporis quando iungitur verbo futuri temporis, tunc lata est sententia.*

7 *Irregularis efficitur iudex Ecclesiasticus, qui à iure suspensus remanet à Diuinis per annum, si anno suspensionis durante in Diuinis se ingesserit.*

8 *Papa solus potest tollere irregularitatem prouenientem ex eo quòd quis suspensione durante in Diuinis se ingesserit.*

9 *Iudicibus pretio, aut alias per sordes malè iudicantibus non sustulit hic text. alias pœnas tam Canonicas, quàm legales.*

10 *Iudices per sordes iudicantes quas pœnas incurrant, ostenditur. & num. 11.*

12 *Iudex malè iudicans qui parti læsæ damnum soluit, an possit hoc repetere ab altera parte in cuius fauorem iniustam protulit sententiam? ostenditur.*

13 *Iudicis corrupti pœna quæ sit, & an teneatur ad restitutionem muneris accepti? remissiuè.*

14 *Suspensio beneficij per annum de qua in hoc text. non extenditur ad beneficium, sed tantùm intelligitur de Ordinibus, & beneficijs.*

CAP. Cùm æterni, *Innoc. IV.*

1
IVDEX Ecclesiasticus, siue ordinarius, siue delegatus, si contra conscientiam, & iustitiam, per sordes, vel per gratiam quicquam facit in iudicio in grauamen partis, est suspensus ab exequutione officij per annum, & condemnabitur ad æstimationem litis parti læsæ, & si durante suspensione se ingerat Diuinis, fit irregularis, à qua nisi per Papam liberari non potest, & hæc vltra alias pœnas iuris. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchara. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuiã. *in ration. l. 2. p.* 282 Alagona *comp. p.* 321. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Contra conscientiam.*] Ergo iudex secundùm propriam conscientiam iudicare debet, vt per D. Thom. *2. 2. q. 67. art. 2.* vbi Salon. *col. 5.* Sot. *de iustit. lib 5. q. 4. art. 2.* Cou. *var. lib. 1. cap. 1. num. 6.* Mench. *illustr. quæst. cap. 13. num. 2.* Pinel. *ad l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. cap. 3. num. 33.* Mascard. *de probat. concl. 950. num. 2.* In quo tamen communis recentiorum tenet quòd iudex secundùm allegata, & probata, non verò propriam conscientiam iudicare debeat vt firmant Viu. *Neapol. decis.* 178. Clar. *§. fin. q. 8. num. 5. & q. 66. num. 2.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 2 cap. 14.* Menoch *cons. 92. n. 80. cum seqq. & cons. 786. num. vlt.* Mascard *de prob. concl. 948.* Caualcan. *decis. 25. n. 5 p. 1. & decis. 19. n. 61. decis. 23. n. 10. p. 3.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q. 28. art. 3.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 2. in princ.* Sayr. *in claui Regia, lib. 12. c. 8. n. 9. cum seqq.* Less. *de iustit. lib. 3. cap. 29. dub. 10. num. 84.* Farinac. *in praxi crimin p. 1. q. 21. num. 163. cum seqq* & alij, de quibus Cened. *ad Decretal. collect. 101. num. 11.*

In grauamen partis alterius.] Nomine partis intelligi actorem, vel reum tenent Gemin. *num. 5.* & Franc. etiam *num. 5. in præsenti.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 14. cap. 2. quæsito 3.* Bonac. *de suspensionibus omnibus in particulari disput. 3. q. 5. puncto 3. num. 2. vers. secunda conditio.*

Vel per sordes.] Iudicare per sordes quis dicitur, 3
quando iudicat pecunia corruptus, vt post alios explicant Menoch. *de arbitr. casu 342. num. 18.* & pleuè Decian. *in tract. crimin. lib. 8. cap. 33. à num. 3.* Farin. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 111. num. 361.* vbi subdit quòd per sordes iudicare dicitur quando quis ad iudicandum mouetur, vel ex pretio, seu præmio, vel ex prece, seu gratia, vel ex odio, seu inimicitia, aut ex timore.

Probat igitur hic text. quòd iudices Ecclesiastici, 4
qui contra conscientiam & iustitiam in grauamen partis quicquam fecerint per gratiam, vel per sordes, vltra æstimationem litis parti faciendam, pœnam suspensionis ab officio per annum incurrunt. atque etiam irregularitatis. si suspensione durante Diuinis se ingesserint, vt per Nau. *in ma.. cap. 27. . 167. vers. dec...* Valer. Reginald. *in praxi fori pa.. lib. 32. tract. 2. n. 67. vers. præterea,* Henriq *in sum. lib. 13. c . 39. §. 4. ...* *M.* Viuald... *candel. aur. e part. 4. cap. 9. n. 50.* & post
Syluest. Tolet & alios Sayr. *de ce.. sur. lib. 4. cap. 13. num.* 5
3. Iacob. de Graff *in deci.. aureis p. 1. lib. 3. cap. 6. num. 13.* latè Farin. *d. q. 111. à n. 71.* vbi *num 78.* subdit quòd illa pœna suspensionis ab officio per annum non trahitur ad iudices seculares; notantes huius text decisionem procedere tribus concurrentibus, primò quòd per sordes, vel gratiam, secundò quòd contra iustitiam, tertiò in grauamen partis iudex Ecclesiasticus iniustam, proferat sententiam.

Ab executione officij per annum, &c.] Nomine officij hoc in loco non solùm intelligitur potestas, & iurisdictio, sed officium ordinis, & iurisdictionis, ita Gemin. *hic. num. 8.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 13. num. 3.* Mar. Alter. *d. cap. 2. col. 3. vers. quarta,* Bonacin. *d. disp. quæst. 5. punct. 3. num. 9.*

Nouerit se suspensum.] Notatur ad hoc, quòd quan- 6
do verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, tunc lata est sententia, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 74. C. de reuocand. donat.* Farin. *d. q. 111. num. 71.* vbi ait hæc verba textus denotare ipso iure.

Irregularitatis laqueo se inuoluet.] Notatur ad hoc, 7
quòd iudex ecclesiasticus qui à iure suspensus remanet à Diuinis per annum, si anno suspensionis durante in Diuinis se ingesserit, irregularis efficitur, vt per Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 6. num. 9. & p. 2. §. 2. n. 4.* Cened. *ad Decretal. collect. 25. n. 1.* Farin. *d. q. 111. n. 72. cum seqq. & q. 138. num. 58.*

Non nisi per Summum Pont. &c.] Notatur ad hoc, 8
quòd solus Papa potest tollere irregularitatem prouenientem ex eo quòd quis suspensione durante in Diuinis se ingesserit, vt per Farin. *d. q. 111. n. 72.* Sicut etiam absolutio suspensionis contractæ ab eo, qui Ordines suscepit dum vinculo censuræ obstrictus erat, respectu clerici secularis reseruata est Papæ, *cap. cum illorum, de sent. excom.* Bonac. *de suspension. omnibus in partic. disp. 3. q. 2. puncto 6. num. 7.*

Saluis aliis constitutionibus. &c.] Non tollit igi- 9
tur hic text alias pœnas tam legales, quàm Canonicas iudicibus pretio, aut alias per sordes malè iudicantibus inflictas, vt obseruat Farinac. *d. quæst. 111. numero 93.*

Puniuntur autem tales iudices sic per sordes iudi- 10
cantes,

cantes, vel pœna capitali, vel deportationis cum aliis, iuxta varietatem facti secundùm iudicis arbitrium tam ex lege Iulia repetundarum, iuxta *lib.* 1. *&* 3. vbi gloss. *ff. illo tit. ad leg. Iul. reper.* vel ex lege Cornelia de falsis, iuxta *l.* 1. *§.* 1. *verf. & per iudicem, ad leg. Cornel. de falsis.* Farin. *d. q.* 111. *à num.* 15. atque etiam ex edicto de calumniatoribus, iuxta *l.* 1. *ff. illo tit.* atque etiam ex lege Cornelia de sicariis si pro necando homine, seu pœna mortis innocenti infligenda pecuniam accipiat, *l.* 1. *§.* 1. *& l. lege Cornelia, ff. ad legem Cornel. de sicar.* Farinac. *d. q.* 111. *num.* 21. Præterea imponitur eodem casu contra iudicem per sordes iudicantē pœna priuationis dignitatis, *l. ff. de dignit. lib.* 12. ibi, *ablatis codicillorum insignibus, auth. nouo iure, C. de pœna iudicis, qui malè iudic.* ibi, *dignitate sua, & cingulo amisso* vt per Menoch. *d. casu* 342. *num.* 13. Farinac. *d. q.* 111. *n.* 27. & tandem indistinctè iudex pecunia corruptus iniustam proferens sententiam iure antiquiori in quadruplum condemnabitur, *l.* 1. *C. ad legem Iuliam repet.* explicat Farin. *d. q.* 111. *à num.* 59. sed iam nouo iure, de quo *in d. auth. nouo iure*, distinguitur, nam si causa sit pecuniaria, dat triplum, promissi duplum iudex corruptus refundit, si criminalis causa sit, omnia amittit bona, explicat Farin. *d. q.* 111. *n.* 69.

11 Supradictæ pœnæ cumulatiuè ponuntur, & vna cum alia, vel aliis non confunditur, sed in iudicis est arbitrio, vel omnes vel vnam, quam maluerit imponere, ita vt iudex per sordes iudicans in causa ciuili parti damnum resarcire debeat. fisco in triplum dati condemnetur, & arbitrio iudicis, vel deportationis, vel capitali pœna, atque etiam vsque ad mortem in criminali, bonis omnibus confiscatis, & notetur infamia, & dignitate priuetur, vt satis innuit *d. auth. nouo iure*, & ex Doctrina Bart. *in l. sanctio legum ff. de pœnis*, prosequitur Dec. *d. c.* 39. *n.* 18. Menoch. *d. casu* 342. *à n.* 15. plenè Farin. *d. q.* 111. *à num.* 80.

12 Vtrùm iudex malè iudicans, qui parti læsæ damnū soluit, possit hoc repetere ab altera parte in cuius fauorem iniustam protulit sententiam? varias opiniones refert Auiles *ad cap.* 1. *Pretorum, verbo fiel, n.* 47. Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri, num.* 212. D. Barb. *in l. si filiusfam.* 15. *à num.* 52. *ff. de iudic.* cum quo distingue, nam si per dolum iniustam protulit sententiam, repetere non potest quod soluit in pœnam proprij delicti, si verò per imperitiam iudicauit, repetere ab alio non prohibetur, tunc ex reg. generali, quod non debet aliis cum ipsius iactura locupletari, de qua *in l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. cap. locupletari, de reg. iur. lib.* 6. tum ex optimo text. *in l. missi, C. de exactor tribut. lib.* 10. ibi, *ipsis aduersus obnoxios repetitione seruata.*

13 De pœna autem corrupti iudicis, & an teneatur ad restitutionem muneris accepti? vide Clar. *§. fin. q.* 73. *n.* 2. Auiles *ad cap.* 1. *Pretor. verbo nolleuaron, & verbo dadiuas.* Boër. *decis.* 153. Sot. *de iustit. lib.* 4. *q.* 7. *art.* 2. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 33. *&* 34. *cap.* 55. *à n.* 6. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 84. *cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 40. *num.* 6. *&* 7. *& quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 34. *art.* 8. Farin. *d. q.* 111. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 64. *cum seqq.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 10. *tract.* 5. *c.* 3. Chald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delict. de funct. part.* 5. *n.* 16. *& conf.* 34. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1150. Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, p.* 5. *n.* 34. *cum multis seqq.* plures, quos plena manu refert Cened. *ad Decretal. collect.* 134.

14 In gloss. *Officij.* ibi, *hoc ad beneficia non extenditur.* Notatur ad hoc quòd suspensio officij per annum, de qua in hoc text. non extenditur ad beneficium, sed tantùm intelligitur de Ordinibus, & diuinis, vt per Farin. *d. q.* 111. *num.* 75. *&* 76.

In gloss. *In iudicio.* Notatur ad hoc quòd arbiter compromissarius, Auditor iudicis, & merè executor non incidunt in hanc suspensionem, quia isti non sunt iudices Ordinarij, vel delegati, & cùm versemur in materia pœnali, non est facienda extensio, sed restrictio, ita Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 3. *num.* 16. Sayr. *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. *vers. tertium.* Mar. Alter. *dict. cap.* 2. *col.* 3. *dub.* 5. Bonac. *d. disp.* 3. *quæst.* 5. *puncto* 3. *num.* 7.

In gloss. *Per sordes.* ibi, *& dicitur fieri per sordes si pretio, timore, vel odio iudex corruptus sit.* Ita Mar. Alter. *d. c.* 2. *quæst.* 7. Sayr. *d. cap.* 13. *num.* 3. *ad fin.* Sed Bonacin. *d. puncto* 3. *num.* 4. probabilius existimat id dici fieri per gratiam quod fit ad alicuius instantiam, seu ob alicuius fauorem; id verò fieri per sordes quod fit ob pretium, seu pecuniam. 15

In gloss. *Et contra.* Notatur ad hoc quòd iudex qui partem vltra iustitiæ terminos grauat non scienter, & voluntatè, sed ex imprudentia, inconsideratione, vel ignorantia, non ligatur suspensione, de qua *in hoc text.* quia non facit contra conscientiam, sed contra iustitiam, non formaliter, sed materialiter? ita Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 157. Soar. *d. disp.* 31. *sect.* 3. *n.* 16. Alter. *d. tom.* 2. *disp.* 14. *c.* 2. *quæst.* 1. Sayr. *d. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 3. Bonac. *d. puncto.* 3. *n.* 2. *vers. secundo sequitur.* 16

In gloss. *Annum.* ibi, *quid si annus fuerit bissextilis.* Tunc suspensionem seruandam esse 366. diebus, tenet *in præsenti* Gemin. *num.* 13. Alter. *d. cap.* 2. *col.* 4. *versic. deinde.* 17

SVMMARIVM.

1 *Papa Imperatorem deponere potest ex causis legitimis, & num.* 4.

2 *Delictum nouum est eiusdem criminis ex interuallo iteratio.*

3 *Subreptiua dicitur Principis venia, non facta mentione de iterato crimine.*

5 *Papa est super Concilium, & ab eo Concilia omnia suam auctoritatem, & confirmationem accipiunt.*

6 *Anathema idem est, quod excommunicatio maior quoad vim, & vinculum, & solū differt in solēnitate.*

7 *Cardinalis Legati de latere attestatio plenū probationem facit, dummodo ipse asserat se Legatum.*

8 *Papa assertioni, & testimonio plenè creditur.*

9 *Imperij electores sunt Archiepiscopus Moguntin. Colonien. Treueren. & quatuor laici, scilicet Palatinus, Comes Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgen.*

10 *Bohemiæ Rex ad Imperatoris electionem de necessitate vocandus non est, nisi cum alij discordant.*

11 *Papa an possit eligere Imperatorem priori Imperatore deposito? remissiuè.*

Cap. Ad Apostolicæ. II.

Papa ex certis causis potest deponere Imperatorem, & Reges, vt hîc deponit Fidericum Imperatorem, & Regem Siciliæ. Sicilia est patrimonium S. Petri, & fuit data in feudum Fiderico. Colligunt ex Ordina. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 283. Alagona *in compend. pag.* 322. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Hanc eandem conclus. quoad primam partem ex hoc text. desumunt, pluresque Imperatores & Reges commemorant, quos suis Imperiis & Regnis deposuerunt priuarúntque Summi Pontifices, Turrecrem. *in summ. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 114. Albert. Pyghi. de- 2

*de eccles.hierarch.lib.5.cap.14.& 15.*Petr.Gregor.*syntag.iuris lib.15. cap.1.n.11.cum seqq & de Republ.l.26.c.4.& 9.*Molin.*de iustit tract.2.disput.29.vers.3.* Avala *de iure,& officio belli,lib.1.cap.2.num.27.* Anast. Germen.*de sacror. immun.lib.3.cap.13. num. 27. cum seqq.*Thom. Bozz.*de signis Eccles.lib.17.cap.3.& 4.& de statu Italia contra Machiauel.lib 3.c.5.& 6.*Pereg. *de iure fisci,lib.1.tit.2.ex. n. 5.*Param.*de origine S. Inquisit.lib.3.q.1.opin.* 3.Rutil. Benzon. *de anno Iubilai, lib.1.cap.10.pag.57.& 58.*Salas *de legib.q 95. disp.7. sect.4.* Angel. Matheac. *de via & ratione iuris. lib.1.c.34.n.28.* Camill.Borrell.*de prast.Regis Cathol.c. 46. num.110. cum seqq.& cap. 47. ex n. 46.* Valenç.*in monit.contra Venetos,part.5.ex num.236.usque ad 258.* Soar.*in tract.de Fide disput.20.sect.3.n. 21.cum seqq. & disput.22.sect.8.num.2.& 7.*Calist Ramirez *de lege Regia,§.2.ex n.44.* Seraph. de Freitas *de iusto Imper. Asiatico,cap.6.n.45. cum.seqq.*

2 *Deterauit enim multoties,&c.*]Notatur ad hoc quòd eiusqem criminis ex interuallo iteratio,nouum est delictum,vt per Couar.*lib.2.var.10. num. 8. vers. quod verò.*

3 Vnde subteptitia dicitur Principis venia non facta mentione de iterato crimine, vt per Tiraquell.*de pœnis temper.causa 10.num.4.*Padil.*in l.transigere, n.63. C.de transact.*Henriq.*in summ.lib.13.cap.30.§.1.*Farinac.*in praxi crimin.part.1.quaest.6. numer. 49.* Nicol. Garc.*de benefic.part.8.cap.3.num.28.*Cened.*ad Decretal.collect. 34.num.4.*

4 *Et nihilominus sententiando priuamus,&c.*] Notatur ad hoc, quòd Papa Imperatorem deponere potest, vt per Garc.Mastrill.*de Magistrat.lib.1.cap.2.num.8.* Cardin. Bellarmin. *controuers. 3. generali de Romano Pont.lib.5.cap.8.*Soar.*de defensione Fidei Cathol.contra Anglicana secta errores,l.2.c.23.n.14.*

5 In gloss. *Ad Apostolica.*ibi,*& sine sententia, vel licentia Concilij*, &c. Notatur ad hoc quòd Papa est supra Concilium, & ab eo Concilia omnia suam auctoritatem, & confirmationem accipiunt, vt per Sayr. *in claui Regia,l. 3.c.10. num.6.*

6 In gloss. *Anathematis.*ibi, *id est, excommunicationis cum solemnitate facta.* Notatur ad hoc quòd anathema idem est quòd excomunicatio maior, quoad vim, & vinculum, solùm differt in solemnitate, vt per Spin. *in specul.testam.gloss.11.rubr.num.11.* Cort. *in memorabil.verbo Anathema.*Couar.*in cap.alma mater.part.1.§.num.6.*Henriq.*in summ.lib.13.cap. 20.§. 2. litt. C.*Auil.*de censur.part.2.cap.1.disput.1. dub.1. fol.15.* Sanch.*de matrim.lib.4.disput.22.num 8.*Cened.*ad Decretum collect.24. num.4.* Sayr.*de censur. lib. 1. cap.3. num.5.*Anton.à Sousa *in relect.de censuris Bulla Cœna, cap.2.n.5.* Emman. de Valle *de incantat. & ensalmis sect.3.cap.6.num.15.*

7 In gloss. *Proponi,*ibi, *quia Cardinales*, &c. Notatur ad hoc quòd attestatio Cardinalis Legati de latere plenam probationem facit, dummodo ipse asseras se legatum, vt per Mascard.*de probation. concl. 260. num. 1.*latè metipsum *in tract. de iure eccles. lib. 1. cap.5. num. 63*

8 In gloss. *Promisissent.*ibi,*credendum est Papa hoc referenti.* Notatur ad hoc quòd plenè creditur assertioni,& testimonio Pontificis,vt per Farinac. *in praxi criminal.part.2.quaest.63.num.79.*etiam de eo, quod vidit ante Pontificatum, ex Mascard.*concl.139.num.6.*latissimè ego ipse *in tract.de iure ecclesiast.lib.1.cap.2.à num.196.cum.seqq.*

9 In gloss. *Illi autem.* ibi.*scilicet Archiepiscopus Mogunt. Colon. Treueren: & tres laici scilicet Palatinus Comes Rheni, Dux Saxonia Marchio Brandeburgen.* Vide Azor. *instit.moral. part. 2. lib.10.cap.3. quaest.4.*& quæ dixi *in collect. ad cap. venerabilem 34. num.2.de electi in decretal.*

In ead gloss.ibi, *Rex Bohemia de necessitate vocandus non est nisi cum alij discordant.* Ita Azor.*d.cap.3. quaest.4.vers.quares.* 10

In gloss. *Eligant.* An Papa potest eligere Imperatorem priori imperatore deposito? Vide Pereg. *de iure fisci,lib 1.tit.2 n.15.*Octau.Glorit.*resp.6.n.42.* 11

S V M M A R I V M.

1 *Certam rem qui petit causa expressa, si illam causam non probat, succumbit, licèt aliam probet, maximè post modum emergentem.*

2 *Rex potest modicè, vel etiam non modicè ex iusta tamen causa in ordine ad Regni vtilitatem donare de bonis Regia Corona.*

3 *Principem decet vti liberalitate.*

4 *Princeps regulariter non potest iura Regni diminuere quando diminutio tenet in magnam Principatus lasionem.*

5 *Bona qua sunt apud hostes, propter recuperationis spem donari & largiri possunt.*

6 *Donatio facta pro Ecclesia construenda non valet, cum non adsit persona, qua acceptet illam.*

7 *Donatio facta nomine Regni, vel Regia dignitatis obligat successorem in Regno,*

8 *Rex succedens in Regno tenetur seruare, & adimplere donationes factas per pradecessores.*

9 *Causa si in libello sit generaliter expressa, tunc super iure proueniente ex noua causa potest ferri sententia in eodem iudicio.*

10 *Libello, alternatiuas admittitur de iure Canonico.*

11 *Ius superueniens actori ex causa de praterito post litem contestatem sibi prodest.*

12 *Loci mentio in quo sit contractus, debet fieri in instrumentis publicis.*

13 *Bona fides in dubio prasumitur.*

14 *Allegatio partis non facit ius.*

Cap. Abbate sanè. III.

QVi in iudicio petit aliquam rem sibi deberi, exprimat certam causam, si illam causam non probat succumbit, licèt aliàs producat, & probet: si verò non expressit causam, si illam non probat, non succumbit, sed sufficit probare vnam iustam causam. Colligunt ex Ordinar. Lapp. Abbas Archidiac. Geminn. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Franch. Viuian.*in ration. libr. 2. pag. 283.* Alagona *in compendio pag. 322.*remissiuè Casal.*in annotat.*& Ximen. *in concord. part.1.& 2.* 1

Ex largitione Regis, &c.] Notatur ad hoc quòd Rex potest modicè, vel etiam non modicè, ex iusta tamen causa in ordine ad Regni vtilitatem donare de bonis Regiæ Coronæ,vt per Castald.*de Imperat. quaest. 104.in princip.* Gabr. *lib.3. commun.tit. de iure quasito conclus.5 numer. 48.* Couar.*in cap. quamuis pactum, part.2.§.2. numer.4.* Molin. *de primogen lib.1. cap.3. numer.18.*Mench.*illustr.lib.1.cap.4. numer.6.* Valasc. *cons.132.num.2.*Cabed.*l.asit.decis.30. num.1. & decis 40. num.16.& decis 19.num.2.part.2.* Molin *de instit.tom.2 disput.25. col.1.vers.cum autem.* Cardos. *in praxi iudicum,& Aduocat.verbo Rex num.14.* Decet enim Principem vti liberalitate, Innocent. *in cap. grandi, de suppl.negl. Pralat* Beru. *cons.65.num. 11. volum.1.* Crauett.*consil. 889. num.6.* Bec.*consil. 129. num.108 volum.2.* Nam regulariter non potest Princeps iura Regni diminuere quando diminutio tendit in 2 3 4

in magnam Principatus læsionem, sicuti tradunt Petr. Grego. Tholosan. *de Republ. cap.* 20. *numero* 61. *vers. aut ratio*, Peregr. *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *numero* 74. Nec refragantur tradita per Luc. de Pena *in l. quecunque, C. de omni agro des.* qui videtur sentire, quòd nec modica concessio fieri potest, ne propter multas modicas concessiones decrescant iura Regni, nam ipse non dicit quòd concessio, quæ modicè lædit, fieri non potest, sed tunc non valent concessiones si plures modicæ fiunt alienationes de iure Regni, quibus coacervatis resultat grauis diminutio coronæ, & sic loquitur in casu enormis læsionis, siue illa resultet ex vna concessione, siue ex pluribus licèt singulariter modicis, vt declarat Afflict. *in rubr. quæ sint Regalia, numero* 65. prout ab experientia illud probat Nouiz. *consil* 12. *num.* 66 & de Regno Austriæ quod ita paulatim mutilatum perdidit nomen Regni, testatur Robert. Gaguin. *in chron. Franc in vita Loth. lib.* 5. *cap.* 6. cuius verba transcribit Menoch. *consil.* 1003. *sub num.* 19.

5 *Allegabatur etiam*, &c.] Notatur ad hoc quod bona quæ sunt apud hostes propter recuperationis spem donari & largiri possunt vt per Xuar, *alleg.* 8. *num.* 1. *cum seqq.*

6 *Nec prore quòd voluit*, &c.] Notatur ad hoc quod non valet donatio facta pro Ecclesia construenda, cum non adsit persona, quæ acceptet, vt per Menoch *cons.* 92. *num.* 58. *cum seqq.* Gonzal *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 7. *num* 98.

7 *Sed ad hæc pars vestra*, &c.] Notatur ad hoc quòd donatio facta nomine Regni, vel Regiæ dignitatis obligat successorem in Regno, vt per Xuar. *alegat.* 8. *num.* 3. *& num.* 8. *& allegat* 9. *num.* 9. *& alleg.* 10. *num.* 3. D. Barbos. *in. l quia tales* 5 *num.* 9. *ff soluto matrimon.* ita vt Rex succedens in Regno teneatur seruare & adimplere donationes factas per prædecessores, vt per Tiraquel. *de iure primog. q.* 35. *n.* 19.

9 *Præfatus igitur Cardinalis*, &c. Notatur ad hoc quòd si in libello causa sit generaliter expressa tunc super iure perueniente ex noua causa potest ferri sententia in eodem iudicio, vt per D. Barbos. *in l. non po-*
10 *test videri num.* 41. *cum seqq ff. de iudic.* Et ideo ex hoc text. colligit Marc. Anton. Genuens. *in practic. ecclesiast. q.* 748. quod de iure Canonico admittitur libellus alternatiuus.

11 *Ex his, quæ post litis contestationem accidunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd ius superueniens actori, ex causa de præterito post litem contestatam sibi prodest, vt per Vezin. *tom.* 2. *commun. opinion lib.* 7. *tit.* 17. *num.* 5. *pag.* 286.

12 *Et necessariò adesse debent, veluti locus*, &c.] Notatur ad hoc quòd in instrumentis publicis debet fieri mentio loci in quo fit contractus, vel actus ipse, qui in instrumento continetur, vt per Couar. *pract. cap.* 20. *num.* 3. *vers. quinto*, Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 63. Chald. Pereira *de empt. cap.* 5. *num.* 9.

13 In gloss. *Dominus*. ibi, *ad hoc autem, vt actus*, &c. Notatur ad hoc quòd bona fides in dubio præsumitur, vt per Mench. *illustr. quæstion. libr.* 2. *cap.* 70. *numero* 2.

14 In gloss. *Iudicio*, ibi, *vel. dic quòd hæc verba sunt allegatio partis, nec ponunt ius.* Notate ad hoc quòd allegatio partis non facit ius, vt per Felin. *in cap.* 1. *num.* 18. *de constitut.* Palat. *in repet. rubr. de don. int. virum & vxor.* §. 17 *num* 22. *&* 23. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss* 5. *num* 107 metipsum *Axiom.* 20. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter, vel iudex vnus ex pluribus datis si per verba pluralis numeri ferat sententiam aliis præsentibus, & mandantibus, tenet sententia electio autem pronuncianda est per verba singularia.*
2 *Verbum* oportet, *necessitatem importat.*
3 *Verbum*, statuimus. *habet vim, siue firmitatem sententiæ diffinitiuæ.*

Cap. Cùm ab vno. IV.

ARbitri plures, vel iudices quando sunt dati, si 1 vnus aliis præsentibus, & mandantibus recitat sententiam scriptam vtendo numero plurali, Nos, &c. sententia valet, ac si ab omnibus esset recitata. In electione verò secus fit, quia siue procedatur per compromissum, siue per scrutinium, electio est pronuncianda per verba numeri singularis. Colligunt ex Ordinar. Archid. Anchar. Ioan. Andr. Gemin. Monach. Domin. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 284. Alagona *in compendio, pag.* 322. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2.

In gloss. *Oportet*. ibi. *necessitatem importat.* Ita. Sayr. 2 *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 20. Melch. Phæb. *Lusit. decis.* 9. *num.* 5 Rota *decis.* 50. *n.* 2. apud Farin. *collect.* 1. *nouissimarum*, Ego ipse *in tract. de dictionibus vsus. dict.* 241. *n.* 2. *in vlt. impress.*

In gloss. *Statuimus*. ibi. *habet vim, siue firmitatem* 3 *diffinitiuæ sententiæ.* Refero ego ipse *in tract. de dictionib. vsus. dict.* 384. *n.* 2. vbi *num.* 1. quod verbum, *statuimus*, est iuris noui inductiuum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua si non ponatur in scriptis, & ab ipsomet iudice, & ab alio, nisi sit Episcopus, & sedendo non stando, vel deambulando proferatur, est nulla, nec est necesse ab ea appellare.*
2 *Sententia diffinitiua in scriptis proferanda est.*
3 *Declaratur text. in cap. si quis cum aliquo*, 11. *quæst.* 1.
4 *Sententia interlocutoria non requiritur, vt proferatur in scriptis.*
5 *Sententia debet legi per iudicem illam pronunciantem*
6 *Verba*, nullius penitus sit momenti. *important ipso iure.*
7 *Illustres quæ personæ dicantur relinquitur arbitrio iudicis.*
8 *Causa quæ dicatur parua, magna, vel leuis, relinquitur arbitrio iudicis.*
9 *Arbiter potest de voluntate litigantium procedere simpliciter de plano & iuris ordine prætermisso.*
10 *Sententia lata à iudice non sedendo pro tribunali, licèt sit nulla ipso iure, tamē si iudex habeat tale impedimentū aut dolore, quod sedere non poss. t. valet tenet.*

Cap. Et si sententia V. & vlt.

SEntentia diffinitiua si non ponatur in scriptis, & 1 ab ipsomet iudice, & non ab alio, & sedendo, non stando, vel deambulando proferatur, est nulla, nec est necesse ab ea appellare, sed potest Episcopus per alium sententiam recitare, quia propter prærogatiuam dignitatis est honorandus ad instar illustrium personarum. Colligunt Ordin. Lap Abb Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rational. lib.* 2. *pag.* 285. Alagona *in compendio pag.* 324. remissiuè Ximen *in concord p.* 2.

Postquam

2 *Postquam scripta fuerit.*] Ergo sententia diffinitiua in scriptis proferenda est, *l. 2. ibi, scriptas, l. 3. C. de sent. ex breuic. recitan.* tradunt. Bart. *in l. 1. §. fin. num. 2. ff. de hered. instit.* Innocent. *in cap. suborta, sup. hoc tit.* Perus. *in cap. quoniam contra n. 24. de probat.* vbi Abb. *num. 5.* Felin. *num. 7.* Dec. *num. 15.* Rip. *in rub. de constitut. num. 44.* Bellam. *decis. 339. de consuetud. num. 1.* Boër. *decis. 258 num. 60.* Marant. *de ord. iudic. part. 6. cap. de sententia num. 17. & 22.* Vant *de nullitat. tit. ex defectu processus à num. 94.* Menoch. *de arbitr. quæst. 60.* Viuian. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 8. num. 32. pag. 244.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 62. §. 6.* D. Barbos. *in l. si debitor num. 139. ff. de iudic.* vbi ampliat in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, Alexand. Trentasinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de sentent. resolut. 2. à num. 1.* vbi *à num. 4.* subdit quòd hæc solemnitas in causa graui, & ponderosa à partibus remitti non potest, secus in cau-
3 sis viles, & modici momenti. Non obstat text. *in cap. si quis cum clerico,* ibi, *sententia ab eo sine scriptis feratur, 11. quæst. 1.* quia specialiter procedit in Episcopo, qui est persona illustris, cui circa proferendas diffinitiuas sententias à iure fauor conceditur, iuxta text. *in l. 2. vers. sed nec C. de sentent. ex breuic.* aduertit. Bellam. *numer. 4. in cap. Albericus 43. de testib.* Nec etiam obstat *d. cap. Albericus.* dum supponere videtur sententiam non fuisse prolatam in scriptis, quia non agit vtrùm sententia cum scriptis, vel sine scriptis sit proferenda, sed supposito (quando sunt termini habiles) quòd in scriptis profertur, illius publicatio redigenda sit in actis per notarium publicum, quæ reductio facienda est ad hoc, vt ea actis iudicialibus publicam fidem faciat, idque colligitur ex verbis eiusdem text. ibi, *redacta non fuit,* quibus non significat in scriptis prolatam non fuisse, sed licèt in illis esset prolata in actis scriptis per notarium, non fuisse redactam ad prædictum effectum faciendum, iuxta text. *in cap. quoniam, contra, de probationib.*

4 Limitat non procedere in sententia interlocutora, quæ quidem propriè sententia est quantuncunque absque scriptura à iudice proferatur; patet si expendas text. *in præsenti* tantummodo ius speciale inducere in sententia diffinitiua, patet ibi, *& si sententia diffinitiua, &c.* & vti talis cùm à regulis iuris exorbitet, extra casum de quo loquitur, trahi non debet, iuxta *reg. odia, in 6.* ac subinde quatuncunque scriptura requiratur in appellatione, quæ interponitur ab interlocutoria sententia, vt probat text. *in cap. 1. de appellat. hoc lib.* resoluit Nauar. *in cap. cùm contingat, causa 6. nullit. de rescript.* nequaquam tamen in illius prolatione scriptura desideratur, prout in specie tradit gloss. *verbo diffinitiuam,* Franch *n. 4.* Anchar. *in princ.* & alij *hic,* gloss. *in l. 2. ff. de appellat.* post alios Ias. *à n. 58. in l. ne quicquam, ff. de offic. Procons.* gloss. *verbo interlocutionis in d. cap. quoniam contra.* Non refragatur idem *cap. quoniam contra,* quia satisfit si dicas text. illum non constituere ipsam sententiam interlocutoriam in scriptis à iudice esse proferendam, sed à Notario in actis scriptis esse redigendam, patet ex verbo, *scribat,* de quo *ibi,* de qua reductione tantummodo agit *ibidem* summus Pontif. quinimmo talis reductio in actis scriptis non est necessaria ad validitatem, sed solùm ad probationem, vt colligitur ex eodem text. *in fine,* ibi, *nec pro ipsius præsummatur processu, nisi quatenus, &c.* & ex ratione, quã text ille reddit *in princip.*

5 *Debeat à iudice, &c.*] Notatur ad hoc quòd sententia debet legi per iudicem illam pronunciantem, vt per Bernad. *reg. 679.* Socin. *reg. 24?.* Azened *l. 10. num. 74. cum seqq. tit. 17. lib. 4. nona recopilat.* quod tamen hodie obseruari traduot Viuian. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 8. numer. 32 vers. vide, pag. 245* Azeued. *citato loco,* Menoch. *d. casu 66. & cons. 43. numer. 3. & consil. 108. num. 258.* Gam. *Lusit. decis. 57. n. 1.* Bonacos. *commun. criminal. part. 1. verbo sententia fol. 151.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 99. num. 4.*

Nullius penitus est momenti.] Id est, ipso iure, iuxta ea, quæ tradit Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num. 101.*] *C. de reuocandis donation.* 6

In gloss. *Illustrium,* ibi, *& relinquatur iudicis arbitrio.* Notatur ad hoc quòd iudicis arbitrio relinquitur quæ personæ dicantur illustres, vt per Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 68. à princip.* Sicut etiam relinquitur arbitrio iudicis quæ causa dicatur parua, magna, vel leuis, vt per eundem Menoch. *dicto lib. 2. casu 72. num. 10.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 2. num. 144.* 7 8

In ead. gloss. ibi, *quòd partes bene possent iudiciario ordini renuntiare.* Notatur ad hoc quòd arbiter potest de voluntate litigantium procedere simpliciter, de plano, & iuris ordine prætermisso, vt per Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 26. num. 21. pag. 350.* 9

In gloss. *Sedendo* ibi, *quòd si ita doleret, quòd sedere non posset &c.* Notatur ad hoc, quòd quamuis sententia lata à iudice non sedendo pro tribunali sit ipso iure nulla, tamen si iudex habeat tale impedimentum, aut dolorem quòd sedere non posset, rectè tenet, quamuis non sedeat, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 90. num. 48. cum seqq.* vbi citat Bart. *in l. 1. n. 3. C. de sent. ex breuic. recitan.* 10

De Appellationibus.

TIT. XV.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Appellatio ab interlocutoria, vel à diffinitiua ex interuallo semper in scriptis proponenda est.*
3 *Appellationis causa quod nominatim exprimatur pro forma, in appellatione requiritur.*
4 *Papa omisso articulo appellationis potest cognoscere de causa principali prout sibi visum fuerit.*
5 *Appellans si puncto apellationis renunciet, appellationis iudex super principali cognoscere potest prætermisso appellationis articulo.*
6 *Apostoli vnde dicantur.*

CAP. Cordi nobis. I.

Innocent. IV.

PPELLANS ad Papam in iudicio, vel 1
extrà super interlocutoria, vel grauamine, debet causam appellationis assignare in scriptis, & petere apostolos, quos iudex à quo tenetur exhibere, in quibus exprimat causam appellationis, & cur causam non admiserit, etsi detulerit ei ob reuerentiam superioris Item ad prosequendum præscribat terminum conuenientem, habitatatione personæ, loci & negotij. Item si appellatus vult, & petat, debet Romam ire per se, vel per idoneos procuratores cum omnibus scripturis, & monimentis causæ, non solùm ad prosequendam appellationem, sed etiam causam principalẽ, si ita iudicauerit Papa; immo potest tractari caus. principalis articulo appellationis omisso, de consensu tamen partium, & si appellans præmissa non obseruet reputabitur non appellans, & redibit ad priorem iudicem;

& condemnabitur ad expensas legitimas. Si appellatus præfata contemnat, procedatur in eum tanquam contumacem tum in expensis, tum in causa, prout de iure. Iustum est enim, vt in eum iura insurgant, qui ius, & iudicem, & partem eludit. Item per hæc non mutantur ea, quæ statuta sunt antiquo iure in appellatione à diffinitiuis sententiis. Colligunt ex Ordinar. Lap Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 238.* Alagona *in comp. pag. 342.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Causam appellationis in scriptis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd appellatio ab interlocutoria, vel à diffinitiua ex interuallo semper in scriptis proponenda est, vt per Mich. Grass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 21. n. 93. pag.* 307. Chald. Pereira *de emption. & vendition. cap. 6. num. 18. in med.*

3 *In quibus appellationis causam*, &c] Notatur ad hoc, quòd in appellatione requiritur pro forma quòd causa appellationis nominatim exprimatur, vt per Tiraq. *de iure maritis gloss. 6.* 120. Rebuff. *in tract. nominat. q. 4. num.* 37.

4 *Finito appellationis articulo, vel de partium*, &c.] Speciale namque est in Papa, vt omisso articulo appellationis possit cognoscere de causa principali prout sibi visum fuerit, vel de partium voluntate, vt per Couar. *pract. c. 9. num* 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 6. num. 12. cum seqq.* D. Barbos. *in l. 1. ff. de iud. num. 24. cum seqq.* vbi ait hoc ipsum inferiori iudici permissum esse quando ad id accedit Papæ confirmatio, siue approbatio.

5 Notatur etiam ad hoc, quòd si appellatus puncto appellationis renunciat, appellationis iudex super principali cognoscere potest prætermisso appellationis articulo, vt per Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera. Imper libr. 1. concl. 136. consid. 1. numer.* 5. Quando enim appellatus impetrat commissionem per quam totum negotium demandatur, tunc indistinctè Senatus cognoscit de meritis, etiamsi appellatio non deuoluetur, vel esset malè appellatum, ex Surd. *decis.* 575. *num.* 10.

6 In gloss. *Petat. apostolos*, in addit. ibi. *dicuntur Apostoli ab apo, quod est de, & stolon. quod est missio, quasi missio, quam facit vnus iudex ad alium.* Ita Grauat. *ad praxim Vestry lib. 7. c. 3. n.* 60. Marchesan. *de commission. part. 2. de commiss. appellat. c. 1. n. 15.* latè Sigism. Scacc. *de appellationibus quæst. 13. à princ.* vbi docet qui dicantur apostoli conuentionales, testimoniales, dimissorij, reuerentiales, & refutatorij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui recusatur, statuit competentem terminum arbitris ad finiendam causam, quo elapso si finita non fuerit, in principali procedit, & num. 2.*
3 *Arbitrorum vel aduersarij culpa quando intra terminum præfixum non fuit terminata suspicio, an iudex possit in negotio principali procedere, remissiuè.*
4 *Recusatio in scriptis est proponenda.*
5 *Arbitri iuris recusari possunt.*

Cap. Legitima. II.

1 IVdex allegatus suspectus assignet arbitris iam electis competentem terminum, intra quem terminent negotium suspicionis, alioquin iudex ex tunc procedat in negotio principali Colligunt ex Ordin, Archid. Gemin. Ioan. Andr Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 2. p. 340.* Alagona *in comp. pag. 343.* remissiuè Ximen. *in concordant. p. 1 & 2.* 2

Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumimunt Couar. *pract. c. 26. n. 5.* Soar. de Pace *in pract. t. 2. p. 1. c. 6. n. 20.*

Per iudicem competens terminus præfigatur, &c.] 3
Quid si culpa arbitrorum non fuit terminata suspicio intra terminum? Vide Bart. *in l. fin. n. 2 ff. de. var. & extraord. cognit.* Farin. *in praxi crim. p. 3. q. 111. n.* 538. & 555. Quid si recusans aduersarij facto fuit impeditus? Vide quæ resoluunt Cassad. *decis. 9. de appell.* Tiraq. *de tract. lig. §. 12. gloss. 2. n. 1. & 2.* Chald. Pereira *in l. si curatorem. verbo læsis n. 16* Mascard. *de probat. concl. 1229. n. 88. cum seqq. & concl. 1136. n. 40.*

In gloss. *Iudicem*, ibi, *& coram iudice, qui recusatur, dandus est libellus recusatorius.* Ac proinde recusatio in scriptis proponenda, vt per Auendan. *part. 2. Prætor. c. 23. n. 12. in fin.* Perez *l. 1. vers. 14. tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 565 & p. 568. col. 2.* Rebuff. *in tract. de except. n.* 179. Ruland. *de cōmiss. lib. 2. c. 15. ante n. 9. q. 1.* Soar de Pace *d. c. 6. n. 26.* Azeued. *l. 1. n. 3. tit. 16. l. 4. noua recopil.* Cur. Philip. *p. 1. § 7. n. 2.* Cardos. *in praxi iudic. verb recusatio n. 5.* Lud. Miranda *de ord. iudic. q. 20. ar. 2. concl. 3.* Amar. Roder. *in pract. videndi, seu examinandi processum c. 10. n. 47.* Modern. *de cognit. per viā violēt. p. 2. q. 14. n. 37.* Melch Phœbos *Lusit decis. tom 1. Aresto.* 82. 4

In gloss. *Formam iuris*, ibi, *non debent esse suspecti*, &c. 5
Notatur ad hoc, quòd arbitri iuris recusari possunt, vt per Garc. Mastril. *Sicilia decis. 91. n. 7.* Cæs. Barz. *Bonomen. decis. 63. n. 18 & 19.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 63. de compromiss. num.* 394. Carrasc. *in explicat. ad aliquas leges recopilat. c. 9. n.* 32. quos refert parens meus *in comment. ad Ordinat. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 21. ante princip. num.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de officiali Episcopi non ad Episcopum, sed Archiepiscopum interponi debet, & n. 2.*
3 *Appellatio ab Archidiacono interponenda est ad Episcopum.*
4 *Consuetudo tribuit iurisdictionem etiam priuato nullam penitus iurisdictionum habenti.*
5 *Inhibitio vt dicatur legitima, & Canonica, necesse est vt citentur partes quarum interest.*
6 *Inhibitio quibus casibus fieri possit, remissiuè.*
7 *Appellatio est interponenda infra legitima tempora appellationi facienda constituta, quæ decem præfiniuntur diebus.*
8 *Appellationem interpositam probans debet etiam probare infra decem dies appellasse.*
9 *Attentata pendente appellatione sunt omnino reuocanda per ipsum iudicem ad quem fuerit prouocatum.*
10 *Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat, considerare debet an per appellationem sit deuolutum negotium, & causa, & an appellatio sit legitimè interposita.*
11 *Inhibitio canonica dicitur quoties ea facta fuit præuia causa cognitione, ad hoc vt appellatio sit recipienda ex causa probabili.*
12 *Inhibitoriam decernere potest iudex ad quem appellatum est in casibus à iure prohibitis statim postquā cognoscere cœperit an recipiēda sit appellatiō.*
13 *Confessus tantùm etiamsi testibus conuictus non sit nec in ciuilibus, nec in criminalibus, regulariter ad appellandum admittitur.*
14 *Appellatio non datur in notoriis tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, in quibus non obstante appellatione iudex potest ad executionem suæ sententiæ deuenire.*
15 *Appellatio vbi à iure prohibita est, nihilominus admittenda*

mittenda est si causa iusta expressa fuerit in appellatione.

16 *Attentatorum remedium non datur contra tertium.*

17 *Appellatio interponitur ab Episcopis ad Archiepiscopum in causis in quibus iurisdictionem temporalem habent, nisi specialeius aliud inducat.*

Cap. Romanæ. III.

1 AB officiali Episcopi non est appellandum ad Episcopum quia sunt idem tribunali, sed ad Archiepiscopum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. part. 341.* Alagona *in compendio pag. 344.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant plures Doctores citati *in collect. ad cap. 2. de consuet, hoc lib.* vbi latè dixi, & faciunt per me tradita *de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit 4. de Archiepiscop. præstantia n. 61. cum sequentib.* secundùm Lugdunen. impress.

3 *Ab Archidiaconis.*] Notatur ad hoc, quòd ab Archidiacono appellatur ad Episcopum, vt per Sigismund. Scacc. *de appellation. q. 8. n. 52.*

4 In gloss. *Consuetudine.* ibi, *quæ dat iurisdictionem,* &c. Notatur ad hoc quòd consuetudo tribuit iurisdictionem etiam priuato nullam penitus iurisdictionem habenti vt per Palat. *repet cap. per vestras notab. 2. §. 1. numero* 27. Nat. *cons. 98. num. 4.* Crauett. *cons. 238. n. 6. & 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 27. sub num. 6.* Paris. *cons. 25. num. 36. vol. 1.* Schard. *de feudis part. 10. sect. 5. num. 5. cum seq.* Surd. *cons. 465. n. 4.* Biag. *de consuetudin. quæst. 8. num. 17.* Stephan. Gratian. *disceptationum forens. cap. 184. num. 25.*

§. Si verò.

5 *Vocatis partibus.*]Notatur ad hoc, quòd vt inhibitio dicatur legitima, & canonica, necesse est vt citentur partes quarum interest, vt per Mich. Grass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit 14. n 159. pag. 270.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu iurs. lict. Ordin. n. 55.* Auendan. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 21. num. 10.* Cou. *pract. cap. 24. n. 3.* Mynsing. *cet. 3. obseru* 87. Bernard. *reg. 376.* Surd. *consil. 424. n. 41.* Garc. *reg. 169.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 2. num. 31.* Gabr. Pereira *de manu Regia cap. 10. num. 9.*

6 De inhibitione, & quibus casibus fieri possit ? vide Ioseph. de Sesse *in speciali tract. de inhibit.* Couar. *pract. cap. 35. n. 4. vers. sit etiam*, Parlad. *rer. quot. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 23.* Chald. Pereira *de potest. eligendi cap. 5. num. 10. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 25. num. 27.* D. Barbos. *in l. Titia, ff. solut. matr. num. 38. & num. 54.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 2. cap. 11. à n. 13.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 144. & seqq.* Aloysius Riccius *in collect. decis. part. 1. col. 204.* Farinacius *fragment. crim. part. 2. lit. I. à num. 312. vsque ad num. 330.*

7 *Aut non infra decem dies.*]Notatur ad hoc, quòd appellatio est interponenda infra legitima tempora appellationi faciendæ constituta, quæ decem præfiniuntur diebus vt per Vincent. Honded. *consil. 83. num. 85. vol. 1.* Alexand. Raud. *resp. 33. num. 518. vol. 1* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 95. numer. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 114. num. 6. & 7.* Fr. Lud. Mirand. *de ord. iudic. quæst. 30. art. 7. conclus. 2.* Surd. *cons. 5. num. 38. & cons. 278. à n. 10.* Cardos. *in praxi iudicum verbo appellatio num. 3.* Alex Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de appellat. resol. 4. à num. 3.* latè Igoat. de Villar. *in sylua respons. lib. 1. respons. 15 quæst. 4.*

Vnde probans appellationem interpositam debet 8
etiam probare infra decem dies appellasse, vt per Mascard. *d. conclus. 114. num. 5. & conclus. 1351. num. 10.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 16. num. 8.* Surd. *cons. 5. num. 36.* Et ad hoc vt attentata pendente appellatione 9
sint omnino reuocanda per ipsum iudicem ad quem fuerit prouocatum, prius omnino constare debet ipsam appellationem intra decem dies fuisse interpositam, vt tenet Couar. *pract. cap. 23. n. 1. vers. secundo.*

Nisi priùs ipsis constiterit, &c.]Notatur ad hoc quòd 10
Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat, considerare debet an per appellationem sit deuolutum negotium, & causa, & an apellatio sit legitimè interposita, vt per Steph. Quar. *in summ. Bull. verbo. Archiepiscopi auctoritas num. 18. vers. secundo principaliter.*

§. Quòd si obiiciatur.

Nisi prius, &c,] Notatur ad hoc quòd Canonica 11
inhibitio dicitur quoties ea facta fuit præuia causæ cognitione ad hoc vt appellatio sit recipienda ex causa probabili, vt per Couar. *practic. cap. 24. numer. 3. vers. tertio.*

§. Si autem.

Probat hic §. iudicem ad quem appellatum est in ca- 12
sibus iure prohibitis posse inhibitoriam decernere statim postquam cognoscere cœperit, vtrùm recipienda sit appellatio, innouatur per Concil. Trident. *sess. 22. de reform. c. 7.* traduor Abb. *cap. cum speciali §. porro n. 6. hoc tit.* Octau. Vestr. *lib. 7. cap. 3. n. 11.*

Vel de quo quis in iure confessus extitit.]Notatur ad 13
hoc, quòd confessus tantum, etiamsi testibus conuictus non sit. nec in ciuilibus, nec in criminalibus regulariter ad appellandum admittitur, vt per Couar *pract. cap. 23. n. 5. vers secunda conclusio,* Fichar. & Bonacos. *tom. 2. comm. opinion. lib. 7. tit 24. n. 5. pag. 320.* Gutier *pract. lib 1. q. 49. num. 3.*

In gloss. *Notorio.* Notatur ad hoc, quòd in notorijs 14
non datur appellatio, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, in quibus non obstante appellatione iudex potest ad executionem suæ sententiæ deuenire, vt per Duen. *reg. 42. vers. duodecimò fallit,* Fario. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 17. cum seqq. & part. 3. q. 101. n. 164.*

In gloss. *Mandetur.* ibi, *nisi exprimeret causam ra-* 15
tionabilem, &c. Notatur ad hoc, quòd, vbi à iure prohibita est appellatio, nihilhominus est admittenda si causa iusta expressa fuerit in apellatione, vt per Couar. *practic. cap. 15. num. 1. cap. 23. num. 5. vers. secunda conclusio.*

§. In alium.

Aliquid post eorum inhibitionem attentat.] Notatur 16
ad hoc, quòd remedium attentatorum non datur contra tertium, vt per Afflict. *decis. 354. n. 20.* Pur. *decis. 74. lib. 2. in antiq.* Lancel. *de attent. part. 1. c. 3 num. 4. cum seqq.* Menoch. *de interdict. remed. 17 recup. num. 44.* Flamin. Paris. *de resig. benefic. lib. 1. quæst. 16. num. 44.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. cōcl. 72. consid. 1.* Cabed. *Lusit. decis. 120. num. 18. part. 1.*

§. Debet.

Probat hic §. ab Episcopis in causis in quibus iuris- 17
dictionem temporalem habent, appellandum esse ad Archiepiscopum, nisi ex consuetudine, priuilegio, siue alio iure speciali ad alium sit appellandum, vt per Soar. de Pace *in pract. tom. 2. p. 5. c. vnico n. 4. ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus si non tradit apostolos,& postea procedit in causa, non valet processus,nisi renunciatum fuisset appellationi.*

2 *Iudex tenetur petitos apostolos appellanti exhibere*

3 *Iudex à quo quando expressè denegat dare apostolos vel in termino iuris illos non exhibet,& postea procedit,processus est ipso iure nullus.*

Cap. Vt super. IV.

1 IVdex à quo si requisitus non tradit apostolos iuxta *cap.cordi*,& procedit,eius processus est nullus, nisi fuerit antea appellationi renunciatum. Colligũt ex Ordinar.Lap.Abb.Archid.Gemin.Ioan. Andr. Dominic. Monach. Anch. Franc. Viuian *in rationali lib.2. pag.* 347.Alagona *in comp.pag.* 345.remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concord.part.1.& 2.*

2 *Apostolos appellanti*, &c.] Notatur ad hoc, quòd iudex tenetur petitos apostolos appellanti exhibere, vt per Sigismund. Scacc.*de appellat.q.13.à n.42.*vbi subdit quòd non tenetur statim,sed intra triginta dies.

3 *Si verò non exhibuerit*,&c.]Notatur ad hoc, quòd quando iudex à quo expressè denegat dare apostolos, vel in termino iuris illos non exhibet, & postea procedit,processus est ipso iure nullus, vt per Sigismund, Scacc.*dicta q.13.num.91.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis iniquè appellantem ante sententiam remittere debet ad iudicem principalem,& in expensis condemnare, & hoc si principalis iudex non detulerit appellationi,sed si detulit,non fiet remissio de necessitate.*

2 *Appellatio friuola non est admittenda,& qua talis dicatur,ostenditur.*

3 *Appellatio friuola, & calumniosa potest regulariter à iudice reiici, & ea non obstante ad vlteriora procedi absque vitio attentatorum*

4 *Appellationi deferens censetur a se omnem iurisdictionem abdicare.*

5 *Iudex prouocatus non tenetur remittere causam principalem quando iudex à quo appellationi detulisset.*

Cap. Cùm appellationibus. V *Clement. IV.*

1 IVdex appellationis iniquè appellantem ante sententiam eodem die remittit ad iudicem principalem, & condemnat in expensis;si verò prior iudex detulit appellationi, quia à se consequenter abdicauit causam, iudex appellationis non tenetur remittere causam ad priorem, sed potest si vult cognoscere de tota causa, vel potest remittere,si vult. Si verò sit appellatum post sententiam, seruentur iura antiqua. Colligunt ex Ordin.Lap. Abb. Arch. Gem. Ioan. Andr. Domin. Monach. Anch. Franc. Viuian. *in rationali lib.1. pag.* 348. Alagona *in comp.pag.*345. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen.*in concord. part.1.& 2,*

2 *Nec sit à iudice deferendum.*]Notatur ad hoc,quòd appellatio friuola non est admittenda,vt per Zerol. *in praxi Episcop.part.1. verbo appellatio. vers. ad notum.* Et illa dicitur friuola appellatio,quæ sine legitima causa interponitur, vt per Fr. Emman. *quæst. reg.tom.2. quæst.53.art.* 10. Et iudicis arbitrio relinqui quæ dicantur friuolæ appellationes,asserit Menoch. *de arbitr. cas.197.num.7.*

3 *A superiore valeant refutari.*]Notatur ad hoc,quòd appellatio friuola,& calumniosa potest regulariter à iudice reiici,& ea non obstante ad vlteriora procedi absq; vitio attentatorum,vt per Ozasch.*decis.5.n.*8. Mascad. *de probation.concl.*148.*num.*31.Farin. *in praxi crimin. part.1.quæst.38.num.23.*

4 *A se iurisdictionem abdicauit.*&c.]Notatur ad hoc, quòd appellationi deferens censetur à se omnem iurisdictionem abdicare,& causam transferre in superiorem, vt per Anton. Gom. *variar. tom 3.cap.13.n.32.* Surd. *cons.424.num.53.*

5 *Nec est illi causa de necessitate vlterius remittenda.*] Notatur ad hoc,quòd iudex prouocatus non tenetur remittere causam principalem,quando iudex à quo appellationi detulisset,vt per Bernard.Græu.*ad pract.Camera Imper.lib.1.concl.231.consid.1.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans si infra 30.dies constanter non petita apostolos appellationi renunciat. Si iudex modo debito requisitus illos non tradit,sed postea procedit,non valet eius processus,& num.2.*

3 *Iudex non tenetur incontinenti tradere apostolos, qui habet 30.dies,vt intra eos possit deliberari an debeat admittere,vel reiicere appellationem.*

4 *Dies triginta,intra quos iudex tenetur tradire apostolos,currunt à die interposita appellationis.*

Cap. Ab eo. VI. *Bonif. VIII.*

1 APpellans si intra triginta dies non petit instanter apostolos à iudice,intelligitur renunciare appellationi,etiamsi vadat,vel mittat ad eam prosequendam. Item illud quod dicitur *in cap. vt super*, quod iudex requisitus si non tradit apostolos,& procedit in causa, processus est nullus, intelligitur si non est requisitus cum debita instantia,id est,iteratis vicibus,& loco, & tempore congruo,& expressè deneget malitiosè, vel negligenter illos dare permittat intra tempus. Colligunt ex Ordinar.Lap.Abb.Archid.Gemin.Ioan.Andr. Anchar.Dominic. Monach. Franc.Viuian.*in rationali lib.2. pag.* 349. Alagona *in compedio pag.* 345.remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concord.part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus.ex hoc tex. desumunt Soar. de Pace *in pract.tom.2.part.5.cap.vnic num.6.& 11.* Sigismund.Scacc.*de appellation. quæst.13.n.* 24 Mantic. *decis.92.numer.1.*vbi ampliat quamuis appellans pro apostolis reuersus fuerit.

3 *Et eidem infra dictum tempus à iudice exhiberi.* Ergo iudex non tenetur incontinenti tradere apostolos quia habet 30.dies vt intra eos possit deliberari an debeat admittere,vel reiicere appellationem,Mandos.*de commission.commiss.17.appellationis in prima instantia. in verbo termino iuris*, Lancellot.*in tract. de attent. part.2.cap.12.de attent.& innon.appell.pend.in præfat. vers.secundo ob non reditionem num.* 53. Scacc.*d. quæst. 13.n.42.vers.sed tamen.*

4 In gloss. *Triginta dies*.ibi,*& currunt isti dies à die sententia*. Ita Mynsing.*cent.4.obseru.* 36. Verùm quòd incipiant currere à die interpositæ appellationis obseruat praxis, prout referunt Marchesan.*de commission in cōmiss.appellat,in prima instantia,in vers.termino iuris pag.*104.Lancellot.*de attent.part.2. cap.13.de attent. pend.temp.apost.num.2.& 3.*Sigismund.Scacc.*d. quæst. 13.num,* 83.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Innouata per iudicem post diffinitiuam sententiam à qua appellatum extitit, reuocantur statum per iudicem appellationis, etiamsi ante appellationē fuerint innouata. Attentata verò post appellationem ante diffinitiuam non reuocantur, nisi primò de veritate constiterit, & dummodo post inhibitionem debito modo factam attentata fuissent.*

2 *Attentata appellatione pendente ante omnia sunt reuocanda per iudicem ad quem fuerit prouocatum, intelligendo vt ibi.*

3 *Attentata post appellationem ab interlocutoria non reuocantur nisi ea, quæ facta sunt post inhibitionem superioris.*

4 *Appellatio in omni casu permissa est, nisi expressè reperiatur prohibita.*

5 *Attentata appellatione pendente sunt ipso iure nulla, parte scilicet volente, & permittente.*

6 *Excommunicatio lata ante appellationem valet, & non reuocatur attentatorum remedio, etiamsi lata sit intra terminum datum ad appellandum.*

7 *Attentata post appellationem ab interlocutoria non sunt reuocanda donec probetur vera causa appellandi.*

8 *Attentata ante omnia non sunt reuocanda in casibus, in quibus appellatio iure non est admittenda.*

9 *Attentata reuocari petēs tria probare debet, videlicet fuisse sententiatum, appellatum, & attentatum.*

10 *Executio sententiæ fieri non debet durante tempore ad appellandum.*

11 *Iudicatum propriè dicitur quando infrà illud appellari non potest.*

12 *Tertius non dicitur attentare, nec potest contra eum attentatorum remedio vti.*

13 *Attentata pendente appellatione extraiudiciali non sunt reuocanda.*

14 *Attentare non dicitur, qui possessionem suam continuat, & vtitur illa, qua antea vtebatur.*

15 *Inhibitioni contrauenire non dicitur, qui suam possessionem continuat.*

16 *Innouare, seu attentare non dicitur is, qui non inhibitus lite pendente suam continuat possessionem.*

17 *Nunciatus si procedit in opere post præceptum iudicis nulliter agit, & omnia sunt reuocanda.*

18 *Appellans si innouet aliquid appellatione pendente, priuatur beneficio appellationis; & in causa principali procedi potest appellatione non obstante.*

19 *Inhibitioni contraueniens non excusatur ex eo; quòd dicat se suam possessionem continuare quando eadem possessione vteretur non eo modo, quo ante litem vtebatur, sed diuerso.*

CAP. Non solum. VII.

1 IVdex ad quem non solùm omnia attentata ante appellationem, & post definitiuam sententiam reuocare potest exceptis casibus in quibus iura prohibent appellare potest sententiam, sed etiam omnia attentata post sententiam diffinitiuam, & ante appellationem in decennio, ac si fuissent innouata post appellationem. Illa verò, quæ sunt innouata post appellationem, siue ante diffinitiuam sententiam non poterit reuocare nisi priùs constiterit causam appellationis esse veram, secus quando iudici appellationis constat negotium esse sibi deuolutum per appellationem ex causa probabili, qui inhibuit canonicè ne procedat, tunc enim sunt hæc ante omnia in statum pristinum reducenda. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Ioan. Andr. Gemin. Anchar. Domin. Mohach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 350.* Alagona *in compend. pag. 345.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord, part. 1. & 2.*

Innouata post appellationem, &c.] Notatur ad hoc quòd attentata pendente appellatione ante omnia sunt reuocanda per iudicem ad quem fuerit prouocatum, vt per Duen. *reg. 42.* Afflict. *decis. 98.* Couar. *pract. cap. 23. num. 1. vers. prima igitur, vbi numer. 2. in princ.* subdit quòd innouata intra tempus datum ad appellandū reuocari debent ante omnia, Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 21. num. 182. pag. 313. & n. 187. pag. 315.* Ozasc. *decis. 5. numer. 1.* Chald. Pereira *de nominat. emphyt. 5. quæst. 5. num. 25. col. 5.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect. 277.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. n. 203. cum seqq.* Cott. *in memorabil. verbo Appellatione pendente, vel interposita,* Brunor à Sole *in locis communib. verbo Appellatio 31.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 2. cap. 11. à n. 16.* Rota *decis. 656. num. 1.* apud. Farinac. *part. 1. recent. & decis. 582. num. 1. & 4. eadem part. 1. recent.* Et procedit quantuncunque notorium sit friuolè, & iniustè appellasse, vt resoluit D. Barbos. *in l. si de vi n. 144. ff. de iudic.* cessat verò vbi notoriè constat spoliatum non habere ius, ex resolutis per Cabed. *Lusit. decis. 15. num. 18. p. 2.* 2

A diffinitiua sententia.] Ergo attentata post appellationem ab interlocutoria non reuocantur, nisi ea, quæ facta sunt post inhibitionem superioris, ex Bellacomb. *d. tit. 21. numer. 40. pag. 340.* Chald. Pereira *citato loco*, quicquid dicat Cou. *pract. cap. 24. n. 2.* 3

Exceptis casibus in quibus iura post sententiam prohibent appellare.] Qui sint isti casus enumerat parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 70. in princ. num. 2. cum seqq.* Regulariter verò in omni casu appellatio permissa est nisi expresse reperiatur prohibita, vt tradunt per *l. & in maioribus, C. de appellation.* Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ priuil. 153.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 60. numer. 1. & consil. 271. numer. 17. & decis. 27. num. 4.* Azeued. *l. 1. num. 71. titul. 18. lib. 4. nouæ recopil.* Marc. Anton. Genuen. *in practicab. ecclesiast. quæst. 319. numer. 2.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. tom. 1. Arestо 62.* 4

Penitus reuocari] Licèt attentata appellatione pendente sint ipso iure nulla, vt text. insinuat, hoc tamen intelligitur parte volente, & permittente, vt obseruat Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 56. numer. 63. cum seqq.* 5

Sed etiam ea omnia, quæ medio tempore &c.] Limita in excommunicatione, quæ lata ante appellationem valet, & ligat, nec reuocatur attentatorum remedio, etiamsi lata sit intra terminum datum ad appellandum, vt per Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 2. num. 2. col. pen.* 6

Illa verò, quæ post appellationem, &c.] Notatur ad hoc, quòd attentata post appellationem ab interlocutoria non sunt reuocanda donec probetur vera causa appellandi, vt per Couar. *pract. cap. 24. à princ.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1745.* 7

In gloss. *Casibus.* Notatur ad hoc, quòd attentata ante omnia non sunt reuocanda in casibus in quibus appellatio iure non est admittenda, vt per Bellacom. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 21. num. 182. pag. 315.* & Mich. Grass. *ibidem num. 192. pag. 316.* 8

In gloss. *Ante* ibi, *sciat tamen quòd de hoc.* &c. Notatur ad hoc, quòd attentata reuocari petens tria probare debet, videlicet fuisse sententiatum, seu diffinitum, fuisse appellatum, & fuisse attentatum, vt obseruat Mascard. *de probat concl. 1278. num. 1.* 9

In gloss. *Innouata fuissent.* ibi, *sic nec pendente iure quod competit condemnato ad appellandum, id est, vsque* 10

ad decem dies. Notatur ad hoc, quòd executio sententiæ fieri non debet durante tempore ad appellandum, vt per Duen. *reg.* 273. Potest tamen fieri in omnibus casibus in quibus appellatio est probibita. vt per Couar. *practic.c.* 23. *num.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 148. *n.* 32. *&* 33.

11 In ead. gloss. ibi, *Tunc enim propriè dicitur iudicium quando infra illud appellari non potest.* Refert, & sequitur Couar. *pract.c.* 23. *n.* 2. *illud tamen.*

12 In gloss. *Reducendum.* ibi, *si autem aliquid attemaretur atertio*, &c. Notatur ad hoc, quòd tertius non dicitur attentare, nec potest contra eum remedio attentatorum vti, vt per Couar. *practic.c.* 24. *num.* 4. Lancellot. *de attent. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *cum seqq.* Menoch. *remed.* 17. *recuper. num.* 44. Pute, *decis.* 74. *part.* 2. *in antiq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 44. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imperator. lib.* 1. *concl.* 72. *consid.* 1. Cabed. *Lusit. decis.* 120. *n.* 14. *&* 18. *p.* 2.

13 In ead. gloss. ibi, *si extraiudicialis fuit appellatio*, &c. Notatur ad hoc quòd attentata pendente appellatione extraiudiciali non sunt reuocanda, vt per Mich. Grass. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 195. *pag.* 316 Rebuff. *in tract. nominat. q.* 17. *n.* 28.

14 In ead. gloss. ibi, *qui vtitur possessione eo modo, quo ante*, &c. Notatur ad hoc, quòd attentare non dicitur, qui possessionem suam continuat, & vtitur illa, qua antea vtebatur, vt per Bertrand. *consil.* 137. *n.* 3. *lib.* 5. Menoch. *remed.* 17. *recuper. possess. n.* 49. *&* 50. Lancellot. *de attent. part.* 2. *in præfat. à num.* 84. *& limit.* 26. *&* c. 4. *limit.* 1. *àn.* 2. *& part.* 3. *c.* 24. *quæst.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 138. *num.* 24. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 31. *num.* 66. *& decis.* 16. *n.* 13. *& decis.* 45. *n.* 79. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 29. *&* 72. Valasc. *consil.* 156. *numer.* 6. Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 67. *Gabr.* Pereira *in tract. de Manu Regia tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 154. *in fine* Rot. *decis.* 653. *num.* 2. *& decis.* 693. *num.* 3 apud. Farin. *in* 1. *collect. nouissima-*
15 *rum*, aliàs *part.* 4. *diuers.* ac proinde inhibitioni contrauenire non dicetur, qui suam possessionem continuat, Mandos. *de inhibit. quæst.* 9. *sub numer.* 3. *& quæs.* 23. Hieron. Gabr. *consil.* 57. *n.* 17. *lib.* 1.

16 In ead gloss. ibi, *nisi prohibitio iudicis*, &c. Collige ex gloss. quòd innouare, seu attentare non dicitur is, qui non inhibitus lite pendente suam continuat possessionem, Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de acquir. possess. conclus.* 6. *in princ.* Capyc. *decis.* 72. *sub num.* 2. Bellam. *consil.* 18. *num.* 24. *& seq.* Nat. *consil.* 606. *n.* 16. *lib.* 3 Menoch. *remed.* 17. *recuper. quæst.* 17. *n.* 49. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *n.* 2. Honded. *consil.* 100. *num.* 85. *lib.* 2.

17 Notatur etiam ad hoc quòd si nunciatus procedit in opere post præceptum iudicis nulliter agit, & omnia sunt reuocanda eodem priuilegio, quo gaudent attentata pendente iudiciali appellatione, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 84. *num.* 4.

18 In ead. gloss. ibi, *Vnde nouum scias.* &c. Notatur ad hoc, quòd appellans si innouet aliquid appellatione pendente, priuatur beneficio appellationis, & in causa principali procedi potest appellatione non obstante, vt per Bonacos. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 2 *pag.* 303.

19 In ead gloss. ibi, *Dic tamen*, &c Notatur ad hoc, quòd inhibitioni contrauenìens non excusatur ex eo quòd dicat se suam possessionem continuare quando eadem possessione vteretur non eo modo, quo ante litem vtebatur, sed diuerso, vt per Beroi. *cons.* 118. *n.* 7. *& seq. & num.* 24 *lib.* 3 Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Appellare volens extra iudicium infra decem dies (ex quo sciuit grauatum) appellare debet, & postea per remedium iuris communis audietur, sed non per appellationis remedium.*
2 *Collationes, & prouisiones beneficiorum regulariter sunt actus extraiudiciales.*
3 *Appellare omittens an, & quando videatur sententia acquieuisse, remissiuè.*
4 *Decendium ad appellandum currit de momento ad momentum.*
5 *Appellationis terminus currit à tempore scientiæ.*
6 *Facti alicuius scientiā habere non sufficit vbi agitur de aliquo graui præiudicio, nisi etiam quis sciat eiusdem facti omnes qualitates, & circumstantias.*
7 *Scientia explicita, & indubitata requiritur in præiudicialibus.*

CAP. Concertationi. VIII.

PVtans se grauatum in actibus extraiudicialibus, vt in electione, postulatione, prouisione, si vult, potest appellare intra decem dies, post quos licèt non possit appellare, potest tamen vti aliis iuris remediis, vt debitè contradicendo, dummodo interim non consenserit electioni. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Anchar. Butr. Ioan. Andr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 351. Alagona *in compendio, pag.* 346. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus. &c. Notatur ad hoc, quòd regulariter collationes, & prouisiones beneficiorum sunt actus extraiudiciales, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* 9. §. 1. *in annot. num* 25. 2

Post decendium verò, &c.] An, & quando omittens appellare videatur sententiæ acquieuisse; vide Couar. *de sponsalib. part.* 3. *cap.* 8. §. 12. *numer.* 18. Mascard. *de probat. concl.* 117. *num.* 28. *& concl.* 1263. *n.* 23. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 94. Rot. *decis.* 64. apud Farin. *collect.* 1. *nouissimarum, alias part.* 4. *diuers.* 3

In gloss. *Sciuerit.* ibi, *& fit de momento ad momentum computatio.* Notatur ad hoc, quòd decendium ad appellandum curris de momento ad momentum, vt per Honded. *consil.* 86. *num.* 86. *tom.* 1. Viuian. *Neapol. decis.* 266. *num.* 2. Hieron. de Laurent. *Auenionen. decis.* 53. *sub. num.* 10. Ignat. de Villar. *in sylua respons. lib.* 1. *resp.* 15. *c.* 4. *num.* 16. Alexand. Trentacinq. *var. res. sub. tit. de appellationib. resolut.* 6. *num.* 4. Sigism. Scacc. *de appellationib. q.* 12. *num.* 49. 4

In ead. gloss. ibi, *a die scientiæ.* Notatur ad hoc, quòd appellationis terminus currit à tempore scientiæ, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloss.* 4. *num.* 9 *& de iure mariti gloss.* 8. *num.* 183. Burg. de Pace *consil.* 12. *num.* 13. Menoch. *consil.* 120. *n.* 4. Couar. *practic. c.* 15. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 120. *num.* 6. Surd. *decis.* 265. *num.* 19. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 161. *n.* 4 *& c.* 529. *num.* 27. *& c.* 625. *n.* 10. *& c.* 631. *n.* 3. *& c.* 633. *n.* 22. Alex Trentacinq. *var. resolut.* 2. *tit. de appellat. resol.* 4. *n.* 3. *& resol.* 6. *n.* 3. Chald. Pereira *de renouat. emphyt. quæs. n.* 24. *& de resolut. emphyt. c.* 13. *n.* 8. Gabr. Pereira *in tract. de Manu Regia c.* 21. *n.* 19. Ignat de Villar *in sylua respons. l.* 1. *resp.* 15. *q.* 4. *n.* 14. vbi *n.* subdit quòd omnes dies feriati etiam in honorem Dei computantur. 5

In ead. gloss. ibi, *& intelligendo sciuerit non solum actum illum factum, sed per illum se grauatum.* Ergo vbi agitur de aliquo graui præiudicio, non sufficit alicuius facti scientiam habere, nisi etiam quis sciat 6

eiusdem

eiusdem facti omnes qualitates, & circumstantias vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 36. gloss. numer. 30. & seqq.* Bertaz. *consil. 357. n. 40. & 46.* Hippol. *consil. 210. num. 24.* Cardin. Tusch. *verbo scientia concl. 66. à n. 1.* Surd. *cons. 325. n. 41.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuil. 4. num. 143. & seqq.* Ioan. Baptista Cost. *de facti scientia, & ignor. inspect. 63. num. 10. 13. & 14. & inspect. 76.* Fari-
7 nac. *fragment. crimin. part. 2. lit. I. n. 233.* Et ideo solet ex hac gloss. colligi quòd in præiudicialibus scientia explicita, & indubitata requiritur vt per Geminian. *hic numer. 15.* Paris. *cons. 47. num. 9. lib. 1.* Crauet. *cons. 93. num. 8* Bec. *cons. 111. num. 20.* Rot. *decis. num. 621. n. 8.* apud Farin. *p. 2. recent*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio valet in scriptis porrecta, licèt coram iudice non legatur.*
2 *Nominationum littera coram collatore necessariò legenda non sunt.*
3 *Retractus oblationem tanquam procurator consanguinei faciens sufficit ostendere, siue porrigere instrumentum mandati, & non est necesse vt legat, aut legendum præbeat.*
4 *Appellandum est coram iudice, & si illius copia non detur, protestari debet.*
5 *Appellatio quando in scriptis interponitur, necesse non est vt libellus appellatorius, seu schedula appellatoria coram iudice legatur.*

Cap. Appellatio. IX.

1 Appellatio in scriptis porrecta licèt à iudice non fuerit lecta, valet. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchatan. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 352.* Alagona *in compendio pagin. 446.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.*

2 *Ex quo coram ipso lecta non fuerit, &c.*] Notatur ad hoc, quòd litteræ nominationum non est necesse quòd coram collatore sint legendæ, vt per Tiraq. *in tract. nominat. quæst. 14. n. 120.*

3 Et ad hoc, quòd satis est eum, qui tanquam procurator consanguinei facit oblationem retractus, ostendere, siue porrigere instrumentum mandati, & non est necesse vt legat, aut legendum præbeat; notat Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 102. & 103.*

4 In gloss. *Iudici.* ibi, *Nota appellandum coram iudice, &c.* Ita Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 102. n. 1.* Menoch. *cons. 466. n. 36.* Honded. *cons. num. 22. vol. 1.* Si verò non detur iudicis copia, debet protestari, vt tradunt Felin. *in c. venerabilis num. 6. de iudic.* Viuian. *decis. 266. num. 6.* Surd. *cons. 228. n. 8. cum multis seqq.* Lancellot. *de attent. part. 2. c. 12. limit. 50. num. 203.*

5 In gloss. *Lecta.* ibi, *sed non tanta solemnitas, &c.* Notatur ad hoc, quòd quando appellatio in scriptis interponitur, necesse non est vt libellus appellatorius, seu schedula appellatoria coram iudice legatur, vt per Bernard. Græuæ, *ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 119. consid. 1. num. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo compellere non potest appellantem à grauamine ipsius veritatem probare, licèt citare potest ad ipsius reuocationem audiendam, qua facta in causa procedere poterit eius contumacia non obstante, ac si nunquam appellasset.*
2 *Citans vbi notoriè nullam habet iurisdictionem in citato, tunc licèt non compareat, minimè potest citans contra eum tanquam contra contumacem procedere.*
3 *Vocatus ad forum notoriè incompetentem in illis, quæ notoriè ad vocantis officium non spectant, minimè tenetur venire.*
4 *Sententia diffinitiua non potest amplius à iudice reuocari.*
5 *Verba cum effectu sunt accipienda.*
6 *Verborum substantia, ac effectus, & non sonus attendi debet.*

Cap. Si à iudice. X.

Appellans ab illato grauamine si iudex à quo præfigit terminum ad docendum se fuisse grauatum, non tenetur adire, & veritatem grauaminis probare. Si verò datur terminus appellanti ad audiendam causam grauaminis, & appellans non comparet, & iudex à quo in termino cum effectu, & re ipsa reuocat grauamen, tunc potest iudex à quo liberè in causa procedere, ac si non fuisset interposita appellatio. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Butr. Monach. Franc. Viuian. *in rationali li. 2 pag. 353.* Alagona *in compendio pag. 346.* remissiuè Casal. *in annotation.* & Ximen. *in concordant. part. 1.* 1

Nec etiam coram iudice, &c.] Collige ex text. quòd quando certum, & notorium est citantem nullam habere iurisdictionem in citato, tunc licèt non compareat, minimè potest citans contra eum tanquam contra contumacem procedere, vt per D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, num. 12. ff. de iudic.* Vocatus enim ad forum notoriè incompetentem in illis, quæ notoriè ad vocantis officium non spectant, minimè tenetur venire, ratio est, quia data notoria incompetentia notoriè deficit iurisdictio, & potestas de publico introducta, & consequenter iudex notoriè reputatur priuata persona, *lib. 3. ibi, nam si excesserit priuatus est, ff. de offic. Præsid. cap. conquerente 7. de restit. spoliat.* ac subinde notoriè constat de nullitate citationis. & ita non proponitur aliquod factum superioris, cui obtemperandum sit, arg. *l. factum 232. ff. de regul. iuris;* sic à fortiori procedunt iura, quæ nullam parendi necessitatē partibus imponunt, *Clem. pastoralis §. notorium & §. cæterum, de re iudic. l. vlt. ff. de iurisd. omn. iud. c. vlt. §. statuto, de const. 1. hoc lib.* per totum *Cod. si à non competenti iud.* resoluunt DD. *in cap. inter cæteras,* per text, *ibi, iuncta gloss. vlt. & ibi* Abb. *num. 10. de sentent. & re iudic.* idem Abb. *in cap. 2. à num. 16. de dilation. & ibi* Innocent *n 3.* Couar. *lib. 1. var. cap. 2. num. 10. in princ. & practic. c. 25. num. 2.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. cap. de sententia num. 116.* Hippolyt. *in rub. de probation num. 115.* Sot. *de instit. lib. 5. quæst. 7. art. vlt. in fine,* Menoch. *remed. 9. recuper. à num. 8.* Cephal. *cons. 442. n. 47.* Surd. *consil. 223. n. 6.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom 1. q. 36. art. 4 col. 3. in princ. tom. 2. q. 59. art. 5 in princ.* Sanch. *de matriman. lib. 7. disp. 33. num. 23. post princ.* 2 3

In gloss. *Grauamen.* ibi, *quam iudex reuocare non potest, &c.* Notatur ad hoc, quòd sententia diffinitiua non potest amplius à iudice reuocari, vt per Ordinar. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 65. in princip.* latè Chald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. à num. 10* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1474.* secus verò in interlocutoris, vt per Cardos. *in praxi iudicum, verbo iudex n. 66. & 67.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 147. n. 11. & c. 155. num. 16 cum seqq* 4

In gloss. *Cum effectu.* ibi, *effectualiter enim intelligenda sunt verba.* Ita Surd. *cons. 3. n. 25 & cons. 179. n. 49* Ignat. de Villas. *in sylua respons. resp. 1. n. 25* Fr. Anton à 5

Sousa *in collect. Bulla Cœnæ c. 4. disp. 26. num. 2. & cap.*
6 *31. num. 6. & cap. 12. disp. 63. num. 2.* Et verborum substantia, ac effectus, & non sonus attendi debet, vt per Surd. *decis. 303. n. 5. & de aliment. tit. 9. q. 16. num. 22.* Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 8. num 134.* Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. num. 3. in fine.*

SVMMARIVM

1 *Capituli à collatione appellatur ad Episcopum, si vt Canonicus interfuit, secus si vt Prælatus, & n. 2.*
3 *Collatio simultanea Episcopi, & Capituli ad effectum regulæ vt non intret alternatiua non solum dicitur quando Episcopus confert pro dimidia tanquam Prælatus cum Capitulo, sed etiam quando Episcopus concurrit in collatione vti priuatus, seu tanquam Canonicus.*
4 *Episcopus, qui est Canonicus in aliqua Ecclesia, debet in ea sedere vti Canonicus, non vt Episcopus.*

Cap. A Collatione. XI.

1 A Collatione facta à Capitulo, & Episcopo non potest quis appellare ad eundem Episcopum si ipse interuenit vt Prælatus, secus verò vt Canonicus. Colligunt ex Ordinar. Ioan. Andr. Gemin. Archid. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 2. pag. 354.* Alagona *in compend. pag. 346.* remissiuè Ximen *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Sigism. Scacc. *de appellationib. quæst. 8. num. 60.*

3 *Quam communiter per Episcopum, & Capitulum,* &c. Ergo solùm dicitur collatio simultanea Episcopi, & Capituli ad effectum regulæ vt non intret alternatiua, quando Episcopus confert pro dimidia tanquam Prælatus cum Capitulo, sed etiam quando Episcopus concurrit in collatione vti priuatus, seu tanquam Canonicus & vous de Capitulo, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. num. 67.*

4 In gloss. *Prælatus. ibi, sed quando sedet,* &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus, qui est Canonicus io aliqua Ecclesia, debet in ea sedere vti Canonicus, non vt Episcopus, ita Menoch. *de arbitr. casu 68. num. 23. & 24. & consil. 51. num. 43.* Zerol. *in praxi Episcopi. part. 1. verbo Episcopus, versic. septimo,* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. numer. 14.* ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 73. post. n. 16.* secundùm Lugdun. impress. Hieron. Venero & Leyua *in examine Episcoporum lib. 4. cap. 29. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria principali negotio præiudicans per appellationem interpositam à diffinitiua reuocari potest, aliàs non.*
2 *Grauamen etiam illatum per interlocutoriam ex nouis causis, & probationibus potest reparari in appellatione à diffinitiua.*
3 *Appellatio est licita ab interlocutoria cōtinente grauamen, quamuis à diffinitiua prohiberetur appellari.*
4 *Appellatio licita est ab interlocutoria, vbi grauamen reparari non potest in diffinitiua, aut posset, sed non ex toto, vel cum difficultate, & præiudicio partis.*

Cap. Licèt. XII. & vlt.

1 SEntentia interlocutoria si feratur per quam reiicitur exceptio præiudicans negotio principali, vel reddens iudicium nullum, & reus ab ea non appellauit, si deinde appellet à diffinitiua, quæ post decem dies promulgatur, tunc iudex appellationis potest etiā emendare grauamen illatum per illam interlocutoriam, secus si interlocutoria non parit præiudicium negotio principali, oportet enim tunc ab ea etiam appellasse. Colligunt ex Ordinar. Lapp. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Ancharan Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali. lib. 2 pag. 355.* Alagona *in compendio pag. 347.* remissiuè Ximen *in concordant p. 2.*

Potest in appellationis causa. &c.] Notatur ad hoc, 2
quòd in appellatione à diffinitiua potest reparari grauamen etiam illatum per interlocutoriā ex nouis causis, & probationibus ex quo non directò appellatur ab interlocutoria, vt per Duen. *reg. 47. vers. quartò fallit.*

Vbi verò interlocutoria, &c.] Notatur ad hoc, quòd 3
appellatio est licita ab interlocutoria continente grauamen, quamuis à diffinitiua prohiberetur appellari, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 74. num. 14.* Vbi
enim grauamen reparari non potest in diffinitiua, licita 4
est appellatio ab interlocutoria, *l. 1. §. quæsitum, ff. hoc tit.* Menoch *de arbitr. casu 490. numer. 3.* Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. quæst. 30. art. 8. concl. 4.* Amat. Roder. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum cap. vlt. part. 1. num. 4. vers. verumtamen,* Decian. *resp. 62. n. 11. vol. 5.* Petrus Gregorius *in tract. de appellat. lib. 2. cap. 4.* Sigism. Scacc. *in simili tract. quæst. 17. limit. 47. num. 85.* Surd. *decis. 36. num. 13.* Stephan. Gratian. *Marchia decis. 202. num. 5.* Modern. *de cognit. per viam violentiæ part. 1. gloss. 6. n. 10. & part. 2. quæst. 49. à num. 1.* Etiamsi tale grauamen posset reparari, sed non ex toto, cum difficultate, & præiudicio partis, vt tradunt Scacc. *d. quæst. 17. limit. 47. n. 86.* Surd. *d. decis. 36. num. 14. & 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. num. 177.* Stephan. Gratian. *discep. forens. c. 14. n. 12. & 13. & cap. 77. n. 9.* Bernard. Græue. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 129. n. 5. 6.*

In Librum III. Sexti Decretalium.

De Vita, & honestate clericorum.

Tit. I.

SVMMARIVM

1 *Clerici, qui se faciunt ioculatores, goliardos, seu buffones, si per annum hoc exerceant, sunt ipso iure omni priuilegio clericali priuati, si minus anno ter admonentur ab Ordinario, & si non desistunt, priuantur per sententiam omni priuilegio clericali, & n. 2.*
3 *Clerici in actibus sordidis, & minimè honestis versari prohibentur.*
4 *Tempus vbi ius apponit intelligitur de continuo.*
5 *Ioci aliquid facere non reprobatur in occulto, vel honesta rei causa.*
6 *Histriones à testimonio quando repellantur.*

Cap. Clerici. Vnic. *Bonif. VIII.*

LERICI, qui se faciunt ioculatores, 1
goliardos, seu buffones, si per annum hoc exerceant, sunt ipso iure omni priuilegio clericali priuati, si minus anno ter admonentur ab Ordinario, & si non desistunt, priuantur per sententiam omni priuilegio clericali. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac.

Gemin.

Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 12.* Alagona *in compendio pag. 357.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Tabien. *in summ. verbo excommunicatio* 5. *num.* 26. Bernard. *in pract. cap.* 68. *aliàs cap.* 72. *in nouiss. impress.* Clar. §. *fin.* §. 36. *num.* 23. Anton. Scapp. *de iure non scripto lib.* 1. *cap.* 14. Camill. Borrel. *in addit. ad Bellug. in specu. Princip. rub.* 11. §. *videndum lit. H.*

3 *Se ioculatores*, &c.] Notatur ad hoc, quòd clerici in artibus sordidis, & minimè honestis versari prohibentur, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 23. *num.* 3. vbi c. 31. *num.* 406. subdit hoc intelligi de clericis etiam simplicibus,

4 *Per annum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi ius apponit tempus, intelligitur de continuo, vt per Gutier. *canon. lib.* 1. c. 12. *num.* 25.

5 In gloss. *Ioculatores.* ibi, *in occulto tamen, vel infirmitatis, vel alterius honestates causa aliquid ioci facere non reprobatur.* Ita Tiraquel. *de nobilit. cap.* 34. *num.* 18. Vnde histriones à testimonio repelli quando causa quæstus in publico spectaculum sui corporis facerent, secus si causa recreationis, quamuis in publico, resoluit Rebuff. *in tract. de reprobat. testium num.* 225. & faciunt quæ Mascard. *de probationib. concl.* 1356. *num.* 46. Farin. *in praxi crimin. q.* 59. *num.* 439.

In gloss. *Ignominiosam.* ibi, *multo minus tenere.* Notatur ad hoc quòd clericus non potest tenere tabernam, vt per Gutier. *lib.* 2. *Canon. cap.* 4. *num.* 68. Bertachin. *de Episcopo. part.* 8. *lib.* 4. *in causa mater. de grad n.* 14. vbi inquit quòd debet deponi, Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 81. *n.* 3. *in fine* Decian. *in tract. crimin. l.* 4. *c.* 9. *n.* 136.

De Clericis coniugatis.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus cum vnica, & virgine si ferat habitum, & tonsuram, clericali priuilegio gaudet, aliàs non, & num. 2. & quid vltra desideretur à Concil. Trid. ostenditur num. 3.*

4 *Clerici coniugati si sine habitu, & tonsura incedentes delictum committant, & habitum ac tonsuram postea reassumant, an priuilegium retineant clericale? remissiuè.*

5 *Vestes clericales minoribus Ordinibus congruentes quæ dicantur? remissiuè.*

6 *Priuilegium huius text. restringitur ad clericos, qui cum vnica, & virgine contraxerunt.*

7 *Priuilegio fori non verò canonis gaudent clericorum coniugatorum vxores*

8 *Clerici coniugati gaudent priuilegio fori tantùm in criminalibus, non verò in ciuilibus, vt n. 9.*

10 *Clericus coniugatus pro debito ciuili capi, & detineri potest per iudicem laicum.*

11 *Clericus coniugatus non est exemptus à tributis.*

12 *Beneficiorum incapax est clericus coniugatus, etiam ex Episcopi dispensatione.*

Cap. Clerici Vnic. *Bonif. VIII.*

1 Clericvs coniugatus cum vnica, & virgine, deferens tonsuram, & vestes clericales gaudet priuilegio *can. si quis suadente*, ac etiam fori, vt scilicet pro delictis non possit trahi ad tribunal laicale, nec criminaliter, nec à seculari valeat condemnari in persona, nec in bonis: verùm cætera priuilegia non habet, immo & supradicta amittit si coronam, & vestes non deferat clericales. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 28. Alagona *in compend. pag.* 366. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Couar. *pract. cap.* 31. *num.* 6. & 7. *vers. tertio*, Bertrand. *consil.* 144. *num.* 2. *lib.* 9. Parif. *consil.* 40. *num.* 21. *lib.* 4. Duen. *reg.* 99. *vers. amplia* 5. Alciat. *resp.* 40. *n.* 26. *lib.* 9. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 4. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *n.* 7. *cum seqq.* Mench. *de success. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 62. Iacob. de graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 29. Burg. de Pace *consil.* 22. *num.* 1. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *num.* 50. Soar. de Pace *in pract. tom.* 5. *cap.* 22. *num.* 6. Tiber. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 40. D. Barbos. *in l. Titia à num.* 33. *ff. soluto matrim.* Sanc. *de matrim. l.* 7. *disp.* 46. *à princip.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 1. *n.* 84. Thom. Valasc. *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 44. *à princ.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. l.* 1. *concl.* 37. *consid.* 1. Cur. Philip. *part.* 3. §. 1. *num.* 6. Cardos. *in praxi iudicum verbo Clericus n.* 96 Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 8. *à num.* 6. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 8. *n.* 1. & 2. ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 25. *cum seqq.*

Nouè Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 6. iu- 3
bet obseruari textum *in præsenti*, illo addito quòd huiusmodi clerici alicuius Ecclesiæ seruitio vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur, vt obseruant Soar. de Pace *tom.* 2. *prælud.* 2. *num* 7. Ioan. Garc. *de gloss.* 9. *num* 50 Salzed *ad Bernard. c.* 62. *n.* 13. Lælii Zechi. *de Repub. ecclesiast. de cleric. vers. similiter*, Henriq. *in summ. lib* 10. *c.* 15. §. 2. D Barbos. *in d. l. Titia num.* 36. Camill. Borrel. *d. tit.* 8. *num.* 4. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *de orat. cap.* 10. *n.* 11. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 1.

Si tonsuram, & vestes deferant clericales.] Verùm 4
autem clerici coniugati si sine habitu & tonsura incedentes delictum committant, & habitum, ac tonsuram postea reassumant priuilegium retineant clericale?
dixi *d. alleg.* 12. *num.* 28. Quæ autem dicantur vestes 5
clericales Ordinibus congruentes, dixi quoque *d. tract. de offic. & potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 9. *à n.* 5. & *ibi* citatis adde Dianam *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 26. Si autem controuersum fuerit super probatione habitus clericalis, an scilicet ille in quo fuit repertus, sit clerico conueniens, an cognitio pertineat ad ecclesiasticum, dicam commodiùs ad *c. si iudex laicus.* 12. *de sent. excomm. hoc lib.*

Cum vnica, & virgine.] Restringitur ergo priuile- 6
gium huius text. ad clericos, qui cum vnica, & virgine contraxerint, vt per Ordin Reg Lusitan. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 27. Anton. Gomez *tom.* 3. *var.* . 10. *num.* 4. Farin. *d. quæst.* 8. *num.* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 46. *n.* 1. Carol. de Grassis *de effectu* 1. *num.* 8. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 8 *de clericis coniug. num.* 24. vbi ampliat etiamsi postea ipsa adulterium committat, refero ego ipse *p. alleg.* 12. *num.* 26.

Huiusmodi clericos coniugatos.] Sic & eorum vxores 7
fori priuilegio gaudere resoluunt Auiles *ad capita Prætorum in princip. proœm. num* 28. Coria Philip. *part.* 3. §. 1. *n.* 7. Priuilegium verò Canonis non communicari vxori tradit Perez *lib.* 1. *vers. est & aliud, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 58.

Vel delictis.] Ergo fori priuilegio gaudent clerici 8
coniugati solùm in criminalibus, vt per Cou. *pract. cap.* 31.

cap.31.num.6. Farin.*d. quæst.8.n.7.* metipsum *d. alleg. 12.num.25.* Azcued.*l.2.tit.4.lib.1.noua.recop.* Megal.*in 3.part.lib.3.c.10.num.40.* Gutier.*practic.lib.1.quæst.5. num.3.* Sanchez *de matrim.lib.7.disput.46.n. 22.* Cened.*canon.quæst.lib.1.quæst.4.num.18.& 19.* Paul.Layman.*in Theolog.morali lib.4.tract.9.c.8.num.5.* Contra Zanard.*in direct.Cōfess.part.1.de sacram.matrim.c.23 quæst.24.* Ceuall. *in tract.de cognit per viam violent. par.2.quæst.73.n.4.* Martam *de iurisdict.part.1.cent.2. casu 159.n.5.* Duard.*in Bull.Cœnæ lib.2.cap.15.quæst. 4.conclus.3.n.12.* Aloysius Riccius *in decis. Curiæ Archiep.Neapol.part.4.decis.320.num.5.* existimantes clericum coniugatum si contrahat cum virgine, & tonsuram ac habitum clericalem gestet, & alicui Ecclesiæ deseruiat, gaudere priuilegio fori, non solùm in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, & ante iudicem ecclesiasticum esse conueniendum.

9 *In cæteris autem*, &c.] Ergo clerici coniugati in
causis ciuilibus fori priuilegio non gaudent, vt per
Couar. *d.c.31.num.7.* Curia Philip.*part. 3.§. num.5.*
Sanchez *de matrimon.lib.7.disput.46.n. 21. cum seqq.*
Farinacius *d.quæst.8.num.7.* Camill. Borrel.*d. titul.8.*
num.5. Bernard. Græuæ.*ad practic.Cameræ Imper.lib.1.*
conclus.37.consid.1.num.3. D. Barbos *in l. quis. posteaquam*
10 *quam num 207.ff.de iudic.* Vnde pro debito capi, &
detineri poterit per iudicem, vt tenet Gutier. *de iuram.confirmat.part.1.c.17.num.11.* & à tributis exem-
11 ptum non esse tradunt Couar.*d.c.9.num.9.* Garcia Giranda *de gabel.part. 2.num.37.& 38.* Sanchez *d. lib.7.*
disput.46.num.16. & alij citati per me *d.tract.de officio,*
12 *& potest. Episcopi part.2.allegat.13.à princ.* ac denique
illum incapacem beneficiorum esse referunt Lambert.*de iure patron.part.1.lib.2.quæst.7.artic.3.* Hoied. *de incompatibil.benefic.part.1. cap.vlt.num.76. & 77.* Flamin.*de resignat.benefic.lib.4.quæst. 2.à n.27.& 99.* Lessi *de iustit.lib.2.cap.34.dub.21.* Camill. Borrel.*d. tit.8.num.29.* itaut nec ex Episcopi dispensatione beneficium quantumuis simplex obtinere possit, ex Selu. *de benefic.part.1.quæst.7.n.18.* Lambert.*d.art.3. num.8.* Hoied.*d.num.77.* Flamin,*d.quæst.2.num.29.* Henriq.*in summa lib.13.c.14.§.1.& in commento lit K.* Sanch.*d. lib.7.disp.42.num.18.*

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ solùm præsentibus, qui intersunt Diuinis, dari debent, consuetudine non obstante, & qui aliter illas receperint, non faciunt eas suas, & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersariis defunctorum.*

2 *Distributiones quotidianæ cur ita appellentur, ostenditur.*

3 *Consuetudo indici non potest vt distributiones quotidianæ ab illis, qui diuinis Officiis personaliter non intersunt, percipiantur,*

4 *Consuetudo etiam immemorialis non excusat à residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus.*

5 *Consuetudo inualida est, quia introductum dicitur quod is, qui habet Canonicatus in diuersis Ecclesiis percipiat distributiones in vtraque.*

6 *Consuetudo inualida est quòd mortuo beneficiario distributiones primi anni dentur eius hæredibus*

7 *Consuetudo inualida est vt Canonici, qui vna hebdomada intersunt diuinis Officiis possint lucrari distributiones sequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non intersint.*

8 *Infirmi qui personaliter diuinis Officiis adesse non possunt, quotidianas percipiunt distributiones in absentia.*

9 *Debilis in cruribus, seu tibiis, qui ad Ecclesiam se conferre non potest, quotidianas percipit distributiones in absentia.*

10 *Cæcus in absentia quotidianas percipit distributiones.*

11 *Podraga laborans in absentia quotidianas percipit distributiones.*

12 *Canonicus, qui medicinam sumit, aut sanguine minuitur, distributiones quotidianas percipit in absentia.*

13 *Canonicus, qui sanitatis causa balnea, aut alium locum petit, distributiones quotidianas in absentia percipit.*

14 *Lepra, aut alio morbo contagioso coactus ab Vrbe discedere, distributiones quotidianas in absentia percipit.*

15 *Infirmus distributiones quotidianas percipit quamuis propria culpa in infirmitatem inciderit, dummodo sanus consueuerit interesse diuinis Officiis, & num. 16.*

17 *Impedimentum corporali, quod per se fert iustam, & rationabilem aliquam necessitatem, excusat à residentia.*

18 *Senex, qui residere, & interesse diuinis non potest, percipere debet quotidianas distributiones in absentia, modo aliàs interesse consueuerit.*

19 *Carceratus iniustè distributiones lucratur quotidianas.*

20 *Absens pro euidenti Ecclesiæ vtilitate, præcipuè stāte consuetudine, percipit distributiones quotidianas.*

21 *Archidiaconus, vel Canonicus visitans Ecclesiam, iura, vel redditus sui Archidiaconatus, vel præbendæ, non amittit distributiones quotidianas.*

22 *Canonici veri sunt domini quotidianarum distributionum, quas iustè acquisierunt.*

23 *Distributiones pro anniuersariis defunctorum absentes iustè percipiunt.*

24 *Residentia sola absque ministerio personali non sufficit ad lucrandas quotidianas distributiones.*

25 *Canonici absentes tuta conscientia distributiones præteritas retinere possunt, si eas ipsi cæteri remittāt.*

26 *Episcopus, aut Capitulum non potest donare, aut remittere amissionē distributionū ob non residētiā.*

27. *Canonicorum consensus non potest facere vt qui non intersunt Diuinis, habeat distributiones quotidianas, etiamsi statuto cautum sit.*

28 *Canonici, qui principaliter propter lucrum quotidianarum distributionum in Ecclesia conueniunt, peccant quidem, & simoniam mentalem committunt, declarando, vt num.29.*

30 *Text. in præsenti respectu restitutionis non comprehendit eos, qui ante illum distributiones malè perceperunt.*

CAP. Consuetudinem. Vnic. *Bonif. VIII.*

ISTRIBVTIONES, quæ manualia beneficia, seu victualia vocantur, dari non debent nisi Canonicis, beneficiatis, & clericis, qui diuinis Officiis in ipsis Ecclesiis intersint secundùm distributionem rationabilem factam, vel faciendam pro horis Canonicis. Qui verò absens aliquid distributionum accipit, totum debet restituere, nisi infirmitas, vel iusta, & rationabilis corporis necessitas, vel euidens Ecclesiæ

Ecclesiæ vtilitas excuset. Item idem seruandum est pro distributionibus, & anniuersariis defunctorum. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 41.* Alagona *in compendio pag. 371.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Quæ aliàs manualia beneficia*] Ita appellantur quotidianæ distributiones, vel quia ad manum dantur iis, qui diuinis horis in choro intersunt, vt resoluit Prob. *ad Monach. hîc numero 3.* & Franc. Duaren. *in*
3 *tract. de benefic. lib. 7. cap. 4. paulo ante med.* siue quia pendent, & tribuuntur à manu eas distribuentis illis dumtaxat, qui Ecclesiæ inseruiunt, & pro ratione seruitij prout censuit Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib. 3. cap. 15. numero 3.* quem refert Monet *de distribution. quotid. part. 1. quæst. 1. numero 15.* & ego *de Canon. cap. 21. num. 3.*

4 *Penitus improbantes.*] Expressè probat hic text. consuetudine induci nō posse vt distributiones, quotidianæ ab absentibus, & qui diuinis Officiis personaliter non intersunt percipiantur, vt per *gloss. vlt. in cap. de cætero, sup. hoc tit. & verbo integræ in cap. vlt. de magistris, & verbo exceptis in cap. vlt. de rescript. hoc lib.* Selu. *de benef. part. 4. quæst. 2. num. vlt.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. 1. verbo distributiones,* Duen. *reg. 134. in fine. & reg. 206. à princip.* Cassad. *decis. vnic. hoc. tit.* Cosim. *in pragm. tit. quo tēpore quis debeat esse in choro, verbo distributiones,* Paris. *cons. 32. & seqq. lib. 4.* Cou. *lib. 3. var. cap. 13. à n. 2.* Hoied. *de incompatibil. benef. part. 1. c. 17. n. 5.* Nauar. *de horis canon. cap. 5. num. 19. & c. 18. n. 10.* Cabed. *diuers. iuris argument. lib. 1. cap. 9. n. 17. & 20.* & demum non licere vigore cuiuslibet consuetudinis absentes distributiones quotidianas percipere statuit Cōcil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 21.* Vnde consuetudinem etiam immemorialem non excusare à residentia in Cathedralibus, & collegiatis insignibus referunt decisum Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 197.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de residentia num. 20.* Sanctarel. *var. resol. quæst. 4. num. 33.* vbi citat metipsum *de officio, & potest. Episcop. part. 3. alleg. 53. numero 115.* obseruantes in Collegiatis non insignibus posse excusare immemorialem consuetudinem si Ecclesiæ sint rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut in quibus adeò tenues redditus essent, vt Canonicos aliunde non habentes vnde viuerent alere non possent.

5 Hinc etiam fit inualidam esse consuetudinem, quā introductum dicitur quòd is qui habet Canonicatus in diuersis Ecclesiis, percipiat distributiones in vtraque, cùm tamen in vna tantùm resideat, vt tenent Monet. *d. tract. de distribut. quotid. part. 2. quæst. 1. 2. num. 40.* Sanctarel. *var. resol. quæst. 10. num. 20.*

6 Hinc pariter euenit inualidam esse consuetudinem quòd mortuo beneficiario distributiones primi anni dentur eius hæredibus, vt notant Anch. *hîc num. 2.* & Franch. *etiam n. 2.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 7. quæst. 5.* Cened. *pract. quæst. lib. 1. q. 1. n. 41.* Sanctarel. *d. q. 10. n. 21.* Bonacin. *de horis Canonic. disp. 2. q. 5. pūct. 6 num. 11.* ego ipse *d. cap. 23. num. 6.*

7 Sic etiam ex dictis colligitur inualidam esse consuetudinem vt Canonici, qui vna hebdomada intersunt diuinis Officiis, possint lucrari distributiones sequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non intersint, vt tradunt Azori. *dict. cap. 7. quæst. 5.* Sanctarel. *d. quæst. 10. n. 33.* ego ipse *d. tract. de Canonic. cap. 23. num. 10.*

8 *Exceptis illis, quos infirmitas,* &c.] Notatur ad hoc, quòd infirmi, qui personaliter diuinis Officiis adesse non possunt, quotidianas percipiunt distributiones in absentia, vt per Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 6. n. 9.* Duen. *reg. 206. limit. vlt.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13. n. 8.* Nauar. *cons. 2. n. 3. de cleric. non resid. & in tract. de horis Canon. cap. 11. n. 10.* Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 6. n. 9.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. vers. & infirmo, & cap. 20. num. 26.* Thom. Acti. *in tract. de infirmit. part. 1. cap. 50. num. 25.* Hoied. *de incompatibilit. benefic. part. 1. cap. 17. num. 15.* Ludouic. Gomez *in reg. de infirmis resignant. q. 9. vers. 47.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 1. n. 140.* Spin. *speculo testam. gloss. 9. princip. n. 30.* Franc. Leo *in thesauro fori eccesiast. part. 3. cap. 2. n. 2.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. numero 9. vers. infirmus,* Carol. de Grassis *de effectibus Clerical. effectu 1. n. 1172.* Armend. *sub d. tit. de residentia Canon. n. 75.* Cened. *d. quæst. 1. n. 7.* Azor. *d. lib. 7. cap. 7. quæst. 10.* Nicol. Garc. *d. part. 3. cap. 2. num. 563.* Monet. *d. part. 2. quæst. 5. numero 48. & quæst. 6. à num. 1.* metipsum *d. alleg. 53. num. 166.* me citato *in illo loco,* Sanctarel. *var. resolut. quæst. 8. à princip.* Bonacin. *d. quæst. 5. puncto. 1.* nouissimè ego ipse *d. tract. de Canon. cap. 24. num. 37.*

Veluti si ad Ecclesiam se conferre non possit, quia est debilis in cruribus, seu tibiis, vt per Menoch. *de arbitrar. casu 60. num. 14. & sequentib.* Monet. *d. quæst. 6. n. 16.* Cened. *d. q. 1. n. 13.* & ego ipse *d. cap. 24. num. 28.* 9

Vel cæcus, idem Monet. *d. quæst. 6. num. 16.* Cened. *d. q. 1. num. 13.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 397.* ego ipse *d. cap. 24. à num. 30.* vbi refero ita sacram Cong. Conc. censuisse 20. *Iuly* 1729. 10

Vel podagra laborans, Monet. *d. quæst. 6. n. 18.* Cened. *d. q. 1. num. 13.* ego ipse *d. cap. 24. num. 31.* 11

Vel quia medicinam sumit, aut sanguine minuitur; Iacob. de Graff. *in decision. aureis part. 2. lib. 3. cap. 15. num. 10.* Monet. *part. 2. q. 6. num. 7.* Cened. *d. quæst. 1. n. 7.* ego ipse *d. alleg. 53. num. 169.* me citato Sanctarel. *d. q. 8. num. 4.* ego ipse *d. cap. 14. num. 32.* 12

Vel quia sanitatis causa ab balnea, vel alium locum iret, Monet. *d. quæst. 6. num. 10.* Cened. *d. q. 1. numero 11.* Sanctarel. *d. q. 8. num. 5.* ego ipse *de alleg. 53. num. 169. & d. cap. 24. num. 33.* 13

Vel quia lepra, aut alio morbo contagioso cogitur ab Vrbe discedere, Monet *d. quæst. 6. num. 11.* Cened. *d. quæst. 1. num. 12.* ego ipse. *d. alleg. 53. num. 170.* & me citato Sanctarel. *d. quæst. 8. numero 5.* iterum ego ipse *d. cap. 14. num. 34.* 14

His omnibus infirmitatibus detenti possunt distributiones quotidianas percipere, quamuis propria culpa in eas inciderint, vt per Couar. *d. c. 13. num. 8.* Azor. *d. cap. 7. quæst. 11.* Monet. *d. q. 6. n. 12.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo distributiones §. 3. vers. sexto,* Gutier. *d. cap. 1. num. 38.* Cened. *d. quæst. 1. num. 8.* ego ipse *d. alleg. 53. num. 168.* & me citato Sanctarel. *d. q. 8. num. 6.* iterum ego ipse *d. cap. 24. num. 35.* 15

Intellige si cùm erant sani consueuerāt interesse diuinis Officiis, aliàs secus, vt per Monet. *d. q. 6. n. 21.* Azor. *d. cap. 7. quæst. 11.* Cened. *d. q. 1. n. 9.* ego ipse *d. alleg. 53. n. 167.* me citato Sanctarel. *d. q. 8. n. 8.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 13. §. 4. in fine in comment. lit. l.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 5. n. 23. vers. vnde si Canonicus,* iterum ego ipse *d. 24. num. 36.* 16

Et rationabilis corporalis necessitas.] Hic est secundus casus in quo absentibus distributiones debentur, vbi non quodlibet impedimentū corporale excusabit, sed illud tantùm, quod præsefert iustam, & rationabilem aliquam necessitatem, veluti si iniustè quis in carcerem mittatur, vel iniquè excommunicetur, vel sine culpa à ciuitate sit elapsus, vel aliis similibus casibus, de quibus latè egi *d. alleg. 53. à num. 1.* Quòd senio ita confectus, vt residere, & interesse Diuinis non possit, percipere debeat quotidianas distributiones in absentia, modò aliàs interesse consueuerit, resoluunt per 17

ine

me citati *d. alleg.* 53. *num.* 164. quibus adde Sanctarel. *d. q.* 8. *n.* 11. vbi *n.* 13. subdit iudicis arbitrio standum esse cùm quis propter senectutem excusatur quominus possit in choro interesse diuinis Officiis, & tamen possit lucrari distributiones quotidianas.

19 De carcerato iniustè quòd distributiones lucretur, egi *d. alleg.* 53. *n.* 178. & *ibi* citatis addo Nald. *verbo distributiones n.* 10. Sanctarel. *d. quæst.* 9. *n.* 5. Bonacin. *d. quæst.* 5. *puncto* 2. §. 1.

20 *Aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret.*] Notatur ad hoc, quod absens pro euidenti Ecclesiæ vtilitate præcipuè stante consuetudine, percipit distributiones quotidianas, & hic est tertius casus in quo diuinis Officiis non interessentibus distributiones debentur, vt per Dueñ. *reg.* 206. *vers. limita sexto*, Hored. *de incompatib. benefic. part.* 1. *c.* 17. *n.* 19. *& part.* 1. *c.* 10. *n.* 16. Cou. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 8. *vers. octauo*, Azor. *d. l.* 7. *q.* 14. Gutier. *can. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 144. Monet. *d. par.* 2. *q.* 11. *a. n.* 11. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccl. resol.* 380. *in* 2. *edit.* Seraph. *decis.* 1239. *part.* 1. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 362. Armendar. *d. tit. de residentia Canon. n.* 73. *&* 93. ego ipse *de alleg.* 53. *n.* 171. vbi *n.* 172. resoluo absentes à seruitio Ecclesiæ pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficij

21 deberi fructus & distributiones. Vnde Archidiaconum, vel Canonicum visitantem Ecclesiam, iura vel redditus sui Archidiaconatus, vel præbendæ non amittere distributiones quotidianas, cùm sic visitando seruiat Ecclesiæ in re vtili, tenent citati per me *d. alleg.* 53. *n.* 163. *&* 129. vbi *num.* 127. idem obseruo in incumbentibus animarum curæ imminenti suæ dignitati, vel Canonicatui, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam Curam.

22 *Dominium non acquirat*, &c.] Ergo Canonici veri sunt domini quotidianarum distributionum, quas iustè acquirunt, liberéque de illis, sicut de patrimonialibus disponere possunt, vt per Azori. *d. lib.* 7. *cap.* 9. *quæst.* 10. *& lib.* 7. *c.* 3. *quæst.* 9. Cened. *ad Sextum collect.* 13. *num.* 2. *&* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 265. Monet. *par.* 3. *q.* 1. *n.* 81. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 381. *num.* 11.

23 *De distributionibus etiam pro defunctorum*, &c.] Vide Azori. *d. lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 4. Apertissimè probat text. omnia supradicta circa distributiones quotidianas esse quoque intelligenda circa distributiones pro aniuersariis defunctorum largiendas, ac proinde quemadmodum in tribus casibus hîc exceptis quotidianas licitè absentes lucrantur distributiones, ita etiam in eisdem casibus istas pro anniuersariis absentes iustè percipient, vt per Rebuff. *de congrua port. numero* 83. *&* 86. Staphil. *de litteris gratiæ tit. de formis expectat. iu.* §. 9. *num.* 45. Valasc. *consf.* 14. *num.* 6. quicquid Nauar. *consf.* 13. *in nouiss. sub hoc tit.* inter illos, & istos differentiam constituat.

24 In gl. *Adfuerint* ibi *facies eum reputari pro præsente, sed non pro interessente diuinis Officiis*, &c.] Notatur ad hoc quòd licet ad percipiendos & assequendos fructus beneficij sola residentia absque ministerio parochiali, & præsentia in diuinorum Officiorum celebratione sufficiat, non tamen sufficit ad obtinendas quotidianas distributiones, quæ nisi interessentibus dantur, vt per Couar. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 3.

25 Inter gloss. *Suas*, ibi *quòd illi quorum lucro prædicta cedebant, remittant, nunquid est Canonicus absolutus? satis videtur*, &c. Notatur ad hoc quòd Canonici absentes tuta cõscientia distributiones prætermissas retinere possunt si eas ipsi cæteri remittant, & donent, vt per Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 9. Sanctarel. *var. resolut. quæst.* 13. *num.* 6.

26 Non potest verò Episcopus, aut Capitulum remittere, aut donare amissionem distributionum ob non residentiam, Concl. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. ibi *quâuis collusione aut remissione exclusa*, Nauar. *de horis Canonic. cap.* 22. *miscel.* 14. *n.* 48. *& consil.* 7. *num.* 1. *de cleric. non resid.* Menoch. *de arbitr. casu* 429. *num.* 6. Prasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *in fine pag.* 124. Armendar. *d. tit. de residentia Canonicorum num.* 90. *&* 91. Galler. *in margarita casuum conscient. verbo distributiones* 4. Rot. *in Hispalen. distributionum* 2. *Maij* 1603. coram Reuerendiss. D. meo Coccino, quæ est prima inter impressas post *tract. de distribut. quotid. Monetæ*, ego ipse *d. alleg.* 53. *n.* 140. & me citato *in hoc loco* Sanctarel. *d. q.* 13. *num.* 7.

Canonicorum enim assensus non potest facere, vt qui non interfuit Diuinis, habeat distributiones quotidianas etiamsi statuto cautum sit vt per Nauar. *de horis Canon. c.* 3. *num.* 26. *& c.* 21. *n.* 63. Menoch. *in addit. ad d. cas.* 429. *num.* 6. Mendez de Cabed. *diuersor. iuris argum. lib.* 1. *cap.* 9 Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 493. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 384. *n.* 7. *in* 2. *edit.* itaut nec vi consuetudinis hoc ipsum possit Capitulum introducere ex resolutis per Rot. *in d. Hispalen. distributionum* tradunt Aloys. Riccius *d. resol.* 384. *n.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 166. *num.* 31. 27

In gloss. *Receperit*, ibi, *sed quid dices ordinatio est in Ecclesia*, &c.] Notatur ad hoc, quòd illi, qui principaliter propter lucrum quotidianarum distributionum in Ecclesia conueniunt, peccant quidem, & simoniam mentalem committunt, sin autem ad Ecclesias accedunt vt principaliter suo muneri satisfaciant, & minus principaliter propter illa temporalia, sunt tuti in conscientia, vt per Nauar. *in man. cap.* 23. *n.* 101. *& de orat. & horis Canon. cap.* 6. *n.* 12. *&* 16. *& cap.* 18. *&* 10. 18. *&* 15. *& in tract. de finibus human. actuum. n.* 30. Cou. *l.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 5. Abb *num.* 3. Anan. *n.* 1. & omnes in *cap. suam, de simon.* Syluest, *verbo simonia q.* 9. Hieron. Gig. *consil.* 144. *n.* 29. Vgolin. *tab.* 4. *de censur. c.* 7. §. 2. *num.* 3. latè Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 18. *n.* 32. vbi subdit non teneri ad aliquam earundem distributionum restitutionem, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo simonia different.* 10. vbi subdit in foro exteriori nullum super hoc fieri scrupulum quòd valde deplorandum esse ait. 28

Intellige tamen sententiam huius gloss. dum in posteriori casu beneficiarios tutos reddit in conscientia, verissimam esse, dum verò in priori asserit simoniam committi, censura indigere, etenim quamuis aliquis ad diuinas horas recitandas propter distributiones principaliter moueatur, non ideo simoniam committit, quia non pro ipsis, & ita non pro pretio temporali, sed propter ipsas id facit, planè causa impulsiua licèt ea remota quis non esset facturus, & dicatur causa sine qua non, multum tamen à proximo fine, seu à causa distat, vt explicant Mai. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 29. Nauar. *in cap. inter verba.* 4. *corol.* 11. *quæst.* 3. Couar. *d. cap.* 20. *num.* 2. id quod exemplo manifestum fit, si enim aliquis petat ab aliquo vt pium opus in indigentem exerceat, vel parochus pro viuis, aut defunctis orationes fieri iubeat, certum est illum non esse facturum illa pia opera, nisi ea ab ipso alius peteret, & ob eam petitionẽ principaliter moueretur, & tamen falsum est finem ipsius operis pij esse petitionem. sed potius charitatem, & Dei obsequium; finalis verò causa est non quæ agentem mouet, sed in quam eius intẽtio principaliter dirigitur, iuxta ea, que tradunt D. Thom. 1. 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *& q.* 18. *art.* 7. Nau. *d. corol.* 1. Cou. *d. num.* 2. atque ideo beneficiarius licèt ob distributiones principaliter moueatur, si tamen in illas eius intentio tanquam in pretium dirigatur, nulla datur culpa, cùm actus humana non ex causis impulsiuis, sed ex causis finalibus, in quas intentio fertur, speciem sortiantur, iuxta supradicta, 29

quod

quòd si per contrarium beneficiarius in distributiones tanquam in proximum, & immediatum operis finem suam dirigat intentionem, & ita ex pretio velut ex causa finali moueatur, simoniam incurrit, quia iam spiritualia pro temporalibus commutantur, & hoc modo explicanda est hæc gloss. cum D. Thom. & cæteris *ibid.* citatis.

30 In ead. gloss. ibi, *sed contrarium credo*, &c. Collige ex gloss. hunc text. respectu restitutionis non comprehendere eos, qui ante illum distributiones malè receperunt, quamvltra Doctores in præsenti sequuntur Domin. & Franch. *in c.1. de postulat. Prelat. hoc l.* Felin. *in cap. vlt. num. 5. & 6. de constit.* Non obstat quòd cùm ex rei natura huiusmodi distributionum restitutio esset facienda, videbatur dicendum teneri ad restitutionem etiam illos, qui eas ante hunc text. receperunt, quia respondetur quòd licèt ex rei natura sit restitutio facienda, tamen aliquando occurrente legitimâ causâ talis restitutio circa præterita ex mente legislatoris remissa censetur; constat autem in hoc text. legitimam causam adesse, nempe contrariam consuetudinem, quæ communi errore licita reputabatur, & ea induxit Pontificem vt solummodo vteretur verbis futurum tempus denotantibus, cuiusmodi sunt illa, *contra huiusmodi nostram constitutionem receperit.*

De Præbendis & dignitatibus.

Tit. IV.

SUMMARIUM.

1 *Religiosorum etiam exemptorum ad præsentationem non debent in Ecclesiis ipsorum Rectores institui, nisi primò tantùm eisdem assignetur vnde incumbentia onera subire possint, & congruè sustentari; nec valet contraria consuetudo.*
2 *Episcopus potest repræsentatum recusare, intelligendo vt ibi.*

Cap. Suscepti. I. *Clem. IV.*

1 AD præsentationem Religiosorum etiam exemptorum non debent in Ecclesiis ipsorum Rectores institui nisi priùs illis assignetur vnde possint substentari, Episcopalia iura soluere, & alia onera portare, non obstante consuetudine in contrarium. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viu. *in ration. lib. 3. pag. 96.* Alagona *in compend. pag. 383.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Tam exemptos*, &c.] Collige ex text. Episcopum posse recusare repræsentatum per Religiosos exemptos absque congrua sustentatione; ita gloss. Domin. Anchar. *num. 1.* Franch. & reliqui *in præsenti*, Abb. *in c. extirpandæ, §. qui verò, & in c. de monachi*, vbi Dec. *num. 1. sup. hoc tit.* Cardin. per text. *in Clem. 1. de iurepatron.* Rot. *noua decis. 24. de præbend.* Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis perpetuis, num. 21.* Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. c. 16. num. 12.* Intellige vt procedat in exceptis illis Ecclesiis, in quibus exempti solum iuspatronatus retinere solent, non verò in illis quæ in totum, & pleno iure ad ipsos pertinere dicuntur: de primo patet si expendas præsentatum omnes Ecclesiæ prouentus habiturum fore, nullósque Religiosis præsentantibus esse applicandos; de secundo idem patet, constat namque in talibus Ecclesiis Episcopum nullam habere iurisdictionem, per donationem enim tali modo factam huiusmodi Ecclesiæ à iurisdictione Episcopi exemptæ reperiuntur, putà quia per illam tam quoad iura parochialia, quàm quoad Episcopalia, & sic quoad iurisdictionem monasterio subiiciuntur. Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. c. 11.* ac proinde stante illa donatione Ordinarius nullam in exemptos iurisdictionem valet exercere, iuxta *d. c. 1. de priuileg. hoc lib.* sic venit intelligendus text. *in c. graui, de offic. ordin.* non sic dicas de aliis Ecclesiis, in quibus non obstante donatione facta Religiosis Episcopus in illis ius retinet Episcopale, & licèt ad Religiosos quantumcunque exemptos dicantur pertinere, adhuc tamen ratione illarum in ipsos non obstante exemptionis priuilegio quoad congruam sustentationem præsentatis designandam exercere potest iurisdictionem, arg. *l. 1. ff. de auctorit. tutor.* cùm in effectu repellendo aliter præsentatos non in ipsos præsentantes saltem directè, sed in Ecclesias dicatur iurisdictionem exercere, & ita tenent in effectu Domin. & alij *hic*, sentit Panor. *in c. de monachis, num. 6. hoc tit.* Fusc. *loco citato.* Amplia text. procedere etiam in aliis ad quos iure aliquo speciali pertinet institutio Ecclesiarum, vt addidi *ad d. c. de monachis.* Limita non procedere in Vicariis temporalibus, vt dixi *ad Clem. 1. de iurepatron.*

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non potest, & si secus fiat, factum est irritũ.*
2 *Papa est dominus beneficiorum, ita vt ad libitum de illis disponere possit.*
3 *Verba,* libera dispositio, *significant potestatem omnibus vinculis solutam.*
4 *Beneficia ecclesiastica sunt inducta à iure positiuo.*
5 *Beneficia ecclesiastica inter bona Ecclesiæ cõputãtur.*
6 *Papa in beneficiatis quicquid voluerit priuare, mutare, & extinguere potest.*
7 *Papa potest preuenire cæteros collatores inferiores.*
8 *Papa potest sub conditione etiam de futuro, & quæ non insit, alternatiuè, copulatiuè, & ad tempus collationem facere.*
9 *Doctores tenentes Papam non esse dominum beneficiorum, sed dispensatorem referuntur.*
10 *Ordinarius, seu alius præter Papam non potest prouidere, seu conferre beneficium vacans in Curia.*
11 *Ordinarius si prouideat de beneficio, quod vacauit in Curia, prouisus non habebit titulum coloratum.*
12 *Reseruatio statuta in hoc text. de beneficiis vacantibus in Curia non comprehendit beneficia iurispatronatus laicorum.*
13 *Beneficia regularia non veniunt in reseruatione beneficiorum in Curia.*
14 *Reseruatio de beneficiis vacantibus apud Sedem non habet locum in beneficiis de Vrbe.*
15 *Statutum seu municipalis lex idem disponens, quod ius commune, addit speciale vinculum.*
16 *Beneficia electiua comprehenduntur sub reseruatione huius text.*
17 *Curia Romana, seu Papa ibi dicitur esse vbi est Papa, & non vbi est audientia, seu Concilium Papæ.*
18 *Dictio,* specialis, *non est idem quod* expressim.
19 *Episcopatus, & Abbatia non comprehenduntur sub vacatione reseruationis in Curia.*

Cap. Licèt Ecclesiarum. II.

BEneficiorum omnium, quæ vacant in Curia, collatio pertinet ad Summum Pont. & si secus fiat, 1

factum est irritum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Anchar. Butr. Ioan. Andr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. in ration. lib. 3. pag. 69. Alagona in compendio, pag. 383. remissiuè Calal. in annot. Ximen. in concordant. p. 1. & 2.

2 *Plenaria dispositio*, &c.] Collige ex text. Papam esse dominum beneficiorum, ita vt ad libitum de illis disponere possit, vt per gloss. verbo veri Dei in cap. quanto, de translat. Prælati, gloss. verbo ex quauis in cap. si eo tempore, de elect. hoc lib. gloss. verbo à Romano Pont. vbi Domin. num. 16. in cap. si gratiosè, de rescript. eod. lib. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 39. de constit. Dec. ibid. num. 26. & in cap. vltim. num. 8. de confirm. vtili, & cons. 640. num. 5. & cons. 439. num. 14. Abb. in suis quæst. q. 1. num. 3 Mant. dial. 10. Ias. in l. quoties, num. 13. C. de rei vendicat. Duen. reg. 72. Cardin. num. 11. & reliqui scribentes in Clem. 1. vt lite pendente. Anton. Burg. in rubr. de empt. & vend. Hipp. sign. 25. & 634. incip. Credo te scire, Gom. in reg. de non tollendo iure quæsito, quæst. 1. vers. illud tamen, vbi Mandos. q. 14 num. 3. Simonet. de reseruat. q. 2. n. 3. cum seqq. Gig. de pension. q. 10. à n. 4. & q. 37. col. 1. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. n. 2. & part. 8. cap. 2. n. vlt. Roias in epitome success. cap. 23 n. 14. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 9. n. 3. Gabr. tit. de iure quæsito concl. 1. à num. 9. Flamin. de resignat. l. 2. quæst. 4. num. 34. & lib. 5. quæst. 6. n. 118. Ganzal. ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. num. 33. cum seqq.

3 Pro quibus vltra prædicta verba huius text. perfectam, & absolutam potestatem significantia, cui nil desic, arg. text. in cap. si omnia 6. q. 1. & in l. si arborem 16. ff. de seruit. vrban. facit primò text in d. Clem. 1. in fine, ibi, libera dispositio, quæ verba significant potestatem omnibus vinculis solutam, ex doctrina Bart. in l. 1. C. de sacros. eccles. & exemptam ab aliquo impedimento, iuxta doctrinam gloss. verbo libere in Clem. dudum, de sepult. resoluunt. Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 135. Chald. Pereira de renouat. emphyt. q. 8 n. 10. & constat dominum illum dici, qui dere liberam
4 habet dispositionem. Facit præterea quòd beneficia Ecclesiastica, sunt inducta à iure positiuo, ex can. Ecclesias 13. q. 1. tradunt. Marsil. de reddit. part. 1. cap. 8. à princ. Selu. de benef. p. 2. q. 4. Moscou. de maiestate militantis Ecclesiæ lib. 1. part. 3. c. 1. pag. 418 Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. p. 1. & constat Papam iuris positiui constitutiones ad libitum posse tollere, ex cap. posuit, de concess. præb. Abb. in cap. post. translationem, n. 26. de renunc. & in cap. litteras à num. 13. restit. spol. Nau. in man. cap. 12. num. 75. Albert. de agnosc. q. 23. à n. 32. Borgas. de irregul. tit. de homicid. à n. 30. fatentur. omnes suprà citati, vnde beneficia ad libitum eo modo tollere posse dicendum est.

5 Tertiò facit, quia beneficia Ecclesiastica inter bona Ecclesiæ computantur, iuxta resoluta in reg. beneficium, de reg. iur. lib. 6 & constat bona Ecclesiæ à libera Pontificis dispositione pendere, ex text. in cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. quæ quidem nequaquam faciunt nisi domini. Postremò facit, quia Christus Dominus potestatem, quam habebat, Petro, & successoribus tradidit, patet ex illo Ioan. 20. sicut me misit pater, &c. & propterea vices Dei terris gerunt, docet Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. de reform. Cardin. in d. Clem. 1. n. 5. Gom. in cap. 1. à n. 36. de constit. in 6. hoc lib. Fusc. de visit. l. 1. cap. 2. num. 2 & constat Christum Dominum dominium habuisse & habere in rebus Ecclesiæ, iuxta illud Apocal. cap. 17. Rex regum, & ex illo Psalm. 21. Regnum ipsius dominabitur omnibus, text. opt. in c. qui Christi 12. q. 2 & in c. cum secundum, ibi, de patrimonio Christi, hoc tit. & in c. cum ex eo 34 de elect. hoc l. gloss. verbo solis & ibi, Abb. Cou. in c. cum in officiis, n. 3. de testam. Marsil. de redd. t. 1. 3. c. 23. n. 92. sic aliàs prædicti aiunt posse Pontificem in beneficiatis quicquid 6
voluerit priuare, mutare, & extinguere, prout in specie tradunt Simon. vbi sup. q. 2. n. 6. Gig. d. 10. n. 6. Dec. in cap. vlt. num. 8. de confirm. vtili, multi quos refert Pinel. in rubr. de rescind. vend. p. 1. c. 2. n. 29. quæ quidē nisi dominus esset non fecisset.

Effectus huius plenariæ potestatis Papæ in benefi- 7
cialibus sunt quamplures. Primò potest præuenire cæteros collatores inferiores, Clem. dudum, §. verum, de sepultur. Roman. cons. 298. num. 2. Flamin. de resign. lib. 1. q. 10. à n. 53. & lib. 7. q. 11. à num. 6. Menoch. cons. 183. plures, quos refert, sequitur Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 8. Azeued. cons. 7. num. 8. & à n. 14.
Lara de anniuersar. & capell. lib. 2. c. 10. n. 14 Azor. 8
d. lib. 6. cap 25. q. 1. & 30. Secundò potest sub conditione etiam de futuro, & quæ non insit, alternatiuè, copulatiuè, & ad tempus collationem facere cap. pastoralis 7. q. 1. cap. veniens, de Presbyt. non baptiz. Selu. d. q. 20. num. 2. & 5. Azor. d. cap. 26. q. 1. plures quos refert, & sequitur Nicol. Garc. de benefic. part. 8. cap. 2. num. vlt.

Verùm contrarium, immò Papam non esse domi- 9
num absolutum beneficiorum, tenuerunt S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. & q. 63. art. 2. Emman. Soar. litt. B. n. 20. Nau. de spoliis, § 3. Sot. d. iust. lib. 3. q. 6. art. 2. Selu. de benef. p. 2. q. 2. num. 26. Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. p. 1. c. 2. n. 30. Corras. de benef. p. 1. cap. 1. à n. 2. Gambar. de offic. Legati, l. 10 n. 385. & seq. Sarmien. lib. 1. select. cap. 8. n. 25. Salzed. ad Bernard. reg. 209. ampl. 5. ob expressam B. Pauli auctoritatem 1. ad Cor. cap. 4. ibi, sic nos existimet homo, &c. & 1. ad Cor. cap. 9. ibi, dispensatio mihi credita est, & 2. ad Cor. cap. 6. & cap. vlt. ibi, secundùm potestatem mihi traditam, & facit illud Lucæ 12. ibi, quis putas est fidelis dispensator, propter quæ hæc sententia non caret probabilitate, sed prima receptior.

Præter Romanum Pontificem.] Collige ex text. Or- 10
dinarium, seu alium præter Papam non posse prouidere, seu conferre beneficium vacans in Curia, idem probat reg. 5. Cancel. gloss. verbo, siue ad nos in Clem. pen. de præbend. Anch. n. 1. Franc. num. 3. Domin. & reliqui scribentes in præsenti, Rot. noua decis. num. 5. de rerum permut. Card. in Clem. 1. vt lite pend. in princip. & n. 17. Rebuff. de nomin. q. 15. n. 27. Simon. in tract. de reseruat. q. 30. num. 1. idem Rebuff. in praxi tit. de reseruat. n. 2. Cou. practic. cap. 36. n. 7. Gom. in reg. de triennali q. 32. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 16. num. 18. Cardin. Tusch. tom. 1. litt. A, concl. 76. Valasc. cons. 163. num. 8. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 30. quæst. 9. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verbo beneficia, vers. ad secundum, pag. 38 Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. à num. 68. Ego
ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 57. num. 22. Vnde 11
si Ordinarius prouideat de beneficio, quod vacauit in Curia, prouisus non habebit titulum coloratum, vt per Valasc. cons. 79. num. 7. & seq.

Limita primò in beneficiis iurispatronatus laico- 12
rum, nam licèt reseruatio hæc iure communi statuta de beneficiis vacantibus in Curia comprehendat beneficia iurispatronatus Ecclesiastici clericorum, non tamen afficit, nec includit beneficia iurispatronatus laicorum, vt per gloss. in præsenti, verbo collatio, tradunt Lap. alleg. 96. Ioan. Lup. in tract. de beneficiis vacant. in Curia, § 11. Rebuff. de nominat. q. 7. n. 21. Roch. de iurepatr. verbo competens, q. 24. n. 54. Cou. pract. c. 36. n. 2. post princ. Spin. in speculo testam. glos. 4. princ. n. 44. Azeued. l. 5. n. 3. tit. 6. l. 1. noua recop. Chald. Pereira in resp. pro Pennarar. dis. n. 1. Perez l. 2. vers. dubiū etiam tit. 6. l. 1. Ordin. pag. 150. Ceual. cōmun. cōtra commun. tom. 4. q. 897. n. 452. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 17. n. 2. Cened. d. collect. 21. n. 2. Ego ipse d. alleg. 57. n. 26.

Limita

13 Limita secundò in beneficiis Regularibus, quæ non veniunt in reseruatione beneficiorum in Curia, vt per Gonzal *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 8. *num.* 11. quem refero ego ipse *d. alleg.* 57. *num.* 29.

14 Limita tertiò in beneficiis de Vrbe, in quibus locū non habet reseruatio de beneficiis vacantibus apud Sedem, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 13. *n.* 14. quem refero ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 32.

15 *Nos itaque laudabilem, &c.*] Notatur ad hoc quòd statutum, seu municipalis lex idem disponens, quod ius commune, addit speciale vinculum, & maiorem vim iuri communi, vt Cou. *practic. cap.* 27. *n.* 2.

16 *Ipsorum electio.*] Ergo beneficia electiua comprehenduntur sub reseruatione huius cap. vt tenent Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. cap. licet. §. statuit, verbo. obstaculo.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 119.

17 *In Curia Romana.*] Nota in reseruatione huius cap. de morientibus apud Sedem nullam constitui ad effectum reseruationis differentiam inter Vrbem & Romanam Curiam, nisi in limitatione casuum expressorū in secunda parte, *cap. præsenti infr. hoc tit. & lib.* vt firmauit Rot. *in Sabinen. beneficij* 24. *Mart.* 1631. coram R.P.D. Verospio, & *in Clusina Parochialis.* 28. *Iunij* 1632. coram R.P.D. meo Pirouano. Curia Romana, seu Papæ ibi dicitur esse vbi est Papa, & non vbi est audientia, seu Concilium Papæ, vt docent Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 13. §. 1. *àn.* 2. D. Barbos. *in l.* 2. *§. legatis, num.* 36. *ff. de iudic.* quicquid dicant Perez *l.* 39. *tit.* 19. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 389. Nicol. Garc. *de benefic p.* 5. *cap.* 1 *à num.* 387. & relati à Cened. *ad Sextum collect.* 21. *num.* 4.

18 *Specialis, & expressa.*] Ergo non omnino idem est specialis, & expressa, vti per Tiraquel. *de iure mariti, gloss.* 7. *num.* 149

19 In gloss. *Dignitatū.* ibi, *Quid de Episcopatibus, vnnquid comprehendantur hac constitutione, &c.* Notatur ad hoc quòd sub reseruatione vacationis in Curia non comprehenduntur Episcopatus, & Abbatiæ, quia sunt speciali nota digna, vt per Monach. *n.* 1. & Prob. *ad eum, num.* 41. & 48. *in præsenti,* Lap. *alleg.* 48. vbi Mandos. *lit. B,* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. cap. licèt, §. statuit, verbo obstaculo,* Franch. Marc. *decis.* 1112. *à num.* 3. *part.* 3. Petr. Gregor. *de re benef. cap.* 24. *n.* 1 In Abbatiis tamen contrarium tenent Dom. *hic, num.* 10. Simonet. *q.* 11. Gonzal. *gloss.* 9. *à num.* 35. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 114.

SVMMARIVM.

1 *Papa si beneficia vacantia in Curia non confert infra mensem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre.*

2 *Text. in præsenti an sit sublatus per Extrauag.* 1. *de præbend. inter communes, ostenditur.*

3 *Capitulum non potest conferre beneficia vacantia in Curia Romana, quæ Papa intra mensem non contulit.*

4 *Claus.* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, *non tollit statuta per Papam edita, siu confirmata.*

5 *Dies termini non computatur in termino si lex ipsa tempus statuens declaret non computari.*

6 *Ordinarius post lapsum mensem potest beneficia in Curia vacantia conferre.*

7 *Papæ nullum tempus est præfixum ad conferendum, nisi in beneficiis vacantibus in Curia.*

8 *Iurisdictione voluntaria, quæ competat iure speciali, vel priuilegio, nullus vti valet extra territorium,*

9 *Dictio,* apud, *pro* in *accipitur.*

10 *Beneficium vacare in Curia, & apud Sedem an differat.*

11 *Mensis de quo in hoc text. currit à die, vacationis non notitia*

12 *Tempus præfixum in negligentium odium, non currit ignoranti, vel impedito, secus quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem præscribitur.*

13 *Fauorabilis, & extendenda materia, quamuis correctoria, dicitur vbicunque agitur de redeundo ad ius primæuum, siue commune.*

14 *Dies termini non computatur in termino quando adiungitur numero dierum, vel mensium cum dict. A, vel Ab.*

15 *Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia potest ea conferre extra propriam diœcesim.*

16 *Episcopus extra suam diœcesim existens potest beneficia vacantia in sua diœcesi conferre.*

27 *Episcopus non potest potestatem conferendi beneficia committere alteri, quàm eius Vicario generali.*

CAP. Statutum. III.

1 EPiscopi per se, vel si in remotis degunt per suos Vicarios generales existentes in diœcesibus, possunt post mensem conferre dignitates, & beneficia vacantia in Curia si non fuerint priùs per Papam collata, numerando mensem à die vacationis, dummodo Vicariis hoc sit legitimè commissum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan Andr. Butr. Domin. Monach. Anchar. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 70. Alagona *in compend. pag.* 384. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 Textum *in præsenti* sublatum esse per *Extrauag.* 1. *de præbend. inter communes.* quæ incip. *Pia sollicitudinis,* vbi statuitur quòd beneficia vacantia apud Sedem etiam post lapsum mensis sint Papæ reseruata, tradunt Rot. *deci.* 12. *ante n.* 1. *de præbend. in nouis,* Miles *in repert. verbo beneficia reseruata vacantia in Curia* Lap *alleg.* 96. *in princ.* Simon. *de reseruat. q.* 30. *num.* 3. Gom. *in reg. de trienn. q.* 31. *num.* 5. *vers. & ideo ob eam causam,* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 5. *proœm. à num.* 148. Rot. *in Clusina Parochialis* 28. *Iunij* 1632. coram R.P.D. meo Pirouano, *in fin.* Verùm Æn. de Falcon. *q.* 4. *princ. effectu* 6. *n.* 2. ait, non esse magnum peccatum tenere quòd text. in præsenti non sit derogatus per *d. Extrauag.* eo quòd Bonifacius voluit inseri hunc text. in hoc libro sexto Decretalium, & si esset abrogatus, non insereretur, vt dicit idem Bonifacius *in proœmio huius libri in fin,* ibi, *nullas alias præter illas, quæ inseruntur, aut specialiter reseruantur in eo Decretales, aut Constitutiones à quibuscunque nostris prædecessoribus Romanis Pontificibus post editionem dicti voluminis promulgatas recepturi vlterius, aut pro Decretalibus habituri,* præsertim quia *d. Extrauag.* 1. eiusdem Bonifacij de anno primo sui Pontificatus, & longè postea fuerit compilatus hic liber sextus, videlicet anno quarto, nonis Martij. & ideo cùm in hoc libro non reperiatur inserta dicta Extrauagans, sed hic text. dicit ille auctor quòd ipse Bonafacius ex aliqua causa motus voluit text. hunc obseruari, dubitant etiam de dicta reseruatione Zerol *in praxi Episc. part* 1. *verbo beneficium, §.* 3. *dub.* 4. & *part.* 2 *verbo reseruatio, §.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num* 99.

3 *Vt ij ad quos, &c* Notatur ad hoc, quòd Capitulum non potest conferre beneficia vacantia in Curia Romana, quæ Summus Pont. intra mensem non contulit, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *q.* 7.

4 *Statuto non obstante prædicto* Notatur ad hoc quòd clausul. *Non obstantibus statutis Ecclesiæ,* non tollit statuta per Papam edita, vel confirmata, vt per Brunor.

Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo clausula, n.* 31. & alios per me citatos *in tract. de claus. vsufreq. claus.* 84. *num.* 1 *in vltim. impress.*

5 *A die, quo dignitates*, &c.] Notatur ad hoc quòd dies termini non computantur in termino, si lex, aut constitutio ipsa tempus statuens declaret non computari, vt per Tiraquell. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 11. *num.* 42.

6 *Ea conferre valeant*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Papa non conferat post lapsum mensem, potest Ordinarius conferre beneficia in Curia vacantia, vt per gloss. Anchar. Dominic. & reliquos *in præsenti*, Gom. *de expectat. num.* 21. *& in reg. de triennali q.* 31. Simon. *de reseruat. q.* 30. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de reseruat. num.* 2. Staphil. *de litteris gratiæ in prælud. num.* 20. *& tit. de vi, & effectu clausul.* §. *sextò sequitur, num.* 7. Massob. *in praxi habendi concursum req.* 7. *dub.* 48. vbi ait hodie litteras de beneficiis vacantibus in Curia datari sub die obitus, Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 37. *n.* 3. *part.* 2. Ioan. à Cochier *super reg.* 1. *Cancel. n.* 22. *vers. prima igitur*, Nicol. Garc.

7 *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 96. non operatur tamen hæc restrictio ad mensem, vt post mensem omnino excludatur Papa, vt conferre non possit, sed ad hoc tantùm, vt post hunc mensem manus Ordinarij vlterius non censeantur ligatæ, & ideo potest Papa moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra mensem non contulerat, si tamen res sit integra; ita Massobr. *in praxi habendi concursum requis.* 7. *dub.* 49. secundùm Romanam impress. quos refero ego ipse *de offic. Episcopi. part.* 3. *allegat.* 57. *sub num.* 24. iuxta Lugdunens. impres. & hoc habet tantùm locum in reseruatis propter vacationem in Curia, in cæteris autem nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum. vt per Franch. *hic num.* 6. Granut. *ad Simonet. q.* 47. *n.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 5. *proœm. à num.* 143. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 97. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 57. *sub. num.* 24.

8 *In eorum diœcesibus existentes.*] Notatur ad hoc quòd nullus extra territorium vti valet voluntaria iurisdictione, quæ competat iure speciali, vel priuilegio, vt per Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *n.* 9. *vers. cæterùm.*

9 In gloss. *In Curia.* ibi, *& sic idem est dicere in Curia, quod apud Sedem.* Ergo dictio, *apud*, pro *in*, accipitur, iuxta tradita per Cened. *post. lib. pract. & canon. quæst. sing.* 19. *num.* 6. & per me *in tract. de diction. vsufrequent. dict.* 40. *n.* 5. secundùm Lugdun. impress.

10 Notatur etiam ad hoc quòd idem est vacare beneficium in Curia, & apud Sedem Apost. vt per Couar. *pract. cap.* 36. *num.* 4. *vers. cæterum.* Sed an hoc verum sit, & quæ detur differentia inter vnum, & alterum modum, dixi *de officio, & potestate Episcopi. part.* 3. *allegat.* 57. *post. num.* 24. secundùm Lugdunensem impression.

11 In gloss. *Numerandum.* ibi, *est ergo expressum istud tempus non a tempore scientiæ, sed vacationis currere.* Notatur ad hoc quòd mensis, de quo in hoc text. currit à die vacationis, non notitiæ, vt per Zerol. *in praxi*

12 *Episc. p.* 2. *verbo reseruatio, vers. decimò.* Licèt autem tempus præfixum in negligentium odium non currat ignoranti, vel impedito, tamen secus est quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem præscripitur, vt per Sanch, *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 19.

13 In ead. gloss. ibi, *Item per hanc reditur ad ius commune*, &c. Notatur ad hoc quòd quando agitur de redeundo ad ius primæuum, siue commune, etiamsi materia correctoria sit, semper dicitur fauorabilis, & extendenda, vt per Nicol. Euerard. *in loco à ratione legis larga, num.* 29. Curt. iun. *cons.* 99. *n.* 3. Osasch. *Pedem. decis.* 147. *num.* 20. Villag. *in tract. de extens. legum rubr. de extens. legis correctoriæ. n.* 9. *& rubr. de extens. legis correct. & pœnalis simul à n.* 72. Couar. *lib.* 3. *var. c.* 6. *num.* 4. Tiraq. *de iure primog. q.* 24. *num.* 6. Menoch. *cons.* 187. *n.* 16. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 193. Gutier. *cons.* 1. *n.* 37. Chald. Pereira *in lib. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n.* 82. *& de resolut. emphyt. cap.* 13. *num.* 21. *& cap.* 14. *n.* 25. *& de empt. cap.* 9. *num.* 8. *& cap.* 33. *n.* 53. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 12. *num.* 2. Farinac. *fragm. crimin. part.* 1. *litt. E, num.* 86. & constitutio, quæ reducit materiam iuxta terminos iuris antiqui, potest dici irrationabilis, neque odiosa, vt per Butr. *in cap. olim.* per illum text. *de verb. signif.* Rip. *in l. si constante, num.* 61. *ff. soluto matrimon.* Folin. *in cap. cùm accepissent col.* 2. *num.* 3. *de constitut.* Osasc. *decis.* 147. *num.* 20. bene Alex. *cons.* 227. *num.* 6. *lib.* 6. quos refert Rot. *Sabinen. Castri montis Rotundi* 8. *Februarij* 1627. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano *in vers. fuit præterea.*

In ead. gloss. ibi, *Tertium quòd non fit computatio de momento ad momentum*, &c. Notatur ad hoc quòd dies termini non computatur in termino quando adiungitur numero dierum, vel mensium cum dict. A, vel Ab, vt per Tiraquell. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 11. *n.* 51. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 161. *num.* 1. *&* 2. 14

In gloss. *Per se ipsos.* ibi, *qui statim cùm vacabant beneficia*, &c. Notatur ad hoc quòd Vicarius Episcopi habens potestatem conferendi beneficia, potest ea conferre extra propriam diœcesim, vt per Boër. *decis.* 30. Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 62. *num.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 127. *num.* 1. *cum seqq.* 15

In gloss. *In remotis.* ibi, *& dixerunt quidam per hanc litteram quòd quis extra suam diœcesim existens*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus extra suam diœcesim existens potest conferre beneficia vacantia in sua diœcesi, vt per Couar. *d. cap.* 20. *n.* 8. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo beneficia, vers. ad nonum. pag.* 53. 16

In gloss. *Id canonicè.* Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest potestatem conferendi beneficia committere alteri, quàm eius Vicario generali, vt per Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 6. *ad finem.* 17

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Prouisio facienda est non in pensione, sed in beneficiis vbi mandatur prouideri vsque ad certam summam.*
3 *Pensio in dispositionibus odiosis non venit appellatione beneficij.*
4 *Cathedralis Ecclesia continetur in mandato de prouidendo in aliqua Ecclesiarum diœcesis, vel ciuitatis.*
5 *Canonicatum, vel præbendam habere in Ecclesia Cathedrali est magnus, & præeminentia.*
6 *Declaratur text. in cap. pro illorum* 22. *hoc tit. in Decretalib.*
7 *Cathedralis Ecclesia continetur in mandato de prouidendo in aliqua Ecclesiarum prouincia.*
8 *Dictio*, vsque, *vbi ponitur in litteris, venit ascensiuè.*
9 *Nomen Sancti exprimi non solet in Cathedralibus Ecclesiis, sed in inferioribus fit.*

CAP. Quamuis. IV.

Papa quando scribit alicui Prælato, vt prouideat alicui vsque ad certam summam, v. g. centum aureorum,

aureorum. Prælatus non potest prouidere de hac summa in pensione super beneficio, nisi in litteris fiat expressa mentio de pensione, sed debet prouidere in beneficio. Litteræ tamen super obtinendis beneficiis debene strictè interpretari, quia sunt ambitiosæ, & odiosæ, & Papa mandans quòd quis prouideatur de beneficio in aliqua Ecclesia Ciuitatis, vel diœcesis, non intelligitur in Ecclesia Cathedrali, licet aliàs sub nomine Ecclesiarum Ciuitatis intelligatur Cathedralis. Cùm verò mandat aliquem prouideri in aliqua Ecclesiarum prouinciæ, tunc intelligitur etiam Cathedralis, & Metropolitana. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 3 pag. 71.* Alagona *in compendio, pag. 348.* remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concordant. p. 1. & 2.*

2 *Non in persona, sed in beneficiis*, &c.] Collige ex text. quòd in mandato de prouidendo vsque ad certam summam non in pensione, sed in beneficiis prouisio facienda est, ita gloss. *verbo in pensione*, Domin. Anchar. & Franch *num. 2. in præsenti*, Cardin. *in Clem. per litteras, num. 5. in fine, hoc tit.* Gom *in tract. de expectatiuis, num. 92.* Gig. *de pensionib. quæst. 28.* Intellige vt procedat in litteris, seu mandatis, quæ ad impetrantis petitionem conceduntur, patet si expendas huiusmodi litteras esse quidem odiosas, nam licèt solius liberalitatem concedentis nullius tertij contineant præiudicium. & sic fauorabiles videantur, meritò tamen odiosæ sunt censendæ ob ambitionem, quam continent ex parte impetrantis, iuxta reg. text. *in l. si quemquam 30. vers. tantùm. Cod. de Episc. & cleric.*
3 fatetur text. *in præsenti*, ibi, *ambitiosè impetrantes*, ac proinde ad pensiones non esse extendendas, vt text. habet: licèt enim verum sit in depositionibus odiosis venire ea, quæ ex lata verbi significatione continentur, tamen pensio cum nullo modo sit beneficium Ecclesiasticum, appellatione beneficij Ecclesiastici, nec ex lata significatione, nec aliquo modo continetur, per ea quæ resoluunt Rebuff. *in tract. de pacificis possess. quæst. 114. & in tract. de nomin. quæst. 9. num. 36.* Azeued. *l. 1. n. 5. tit. 4. lib. 1. noua recop.* Flamin. *de resignat. benef. lib. 1. quæst. 10. num. 69. & lib. 2. quæst. 15. à n. 11. & lib. 11. quæst. 4. num. 31. & seqq.* Quintanad. *ecclesiast. lib. 1. c. 3. num. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 5. num. 2.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 5. quæs. 2. & lib. 8. cap. 5. quæs. 4.* Soar. *tom. 5. de censuris disput. 15. sect. 1. num. 7.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect. 425. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 71. num. 4. part. 3.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 23. num. 35.* Ricc. *de iure personarum, lib. 5. cap. 19. n. 6.* Grilenz. *cons. 36. à numero 16.* Anton. Fabr. *in praxi & theorica benefic. tit. de pension. benefic. à num. 1.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarch. part. 5. disp. 14. §. 13. à princip.* Ego ipse *de appellatiua verbor. vtriusque iuris signific. appell. 32. num. 2. & de iure Ecclesiast. lib. 3. c. 11. de pensionib. à princ.* & constat textum *in præsenti* agere de beneficiis Ecclesiasticis, patet ex aduersatiua, *tamen*, de qua *hic*. Amplia procedere in beneficiis Curatis, in illis enim virtute litterarum prouisio non est facienda sicut in pensionibus, vt text. dicit, de quo vide dicta *ad cap. cùm in illis 16. in princip. infr. hoc tit.* Limita text. non procedere quando litteræ Motu proprio conceduntur, de quo vide posita *ad cap. si pluribus 24. infra hoc eod. tit.*

4 *Quamquam sub nomine Ecclesiarum*, &c.] Collige ex text. quòd in mandato de prouidendo in aliqua Ecclesiarum, diœcesis, vel ciuitatis, non continetur Ecclesia Cathedralis, ita gloss. *verbo includit.* Domin. *num. 2.* Franch. *numer. 5.* & reliqui *in præsenti*, Abb. *in cap. postulasti num. 2.* vbi Dec. *num. 6. de rescript.* idem Abb. *in cap. vlt. num. 6. hoc tit.* Cardin. *n. 8. in Clem. 1. de suppl. negl. Præl.* Staphil. *de litteris gratiæ tit. de forma expectatiuarum. §. nona forma à num. 32.* Simon. *de reseruat. quæst. 11. n. 7.* Cou. *in cap. alma mater, part. 2. §. 1. n. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. num. 5. & gloss. 10. num. 3.* Habere enim Canonicatum, vel præbendam in 5
Ecclesia Cathedrali est magnus honos, & præeminentia, vt ex hoc text. colligunt Gom. *in cap. statutum à num. 24. de rescript.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 39.* Non obstat text. *in cap. pro illorum 24. hoc tit. in Decretal.* quia omissis variis intellectibus, quos adducit Staphil. *vbi supr. n. 32.* respondetur textum agere de mandato de prouidendo, quod secundùm verba ibi prolata, & intentionem concedentis, comprehendebat Ecclesiam Cathedralem.

Secus autem, &c.] Collige ex text. in mandato de 6
prouidendo in aliqua Ecclesiarum prouinciæ contineri Ecclesiam Cathedralem, in gloss. *verbo prouincia*, Domin. *num. 9.* Anchar. *num. 4.* Franch. *num. 8* & reliqui *in præsenti*, sic limitatur hic text. *in versic. præcedenti*, propter rationem de qua *hic*. Amplia text. procedere quando mandatur prouideri in aliqua Ecclesia Patriarchatus Regni, tunc enim non solùm in Cathedrali, verùm etiam in Metropolitana est facienda prouisio, ita Domin. & Franc. *dictis locis.*

In gloss. *Vsque ad certam.* ibi, *& cùm istud, vsque,* 7
ponitur in litteris, intelligo quòd venias ascensiuè. Vide quæ dixi *in tract. de dictionibus diction. 436.* secundùm Lugdun. impress.

In gloss. *Non extendit.* ibi, *quia in Cathedralibus Ec-* 8
clesiis non soles exprimi nomen Sancti, sed in inferioribus sic. Ita Menoch. *de arbitr. casu 201. num. 134.* Rendin. *in prompt. recep. sentent. tom. 1. tit. 7. n. 18.* vbi latè disputat, Rebuff. *in tract. de nominat. q. 9. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium seculare impetranti prouidetur de beneficio per seculares clericos vsque ad præscriptionem legitimam possesso.*
2 *Clerico seculari Prioratum impetranti simpliciter non prouidetur de consueto per Religiosos gubernari.*
3 *Possessionem continuam habere oportet ad inducendam præscriptionem circa statum, & qualitatem beneficij.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum præscriptionem recipit.*
5 *Beneficij status vt proscribatur requiritur tempus quadraginta annorum.*
6 *Beneficium seculare, quod antea per clericos seculares administrabatur, si per 40. annos continuè. & pacificè ab vno, vel pluribus Monachis in eo institutis fuit gubernatum, in Regulare transformatur.*
7 *Beneficia Regularia dicuntur illa, quæ per 40. annos consueta sunt regi per viros Regulares, & quæ per Regulares regi debent, vt num. 13.*
8 *Beneficium Regulare obtentum per seculares spatio 40. annorum efficitur seculare.*
9 *Tempus 40. annorum sufficit, vt prædium assumat qualitatem rei liberæ.*
10 *Beneficium de sui natura manuale potest ex consuetudine effici perpetuum.*
11 *Actus quis sufficiens indicetur ad confirmandam, & inducendam consuetudinem, ostenditur.*
12 *Beneficium Regulare non potest concedi clericis secularibus, nec è conuerso.*
14 *Beneficia omnia secularia in dubio præsumuntur, nisi Regularia probentur.*

Cap. Cùm de beneficio. V.

1 PApa quando mandat aliquem prouideri de benefi
cio consueto assignari clericis secularibus, si legiti-
mè, & pacificè clerici seculares possederunt benefi-
cium Regulare, ita vt compleuerint legitimam præ-
2 scriptionem, id est, quadraginta annorum, potest de
illo prouideri. Item si scribatur aliquem clericum se-
cularem prouideri de Prioratu, non potest prouideri
de Prioratu solito gubernari per Regulares, nisi hoc in
litteris caueatur expressè. Colligunt ex Ordinar. Lap.
Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Archid. Ancharan. Butr.
Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib* 3.
pag. 72. Alagona *in compend. pag.* 384. remissiuè Xi-
men. *in concord. part.* 1. & 2.

3 *Continuè.*] Ergo ad inducendam præscriptionem
circa statum, & qualitatem beneficij oportet conti-
nuam habere possessionem, vt per Balb. *de præscript.* 3.
part. 6. *princ. in princ.* Couat. *in reg. possess. part.* 1. §. 12.
à princ.

4 *Vt præscriptio legitima*, &c.] Collige ex text. benefi-
cium Ecclesiasticum præscriptionem recipere, vt per
gloss. *verbo legitima*, Domin. Anch. *notab.* 4 Franch. &
omnes *in præsenti*, Selu. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 11.
num. 127. Gom. *de expectat. num.* 68. Staphil. *tit. de for-
mis expectatiuarum super* 8. *forma, num.* 4. Rebuff. *in
praxi benef. tit. Regularia beneficia.*

5 Et ad præscribendum statum beneficij requiri tem-
pus quadraginta annorum, tradunt Anchar. *in princip.*
Franch. *num.* 5. *in præsenti.* Staphil. *d.* §. 8 *forma, n.* 4.
Rebuff. *d. tit. Regularia beneficia, num.* 1. Fusc. *de vi-
sitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 14. Chald. Pereira *in resp. pro
monasterio de Offera, numer.* 1. Gutier. *practic. lib.* 3.
quæst. 18. *num.* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss* 7. *n.* 8.
6 & *gloss.* 8. *num.* 32. Valasc. *cons.* 99. *num.* 4. Vnde bene-
ficium seculare, quod antea per clericos seculares ad-
ministrabatur, si per 40. annos continuè, & pacificè
ab vno, vel pluribus Monachis institutis in eo fuit
gubernatum, in Regulare transformatur, & Regulare
dicitur, secundùm Nauar. *consil.* 8. *à numer.* 1. *hoc tit.*
Chald. Pereira *de renouat. quæst.* 15. *num.* 20. *cum seqq.*
7 Gonzal. *dict. gloss.* 7. *numer.* 8. *num. seqq.* nam Regula-
ria beneficia dicuntur illa, quæ per 40. annos consue-
ta sunt regi per viros Regulares, ex Rebuff. *de nomi-
nat. quæst.* 15. *num.* 23. & *in praxi benefic. tit. Regula-*
8 *ria beneficia numer.* 1. Gonzal. *dict. gloss. num.* 31. Sic
è conuerso beneficium Regulare obtentum per secu-
lares per annos 40. & vltra, efficitur seculare, Felin. *in
cap. in nostra, numer.* 43. *de rescript.* Achil. de Graffis
decis. 8. *num.* 3. *de restit. spoliat.* Cephal. *cons.* 358. *n.* 16.
cum seqq. & *num.* 20. *lib.* 3. Mascard. *de probat. concl.*
172. *num.* 2. 10. & 20. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1.
resolut. 20. *num.* 5.

9 Tempus enim quadraginta annorum sufficit, vt
prædium assumat qualitatem rei liberæ, ex Valasc.
10 *cons.* 95. *numer.* 4. & 11. Et beneficium de sui natura
manuale potest ex consuetudine effici perpetuum, &
vice versa, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss* 5. §. 6.
num. 34 & 38.

11 *Ab vno, vel pluribus.*] Notatur ad hoc quòd quam-
uis in consuetudine regulariter binus actus requira-
tur, si tamen vnicus tantùm occurrerit, isque habue-
rit tractum successiuum, ac continuationem per tem-
pus requisitum ad consuetudinem inducendam, is
actus solus ad confirmandum, & inducendam con-
suetudinem sufficiens erit, vt per Molin. *de primogenitis,
lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 26. Gutier. *practic. lib.* 2. *quæst.* 73.
numer 2.

12 *Non potest de Prioratu*, &c.] Notatur ad hoc quòd
beneficium Regulare non potest concedi clericis se-
cularibus, vel è conuerso, seculare Regularibus, vt per
Ancharan. *numer.* 1. Franch. & reliquos scribentes *in
præsenti*, Concil. Tridentin. *sess.* 14. *de reformat. cap.*
10. & *sess.* 25. *de Regularibus. cap.* 21. Selu. *de benefic.
part.* 3. *quæst.* 11. *num.* 130. & *quæst.* 58. Gomes. *de ex-
pectat. num.* 68. Cosm. *in pragmatic. Sanct. tit. de col-
lat.* §. *illi verò, verbo Religiosis.* Borgas. *de irregular.
part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 23. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de
dispensation. cum Regular.* & *in tract. de pacific. possess.
num.* 259 Corras. *de benefic part.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. Co-
uarr. *in cap.* 2. *n.* 2. & 3. *de testament.* Hosed. *de incom-
patibilitat. benefic. in cap. fin. n.* 92. Nau. *consil.* 3. *hoc
tit.* Flamin. *de resignation. benefic. lib.* 4. *q.* 5. Fr. Emman.
quæst. Regular. tom. 1. *quæs.* 34. *art.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancel. gloss. 7. *à num.* 3. & *gloss.* 8. Cardin. Tusch. *lit. B,
concl.* 67. Aloys. Ricc. *in collect. part.* 4. *collect.* 763.
Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 574. *num.* 15. *cum
seqq.* Regularia enim beneficia sunt, quæ per Regula- 13
res, seu Religiosos regi debent, Nicol. Garc. *de benef.
part.* 1. *cap.* 6. *num.* 13.

Nisi hoc in litteris, &c.] Notatur ad hoc, quòd se- 14
cularia præsumuntur in dubio omnia beneficia, nisi
Regularia probentur, vt per Nauar. *consil.* 8. *num.* 1. *sub.
hoc tit.* Mascard. *de probat. conclus.* 172. Zerol. *in praxi
Episcop. part.* 1. *verbo beneficium, vers. decimo secundo,*
Couar. *in reg. possessor. part.* 2. §. 1. *num.* 1. Gonzal. *ad
reg.* 8. *Cancel. gloss.* 7. *in princ.*

In gloss. *Ab vno.* Notatur ad hoc quòd vnica præ- 15
sentatio sufficit ad constituendum præsentantem in
possessione præsentandi si præsentatus per 40. annos
possederit, nec vnquam venerit casus nouæ præsenta-
tionis, vt per Franc. *hic numer.* 3 Felin. *in cap. in nostra,
numer.* 41. *versic. cæterum, de rescript.* Feder. de Senis
cons. 234. *num.* 4. *in princip. versic. ad id quod quæri-
tur.* Cardin. *cons.* 62. *num.* 8. Decian. *cons.* 134. *numer.* 1.
ante fin. versic. & *in casu.* Achil. *decis.* 5. *num.* 1. *de iu-
repatron.* Rot. *in Bergonen. capellania* 18. *Maij.* 1629.
coram R. P. D. Merlino, quia quando actus habet cau-
sam successiuam, & permanentem, nec non continua-
tionem temporis requisiti, inducit præsumptionem
sufficientem, quamuis sit vnicus. Abb. *in cap. fin. n.* 17.
vers. distingue tamen, de consuetudine, Dec *d. concl.* 534.
num. 2. *circa fin.*

SVMMARIVM.

1 *Personatum habere cum cura, & prabendam, cui
annexa est Parochialis Ecclesia, non est contra
Concilium generale, & num.* 2.

3 *Dignitas aliquando est sine cura, & administratio-
ne spiritualium.*

4 *Cura annexa non est facienda mentio.*

5 *Vicarius Ecclesiæ Parochialis vnitæ prabendæ an
habeat illius curam, vel potiùs prabendarius? re-
missiuè.*

6 *Residere tenetur quis in Ecclesia principali, non au-
tem in annexa.*

7 *Beneficia plura etiam incompatibilia possunt ratione
vnionis ab vno obtineri.*

Cap. Super eo. VI.

PErsonatum habens, potest habere simul & præ-
bendam, cui sit annexa Ecclesia Parochialis cum
cura animarum sine dispensatione. Colligunt ex Or-
dinar. Lap. Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Archid. An-
char. Butr Dominic. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3.
pag. 73. Alagona *in compend. pag.* 385. remissiuè Xi-
men. *in concordant part.* 1.

Hanc

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Abb. *in cap. exposuisti num. 3. & in cap. extirpanda §. quia vero in 2. lect. n. 27. hoc tit. in Decretalib.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma, & declaratio noua prouis. verbo cum annexis*, Hoied. *de incompatibil. benefic. p. 1. c. 13. n. 50. & part. 2. cap. 3. à princip.* Fusc. *de visitatione lib. 2. cap. 7. num. 8.*

3 *Simul cum personatibus.*] Notatur ad hoc, quòd dignitas aliquando est sine cura, & administratione spiritualium, vt per Boer. *decis. 286. n. 6.*

4 *Quibus Parochiales Ecclesiæ sunt annexa,* &c.] Notatur ad hoc, quòd de cura annexa non est facienda mentio, vt per Card. *in Clem. vnic. n. 6. quæst. 9. de offic. vicar. & consi. 30 ante num. 1. vers. ex hoc videtur*, Felin. *in cap. postulasti n. 1. vers. si enim cura, de rescripi.* Gutier. *allegat. 8. n. 9.* Menoch *de arbitr. casu 201. num. 67.* Rebuff. *in tract. nomin. q. 9. n. 14.*

5 In gloss. *Annexa.* ibi, *sed an ipse Vicarius, vel ipse præbendarius curam animarum illius Parochiæ habeat,* &c. Hanc quæstionem latè disputaui *de offic. & potestate Episcop. p. 1. tit. 2. gl. 17. à n. 41. & in collect. ad cap. vlt. de offic. Vicar. in Decretalib.*

6 In gloss. *Non obuet.* ibi, *quia in Ecclesia annexa præbenda non tenetur residere.* Notatur ad hoc, quòd in Ecclesia principali, non verò in annexa tenetur quis residere, vt per Rebuff. *in repet. cap. extirpanda § qui verò, notab. 4. sup. hoc tit.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. c. 2. n. 23.*

7 In ead. gloss. ibi. *Ergo constitu. de multa hic locum non habet.* Notatur ad hoc, quòd ratione vnionis possunt obtineri ab vno plura beneficia etiam incompatibilia, vt per Flamin. *de resign. benefic. lib. 3. q. 1. n. 119.* Gutier. *allegat.* 8. Gonzal. *ad reg. 8.* Cancel. *gloss. 5. §. 7. num. 21.*

8 In gloss. *Dispensatio.* Vide quæ dixi *in collect. ad cap. eam te, de rescript. in Decretal.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum in impetratione inspicitur data, non præsentatio, vel receptio.*
2 *Prioritas iuris in beneficiis consideratur ex tempore tituli, non verò ex tempore traditionis.*
3 *Datæ tempus, non verò præsentationis in litteris Apost. inspicitur, si gratia sit perfecta, vt n. 4.*
5 *Declaratur* text. in cap. dilectus, hoc tit.
6 *Declaratur* text. in cap. super eo, de appell.
7 *Limitatur, & declaratur* text in præsenti.
8 *Canonicatus absque præbenda conferri potest.*

CAP. Eum, cui. VII.

1 DAta, & non præsentatio, vel receptio in beneficiis assequendis consideratur, & is præfertur alij, qui priùs habuit datam. Colligunt ex Ordinar. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Ancharan. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 73.* Alagona *in compend pag. 385.*

2 *Licèt nondum sit in ea receptus.*] Collige ex text. quòd prioritas iuris in beneficiis consideratur ex tempore tituli, non verò ex tempore traditionis, ita gloss. *verbo primo*, Franch. *num. 1.* Ancharan. *num. 2.* Domin. *num. 3. in præsenti.* gloss. communiter recepta *verbo collatio in cap. penult. hoc tit.* tradunt omnes *in cap. si tibi absenti, infr. hoc eod. tit.* resoluunt Couar *lib. 3. var. cap. 16. num. 1. & in cap. quamuis pactum p. 2. §. 4. num. 15.* Gom. *in reg. de non tollendo iure quæsito q. 1. pag. 34.* Probatur, quia talis prioritas iuris, & prælatio non aliter consideratur quàm ex dominij translatione, ex reg. text. *in l. quoties C. de rei vendic.* vbi omnes notant, & constat dominij translationem in beneficiis Ecclesiasticis non fieri ex traditione ipsius beneficij, sed solo titulo à superiore legitimè obtento, *cap. si tibi absenti. inf. hoc tit. cap. 1. & c. eo, qui mittitur in possess. hoc lib.* ideo prioritas iuris in beneficiis Ecclesiasticis non ex traditione, sed ex titulo considerari dicendum est.

Licet isti, &c.] Collige ex text. quòd in litteris 3 Apost. inspicitur tempus datæ, non verò tempus præsentationis, id enim probant text. *in cap. eam te, de rescript. & in cap. si eo tempore, & in cap. sibi qui, eod. tit. hoc lib.* tradunt Domin. Anchar. & alij *in præsenti,* gloss. *verbo tempore in cap. 2. de decimis hoc lib.* gloss. *verbo Canonicus in cap. statutum, de rescript.* Innoc. *in cap. mandatum, eod. tit.* Abb. *in cap. dilectus num. 7. hoc tit* Dec. *num. 5.* Felin, *num. 18. in d. cap. eam te,* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 7. num. 58.* Cuch. *instit maior. lib. 1. de rescr pt. tit. 4. num 26.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 1. q. 6. n. 31. & lib. 8. q. 8. n. 112.* Mat. Ant. *var. resol. lib. 1. resol. 24. n. 12.*

Intellige in gratia perfecta, non verò quando gra- 4 tia proponitur imperfecta, patet si expendas data gratiæ perfectione statim acquiri ius impetranti, vt probat text. *in cap. si postquam, & in cap. quia sæpe 25. & in cap. penult. inf. hoc tit.* aduertit Mandos. *reg. 12. Concell. q. 5. num. 2.* Franch. *in cap quia sæpe.* [illegible] *tit. num. 2. & in d. cap. penult.* in quo iure omnibus [illegible] præferendus est ille, qui litteras impetrauit, non sic si gratia imperfecta proponatur, in qua ius statim non quæritur, sed postquam executioni mandatur, iuxta ea, quæ resoluunt Staphil. *de litteris gratia tit. de mandatis de prouidendo § etiam forma,* Fusc. *de visitat. lib. 1. c. 33. n. 9.* idque colligitur ex verbis huius text. ibi, *collatum est*, quæ concludunt perfectam esse gratiam de qua hic agitur.

Non obstat *cap. dilectus 27. hoc tit.* quia agit de gra- 5 tia imperfecta, id est, de mandato de prouidendo, in quo non constat dari clausulam decreti irritantis, nec executorem ad prouidendum, qui data intimatione affectam faciant præbendam, iuxta text *in dicto cap. tibi qui, & in cap. si à Sede Apostolica, infrà hoc eodem tit.*

Nec obstat *cap. super eo 12. in fine, de appellat.* quia 6 si respondetur textum illum, & iura similia procedere quoad vsum, & exercitium potestatis, ad quod necessaria est præsentatio, vt docent Felin. *in d. cap. eam te, num. 21.* Molin. *d. cap. 7. num. 58* Gom. *in cap. 1. de rescript. hoc lib. num. 51.* Staphil *de litteris gratia tit quibus modis expirent litteræ ad beneficia, in princ. numero 5.*

Limita primò, text. *in præsenti*, non procedere 7 quando secundo impetranti virtute litterarum debetur dignitas, quæ habet annexam præbendam illam vacantem per ea, quæ notaui *ad c. quia sæpe, hoc eod. tit.*

Limita secundò non procedere si præbenda esset sacerdotalis, & secundus impetrans haberet ætatem requisitam, non verò primus, de quo vide posita *ad c. si eo tempore, de rescript. hoc lib.* Vtrùm autem text procedat quando non constat qui prius litteras Apostolicas obtineat, vide notata *ad c. duobus, de rescript. hoc libro.*

Canonicatus.] Collige ex text. quòd Canonicatus 8 conferri potest absque præbenda, idem probat text. *in c. dilectus, & in c. zelatum 9. & in c. pro illorum 22. hoc tit. & in c. vltim in princ. & in versiculo illos, inf. de concess. præbend.* tradunt gloss. *verbo receperunt,* vbi Abb. *num. 16.* Dec. *num. 3. in c. cum M. de constit.* vbi communis.

Cap. Si pro Clericis. VIII.

1 Papa si scribit alicui Ordinario quòd prouideat alicui de beneficio etiam Curato, & talis prouidendus non habet Ordinem requisitum, potest Episcopus illi prouidere de beneficio etiam Curato, sed prouisus tenetur primis temporibus à iure statutis accipere Ordioes, quos beneficium requirit, quamuis in litteris non fuerit facta mentio quòd Ordinem non habet. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Ancharan. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 74.* Alagona. *in compend. pag. 385.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmat Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quaes. 9. vers. nec obstat, & cap. 8. quaes. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Mandato alterius super prouisione facienda per Papam impleto prouisio auctoritate Papa intelligitur esse facta, &* num. 2.

3 *Intellige, quando Papa adiecit in rescripto,* auctoritate nostra, *vel apposuit in mandato de prouidendo verbum,* praecipimus, *vt num. 4.*

5 *Receptio in Canonicum facta per Legatum à Latere non censetur fieri auctoritate Apost.*

Cap. Si eum. IX.

1 Legatus quando mandat, quòd aliquis prouideatur de beneficio, vt de Canonicatu primò vacaturo, & deinde Papa dicit quòd secundùm litteras sui Legati illum recipiant, recipitur tunc Apost. auctoritate, & Legati, & est praeferendus in praebenda aliis receptis auctoritate Legati, vel alia auctoritate. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 75.* Alagona *in compend. pag. 387.*

2 Hanc eandem conclus. probat text. *in cap. si Apostolica 22. inf. hoc eod. tit.* glos. *in verbo concedimus,* vbi Domin. *num. 5.* & Franch. *num. 4. in cap. cum aliquibus, de rescript. hoc lib. glos. vlt. in cap. hi qui, inf. eod.* Cassad. *decis. vnic. de confirm. vtili,* Gom. *in cap. 1. num. 12. de iudic. hoc lib.* Intellige vt procedat quando Papa adiecit, prout *hîc,* in rescripto verbum, *auctoritate nostra,* secus si tale
3 verbum non addatur, patet si expendas in casu huius text. tractari de suscitanda, & confirmanda potestate Legati, ad quem aliàs attento iure praedicta potestas competebat, vnde necessarium fuit dictum verbum adiicere, vt prouisio Apost. censeretur iuxta *suprà* resoluta, aduertit Domin. *num. 3. in d. cap. hi qui,* sic aliàs si mandatum de quo *hîc,* processerit à Legato, qui de Latere non esset, tunc cùm talis Ordinarius non sit in collatione beneficij, ex *d. cap. 1.* quantumcumque verbum, *auctoritate nostra,* de quo *in text.* non apponeretur, adhuc receptus virtute mādati, auctoritate Apost. recepi diceretur, siquidem etiam remota confirmatione Pontificis ipsa prouisio à tali Legato facta Apostolica dicebatur, vt probat text. *in d. cap. hi qui, in 2. parte.*

4 Vnde ex his infertur decisionem huius text. procedere similiter quando Pontifex verbum *praecipimus,* in mandato de prouidendo apponit, tunc enim eo modo prouisio, de qua *in text.* non Ordinaria, sed Apostolica reputatur, ex gloss. *verbo concedimus in cap. cùm aliquibus, de rescript, hoc lib.* Gom. *in cap. 1. num. 12. de iudic. hoc eod. lib.* & constat ratione, siquidem stante mandato de prouidendo certae personae Episcopus praecisè tenetur ad ea, ad quae aliàs non tenebatur, ex reg. text. *in l. non quicquid ff. de re iudic.* quicquid dubitent nonnulli, vt per Abb. *n. 8.* Felin. *n. 3. in d. cap. licèt,* Dec. *in cap. relatum n. 3. sup. hoc tit.*

5 *Non Legati.*] Collige ex text. quòd receptio in Canonicum facta per Legatum Sedis Apostol. scilicet de Latere, non censetur fieri auctoritate Apost. idem probat text. *in d. cap. hi qui, & in cap. si à sede. infr. hoc tit.* tradit. gloss. *verbo legationis in cap. si Apostolica 22. infr. eod. tit.* intendit *gloss. vlt. in cap. litteris, de rescript. & verbo deputatus in Clem. auditor, eodem tit. & verbo Apostolica in Clem. quia contingit, de Relig. domib.* tradunt Specul. *tit. de Legato §. nunc tractemus, in princip.* Cosm. *in pragm. tit. de collat, §. item voluit, ad verbum Romanus, in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum alternatiuè plures collatores includens verificatur in primo vacante, in simul verò vacantibus ordo scriptura seruatur.*

2 *Mandatum de prouidendo a Papa concessum tenetur Episcopus executioni mandare vbi scandalum, vel aliquod malum non proponitur.*

3 *Ordo scriptura seruandus est in mandato de prouidendo plures collationes alternatiuè concludente pluribus beneficiis vacantibus.*

4 *Mandatum de prouidendo adimpletur statim in primo beneficio vacante.*

5 *Verbum simpliciter prolatum de prima vice intelligitur.*

6 *Clausula,* Quod duxerit acceptandum, *addita in mandato de prouidendo operatur vt in primo beneficio vacante non sit necessariò prouisio facienda, sed aliud beneficium expectabitur.*

7 *Prouisio an sit facienda in beneficio vacante ad alterius collationem pertinente virtute mandati de prouidendo.*

Cap. Mandato. X.

Papa quando mandat tibi Episcopo vt prouideas de beneficio pertinente ad tuam, vel alterius iurisdictionem, intelligitur de primò vacaturo; si verò plura simul vacent, est spectandum in litteris quae collatio primò nominetur, & illi beneficium est dandum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Butr. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 75.* Alagona *in compendio pag. 486.* remissiuè Xuneo. *in concord. p. 1. 2.* 1

Prouidere debebis. Collige ex text. Quòd Episcopus tenetur executioni mandare mandatum de prouidendo à Romano Pontif. concessum, fatentur omnes *in praesenti,* tradunt Abb. *num. 2.* per text. *ibi in cap. pastoralis §. quia verò, de officio deleg.* resoluunt omnes *in cap. si quando, de rescrip.* vbi Nauar. *remed. 2. & in cap. cùm teneamur de praebend.* Couar. *lib. 1. var. c. 1. à num. 4. & n. 10.* Marant. *disp. 1. n. 4.* in specie Couar. *in reg. peccatum part. 2. in princ. num. 8. & pract. cap. 35. num. 6.* Intellige vt procedat quando in executione mandati de prouidendo scandalum, vel aliquod malum non proponitur contra bonum publicum, patet si expendas mandatum à Pontifice Romano esse mandatum superioris, argum text. *in cap. dudum vers. nos quia infr. hoc tit.* ac proinde non posse ab inferiori suspendi nisi aliquid proponatur ex quo verisimilis 2

mens

mens superioris colligatur, quæ quidem reperitur si scandalum in executione mandati immineat, vel malum aliquod contra bonum publicum, cùm superior mandans non videatur intendere aliquid iniustum cum scandalo, vel contra bonum publicum, aduertunt Dec. *numero* 3. Abb. *numero* 2. *in dict. cap. cum teneamur*, facit text. *in cap. nihil, de præscript.* immò in dubio potius per importunitatem, quàm ex animo mandasse præsumitur, vt significat text. *in dict. cap. si quando, in fine.*

3 *Si verò*, &c. Collige ex text. quòd in mandato de prouidendo plures collationes alternatiuè cócludentes pluribus beneficiis vacantibus scripturæ ordo seruãdus est, tradunt gloss. *verbo scriptura*, Domin. & Franch. *n.* 2. Anchar. & alij *in præsenti*, idem tradit gloss. *in reg. in alternatiuis. de reg. iuris lib.* 6. Intellige vt procedat alternatiua ordinis, patet si expendas prædictam alternatiuam ordinis induci ex coniectura voluntatis disponentis, iuxta text. *in l. heredes mei §. vlt. ff. ad S. C. Trebell.* sic aliàs si mandatum de prouidendo ordine conuerso concipiatur, videlicet ad alterius, vel ad tuam collationem, eodem modo scripturæ ordo seruandus est, ita vt pluribus simul vacantibus beneficiis prouisio fiat de beneficio pertinenti ad collationem alterius, aduertit gloss. *verb. à te in præsenti.*

4 In gloss. *Ad illius.* Vult gloss. quòd mandatum de prouidendo, de quo *hic*, adimpleatur statim in primo beneficio vacante, ita vt de illo virtute mandati fiat prouisio, idem probat text. *in præsenti*, ibi, *de beneficio quod primò vacabit*, &c. tradunt Domin. *n.* 1. Anch. Franch. & alij *hic*, Domin. *num.* 2. *in cap. vlt. de renunciat. hoc
5 lib.* & iuuat quia verbum simpliciter prolatum de prima vice intelligitur, *l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif.* Socin. *cons.* 147. *num.* 5. *lib.* 5. Ias. *cons.* 36. *colum. vlt. lib.* 3. Alexand. *cons.* 16. *num.* 9. *lib.* 4. Secus quando
6 do clausula in mandato de prouidendo additur, *quod duxerit acceptandum*, tunc enim virtute mandati in primo beneficio vacante non est necessariò prouisio facienda, sed aliud beneficium expectabitur, vt tradit hæc gloss. *in fin.* & Staphil. *de litteris gratiæ tit. quibus modis expirent litteræ* 9. 3. *num.* 3.

7 In gloss. *Ad te.* ibi, *dico tamen*, &c. Dubium est an prouisio sit facienda in beneficio vacante ad alterius collationem pertinente virtute mãdati de prouidendo, quod concipitur sub hac forma, *ad tuam, alioquin ad cuiuscunque collationem pertinente?* In quo Franch. *n.* 2. & 3. Domin. *num.* 2. hîc existimant in primo beneficio ad alterius collationem pertinente non esse faciendam prouisionem virtute mandati, quod sub tali forma concipitur. Contrarium tamen tenet Archid. quem refert, & sequitur Anchar. *in præsenti*, quas contrarias opiniones ad concordiam reduci posse veriùs censeo, vt scilicet posterior intelligatur quando mandatum de prouidendo ad Episcopum, prior verò quando ad alium dirigitur, ad quem potestas conferendi virtute alicuius priuilegij, consuetudinis, aut præscriptionis spectat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, cui mandabatur prouideri de præbenda primo vacante, negligit petere præbendam sibi debitam extincta est gratia, si autem sibi collatus fuerit Canonicatus, tunc habebit præbendam cum nullus est ibi expectans auctoritate Apost.*

2 *Papa si simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, & non de aliis.*

3 *Mandatarius potest præbendam, quam neglexerat petere si iterum vacet.*

4 *Iudex dicitur vir bonus.*

6 *Gratia extinguitur per negligentiam.*

Cap. Si Clericus. XI.

Papa quando mandat alicui prouideri de præbenda 1
primo vacatura, & postea eundem recipi in Canonicum, si ipse est negligens in petenda prima præbenda, gratia expirat, & non potest secundam petere, quia non est Canonicus. E contra verò si Papa ei confert ius Canoniæ, & factus est Canonicus auctoritate Apostol. & mandat Canonicis, vt conferant præbendam primò vacaturam, & ille fuit negligens in ea petenda, potest adhuc aliam petere, quia gratia non est extincta, & præfertur aliis (non tamen auctoritate Pontificia expectantibus) aliàs facta collatio alteri in illius præiudicium eo ipso non valet. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 76. Alagona *in compendio pag.* 386. remissiuè Ximen. *in concord part.* 2.

Aliam postmodum. &c. Notatur ad hoc quòd si Pa- 2
pa simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio vacaturo, intelligitur de primo, & non de aliis, vt per Tiraquel. *in l. boues §. hoc sermone num.* 27. & 39. *ff. de verbor. significat.*

Verum si præfatus clericus, &c. Notatur ad hoc,
quòd mandatarius potest præbendam, quam neglexe- 3
rat petere si iterum vacet, vt per tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gl. num.* 162.

In gloss. *Negligenter.* ibi, *arbitrio boni viri, id est,* 4
iudicis. Ita Tiraq. *de retract. lig.* §. 9. *gl.* 3. *num.* 26.

In gloss. *Aliam.* Vide Tiraq. *de retract. lig. ad finem* 5
tit. num. 41.

In gloss. *Extincta.* Notatur ad hoc, quòd per ne- 6
gligentiam extinguitur gratia vt per Staphil. *de litteris gratiæ tit. quibus modis expirent litteræ, vers. tertiò expirat. num.* 1. *cum seq.* Mar. Anton. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 14. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Receptus auctoritate Papæ etiam ad mandatum alterius, præferendus est aliis in præbendis.*

2 *Recepti à maiori, seu digniori, præferuntur cæteris receptis ab inferiori, etiamsi illi sint tempore posteriores.*

3 *Actus vt dicatur prorogatus oportet in eo eandem interuenire formam, & qualitatem, quam habebat actus, qui prorogatur, aliàs magis dicetur nouus actus.*

Cap. Hi qui. II.

Receptus in Canonicum auctoritate Apostolica 1
est præferendus in præbenda aliis receptis etiam auctoritate Legati, Quod si Legatus habeat speciale mandatum, tunc dicitur receptus auctoritate Apost. & præfertur. Colligunt ex Ordinar. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anchar. Dominic. Butr. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 76. Alagona *in compend. pag.* 383.

Cæteris anteferri, &c. Notatur ad hoc, quòd rece- 2
pti à maiori, seu digniori, præferuntur cæteris receptis ab inferiori, etiamsi illi sint tempore posteriores, vt per Tiraq. *de nobil. cap.* 6. *num.* 8.

In gloss. *Specialiter.* ibi, *auctoritate Legati prorogata* 3
receptus videtur. Notatur ad hoc, quòd vt actus dicatur prorogatus, oportet in eandem interuenire formam

mam, & qualitatem, quam habebat actus, qui prorogatur, aliàs magis diceretur nouus actus. vt per Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 49. num.* 8. D. Barbos. *in l. 1. art. 1. num. 74. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Papa vbi confert Canonicatum alicui, & mandat prouideri de præbenda primò vacatura si Canonici hoc ignorantes, & ignoranti præbendam conferunt postea vacantem, non tenet collatio.*

2 *Ius ad rem acquiritur dumtaxat ex mandato de prouidendo.*

3 *Dictio, Vacatura, in materia reseruationis, capit tunc vacantia*

Cap. Si postquam. XIII.

1 PApa quando confert Canonicatum alicui, & mandat prouideri de præbenda primò vacatura, & nulli alij de iure debita, si Canonici ignorantes mandatum conferunt præbendam primò vacantè alteri ignoranti etiam mandatum, collatio tenet, quia Canonicus auctoritate Apostol. factus habet ius ad primam præbendam, quam iustè potest petere, & non potest alteri conferri, licèt ignoranti mandatum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 77. Alagona *in compend. pag.* 387. remissiuè & Ximen. *in concord. part.* 2.

2 *Ius ad obtinendum præbendam, &c.*] Notatur ad hoc, quòd ius ad rem acquiritur dumtaxat ex mandato de prouidendo, vt per Gom. *ad reg. de non tollendo iure quæsito quæst.* 21. *numero* 33. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 15. §. 2. *numero* 56. vbi dicit sic fuisse resolutum *in vna Burgen. Canonicatus* 18. *Aprilis* 1598. coram Cardin. Pamphilio.

3 In gloss. *Vacaturam.* ibi, *multò fortius ergo vacantem.* Notatur ad hoc, quòd *dict. vacatura*, in materia reseruationis capit tunc vacantia, vt per Dec. *cons.* 333. *Viso tenore. sub num. 4. vers. & videmus*, Simonet. *de reseruat. quæst.* 74. Gonzal. *ad dict. reg.* 8. §. 5. *proœm. num.* 66. Mandos. *in reg.* 26. *de vacaturis post. promot. in proœm. num.* 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Papa concedendo aliis potestatem, eandemmet sibi reseruat, & maiorem.*

3. *Iurisdictionem alicui Papa committens, eandem, & maiorem sibi retinet.*

4 *Princeps licèt concedat alicui iurisdictionẽ priuatiuè, tamen cum illis concurrere potest, quia semper maiorem potestatem videtur apud se retinuisse.*

5 *Princeps non dat tantam potestatem alteri quin plus sibi retineat.*

6 *Principis auctoritas semper censetur præseruata in concessionibus.*

7 *Præuentioni locus est inter Papam, & Ordinarium.*

8 *Papa, & Episcopo concurrentibus in collatione beneficij in mense Ordinario vacantis, illius prouisio præualet, quæ præcessit.*

9 *Gratia & dispensatio tacita veritate vitiatur quando est gratia finalis concessionis, secus quando est solùm causa impulsiua.*

10 *Mandatum de prouidendo speciale derogat generali mandato præcedenti, licèt de illo nulla expressa mentio habeatur.*

11 *Priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per specialem gratiam alteri factam.*

12 *Clausula decreti irritantis ligat etiam ignorantes.*

13 *Certans de beneficio quærendo de lucro simpliciter tractare videtur.*

14 *Dispensatio quamuis odiosa sit ac strictè intelligenda, attamen potestas dispensandi commissa alicui est latè interpretanda.*

15 *Beneficia Curata possunt conferri vigore facultatis data ad conferendum.*

16 *Argumentum ex sequela absurditatis bonum est.*

Cap. Dudum. XIV.

PApa quando concedit suo legato facultatem ac- 1
ceptandi resignationes beneficiorum, & illa conferendi, si Papa deinde facit aliquem Canonicũ Ecclesiæ legationis, & mandat executoribus deputatis vt prouideatur hic de præbenda primò vacatura, si vacat per resignationẽ, & interim Legatus illam confert alicui, collatio non tenet, quia stat pro Canonico creato à Papa, licèt in mandatis nullam fecerit mentionẽ de potestate concessa Legato, quia sufficit decretũ irritans quicquid attentatum contra decretum Papæ, cùm agitur de lucro electi ab Episcopo, & non de præiudicio Episcopi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 77. Alagona *in compendio pag.* 387. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Penes nos tamen nihilominus remansit maior.] No- 2
tatur ad hoc, quòd Papa concedendo aliis potestatem, eandemmet sibi reseruat, & maiorem, vt per Gramat. *voto* 28. *num.* 4. Roland. *cons.* 1. *num.* 135. *vol.* 2. Perez *cons.* 1. *n.* 13. *vol.* 1. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. num.* 2. *cum seqq.* asserentes ad hoc esse textum hunc singularem peregrinum, & optimum.

Vnde Papa committens alicui iurisdictionem ali- 3
quam, eandem, & maiorem sibi retinet, Bald. *cons.* 326. *in fine volum.* 1. Grammat. *decis.* 30. *numero* 4. Menoch. *cons.* 478. *num.* 9. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 35. *num.* 59. vbi ait quòd licèt Princeps concedat alicui iurisdictionem, non ideo eam à se abdicat, sed semper maior apud ipsum remanet, D. Barbos. *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 4. *num.* 190. vbi dicit quòd licèt Princeps concesserit aliqui-
bus iurisdictionem priuatiuè, tamen cum illis concur- 4
rere potest, quia semper maiorem potestatem videtur apud se retinuisse.

Et Princeps non dat tantam potestatem alteri, quin 5
plus sibi non remaneat, vt per hunc text. tradũt Afflict. *in cap.* 1. *verbo potestas num.* 16. & *in cap.* 1. §. *iterum si quis in* 3. *notab. quibus modis feud. amit.* Natt. *cons.* 387. *num.* 24. *vol.* 3.

Et concessionibus Officiorum semper Principis au- 6
ctoritas censetur præseruata. Bald. *in l. qui se patris vers. item in concessis C. vnde vi*, Nat. *cons.* 580. *numero* 4. *vers. nam prædictis*, Menoch. *de success. creat. lib.* 2. §. 17. *à num.* 88. Surd. *cons.* 152. *num.* 16. Camill. Curt. *part.* 2. *diuers. iuris feud.* §. *potest. num.* 5 *fol.* 28.

Propter quod nostra, &c] Notatur ad hoc quòd in- 7
ter Papam, & Ordinarium est locus præuentioni, vt per Cosm. *in pragm. sanction. tit. de collat.* §. *volens verbo præuentionem* Corras. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Simonet. *de reseruat. quæst.* 2. *num.* 5. Frisch. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 30 Anastas. Germon *de indultis Cardinal.* §. *per quæ sublatis n* 80 & 81. Menoch. *cons.* 183. *lib.* 1. Flamin. *de resign. benefic. lib. quæst.* 10. *à num* 53. & *lib.* 7. *quæst.* 12. *à num.* 6. Læli. Zechi. *de benefic. cap.* 2. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *proœm. n.* 1. vbi per hunc text. tradit quòd Papa & Episcopo concurrentibus in collatione beneficij in mense Ordinario

dinario vacantis illius prouisio præualet, quæ præcessit.

9 *Non habita mentione de ipsa.&c.*] Notatur ad hoc, quòd solum vitiatur gratia,& dispensatio tacita veritate, quando est gratia finalis concessionis, secus quando est solùm causa impulsiua, vt per Tiraquel. *in tract. cessante causa limit.* 1. *num.* 16. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num* 11.

10 *Per speciem generi derogatur*, &c.] Notatur ad hoc, quòd mandatum de prouidendo speciale derogat generali mandato præcedenti, licèt de illo nulla expressa mentio habeatur, idem probat text. *in cap. quamuis* 58. *inf. hoc tit.* & *in cap. pastoralis* 14. §. *quoniam. de rescript.* tradunt gloss. *verbo sanctionis*, Domin. *num.* 6. Franch. *num.* 7. Anch & alij *in præsenti*, gloss. *in summ.* 25. *quæst.* 2. gloss. vbi DD. communiter *in reg. generali. de regulis iuris hoc lib.* resoluunt Abb. *à numero* 10. vbi Innoc. *num.* 5. Dec. *à num.* 4 Felin. *num.* 3. Rip. *num.* 75. *in cap.* 1. *de rescript.* Innoc. *num.* 2. *vbi gloss. verbo non facta in cap. cum ordinem eod. tit. de rescript.* Alexand. *cons.* 156. *num.* 2. *lib.* 6. Xuar. *allegat.* 38. *n.* 10. communis ex Dec. *cons.* 147. *à num.* 2. *vol.* 1. & *in d. cap. pastoralis*, §. *quoniam num.* 2. Rot. *decis.* 17. *hoc tit.* Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verbo data, in princ.* Gom. *in cap.* 1. *de constit. hoc lib. num.* 59. Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 22. Cephal. *cons.* 394.

11 *à num.* 19. *lib.* 3. Valasc. *cons.* 72. *num.* 2. Et quòd priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per specialem gratiam alteri factam, tradit Rebuff. *in tract. nomin. quæst.* 7. *n.* 10.

12 *Statim ignorantes ligauerat.*] Notatur ad hoc, quòd clausula decreti irritantis ligat etiam ignorantes, vt per Doctores, quos plena manu citaui *in tract. de clausulis, claus.* 40. *à n.* 12. secundùm Lugd. impress.

13 *Vbi de lucro dicti G. tantum agitur*, &c.] Notatur ad hoc quòd certans de beneficio quærendo de lucro simpliciter tractare videtur, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 10. *num.* 126. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *q.* 9. *n.* 46.

14 Io gloss. *Beneficia.* ibi, *sumitur hic beneficium largè*, &c Notatur ad hoc quòd quamuis dispensatio odiosa sit, ac strictè intelligenda, attamen potestas dispensandi commissa alicui est latè interpretanda tanquam fauorabilis, vt per Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 2.

15 *numero* 1. Et per hanc gloss. tenet Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 6. *num.* 24. quòd Curata beneficia possunt conferri vigore facultatis datæ ad conferendum, de quo etiam plures citaui per Nicol. Garc. *de benef. part.* 1. *c.* 6. *n.* 41.

16 In gloss. *Absurdum.* ibi, *nota bonum modum argumentandi ex sequela absurditatis.* Vide Euerard. *in topicis legal. lib. loco* 8. Menoch. *cons.* 12. *n.* 31. & *cons.* 37. *n.* 118. & *cons.* 86. *num.* 12. & *cons.* 84 *n.* 23. & *cons.* 95. *n.* 76. Surd. *cons.* 116 *num.* 45. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil.* 30. *num.* 12. Flamin. *de confident. q.* 26. *n.* 20. Mari. Antoo. *variar. resol. lib.* 2. *resolut.* 32. *n.* 12. & *resol.* 59. *casu* 19.

SVMMARIVM.

1 *Secundus, qui impetrauit dignitatem, & præbendam, præfertur priori qui solum præbendam impetrauerat, si præbenda dignitati est annexa, & præstatur ratio num.* 2.

3 *Vnio beneficiorum non præsumitur, sed est probanda ab allegante.*

4 *Vacatio successionis non minus contingit per renunciationem, quàm per mortem.*

CAP. Quia sæpè. XV.

PApa si mandat prouideri de præbenda, deinde mandat prouideri secundo de præbenda & dignitate in eadem Ecclesia, si præbenda, quæ vacat, est annexa dignitati, præfertur secundus, cui danda est, secus si est sola præbenda. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dom. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3 *pag.* 78 Alagona *in compend. pag.* 388. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 2. 1

Ratio decisionis est, quia præbenda annexa alicui dignitati, officio, vel personatui regulatur secundùm dignitatem, officium, vel personatum, cui annectitur, ex reg. *l. cum principalis, ff. de regulis iuris*, & reg. *accessorium eod. lib.* 6. & constat primum non esse prouisum de dignitate, præbenda verò, quæ vacat ob vnionem, sequitur naturam dignitatis; ergo meritò secundus in ea præfertur, non verò primus, qui de dignitate prouisus non fuit, sic aliàs limitabis reg. text. *in cap. tum cui* 29. *hoc eod. tit.* iunctis *ibi* resolutis. Intellige tamen quòd si secundus aliam obtinebat præbendam, per adeptionem istius vacare dicetur, quam primus impetrans virtute rescripti obtinebat, iuxta ea quæ tradit Franch. *in d. cap. ei cui num.* 3. Ancharan. *num.* 4. ibi, si in eadem Ecclesia præbenda non sit. ex *cap. duobus in fine. de rescript. hoc lib.* vbi notatur. Dubium tamen est an ille, cui mandatur prouideri de præbenda, & dignitate, & sic copulatiuè virtute rescripti possit prouideri de præbenda tantum, vel de dignitate tantum, si vna sine alia vacauerit, in quo respondendum est virtute rescripti posse præbendam, vel dignitatem tantùm obtineri, nisi alius prior offeratur, ita Domin. *num.* 5. Anchar. *num.* 2. Franch. *num.* 5. *in præsenti*, apud quos etiam videbis quid dicendum sit si verba proferantur, vt fiat prouisio de dignitate cum præbenda. 2

Notatur ad hoc quòd vnio beneficiorum non præsumitur, sed est probanda ab allegante, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1411. *n.* 2. 3

In gloss. *Vocat.* ibi, *morte renunciatione*. &c. Notatur ad hoc, quòd per renunciationem non minus vacatio successionis contingit quàm per mortem, vt per Auendan. *l.* 45. *Tauri gloss.* 2. *num.* 4. Gutier. *pract. lib.* 3 *quæst.* 71. *num.* 3. Azeued. *l.* 21. *num.* 2 *tit.* 3. *lib.* 7. *nona recop.* 4

SVMMARIVM.

1 *Mandatum prouideri de dignitatibus, vel beneficiis aliis ecclesiasticis Curata non includit non expressa cura.*

2 *Rescripta sunt stricti iuris.*

3 *Qualitas Curati beneficij si tacetur impetratio est ipso iure nulla.*

4 *Prouisio non est facienda in beneficiis Curatis quando alicui simpliciter prouideri mandatur.*

5 *Beneficiorum appellatione regulariter beneficia Curata, & dignitates non veniunt.*

6 *Electiuus modus non includitur in beneficij prouisione si alij modi prouidendi exprimantur.*

7 *Beneficij electiui in litteris beneficialibus mentio fieri debet si beneficium huius qualitatis sit.*

8 *Beneficiales litteræ vnum modum exprimentes alium non includunt.*

9 *Collationis appellatione non venit institutio.*

10 *Tituli vnius appellatione non venit alius.*

11 *Mandatum simpliciter duos includens, alterum solum non adstringit, & è conuerso directum vni, duos non afficit.*

12 *Gratia*

12 *Geatia ad collationem Episcopi non comprehendit collationem simultaneam Episcopi & Capituli, nec è conuerso.*

13 *Nominationes directa Capitulonon comprehendunt singulares Canonicos nisi vice Capituli conferrent.*

14 *Commune quod est mei,& alterius, non est propriè meum.*

15 *Alternatiua non intrat in beneficiis simultanea collationis.*

16 *Mandatū de prouidendo diuisim conceptū non comprehendit beneficia, quæ ad simultaneam collationem pertinent,sed contrarium verius,vt num. 18.*

17 *Alternatiua natura est vt in altero verificetur tantùm.*

Cap. Cùm in illis. XVI.

1 PApa quando mandat aliquem prouideri de personatu,dignitate,vel aliis beneficiis quibuscunque,non intelligitur de Curatis, nisi mentionem faciat de habentibus curam animarum.Colligunt ex Ordinar.Lap. Abbas,Archidiac Gemin. Ioan. Andr. Dominic. Monach.Aocharañ.Franch.Viuian.*in rationali lib.3. pag.* 79.Alagona *in compendio pag.*388.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in concord.part.*1.& 2.

2 *Intentionis nostra nequaquam existit,&c.*] Notatur ad hoc,quòd rescripta suot stricti iuris, vt per Tiraq. *in l.si vnquam, verbo libertis num.*55.*C. de reuocand. donation.*

3 Notatur etiam ad hoc,quòd qualitas Curati beneficij si taceetur, impetratio est ipso iure nulla, vt per Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gl.*9.§.1.*num.*64 Nicol. Garc. *de benefic.part.*1.*cap.*6.*numer.*49. De Cura autem annexa non esse faciendam mentionem resoluunt per me citati *suprà in collectan.ad cap.super eo* 6. *num.*4. *hoc eodem tit.*

4 *Possit,aut debeat prouideri.*] Collige ex text. quòd quando prouideri mandatur, prouisio non est facienda in beneficiis Curatis.ita gloss. *verbo prouideri.* Anchar.*num.*3.Domin.Fraoch.*numer.*4.*hic*,idem Franch. *num.*5.Domin.etiam *num.*5.*in cap.quamuis,sup. hoc tit.* Abb.*in cap.vltim.n.*3. *hoc tit.& in cap.postulasti n.*2. vbi Dec.*num.*6. *de rescript.* Card.*in Clem.*1.*in princip. num.*8.*de suppl.negl. Prel.* Staphil.*de litteris gratia tit. de modo,& forma impetrandi,in princ.& tit.& formis expectatiuarū §.sexta forma n.*1.*& §.nona forma.n.*31. Gig.*de pensionib.quæst.*19.*num.*5.Rebuff *in praxi tit.de clausulis mand.n.*34.*& tit.de dispens.ad plura beneficia n.*66.*& tit.tertia pars signaturæ,verbo qualitatum n.*3.

5 Regulariter enim beneficiorum appellatione Curata beneficia,& dignitates non veniunt,vt per hunc text, tradunt Gig.*de pensionib.quæst.*18.*num.*9.Corras.*de benefic.part.*1.*cap.*5.*num* 4.Franch.Marc.Delphin. *decis.* 523.*part.*1.Petr.Greg *de benefic.cap.*6.*num.*4. Aloys. Ricc.*in collect decis.part.*4.*collect.* 1217. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.gl.*6. *num.* 1. Sicut etiam collatio facta de Ecclesia ab Ordinario non comprehēdit Ecclesiam Curatam,vt per Pute *decis.*301.307.& 308.*lib.*1. *in antiq.*Tamen veritas est quòd licèt appellatione beneficij ecclesiastici ex proprietate sermonis Curatū comprehendatur, vt patet ex definitione, nihilominus si defectus intentionis reperiatur. appellatione beneficij ecclesiastici Curatum nequaquam io dispositione continetur ;constat namque in concessionibus , sicuti in reliquis actibus, vltra intentionem non dari operationem ex reg text, *in l.non omnis, ff. si certum petatur* ;colligitur verò huiusmodi defectus intentionis non solùm ex verbis concessionis, verùm etiam ex materia subiecta,hoc supposito patet declaratio ad text. *in præsenti*, quatenus dicat prouisionem oon esse faciendam in beneficiis Curatis virtute litterarum, quæ ad beneficia conceduntur, vt procedat quando litteræ ad impetrationem prouisi conceduntur, patet si expendas in huiusmodi litteris ob ambitionem, quam continent, dari defectum iotentionis, vt fatetur Pontifex *in præsenti*, quo defectu prædicta beneficia excluduntur, vt io specie aduerti Dec *in d. cap. postulasti numer.*6. Staphil. *tit.de modo, & forma impetrandi,in princ.*sic aliàs si litteræ Motu proprio concedantur,quia cessat prædicta ambitio,ac proinde defectus intentionis,de quo *suprà*,meritò beneficia Curata comprehendunt, vt in illis prouisio fieri possit, cùm talia in rei veritate sub proprietate beneficij ecclesiastici contineantur, aduertit in specie Staphil.*vbi proximè num.*6.

§. Illis verò.

Mandatum de prouiden do de personatibus,seu dig- 6
nitatibus , etiamsi curam habeant animarum ad colla-
tionem, prouisionem, præsentationem, vel dispositio-
nem alicuius spectantibus,non extenditur ad beneficia
electiua,vt per Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gl.*19. *num.*4.
Nicol. Garc.*de benefic. p.*1.*cap.*6.*num.* 47.Paris. *cons.*
31.*num.*4.*lib.*4.Fieri enim debet mentio in litteris be- 7
neficij electiui si beneficium huius qualitatis sit,vt per
Menoch.*de arbitr.casu* 201.*num.*84. Flamin.*de resign.*
*lib.*10.*quæst.*2.*num.* 35.

§. Cùm autem.

Cùm collatio, præsentatio, institutio maximè dif- 8
ferant, si Papa mandat prouideri de beneficio spectante ad collationem alicuius , non extenditur mandatum ad beneficium spectans ad præsentationem, vel institutionem. Colligunt Doctores *in princip. text. citati.*

Inter collationem,præsentationem,&c.] Notatur ad 9
hoc quòd collationis appellatione non venit institu-
tio, nec confirmatio, vt per Gonzal. *ad reg.*8. *Can-*
*cel.gloss.*16. *numer.* 10. nam appellatione vnius tituli 10
non venit alius,ex Rebuff. *in tract.de pacificis possess.*
numer. 57.

§. Si verò.

Si Papa mandat prouideri de beneficio spectante ad 11
collationem, vel præsentationem aliquorum, non extenditur ab beneficium spectans ad collationem, vel præsentationēm alterius illorum,nisi addatur cōmuniter,vel diuisim,& è contra.Si verò mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationem vnius,non extenditur ad spectans ad collationem plurium. Colligunt Doctores *in princ.text. citati.*

Vnde notari solet hic §.ad hoc quòd gratia ad col- 12
lationem Episcopi spectans non comprehendit colla-
tionem simultaneam Episcopi,& Capituli,nec è con-
uerso,vt per Gemin. *num.*2.& 5.Frach.*num.* 2.& 5.
in præsenti,Simon.*de reseruat.quæs.*72. Caputaq.*decis.*
88.*num.*4.*part.*2. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gl.*9.*n.* 15.
*& gloss.*45.*num.*29.Et ad illud quòd nominationes di- 13
rectæ Capitulo non comprehendunt singulares Cano-
nicos,nisi vice Capituli conferrent,ex Rebuff.*in tract.*
*nomin. quæst.*8. *num.*31.

Ratio est,quia illud,quod est commune mei,& al- 14
terius,non est propriè meum,sed impropriè, *gloss.*1.*in cap.penult.*12.*quæst.*1.*l.illud.ff.de ritu.nupt.* Ioan. Monach.*in præsenti num.*4.Prob.*num.*2. & 5. Gemin.ac Franch.*citatis locis*, Cagnol.*in l.id, quod nostrum* 13. *num.*20.*ff.de reg.iuris.*

Vnde

15 Vnde in beneficiis simultaneæ collationis non intrat alternatiua, vt fuit dictum *in Pistorien. Canonicatus* 17. *Iunij* 1611 coram bonæ memor. Çardin. Caualerio inter eius impressas *decis*. 359. *num*. 7. & 15. & *in eadem Aprilis* 1616. coram eodem, *decis*. 390. *numero* 1. vbi allegat Gonzal. *ad reg*. 8. *Cancel. gloss*. 45. *in princ. num*. 1. & *seqq*.

16 *Adimpleri non posset*, &c. Collige ex text. mandatum de prouidendo diuisim conceptum non comprehendere beneficia, quæ communiter ad collationem pertinent, idem probat text. *in cap. ultim. infr. hoc tit.* tradunt Anch *num*. 2 Franch. *num*. 3 *in præsenti*, idem Anch *post princ*. Franch. *num*. 3. *in fine*. Domin. *num*. 4. & alij *in cap. in mandat. sup. hoc tit.* asserentes in mandato de prouidendo sub hac forma, *ad tuā, vel alterius collationem*, non contineri beneficia ad vtriusque collationem pariter spectantia. Pro quibus facit quòd mandatum de prouidendo alios casus quàm expressos non comprehendit, sed in specifica forma debet obseruari, vt expressè probat text *in cap. de non sacerdotali* 27. *hoc eod. tit.* resoluunt Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. ad plura beneficia à num*. 65. Rot. *decis*. 14. *de præbend. in nouis*, Gom. *de expectat. num*. 49. Staphil *de literis gratiæ tit. de modo, & forma impetrandi n* 2. Hoied. *de incompatib benefic. part*. 1 *cap*. 24. *num*. 61. vnde cum beneficium ad vtriusque collationē simul spectans non sit casus in tali mandato de prouidendo expressus, meritò in illo non comprehenditur, arg. text. *in l*. 4 §. *totus*, vbi notat Paul. *ff. de damno infecto*, & quæ tradit.

17 Gutier. *cons*. 1 *num*. 1. Deinde facit quòd natura alternatiuæ est vt in altero verificetur tantùm & in hoc à copulatiua differre dicitur, iuxta text. *in cap. inter cæteras* [illegible], resoluunt Roland. *cons*. 58. *n*. 4. Cephal. *cons*. 134 [illegible] 1. *lib*. 1 ac proinde si tale beneficium pertinens ad vtriusque collationem in tali mandato de prouidendo [illegible] contineretur, nulla esset differentia inter coniunctiuam & disiunctiuam contra decisionem text. *in l. si hæredes plures* 5 *ff. de condit instit.*

18 Contraria tamen sententia verior esse videtur, pro qua adduci solet illud, quòd Papa in tali mandato grauans vnumquemque in solidum, à fortiori pro dimidia parte grauare intendit, ex text. *cap in toto*, *in cap. plus semper, de reg. iur. hoc lib.* facit etiam text. *in l. si ita scriptum. ff de liberis, & post.* vbi dispositio in casibus distinctis habet locum si simul ambo illi casus eueniant; facit tandem, quia alternatiua respiciens personas in coniunctiuam, resoluitur *l. cum quidem C. de verbor. signif.* ac proinde in mandato de quo in text. magis cōprehenduntur beneficia, quæ ad vtriusque collationē spectant. Qua retenta opinione ad text. *in d. cap vlt.* respondetur procedere quando vnusquisque per se non grauatur, sed tantùm communitas Capituli, prout patet ex littera ibi in principio, tunc enim ait text. non censeri grauatum Canonicum in eo beneficio, quod peculiariter ratione alicuius rei ad illum pertinet nisi clausula addatur, de qua *in text.* Iuuatque quòd illa, quæ in communi competunt, non dicuntur esse propria singulorum, iuxta text. *in c. ratio nulla* 3. *sup.* [illegible] *tit. l. sed si* §. *qui manumittetur. ff. de in ius vocando*; sic aliàs pro obligatione communitatis singuli non conueniuntur iuxta text. *in l. sicut* [illegible] *in princ ff quod cuiusque vniuersitatis nomine*. Ad illā verò Doctorum [illegible] ionem quod mandata non debent extendi ad alios casus quàm expressos, respondetur veram quidem esse, nihilominus tamen non esse negandum prædictum casum esse expressum, si quidem eo ipso quòd vtrumque alternatiuè grauare intendit in solidum, ita vt prouisio sit facienda siue in beneficio, quod ad Episcopum spectauerit, siue in alio, cuius collationem alius habuerit, statim expressus reperitur casus, quod beneficium & ad Ordinarij, & alterius spectauerit collationem. Ad vltimum denique fundamentum satisfit si dicat non esse inconueniens quòd alternatiua in coniunctiuam conuertatur, si tamen personas respiciat, ex text. *in d. l. cum quidam C. de verb. sign.* sicut in tali mandato reperitur, in quo tam Episcopus quàm alius grauatus est circa beneficij collationem, & sic verificari in casu, qui in huiusmodi alternatiua expressus est.

SVMMARIVM

1 *Beneficium mihi collatum ante dissensum meum, alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus, & tunc etiam post terminum antequam alteri conferatur, potero consentire.*

2 *Beneficium absenti, & ignoranti conferri potest.*

3 *Ius in beneficium collatum absenti non acquiritur donec acceptet.*

4 *Ius in re in beneficio acquiritur per collationem acceptatam etiam ante adeptam possessionem.*

5 *Ius plenum transfertur in spiritualibus ex solo titulo absque traditione.*

6 *Ius ad rem dat collatio facta absenti ante eius acceptationem.*

7 *Beneficium vacare non dicitur per eum, cui facta fuit in absentia collatio, ante acceptationem.*

8 *Episcopus non potest variare re integra antequam absens beneficium acceptet.*

9 *Episcopus valet terminum præfigere intra quem absens acceptet beneficium, & eo elapso potest Episcopus alij prouidere.*

10 *Beneficium post terminum elapsum re integra potest acceptari,*

11 *Beneficij acceptatio, fieri potest non tantùm ab ipso, cui collatum fuerit beneficium, sed etiam ab alio eius nomine modò is habeat speciale mandatum.*

12 *Resignatio beneficij non potest fieri à procuratore sine speciale mandato.*

13 *Mandatū speciale sēper requiritur in beneficialibus.*

14 *Mandatum speciale requiritur in possessionis beneficij apprehensione.*

15 *Emptor secundus si mala fide eandem rem emerit, licet eidem tradita sit, nihilominus per primum emptorem res ab eo reuocabitur, & euincetur.*

16 *Benefic[illegible] collationi sibi absenti factæ dissentiens potest re integra mutare voluntatem, permanente conferente in eadem voluntate.*

CAP. si tibi absenti. XVII.

EPiscopus si conferat beneficium absenti licèt non acquirat ius in beneficio nisi ratum habeat, tamen Episcopus non potest alteri conferre, nisi & notificet collationem, & det terminum consentiendi, qui si non consenit, potest elapso termino alteri conferre, & si adhuc non contulit, poterit ille absens consensum præstare, licèt terminus sit elapsus & Episcopus non poterit nunc alteri conferre. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib*. 3. *pag*. 80. Alagona *in compend. pag*. 389. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part*. 1. & 2. 1

Probat igitur hic text beneficium absenti, & ignoranti conferri posse ita vt reuocatio collationis per Episcopum facta non admittatur, idem probant text. *in cap. gratia, de rescript. hoc lib.* vbi gl. *verbo ignoranti*, & *in cap. accedens* 24. *sup. hoc tit. gloss* 3. Domin. Anch. *num*. 1. 2

R

*num.*1.Franc.& alij *in præsenti*,gloss. *verbo debitum in
Clem.auditor,de rescript.* Abb. & Innoc. *in princip. in
d.cap. accedens*. Gom. *in reg.de non tollendo iure qua-
sito quæst.*1.Mandos.*in reg.*5.*Cancel.q.*5.*num.*6. Couar.
*lib.*3.*var.cap.*16.*num.*1. Menoch *de arbitr. casu* 185.
*n.*47.Non obstat quòd collatio beneficij donatio cen-
setur, *cap.consultationibus* 4. *de donat.* & constat do-
nationem absenti factam ante acceptationē non sortiri
effectum, & posse reuocari,ex text. *in l. absenti*, vbi
omnes.*& in l.*2 §.*sed si quis ff de donat & in l. qui ab-
senti,in princ.ff.de acquir possess.*quia respondetur,præ-
dicta iura,& similia procedere in illis actibus,qui non
ex necessitate,sed ex mera liberalitate procedunt,veluti
in donatione de qua agunt, vnde licita est reuocatio
ante partis acceptationem, cùm adhuc alicuius iuris
acquisitio non reperiatur,at verò collatio beneficij,de
qua agunt text.*in præsenti*, & similia iura, cùm sit de
actibus,quos Episcopus ex officio,& sic ex necessitate
facere tenetur, arg. text. *in cap.* 3.*de intrepat.* notatur
*in cap.nemo deinceps, de elect.hoc.lib.*statim suum ha-
bet effectum. ita vt ante partis declarationem reuoca-
tio non admittatur, iuxta D D. *suprà* citatos. Non re-
fragatur collationem continere donationem, satisfit
enim si dicas quòd licèt ex parte beneficiarij emolu-
mentum contineat, non proinde ex parte conceden-
tis donatio reputatur, cùm non ex voluntate, sed ex
officio,& sic ex necessitate procedat, iuxta *suprà* dicta,
sic aliàs ex ingratitudine reuocari non potest vt dona-
tio,ex text,*in cap,vlt.de donat.* prout in specie aduer-
tit Dec.*in cap.relatum num.*6. *hoc tit.* Nec obstat text.
*in cap.*1.*vers.nec.obstaret, infr.de concess.præb.* ibi, *ad
illorum quibus conceduntur*,dum dicit quòd gratiæ, &
priuilegia non acquiruntur, nec tribuunt ius aliquod
absenti,vel ignoranti, sed esse necessariam notitiam,
& acceptationem,prout etiam dicit *gl.*1 *in l. vlt.C.de
consulib.lib.*12 quia procedit quoad efficacem acquisi-
tionem priuilegij vsum,& exercitium eiusdem,non ve-
rò quoad effectum vt gratia substineatur,nec ampliùs
reuocetur.

3 *Donec eam ratam habueris.*] Notatur ad hoc quòd
ius in beneficium collatum absenti non acquiritur do-
nec acceptet, at interim collatio reuocari non potest
quousque absens certior factus nolit acceptare, vt per
Flamin.*de resignat.benefic.lib.* 10. *quæst.*8. *num.*5.*cum
seqq.*Sanch.*de matr.lib* 1.*disp.*7.*n.*20.*& lib.*3.*disp.*36.
*num.*4.vbi *num.*2 per hunc text.resoluit quòd priuile-
gium tantum sortitur suum effectum à tempore, quo
certior de illo fit is,cui conceditur.

4 *Ius in ipso beneficio.*&c.] Ergo per collationem ac-
ceptatam ius in re beneficio acquiritur etiam ante
adeptam possessionem, vt per Rebuff. *in praxi super
reg.de non tollendo iure quæsito gl.*6 *num.*38. Corras. *de
benefic.part.*4 *cap.*1.*num.*14.Simon *de resign.quæst.*55.
& 56.Couar.*lib.*3.*var.cap.*16.*num.*3. *&* 5.Flamin. *de
resign.benefic.lib.*2.*q.* 16.*num.*2. *& lib.*10.*q.*6.*num.*2.
*& num.*55.*& quæst.*8. *num.*5. Molin. *de instit. tom.*1.
*tractat.*2.*disp.*2.*vers.dixi superius, & disput.*3.*in fine,*
Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gl.*15.§.1.*n.*15. *&* 33. Aloys.
5 Ricc.*in collect.decis. part.*5.*collect.*1658. Vnde notari
solet ad hoc quòd in spiritualibus ex solo titulo absque
traditione plenum ius transferatur,vt per Tiraq. *de iure
primog.quæst.* 17.*in* 11. *num.*5.*& opinion.* 12. *num.*2.
D.Barbos.*part.*2.*rub.ff. solut.matrim.num.* 83.

6 Ius tamen ad rem dat collatio facta absenti ante
eius acceptionem, ex Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.gl.* 26.
*num.*24.vbi *num.*13.per hunc text.tradit quòd gratia
beneficij concessa absenti est perfecta donec absens
7 acceptet.Vnde notat idem Gonzal.*gl.* 15.§.*n.*6. quòd
vacare non dicitur beneficium per eum,cui facta fuit in
absentia collatio ante acceptationem.

Ipse tamen Episcopus,&c.] Notatur ad hoc quòd 8
re integra antequam absens beneficium acceptet, non
potest Episcopus variare, vt per Chald,Pereira *de po-
testat.eligendi cap.*6.*num.*14.Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel,
gl.*26.*sub.num.*14.vbi post Couar. *lib.*3. *var.cap.* 16.*n.*
1.*ante fin.* dicit quòd ideo in hoc casu non est locus
pœnitentiæ,quia Episcopus confert ex necessitate cùm
sibi retinere non possit, & iam functus est officio suo,
secus asserens in donatione,& aliis actibus,qui ex mera
voluntate fiunt.

Ad consentiendum terminum competentem assignes] 9
Notatur etiam ad hoc,quòd valet Episcopus terminum
præfigere,intra quem absens acceptet beneficium,& eo
elapso potest Episcopus alij prouidere, vt per Tiraq.
*in l.boues §.hoc sermone n.*56.*ff.de verb significat.*Sanch.
*de matr.lib.*5.*disp.*7.*n.*8.

Antequam tamen &c.] Notatur ad hoc,quòd lap- 10
sus termini ad acceptandum beneficium non nocet re
integra, quin post terminum lapsum possit acceptari,
vt per Mascard.*de prob.conc.*1329.*n.*2. Zerol. *in praxi
Episc.p.*1.*verb.beneficia,vers.quartum.*

In gloss.*Habueris*,ibi, *vel procurator*, &c. Notatur 11
ad hoc,quòd acceptatio beneficij fieri poterit non tan-
tum ab ipso,cui collatum fuerit beneficium,sed etiam
ab alio eius nomine,modò is habeat speciale manda-
tum,vt per Couar. *lib.*3. *variar.cap.* 16. *num.* 4. *&*.5.
Villalob.*tom.*1.*commun.opin.lib.*4 *tit.*24.15.*pag.* 611.
Brunor.à sole *in locis communibus, verbo mandatum n.*
34. Massob. *in sua praxi habendi concursum ad Paro-
chiales Ecclesias vacantes prælud.*25. *dub.* 8. secundùm
Rom.impress.Ego ipse *in tract.de claus.vsufr.claus.*35.
*n.*41.secundùm Lugdun. impress. Flamin. *de resignat.
benef.lib.*10.*q.*8.*n.*34.Camill.Borrell. *in summa omniū
decis.tit* 66.*num.* 165.Azor.*instit.moral.p.*2.*lib.*7. *cap.*
23.*q.*5.Sic etiam resignatio beneficij non potest fieri à 12
procuratore sine speciali mandato, ex Flamin. *d. tract.
lib.*9 *q.*9.*num.*9.Cardos.*in praxi iudicum verbo procu-
rator,num.*40.vbi *num.*39. subdit idem esse dicendum
in collatione,siue inuestitura beneficij, & in præsenta-
tione nuncupatum tradunt Cardin.Mantic.*de tacitis,&
ambiguis convent.tom.*1.*lib.*7.*tit.*16.*num.*39.Chald.Pe-
reira *de empt cap.*15.*n.*11.Aloys. Ricc.*in praxi rerum
fori ecclesiast.decis.*189.*n.* 193. Nam in beneficialibus
semper requiritur speciale mandatum, vt per Stephan. 13
Gratian.*disceptat. forens.cap.*66.*num.*35. Et in posses-
sionis beneficij apprehensione per procuratorem, re- 14
quiri speciale mandatum, & non sufficere generale,
tradunt Couar.*dict.cap.*16.*n.*19.Flamin.*dict.l.* 10.*q.*6.
*n.*13.non requiritur tamen in indiuiduo mandatum ad
acquirendam possessionem talis beneficij, Alex.*in l.*
1.§.*per procuratorem ff de acq.possess.* Ferret.*cons.* 220.
*n.*12.*in fin.*Rot.*in Auersana beneficij* 1. *Iulij* 1620.
coram bonæ mem. Vbaldo.

In gloss.*Non acquirat.*ibi,*in secundo sic*. Notatur ad 15
hoc,quòd si secundus emptor mala fide,idest, non ig-
narus primæ venditionis,eandem rem emerit,licèt ei-
dem tradita sit,nihilominus per primum emptorem ex
ab eo reuocabitur,& euincetur, vt per Couar.*lib.*2.
*var.c.*19 *n.*5. Gutier.*de iuram.confirmat.p.*1.*cap.* 30.
*num.*8.Molin.*de instit.tract.*2.*disput.*369. *vers. septi-
mum,n.*9.Lessi.*in simili tract.lib.*2. *cap.*21. *dub.*20. *n.*
142.Rebell.*de obligat.iustitia p.*2. *lib.*9.*q.*17. *sect.*1.*a
n.*26.Ioan Salas *de contractib. tractat. de empt dub.*46.
*n.*6.Azor.*instit.moral.p.*3. *lib.*8. *cap.*18.*q* 3.

In gloss.*Eo elapso.* ibi, *quod adhuc re integra posse* 16
consentire,&c. Notatur ad hoc,quòd dissentiens colla-
tioni beneficij sibi absenti factæ potest re integra mu-
tare voluntatem,& consentire, conferente permanen-
te in eadem voluntate,vt per Sanch.*de matrimon.lib.*8.
*disp.*32.*num.*2.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium secundum Curatum qui vi, vel iniustè occupat, priuatus est primo, qui autem vi beneficium aliquod occupat, est ipso iure priuatus iure, quod in illo, vel ad illud habebat.*

2 *Intrusus ille dicitur qui absque diœcesani, alteriusque superioris consensu, vel auctoritate possessionem beneficij apprehenderit.*

3 *Beneficij possessionem propria auctoritate, & vi occupans, eo ipso perdit ius, quod ad illud habebat, & vacat ipso facto secus, si se intrudat in possessione alicuius prædij ipsius beneficij, vt num. 4.*

5 *Audax est qui contra ius facit.*

6 *Beneficij sibi collati possessionem quis sua auctoritate ingredi non debet, sed auctoritate sui superioris.*

7 *Beneficium secundum impetrans debet exprimere primum, quod de facto tenet.*

Cap. Eum, qui. XVIII.

1 Beneficium Curatum habens, si vi aliud Curatum occupat, vel scienter se iniustè introducit in eo, ipso iure est priuatus primo. Item qui non verentur occupare vi, & propria auctoritate dignitates, personatus, & alia quæcunque ecclesiastica beneficia amittunt ius, quod habebant ad illa beneficia, vel eis competebant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anch. Butr. Dom. Monach. Franc. Viu. *in ration. lib. 3. pag.* 81. Alagona *in comp. pag.* 389. remissiuè Casal *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Seu se scienter iniustè intrudit in eo*]Notatur ad hoc, quòd ille dicitur intrusus, qui absque diœcesani, alteriúsque superioris consensu, vel auctoritate possessionem beneficij apprehenderit, vt per Mascard. *de probat. concl. 936. num. 5.* Spin. *in speculo testam. gloss. 4. princ. num. 91.* Flamin. *de resignat benefic. lib. 7. quæst. 1. n. 114.* Azor. *instit moral. part. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 10.* Vnde quòd intrudens se in possessione absque ministerio executoris incurrat pœnas huius text. censuit Rot. *in Mutinen. Canonicatus* 13. *Iunij* 1614. coram bonæ memoriæ Vbaldo.

Decernimus ipso iure fore priuatum, &c.]Notatur ad
3 hoc quòd si quis propria auctoritate, & vi capiat possessionem beneficij, eo ipso perdit ius, quod ad illud habebat, & vacat ipso facto, vt per Couar. *lib. 3. var. cap. 16. n. 6.* Aufret. *ad Capel. Tholos. quæst. 444. n. 4.* Pontan. *de spol. lib. 1. cap. 9. num. 91 cum seqq.* Menoch. *remed. 9. recuperandæ possess. n. 277. cum seqq. & num. 306.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo possessio beneficij. vers. ad secundum pag. mihi* 86. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 58. & gloss. 57. n. 46.* Farin. *in praxi crimin. part. 6. quæst. 175. n. 64. cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 34. num. 187.* Aloys. Ricc *in collect. decis. part. 5. collect. 1475.* Rot. *decis. 66. num 1. cum seqq.* apud Farin. *part. 4. suæ praxis criminalis*, Massobr. *in praxi habendi concursum requis. 1. dub. 2. num. 18.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 57. num. 200.* secundùm Lugdun. impress. Rot. *decis. 3. de præbend. in nouis, & decis. 151. per tot. par. 2. recentissim.* vbi fuit resolutum quemdam Annibalem esse priuatum Parochiali, de qua fuerat prouisus auctoritate Apostolica in forma Dignum, eo quòd approbaretur per quorundam actuum exercitium, possessionem dictæ Parochialis accepisse dicebatur, nam probatur gratiam dicti Annibalis in forma Digni nullum tribuisse illi ius in re, sed solùm importare mandatum de prouidendo quatenus idoneus fuerit repertus, Cassad. *decis. 1. num. 6. vt lite pend.* Mandos. *in reg. de annali quæst. 55. n. 3.* Rebuff. *in praxi tit. de rescript. in forma Dignum num. 2. & 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 15. §. 2. num. 56.* addebatur ignorantiam Annibalis credentis se habere aliquod ius in dicta Parochiali vigore gratiæ in forma Dignum, illum non excusare, sed solam facti ignorantiam, quod ex Mantica probatur *in d. decis. 151. num. 8.* Possessio dictæ Parochialis censebatur apprehensa per celebrationem Missarum, baptizationem, & aliorum Sacramentorum in dicta Ecclesia administrationem & omnium spiritualium actuum ad Curatum pertinentium exercitium, Abb. *in cap. in Genesi num. 5. de elect.* deinde per fructuũ perceptionem, scilicet decimarum, primitiarum, & oblationum, ex quibus probatur possessio quoad temporalia, ad text. *in l. Titia ff. soluto matrim. l. 2.* vbi Bart. *C. de acquir. possess.* cum aliis per Monach. *remed. 3. retin. num. 564.*

Intellige in intrudente se in beneficio, non autem in 4
se intrudẽte in possessione alicuius prędij ipsius beneficij cùm sint diuersa, ad tradita per Tiraquel. *de retract. lig. §. 36. gloss. 2. numero 5.* Rot. *decis. 19. numero. 10. part. 2. diuers.* & ita declarauit ipsa Rot. *in Mutinen. Canonicatus* 14. *Martij* 1603. coram Cardinali Lancellotto.

Sua temeritatis audacia]Ergo audax est qui contra 5
ius facit, vt per Rebuff. *in auth. habita, C. ne filio pro patre, verbo tam audax pag. mihi* 603. vbi alia adducit de audacia.

In gloss. casus positionis, ibi, *nota quòd sua auctori-* 6
tate non debet ingredi possessionem beneficij sibi collati, sed auctoritate sui superioris. Ita Rebuff. *in praxi benefic. tit. de immissione in possessionem num. 3.* Menoch. *de interdict. remed. 9. recup possess. num. 227. cum seq.* Cou. *lib. 3. var. cap. 16. num. 7.* Petr. Greg. *res benefic. cap. 40. num. 13. & 15.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 8. cap. 9. à num. 55. & lib. 10. quæst. 6. n. 28. cum seqq* Vnde passim conceditur à Summo Pontifice Breue, quod executoriale dicitur, pro executoribus, qui prouisum mittant in possessionem beneficij, de quo multa tradunt Marchesan. *de commissionib. part. 1. cap. 13. à princip.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 6. cap. 3. à princ.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst 4. per totam.*

In gloss. *Obtinebat.* ibi, *quòd si aliquis iniustè deti-* 7
nens beneficium, &c.] Notatur ad hoc, quòd impetrans secundum beneficium debet exprimere primum, quod de facto tenet, vt per Menoc *de arbitr. casu 201. numero 45.*

S V M M A R I V M.

1 *Potestatem Apostolicam habens personæ idoneæ de beneficio prouidendi; alias beneficiato sufficienter prouidere non poterit, nisi in litteris hoc exprimatur, & tunc vnicum simplex obtinenti prouidebit. Si verò conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur, & contra factum est nullum.*

2 *Prouideri quando mandatur alicui vsque ad certam summam, non in vno (dummodo sufficiens non sit, aut personalem residentiam non requirat) sed in pluribus beneficiis est prouisio facienda.*

3 *Beneficij æstimatio quomodo sit facienda, ostenditur.*

Cap. Is, qui XIX.

Papa quando dat facultatem alicui executori con- 1
ferendi beneficium personæ idoneæ, non potest conferre habenti aliud etiam simplex, sed sufficiens.

Sed si in litteris ponatur, vt prouideat de beneficio etian habenti aliud, tunc si illud est vnicum, & non habet curam animarum, debet prouidere, si in litteris dicatur vt prouideat de beneficio habenti plura, non extenditur nisi ad duo sine cura, prouisio autem aliter facta non valet. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidac. Anchatan Ioan. Andr. Gemin. Monac. Dominic. Franc. Viuian. *in rationali lib.3.pag.82.* Alagona *in comp.pag.389.* remissiuè Ximen. *in concordant part.2.*

2 *Beneficium sufficiens.*] Collige ex text. quòd si alicui personæ prouideri mandatur eidem beneficium habenti, prouisio est facienda si beneficium sufficiens non fuerit, vnde iam probare videtur, quòd si alicui vsque ad certam summam prouideri, mandatur non in vno (dummodo sufficiens non sit, aut personalem residentiam non requirat, vt explicat Pontifex *in præsenti*) verùm etiam in pluribus beneficiis est prouisio facienda, vt per gloss. Domin. *num* 5. Franc. *numero 4. in cap. quamuis sup. hoc tit. & lib. citato* à Couar *lib.1. var. cap.20. num.7. vers. solet*; pro quibus facit *d. cap. quamuis*, ibi, *sed in beneficiis ecclesiasticis*, vbi proponitur vnus tantùm impetrans, patet ibi, *alicui*, &c. & tamen inquit text. prouisionem esse faciendam in beneficiis ecclesiasticis, quæ verba saltem de duobus sunt intelligenda, ex reg. *pluralis locutio 45. de regulis iuris lib.6.* Quamuis contrariam sententiam teneat Host. quem refert, & defendit Gom. *de expect. num.* Staphil. *de litteris gratia tit. formis expectat. §. sexta forma num.8.*

3 Quomodo autem sit facienda æstimatio beneficij, an in fructibus grossis, an verò in distributionibus quotidianis? dic quòd in fructibus dumtaxat grossis, non verò in distributionibus quotidianis, quæ non numerantur in valore beneficij arg. text. *in cap. vnic. de Cleric. non resid. lib. 6.* iuncta communi opinione de qua *in cap. cum adeò de rescript.* aduertit Staph. *l. de tit. formis expectatiu. vers. noua in forma num.* 44. Couar. *d. n.7.* Monet *de distribut. quotid p.1. q.8. num.1. cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 *Beneficium prius reseruatum, vel alteri collatum per Papam, si quis ignorans recipiat, & vbi primum hoc sciuerit illud sine difficultate dimittit, recaperat priora beneficia propter illud dimissa, aliàs nō. & n. 2.*

3 *Verbum, tenere, aliquando accipitur pro possidere.*

4 *Beneficia dimissa, non autem resignata recuperat qui recipit beneficium prius reseruatum vel alteri collatum per Papam, & vbi primum hoc sciuit sine difficultate dimisit.*

5 *Ignorantia iusta causa non releuat Episcopum si postquam fuerit de reseruatione certioratus, insistit in contrauentione.*

6 *Beneficium permutans potest redire ad suum, altero sibi euicto.*

Cap. Si beneficia. XX.

1 ORdinarius si confert beneficium reseruatum per aliquod decretum Sedi Apostolicæ, & qui accipit ignorat talem reseruationem, vel collationem factam à Papa alicui, & accepto secundo renunciat primo, quod fortè habebat incompatibile, si postquam sciuit fuisse reseruatum, vel collatum à Papa, statim dimittit secundum, recuperat primum sine noua collatione. Idem faciunt alij, qui hac occasione renunciarunt, sed si difficultatem adhibent in dimittendis secundis, non possunt reuerti ad prima. Colligunt ex Ordinat. Lap Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.3. pag.83.* Alagona *in comp. pag.390.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Tiraquel. *in l. boues, §. hoc sermone limit. 21. num.7. ff. de verb. signif.* Et habere locum etiamsi appelletur à prouisione, quia non deuoluitur causa ad Curiam, ait Cardin. Tusch. *tom.1. litt. C. concl. 44. n.23.* 2

Quæ illi tenebant antea. Verbum, *Tenere*, aliquando accipi pro possidere, ex hoc text. colligit Rebuff. *de nominat. quæst.9. num.11.* 3

Dimissa per eos, &c.] Procedit igitur in dimissione, non autem in resignatione, prout intelligit Rebuff. *in tract. de pacificis possessorib. num. 147. & num. 150.* 4

Ne talis ignorantia, &c.] Notatur ad hoc, quòd causa iusta ignorantiæ non releuat Episcopum, si postquam fuerit de reseruatione certioratus, insistit in contrauentione, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. num. 142.* vbi *num. 146.* ex hoc text. colligit quòd regressum habens ad suum beneficium vigore huius text. vtitur remediis possessoriis. 5

Ad beneficia sua priora, &c.] Notatur ad hoc, quòd permutans beneficium potest redire ad suum altero sibi euicto, vt per Rebuff. *in tract. de pacific. possess. num. 290.* 9

SUMMARIUM.

1 *Beneficij etiā modici taciturnitas vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorum, quæ etiam legitimè super duobus obtenta ad duo prima acceptare fertur. Item prouisio alicui facta de beneficio, non obstante quòd aliud habeat, dispensationem super vtroque retinendo non inducit.*

2 *Dispensatio ad beneficia intelligitur de duobus tātùm.*

3 *Episcopus si alicui concesserit facultatē intrandi monasterium Monialium, intelligitur de prima vice.*

4 *Triennij vbi fit mentio, intelligitur de primo.*

5 *Obtentorū simplex narratio facta in postrema Apostolica prouisione non inducit dispensationem ad plura beneficia obtinenda.*

6 *Declaratur reg.* quoniam consulebant, ff. de re iudic.

7 *Beneficia duo curam animarum habentia vbi alicui retinendi potestas data fuerit à Papa, non videtur ex hoc dispensatus vt in neutro resideat, sed debet in altero tantum, vel in vtroque alternatiuis vicibus residere*

8 *Dicto,* Dummodo, *non habet vim conditionis, sed potius admonitionis.*

Cap. Non potest XXI.

DIspensationem super pluralitate beneficiorū impetrans, si tacet aliquod beneficium, licèt modicum, dispensatio non valet. Item si dispensatur vt possit retinere duo beneficia Curata, si canonicè conferantur eidem, intelligitur de duobus primis, quæ contingit habere post dictum indultum, id est, si postquam semel habuit duo Curata, vnum dimittit, non potest habere secundum. Item quando prouidetur vt quis possit habere aliquod beneficium non obstante quòd aliud obtineat, non est dispensatum vt duo beneficia habeat sed solùm quòd gratia facta valeat & non iudicatur subreptitia Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Ioan. Andr. Gemin. Arch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.3. pag. 84.* Alagona *in compendio pag. 390.* remissiuè Ximen *in concord. p.1.* 1

Intelligitur

Intelligitur de duobus primis beneficiis.] Notatur ad
2 hoc, quòd dispensatio ad beneficia intelligitur de
duobus tantùm, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermo-
ne num. 18. & seq. & limit. 14. n. 1. & lim. 16. n. 1.* Re-
buff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. ætatis vers. illaſ-
que simul dimittere*, Hoied. *de incompatibil. benef. p. 2.*
3 *c. vlt. n. 73.* Vnde si Episcopus concesserit alicui faculta-
tem intrandi monasterium Monalium, intelligitur de
prima vice tantùm, vt per Tiraq. *d. § hoc sermone num.*
4 73. Fr. Emman. *q. Regul. tom. 3 q. 6. art. 1.* Et facta men-
tione de triennio intelligere debemus de primo, ex
Surd. *decis. 189. num. 1.*

5 *Non intelligitur dispensatum*, &c.] Collige ex text. simplicem narrationem obtentorum factam in postrema Apost. prouisione non inducere dispensationem ad plura beneficia obtinenda, sed excusationem tantùm subreptionis, quæ ex non expressione prodiret, ita gloss. Franch. *num. 2.* Anchar. Domin. & reliqui Nauar. *in tract. de orat. cap. 21. miscel. 16. num. 64. & 65.* vbi subdit in hoc decipi plures credentes ex tali narratiua dispensatos remanere, Hoied. *de incompatib. beneficiis p. 2. c. vlt. n. 72.* Mil. *in repert. verbo dispensatio, vers. dispensare non intelligitur*. Rebuff. *de nomin. q. 9. n. 18.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 48 alias 49. litt. C. in nouiss. edit. vers. circa quod admonendi sunt*, Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 31. n. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. gl. 15. n. 27.* hinc colligit Flaminin. Paris. *de resign. lib. 4. q. 9. num. 34.* quòd Papa admittendo renunciationem, & conferendo per clausulas solitas in prouisione, non videtur dispensare, quamuis Mandos. *ad Lap. decis. 117. ad lit. 2.* existimat eum tutum esse, qui obtentorum meminerit in supplicatione Papæ porrecta.

6 Non obstat quòd in gratia concessa à Principe data certa scientia censetur dispensatum, ex text. *in l. quidam consulebant. ff. de re iudic.* cum aliis citatis per Xuar. *alleg. 12. a princip.* qua respondetur regulam dictæ *lib. quidam consulebant*, procedere quando aliàs gratia ex dicta certa scientia facta valere nequit, sine eo quòd talis dispensatio iudicatur. non verò quando gratia ex certa scientia facta absque tali dispensatione valere potest; constat autem gratiam ad beneficium, validam esse licèt impetretur ab illo, qui aliud retinet beneficium, dummodo de tali beneficio obtento in gratia mentio reperiatur.

7 In gloss. *Retinere* ibi, *nunquid per talem indulgentiam videatur concessum quod in neutro residere teneatur* &c. Notatur ad hoc, quòd si alicui data fuerit à Summo Pontifice potestas retinendi duo beneficia curam animarum, habentia non ex hoc indultum esse videtur vt in neutro resideat, alternis vicibus residere, vt per Tiraquel. *de iure primog. q. 17. opin. 5. n. 4.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 19.*

8 In ead. gloss. ibi, *illud enim*. dummodo, *non habet vim conditionis, sed potius admonitionis*. Ita Bertachin. *in reperter. iuris, verbo dummodo*, Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 34 num. 63.* Rebuff. *ad l. maiori parte 165. vers. dummodo ff. de verb. sign. pag. 544.* Menoch. *cons. 134. n. 36* Azeued. *l. 11. n. 39. tit. 6. lib. 5. noua recop.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 15. n. 28.* Cened. *post lib. pract. & Canon. quæst. 5. q. 11. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Legati super facienda prouisione per Papam confirmatum. Papalis gratia est censenda.*
2 *Confirmatio ex certa scientia facta dicitur si Principem eorum, quæ animum suum possent mouere, etiam extraiudicialiter instructum fuisse constiterit.*
3 *Confirmans videtur actum facere, actúsque confirmanti tribuitur.*
4 *Omnia nostra facimus quibus auctoritatem nostram impartimur.*

Cap. Si Apostolicæ. XXII.

Papa quando confirmat mandatum legati super pro- 1
uisione facienda de aliquo Canonicatu vacaturo, censetur illud mandatum esse Papæ, & si Papa mandaret alios prouidendos in eadem Ecclesia, primus esset præferendus. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 85.* Alagona. *in compend. pag. 391.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Plena de his facta narratione, &c.] Ergo confirma- 2
tio ex certa scientia facta dicitur si principem eorum, quæ animum suum possent mouere etiam extraiudicialiter instructum fuisse constiterit. vt per Auendan. *ad l. 42. Tauri gl. 3. n. 5.*

Auctoritate nostra procedant.] Notatur ad hoc, quòd 3
confirmans videtur actum facere, actúsque confirmanti tribuitur, vt per citatos à Melch. Phœbos *Lusit. dec. 28. n. 12. tom. 1.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 15. num. 54.*

Nostra censeatur effecta.] Notatur ad hoc, quòd 4
omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, vt per Boer. *dec. 151. n. 5.* Gom. *l. 40. Tauri n. 89. vers. tertio.* Melch. Phœbos *d. decis. 28. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij obtenti licèt modici taciturnitas obstat; nisi constet prouisionem factam proprio motu Papæ, quod demum intelligitur si hoc in litteris exprimat.*
2 *Claus. motus proprij vis, & effectus. rem. finè.*
3 *Motu proprio dicitur gratia concessa quando Pontifex expressit in litteris se motu proprio concedere, quamuis constet huiusmodi gratiam motu proprio fuisse ab impetrante petitam.*
4 *Dispensatio motu proprio concessa est latè interpretanda.*
5 *Rescriptum in dubio præsumitur ad postulationem partis, & non motu proprio concessum.*
6 *Subreptio ita vitiat vt obreptio in beneficialibus, & rescriptis gratia.*
7 *Verba.* Vites nolumus obtinere, *latam à iure sententiam continent.*
8 *Claus.* Motu proprio, *adiecta in rescripto, eius tollit subreptionem, licèt de beneficio obtento nulla mentio reperiatur.*
9 *Gratia ad beneficium impetrata nullius est momenti de beneficio obtento etiam modico, non habita mentione.*
10 *Declaratur text. in cap. gratia, de rescript. hoc lib.*
11 *Exprimenda in litteris sunt etiam ea ex quibus superior non redderetur facilior ad concedendum, vel denegandum.*
12 *Rescriptum impetrare potest alius pro alio.*
13 *Claus.* Motu proprio, *in gratia adiecta non inducit dispensationem.*
14 *Claus.* Motu proprio, *alias subreptiones non tollit, quæ dispensatione indigent.*
15 *Taciturnitas qualitatis, quam iure specialiter exprimi iubent, reddit gratiam subreptitiam, etiamsi ignoranter ea qualitas tacita fuerit.*
16 *Testibus probari non potest gratiam esse concessam motu proprio.*

Cap. Si motu proprio. III.

1 Papa quando habenti beneficium confert aliud motu proprio, nulla facta mentione de primo, gratia valet, & cognoscitur contulisse motu proprio tunc quando hoc exprimitur in litteris. Quando verò Papa confert ad petitionem alicuius si non fiat mentio beneficij obtenti, licèt sit modicum, gratia est subreptitia, & nulla. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Butr. Archidiac. Ancharan. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 86.* Alagona *in compendio pag. 391.* remissiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Motu proprio.*] De hac clausula latè egi *in tract. de clausul. vsus freq. claus. 79.* secundùm Lugdunum impress. vbi *in princ.* plures citaui Doctores de eius vi, & effectibus agentes.

3 *Motu quoque proprio tunc solùm gratia, &c.*] Notatur ad hoc, quòd tunc solùm dicetur gratia motu proprio concessa quando Pontifex expressit in litteris se motu proprio concedere, vt per Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 6. in princ.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 6. num. 168.* vbi post Gabr. *commun. lib. 6. tit. de. clausul. concl. 2. num. 102.* obseruat huiusmodi clausulam debere esse scriptam manu propria Principis, seu concedentis. Quod quidem procedit, etiamsi constet huiusmodi gratiam motu proprio fuisse ab impetrante petitam, quia hæc non repugnant, sed significant illis verbis Pontificem non illa petitione, sed proprio motu ductum, vt per Dec *in cap. 2. num. 23. de rescript. & cons. 51. n. 3. vol. 1. & cons. 602. num. 2. vol. 5.* Rebuff. *in concord. in forma mandati Apostol. super verbo motu proprio vers. notandum quod hæc clausula, & in praxi benefic. tit. de mandatis Apostol. in transul. mandat. num. 21.* Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. § nos itaque num. 5.* Menoch. *de arbitr. casu. 201. n. 79.* Seraph. *decis. 365. n. 1. & 2.* Rot. *in Asten. pensionis 11. Martij* 1615. coram Reuerend. D. meo Coccino Decano, impressa per Farin. *decis. 656. num. 1. par. 2. recentior.* quos refero *d. claus. 79. n. 6.*

4 *Quæ de nostra mera liberalitate processit.*] Notatur ad hoc, quòd dispensatio motu proprio concessa est latè interpretanda, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 8. disp. 1. num. 5.*

5 *Secus si ad petitionem, &c.* Notatur ad hoc quòd in dubio præsumitur rescriptum ad postulationem partis, & non motu proprio concessum, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 52. C. de reuocandis donat.* Valasc. *consult. 25. n. 18.* nunquam enim præsumitur clausula motu proprio, ex Mascard. *de probat. concl. 1075* quem refero *de claus. 70. n. 9.*

6 *Ipsam veluti subreptitiam, &c.* Ergo in beneficialibus, ac proinde in rescriptis gratiæ, ita vitiat subreptio, vt obreptio, vt per Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 161.*

7 *Vires nolumus obtinere.*] Verba hæc continere sententiam à iure latam tradunt Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 26.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num. 231. cum seqq. C. de reuocand. donat.* Virgil. Boccac. *in constit. Picens gl. 6. n. 134* Farinac. *fragm. crimin. p. 2. lit. I. num. 144.*

8 *Inualidam volumus reputari.*] Collige ex text. clausulam motu proprio adiectam in rescripto eius tollere subreptionem licet de beneficio obtento nulla mentio reperiatur, idem probat text. *in Clem. Romanus Pontifex 4. h. tit.* [illegible] *verbo beneficium*, Dominic & Franc. *num. 1.* Anch. *in* [illegible] & reliqui scribentes *hic* tradunt *gloss. vltim. in cap.* [illegible] *it. de offic. Legat. hoc lib* Abb. *in cap ad aures num. 5.* vbi Felin. *num. 16. de rescript.* idem Abb. *in cap. cum nostris 19. de concess. præb. & in cap. quia circa num. 7. de consang. & affin.* Cardin. *in d. Clem. si Romanus, à princ.* Rot. *decis. 7. hoc tit. in nouis.* Callador. *decis. 3. de pension. num. 4.* Mandos. *in reg. Cancel. 16. q. 4. num. 3.* Gom. *in cap. 1. n. 19. & 65. de rescript. hoc lib. & in reg. de non tollendo iure quæsito q. 13. in fine,* Gig. *de pensionib. q. 9. num. 4. & q. 22. num. 7.* Rebuff. *in praxi 3. p. signatura num. 17. & tit. de clausulis mandatorum num. 21:* Staphil *de litteris gratiæ tit. de vi, & effectu clausularum § subsequenter, à princip.* Anton. Gabr. *commun. tit. de clausulis concl. 2. in princ.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 7. num 10.* Ratio est, quia stante illa clausula Motu proprio, non deficit intentio in concedente, vt gratia suum sortiatur effectum, licet de beneficio mentio non fiat Intellige text procedere etiam præcedente aliqua partis petitione, vt fatentur Gom. *in d. cap. 1. de rescript. hoc lib. num. 19.* Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verbo motu proprio,* Couar. qui communem dicit *in cap. alma part. 1. § 7. num. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 201. à num. 81.* Gabr. *lib. commun. tit. de clausulis concl. 2. num. 4.* Intellige etiam stante clausula, Non obstante subreptione, vel clausula, Habentes pro expressis ea, quæ tacita sunt, de quo vide posita ad *Clem. si Romanus Pontifex hoc tit.*

Tunc enim quantumcunque modicum, &c.] Collige ex 9
text. quòd gratia ad beneficium impetrata nullius est momenti de beneficio obtento etiam modico, non habita mentione, ita gloss. *verbo taceat*, Domin. *num. 7.* Anch. *num. 5* Franch. *n. 10.* & reliqui scribentes *in præsenti*, Abb. *num. 3.* Dec. *num. 1.* vbi Innoc. *in cap. cum teneamur. hoc tit.* idem Innoc. *in cap. postulasti*, vbi Abb. *num. 1. de rescript. gloss. verbo de hoc,* vbi Abb. *num. 1. in cap. si proponente, de rescript. gloss. vltim. in cap. non potest § hoc eodem tit.* resoluunt Dec. *cons. 156.* Selu. *de benefic. p. 3. q. 12. colum. 2.* Staphil. *de litteris gratiæ tit. de vi & effectu clausularum § sunt & alia n. 2.* Rebuff. *de nomin. q. 6.* Couar. *var. lib. 1. cap. 20. à princ.* Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 42. & 43.* Bursat. *cons. 351. n. 12. l. 4.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 10. quæst. 2. n. 73 & 74.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 2. à num. 122.* Intellige, vt procedat de iure nouo, non verò de iure antiquo Decretalium, idque patet ex verbis huius text. ibi, *vires nolumus obtinere*, quæ quidem verba ius nouum inducere censentur, iuxta doctrinam *gl. vltim. in Clem. 2. de rerum permut.* iunctis resolutis per Fortun. *in l. iurisgentium in princip. num. 13. de pactis.* Staphil. *de litteris gratiæ tit. de variis modis § modo num 11.* Couar. 10
lib. 1. variar. cap. 5. num. 5. Non obstat text. *in cap. gratia, de rescript. hoc. lib* quia reiectis iis, quæ tradunt Abb. *num. 5.* Felin. *num. 6.* Dec. *num. 7. in d. cap. super litteris, de rescript.* Selu. *de benefic. p. 3. q. 12. à n. 29* Menoch. *de casu 201. à num. 52.* Satisfit si dicas in eo text gratiã valere data ignorantia, quia potest reduci ad terminos iuris communis, inter quos Papa aliàs cognita veritate concessurus fuisset; idque ex eo, quia si impetrans ibi facta mentione beneficij impetraret, adiiciendi ad effectum dimittendi alterum, si vtrumque attento iure esset incompatibile, Pontifex huiusmodi gratiam difficiliùs saltem notabiliter non concessisset. Vnde prædicta gratia ad illos terminos iuris communis reducitur, prout probat text. *in dict. cap. gratia in fine*, secus si ignorantia non posset reduci ad terminos iuris communis, iuxta *supra* dicta.

Quantumcunque modicum.] Ergo in litteris sunt ex- 11
primenda etiam ea, ex quibus superior non redderetur facilior, vel difficilior ad concedendum, vel denegandum, vt per Rebuff. *in tract. nomin. q. 9. n. 50.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 3.*

Vel alterius pro eodem.] Collige ex text. quòd potest 12
aliquis

aliquis pro alio rescriptum impetrare, idem probat text. *in l. vniuersis, C. de precibus Imper. offerendis*, tradunt gloss. *in cap. ad aures*, gloss. *pen. in cap. nonnulli, §. sunt & alij*, vbi omnes, *de rescript.* fatentur scribentes *in cap. si tibi absenti, supr. hoc eod. tit.* Abb. *in cap. ex ore sedentis, num. 2. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in d. cap. nonnulli, §. sunt & alij, n. 3.* Alex. *cons. 135. num. 3.* Nauar. *in cap. si quando, pag. 2. de rescript.* Intellige ad effectum vt gratia suum habeat effectum, secus ad effectum inquisitionis, tunc enim mandatum necessariò requiritur.

23 In gloss. *Beneficium*, ibi, *cum per hoc secum dispensatum non sit.* Dum gloss. constituit clausulam *Motu proprio*, in gratia adiectam non inducere dispensationem, de quo Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. n. 2.* Menoch. *dicto casu 201. num. 80.* Matt. *de claus. part. 1. clausul. 72. num. 15.* & alij per me citati *dicta claus. 79. n.*
24 *51.* iam probat prædictam clausulam *Motu proprio*,
alias subreptiones non tollere, quæ dispensatione indigent, idem probat gloss. *verbo validam in Clem. si Romanus Pont. hoc tit.* resoluunt Franch. *num. 5.* & alij *in præsenti*, Gom. *in cap. 1. n. 19. & 65. de rescrips. hoc lib.* Rebuff. *in praxi tit. tertia pars signatura, n. 15. & in concord. tit. forma mandati, verbo motu, versic. decimè*, Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. num. 2.* Gabr. *communium tit. de clausulis conclus. 2. à num. 40.* Menoch. *d. casu 201. à num. 81.* & iuuat ratio, quia clausula *Motu proprio*, non inducit dispensationem, iuxta text. *in cap. non potest super hoc eod. tit.*, quæ dispensatio requiritur ad tollendas alias subreptiones inhabilitatem personæ concludentes. Quicquid contradicat Dominic. *in præsenti, num. 5. & in cap. 1. num. 14. de rescript. hoc lib.*

25 In gloss. *Taceatur.* Notatur ad hoc quòd taciturnitas qualitatis, quam iura specialiter exprimi iubent, reddit gratiam subreptitiam, etiamsi ignoranter ea qualitas tacita fuerit, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 8. disputat. 21. num. 14.*

26 In gloss. *Expressè.* ibi, *ex quo non exprimitur in litteris.* Notatur ad hoc quòd non potest testibus probari gratiam esse concessam *motu proprio*, vt per Gabr. *tom. 3. commun. opinion. lib. 6. tit. de clausulis conclus. 2. n. 103.* Mascard. *de probat. conclus. 1075. num. 25.* Sanchez *de matr. lib. 8. disp. 1. num. 6.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 6. n. 168.* Ego ipse *d. claus. 79. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta motu proprio Papa pluribus beneficiis in eadem Ecclesia vacantibus simul intelligitur facta de pinguiori, sed si beneficia sunt æqualia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa.*
2 *Gratia motu proprio concessa recipit ampliationem.*
3 *Gratia ad beneficia si motu proprio facta fuerit, virtute illius poterit fieri prouisio in pensione.*
4 *Electio cùm alicui datur intra certum aliquod tempus facienda, si id non faciat, transit electio ad alium.*
5 *Mandatum de prouidendo obtinens, habet electionem casu quo plura proponantur beneficia vacantia, intelligendo vt ibi.*
6 *Maioritas consi[illegible] i[illegible] multis*
7 *Auaritia excacat homi[illegible]er.*

Cap. Si pluribus. XXIV.

1 Beneficia plura nulli de iure debita si vacant simul, & Papa confert vni beneficium in genere; si contulit motu proprio, intelligitur de pinguiori: si sunt æqualia beneficiatus intra decem dies eligat quod vult, si non motu proprio, sed ad petitionem, intelligitur quòd est minoris valoris, &c. si sunt æqualia, is ad quem de iure spectabat conferre, intra decem dies eligat, & si non eligit, electio deuoluitur ad alium. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Butr. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 88.* Alagona *in compendio pag. 392.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.*

Si motu proprio eam fecerimus, &c.] Notatur ad hoc
quòd licèt gratia ad beneficia obtenta præcedente pe- 2
tentis impetratione restringatur, *cap. quamuis hoc tit. & lib.* tamen si motu proprio concedatur, recipit ampliationem, secundùm Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de claus. concl. 2. num. 601. 603. & 607.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 7. num. 79.* quos refero ego ipse *de claus. claus. 76. n. 25.* vnde licèt talis gratia ad petitionem concessa non verificetur in pensione, iuxta
dictum cap. quamuis, facta tamen motu proprio virtu- 3
te illius in pensione poterit fieri prouisio, vt per Felin. *num. 7. in cap. causam quæ de rescrip.* Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verbo motu proprio vers. 1.* Vnde etiam priuilegium concessum motu proprio latè esse interpretandum, resoluunt. Natt. *cons. 340. n. 5.* Surdi *cons. 140. n. 59. cum seq.* Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, c. 33. n. 19.* Octau. Glorit. *resp. 1. part. 2. num. 71.* Ego ipse *d. claus. 79. num. 26.*

Ad alium ex tunc electio, &c.] Notatur ad hoc quòd 4
cùm alicui, siue à iure, siue à statuto datur electio intra certum aliquod tempus facienda, si id non faciat, transit electio ad alium, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 24. num. 9.*

Ad eam, quam is cui conferimus, &c.] Collige ex 5
text. illum pro quo conceditur mandatum de prouidendo, habere electionem casu, quo plura proponantur beneficia vacantia, ita gloss. *verbo elegerit.* Domin. *num. 2.* Franch. *num. 3.* Anch. & alij *in præsenti* relati à Cassad. *decis. 3. pensionib. num. 4.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num. 2.* Vnde iam videtur probare quòd beneficiis simul collatis ille, qui habet mandatum de prouidendo cum clausula ad tuam, vel alterius collationem pertinente, quodcunque voluerit repetere poterit. Intellige quando prædicta beneficia simul vacant eo, quòd per mortem alicuius plura beneficia habentis vacauerunt secus verò si de prioritate vacationis constiterit, tunc enim cùm Ordinarius teneatur in primo beneficio vacante collationem facere illi, qui prædictum habet mandatum, iuxta text. *in cap. mandato, hoc eod. tit.* ibi, *de beneficio, quòd primo vacauit, &c.* ac subinde aliter facta collatio nullius sit momenti meritò facta alij collatione beneficium repetetur. Intellige rursus quando mandatum de prouidendo habuerit clausulam decreti irritantis, vel aliquid, quòd Ordinario auferat potestatem conferendi, iuxta text. *in cap. si soli, infr. de concess. preb.* Intellige denique, siue mandatum de prouidendo ad beneficium vacans dirigatur, siue ad beneficium vacaturum, vtroque enim casu si simul vacauerint beneficia plura, idem dicendum est, prout aduertit gloss. *hic verbo vacantibus*, facit quod tradit Staphil. *de litteris gratia tit. de vi, & effectu claus. §. 5. num. 2.*

In gloss. *Maioris.* ibi, *maioritas consistit in multis.* 6
Ita Tiraq. *de iure primogen. q. 1. num. 10.*

In ead. gloss. ibi, *excacatur ergo auaritia.* Vide Guil- 7
lelm. Benedict. *in cap. Raynutius, § & vxorem decis. 1. num. 251. & decis. 2. num. 156 & seq.* Crauet. *consil. 10. num. 16.* Alciat. *in l. cum in testamento 102. ff. de verborum significat.* Boër. *decis. 236. num. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 150. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Præbenda, quæ per Episcopi præbendarij mortem vacat non debetur expectanti.*

2 *Episcopus ubi assistit in Capitulo tanquam Canonicus habet in eo vocem, & suffragium unum.*

3 *Beneficia qualitatibus annexa in nominationibus non veniunt.*

Cap. Cùm in Ecclesi·. XXV.

1 PApa quando habenti beneficium confert aliud motu proprio cùm ex consuetudine Episcopus habet præbendam canonicalem in Capitulo, si quis prouideatur de præbenda priuò vacatura, & interim moriatur Episcopus, non intelligitur prouidendus de illa præbenda, quia Papa non intendit priuare successorem Episcopū, nec augere numerum Canonicorum, nec derogare consuetudini. Colligunt ex Ordinat. Lap Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic Monach. Franc. Viu. *in ratien. lib. 3. pag.* 88. Alagona *in compend. pag.* 392.

2 *Vocem habeat in Capitulo tanquam Canonicus* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus, ubi assistit in Capitulo tanquam Canonicus habet in eo vocem, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 106 *an.* 9. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 104. *& seq.* D. Hieronym. Venero *in examine Episcoporum, lib.* 4 *cap.* 29. *num.* 28. vbi *num.* 30. subdit quòd tunc habet vnum suffragium sicut vnus de Capitulo, licèt magis ponderatiuum propter eius auctoritatem, refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 73. *num.* 18. secundùm Lugdun. impress.

3 *Præbendam, quæ per mortem Episcopi*, &c.] Notatur ad hoc quòd in nominationibus non veniunt beneficia qualitatibus annexa, vel ex statuto aut consuetudine, seu alio quouis modo, vt per Rebuff. *in tract. nominat. p.* 15. *num.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum non vacat per adeptionem secundi Curati, cuius fructus alius ex causa percipit.*

2 *Beneficium non dicitur obtinere ille, qui ex eo fructus percipere nequit.*

3 *Impetrans tenetur facere mentionem de beneficio, cuius fructus loco pensionis alteri reseruantur.*

4 *Mentio facienda est de proprio beneficio, quod ab alio extiterit occupatum.*

5 *Beneficij primi vacatio vt inducatur per adeptionem secundi incompatibilis, requiritur pacifica possessio nedum beneficij, & curæ, sed etiam bonorum, & fructuum, seu maioris partis.*

6 *Text. iste non est coarctatus per Extrauag. execrabilis, de præbend.*

7 *Beneficia priora vt vacent per adeptionem secundi incompatibilis, satis erit adipisci possessionem totius, vel maioris partis rerum temporalium.*

Cap. Si tibi concessum. XXVI.

1 BEneficium Curatum habens quando acquirit aliud Curatum, dum alius accipit fructus secundi ex causa, v. g. Episcopus ex concessione Papæ ad tempus, non tenetur relinquere primum. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Butr. Dominic. Monach. Anc Franc. Viu. *in ratien. lib.* 3. *pag.* 89. Alagona *in compend. p.* 39x.te..ﬂ;uè Ximen. *in concord. p.* 1.

Quandiu fructus ipsius perceperis, &c.] Notatur ad 2
hoc quod in effectu beneficium non dicitur obtinere
ille, qui ex beneficio fructus percipere nequit, ita
gloss. *verbo vacare.* Dominic & Franch. *num.* 4. An-
char & alij *in præsenti*, tradit Staphil. *de litteris gratiæ*
tit. de statu beneficiatorum, §. *huiusmodi, num.* 14. Vn- 3
de iam videtur probare quòd gratia valeat ad benefi-
cium in quo non fit mentio de beneficio, cuius fru-
ctus loco pensionis sunt alteri reseruati, prout in specie
tradit Bald. *in l. si is, qui §. cum qui, ff. de excusat. tu-*
torum. Contraria tamen sententia verior est, immò
impetrantem teneri facere mentionem etiam de be-
neficio, cuius fructus loco pensionis alteri reseruantur,
prout aduertit Dec. *in cap. cum teneamur, num.* 1. *de*
præbend. Nec refragatur text. *in præsenti*, qui proce-
dit ad effectum, ne pœna amissionis incurratur, & hoc
ex æquitate introducit quasi innuens de rigore contra-
rium esse dicendum, vnde retorqueri potest pro ista
sententia. Ex quibus colliges impetrantem teneri fa- 4
cere mentionem de beneficio ex quo nulli fructus per-
cipiuntur, putà de beneficio in habitu, in quo ob ho-
stium incursus non potest beneficiarius inseruire, nec
fructus ex illo percipere, constat namque beneficiariū
adhuc habere beneficium. Sic aliàs erit mentio facien-
da de proprio beneficio, quòd ab alio extiterit occupa-
tum, communiter ex Felin. *num.* 7. *in cap. in nostra.*
de rescript. Selu *de benef. part.* 3. *q.* 11. *n.* 1. Rebuff.
in concord. in forma mandati Apostolici, verbo pro ex-
pressis, num. 6.

Primum non debeat reputari vacare.] Collige ex his 5
verbis quòd ad hoc, vt inducatur vacatio primi beneficij per assecutionem secundi incompatibilis, requiritur quòd habeat pacificam possessionem nedum beneficij, & tituli, seu exercitij curæ, vel officij annexi beneficio, sed etiam bonorum, & fructuum beneficij, seu maioris partis eorum, vt per Villad *de Legato part.* 1. *q.* 14. *num.* 95. Cassad. *decis.* 9. *de causa possess. num.* 2. Corras *de benefic. part.* 1. *cap.* 50. *n.* 8. Hoied. *de incompatib. benefic. cap.* 13. *num.* 48. *& num.* 80. *versic. declaratur*, Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap* 16. *quæst.* 9. Nicol. Garc. *de benefic part.* 11. *cap.* 5. *num.* 122. vbi *num.* 125. et Oldrad. *consil.* 162 *num.* 3. subdit decisionem huius text. non esse correctam per *Extrauag. execrabilis*, quod etiam tradit Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *litt.* C. *concl.* 44. *num.* 17.

In gloss. *Vacaret.* ibi, *sed quæro nunquid ille teneatur* 6
infra annum promoueri, &c Notatur ad hoc quòd requiritur pacifica possessio beneficij, seu tituli, & liberum curæ exercitium, vt prouisus teneatur ad sacerdotium intra annum promoueri, vt per Cassad. *citato loco*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de non promotis intra annum à num.* 11. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.* 2. *cap* 97. *num.* 49. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 123. *&* 126. & suprà dixi *ad cap commissa* 35. *num.* 57. *de elect.*

Notatur etiam ad hoc quòd vt priora beneficia 7
vacent per adeptionem secundi incompatibilis, satis erit adipisci possessionem totius, vel maioris partis rerum temporalium, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 296. *num.* 38. Vide quæ dixi *ad d. cap. commissa.*

SVMMARIVM.

1 *Præbenda non sacerdotalis, vel integra, aut certi valoris cùm mandatur alicui conferri, præbenda sacerdotalis, dimidia, vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.*

2 *Præbēda sacerdotalis si vacet, & ex fundatione requiratur*

ratur quòd nominatus sit Sacerdos, tunc non debebitur nisi sacerdoti.

3 *Præbendarum sub nomine non comprehenduntur dimidiæ præbendæ.*

4 *Papa si mandauerit prouideri de beneficio certi valoris, non potest prouideri de beneficio minoris etiam volente eo, cui prouidendum est.*

5 *Mandati fines sunt diligenter obseruandi.*

6 *Argumentum à maiori in mandato non valet.*

CAP. Cui de sacerdotali. XXVII.

1 MAndata Papæ non debent extendi ad alios casus quàm ad expressos, ideo cùm mandatur alicui prouideri de præbenda non sacerdotali, non potest prouideri de sacerdotali etiam volenti. Ita si mandatur de integra præbenda, non potest prouideri de dimidia etiam volenti. Item si de præbenda certi valoris, non potest de minori etiam volenti. Colligunt ex Ordinar. Archid. Lap. Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 3. p. 89.* Alagona *in compend. pag. 392.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Sibi etiam volenti sacerdotalis*, &c.] Ergo si sacerdotalis præbenda vacet, & ex fundatione requiratur quòd nominatus sit Sacerdos, tunc non debebitur nisi Sacerdoti, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 15. num. 30.* Capellania, seu præbenda sacerdotalis quando dicatur, vide quæ dixi *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 34. num. 37. cum seqq.*

3 *Similiter in Ecclesia in qua integræ ac dimidiæ*, &c. Ergo sub nomine præbendarum non comprehenduntur dimidiæ præbendæ, iuxta ea, quæ post Gonzal *ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. in princ. à n. 39.* resoluo ego ipse *dicto tract. de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 2. gloss. 17. n. 51.* secundùm Lugdunens. impress.

4 *Idem cum iniungitur prouideri alicui*, &c.] Notatur ad hoc quòd Pontifex mandans prouideri de beneficio certi valoris, non potest prouideri de beneficio minoris, etiam volenti, cui prouidendum est, vt per Menoch. *cons. 72. num. 1. & 14.* Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 21. num. 35. & 36. vers. vnde textus.* vbi reddit rationem huius decisionis, quia sic mandatum fuerit, cuius fines strictissimè seruandi sunt, & ita hoc est speciale in mandato, vt notant Dec. *in reg. in eo quod plus est, num. 14. ff. de regulis iuris*, Pelaez del Maioratu *part. 1. quæst. 4. num. 3. in 1. edit.*

5 *Quorum fines diligenter seruari*, &c.] Notatur ad hoc quòd mandati fines sunt diligenter obseruandi & custodiendi, vt per Menoch. *cons. 134. num. 3.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 37. num. 5. & decis. 117. à num. 12.* Tiraquel. *in lib. si vnquam, verbo libertis, num. 59. C. de reuocand. donat.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis. 309. num. 1. in 1. edit.* Camill. Bottel. *in summa omnium decis. tit. 66. num. 437.* Et ideo non

6 valet argumentum à maiori in mandato, cuius fines diligenter obseruandi sunt, vt per Chald. Pereira *de emption. & vendit. cap. 13. num. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficio secundo Curato effectualiter adepto primum consimile eius possessore irrequisito, conferri non autem eius possessio dari potest.*

2 *Beneficij primi incompatibilis vt inducatur vacatio per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & eius acceptatio, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacificæ, vel quod per prouisum stet quominus eam adipiscatur.*

3 *Possessio secundi beneficij incompatibilis, vt inducatur vacatio primi, debet esse pacifica non solùm de facto sed etiam de iure.*

4 *Beneficiarius duo beneficia obtinens vacatus priuari non debet possessione primi, ac proinde si spolietur est restituendus, & num. 5. & 6. respondetur contrariis*

7 *Beneficium detinens etiam iniustè, non debet expelli non citatus.*

8 *Intrusus lite pendente non debet expelli non citatus nisi constet ex actis ipsum esse talem, & habere causam a litigante, & nullam ei prorsus defensionem competere.*

9 *Vsufructu finito non potest dominus fructuarium expellere propria auctoritate, sed debet illum ab eo vendicare per iuris remedia.*

CAP. Licèt Episcopus. XXVII.

CVratus aliquis postquam accepit aliud beneficiũ 1 simile, & est in pacifica possessione, vel per ipsum stat, tunc Episcopus potest primum beneficium alteri conferre, sed non potest dare corporalem possessionem non vocato primo Curato, quia adhuc posset illi competere ius retinendi. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 89.* Alagona *in compend. pag. 393.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Ac ipsius possessionem pacificam, &c.] Notatur ad 2 hoc quòd ad inducendam vacationem primi beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, non sufficit collatio sola, & eius acceptatio, sed requiritur adeptio possessionis secundi pacificæ, vel quod per prouisum stet quominus eam adipiscatur, vt per Corras. *de benefic. part. 1. cap. 10. num. 4. & 5.* Nauar. *cons. 14. & 18. sub hoc tit de antiq.* Caputaquen. *decis. 294. p. 2.* 3 Bursat. *cons. 353. lib. 4.* Mascard. *de probat. concl. 183.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 1. n. 129.* Requiritur igitur possessio secundi pacifica non solùm de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque controuersia iuris, & facti iudicialis, & extraiudicialis, vt per Villad. *de Leg. 1. q. 14. num. 96.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. §. item quod vniuersitates, verbo possederint*, Rebuff. *de pacificis possess. num. 164.* Cassad. *decis. 9. n. 1. de causa possess.* Mandol. *in reg. 34. Cancel. q. 26.* Hoied. *de incomp. benefic. cap. 13. n. 80.* Mascard. *dicta conclus. 183. num. 40.* Quintanad, *ecclesiast. 4. num. 77.* Flam. *d. quæst. 1. num. 130.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 16. q. 9.*

Non debebit te non vocato, &c.] Probat hic text. be- 4 neficarium duo beneficia obtinentem non vocatum priuandum non esse possessione primi, ac proinde esse restituendum, nam licèt cùm quis priuatur beneficio, ipso iure statim id beneficium conferri possit, nulla expectata sententia, & sine vlla citatione possidentis de facto, non tamen potest priuari possessione inauditus, vt resoluunt Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 335. & 337. de reuocand. donat.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 17. num. 24.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. §. 1. num. 39. & seq.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 26. num. 12.* quia nullus sine citatione, & actu iudiciali à sua possessione amouendus est, vt per Bald. *cons. 135. num. 1. lib. 2.* Menoch. *remed. 1. recup. possess. num. 111.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 10. num. 10. cum seqq.* Mantic. *decis. 309. num. 4.*

Obstare tamen videtur, quia ius commune resistit 5 ne plura beneficia incompatibilia quis obtineat, *cap. de multa, hoc tit. in Decretalib.* & assistit Episcopo ad

quem

quem pertinet prouisio Ecclesiarum vacantium, *cap. ex frequentibus, super de institut.* & succedit reg. *cap. ad decimas, de restitut. spoliat. hoc lib.* Communiter responderi solet ius commune, quod in hoc casu assistit Episcopo spolianti, non resistere in eisdem terminis beneficiario spoliato, nam spoliato resistit ne beneficia incompatibilia accipiat, & retineat, Episcopo verò assistit non vt eadem retineat, sed tantùm vt prius quod ipso iure vacauit, possit conferre; vnde resistentia respectu spoliati acquisitionem, & retentionem vtriusque beneficij respicit, assistentia verò respectu spoliantis solam conferendi potestatem, qui termini sunt longe diuersi à decisione text. *in d. cap. ad decimas*, ibi, *ius commune, quod spoliato resistit ne decimas retineat, assistit spolianti in eodem, vt eas consequatur, & retinere valeat.*

6 Verùm non incongruè considerari potest text. *in præsenti* solùm asserere beneficiarium plura incompatibilia retinentè non vocatum spoliari minimè debuisse. ex quo non sequitur quòd si spolietur statim restituendus sit, tum in generali regula multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, *cap. ad Apost. sup. de Regul.* & iuxta illud *turpius eiicitur*, &c. de quo *in cap. quemadmodum, de iureiur.* tum etiam, quia illæ regulæ sunt longè diuersæ quòd non vocatus nemo priuetur sua possessione, *cap. 1. de caus. possess.* quòd à iure prouenit naturali, *Clem. pastoralis, §. verum, de re iud.* & vix admittit limitationem; illa verò quòd statim restituatur reiectis exceptionibus proprietatem respicientibus à iure Ciuili procedit *in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iuliam de vi*, multasq; patitur limitationes, de quibus latissimè Menoch. *remed. 1. & 15. recuper. possess.* patet instantia in terminis *d. c. ad decimas*, in quo cautum est Ecclesiam Parochialem auctoritate propria spoliare non debuisse clericum, qui decimas intra eius Parochiam percipiebat, iuxta reg. *l. non est singulis, ff. de reg. iur.* & tamen spoliatus non restituitur, sed vide quæ *supr.* dixi *in collect. ad d. cap. ad decimas*, vbi latè de eius intellectu.

7 In gloss. *Te non vocato*, ibi, *ex quo titulo possidet licèt iniusto.* Notatur ad hoc quòd beneficium detinens etiam iniustè non debet expelli non citatus, vt per
8 Bern. *reg. 62.* Amplia quamuis sit intrusus lite pẽdente, nisi constet ex actis ipsum esse talem, & habere causam à litigante, & nullam ei prorsus defensionem competere, vt per Franc. *in cap. ex parte, num. 29. de appellat.* Hieron. Gabr. *cons. 31. num. 20. lib. 2.* & fuit dictum *in Bracharen. Archidiaconatus 31. Martij 1628.* coram Reuerendiss. Coccino Decano.

9 In ead. gloss. ibi, *Hinc est quòd vsufructuarius vsufructu finito*, &c. Notatur ad hoc quòd finito vsufructu non potest dominus fructuarium expellere propria auctoritate, sed debet illum ab eo vendicare per iuris remedia, vt per Chald Pereira *de resolut. emphyt. cap. 17. num. 17. & 41.* D. Barbos. *in l. si de vi, ff. de iudic. num. 363. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotalis præbenda per simplex mandatum de prouidendo, non nisi apto ad sacerdotium est conferenda.*

2 *Ætas requiritur ad Ordinem sacrum, quem habet annexum ex fundatione, statuto, vel priuilegio beneficium, alias prouisio de illo aliter facta est nulla.*

3 *Ordo quando est annexus præbendæ, seu beneficio, ex consuetudine, &c. non est facienda mentio ab impetrante quòd sit in ætate ad talem Ordinẽ requisita.*

4 *Habilitas impetrantis an attendatur secundùm tempus datæ, num. 5.*

6 *Concordatur text. in præsenti*, cum cap. si eo tempore, de rescript. hoc lib.

7 *Declaratur* text. in cap. si pro clericis 8. sup. hoc eodem tit.

8 *Declaratur* text. in cap. statutum, in princ. de rescript. hoc lib.

9 *Præbenda sacerdotalis non est danda ei, qui factus est Sacerdos ante legitimam ætatem.*

Cap. Ei, cui. XXIX.

QVando simpliciter mandatur, vt quis prouideatur, non potest prouideri de præbenda sacerdotali, si non est in ætate ad suscipiendos Ordines, sed debet expectare aliam. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Franch. Viuian. *in rationali, lib. 3. pag. 90.* Alagona *in compendio pag. 393.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.* 1

Sacerdotalis præbenda conferri, &c.] Notatur ad hoc quòd in beneficiis habentibus Ordinem sacrum annexum ex fundatione, statuto, vel priuilegio, requiritur ætas ad eundem Ordinem annexum requisita, vt per Rot. *decis. 1. num. 3. hoc tit. in nouis*, Rebus. *in praxi benef. tit. de requisita ad collationem bonam, num. 33. & in repet. cap. extirpanda, §. qui verò notab. 2. hoc tit.* Hoied. *de incompatib. benefic. cap. 4. num. 20.* ita vt prouisio aliter facta etiam ex causa permutationis nulla sit, ex Put. *decis. 331. & 338. lib. 1. in antiq.* Mohed. *decis. 7. de concess. præbend.* Flamin. *de resign. benefic. lib. 4. quæst. 9. num. 31. & 42.* Amplia procedere non solùm in beneficiis habentibus annexum Ordinem Presbyteratus, sed etiam in habentibus annexum Diaconatum, vel Subdiaconatum, vt pariter requiratur ætas ad talem Ordinem requisitum, ex Lambert. *de iurepatron. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 27. num. 8.* Petr. Gregor. *de benef. c. 37. num. 2.* Et ideo quando Ordo est annexus beneficio, 3 seu præbendæ ex consuetudine, &c. non est facienda mentio ab impetrante, quòd sit in ætate ad talem Ordinem requisita, vt per Selu. *de benef. p. 3. q. 11. n. 42.* Corras. *eod. tract. p. 4. cap. 4. n. 56.* Azor. *institut moral. p. 2. lib. 6. c. 33. q. 2.* 2

Si non dum, &c.] Dum text. Supponit data legitima ætate posse obtineri præbendam, iam probat habilitatem impetrantis non attendi secundùm tempus datæ, idem probat text. *in cap. ei, cui, hoc eod. tit.* tradunt gloss. *verbo non dum*, Dominic. *num. 3.* Franch. *n. 8.* & reliqui *in præsenti*, Staphil. *de literis gratia tit. de vi, & effectu clausul. §. post prædictas, n. 1.* Rebuff. *in praxi tit. requisita ad collationem a n. 32.* 4

Verùm obstat maximè text. *in cap. si eo tempore de rescript. hoc lib.* vbi habilitas à tempore datæ consideratur. Pro quorum iurium declaratione, & concordia præmittendum est quasdam esse inhabilitates, vel defectus, qui iure communi, vel stylo Curiæ attento impetrationi litterarum repugnãt tam ad beneficia obtinenda, quàm ad lites, veluti si impetrans excommunicatus existit, ex *c. 1. de rescript. hoc lib.* alias verò inhabilitates, seu defectus, qui solùm beneficij collationem respiciunt, vt si defectus sit minoris ætatis, iuxta text. *in c. cùm in cunctis, § inferiora, de elect.* Inter vtrasque inhabilitates illud maximè interest, quia in prioribus considerandum, & inspiciendum est tempus datæ, constat namque data tali inhabilitate rescriptum non valere, non ita dicendum est in posterioribus inhabilitatibus, in quibus tempus præsentationis, vel collationis inspicitur dummodo in litteris Apost. vitium subreptionis non detur, si enim tale vitium subreptionis in impetratione reperiatur, non tempus præsentationis, vel collationis inspicitur, sed tempus datæ consideratur, patet si expendas in hac specie dari odiosa 5

impe

impetrâtis qui expressit, vel suppressit aliquod necessarium, ex reg. text. *in cap. ex tenore, de rescript.*

6 Ex quibus colliges primò concordiam ad text. *in præsenti*, cum text. *in d. cap. si eo tempore*, vt procedat ille text. quando in forma impetrationis vitium subreptionis reperitur, text. verò *in præsenti*, quando tale vitium in forma impetrationis non datur, & ita Abb. *num.* 8. *in cap. dilectus supr. hoc tit.* Felin. *in cap. eam te, de rescript.* communis secundum Nauar. *in cap si quando pag.* 21. Et probatur intellectus ex eo, quia impetrans *in d. cap. si eo tempore*, non simpliciter & in genere impetrauit beneficium, sed facta mentione de Curato, patet ex alternatiua, de qua *ibi*, vnde aduertere, & exprimere debebat se tunc temporis non habere illam ætatem, quæ ad tale beneficium requiritur. Contrà verò *in hoc text.* simpliciter, & in genere nulla facta mentione de sacerdotali impetrans præbendam postulauit, vnde potuit probabiliter non aduertere sacerdotalem primo vacaturam. & non est imputandum, sicut illi, quòd ætatis defectum non expresserit. Nec refragatur quòd sub nomine beneficij in impetratione Curatum beneficium non veniat, ac proinde videtur dicendum quòd nec appellatione præbendæ sacerdotalis contineatur, ex *cap. cùm in i. lis, in princ. sup. hoc tit.* quia respondebis cum Franc. *n.* 2. & Domin. *n.* 4. *hic.*

7 Secundò collige intelligentiam ad text. *in cap. si pro clericis* 8. *sup. hoc eod. tit.* dum dicit valere impetratione beneficij Curati licèt impetrans tempore datæ sacrorum Ordinum defectum patiatur, constat namque attento iure communi data ætate sufficienti illum esse idoneum ad Curatum beneficium, qui in minoribus Ordinibus, vel in prima Tonsura cõstitutus est, ex *cap.* 2. *de instit. & ex cap. licèt canon. de elect. lib.* 6. communis, vt per Roch. *de iurepatr. verbo honorificum n.* 24. Rebuff. *in praxi tit requisita ad bonam collat. num.* 34. ac proinde suppressio deficientium Ordinum sacrorum in impetratione Curati subreptionum non inducit, nec viciat, vt text. habet. Vnde fit. vt in terminis Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 12. ad consequendam præbendam necessaria sit ætas saltem requisita ad Subdiaconatum, vt resoluit in specie Hoied. *de incomp. benef. p.* 1. *cap. vlt. num.* 16. sic aliàs si beneficium ex statuto, vel consuetudine sacros Ordines requirat ad hoc vt collatio eiusdem fieri possit, limitabitur text. *in d. cap. si pro clericis*, tradit Dec *in cap. cùm in cunctis, §. inferiora, n. vlt. de elect.* Gutier. *cons.* 1.

8 Tertiò collige intelligẽtiam ad text. *in cap. statutum, in princip. de rescript. hoc lib.* vt procedat etiamsi iudex delegatus post tempus datæ desinat esse Canonicus, si modò talis erat tempore impetrationis. constat namque habilitatem requiri tempore datæ, in quo saltem in habitu iurisdictio conceditur, ac proinde si tempore datæ Canonicus existat, cùm tũc habilis sit meritò delegatus esse potest. licèt ex postfacto non sit Canonicus, ita gloss. *verbo Canonicis in d. cap. statutum*, gloss. *verb. principalis in Clem. etsi principalis, de rescript. & verbo receperunt in cap. dilectus, hoc eod. tit.* Dec. *in c. quoniam*, vbi Abb. *num.* 6. *de offic. deleg.* Quod intellige non procedere qoando ille tempore datæ habens qualitatem requisitam desinat illam habere ob aliquem defectum, vel incapacitatem superuenientem, quæ repugnet iurisdictioni commissæ, veluti si post prædictum tempus matrimoniũ celebrauerit, arg. text. *in cap. vnic. de cleric. coniug. hoc lib.* & eorum, quæ notantur *in cap. decernimus, de iudic.* nõ sic dicas si tẽpore datæ Canonicus nõ existens tempore præsentationis sit effectus Canonicus, vt similiter si tempore datæ existat excommunicatus impetrans beneficium, & tẽpore collationis sit ab excommunicatione absolutus.

In gloss. *Ætate.* ibi, *sed quid dices, si iam erat Sacerdos, licèt nõ esset in ætate legitima.* Notatur ad hoc quòd præbenda sacerdotalis non est danda ei, qui factus est Sacerdos ante legitimam ætatem, vt per Nau. *cons.* 7. *num.* 6. *sub tit de ætate, & qualit in antiq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 12. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *q.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Pauperi sacerdoti non habenti beneficium si mandetur Episcopo prouidere & interim obtineat vnum, Episcopus non tenetur prouidere.*
2 *Pauperibus clericis prouidendum est de beneficiis vnde se valeant substentare.*
3 *Pauper quis dicatur, remissiuè.*
4 *Mandati causa cessante cessat mandatum.*
5 *Expectatiua gratia amittitur per assecutionem incompatibilis.*
6 *Beneficium pauperi clerico conferre potius dicitur iustitia, quàm gratia.*

CAP. Si Pauper. XXX.

EPiscopo si mandatur prouidere sacerdoti pauperi 1
non habenti beneficium, & interim obtineat vnum, Episcopus non tenetur prouidere. Colligunt. ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin Ioan. Andr. Ancb. Dominic. Monach. Anch. Butr. Franc. Viũ. *in ration lib.* 3. *pag.* 90. Alagona *in compend. pag.* 393. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Pauper clericus, &c.] Notatur ad hoc quòd paupe- 2
tibus clericis prouidendum est de beneficiis vnde se Valeant sustentare, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 2. *num.* 2. *cum seqq.* Quis autem dicatur pauper, dixi *in* 3
tract. de clausulis vsuriq. claus. 30. *n.* 7. *cum seqq.* secundùm Lugdun. impress.

Cùm cesset causa mandati.] Notatur ad hoc quòd 4
mandati causa cessante cessat mandatum, vt per Tiraquel. *in tract. cessante causa part.* 1. *num.* 180.

De cætero non tenetur.] Ergo gratia expectatiua amit- 5
titur per assecutionẽ incompatibilis, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib* 1. *q.* 1 *num.* 19.

In gloss. *Pauper.* ibi, *hac enim Decretalis loquitur de* 6
forma, qua prouidet necessitati pauperum. Notatur ad hoc quòd conferre beneficium pauperi clerico potiùs dicitur iustitia, quàm gratia, cùm illi sit debitum, & propterea rescripta in forma pauperum dicuntur rescripta iustitiæ, vt per Staphil. *de litteris gratia, §. noua forma pauperum sub num.* 5. Cassad *decis.* 8. *n.* 9. *de concess. præb.* Gonzal. *dicta gloss.* 2. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij pluribus collati prioritas, vbi non apparet, primò possessio deinde maior prærogatiua præfertur & num.* 2.
3 *Collatio facta ab Episcopo tanquam maiore præualet factæ ab ipsius Vicario.*
4 *Collatio quando est facta duobus à diuersis eodem die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis.*
5 *Prouisus a Papa præfertur prouiso a Legato, vel Nuncio.*
6 *Legatus de latere concurrere potest cum Ordinario.*
7 *Ordinarij collatio præualet quando in ea apposita est hora, & in collatione Papæ, vel legati non.*
8 *Prius, & posterius dicitur ratione vnius horæ.*

9 Bona

9 *Beneficij in collatione vbi est dubium quis debeat præferri, tunc præfertur qui priùs adeptus est possessionem, & in ea est.*

Cap. Si à Sede. XXXI.

1 PApa, vel eius legatus quando confert beneficium vni, & Ordinarius alteri eodem die, ita vt non possit constare de proprietate collationis, tunc erit potior conditio possidentis, & si neuter possidet, præfertur electus à Papa vel Legato propter ampliorem prærogatiuam. Colligunt ex Ordin.. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dom. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 91.* Alagona *in compend. pag. 393.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text desumunt Gig. *de pensionib. q. 6. n. 21.* Cort. *in memorabil. verbo hora,* Mascard. *de probat. conclus. 314.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 11. num. 67. vers. & hoc idem pag. 568. col. 2.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1442.*

3 Vnde collationem factam ab Episcopo tanquam à maiore præualet & factam ab ipsius Episcopi Vicario, qui inferior est, prorsus submouere, tradunt per hunc text. Mascard. *d. concl. 314. num. 2.* Rebuff. *in praxi benef. tit. forma Vicariatus, num 121. & 123.* Cbald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 12. num. 16.*

4 *Et potior conditio possidentis.*] Notatur ad hoc quòd quando collatio est facta duobus à diuersis eodem die, nec apparet cui priùs fuerit facta, potior est conditio possidentis, vt per Menoch. *de interd. remed. 4. adipisc. possess. num. 797. & de arbitr. lib. 2. casu. 48. n. 10. cum. seqq.* Rebuff. *de pacific possess. num. 297. cum seqq.* Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 11. num. 1. & opin. 12. num. 2.* Zerol. *in praxi Episc. part. 2. verbo beneficium, vers. secundò, pag. mihi 20.* D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. p. 2. num. 4.* Put. *decis. 120. lib. 1. in correct.* vbi dicit. decisum habere locum siue possessio eodem die, siue ex internallo capta fuerit.

5 In gloss. *Legato.* ibi, *Quid dices si Papa contulit vni, & Legatus alteri,* Notatur ad hoc quòd prouisus à Papa præfertur prouiso à Legato. vel Nuncio, vt per Gonzal. *ad reg. 8. ancel. §. 3. proœm. n. 119.* Nam Legatus de latere concurrere potest cum Ordinarius, vt per Rebuff. *in tract. nomin at. q. 17. num. 16. vers. secundo,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm. num. 54. & §. 3. proœm. num. 7.* ait quod Legatus Præuenire potest Episcopum, & quoslibet Ordinarios.

6 In gloss. *Nec apparet.* ibi, *vel in ipsis litteris dicitur de hora,* Notatur ad hoc quod quando in collatione Ordinarij est apposita hora & in collatione Papæ, vel Legati, non tunc collatio Ordinarij præualet, vt per Cassador. *decis. 20. de præbe. d.* Anton. Gomez. *lib. 45. Tauri num. 148.* Rebuff. *in tract. de pacific. possessor. n. 299.* Tiraq. *de iure primogen. q. 17. opin. 11. n. 3. & de retractu lig. §. 11. gloss. num. 10.* D Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrimon. part. 2. num. 10.* vbi Rip. *num. 7.* & Ias. *num 4. vers. secundo singulariter,* & Socin. *num. 11. vers. tertiò limita,* Rot. *in Salamantina præstimonij vltim. Ianuarij* 1614. coram Buratto *decis. 514. num. 1. part. 2. recentior.*

7 Vnde notari solet ad hoc quòd prius, & posterius dicitur ratione vnius horæ, vt per Tiraq. *de iure primogen. q. 2. num. 2.*

8 In gloss. *Neuter.* ibi, *vel vtrique nec appar[illegible] cuis tunc primo,* &c. Notatur ad hoc quod vbi est dubium quis debeat præferri in collatione beneficij præfertur qui priùs adeptus est possessionem & in ea est, vt per Tiraq. *de iure primog. quæst. 17. opin. 12. num. 2.* Menoch. *cons. 51. num. 40*

Summarium.

1 *Religiosus habens Prioratum, vel Ecclesiam Curatam si recipit secundum sine licentia Papæ, ipso iure vacat primum, quod si statum non dimiserit, efficitur inelegibilis, & priuatur vtroque, & num. 1.*

3 *Officia duo nemo potest exercere.*

4 *Officia duo quando vnus ex gratia Principis seruit, vtriusque debet habere salarium.*

5 *Prælatus non potest Regularem sibi subditum habilem facere ad duo beneficia etiam sui Ordinis, & Monasterij.*

6 *Beneficium vnitum non causat incompatibilitatem.*

7 *Connexa habentur pro vno.*

8 *Beneficij principalis capta possessione aliorum illi vnitorum capta intelligitur.*

9 *Legis promulgatæ notitiam habentes ante lapsum duorum mensium ad legis obseruantiam tenentur.*

10 *Prioratus, Eccles. vel administrationes vnius Monasterij solitæ per ipsius Monachos gubernari absque Sedis Apost. licentia alterius Monasterij Monachis non debent committi, nec commissa demitti.*

11 *Prælatus non potest suum Regularem cogere ad accipienda beneficia alterius Monasterij eiusdem Ordinis.*

12 *Ecclesia prima vacat per translationem Prælati ad aliam.*

14 *Religiosus vt transeat ad strictiorem Religionem requiritur licentia Prælati sui, quamuis non obtineatur.*

15 *Papa solus dispensat vt religiosus sine causa transeat ad laxiorem religionem.*

16 *Religiosus ad parem religionem ex causâ transire poterit de licentia Abbatis, & Conuentus.*

Cap. Cùm singula. XXX.

REligiosus sine auctoritate Sedis Apost. non præsumat habere duos Prioratus, vel Ecclesias curam animarum habentes, etiamsi cura debat exerceri per Præsbyteros à se præsentatos, & ab Episcopo institutos, nisi vnum beneficium ab alio dependeat, vel ad inuicem sint connexa. Et si habens vnum, alterum recipit, primum statim dimittere tenetur, quo ipso iure est priuatus, quod si non fecerit, repelli debet ab vtroque, & efficitur ineligibilis. Colligunt ex Ordinar. Lap Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 91.* Alagona. *in compend. pag. 394.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Hoiced. *de incompatib. benefic part. 1. cap. 22. num. 3.* Campen. *in diuers. iuris Canon. rubr. 22. cap. 7. num. 17.* subiicientes text. *in præsenti*, non modò explicandum esse de Monacho, sed de Religioso quocunque. 2

Cum singula officia sint singulis committenda personis.] Notatur ad hoc quòd nemo potest duo officia exercere, vt per Tiraq. *de constit. part. 3. limit 30. n. 38.* Auiles. *ad cap. 1. Prætorum. num. 1. fol. 29. verbo.* Quando vero vna persona ex Principis gratia duo officia seruit, vtriusque debet habere salarium, vt per Auil. *ad d. cap. 1. Prætor. fol 30.* Azeued. *ad. Curiam Pisan. lib. 2. cap. 22 num. 9.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 7. q. 1* Zerol. *in praxi Episc. par. 1. verbo distributiones vers. primum pag. mihi 116.* 3 4

Absque Sedis Apost auctoritate.] Ergo Prælatus non potest Regularem sibi subditum habilem facere ad duo beneficia etiam sui Ordinis, & monasterij, vt per Nau. *comment. 4. de Regular. num. 23. vers. quartò.* 5

Nisi

6 *Nisi fortè vnus ex eis ab alio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd beneficium vnitum non causat incompatibilita-
7 tem, vt per Gonzal. *ad reg 8. Cancel. gloss. 5. § 7. num. 21.* Nam connexa habentur pro vno, ex Surd. *decis. 78. num 13.* itavt per collationem principalis habeatur vtrumque, gloss. *verbo de iure in cap. gratia, de rescrip. hoc lib.* Rot *in Verdunen. Decanatus 9. Martij* 1590.
8 coram Cardin Lancellot. seu impressa per Nicol. Garc. *de benefic part. 5. cap. 1. num. 270.* Et capta possessione Ecclesiæ, seu beneficij principalis, aliorum illi vnitorum capta intelligitur, vt per Ferret. *cons. 236. n. 8.* Gonzal. *d. gloss. 5. §. 7. num. 6.*
9 In gloss. *Peruenerit.* ibi, *& sic si perueniat ante duos menses tempore publicationis*, &c. Notatur ad hoc, quòd habentes notitiam, & scientiam legis promulgatæ ante lapsum duorum mensium ad legis obseruantiam tenentur, & obligantur, vt per Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 8.* Sayr. *in clam Regia lib. 3. cap. 5. num. 10.*

§. Prohibemus.

10 Prioratus, Ecclesia, administratio, vel officia vnius monasterij consueta gubernari per Monachos eiusdem monasterij non committantur Monachis alterius monasterij, & commissa reuocentur, qui secus fecerint, & commissa non reuocauerint ea vice sunt priuati potestate ordinandi, & si loca non sint exempta, ordinet, Episcopus, si exempta. Papa Recipientes, & eligentes sunt in eligibiles ipso iure, Colligunt Doctores citati *in princ. text.*
11 Ex principio huius §. colligitur Prælatum non posse suum regularem cogere ad accipienda beneficia alterius monasterij eiusdem Ordinis, vt per Nau. *comment. 4. de regularibus num. 23.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 25.*
12 *Nisi canonicè transferatur*, &c.] Notatur ad hoc, quòd per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima Ecclesia, vt per Gonzal. *ad reg. §. Cacel. gloss. 15. num* 48.
13 In gloss. *Canonicè.* De materia huius gl. latè egi *in collect. ad cap. licèt, de regul. in Decretal.*
14 In ead. gloss. ibi, *vt si transeat ad strictiorem Religionem, sufficiat licentia sui Prælati, etiamsi non obtineatur.* Ita Menoch. *de arb. cas. 421. n. 37.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 3.* Sanch. *in præcepta Decalog tom. 2. lib. 6. cap. 7. num 32.*
15 In ead. gloss. ibi. *sed si transiret ad laxiorem sine causa solus Papa dispensat.* Ita Sanch. *d. lib. 6. cap. 7. num. 68.* Menoch. *de arbitr. casu. 421. num. 16.* Fr. Barth. de Vech. *in praxi obseruanda in admittend. ad relig. stat. nouit. disp. 15. dub. 5. num. 1.*
16 In ead gloss. ibi, *si ad parem ex causa transire poterit de licentia Abbatis, & Conuentus.* Referunt, & sequuntur Monach. *hic num. 4.* & Anch *num* 2. Rebuff. *in praxi benef. tit. de translat. Monach. num. 7.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 107. vers. dico secundo,* Sanch. *d. cap. 7. num. 49.* Miranda. *tom 1. quæst. 31. art. 5. concl. 2.* Fr. Barthol. de Vechis *d. dub. 5. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi, vel Canonici absentes si non vocentur ad receptionem, vel collationem, possunt dicere de contemptu nisi consuetudo habeat eos non vocari.*
2 *Canonici non eliguntur sed recipiuntur.*
3 *Canonicus si est in loco vnde vocari debet, & non vocatur potest facere cassare electionem factam eo absente.*

CAP. Cùm in Ecclesiis. XXXIII.

CAnonici quando in Ecclesia accipiendi sunt, vel 1
conferenda beneficia, præsentes Canonici, si commodè fieri potest, debent vocare absentes, nisi consuetudo sit in contrarium. Et vbi non est talis consuetudo si absentes non vocati instant, omnia attentata sunt reuocanda. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anchar. Butr. Dominic. *in compendio pag. 394.* remissiuè Ximeo. *in concord. part. 2.*

Canonicorum receptio.] Ergo Canonici non eligun- 2
tur, sed recipiuntur, vt per Boer. *decis. 223. n. 6.*

Alioquin quòd in eorum absentia, &c.] Nutatur ad 3
hoc quòd Canonicus si est in loco vnde vocari debet, & non vocatur, potest facere cassare electionem factam eo absente, vt per Rebuff. *de voce Canon. in Capitulo quæst. 30. à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia morientium etiam in loco vicino Curiæ Romanæ per duas diætas legales, vel Sede ipsa vacante, ibi causam, domicilium, vel originem non habentium sed Curialium, & ibi causa Romanæ Curiæ morantium, vel translata Curia eam sequentium, & in itinere decedentiũ, vel in loco vnde recessit Curia, in quo remanserant infirmi, conferri nequeunt per alium, quàm per Papam.*
2 *Beneficia resignata coram Papa in Curia sunt reseruata reseruatione iuris.*
3 *Beneficium illud dicitur vacare apud Sedem, vt sit reseruatum, quod vacauit in locis vicinis ipsi Sedi Apost. & Rom. Curiæ.*
4 *Reseruatio quoad beneficia Vrbis non habet locum in iis qui in verbo degunt ratione originis, vel domicilij, nisi etiam Curiam sequantur.*
5 *Subditus quis dicitur magis ratione domicilij quàm originis.*

CAP Præsenti. XXXIV.

BEneficium vacans apud Sedem per solum Papam 1
est conferendum, quod locum habet in Curialibus, seu Nuncijs, qui ineundo, vel redeundo moriuntur in locis vicinis Curiæ, idest, intra duas diætas legales. Idem si Sede vacante Curialis peregrinationis, infirmitatis, recreationis, seu alia causa in loco vicino moriatur, dummodo ibi domicilium, vel domus propria non existat. Item si quis habet domum, vbi degit in Curia, & ibi moriatur, beneficia non conferentur per solum Papam, quia non dicuntur vacare in Curia. Si verò Curia recedit ab vno loco, & aliquis Curialis officialis ibi remanet, vel dum sequitur, Curiam moriatur, licèt in loco distanti, collatio spectat ad Papam, qui dicuntur vacare in Curia. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anch. Domin. Butr. Monach. Frach. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 94.* Alagona *in compend. pag. 394.* remissiuè Ximen *in concord. par. 1. & 2.*

Ab ipsa obtinere noscuntur, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd beneficia resignata coram Papa in Curia sunt reseruata reseruatione iuris, qua beneficia vacantia in Curia dispositioni Sedis Apostol. reseruantur, vt per Flamin. Paris *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 5. num. 54.*

Si eos in locis vicinis ipsi Curiæ, &c.] Notatur ad hoc, 3
quòd illud beneficium dicitur vacare apud Sedem vt sit reseruatum, quod vacauit in locis vicinis ipsi Sedi

Apostol. & Romanæ Curiæ, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 45. cum seqq.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 34. quæst. 6. vers. porrò*, Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 70.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 4. cap. 1. num. 13. in vltim. impression.* reseruantur enim in præsenti beneficia venientium ad Curiam, & recedentium ab ea, & decedentium intra duas diætas, Pitt. *decis. 190. in fine lib. 3.* Rot. *in Clusina Parochialis 28. Iunij 1632.* coram R. P. D. meo Pirouano, vbi etiam fuit dictum in hac reseruatione non esse faciendam differentiam personarum ad Vrbem venientium, aut recedentium siue Curiales sint, vel non, ibique allegatur eadem Rot. *in Sabinen. beneficij 24. Martij* 1631. coram R. P. D. Verospio. Item similiter *in d. Clusina Parochialis*, fuit resolutum non esse distinguenda negotia pro quibus quis Curiam ingreditur, & ab ea recedit, scilicet peregrinationis, recreationis, negotiationis, litis, & similium, aut pro eisdem ad quos destinantur accedentes ad Vrbem, & postea recedentes, & ibidem etiam fuit animaduersum quòd ex lectura huius text. patent duæ partes principales, in prima disponitur de venientibus, & recedentibus à Romana Curia, qui obierunt intra duas diætas, & de hac non est quæstio inter scribentes quod quis veniat ad Vrbem, vel ad Curiam, & stylus datariæ semper fuit non attendere hanc distinctionem. Secunda verò pars incipit *in vers. Idem est si aliquis Curialis*, & in casibus *ibi* expressis bene habenda est ratio Curialitatis.

4 *Sanè si quis in loco, &c.*] Notatur ad hoc, quòd reseruatio quoad beneficia Vrbis non habet locum in iis, qui in Vrbe degunt ratione originis, vel domicilij, nisi etiam Curiam sequantur, & Curiales existant, vt per Rot. *decis. 616. num. 2. in 1. collect. nouissimarum, alias part. 4. diuers.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 13. num. 18. & 19.* & fuit resolutum *in Romana beneficiatus S. Petri 27. Ianuarij* 1593. coram Cardin. Blanchetto, quam refert Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 1. numero* 83. latissimè Rot. *in Romana beneficiatus S. Petri 8. Aprilis 1622. & Nouembris* 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & *in Romana appellania* 20. *Nouẽbris* 1628. coram eodem. Licèt enim beneficia vacantia apud Sedem dicantur etiam vacare in Curia, non tamen quæ vacant in Curia vel ratione obitus, vel alterius reseruationis dicuntur vacare apud Sedem si deficiat qualitas Curialitatis, Sarnen. *in reg. de triennali quæst. 31. vers. & ideo pro Clarior*, Gonzal. *d. gloss. 13. numero 49. & 59* Rot. *in d. Romana beneficiatus S. Petri 8. Aprilis* 1622. coram R.P.D. meo Pirouano, & *in d. Romana capellania*, coram eod.

Curiales.] Curiales autem ad effectum prædictum dicuntur illi, qui Papæ, aut Cardinalibus, seu officialibus Romanæ Curiæ inseruiūt, aut aliàs occasione Curiæ in Vrbe commorantur. Mandos. *ad reg. 5. Cancel. quæst. 1. num. 18. vers. concludo igitur*, Rot. *decis. 616. num. 2. part. 4. diuers. & in d. Romana beneficiatus S. Petri 21. Nouembris* 1624. coram R.P.D meo Pirouano, & *in d. Romana capellania*, coram eodem, in qua propterea fuit resolutum Protonotarios Apostol. creatos à Legatis de latere non dici Curiales, quia nullum officium neque seruitium in Curia habent, sed creati sunt Notarij honoris causa tantùm; potestas enim omnimoda tam in scribendis actis Martyrum, quàm in aliis functionibus, quæ priùs ad istos Protonotarios spectabat ex constit. Sixti V. & aliorum Pontificum successorum, concessa fuit collegio Protonotariorum participantium priuatiuè quoad alios.

Non sufficit tamen ad effectum prædictum quòd quis semel fuerit Curialis, nisi etiam probetur Curialitas continuata vsque ad mortem, Anchar. Archid. & Ioan. Monach. *in præsenti*, Mandos. *in reg. 5. Cancel. quæst. 3. in fine*, Rot. *in d. Romana beneficiatus S. Petri 20. Nouembris 1624. & 30. Martij* 1626. coram R.P.D. meo Pirouano.

Præsumitur tamen Curialitas continuata vsque ad obitum, nisi mutata probetur, vt de familiaritate tradunt Saruen. *de impetr. benefic. per obit. fam. quæst. 13. num. 6.* Rot. *decis. 14. num. 4. part. 2. recent.* & de ciuilitate, firmat. Bart. *in l. assumptio §. vlt. ff. ad municip.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 25. numero 3. & præsumpt. 42. num. 12.* & de curialitate Mandos. *super d. reg. 5. quæst. 4. in fine, & num. 6. vers. ad aliud*, Rot. *in d. Romana beneficiatus S. Petri.* Verùm aduersùs hanc præsumptionē admittitur leuior probatio etiā per alias præsumptiones, & coniecturas. Alciat. *de præsūpt. reg. 2. præs. 21. n. 12. & 13.* Menoch. *lib. 4. præs. 64. n. 65.* Rot. *in d. Romana beneficiatus S. Petri 20. Nouembris 1624. & 30. Martij* 1626. coram R. P. D. meo Pirouano, refert Ferentil. *in annot. ad decis. 540. Buratti lit. C.*

In gloss. *Originis.* ibi, *certè satis idem puto, &c.* Notatur ad hoc, quòd quis dicitur subditus magis ratione domicilij, quàm originis, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 9. gloss. 2. num. 22.* Chald. Pereira *in responso pro Ferdinando Pereira num. 3.* 5

SVMMARIVM.

1 *Papæ mors tollit ne Parochiales Ecclesiæ in Curia vacare dicantur, & num. 2.*

3 *Text. hic corrigit Extrauag. piæ, hoc tit. inter cõmmun.*

4 *Text. in præsenti procedit tantùm in Parochialibus in Curia vacantibus, & non reseruatis alia ratione.*

5 *Dictio liberè, idem importat hic, quod sine aliquo reseruationis obstaculo.*

Cap. Si Apostolica Sede. XXXV.

PArochi quando moriuntur Romæ Sede Apost. vacante, vel ante mortem Papæ, sed vacante Sede huiusmodi Parochiales Ecclesiæ non sunt adhuc prouisæ, prouisio illarum spectabit ad Ordinarios non obstante dispositione *cap. licet 2. eod.* Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rational. lib. 3. pag. 95.* Alagona *in compendio pag.* 395. remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* 1

Hanc eandem conclusionem firmant Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma noua prouis. verbo dummodo tempore data præsentium numero* 14. Paul. Granut. *ad Simon. quæst. 47. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. num. 125. cum seqq. & gloss. 24. numero 211. & 217.* Ioan. Anton. Massob. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes requis. 7. dub. 43. & 44.* secundùm Roman. impress. Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 12.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 1. à n. 101.* vbi *num. 102.* subdit quòd cùm text. *in præsenti* sit posterior *Extrauag. pia 1. de præbend. inter communes*, illam quantum ad hoc correxit, & *n. 106.* ait quòd quamuis per *Extrauag. Clement. V. Etsi in temporalium 3. de præbend. inter communes*, quæ est posterior, sit derogatum huic text. tamen illa Extrauag. erat temporalis, & cum suo conditore expirauit, vt apparet ibi. 2 3

Text. *in præsenti* videtur solùm procedere in Parochialibus in Curia vacantibus, & non in reseruatis alia ratione, vt per Franc. *in cap. Statutum n. 6. sub hoc eod. tit.* Gasp. de Perus. *de reseruat. quæst. 5.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 103.* quicquid dicant. Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo beneficium §. 3. dicto 10. & part. 2. verbo,* 4

reseruatio

reseruatio §.5.Gonzal.*d*.§.5.*proœm à n*.137.Vtrùm autem quoad Parochiales viuente Papa vacantes sit derogatum huic *cap*. vide Nicol. Garc.*d.cap*.1.*num*. 107. *cum seqq*.

5 *Liberè*.] Id est, sine aliquo reseruationis obstaculo intelligit Gonzal.*ad reg*.8. *Cancel.gloss*.53.*n*.25.

SVMMARIVM.

1 *Gratia alicui concessa vt prouidere possit personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressis, non expirat re integra obitu concedentis, secus si personæ essent expressæ, & num*.2.
3 *Declaratur text.in cap.si super gratia, 9.de officio deleg.hoc lib.*
4 *Clausulæ* cõtradictores,*&c.vis,& effectus, remissiuè.*
5 *Dispensandi potestas est latè interpretanda quando ea conceditur ad dispensandum cum personis non expressis, at strictè intelligitur vbi exprimuntur personæ cum quibus est dispensandum.*
6 *Delegati potestas expirat ipso iure mortuo delegante re integra.*

Cap. Si cui nulla. XXXVI.

1 Gratia concessa alicui vt conferat beneficia reseruata Sedi Apostol.personis idoneis, si re integra concedens moriatur, gratia non expirat si personæ prouidendæ non erant expressæ, secus verò si expressæ erant.Colligunt ex Ordinar.Lap.Abbas, Archid.Geminin.Ioan.Andr Anch.Monach.Butt.Franch. Viuian.*in rationali lib*.3.*pag*.95. Alagona *in compend.pag*.395. remissiuè Ximen.*in concord.part*.2.

2 Hanc eandem conclusionem firmant Fr. Emman. *quæst.Regulari tom*.1.*quæst*.9.*art*.1.Sanchez *de matrim. lib*.8.*disput*.28.*n*.64.81.& 86.Nicol. Garc. *de benefic. part*.6.*cap*.2.*num*.301. vbi intelligit.Gratia Principis etiam non expirat quando continet quid perfectum & absolutum.Cardin. Tusch.*tom*.4.*conclus*.68.*num*.6. Narbona *in l*.10.*tit*.6.*gl*.3.*n*.10.*lib*.1.*noua recop*. Fontanel.*in tract. de pactis nupt.claus*.4.*gloss*.13. §.1.*à n*. 42.& in gratia solo verbo facta Menoch.*consil*.920.*ex num*.1. Maximè in his quæ conceduntur sub nomine dignitatis, Xuar.*alleg*.10.*num*.3.Mierez *de maior.part*. 4.*quæst*.10. Matienc *in l*. 2.*gloss*. 2.*n*. 1.*tit*. 7.*lib*.5. *recop*. Azeued. *l*.2. *num*.3. *tit*.1.*lib*.2.*recop*. Gutier. *lib*.2.*practic.quæst*.74.*à num*.1.& *quæst*.75.*num*.1.Mastrill.*lib*.2.*de magistrat.cap*.27.

3 Non obstat text. *in cap.si super gratia* 9. *sup.de officio deleg.hoc lib*. dum indistinctè habet, gratiam non expirare morte concedẽtis etiam re integra,quia distinguere oportet quando gratiæ rescriptum refertur ad eum,cui gratia fit, etiamsi causa delegationem contineat alteri directam, quia tunc mortuo concedente gratia non expirat,arg.*cap.decet,de regulis iuris hoc lib*. & procedit *d.cap.si super*, quod obtinet etiamsi gratia alterius fauorem,vel vtilitatem includat.& intelligitur text.hic in primo responso. Quando verò rescriptum gratiæ non refertur ad eum,in cuius fauorem gratia fit, mortuo concedente expirat, si res integra sit, vel fuerit,quia si quis mandat seruum in genere emi, inspicitur scientia ementis,si in specie inspicitur mandantis,sic gratia in genere facta primo responso huius text. mensurato ex persona donatarij, id est. Episcopi, an expiret, vel non, & gratia in specie facta in secundo responso huius text.ex persona donantis,id est, Papæ, cuius morte expirauit & sic procedit text.*in vers.secus si super*.Colligunt hæc concordia ex Morla *in emporio iuris part*.1.*tit*.2.*in prælud.num*.108.

Barbos.Collect. *Tom.IV.*

Contradictores eadem auctoritate, &c.] De vi, & effectibus huius claus.egi latè *in tract.de clausulis vsufreq,claus*.33.secundùm Lugdunen.impress. 4

Non expirat, &c.] Notatur ad hoc, quòd potestas dispensandi est latè interpretanda quando ea conceditur ad dispensandum cum personis non expressis aut strictè intelligitur vbi exprimuntur personæ cum quibus est dispensandum, vt per Pure. *decis*.39.*n*. 2. *lib*. 3.*in correctis*,Sanch.*de matrimon lib*.8.*disp*.2.*n*.6. Couar.*de sponsalib.p*.2.*cap*.8.§.8.*sub.n*.9. 5

Illa quidem expirat omnino.]Notatur ad hoc,quòd potestas delegata expirat ipso iure mortuo delegante re integra, vt per Sanch.*de matrim.lib*.8.*disp*.28. *n*.40. vbi citat Marant. *de ordine iudic. p*.4.*dist*.5 *an iudicium sit ordinarium n*.61. Bellam.*decis*.542.*num.vnic*. Mendos.*ad reg*.10. *Cancel.de annali q*. 2.*n*.4. Ceuall. *commun.contra communes q*.424.*in fine*,& alios, 6

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui ex licentia circa incertos concessa absque titulo ad sacros Ordines clericos promouet,eis tenetur prouidere, si verò dedit licentiam suis vt à quocunque ordinentur, tenetur ille, qui dedit licentiam.*
2 *Ordinans non habentem titulum an, & quando teneatur prouidere sic ordinato remissiuè.*
3 *Ordinans non tenetur alere ordinatum sine titulo quando de alterius mandato ordinauit.*
4 *Patrimonium non est necessarium in ordinatis ad minores Ordines.*
5 *Expressio relatiua non sufficit cùm quid certum, & expressum requiritur.*
6 *Transactio valet super præteritis alimentis, non autem super futuris.*

Cap. Si Episcopus. XXXVII.

Diœcesanus si dat facultatem alteri Episcopo ordinandi quos vult in sua diœcesi, nullis expressis,& ille non habentem titulum ordinat, ordinans tenetur ministrare necessaria vitæ donec obtineat beneficium, si expressit personas, tenetur diœcesanus. Si verò dedit licentiam suis vt à quocunque ordinentur,tenetur qui dat licentiam.Colligunt ex Ordin Lap. Abbas, Ioann. Andr.Gemin. Arch. Anch. Butr. Domin.Monach. Franch.Viuian.*in rationali lib*.3.*pag*.96. Alagona *in compend.pag*. 396. remissiuè Ximen.*in concord.part*.2. 1

Tenebitur vitæ necessaria ministrare.]An, & quando ordinantes non habentem titulum teneantur prouidere sic ordinato de sufficienti beneficio, illisq; interea subministrare vitæ necessaria, dixi latè *in tract.de offit. & potest.Episcop.part*.2.*alleg*.20. 2

Non qui ordinant,sed qui tribuunt licentiam, &c] Notatur ad hoc, quòd ordinans non tenetur alere ordinatum sine titulo quando de alterius mandato ordinauit, vt per Surd. *de alimentis tit*.7.*q*.37.*n*.51. 3

In gloss. *Ad Sacros*. ibi, *ideo dicit quia pro ordinatis ad minores*,&c Ita Fr.Emman.*in sum.cap*.15.*concl.vlt. tom*.1.Flamin.Paris.*de resignat.benef.lib*.2.*q*.6.*n*.5.Salzed.*ad Bernard.in pract.c*.18.*n*.5. 4

In gloss. *Certas*.Notatur ad hoc quòd expressio relatiua non sufficit cùm quid certum & expressum requiritur, vt per Tiraq.*de iure mariti gloss*.7.*n*.198. 5

In gloss. *Ad præmissa*.ibi,*& alimenta pacto alimentarij non tolluntur*,&c. Notatur ad hoc, quòd valet transactio super præteritis alimentis,non autem super futuris,vt per Gig.*de pension.q*.51.*n*.27.Menoch. *de arbitr. casu* 170. 6

casu 170. Lar. *in l. si quis à liberis §. parens num.* 5 2 & *num.* 75. *ff. de liberis agnosc.* Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæst.* 1 *n.* 40. & *tit.* 6. *quæst.* 10. *num.* 1. & *tit.* 8. *priuil.* 56. *num.* 4. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 4. *in prælud. à n.* 40. Aldouin. *consil.* 73. *num.* 1. D. Barbosa *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 9 *ff. soluto matrim.* Rebell *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 16 *quæst. fin. num.* 2. Cardinal. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 26 *tit.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Papa si dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam deuoluta, & deinde aliquod de his conferat specialiter, vel conferri mandet, species generi derogat, ita quòd secundo beneficium debetur.*

2 *Gratia specialis derogat generali in litteris gratiæ.*

3 *Resignans non potest amplius se intromittere in beneficio resignato.*

4 *Resignans post expletam resignationem habetur pro mortuo quoad illud beneficium resignatum.*

CAP. Quamuis. XXXVIII.

1 PApa si dat facultatem, v. g. conferendi beneficia in genere vel beneficia deuoluta ad Sedem Apostol. si antequam Episcopus conferat, Papa alicui certæ personæ confert, vel mandat alicui conferri, tenet collatio Papæ, non Episcopi, quia posterior specialis derogat primæ gratiæ generali, licèt in speciali non fiat mentio de generali. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Domin. Monach. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 97. Alagona *in compend. pag.* 396. remissiuè Ximen *in concord. part.* 2.

2 *Nam prima generali gratia*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in litteris gratiæ specialis gratia derogat generali, & ei præfertur, vt per Valasc. *consult.* 72. *n.* 3.

In gloss. *Cedentium.* ibi, *quòd cedens esset mortuus*
3 *quoad beneficium, cui cessit.* Notatur ad hoc, quòd re-
signans non potest amplius intromittere in benefi-
cio resignato, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic.*
4 *lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 8. nam post expletam resignatio-
nem habetur pro mortuo quoad illud beneficium
resignatum, Campanil. *in diuersorio iuris Canonic.*
rubr. 11. *cap.* 27. *num.* 60. *versic. alterum quod in dicta*,
abdicauitque à se propterea omne ius, teste Crescent.
decis. 95. *aliàs* 6. *de iudic.* omnémque perdidit posses-
sionem, ita quòd in ea perdurando diceretur intrusus
ad instar alterius cuiuscunque, qui esset titulo benefi-
cij priuatus, Paris. *cons.* 144. *num* 18. *vol.* 4. Grauet.
consil. 341. *num.* 3. Gig. *consil.* 20. *num.* 9. A quo tem-
pore autem resignans beneficium desinat lucrari fru-
ctus, latè agit Nicol. Garc. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *n.*
125. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio gratiæ non tollit ius quæsitum, sed quærendum, nisi ius annexionis aliud inducat, nec tamen tollit ius quærendum annexum iure digniori iam quæsitum.*

2 *Gratia re integra non extinguitur per mortem Papæ eam concedentis.*

3 *Consuetudine introduci potest quòd quis habeat dignitatem, & canonicatum in eadem Ecclesia.*

CAP. Si is, cui. XXXIX.

REuocatio gratiæ non tollit ius acquisitum, sed ac- 1
quirendum, quod non est conexum cum digniore acquisito, nec tollit acquirendum, quod non est conexum cum digniori acquisito, v. g. fuit facta gratia alicui de acquirendo Canonicatum, præbendam, dignitatem, acquisiuit Canonicatum, & non dignitatem, & reuocatur gratia, si Canonicatus erat coniunctus dignitati, non reuocatur gratia pro dignitate, si non erat annexus, admittitur, idem de præbenda. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Gemin. Ioan. Andr. Archid. Anchar. Butr. Domin. Franch. Viuian *in rationali lib.* 3. *pag.* 95. Alagona *in compend pag.* 396. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

Prædecessorum nostrorum, &c.] Ergo per mortem Pa- 2
pæ concedentis gratiam non extinguitur gratia etiam re integra, vt per Doctores, quos citaui *in collect. ad cap. relatum* 29. *num.* 6. *de offic. deleg.*

Non sic autem si Canonicatum, &c.] Notatur ad hoc, 3
quòd consuetudine introduci potest quòd quis habeat dignitatem, & Canonicatum in eadem Ecclesia, vt per Doctores quos citaui *in collect. ad cap. eam te num.* 7. *de rescriptis.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio gratiæ obest expectanti præbendam, & decreti interpositio etiam ignoranti.*

2 *Claus.* Anteferri, *quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*

3 *Claus. decreti irritantis ligat etiam ignorantes.*

4 *Ius ad rem facilius tollitur, quàm ius in re.*

5 *Claus. decreti irritantis annullat actum contra factum ipso iure.*

6 *Dictio*, penitus, *denotat nullitatem actus ipso iure.*

7 *Collatio Canonica per se solum absque traditione possessionis, eiúsque apprehensione ius in re tribuit.*

8 *Beneficium non dicitur vacare per habentem solum ius ad rem.*

CAP. Quondam. XL.

SI tibi detur canonia cum expectatione præbendæ 1
vacaturæ, & mihi eadem gratia concedatur cum clausula *Anteferri*, deinde vacat præbenda, & tibi confertur ignoranter, interim reuocatur gratia, & mox eadem præbenda mihi confertur. Quæritur cui debeatur? Resp. quòd nulli, non tibi propter clausulam *Anteferri*, nec mihi, quia est reuocata gratia Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian *in ration. lib.* 3. *pag.* 98. Alagona *in compendio pag.* 397. remissiuè Ximen *in concordant. part.* 2.

Voluit anteferri.]De vi, & effectibus clausulæ *Ante-* 2
ferri, egi latè *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 8. secundùm Lugdunen. impress.

Licèt ab ignorantibus. &c.] Ergo clausula decreti ir- 3
ritantis ligat etiam ignorantes, vt per Doctores citatos *in collect. ad cap. si eo tempore, de elect. hoc lib. & dict. tract. claus.* 40. *num.* 7.

Ius verò. &c.]Notatur ad hoc, quòd ius ad rem faci- 4
lius tollitur quàm ius in re, vt per Menoch. *cons.* 36. *n.* 5

Penitus est sublatum.]Notatur ad hoc, quòd crausu-
la decreti irritantis annullat actum contra factum ipso 5
iure, vt per Menoch. *cons.* 83. *n.* 7. *cum seq.* Flamin. Paris.
de resignat. benefic. lib. 4. *quæst.* 9. *num.* 29. Nam dictio 6
illa, *penitus*, denotat nullitatem actus ipso iure, vt
tradunt Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 21. *num.* 75.

Nicol.

Nicol.Garc. *de benefic.p.8.cap.1.n.5.* & plures citati à Ceord. *ad Sextum collect.25.num.2.*

7 In gloss. *Collatio* ibi, *quæ si præcessisset collatio, ius habuisset non ad rem, sed in re.* Notatur ad hoc, quòd sola canonica collatio absque traditione possessionis, eiúsque apprehentione ius in re tribuit, vt per Couar.
8 *lib.3. var.cap.16.num.1.* Vacare enim non dicitur beneficium per habentem solum ius ad rem, vt aduertit Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gl.15.§.2.num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo de beneficio ad collationem Capituli pertinente non tangit ius singularis,& num. 2*
3 *Mixtum nunquam comprehenditur sub simplici nisi simus in materia fauorabili,& latè interpretãda.*
4 *Beneficia per vices mensium, vel alternis temporibus à pluribus conferri possunt.*

Cap. Mandatum. XLI. & vlt.

1 MAndatum Papæ, vt prouideatur quis de beneficio pertinente ad collationem Capituli, non extenditur ad beneficia, quæ Canonicus aliquis vt singularis solet conferre. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.3.pag.99.* Alagona *in compend.pag.397.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord.part.2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Rot. *decis.3.& 4. de concess.præbend. in antiq.* Felin. *in cap.eam te num.13.vers.aliud singuli, & n.seq. de rescript.* Rebuff. *in tract.nomination.q.8.num.31.& 32.* Gonzal. *ad reg.8 Cancel.gloss.9.n.18. & 19.*

3 Ratio est, quia sub simplici nunquam comprehenditur mixtum, & è conuerso, nisi simus in materia fauorabili, & latè interpretanda, Mandos. *in reg.10.Cancel.quæst.3.n.9.& 10.* Surd. *cons.453.num.49.* Farinac. *fragm.crim.p.2.lit.M.num.241.*

4 In gloss. *Statuto.* ibi, *est fortè consuetudo, vel statutum quod beneficia vacantia primo mense,&c.* Notatur ad hoc, quòd beneficia per vices mensium, vel alternis temporibus à pluribus conferri possunt, vt per Tiraq. *de iure primog.q.17.opin.5.num.2.*



De Clerico ægrotante.

Tit. V.

SVMMARIVM

1 *Coadiutorum Episcoporũ, & suorum Superiorum datio est de maioribus causis, & spectat ad solum Papam, potest tamen Episcopus senior, vel infirmitate perpetua impeditus de consensu maioris partis sui Capituli sibi auctoritate Apostol. vnum, vel duos coadiutores assumere, & si demens fuerit, Capitulum, aut duæ partes ipsius hoc facient.*
2 *Papa solius est coadiutores Episcopis, vel eorum superioribus dare.*
3 *Delegata magis quàm ordinaria videtur concessa iurisdictio quando constat ex verbis quòd non auctoritate officij, sed auctoritate cõcedentis quis cognoscit.*
4 *Mente captus dicitur ille, qui interrogatus ad rẽ non respondet, & mentis suæ sensum nescit explicare.*

5 *Statutum loquens de infirmis, habet locum in senibus.*
6 *Episcopo senio confecto ita licet coadiutorem sibi assumere, quemadmodum & ægroto.*
7 *Ætas LX. annorum requiritur quando coadiutoria conceditur propter ingrauescentem ætatem coadiuti,*
8 *Coadiutoria quando conceditur propter corporis debilitatem narratam, debet talis debilitas verificari, quæ per se aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis.*
9 *Coadiutor datus Episcopo, vel alteri collatori infirmo, vel aliàs impedito, potest conferre beneficia.*
10 *Præscriptio immemorialis non sufficit aduersus Principi reseruata.*
11 *Alienatio immobilium prohibita censetur, & mobilium pretiosorum prohibita.*
12 *Immobilium loco habentur res mobiles pretiosæ.*

Cap. Pastoralis Vnic.

Bonif. VIII.

COADIVTORES Episcopis, vel eorum superioribus dare spectat ad Papam, quia est de causis maioribus, non obstante Constitutione contraria. Item conceditur facultas Episcopo, qui ob senium, vel aliud impedimentum perpetuum suum officium nequit exercere, vt possit de sui consilio, & assensu Capituli, vel maioris partis vnum, vel plures coadiutores assumere ad officium exercendum; & si Episcopus fuerit demens, vel nequit exprimere quod velit, Capitulum, vel duæ partes eligant prædictos, & si in vtroque casu Episcopus teneat coadiutores, & dicat se illis non egere, Capitulum nil innouet, sed omnia notificet Pontifici. Item coadiutores Prælatorum recipiant sumptus moderatos ab eorum Ecclesiis. Item nihil alienent de bonis Ecclesiæ, & reddant rationem eisdem Prælatis si sunt sanæ mentis, & Capitulo, & si adhuc non reddiderint, reddant successoribus Prælatorum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Anch. Ioan. Andr. Gemin. Monach. Domin. Franc. Viu. *in rational.lib.3.pag.115.* Alagona *in compend.pag.405.* remissiuè Ximen. *in concord.part.1.& 2.* 1

Et referendam ad Sedem Apostol.] Notatur ad hoc 2
quòd solius Papæ est coadiutores Episcopis, vel eorum superioribus dare, vt tradunt Gamb. *de officio, & potest. Legati de Latere tit. de coadiutorib. num.4.* Flamin. *de resign.benefic.l.7.quæst.20.num.14.* Quarant. *in summ. Bullary, verbo Archiepiscopi auctoritas n.9.* Campan. *in diuers. iuris Canonici rub.7.cap.6.num.105. vers. est tamen.* quos refero ego ipse *de officio, & potestat. Episcopi part.3.alleg.50.num.8*

Auctoritate Apostol.] Notatur ad hoc, quòd quan- 3
do constat ex verbis quòd non auctoritate officij, sed auctoritate concedentis quis cognoscit, magis delegata, quàm ordinaria, hoc casu videtur concessa iurisdictio, vt per D. Barbos. *in l. cùm prætor §.1.num.33. ff. de iudic.*

Demens fuerit, & quid velit, aut nolit exprimere 4
nesciat.] Ergo mente captus dicitur ille, qui interrogatus ad rem non respondet, & mentis suæ sensum nescit explicare, aut memoriam non habet ordinatam, vt per Xuar. *alleg.1.num.4.* Mascard. *de probationib. concl.1045. num.5.*

Senio, aut curabili morbo.] Ergo statutum loquens 5
de infirmis, in senibus locum habet, vt per Menoch. *de arbitr.lib.2.casu 60.num.7.*

Notatur ad hoc, quòd Episcopo senio confecto ita 6
licèt coadiutorem sibi assumere, quemadmodum

& ægroto, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 46. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. n. 21. cum*
7 *seqq.* vbi *num. 84. cum seqq.* tenet quòd ætas sexaginta annorum requiritur quando coadiutoria conceditur
8 propter ingrauescentem ætatem coadiuti. Et quando propter corporis debilitatem narratam conceditur coadiutoria, debet talis debilitas verificari, quæ per se aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis, ex Gonzal.
9 *d. §. 9. num. 88. & 89.* Et coadiutor datus Episcopo, vel alteri collatori infirmo, vel aliàs impedito, potest conferre beneficia, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 23. num. 12.* remissiuè Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo coadiutor. pag. 100.* quamuis ex Selu. distinguat Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 25. quæst. 15.* quòd quando coadiutor datur Episcopo ob perpetuam amentiam, tunc potestatem habet conferendi beneficium, secus verò quando datur adiutor Episcopo ob senium, aliúmve corporis morbum, qui vsum mentis non adimit, quia hic non habet ius conferendi beneficia.

10 In gloss. *Non obstante*, ibi, *in his, quæ sibi in signum*, &c. Notatur ad hoc, quòd præscriptio immemorialis non sufficit aduersùs Principi reseruata, vt per Valasc. *de iure emphyt. q. 8. n. 36.*

11 In gloss. *Abstinentes.* ibi, *& intellige de alienatione immobilium, vel mobilium pretiosorum.* Notatur ad hoc, quòd prohibita alienatione immobilium, censetur & mobilium pretiosorum prohibita, vt per Tiraq. *de retractu lig. 1. gloss. 7. n. 100. & seq.* Nam res mobiles pretiosæ loco immobilium habentur ex traditis per Molin.

De Institutionibus.

TIT. VI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante licèt beneficia ad Episcopi collationem spectantia conferre non possit, tamen ad illa præsentatos instituere potest, & num. 2.*
3 *Potestas instituendi præsentatos à patronis ad Capitulum Sede vacante deuoluitur.*
4 *Beneficiorum ad Episcopum spectantium collatio quare ad Capitulum non pertineat, at institutio, & confirmatio sic ostenditur.*
5 *Vicarius generalis ex generali commissione beneficia vacantia conferre non potest, sed potest instituere præsentatos.*

CAP. Etsi. I. *Bonif. VIII.*

1

CAPITVLVM Sede vacante non potest conferre illa beneficia iurispatronatus, quorũ collatio spectat ad Episcopũ, sed potest præsẽtatos à patronis admittere si sint idonei, & instituere eos in beneficiis. Colligunt ex Ordin. Archidiac. Gem. Ioan. Andr. Butr. Domin. Monach. Anch. Franch. Viuiã. *in rationali l. 3. p. 121.* Alagona *in compend. pag. 407.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Hanc eandẽ cõcl. ex hoc text. desumũt Azori. *inst. moral. p. 2. l. 3. c. 38. q. 1. & 2.* Gõzal. *ad reg. 8. Cãcel. §. 4. proœm. n. 35. & gl. 9. §. 1. n. 77.* Steph. Quarãt. *in summa Bullarij verbo Capitulũ Sede vacante vers. nono, & versic. quæ cõclusio,* Nicol. Garcia. *de benefic. p. 5. c. 7. n. 51. & 54.*

Præsentatos tamen à patronis, &c.] Expressè probat hic text. potestatem instituendi præsentatos à patronis ad Capitulum Sede vacante deuolui, vt per Abb. 3
n. 6. & omnes *in cap. 2. ne sede vac. & in c. cùm olim, de maiorit. & obed.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. à num. 87. & tit. forma Vicariatus num. 132.* Selu. *de benefic. p. 2. q. 11. n. 4.* Nicol. Garc. *d. cap. 7. num. 54.*

Quare autem collatio beneficiorum ad Episcopũ 4
spectantium ad Capitulum non pertineat iuxta hunc text. *in princ. & d. cap. 2. ne sede vac.* at institutio, & confirmatio sic, dubitarũt ab aliquibus; sed omissa solutione Ioan. And. *in cap. quanquam, de elect. lib. 6.* asserentis beneficiorum collationem non esse propriè iurisdictionis Episcopalis, iuxta *cap. conquerente, 16. de offic. Ordinar. cap. cùm ex iniuncto. ad fin. de hæret.* quam optimè conuincit Abb. *in d. cap. cùm olim,* & Selu. *n. 6.* post alios resoluentes beneficiorum collationem in Ecclesia libera de iure communi ad Episcopũ spectare, iuxta *cap. omnes 16. quæst. 7.* & ita esse propriè iurisdictionis Episcopalis, sicque inferiores hanc potestatem sibi vendicare non possunt, nisi eis aliquo priuilegio, seu legitima consuetudine competat, iuxta *cap. cùm olim, & cap. auditis. de præscript.* Omissa, inquam, hac solutione, vera differentiæ ratio ex eo prouenit, quia cùm ex confirmatione electionis, seu ex institutione præsentationis nullum futuro Prælato præiudicium generetur, quia nulla ei aliquam donationem, seu liberalitatem exercendi occasio aufertur, quippe qui electum confirmare, & præsentatum instituere, si digni sint, tenetur, iuxta *cap. postquam 3. de elect. cap. decernimus 16. quæst. 7.* rectè fit quòd Capitulum huiusmodi actus, vt pote non præiudiciales futuro Episcopo exercere possit, quamuis conferre, vt pote illius præiudicium continens, non valeat, & sic licèt collatio inter fructus Episcopatus computetur, non tamen confirmatio, & institutum, quam rationem assignat Abb. *dictis locis,* Selu. *d. num. 6.* & reliqui *supra* citati. Sic aliàs, quamuis Vicarius generalis ex generali commissione beneficia vacantia conferre non possit *cap. vlt. de offic. Vicarij hoc lib.* gloss. per text. *ibi, verbo per se ipsos in cap. statutum. de præbend. hoc lib.* Rot. *antiq. decis. 1. de renunciat.* Rebuff. *in praxi tit. de Vicar. in princip. & tit forma Vicariatus n. 53.* Staphil. *de literis gratia tit. de modo vacat. §. modo,* Couar. *var. lib. 3. cap. 20. num. 6. in fine, & num. 7.* Flamin. *de resign. lib. 7. quæst. 24. n. 5* cum aliis citatis per me *de officio, & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 54. num. 60.* potest tamen instituere præsentatos, vt per *gloss. pen. in d. cap. vlt.* Roland. *consil. 47. num. 45. lib. 1* Flamin. *d. quæst. 24. num. 7.*

CAP. Si is. II & vlt.

PRæsentatus si aliàs est idoneus, licet non sit ordi- 1
natus, si intra tempus, id est, annum iuris, possit ordinari, non est repellendus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioann. Andreas, Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pagin. 121.* Alagona *in compendio pagin. 408.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Hanc eadem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Rebuff. *in praxi benefic. titul. de requis. ad collation. bonam num. 34.* Azori. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 8. quæs. 13.*

Dummodo aliàs sit idoneus.] Vide quæ latè dixi *in* 3
tract. de clauf. vsufreq. clauf. 151. secundùm Lugdunen. impress.

De

De Concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Prouideri quando mandatur alicui de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandā, & vacat dignitas, quam ante acceptationem Ordinarius confert, tenet ipsius collatio, etiamsi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reseruationem, inhibitionem, & processus super prima vacante.*
2 *Beneficij non vacantis collatio facta non valet.*
3 *Priuilegium requirit scientiam respectu personæ priuilegiatæ, nam respectu alterius in cuius damnum est non desideratur eius notitia.*
4 *Lex, seu constitutio Principis regulariter non ligat ignorantes.*
5 *Clausula decreti irritantis ligat etiam ignorantes.*
6 *Episcopus depositus à Papa in Consistorio non potest conferre beneficia à die depositionis, quamuis illam ignoret, & habeatur pro vero Episcopo.*
7 *Priuilegium suum tantum sortitur effectum à tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur.*
8 *Priuilegium concessum non dicitur perfectum, nec habet vires, donec is, cui conceditur, si absens sit, illud acceptet.*
9 *Præbenda concessio prodest ei, cui conceditur, posteaquam is de ea notitiam habuit.*
10 *Beneficium aliquod si quis vi gratiæ Apostolicæ elegerit, siue acceptauerit, consummata est gratia, nec poterit, etiam hoc dimisso, aliud petere.*

CAP. Quia. I. *Innoc. IV.*

1 CVM mandatur prouideri alicui de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem, Ordinarius confert, tenet collatio, etiamsi executor impetrantis fecerit reseruationem, inhibitionem, & processus super prima vacatura. Ratio est, quia per mandatum non tollitur Ordinario potestas conferendi nisi post acceptationem, ante quam nihil potest executor. Colligunt ex Ordinar. Lapus Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 131.* Alagona *in compendio pag. 412.*

2 *Quòd cùm dicta Propositura dum vacabat,* &c.] Notatur ad hoc, quòd collatio beneficij non vacantis facta non valet vt per Boër. *decis. 308. n. 1. in princ.*

3 *Licèt id forsitan suus ignoret Episcopus,* &c.] Notatur ad hoc, quòd priuilegium requirit sententiam respectu personæ priuilegiatæ, nam respectu alterius in cuius damnum est, non desideratur eius notitia, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 3. disp. 36. n. 5.*

4 *Nisi postquam ad notitiam peruenerit,* &c.] Notatur ad hoc, quòd lex, seu constitutio Principis regulariter non ligat ignorantes, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 9.* Aloysius Riccius *in collect. decis. p. 5. collect. 1580.* Farinac. *fragm. criminal. part. 1. lit. C. à num. 685. cum seqq. & part. 4. cons. 65. in addit. lit. C* vbi plures refert

5 *Adducebantur insuper,* &c.] Notatur ad hoc, quòd clausula decreti irritantis ligat etiam ignorantes, ad quod plures citant Doctores *in tract. de clausul. vsu-freq. claus. 40. num. 7. & in coll. ad cap. si eo tempore, 45. de elect. hoc lib.*

Collatio, quam idem Episcopus, &c. Notari solet ad hoc quòd Episcopus depositus à Papa in Consistorio non potest conferre beneficia à die depositionis quamuis illam ignoret, & habeatur pro vero Episcopo, vt per Stephan Gratian. *discept forens. c. 127.* 6

Ex parte verò tua, &c.] Notatur ad hoc, quòd priuilegium suum tantùm sortitur effectum à tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 3. disp. 36. n. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 5.* 7

Priuilegium enim concessum non dicitur perfectum, nec habet vires, donec is, cui conceditur, si absens est, illud acceptat, vt ex hoc text. colligunt Sanch. *d. tract. de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 29.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss 26. n. 11.* 8

Notatur etiam ad hoc, quòd concessio præbendæ prodest ei, cui conceditur, posteaquam is de ea notitiam habuit, vt per Menoch. *de arbitr. casu 185. n. 31.* 9

Vel ea omissa ex aliqua causa, &c.] Notatur ad hoc, quòd si quis vi gratiæ Apostolicæ elegerit siue acceptauerit aliquod beneficium, consummata est gratia, nec poterit, etiam hoc demisso, aliud petere, vt per Tiraq. *in l. bones § hoc sermone, limit. 21. n. 1.* 10

CAP. Detestanda. II. *Bonif. VIII.*

PRomissio de beneficio cùm se facultas obtulerit, non valet, non obstante decisione text. *in cap. accedens sup. eod.* sicut non valet quæcunque alia promissio per quam directè, vel indirectè aperiri via valet ad beneficia vacatura. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pagin. 131.* Alagona *in compendio pag. 413.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 1.* 1

Plura, quæ ad ornatum huius text. adduci possunt dixi *in collect. ad cap. 1. & vlt. hoc tit. in Decretal.* 2

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Pactum de succedēdo etiam in piis causis reprobatur.*
3 *Lex, vel statutum vbi requirit aliquid esse certum, & expressum, quod fit in genere non dicitur certum. & expressum, etiamsi genus non possit verificari nisi in vna specie.*
4 *Gratia alicui à Sede Apost. concessa, vt ei prouideatur de præbenda, dignitate, aut alio beneficio, intelligitur de primo, nec is, cui ea gratia concessa est, admittitur ad secundum nisi ex causa.*

CAP. Ne captandæ. III.

LIteras Sedis Apostol habens super primo beneficio, dignitate, vel præbenda, quo duxerit acceptandum, certum acceptare non potest, sed primum, quod vacabit, vel ex causa, secundum, vel vlterius poterit acceptare, Reseruationes, processus, & decreta contra hoc facta non valent. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Anchar. Ioan. Andr. Gemin. Monach. Domin. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. p. 132.* Alagona. *in compendio pag. 413.* remissiuè Ximen *in concord. part. 1. & 2.* 1

Mortis alienæ occasio, &c. Notatur ad hoc, quòd pactum de succedendo etiam in piis causis reprobatur, vt per Tiraq. *de priuileg. pio causæ priuileg. 105.* 2

Licèt in genere primum, &c.] Notatur ad hoc, quòd 3 quando

quando lex, vel statutum requirit aliquid esse certum, & expressum, quod fit in genere non dicitur certum, & expressum, etiamsi genus non possit verificari, nisi in vna specie, vt per Tiraquel. *de iure mariti gloss. 7. num. 147.*

4 In gloss. *Causa subdit.* Notatur ad hoc, quod gratia alicui à Sede Apostol. concessa, vt ei prouideatur de præbenda, dignitate, vel personatu, aut alio beneficio, intelligitur de primo, nec is, cui ea gratia concessa est, admittitur ad secundùm, nisi ex causa, vt per Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone, in princip. num. 54. & limit. 6. num. 4. & limit. 21. num. 1.*

Cap. Executor. IV.

1 Executor super prouisione alicuius de vacaturo, non potest per generales litteras inhibere Ordinariis generaliter ne procedant ad collationem beneficiorum donec illi, pro quo scribitur, prouideatur, nisi expressè hoc habeat in mandatis; potest tamen specialiter pro primo, vel secundo, vel tertio vacaturo inhibere si hoc habet in mandatis, & quicquid contra factum fuerit, irritum est. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archidiac. Geminan. Ioann. Andr. Dominic. Monac. Anchar. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 133* Aligon *in compend. pag. 413.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulo si mandetur vt me recipiat in Canonicum, & præbendam conferat, cùm id pertineret ad illud, dato executore ad prouidendum per solam præsentationem factam Capitulo infra terminum per eum statutum me recipere, & præbendam conferre non vocato Capitulo id exequi poterit.*

2 *Collatio, seu præsentatio si spectat ad duos simul in mandatis Apostolicis, sufficit vni illorum insinuare.*

3 *Præsentatio mandati Apost. si quis impedit ne sibi fiat, tunc ea pro facta habetur.*

4 *Morosus non dicitur qui impeditur facto aduersarij.*

5 *Præsentatio mandati Apostolici de prouidendo alicui de beneficio facta vni ex duobus collatoribus adimitur vtrique potestas conferendi alteri.*

6 *Citatio, quæ fit ad congregandas vniuersitates quomodo fieri debeat, remissiuè.*

7 *Citatio debet fieri Capitulo capitulariter congregato.*

Cap. Si Capitulo. V.

1 Si mandatur Capitulo Ecclesiæ, ad quod spectat præsentatio, vt me recipiat in Canonicum, & præbendã, quæ vacat, vel primò vacaturã, & ego præsento litteras, licèt meus executor non intimauerit ei, iam beneficiũ est affectum, & si vacat, Capitulum non potest alteri conferre, & si post administrationem executoris intra certum tempus mihi non conferunt, executor potest exequi, & mihi conferre sine Capitulo. Colligunt ex Ordin. Lapus, Abbas, Gemin. Ioan. Andr. Butr. Archid. Dominic, Monach. Anchar. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 134* Alagona *in compend. pag. 413.*

2 *Per solam illorum præsentationem Capitulo, &c.*] Notatur ad hoc, quòd in mandatis Apostol. si collatio, vel præsentatio spectat ad duos simul, videlicet ad Episcopum & Capitulum, sufficit vni illorum insinuare, vt per Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14. num. 80.* vbi *num. 74.* subdit, quòd quando diriguntur nominationes Capitulo, illæ tunc debent insinuari congregatis Canonicis, vel Monachis, non autem sufficeret si separatim in domo cuilibet litteræ præsentarentur.

In gloss. *Factam.* ibi, *si autem se incluserint, vel im-* 3
pedirent ne fieret citatio, &c. Notatur ad hoc, quòd si
quis impedit ne sibi fiat præsentatio mandati Apostol.
ea pro facta habetur, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 2.*
gl. 1. n. 8. & §. 36. gloss. 2. n. 47. Morosus enim non dici- 4
tur, qui impeditur facto aduersarij, ex Gonzal. *ad reg. 8.*
Cancell. §. 3. proœm. num. 41. Chald. pereira *post quæst.*
forens. cons. 11. num. 2. & 12.

5 In ead gloss. ibi, *dic quod sufficit præsentare Decano*, &c. Notatur ad hoc, quòd per solam præsentationem mandati Apostol. de prouidendo alicui de beneficio factam vni ex duobus collatoribus, adimitur vtrique potestas conferendi alteri, vt per Tiraq. *de retract. lig. ad finem tit. num. 63.*

In ead gloss. ibid. *in dictis enim citationibus*, &c. 6
Qualiter autem fieri debeat citatio, quæ fit ad congre-
gandas vniuersitates, latè ostendit Chald. Pereira *post* 7
quæstiones forens. cons. 11. per totum, & nuncupatim
quòd citatio debeat fieri Capitulo capitulariter congregato
censuit Rot. *decis. 36. n. 4.* apud Farin. *in 1. col-*
lect. nouissim. & quòd citatio aduersùs moniales nulla sit,
si contra eas non congregatas capitulariter est exe-
quota, fuit dictum *in eadem* Rot. *decis. 382. n. 2.* apud
Farin. *collect. 1. nouissimarum, aliàs p. 4. diuers.*

Cap. Si soli. VI.

Mandatum si dirigatur Episcopo soli, & Episcopo ac executori, vel soli executori, vt tibi faciat prouideri de beneficio in certa Ecclesia, & præsentatur mandatum, per talem præsentationem non aufertur Ordinario potestas conferendi, quia collatio facta tenet, licèt Episcopus si non obediat sit puniendus, sed si in mandato ponitur quòd quicquid fit contra ipsum sit irritum, vel executor cum interpositione decreti interdicat Ordinario ne alteri conferat, vel si tu esses vi mandati receptus in Canonicum, & expectares præbẽdam, tunc Episcopus non posset alteri conferre, & collatio esset nulla. Colligunt ex Ordin. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Butr. Demin. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 135.* Alagona *in compend. pag. 414.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* 1

Hanc eandem conclus. in parte ex hoc text. desumit Rebuff. *tom. 1 ad leges Galliæ tract. de euocationib. art. 1. num. 101. pag. 270.* 2

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Papa si alicui confert Canonicatũ, & mãdat executori vt illi prouideat mortuo Papa talis gratia, & auctoritas executoris non expirat, quin præbendam postmodum vacantem illi assignare possit.*

3 *Vincens vincentem te, multò magis vincit te*

4 *Vniones, & gratia Apost. potius æquiparantur vltimis voluntatibus, quam contractibus.*

Cap. Auctoritate. VII.

Qvando præcedens Papa dat expectatiuam primæ vacaturæ alicui, & sequens Papa dat secundo, ac deinde tertio, in cuius litteris ponit vt præferatur prouisis à prædecessore Pontifice, non à se, tunc præbenda est danda secundo, secunda tertio, & tertia primo, sicut in successione adoptati ad intestato. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin Ioan Andr. Anch. Domin. Monach. Butr. Franch. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 136.* 1

*pag.*136.Alagona *in compendio pag.*414. remissiuè Ximen.*in concordant.part.*1. *&* 2.

2 *Et tertiam primus debet obtinere præbendam.*] Notatur ad hoc, quòd si Papa alicui confert Canonicatũ, & mandat executori vt illi prouideat, mortuo Papa talis gratia & auctoritas executoris non expirat, quin præbendam postmodum vacante illi assignare possit, vt per Gig.*de pensionib quæst.*91. *num.*3.

3 *Qui primum superat illum habet.* Notatur ad hoc, quòd vincens vincentem te, multò magis vincit te, vt per Surd. *de aliment.tit.*2.*quæst.*15.*num.*95.*&* 96.*& cons.*125.*n.*14.*& consil.*138.*n.*18.*&* 19.*& cons.* 416. *num.*2.*&* 25.Menoch.*consil.*126.*num.* 25. Raoden. *de success.Regni Portug.resp.*2.*num.* 117. Cardin. Tusch. *tom.*8.*lit V.concl.* 208. *per totum*, vbi multipliciter ampliat, & limitat. Procedit verò hæc regula vbi victus vincitur ex eodem iure, non autem ex diuerso, vt censuit Rot.*decis.*59.*num.* 2. *in fine*.apud Fario. *part.* 1. *recent.* Vtrùm autem, & quomodo procedat in successione, & aliorum actuum materia? Vide Couar. *lib.* 1. *var.cap.*7.*num.*3.*vers.item aduersus principalem*, Menoch.*consil.*4.*n.*33.*& cons.* 234.*num.* 16. Gabr. *lib.*4. *commun.tit. de success.ab intestato conclus.*4. Molio.*de primog.lib* 3.*cap.*5.*num.*16. Philip. Port.*lib.*3. *reg.* 27. Card.Mantic.*de coniect. vlt.vol.lib.* 10.*tit.* 7.*num.* 6. Decian.*consil.*13.*n.* 38.*lib.*3.*& cons.*58.*n.*20.*lib.*5. latè Castil.*lib.*3.*quotid.cap.*30.*per totum.*

4 *Sicut contingit in successione*,] Notatur ad hoc, quòd vniones, & gratiæ Apostolicæ potius æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm contractibus, vt per Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss.*5.§.7.*num.*100.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatoria gratiarum includit receptos in Canonicos præbendam distinctam expectantes, etiamsi perciperent distributiones quotidianas, secus si præbendam distinctam non expectabant, sed augmentũ portionis, includit etiam habentes ius ad vacaturã si nondum est deuentum ad collationem.*
2 *Præstimonia dicuntur beneficia ecclesiastica.*
3 *Ius ad rem acquiritur per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ ad beneficium acceptatum ante collationem.*
4 *Augmentum est eiusdem naturæ ac id, quod additum est.*
5 *Papa quando mandat aliquem recipi in Canonicum non obstante certo Canonicorum numero ibidem statuto, talis recipiendus est, licèt in eadem Ecclesia nullus sit certus Canonicorum numerus.*

CAP. Quoniam: VIII. & vlt.

1 PApa quando reuocat gratias, & expectatiuas, includit Canonicos receptos expectantes distinctã præbendam, etiamsi perciperent distributiones quotidianas, includit etiam habentes ius ad vacatura beneficia si nondum fuit facta collatio, sed non extenditur ad eos Canonicos receptos vltra numerum, qui tanquam de numero per mortem aliorum nòn expectant, nisi augmentum distributionum, seu partium suarum. Colligunt ex Ordio.Lap.Abb.Archid.Gemin.Ioan. Andr. Anch. Domin.Monach.Butr.Franc.Viuian.*in rational. lib.*3.*pag.*137.Alagona *in comp.part.* 414.

2 *Præstimonij.*] Ergo præstimonia dicuntur beneficia ecclesiastica, ita Flamin.Paris.*de resignat. benefic.lib.*3. *quæst.*1.*num.*140.Azor.*instit.moral.part.*2.*lib.*3.*cap.*7. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss* 5.§.2. *num.*7. & plures, quos refert, & sequitur Nicol.Garc. *de benefic part.*1. *cap.*3.*n.*117.quibus addo Perez de Lara *de anniuers. & cappellan.lib.*1.*cap.*8.*à n.*53. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.*1.*lib.*2.*cap.*4.*n.*17.Sebast. Cæs.*in relect.de eccles.hierarchia,part.*3.*disp.*14.§.5.*n.*2. met-ipsum *de iure eccles.lib.*3.*cap.*8.*de præstimon. à princ.*

In quibus ius non esset quæsitum in re, licet ad rem.] 3
Notatur ad hoc, quòd per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ acquiritur ius ad rem ad beneficium acceptatum ante collationem, vt per Cassad.*decis.*5. *n.*3.*sub tit.de præbend.*Flamin. Paris.*de resignat.benefic. lib.*2.*q.*23.*n.*15. Zerol.*in praxi Episcopi part.*1. *verbo ius ad rem* §.3.Aloys. Ricc.*in collect.decis. part.*4. *collect.*1662. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel gloss.* 26. *num.* 20.

Seu partium suarum augmentum, &c.] Notatur ad 4
hoc, quòd augmentum est eiusdem naturæ ac id, quod additum est, vt per Tiraq.*de retractu lig.*§.1.*gloss.*18. *n.*51.52.*&* 53.Card.Tusch.*tom.*1.*lit.A*, *concl.*555.*à n.*1. Rot.*decis.*72.*n.*4.*& decis.*94.*n.*3.*part.*2. *recentior.* Fusar.*de substitut.quæst.*652.*n.*6.& plures, quos refero ego ipse *in tract. Axiomatum iuris vsufreq.Axiom.*34. vbi multipliciter declaro.

In gloss.*Distinctio*.ibi, *quod etiamsi non sit certus numerus Canonicorum*, &c. Notatur ad hoc, quòd vbi 5
Romanus Pontifex mandauerit Titium recipi in Canonicum Ecclesiæ, v.g. Salmanticensis, non obstante certo Canonicorum numero ibidem statuto, idem Titius recipiendus est, licèt in eadem Ecclesia nullus sit certus Canonicorum numerus statutus, vt per Couar. *lib.*1.*var. cap.*20.*n.*3.*vers.septimò.*

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

TIT. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Collatione communiter ad Episcopum, & Capitulum pertinente, vno ipsorum effecto inhabili alter confert.*
2 *Collatio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis iure communi attento non est libera collationis Episcopi, sed potiùs simultanea cum Capitulo, nisi aliter ex consuetudine, seu concordia dispositum sit.*
3 *Capitulum mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspenso, potest conferre si ad ipsum, & Episcopum simul collatio spectabat.*
4 *Capitulum Sede vacante auctoritatem præstat in beneficiorum permutationibus, quorum collatio ad ipsum, & Episcopum simul spectat.*
5 *Beneficium in collationibus, quæ communiter spectant ad Episcopum, & Capitulum, vno deficiente, vel inhabili existente alter confert.*
6 *Excommunicatus denunciatus, aut notorius Clerici percussor, non potest solus, vel cum aliis electoribus eligere.*
7 *Collatione spectante ad Episcopum de consilio, seu assensu Capituli, Episcopo existente inhabili, nisi sit in mora, non confert Capitulum.*
8 *Collatio quando spectat ad Episcopum cum consilio, & consensu Capituli, Episcopo tamen nominationes dirigi debent.*
9 *Canonici si tenebantur conferre cum consensu Episcopi non poterit Capitulum conferre non habito consensu Episcopi.*
10 *Beneficia solùm ad prouisionem, & collationem Episcopi spectantia non transferuntur in Capitulum Sede vacante, sed Episcopo reseruantur.*

11 *Bene*

11 *Beneficia omnia vacantia Sede Episcopali vacante reseruantur dispositioni Summi Pont. ex Const. Py V. & reg. Cancel.*

12 *Consensus non solum est habendus, sed etiam sequendus, alias actus erit nullus.*

13 *Iudicis arbitrio relinquitur quando quis dicatur esse in mora.*

14 *Morosus non dicitur qui impeditur facto aduersarij.*

15 *Collatio beneficij si ad aliquem pertineat cum consilio Episcopi fine illo conferre poterit, morte Episcopi, seu remota eius absentia interueniente.*

Cap. Si ad Episcopum. Vnic.

Bonif. VIII.

1 Beneficii collatio si pertinet ad Episcopum etiam vt Prælatum, & ad Capitulum simul, & vna pars fiat inhabilis, altera potest cōferrere, v.g. mortuo Episcopo, vel suspenso à collatione beneficij, Capitulum conferre potest præbendas, & si Capitulum sit suspensum à collatione beneficij, vel singuli Canonici sint excommunicati, Episcopus conferre valet. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3 pag.* 141. Alagona *in compend. pag.* 417. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Ad Episcopum, & Capitulum communiter*, &c.]Ergo iure communi attento collatio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis non est liberæ collationis Episcopi, sed potiùs simultaneæ cum Capitulo, itaut Episcopus, & Capitulum insimul debeant conferre, & non vnus sine alio; vt Cassad. *decis.* 22. *de prabent.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1388. Rot. *decis.* 232. *n.* 2. apud Farin. *part.* 1. *recent.* vbi *n.* 3. subdit quòd ex consuetudine, vel concordia potest liberè ad solum Episcopum spectare sine Capitulo.

3 *Poterit Capitulum vacante*, &c.] Notatur ad hoc, quòd mortuo Episcopo, vel à beneficiorum collatione suspenso potest Capitulum conferre si ad ipsum, & Episcopum simul collatio spectabat, vt per Abb. *in c.* 2. *num.* 4 *hoc tit.* Rebuff. *in praxi benefic tit. de deuolut.*

4 *à n.* 74. Et ideo Capitulum Sede vacante auctoritatē præstat in beneficiorum permutationibus, quorum collatio ad ipsum tantùm, vel ad ipsum & Episcopum simul spectat, vt per Bellacom. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 11. *pag.* 183.

5 *Idem poterit Episcopus* &c.]Notatur ad hoc, quòd in beneficiis, quæ communiter spectant ad collationē Episcopi & Capituli, vno deficiente, vel inhabili existente alter confert, vt per Stephan. Quarant. *in summ. Bullarij verbo Capitulum Sede vac. vers. qua conclusio pag. mihi* 138.

6 In gloss. *Maioris*. ibi, *vel maiori excommunicatione*, &c. Notatur ad hoc, quòd excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor, non potest solus, vel cum aliis electionibus eligere, vt per Sayr *de censur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4 nec beneficium conferre, secundùm Couar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 7. *n.* 9. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 14. *sect.* 2. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 11. *quæst.* 1 *num.* 16.

§. Cùm verò.

7 Collatione spectante ad Episcopum de consilio, seu assensu Capituli illo existente inhabili (nisi sit in mora) non confert Capitulum. Colligunt ex Ordin. Doctores *in princip. text.* citati.

8 Ex hoc §. colligit Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 8. *num.* 35. quòd quando collatio spectat ad Episcopum cum consilio, & consensu Capituli, Episcopo tantùm nominationes dirigi debent. Si enim Canonici tenebantur conferre cum consensu Episcopi, non poterit Capitulum conferre non habito Episcopi consensu, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus n.* 91. *cum seqq.* 9

Capitulum se non potest intromittere, &c.]Notatur ad hoc, quòd beneficia solùm ad prouisionē, & collationem Episcopi spectantia non transferuntur in Capitulum Sede vacante, sed Episcopo reseruantur, vt per Perez *l.* 2. *vers. nota tamen titul.* 6. *l.* 1. *Ordinam. p.* 155. 10

Hodie tamen beneficia omnia vacantia Sede Episcopali vacante reseruantur dispositioni Summi Pont. ex Bulla Pij V. de qua meminerunt Flamin. *de resignat. l.* 2. *quæst.* 16. *n.* 3. & alij citati per me *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 35. & *n.* 90. vbi quòd reseruantur *in reg.* 3. *Cancel. in nouis.* 11

In gloss. *Assensu*. ibi, *inter ista autem duo, scilicet consilium, & assensum est magna differentia*, &c. Notatur ad hoc, consensus non solùm est habendus, sed etiam sequendus, aliàs actus erit nullus, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 46. *n.* 8. *gl.* 47. *n.* 8. Aloys. Ric. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 192. *n.* 3. *p.* 1. 12

In gloss. *In mora*. ibi, *arbitrabitur ergo hic bonus iudex*. Notatur ad hoc, quòd arbitrio iudicis relinquitur quando quis dicatur esse in mora, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 26. 13

In ead. gloss. ibi, *si autem malitiosè impediatur*, &c. Notatur ad hoc, quòd non dicitur morosus, qui impeditur facto aduersarij, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *cancel.* §. 3. *proœm. n.* 41. Chald. Pereira *post. lib. quæstion. forens. cons.* 11. *num.* 2. & 12. 14

§. Vbi verò.

Collatio beneficij si ad aliquem pertineat, cum consilio Episcopi, sine illo conferre poterit, morte Episcopi, seu remota eius absentia interueniente. Colligunt ex Ordin. Doctores *in princip. text.* citati, & eandem conclus. ex hoc desumit Tiraq. *de iure marit. gloss.* 8. *num.* 13. *cum seqq.* 15

De Rebus Ecclesiæ non alienandis.

Tit. IX

SVMMARIVM

1 *Alienatio perpetua facta de rebus Ecclesiæ vacantis non præcedente tractatu, & sine iusta causa non valet.*

2 *Episcopus etiam de consensu Capituli sui non potest partem decimarum vacantis Ecclesiæ vnire pauperi dignitati, aut drabende, non dato defensore ipsi Ecclesiæ vacanti.*

3 *Tractatus Prælati cum Capitulo suo in alienationibus rerum Ecclesiæ debet necessariò interuenire.*

4 *Tractatus Prælati cum Capitulo suo in alienationibus rerum Ecclesiæ vnius tantum sufficit, & in perpetuis alienationibus rerum Ecclesiæ, non tamen temporalibus requiritur, vt num.* 5.

6 *Alienationis rerum Ecclesiæ ad substantiam non pertinent tractatus, & reliquæ solemnitates ad illā requisita, sed extrinsecam quandam, & accidentalem solemnitatem.*

7 *Solemnitas essentialis, seu substantialis vniuscuiusque actus est illa, sine qua nullus eiusdem speciei*

secundum

secundùm naturam suam, & institutionem potest in esse produci.

8 *Solemnitates accidentales sunt illæ sine quibus aut omnes, aut saltem aliquis actus eiusdem speciei possunt in esse produci.*

9 *Tractatus non requiritur in facienda vnione per Episcopum, quemadmodum desideratur in aliis rerum Ecclesiæ donationibus.*

10 *Solemnitas, & causa copulatiuè in alienatione rerũ Ecclesiæ requiruntur, nec vnum sine altero sufficit.*

11 *Alienatio solemniter facta præsumitur ex diuturnitate temporis.*

12 *Solemniter omnia interuenisse præsumuntur ex antiquitate temporis.*

13 *Alienari non debent Ecclesiæ bona quando adsunt fructus beneficij pro satisfactione.*

14 *Consensus, auctoritas, decretum, & licentia differũt.*

15 *Consensus Prælati in alienatione rei Ecclesiasticæ exp[...]sus esse debet.*

16 *Sol[...]as si in alienatione requiritur non sufficit vtilitas nisi simul solemnitas per legem requisita interueniat.*

Cap. Dudum. I. *Innoc. IV.*

1 PISCOPVS dum vacat aliqua Ecclesia. sua, non potest alienare perpetuò bona illius, quia caret defensore. Similiter sine tractatu solemni, & diligenti, alienatio perpetua non valet, præsertim vbi deficit necessitas, vel euidens vtilitas. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 162.* Alagona *in compendio pag. 425.* remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Quia verò in concessione*, &c.] Collige ex text. non posse Episcopum etiam de consensu Capituli sui partem decimarum vacantis Ecclesiæ vnire pauperi dignitati, aut præbendæ non dato defensore ipsi Ecclesiæ vacanti, vt colligunt gloss. *hic verbo defensore*, & Doctores *suprà* citati. Verùm ex diametro obstat fortiter text. *in Clement. 2. hoc tit.* vbi Ecclesia vacãs nullo ipsi dato defensore potest alteri Ecclesiæ in totum vniri, dummodo auctoritas Episcopi, & consensus Capituli interueniat: facit etiam in contrarium text. *in cap. significatum 11. de præbend.* vbi Prælatus, & Capitulum præbendæ vacanti nullo ipsi dato defensore certum quoddam onus speciale, de quo *ibi*, imposuerunt, ad quod futurus præbẽdarius teneretur, patet ibi, *ita quòd Missam*, &c. quod quidẽ onus vacante beneficio rectè potuit adiici, vt *gloss. 1. vbi vers. sed capitulum*, adnotauit, quam testatur communem Dec. *ibidem n. 10.* sequuntur Innoc. *in cap. 3. ad fin. ne Prælati vices suas*, Abb. *in cap. Iacobus n. 3. de simon.* D. Thom. *in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. ad. 5.* Syluest. *verbo simonia q. 9.* Sed retento huius text. notabili ad contraria respondetur prout diximus *in collect. ad d. Clem. 2.* vbi latè.

3 *Quia etiam tractatus solemnis*, &c. Collige concessionem decimarum Ecclesiæ vacantis factam Archidiaconatui, de quo hîc, vltra defectum defensoris de quo *suprà*, inualidam item fuisse ex eo quòd in tali concessione non interuenit tractatus Prælati cum Capitulo suo, qui in alienationibus rerum Ecclesiæ debet necessariò interuenire, iuxta *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. ibi*, & cum totius Clerici tractatu, *cap. cùm Apostolicæ cap. 7. vers. ne quis Episcopus, & cap. tua 8. de his. quæ fiunt à Præl.* resoluunt gloss. & Doctores vtrobique, Rebuff. *in compend. alienat. n. 11. cum seqq. & à n. 81.* Cou. *lib. 2. var. cap. 17. n. 1.* latè multis citatis Redoan. *de rebus Eccles. rub. de tractatu, per tot.* qui quidem priùs requiritur quàm consensus, iuxta *cap. sine exceptione*, argum. deducto ab ordine scripturæ, quod est validum, iuxta *cap. mandato. de præbend. hoc lib.* facit text. *in l. cum pater 79. §. à te peto ff. de legat. 2.* Anton. Gomes. *tom. 1. var. cap. 2. num. 4. vers. secundo.*

Primò intellige quòd quamuis vtile sit plures tractatus circa vnum, idémque negotium fieri, vt per gl. *verbo tractatus in præsenti*, non tamen est necessarium cùm vnicus tantùm sufficiat, vt ex hoc text. colligitur, qui in singulari loquitur, *& d. cap. sine, & d. cap. tua*, quam sententiam sequuntur Specul. *tit. de locato §. sequitur vers. scias*, Ioan. Andr. Archid. *num. 2.* Dominic. *num. 8.* & Franc. *num. 9. in præsenti.* citati à Couar. *d. num. 1.* Redoan. *vbi suprà à num. 26.* Rebuff. *d. loco num. 80.* nec contrarium probat *cap. tertiò loco, de probat. ibi, quoties*, vbi text. innuit. multoties fuisse tractatum de huiusmodi alienatione, & ita plures requiri in rebus Ecclesiæ alienandis, quia respondetur id factum fuisse, quia est vtile fieri, non autem necessarium, iuxta *suprà* dicta. 4

Secundò intellige huiusmodi tractatum requiri in perpetuis alienationibus rerum Ecclesiæ, non tamen in temporalibus, in quibus tacitus postea Capituli cõsensus sufficit, vt probat text. *in præsenti*, ibi, *concessionibus perpetuis*, vbi optime notauit gl. resoluunt Anchar. Archid. Domin. & Franch. vterque *num. 26. in præsenti*, Abb. *in cap. 1. num. 3. & in cap. 2. num. 6. de his quæ fiunt à Præl.* ibem Abb. *in dict. cap. tua num. 5.* 5

Tertiò intellige huiusmodi tractatum, sicut & reliquas solemnitates in alienationibus rerum Ecclesiæ requisitas, quamuis ad ipsius validitatem omninò requirantur, iuxta *suprà* dicta, & expressè probat text. *in præsenti*, ad substantiam tamen alienationis minimè pertinere, sed ad extrinsecam quandam, & accidentalem solemnitatem; constat enim solemnitatem essentialem, seu substantialem vniuscuiusque actus esse illam sine qua nullus actus eiusdem speciei secundùm naturam suam, & institutionem potest in esse produci, prout in venditione certum pretium, iuxta *l. 1. & l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. l. pretium, Instit. de empt.* in locatione merces pro patientia vtendi, *l. 2. ff. locati*, in fideiussione stipulatio, *l. blanditus C. de fideiuss.* & sic de reliquis; sunt enim ista adeò intrinseca his actibus, vt nullus absque eis in esse produci valeat, aut existere. Per contrarium verò solemnitates accidentales esse illas; sine quibus, aut saltem aliquis actus eiusdem speciei possunt in esse produci, prout in matrimonio publicæ denuntiationes, de quibus *in tit. de clandest. desponsa.* Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* in alienationibus rerum minoris auctoritas curatoris, & decretum iudicis, de quibus *in l. 1. ff. de rebus eorum*, in iudiciis iuramentũ calumniæ, *cap. vnic. §. 1. de iuram. calumn. hoc lib.* in testimonio iuramentum testis, *cap. tuis 39. de testib.* in testamentis testes, *l. 1. ff. de milit. testam. l. hac consultissima §. ex imperfecto, l. omnium C. de testam.* quibus constat testamenta militum inter liberos, ad pia, & quæ coram Principe fiunt, testium solemnitatem non requirere. Vnde cùm rerum Ecclesiæ alienationes aliquando licitè fiant sine tractatu, & reliquis solemnitatibus, iuxta *cap. per tuas, cap. cæterùm*, cum aliis, *de donat.* rectè fit illas potius esse accidentales, quàm substantiales ipsarum alienationum. 6 7 8

Non fuit habitus in eadem.] Notatur ad hoc, quòd in facienda vnione per Episcopum non requiritur tractatus, quemadmodum desideratur in aliis rerum Ecclesiæ donationibus, vt per Boër *decis. 345. num. 2.* Rebuff. *vbi suprà num. 14.* 9

Præsertim cùm euidens necessitas, &c.] Notatur ad hoc, 10

hoc, quòd in alienatione rei Ecclesiasticæ duo copulatiuè requiruntur, solemnitas, & causa, nec vnum sine altero sufficit, vt per Roland. *cons.* 33. *num.* 12. *vol.* 1. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *à num.* Alphonse de Villagut. *in tract. de rebus Eccles. non ritè alien. recuper. lib.* 1. *et* 3. Spin. *in speculo testam. gloss.* 8. *princip. n.* 45. Kirchou. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 56. *pag.* 152. Mascard. *de probat. conclus.* 75. *n.* 15. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Ecclesia num.* 10. Ioseph. Ludouic. Perus. *decis.* 9. *n.* 15. *cum seqq.* Cardin. Tusch. *tom.* 1. *lit. A, concl.* 271. Rot. *decis.* 203. *& decis.* 222. *num.* 1. *& decis.* 596. apud Farin. *in* 1. *collect. nouissimarum, aliàs par.* 4 *diuers.*

11 Verùm alienatio solemniter facta præsumitur ex diuturnitate temporis, secundùm Mascard. *de probat. conclus.* 131. *num.* 13. Gam. *Lusit. decis.* 325. *num.* 3. quia
12 ex antiquitate temporis omnia solemniter interuenisse præsumuntur, vt tradunt Capyc *decis.* 16. *num.* 1. Gram. *decis.* 79. *num.* 1. Gam. *Lusit. decis.* 49 *num.* 3. *& decis.* 83. *num.* 2. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo solemnitas num.* 5. Chærian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 38. *pag.* 150. Mich. Grass. *eod. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 348. *pag.* 511 Mench. *controuers. illustr. cap.* 63. *num.* 1. Mascard. *d. conclus.* 75. *n.* 14. *& d. conclus.* 1. 16. Surd. *decis.* 231. *n.* 19. Auendan. *l.* 42. *Tauri, gloss.* 2. *n.* 7. Quarant. *in summa Bullary, verbo Alienatio rerum Ecclesiae n.* 46. *pag. mihi* 34. Flores de Mena *lib.* 3. *variarum quæst.* 23. *n.* 40. *& num.* 89.

13 In gloss. *Defensore*. ibi, *vt de fructibus satisfieri possit*, &c. Notatur ad hoc, quòd alienari non debent Ecclesiæ bona, quando adsunt fructus beneficij pro satisfactione, vt per Socin. *cons.* 29. *num.* 19. *vol.* 1. Aloysius Riccius *in praxi rerum fori ecclesiast. post decis.* 103. *in notabilib alienationis rei Ecclesiast. vers. alienari, aliàs resolut.* 88. *in* 2. *edit.*

14 In gloss. *Tractatus*. ibi, *inter decretum, auctoritatem*, &c Ergo consensus, auctoritas, decretum, & licentia differunt, vt per Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum.* 22. *vers. & quia.*

15 In gloss. *Perpetuus*. ibi, *in perpetuis expressus.* Notatur ad hoc, quòd consensus Prælati in alienatione rei Ecclesiasticæ expressus esse debet, nec sufficit tacitus, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 13 *& n.* 69.

16 In gloss *Præsertim*. Notatur ad hoc, quòd si solemnitas in alienatione requiritur, non sufficit vtilitas, nisi simul solemnitas per legem requisitas interueniat, vt per D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 5. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur, & num.* 2. *Doctores citantur de eius materia agentes.*
3 *Incorporalia alienari non possunt.*
4 *Iuspatronatus ex concessione, & priuilegio Episcopi alicui competere non potest.*
5 *Episcopi auctoritas aliquando vocatur licentia.*
6 *Confessio appellatione contractus continetur.*
7 *Titius illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, constituit præscribentem in mala fide, destruitque longissimi temporis præscriptionem.*
8 *Verbum*, incurrit, *denotat ipso iure.*
9 *Legis promulgatæ qui notitiam habuerunt ante lapsum duorum mensium, ad legis obseruantiam tenentur, & obligantur.*

Cap Hoc consultissimo. 11. & vlt.

1 PRælati Ecclesias sibi commissas, vel eorum bona immobilia, vel iura sine consensu Capituli, & expressa licentia Papæ laicis submittere non possunt, cognoscendo se ab illis tanquam à superioribus tenere, alias Prælati ipsi contrafacientes sunt ipso facto suspensi ab officio, & administratione. Clerici verò qui sciunt aliquod esse præsumptum, & negligunt denunciare superiori, per triennium suspensi sunt à beneficio, si quod in Ecclesia grauata habent. At laici, qui compellunt clericos ad faciendam talem submissionem sunt excommunicati, & qui aliquid accipiunt nisi restituant, & resipiscant, vltra excommunicationem eorum terræ ecclesiastico interdicto supponi poterunt. Colligunt ex Ordin Lap. Abb. Io Andr. Gem. Arch. Anch. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 163. Alagona *in compend. p.* 426. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

Hanc eandem conclus. quoad primam partem ex 2
hoc text. desumit Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *tr. ict.* 2. *num.* 63. *vers. item*, quoad secundam verò partem firmant Filliuc. *tract.* 14. *num* 13. *vers. octaua, & num.* 61. Gamb. *de casibus reseruat. cap* 10. *num.* 9. Iul. Lauor. *de Indulgen. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 23. ego ipse *de offic. & potestat. Episc. part.* 3. *alleg.* 50. *num.* 208. secundùm Lugdunen impression. nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 20.

Seu iura.] Ergo incorporalia alienari non possunt à 3
Prælato, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 5. *n.* 2.

Ecclesias sibi commissas.] Ergo iuspatronatus ex concessione, & priuilegio Episcopi alicui cōpetere non po- 4
test, vt per Rebuff. *in praxi in* 3. *part. Signatura vers nec non iurispatron.* Staphil. *de litteris gratia tit. de modo, & forma impetr.* §. 1. *de iurispatron. prærogat. n.* 3. *&* 4. Viuian. *in praxi iurisp. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 112.

Consensu, & Apostol. Sedis licentia.] Notatur ad hoc, 5
quòd auctoritas Episcopi aliquando vocatur licentia, vt per Rebuff. *in compend. alienat. num.* 51. 52.

Seu profitendo ab illis.] Notatur ad hoc quòd con- 6
fessio appellatione contractus continetur, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 5. *n.* 117.

Nec præscribendi etiam causam, &c.] Notatur ad 7
hoc, quòd titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, constituit præscribētem in mala fide, destruitque longissimi temporis præscriptionem, vt per Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 68. *vers. contrarium* 8

Incurrat.] Id est, ipso iure, sine alia sententia, ex adductis per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num.* 145. *C. de reuocand. donat.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. *vers. fallit.*

In gloss. *Hactenus*, Notatur ad hoc, quòd ij, qui le- 9
gis promulgatæ notitiam, scientiámque habuerint ante lapsum duorum mensium, ad legis obseruantiam tenentur, & obligantur, vt docent Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu.* 185. *n.* 14. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 3. *q.* 8. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. Paul Comitol. *respons. moralium lib.* 1. *quæst.* 109.

De Rerum permutatione.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio fieri potest non obstantibus expectatiuis beneficiorum.*
2 *Permutatio solùm fieri potest de beneficiis propriis.*
3 *Reseruatio generalis concessa in fauorem expectantium non comprehendit ex æquitate beneficia vacantia per viam permutationis.*
4 *Beneficia vacant renunciatione facta ex causa permutationis.*
5 *Resignatio vera est illa quæ fit ex causa permutationis.*

6 *Resignatio*

6 *Resignatio beneficiorum libera fieri potest in manibus Episcopi.*
7 *Permutatio impedit & excludit litteras Pontificias eorum, qui expectant beneficium primò vacaturum.*
8 *Gratia expectatiua non capit beneficium resignatum in fauorem.*
9 *Diœcesis appellatione regulariter venit ciuitas quando profertur à lege.*
10 *Beneficij appellatione largè sumpto vocabulo, seu in generali significatione omnia comprehenduntur beneficia tam maiora, quàm minora, tam Curata, quam simplicia, &c.*
11 *Consensu illorum ad quos collatio electio, seu præsentatio pertinet, in permutatione requiritur.*
12 *Verba narratiua in dispositionibus legalibus super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere.*

Cap. Licèt. Vnic. *Bonif. VIII.*

1 ENEFICII vacantiam quando quis expectat ex gratia Principis, non impedit quin permutent aliqui sua beneficia renunciando liberè, ac sine fraude in manibus Episcopi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 292. Aligona *in compend. pag.* 436. remissiuè. Ximen *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Sua beneficia.*] Ergo de beneficiis propriis permutatio solùm fieri potest, vt per Petr. de Perusio *de permut. benefic. p. 1. a. 1. & 2.* Bellamer. *in simili tractat. p. 1. 2. q. 1.* Roffin. *eodem tractat. cap.* 35. Nauarr. *in man. cap. 23. num. 100. versic. tertiò quod, & cons. 43. de simonia, numero 2.* Capr. *tom. 1. commun. opinion. tit. 42. num. 22.* Boër. *decis. 205. num. 3.* Vgolin. *de simon. tab. 1. cap. 27. §. 1. n. 5.* Læl. Zech. *de benefic. lib. 2. q. 22. n. 4.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 25. tit. 9. à num. 2.* Vnde de iure ad rem non posse fieri permutationem tradunt Zech. *d. num. 2. versic nono.* Flamin. *d. lib. 2. quæst. 21. & 23.* Zerol. *in praxi Episc. part. 2. verbo renunciatio, §. 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 22.*

3 *Beneficia proximè vacatura, &c.*] Procedit in reseruatione generali concessa in fauorem expectationum, quam declarat Summus Pont. non extendi ex æquitate ad beneficia, vacantia, per viam permutationis, ne per indirectum auferatur alicui libertas disponendi de rebus suis modo licito, & honesto, & debito, vt ait Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 13. num. 20.*

4 *Permutare volentes, &c.*] Notatur ad hoc, quòd beneficia vacant renunciatione facta ex causa permutationis, vt per Bellam. *de permut. benefic. part. 9. p. 1.* Petr. de Perusio *eod. tract. part. 2. n. 21. 23. & 42.* Staphil. *de litteris gratia tit. de variis modis vacationis à n. 10.* Selu. *de benefic. part. 3. quæst. 23.* Boër. *decis. 2. num. 2.* Lambert. *de iurepatron. part. 1. lib. 2. q. 6. art. 3. & art. 6. numero 2. & 16.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 31. num. 2.* Mascard. *d. probation. conclus. 1395.* Flamin. *de resign.*
5 *lib. 21. q. 5. num. 20.* Vera enim resignatio est illa, quæ fit ex causa permutationis, ex Flamin. *d. q. 5. num. 19. & lib. 12. q. 5. n. 19.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 30. & cap. 30. q. 10.*

6 *In manibus suis ipsa resignent.*] Ergo libera beneficiorum resignatio fieri potest in manibus Episcopi, ex Flamin. *de resignat. lib. 7. q. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 14. n. 32. & seqq* vbi etiam quod coram Ordinario fieri potest in omnibus mensibus.

7 *Nolumus occasione præmissa, &c.*] Notatur ad hoc quòd permutatio impedit, & excludit litteras Pontificias eorum, qui expectant beneficium primò vocaturum, vt per Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 7. cap. 30. q. 8.* Nam. 8
gratia expectatiua non capit beneficium resignatum in
fauorem ex Put. *decis. 273. lib. 1.* Flamin *lib. 1. q. 4. n. 28.*

In gloss. *Diœcesi.* ibi, *non excludit, immo includit ciuitatem.* Notatur ad hoc, quòd appellatione diœcesis 9
regulariter venit ciuitas quando profertur à lege, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 195. & gloss. 51. num. 74.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 6. à n. 76.*

In gloss. *Beneficia.* ibi. *hic largè intellige, &c.* Nota- 10
tur ad hoc quòd appellatione beneficij largè sumpto vocabulo, seu in generali significatione omnia comprehenduntur beneficia tam maiora, quàm minora, tam Curata, quàm simplicia, dignitates & præbendæ, & tam Regularia, quàm secularia, vt tradunt Selu. *de benefic. part. 1. q. 3.* Rebuf. *in praxi benefic. tit. quod sit beneficium, num. 10. & tit. de vnionib. num. 3. & in reg. Cancel. de vnion. gloss. 2. & in tract. de nominat. q. 9. numer. 5. & 6.* Medic. *de definit. part. 2. cap. 16. num. 5.* Sahag. *in cap. fin. de sequest. possess. num. 20.* Nicol. Garc. *de benef. part. 1. cap. 6. num. 37.*

In gloss. *Collationem.* ibi, *Item quid si pertinent ad* 11
collationem sui, & alterius, &c. Notatur ad hoc quòd requiritur in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet, vt per Bellam. *de permut. benefic. part. 1. q. 7. & part. 2. q. 4. n. 5. & part. 4. q. 1. 2. 3. & 4.* Petr. de Perus. *in simili tract. p. 2. q. 9. & vlt. & part. 2. 3. q. 1. vsque ad 6. ex n. 55.* Rebuff. *in praxi tit. de permut. n. 20. & 21.* Læl. Zech. *de benefic. & pensionib. cap. 10. num. 2.* Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 7. n. 8.* Perez. *l. 1. vers. offert sont. 6. lib. 1. Ordin. pag. 144.* Less. *de instit. lib. 2. cap. 34. num. 198.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 28. q. 6. & 32.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 32. num. 12.* Nicol Garc. *de benefic p. 11. cap. 4. n. 65. & 66.* vbi dicit hanc gloss. esse communiter receptam.

In ead. gloss. ibi, *Vnde per illa verba potiùs factum* 12
videtur narrari, quàm iuris diuersitas. Notatur ad hoc quòd verba narratiua in dispositionibus legalibus super contingentiam facti non inducunt dispositionem, nec licet ab eis arguere, vt per Bernard. *reg. 781.* & Emman. à Cost. Lusit. *tom. 5. repet. iuris Canon.*

De Testamentis, & vltimis voluntatibus.

Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quartarum deductio locum habet in fideicommissariis substitutionibus, non verò in directis, & n. 2.*
3 *Legatum inter virum, & vxorem valet.*
4 *Successio filiorum defertur etiam de iure naturali ad instar & similitudinem liberorum, quibus illa iure naturali debetur.*
5 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem à successione filij.*
6 *Substitutio directa à patre facta filio pupillo, excludit matrem etiam à legitima ipsius filij.*
7 *Ætas certa vbi requiritur à iure ad intellectum, & discretionem, non potest suppleri malitia, nec præcoci iudicio.*
8 *Legitima est relinquenda filio titulo institutionis.*
10 *Eleemosyna relicta quando non fuit declaratum inter quos pauperes diuidenda esset, diuidi debet inter pauperes illius loci in quo testator habitabat, & domicilium habebat.*

11 *Compendiosa substitutio quibus verbis fiat, ostenditur.*

12 *Substitutio facta hoc modo,* quandocunque decesserit filius, vel sine filiis decesserit, filiam substituo, vel volo quòd ei filia succedat. *licet directè non valeat, valet tamen indirectè iure fideicommissi.*

13 *Falcidia non potest deduci ex legatis ad pias causas.*

14 *Trebellianica non deducitur ex legato ad pias causas.*

Cap. Si pater. II *Bonif. VIII.*

1 IN substitutionibus semper est interpretandum quòd potius sit directa, quàm obliqua, dummodo conueniat personis, & earum verbis. Colligunt ex Ordinat. Lapus, Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 232.* Alagona *compend. iuris Canon. pag. 455.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 253. C. de reuocand. donat.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 407. num. 19. & cap. 528.*

3 *Et vxori aliqua in suo testamento legauit.* Ergo legatum inter virum, & vxorem valet, vt per Costam *hic verbo legauit.* Sanch. *de matr. lib. 6. disp. 1. n. 12.*

4 *Filius testamento suo matrem, &c.*] Notatur ad hoc quòd etiam de iure naturali defertur parentibus filiorum successio ad instar, & similitudinem liberorum, quibus illa iure naturali debetur, vt per Anton. Gom. *tomo 1. var. resol. c. 4. num. 7. col. 1.* Chald. Pereira *de nominat. emphyt. q. 19. n. 1.*

5 *Pater tamen in testamento, &c.*] Notatur ad hoc quòd substitutio pupillaris excludit penitus matrem à successione filij, vt per Gregor. *l. 7. verbo del moro, tit. 5. part. 6.* Afflict. *Neapol. decis. 38. num 3.* Magon. *Florent. decis. 144. n. 21.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 70.* Menoch. *lib. 4. præs. 80.* Tiraquel. *de iure mariti gloss. 7. num. 61.* Viuian. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 36. n. 57. pag. 411. & tom. 2. lib. 6. tit. 16. num. 19. pag. 98.* Surd. *dec. 273.* plures refert. Fusar. *de substitut. q. 156. n. 1.* & à legitima, vt per Mench. *de success. progressa, lib 2. §. 11. num. 24.* Crass. *§. substitutio q. 30. num. 2.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 11. n. 14. & tit. 15. n. 37.* Thesaur. *Pedem. decis. 200 num. 8.* Surd. *cons. 312. n. 1.* Fusar. *d. q. 157. n. 14.* Anton. de Amato *resol. 25. n. 1.*
6 Rot. *dec. 639. n. 4. part. 1. recent.* Directa enim substitutio à patre facta filio pupillo excludit matrem etiam à legitima ipsius filij vt per Menoch. *cons. 144. num. 1.*

7 In gloss. *Impuberes.* ibi, *licèt quoad matrimonium non inspiciamus solùm annos,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi certa ætas ad intellectum, & discretionem requiritur à iure non potest suppleri malitia, nec præcoci iudicio, vt per Cou. *de sponsal. p. 1. cap. 2. num. 1.*

8 In gloss. *Instituit.* Notatur ad hoc quòd legitima est relinquẽda filio titulo institutionis, vt per Greg. *l. 5. tit. 8. p. 6.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 15. n. 15.* Perez *l. 1. vers. est dubium tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 66.* Menoch. *de arbitr. casu. 149. n. 29.* Surd. *decis. 293. num. 4.* Chald. Pereira *de nominat. emphyt. q. 9. num. 15.* Valasc. *de part. cap. 37. num. 18.*

9 In gloss. *Eisdem.* Vide Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 20. per totum.*

10 In gloss. *Pauperes.* ibi, *& de pauperibus loci proprij domicilij,* &c. Notatur ad hoc quòd si testator non declarauerit inter quos pauperes sit diuidenda eleemosyna, diuidi debet inter pauperes illius loci, in quo testator habitabat, & domicilium habebat, non verò inter alios ab illo loco extraneos, vt tenent Doctores citati à Cened. *ad Decretal. collect. 11. num. 8.* quibus adde Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 59.* Et legatum relictũ Ecclesiæ, vel pauperibus, cui, & quibus debeatur si scire cupias consule Abb. *in cap. iudicante, n. 4.* & Cou. *n. 2. hoc tit.* eund. Abb. *cons. 99. n. 5. vol. 2.* Paris. *cons. 38. n. 28. vol. 3.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg. 56. n. 1.* Ias. *in §. ex maleficiis, num. 46. cum seqq. Instit. de actionib.* Troil. Malu. *in tract. de oblation. in 3. & 4. dub.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. à num. 2.*

In gloss. *Absque deductione.* ibi, *compendiosa, quæ fit his verbis quandocunque filius meus decesserit, vel si sine filiis decesserit.* Ita Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 51. num. 7.* Surd. *decis. 37. num. 8.* 11

In ead. gloss. ibi, *si autem testator sic dixisset, quandocunque decesserit filius, vel sine filiis decesserit filiam substituo vel volo quòd ei filia succedat, tunc licèt directè non valeat, valet tamen indirectè iure fideicommissi.* Ita Steph. Gratian. *discept. forens. c. 407. num. 1.* 12

In gloss. *Trebellianica.* ibi, *licèt ergo cesset falcidia,* &c. Notatur ad hoc quòd quarta falcidia non potest deduci ex legatis ad pias causas, vt per Cost. *hic verbo Trebellianica, num. 13. cum seqq.* Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ priuil. 26.* Couar. *in cap. Raynaldus, §. 3. n. 7. hoc tit.* Duoel. *comment. iuris Ciuilis, lib. 8. cap. 27. §. verum autem,* Surd. *de alim. tit. 8. priuileg. 18. à num. 2.* Peregr. *de fidei com. art. 3. à num. 62.* Flores de Mena *var. lib. 2. quæst. 21. num. 190.* 13

In ead. gloss. ibi, *secus videtur in Trebellianica,* &c. Notatur ad hoc quòd Trebellianica deducitur ex legato ad pias causas, cuius tamen contrarium tuentur Cost. *d. verbo Trebellianica, num. 21.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuil. 21. vers. sunt tamen,* Fusar. *de substitut. quæst. 299. num. 7.* 14

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non potest suscipere officium executoris testamenti, nisi petita, & obtenta licentia à superiore, & num. 2.*

3 *Testamenti executio facta à Religioso absque licentia superioris, quamuis nihil oppositum fuerit, inualida est, secundum probabilem sententiam, sed contraria est probabilior, vt n. 4.*

5 *Licentiam acceptandi officium executoris testamenti potest quilibet superior etiam immediatus Conuentus concedere Religioso.*

6 *Religiosus ex sola Episcopi licentia Abbate suo contradicente munus executoris suscipere non potest.*

7 *Licentia, quam Religiosus à suo Superiore habere debet ad acceptandum officium executoris testamenti, non sufficit obtineri post illud susceptum, sed ad illud quoque acceptandum prærequiritur.*

8 *Fratres Minores munus executoris testamenti obire non possunt.*

9 *Fratres Minores possunt facere electiones pauperum.*

10 *Dicta de Fratribus Minoribus non extenduntur ad alios Mendicantes.*

11 *Religiosi, qui extra claustra sunt, vt beneficiis perpetuis præsint, possunt absque superioris licentia munus executoris obire.*

12 *Mulier non potest esse executrix testamenti.*

13 *Executoribus pluribus datis vno mortuo, vel in remotis existente, vel exequi nolente, alias potest liberè exequi testamentum, nisi testator aliud expresserit. & num. 14.*

15 *Executor testamentarius non potest officium suum alteri committere, nisi in legatis ad pias causas.*

16 Execu

16 *Executorem teſtamenti quando quis reliquerit amicum ſuum ſub nomine dignitatis, videtur non dignitatem, ſed amicitiam conſideraſſe.*

Cap. Religioſus. II. & vlt.

1 Religioſus executor teſtamenti ab aliquo deputatus non poteſt ſuſcipere hoc officium niſi petita, & obtenta licentia à Superiore. Colligunt ex Ordin. Lap. Aubas, Archidac. Gemin. Ioan. Andr. Dominic. Monach. Anchar. Butr. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 233. Alagona *in compend. pag.* 454. remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Nau. *commento* 2 *de regul. ar. num.* 64. Manenſ. *l.* 14. *gloſſ.* 1. *n.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua recop.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 11. *q.* 1 latè Sanch. *in praecepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 11. *à princ.*

3 *Non poteſt huiuſmodi officium ſuſcipere*, &c.] Ergo executio teſtamenti facta à Religioſo abſque licentia Superioris, quãuis nihil oppoſitum fuerat, inualida eſt, ex illo verbo *non poteſt*, quòd præciſam importat neceſſitatem, & adeò priuat potentia, vt actum contrà geſtum irritet: quare ita tenent Rimin. iun. *conſ.* 403. *n.* 13. *vol.* 4 Perez. *l.* 4. *dub.* 8. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin.* Mench. *de ſucceſſ. creat lib.* 2. *§.* 21. *n.* 178. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 247. *verſ. Religioſus tamen*, Fr. Emman. *quæſt. reg. tom.* 1. *q.* 65. *art.* 3. *&* *tom.* 3 *q.* 70. *art.* 1.

4 Verum licèt hæc ſententia ſit valdè probabilis, contraria tamen eſt probabilior, eamque ſequuntur Roland. *conſ.* 24. *n.* 82. *vol.* 1. Fuln. Pacian. *tom.* 1. *conſ.* 162. *num.* 79. *cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 46. *num.* 14. Hippol. *conſ.* 18. *n.* 12. Azor. *d. cap.* 11. *q.* 1. *verſ. quæres*, Matienſ. *l.* 14. *gloſſ.* 1. *n.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua recop.* Cæual. *commun. contra commun. q.* 88. *num.* 1. *&* *q.* 404. *in fin.* Chald. Pereira. *de reſolut. emphyt*, *c.* 17. *num.* 10. *verſ. infero decimo octauò*, Sãch *d. c.* 11. *n.* 44. vbi reſpondet verbum illud, *non poteſt*, minimè poni hîc reſpectu valoris facti, ſeu reſpectu iuris, ſed reſpectu ipſius Monachi tale officium ſuſcipientis, vel exequentis, cùm nec velle, nec nolle habeat.

5 *Niſi à Superiore ſuo*, &c.] Licentiam acceptandi officium executoris teſtamenti poſſe quemlibet ſuperiorem etiam immediatum Conuentus concedere Religioſo, tradunt *in præſenti* Ioan. Andr. *n.* 1. Arch. *n.* 1. Anch. *n.* 3. *notab.* 2. Domin. *in princ. n.* 2. & Franc. *n.* 5. Molin. *d. diſp.* 247. *col. pen.* Sãch *d. c.* 11. *n.* 15. vbi *n.* 16.
6 hoc temperat, niſi conſuetudine illius Religionis obtinuiſſet, aut eius conſtitutiones præſcriberent, vt hæc licentia à ſolo Superiore mediato obtinenda ſit, & *num.* 19. obſeruat non poſſe Religioſum ex ſola Epiſcopi licentia Abbate ſuo contradicente munus hoc ſuſcipere, quia plus ſubditur ratione ſuæ profeſſionis Abbati, & *n.* 20. quærit quis Superiore mortuo hanc licentiam conedere valeat, & *n.* 5. reſoluit ipſum Religionis Superiorem etiam conuentualem poſſe abſque alicuius ſui ſuperioris licentia hoc munus obire, & citat Molin. *d. diſput.* 247. *col. pen.* ac Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 70 *art.* 1.

7 *Petita ſuper hoc licentia, & obtenta.*] Non ſufficit igitur licentiam obtineri poſt ſuſceptum executoris officium ad illud exequendum, ſed ad illud quoque acceptandum præ-requiritur, vt docet Sanch. *d. c.* 11. *n.* 10. vbi *n.* 11. ſubdit quòd non ſufficit tacita Superioris licentiã, quæ habetur ratihabitione de præſenti, aut de præterito ad hoc munus acceptandum, & *n.* 12. diſputat vtrùm licentiam hanc ſemel conceſſam poſſit Superior reuocare ad libitum quando res non eſt integra, quia cœpit Religioſus hoc munere vti? Aduertit bene idem Sanch. *d. c.* 11. *n.* 8. licentiam huiuſmodi non requiri quando Religioſus ille executor eſſet teſtamenti quoad ſola legata pia, & *n.* 9. etiam quando executio illa cedit in monaſterij vtilitatem.

In gloſſ. *Religioſus.* ibi, *intellige indiſtinctè*, &c. Additio marginalis ad hanc gloſſ. ſubdit, ſaluo quod de Fratribus Minoribus dicitur *Clem de verb. ſign. exiui*, *§. prinde*, ex quo text. colligunt Doctores Fratres Minores etiam obtenta ſuorum Superiorum licentia minimè poſſe vltimæ voluntatis executores eſſe, de quo latè Sanch. *d. c.* 11. *n.* 24. *cum ſeqq.* 8

Licèt autem Fratribus Minoribus interdictũ ſit munus executorum teſtamenti obire, illis tamen permiſſum eſt pauperum electionem facere, veluti ſi teſtator ſuis executoribus præcipiat pecunias aliquas pauperibus diſtribui eligendis per Fratres Minores, vel cum eorum conſenſu, quia hoc non eſt executoris munus obire, tum quia hæc electio eſt quid facti potius, quàm iuris, ex *l. cum pater* 79. *§. hæreditatem. ſl* 2. *ff. de legat.* 1. & ideo ita tenent Cou. *in c tua nos, n.* 1. *ad fin. de teſtam.* Queſad. *in ſuis variis quæſt. c.* 22. *n.* 10. Mench. *lib.* 3. *illuſt. c.* 98. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 18. *princ. n.* 32. Fr. Emman. *q. Regal. tom.* 3. *q.* 70 *art.* 2. Ceuall. *comm. contra commun. q.* 88. *in fin.* Flam. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 25. Chald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 6. *n.* 3. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 123. *n.* 25. Sanch. *d. c.* 11. *n.* 32. Fr. Bart. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatũ nouitiis diſp* 8. *dub.* 13. *n.* 1. *&* 2. Contra Dilect. *de arte teſtandi tit.* 7. *caut.* 7. *in fine*, Nat. *conſ.* 408. *n.* 4. *vol.* 1. Duen. *reg.* 381. *ampl.* 6. *in fin* Perez *l.* 4. *dub.* 7. *tit.* 2. *l.* 5. *Ordin.* Molin. *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 247. *verſ. illud eſt obſeru.* 9

In ead. gloſſ. ibi, *Mendicans.* Ergo dicta de Fratribus Minoribus non extenduntur ad alios Mendicantes, quia id genus paupertatis non vouent, vt per Dominic. *hic in princ. n* 4. Perez *l.* 4. *dub.* 7. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ord.* Sanch. *d. c.* 11. *num* 25. 10

In ead. gloſſ. ibi, *& de Clauſtralibus intelligo.* Qui enim extra clauſtra ſunt, vt beneficiis perpetuis præſint, poſſunt abſque Superioris licentia munus hoc obire quia huiuſmodi Religioſi non ſunt ſub Abbatis obedientia, ac proinde ceſſat in eis ratio prohibitionis, vt per Domin. *hîc n.* 6. & Franç. *n.* 5. Gregor. Lop. *l.* 2. *verbo frailes tit.* 10. *part.* 6. Fulu. Pacian. *conſ.* 161. *n.* 181. *tom.* 1. Sanch. *d. c.* 11. *n.* 4 Rot. *in Interamn. bonorum.* 5. *Maij* 1603. *coram Gregor. XV* impreſſa per Farin. *deciſ.* 87. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* 11

In ead gloſſ. ibi, *Item de fœmina*, &c. Notatur ad hoc quod mulier non poteſt eſſe executrix teſtamenti, vt per Bened. Capr. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 21. *n.* 16. *pag.* 140. vbi reſoluit contrarium verius eſſe, & conſuetudine obſeruari. 12

§ Sanè.

Executores plures quando deputantur à teſtatore ſimpliciter, & vnus vel moritur, vel eſt in remotis, vel non vult, alter poteſt liberè exequi teſtamentum, niſi teſtator aliud expreſſerit. Colligunt Doctores *in princ. tex.* citan. 13

Hanc eandem concluſ. ex hoc §. deſumunt Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 21. *n.* 5. *pag.* 139. Ioſeph. Seſſe *Aragon. dec.* 51. *tom.* 1 Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 522. *n.* x. Perez *ad tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 541. nam quando omnes adſunt executores, vnus ſine alio regulariter teſtamentum exequi non poteſt, vt per Greg. Lop. *l.* 6. *tit.* 10. *p.* 6. Gratian. *d. tom.* 2. *commun. opin. lib* 6. *tit* 21. *num.* 39 *pag.* 141. 14

Officium executoris immixta &c. Notatur ad hoc quòd executor teſtamentarius non poteſt ſuum officium alteri committere, vt per Bern. *reg.* 269. Tiraquel. 15

de priuil. pia causa, priuil. 31. vbi secus asserit in Legatis ad pias causas.

16 *Vel in remotis*] Quando quis dicatur in remotis esse, vide Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 18.

17 In gloss. *Expresserit.* ibi, *quid si Abbas*, &c. Notatur ad hoc quòd si quis reliquerit executorem testamenti amicum suum sub nomine dignitatis, videtur non dignitatem, sed amicitiam considerasse, ideo mortuo ipso executore non transit officium in successorem in dignitate, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 22. *num.* 25.

De Sepulturis.

Tit. XII.

SVMMARIVM

1 *Pactum de sepultura eligenda prohibetur, &, illo non obstante, sepeliendus est quis vbi aliàs erat de iure sepeliendus, & num. 2.*
3 *Sepulturam ad eligendam sub voto, vel iuramento, non potest quis induci à Religiosis & secularibus clericis.*
4 *Permissio sub fide quoad obseruantiam idem operatur quod iuramentum.*
5 *Lex, seu statutum vbi aliquid mandat fieri, intelligitur si petatur, licèt verba sint præcisa, & necessaria.*

Cap. Animarum. I.

Bonif. VIII.

Religiosi, vel clerici seculares non possunt inducere aliquem ad vouendum, vel iurandum, vel promittendum, vt apud eorum Ecclesias eligant sepulturas, vel electas non mutent, si secus fiat, electio est nulla, & mortuus sepeliri debet vbi de iure sepeliendus esset si sepulturam non elegisset; & tales Religiosi, & Clerici si præsumant sepelire prædictum in suis Ecclesiis, tenentur intra decem dies restituere corpus si petatur, & omnes prouentus occasione sepulturæ habitos, alioquin Ecclesia, & cœmeterium, vbi est sepultus sit interdictum, donec fiat integra restitutio vltra peccatum mortale. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Anch. Ioan. Andr. Gemin. Monach. Dominic. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 244. Alagona *in compend. pag.* 59. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Filiuc. *tract.* 15. *cap.* 7. *q.* 3. Iul Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *de prisco, & recenti funerandi more, cap.* 11. *num.* 3. Bonacin. *de censuris extra Bull. disput.* 2. *quæst.* 5. *puncto* 4. Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 17. *n.* 1. *vers. item locum*, Ego ipse *de offic. & potest Parochi, cap.* 26. *n.* 25.

Prohibemus ne aliquos ad vouendum, &c.] Notatur ad hoc quòd non potest quis induci à Religiosis, & secularibus Clericis ad eligendam sepulturam sub voto, vel promissione de non mutando illam electionem, vt per Gutier. *de iuram. confirm. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. *cum seqq.* Lar. *in l. si quis à liberis*, § *parens*, *num.* 96. & *seqq. ff. de liberis agnosc.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom* 3. *quæst.* 58. *art.* 7. Melch. Phæbos *Lusit. decis.* 8. *in fin. tom.* 2.

Iuramento, vel fide interposita, &c.] Ergo quoad obseruantiam idem operatur promissio sub fide quod iuramentum, vt per Surd. *decis.* 225. *numer.* 1. & *de aliment. tit.* 9. *quæstione* 24. *num.* 2.

Quam nisi feceris, &c.] Notatur ad hoc quòd lex, seu statutum vbi aliquid mandat fieri, intelligitur si petatur, licèt verba sint præcisa, & necessitatiua, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 109. Surd. *decis.* 57. *num.* 2. 5

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia dimissa non debetur canonica portio, sed parochiali, & pluribus si sint plures.*
2 *Domiciliũ in duobus diuersis locis quis habere potest.*
3 *Vagi dicuntur qui sunt sine domicilio, & iter faciunt quærentes quò se collocent.*

Cap. Cùm quis. II.

Qvando aliqui consueuerunt sepeliri, non in parochiali Ecclesia, sed in alia, & illa alia dimissa 1 eligant deinde tertiam, illa tertia soluet quartam, seu portionem canonicam non Ecclesiæ relictæ, sed parochiali. Qui verò habet duo domicilia, & in vtroque se locat æqualiter, & eligit sepulturam in tertia Ecclesia, quarta est diuidenda inter Ecclesias domiciliorum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 246. Alagona *in compend. pag.* 459. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

Qui duo habet domicilia.] Ergo potest quis domicilium in duobus diuersis locis habere, vt per D. Barbos. 2 *in l. heres absens*, §. *vlt. num.* 6. *ff. de iudic.*

In gloss. *Domicilio.* ibi, *item posset quis esse sine domicilio, vt si relicto domicilio nauiget, vel iter faciat quærens quò se collocet.* Tales enim dicuntur vagi, vt per 3 Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 25. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Translatio personæ ad certum locum facta ad tempus, Ecclesiæ ius sepulturæ non aufert.*
2 *Domicilium quando quis in aliquo oppido tenet, & aliud petit ad proprium domicilium breuiter rediturus, dicitur illius Parochianus, & non alterius ad quod accedit.*
3 *Parochianus dicitur, qui totum annum, partémve illius maiorem habitat in aliqua Parochia, ibique audit Diuina, & percipit ecclesiastica Sacramenta.*
4 *Parochus proprius non dicitur ruralis.*
5 *Sepeliri potest vnusquisque in sepultura, qua Maiores sui sepeliri consueuerunt, vel aliam elegerunt.*
6 *Filius sepeliendus est in sepulchro Maiorum, licèt in alia ecclesia pater sepultus sit.*
7 *Mulier mortua, quæ pluribus nupsit, cum viro vltimo sepelitur, & num. 8.*
9 *Vxor per contractum matrimoniũ sortitur forum viri.*

Cap. Is, qui. II.

Qvi egreditur de sua parochia recreationis animo, vel causa negotiandi, & moritur non electa 1 sepultura, sepeliendus est in sua parochiali, vel in ea potius in qua Maiorũ ipsius ab antiquo sepultura extitit, si commodè potest. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Butr. Franc. Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 247. Alag. *in comp. pag.* 459. remissiuè Cas. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

Non in Ecclesia dicta villæ, sed in sua parochiali &c.] 2 Notatur

Notatur ad hoc quòd quando quis domicilium in quodam oppido tenet, & petit aliud breuiter ad proprium domicilium rediturus, vt si causa creationis, vel ad ruralia exercenda aliquò tendat, tunc est parochianus prioris oppidi, & non illius ad quod accedit, vt
3 per Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 9.* Parochianus enim is dicitur, qui totum annum, partémve illius maiorem habitat in aliqua parochia, ibique audit Diuina, & percipit ecclesiastica Sacramenta, vt per Menoch. *de præs. lib. 6. præs.* 88. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. p. 46. art. 3.*

4 *Vel vt ruralia exerceat.*] Ergo proprius Parochus non dicitur ruralis, vt per Menoch. *cons.* 398. *num.* 51.

5 *In qua Maiores sui ab antiquo*, &c.] Notatur ad hoc quòd sepelire potest vnusquisque in sepultura, qua Maiores sui sepelire consuerunt, vel aliam eligere, vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 2. princ. à num.* 38. Gutier. *de iuram. confirm. p. 2. c. 4. à princ.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 8. n. 4.* Card. Tusch. *tom. 7. litt. S. concl.* 194. Vgolin. *de offic. Episc. cap. 17. n. 3. in fine*, metipsum *de officio, & potest. Parochi, cap. 26. num.* 31. vbi *num.* 32. ostendo qui Maiores dicantur.

6 In gloss. *Ab antiquo.* Notatur ad hoc quòd si in vna Ecclesia est sepultus pater, in alia reliqui Maiores, filius sepeliendus est in sepulchro Maiorum, vt per Fr. Emman. Roder. *quæst. Regul. tom. 3. q. 58. art.* 8.

§ Mulier.

7 Mulier, quæ habuit plures viros, si non electa sepultura moritur, est sepelienda in sepultura vltimi viri. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

8 Hanc eandem concl. firmat Lauor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 2. c. 11. n. 136. cum seqq.* Nauar. *de electione fori q. 3. sect. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi rerũ for eccles. p. 4. resol. 293. n. 11.* Ego ipse *de offic. & potest. Parochi, c. 26. n. 29.*

9 *Causa domicilium retinet.* Ergo vxor per contractũ matrimonium sortitur forum viri, vt per Dueñ. *reg.* 377. Ioan. Garc. *reg.* 499. Tiraq. *de nobilit. cap. 18. n. 5. cum seqq.* D. Barbos. *in l. exigere dotem, n. 12. cum seqq. ff. de iudic.* Bern. Græu. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 80. consid. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Pater impuberi ex cõsuetudine eligere potest sepulturam, pubes autem eligit per se ipsum, & n. 4. & 5.*
2 *Filiusfam. pro anima non legat sine consensu patris bona non castrensia.*
3 *Minor 14. annorũ non potest sibi eligere sepulturam.*
6 *Filiusfam. potest testari ad pias causas cum consensu patris.*
7 *Dictio, libere, interpretatur sine quacunque obligatione.*

Cap. Licèt pater. IV.

1 Filiis impuberibus, qui nequeunt eligere sepulturam, eligere potest pater si consuetudo terræ id habeat, si verò non sit, sepeliri debet in sepultura Maio-
2 rum. Pro anima tamen filiusfam. non legat sine consensu patris bona non castrensia. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Ioan. Andr. Gemin. Anch. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l. 3. pag.* 247. Alagona *in compend. pag.* 460.

3 *Qui nequeunt*, &c.] Notatur ad hoc quod minor 14. annorum non potest sibi eligere sepulturam, vt per Zerol. *in praxi Episcop. verbo sepultura*, §. 1. Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg. 9. vers. contrariũ tamẽ*, Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. c. 11. n. 117. cum seqq.* metipsũ *de officio, & potest. Parochi, cap. 26. num.* 28.

Eligere sepulturam posse.] Notatur ad hoc quòd pater potest eligere sepulturam pro filio impubere, vt 4
per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 94. num.* 79. Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de cler. debitore, §. 3. n.* 17. metipsum *d. cap. 26. num.* 28.

Si consuetudo terræ, &c. Ergo pater sepulturam filio 5
suo impuberi eligere non valet si id consuetudine non obseruetur, vt per Nauar. *cons. 1. sub. hoc tit. in antiq. alias 2. in nouis.*

Quamuis autẽ filiusfam, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
filiusfam. potest testari ad pias causas cum consensu patris, vt per Soc. *reg. 200. vers. primò fallit*, Tiraq. *de priuil. piæ causæ priuil. 78. à princ. & de iure marit. gl. 8. n.* 108. Cou. *in rubr. de testã. p. 3. n.* 23. Mench. *de success. creat. §. 22. n. 8.* Clar. *§. testam. q. 5. n. 6.* Crass. *eod. verbo q. 17. a. 12.* Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n. 153. vers. licèt.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 138. vers. dubium*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 668. n. 1. in 1. edit. aliàs resol. 569. in 2. edit.*

Liberè.] Id est, sine quacunque obligatione, vt per Va- 7
lasc. *cons.* 123. *n.* 8. vbi hunc text. allegat, & sic intelligit.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi nisi multum remoti a monasterio nequeunt alibi eligere sepulturam, & num. 2.*
3 *Regulares extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri etiam Parochis inconsultis.*
4 *Religiosus si moriatur ita remotus à monasterio non electa sepultura sepeliendus est in Ecclesia parochiali in qua decessit instar secularium in itinere morientium.*
5 *Religiosus potest sibi eligere sepulturam quando moritur ita remotè à monasterio, vt ad illud commodè portari nequeat.*

Cap. Religiosi. V. & vlt.

Religiosi sunt sepeliendi in propriis monasteriis, 1
nisi sint ita remoti, vt commodè portari nequeant, quia tunc possunt eligere sepulturam. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 248. Alagona *in compend. pag.* 460. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandẽ concl. ex hoc text. desumũt Fr. Emman. 2
quæst. Regular. tom. 3. quæst. 60. art. 1. & 2. Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 91. & 93.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap.* 14. nouissimè Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. part. 4. resol. 293. n.* 39. Ego ipse *de officio, & potest. Parochi, cap. 26. num.* 30.

Et quòd Regulares extra claustra decedentes possint 3
ad eorum Ecclesias deferri etiam parochis inconsultis, censuit S. Congreg. Illustriss. Cardin. S. Concil. Trid. interpretum, *sub die 2. Iulij* 1620. vt refert Laurent. de Peirinis *in Constit. sui Ordinis Minimor. tom. 2. Const. 7. Pij V. num. 13. vers. ad 10. pag.* 194.

In gloss. *In casus positione.* ibi, *sed quid si moriatur* 4
non electa sepultura? respondet quidã quòd sepeliendus est, &c.] Notatur ad hoc quòd si Religiosus moriatur ita remotus à Monasterio non electa sepultura, sepeliendus est in Ecclesia Parochiali in qua decessit, instar secularium in itinere morientium, vt per Domin. Anchar. & Franc. *hic in fine*, Sanch. *d. cap. 14. num.* 4. subdens contra hanc gloss. sepeliendum adhuc in Ecclesia parochiali, quamuis ibi sit monasterium aliud sui Ordinis, nisi ibi fuerit causa perpetuæ residentiæ

& *num.* 5. subdit quòd tenetur expensas factas in monachi sepultura soluere, refero ego ipse *d.c.* 26. *n.* 30.

5 In gloss. *Sepulturam*, vlt. Notatur ad hoc quòd Religiosus potest sibi eligere sepulturam quando moritur ita remotè à monasterio, vt ad illum commodè portari nequeat, vt per Nauar. *commente* 2. *de Regular. n.* 43. Fr. Emman. *d.q.* 60. *art.* 2. *vers. aduertendum tamen est*, Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 3.

De Decimis.

TIT. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Populus vt Ecclesiis iura debita persoluat est in prædicationibus, & alibi exhortandus.*
2 *Iudex potest ex officio procedere contra non soluentem decimas tanquã contra notoriè delinquentem.*
3 *Decimæ an debeantur de iure diuino, remissiuè.*
4 *Decimarum in solutione consideratur consuetudo.*

CAP. Discretioni. I.

Gregor. IX.

1 PRÆDICATORES, & alij Fratres in sermonibus hortentur populum ad solutionem decimarum, seu aliarum rerum Ecclesiis debitarum. Colligunt ex Ordin. Lapus, Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 276. Alagona *in compend. pag.* 472. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 *Iuniò verbo, & opere, &c.*] Iudex igitur potest ex officio procedere contra non soluentem decimas, tanquam contra notoriè delinquentem, vt per Monet. *de decimis c.* 8 *n.* 76. Rot. *in Conchen. decimarum dell' Infantado* 2. *Iunij* 1614. coram Andrea, prout etiam poterat Episcopus in visitatione, vel visitator ab eo deputatus est iusta causa, iuxta traditas per Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 16. Lxl Zech *de Episc. c.* 6. *n.* 2. & 7. Pauin. *in tract. de visit. p.* 1. *q.* 2. *num.* 44. *cum seqq.* & *p.* 2. *q.* 5. *n.* 96. *cum seqq* Monet. *d.c.* 8. *num.* 77.

3 In gloss. *Decimarum* An autem decimæ debeantur de iure Diuino? vide quæ dixi *in collect. ad cap. Parochianos, hoc est in Decretal.*

4 In ead. gloss. ibi, *vigore consuetudinis*, &c. Notatur ad hoc quòd in decimarum solutione consideratur consuetudo, illáque stante diminui possunt, vt per Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 2. *vers. præterea*, Rebuff. *de decim. q.* 13. *num.* 46. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de decimis l.* 1. *c.* 12. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 37. *q.* 2. Perez *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordinan. pag. mihi* 133. Monet. *de decimis c.* 3. *q.* 1. *num.* 87. plures, quos refert Cened. *ad decretum collect. vlt. num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium decimas noualium concedens, non includit decimas noualium per alios possessas tempore impetrationis, & loca tantùm includit vbi percipiebantur antiqua, & ad portionem antiquam, & n.* 2.
4 *Priuilegium decimarum noualium limitatum ad mensuram antiquorum non potest vltra dimidiam includere, fallit in Cisterciensibus, & Carthusiensibus, & num.* 5.
6 *Priuilegium si quis habeat percipiendi decimas intra alterius confinia, non satis est, vt percipere possit noualium decimas, nisi & quoad noualia priuilegiũ speciale fuerit assequutus.*
7 *Dispositio fauorabilis, & odiosa attenditur ex primario fine.*
8 *Priuilegiati super decimis recipiendis, Ecclesiis Parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis.*
9 *Decimæ per laicos ante Lateranens. Concil. in feudum receptæ à Religiosis per eos recognitæ in feudum, non possunt ipsis Religiosis concedi sine diœcesanorum consensu.*
10 *Religiosæ personæ non possunt de manu laici sine Episcopi consensu decimas accipere.*
11 *Laici etiam in laicos accedente saltem Episcopi consensu transferre possunt decimas, quas iustè obtinuerunt ante Lateran. Concil.*
12 *Decimæ postquam in laicos licitè fuerunt alienatæ, efficiuntur de ipsorum patrimonio.*
13 *Laici quamuis iustè possideant decimas sibi in feudum ante Concil. Lateran. concessas à Prælatis, non tamen iustè possident illas, quæ post illud sibi concessæ sunt.*
14 *Decimæ si ante Lateranense Concil. laicis fuerint in feudum, vel emphyteusim concessæ, & finita generatione ad Ecclesiam reuertantur, an possit Prælatus eas iterum laicis dare in feudum, vel emphyteusim, ostenditur.*
15 *Diœcesani compellunt Religiosos exemptos soluere decimas Parochialibus Ecclesiis si non agatur de rebus exemptis.*
16 *Decimas habentes ex donatione laicorum antiquas noualos superuenientes in eodem loco non percipiunt.*

CAP. Statuto. II. & vlt.

Alexand. IV.

QVando aliqui, veluti Monachi, obtinent priuilegium habendi decimas noualium secundum proprietatem decimarum, quas aliquo modo possident, tale priuilegium non extenditur ad decimas noualium, quas tempore impetrationis alij de iure possidebant, nisi fiat expressa mentio; similiter nec valet nisi pro illis locis in quibus Monachi habebant antiquas decimas. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Viu. *in rational. l.* 3. *p.* 276. Alagona *in compend. pag.* 472. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Rebuff. *in tract. de decimis quæst.* 14. *n.* 34. Xuar. *alleg.* 28. *n.* 9. Monet. *de decimis cap.* 4. *num.* 70. 2

Quas tempore illo &c.] Si tamen probarent se possedisse per tempus immemoriale mediam, vel aliam partem veterum, & adhuc se possidere, tunc præsumeretur quòd tempore indulti illam partem possedissent, vt per Rebuff. *d.q.* 14. *num.* 35. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 71. 3

§. Statuimus.

Priuilegium decimarum noualium limitatum ad mensuram antiquarum non extenditur vltra dimidiam partem decimarum, etiamsi amplius in veteribus haberentur, quia non est verisimile quòd si tunc de plena, & integra perceptione veterum fuisset expressum, Apostolica Sedes pariter noualium decimas in tam graue parochialium Ecclesiarum dispendium indulsisset. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati. 4

Hanc

5 Hanc eandem conclusionem ex hoc §. desumunt Rebuff. *de decim.* 14. *num.* 36. Monet. *eod tract. cap.* 4. *q.* 3. *num.* 72. vbi *numer.* 73. subdit hoc non habere locum in Monachis Cistercienlibus, & Carthusiensibus, prout excipit Pontifex *in præsenti*, hi enim si percipiant integram vel plusquam dimidiam decimarum antiquarum vigore talis indulti, tantundem quoque habebunt in noualibus, vt adnotarunt Ioann. Andr. Gemin. *in præsenti.*

6 *Non possit in noualibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd non satis est quòd quis habet priuilegium percipiendi decimas intra alterius confinia vt percipere possit noualium decimas, nisi & quoad noualia priuilegium speciale fuerit assequutus, vt per Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13.

7 *Cum non sit dicendum asperum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd dispositio fauorabilis, & odiosa attenditur ex primario fine, vt per Sancb. *de matrim. lib.* 1. *disput.* 1. *numero* 4 Constitutio enim potest dici fauorabilis ex quo principaliter emanauit ad fauorem alicuius, licèt in consequentiam resultet ex ea damnum, aliorum, vt per Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. *vers. solet enim adnotari.* Salas *de legib. quæst.* 97. *tract.* 14. *disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 14. Rot. *in Sabinen. Castri montis Rotundi* 8. *Februarij* 1627. coram Reuerend. D. meo Coccino Decano.

§. Vbi autem.

8 Vbi per huiusmodi decimarum concessiones Parochiales Ecclesiæ adeò grauantur quòd earum Rectores de ipsarum reditibus congruè substentari, & iura Episcupalia exhibere non possunt, debent locorum Ordinarij prouidere quod eisdem Rectoribus tantum de illarum prouentibus relinquatur, quo exinde competentem sustentationem habere, & Episcopalia iura soluere aliaque onera debita supportare valeant. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati, & Monet. *de decimis cap.* 4. *quæst.* 3. *num.* 74.

§. Sanè.

9 Religiosi si decimas dederunt laicis in feudum, iidémque laici sic per eos præstitas recognoscant, non possunt illas de manibus laicorum ipsorum acquirere, vel recipere absque Diœcesanorum Episcoporum assensu. Colligunt Doctores citati *in principio text.*

10 *Absque Diœcesanorum Episcoporum assensu.* Ergo Religiosæ personæ non possunt de manu laici siue Episcopi consensu decimas accipere, vt per Rebuff. *de decimis q.* 10. *num.* 31. Menoch. *illustr. cap.* 89. *à num.* 2. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 14. & 15. Lambert. *de iure patron. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *art.* 9. & 10. Fachin. *controu. lib.* 7. *cap.* 72. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *q.* 13. D. Barbos. *in l. Titia n.* 47. *ff. solut. matrim.* Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de decim. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7.

11 *Quæ ante Lateranen. Concilium*, &c.] Ergo licèt in Religiosos cum Episcopi consensu laici decimas transferre possint, non tamen in laicos id videri permissum tuentur Azor. *d. cap.* 36. *q.* 13. D. Barbos. *in d. l. Titia, numero* 43. *vers. non obstat secundò.* Verùm accedente saltem Episcopi consensu posse laicos etiam in laicos transferre decimas, quas iustè obtinuerunt ante Lateran. Conc à Prælatis inferioribus, resoluunt Mench. *illustr. cap.* 89. *num.* 2. Gutier. *d. q.* 15. *num.* 6. Gilchen *de præscript. part.* 3. *cap.* 8. *à num.* 6. Garc. *de expens. cap.* 9. *à n.* 97. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 267. Soar. *d. cap.* 27. *num.* 7. Cabed. *Lusitan. decis.* 63.
12 *num.* 8. *part.* 2. quia postquam in laicos licitè fuerunt alienatæ efficiuntur de ipsorum patrimonio, & vt profana bona censeri debent, ex reg. *l. pater filium* 36. §. *quindecim* 2. *de legat.* 3. & *ex cap.* 2. *de feudis*, cum aliis. de quibus Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 34. *à num.* 24. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 1. *à numero* 31. Lata *in l. si quis à liberis* §. *item rescripsit numero* 56. *ff. de liberis agnoscendis.*

Notari solet hic text. ad hoc, quòd quamuis laici 13
iustè possideant decimas sibi in feudum ante Concilium Lateranense concessas à Prælatis, non tamen iustè possident illas, quæ post illud sibi concessæ sunt, vt per Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 5. *vers. olim sanè* Azor. *d. cap.* 36. *q.* 12. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 86. *num.* 2. Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 3. *num.* 66. Rot. *in Placentina decimarum* 31. *Iunij* 1589. coram Bubalo.

In feudum perpetuo. &c.] Vtrùm si decimæ ante La- 14
teranense Conc. laicis fuerint in feudum, vel emphyteusim concessæ, & finita generatione ad Ecclesiam reuertantur, possit Prælatus eas iterum laicis dare in feudum, vel emphyteusim? Partem affirmatiuã tuentur Bursat. *cons.* 127. *num.* 122. *vol.* 2. Gilchen. *d. cap.* 8. *à numero* 10 Negatiuam verò tenent Beroi. *cons.* 21. *num.* 12. *cum seqq. vol.* 1. Couar. *d. num.* 15. *vers. præter hac*, Menoch. *d. lib.* 6. *præsumpt.* 86. *à n.* 3. latè Fachin. *controuers. lib.* 7. *cap.* 72.

§. Diœcesani.

Diœcesani compellunt Religiosos exemptos sol- 1
uere decimas Parochialibus Ecclesiis, si non agatur de rebus exemptis. Colligunt DD. *in princ. text.* citati, & Rebuff. *de decimis q.* 10. *num.* 5.

§. Nec pro eo.

Religiosi etiam exempti in aliquibus parochiis de- 16
cimas antiquas, aut earum partem habentes ex donatione laicorum, non possunt pro eadem vel simili portione nouales superuenientes sine alia rationabili causa percipere, aut petere. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati, & Monet. *de decimis cap.* 4. *q.* 3. *num.* 75. Priuilegium enim concessum monasterio, vel aliis etiam laicis vt recipiant decimas alicuius Parochiæ non extenditur ad noualia, vt per Rebuff. *de decim. q.* 14. *num.* 29.

De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.

Tit. XIV.

SVMMARIVM

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Concil. Trident sess.* 25. *de Regular. cap.* 13. *refertur, & Doctores citantur de eius materia agentes.*

3 *Professiones tacitæ tolluntur per Concil. Trident. sess.* 25. *de Regul. cap.* 15.

4 *Professio tacita per habitus professorum delationem vt inducatur quæ requirantur, ostenditur, & num.* 5. 6. & 7.

8 *Habitus nouitiorum vbi non destinguitur ab habitu professorum per delationem illius, tunc inducitur tacita professio quando nouitius eum defert per annum.*

Cap. Is, qui. 1. *Innoc. IV.*

1 Religionem qui ingreditur ante decimum quartum annum, vt Monachus fiat, si in decimoquinto non fecit professionem, & si quam fecit in decimoquarto non habuit ratam, nec in 15. accepit habitum professorum, liberè potest reuerti ad seculum infra 15. Si verò in toto 15. anno mansit in monasterio, vbi professorum, & nouitiorum non est distinctus habitus, videtur per hoc fecisse professionem, vel ratam habuisse si quam prius fecerat, nisi habitus esset ita indistinctus, vt communis etiam laicis, & clericis secularibus videretur, tunc enim non præsumitur tacita professio. At quando ingrediens monasterium est maior 14. & gestat habitũ Religionis per annum præsumitur professus licèt habitus sit indistinctus à professis, vel laicis cohabitantibus, qui iam habet annos discretionis. Colligunt ex Ordinar. Lapus, Abbas, Ioann. Andr. Gemin. Archid. Anchar. Butr. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 298. Alagona *in compendio pag.* 480. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p. art. 1. & 2.*

2 Innouatur hic text. per Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 15.* in hæc verba, *In quacunque Religione tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittantur. Professio autem antea facta sit nulla, nullámque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem aut ad alios quoscunque effectus.* Hactenus Concil. de cuius intellectu, & materia vide Nauar. *cons. 13. de Regularib. in nouis quod deest in antiq.* Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. decis.* 97. Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Moniales* § 2. Petr. de Ledesma *in summ. part. 2. tract. de las Religiones en comun. cap.* 7. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part. 2. cap 1. num.* 36. Ioan à Cruce *de statu Religion. lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 24. num. 21. & in precepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. à princ.* Campan. *in diuers. iuris Canonici rub. 12. cap. 11. numero* 1. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 2. tit. 17. lib. 7. de Relig. numero 11. cum seqq.* Fr. Ludou Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 24. art.* 1. D. Hieron. Venero, & Leyua *in exam. Episcop. lib. 6. cap.* 15. quorum plures refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg.* 101. *num* 3. *cum seqq.*

3 *Quòd si per totam. sequentem annum. &c.*] Agit hic text. quomodo & quando tacitæ professiones inducantur quæ non tolluntur per concil. Trid. *d. cap.* 15. nec alibi, sed in suo pristiuo valore manent, illo tamen superaddito ex eodem Concil. vt non inducantur nisi expleto nouitiatus anno, & etiam completis sexdecim annis profitentis; ita docent Nauar. *cons.* 28 *num.* 5. *sub hoc tit. in. nouis.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 42. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 17. art.* 1. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap 4. quæst.* 6. Honder. *cons. 78. num. 22. lib.* 2. Armendar. *loco citato num. 6 &* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 640. n.* 34. *adden. ad Gregor. decis.* 385. *num.* 6. Fr. Barthol de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput. 13. dub.* 8. D. Hieron Venero, & Leyua *d. cap. 15. num.* 5. Rota *decis. 539. num. 2. par. 1. recent.* & *in Vlixbonen. professionis* 19. *Decemb.* 1621. coram R.P.D. Merlino.

4 Poterat olim sicut & hodie professio tacita duplici modo emitti, primò per habitus professorum delationem, secundò per exercitium actuum, qui ad professos tantùm spectent. Ad hoc autem vt per habitus professorum delationem professio tacita inducatur quatuor requiruntur; primum, vt sic habitum deferens illum susceperit coram Priore, siue Superiore, & omnibus aliis simul, vt per Decian. *cons. 18. n. 11. lib.* 3 Menoch. *de præsumpt. lib 6. præs 83. n. 9. cum seqq.* adden *ad d. decis.* 385. *Gregor. XV.* Stephan. Gratian. *d cap.* 640. *n. 37. &* 38. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 8. n.* 4. nam aliàs si quis ex seipso assumeret habitum professorum, non se obligaret Religioni, Calderin. *cons. 5. colum. 2. vers. reassumptio autem, de Regularibus,* Steph. Gratian. *d. c. 640. n.* 39.

Secundum est vt sic susceptus habitus deferatur in 5
ipso monasterio, secundùm Menoch. *d. præs. 83. n.* 15. & Azor. *d. lib. 12. cap. 5. q.* 3. Rot. *in Metea. professionis* 25. *Maij* 1615 coram Vbaldo, ob delationem enim habitus Religionis extra monasterium per quodcunque etiam magnum temporis spatium non induci tacitam professionem, ex aliis obseruat Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 8. n. 4. in fin.*

Tertium, vt hi actus, per quos inducitur tacita 6
professio, fieri debeant non solùm sponte, sed etiam scienter, ita vt sciat illis vtens ad solos professos illius Religionis pertinere, ita *supra* citati, qui ferè omnes subiungunt vtentem iis actibus non debere etiam ignorare per allos tacitam induci professionem, quia ratione huius ignorantiæ deesset consensus tacitè profitendi.

Quartum vt oporteat vtentem iis actibus animum 7
emittendi professionem habere, nec satis est se habere negatiuè, non habendo scilicet animum non profitendi, nec faciendo vllam determinationem emittendi professionem, vt bene aduertit Nauar. *commento 4. de Regul. n. 75. vers quoniam autem,* & post illum Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 8. n.* 7.

Vbi professorum, & nouitiorum sunt habitus indistincti, &c.] Notatur ad hoc, quòd in Religionibus, vbi 8
habitus nouitiorum non distinguitur ab habitu professorum, per delationem illius, tunc inducitur tacita professio quando nouitius eum defert per annum (integrum scilicet, & continuum, ac expleto decimo sexto suæ ætatis anno ex noua decisione Concilij Tridentini, *citato loco*) vt per Nauar. *commento 4. de Regul. n.* 74. Honded *d. cons. 78. num.* 18. Mascard, *de probat. concl.* 1237. *num.* 15. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs* 83. *num.* 25. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. c. 3. num. 32. &* 33. vbi subdit text. *in præsenti,* non esse correctum per *Clem. fin. hoc tit.* immo dictam Clem. intelligendam esse iuxta distinctionem factam *in hoc text.* Fr Barthol. de Vecchis *d. dub. 8. num* 10. vbi subdit statim impleto anno, sicut dictum est induci tacitam professionem concurrentibus quatuor requisitis, de quibus *supra. & n.* 12. dicit quòd in Religionibus, vbi patenter distinguitur habitus nouitiorum ab habitu professorum, tunc inducitur tacita professio per exercitium actus proprij professorum quando concurrentibus enarratis quatuor requisitis nouitius expleto de momento ad momentum sextodecimo suæ ætatis anno, & etiam completo probationis anno continuò se ingerit actui iure, vel consuetudine professis tantùm competenti & perseuerat in hoc proposito per triduum.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores, & minores infra annũ probationis nũquam ad sui Ordinis professionem recipere nõ possunt, quod si fecerint, receptus obligatus non est eorum Ordini, & ipsi à receptione professionis aliorũ sunt*

sunt suspensi, & puniendi pœna, quæ pro grauioribus culpis es consuenit infligi, & n. 2.

3 *Professionem in aliqua Religione qui facere voluerit, olim maior 14. hodie 16. annis exiſtere debet.*

4 *Professus ante 14. annum hodie ante 16. completum potest liberè redire ad seculum.*

5 *Ordinarius potest professionem ante 16. anum emissam nullam declarare.*

6 *Nouitios in Religionibus quibuscunque ad professionen admittentes ante expletum probationis annũ peccant mortaliter.*

7 *Suspensio de qua hîc non incurritur nisi intercedat dolus in admittendo ad professionem quemquam ante expletum probationis annum.*

8 *Suspensionem de qua hic incurrit ne dum Prælatus recipiens ad professionem ante expletum probationis annum, sed etiam singuli Religiosi, qui in tali receptione suffragium dederunt.*

9 *Suspensio de qua in hoc text. an habeat locum, etiam post Concil. Tridentin. sess. 25. de Regul. cap. 15. ostenditur.*

10 *Verba*, sub pœna, *continent sententiam ferendam.*

11 *Nouitiis integrum est de bonis suis testari etiam attenta dispositione Concil. Tridem. sess. 25. de Regul. cap. 16.*

Cap. Non Solùm. II.

Alexand. IV.

1 PRædicatores, & Minores ante elapsum annum probationis quemquam ad sui Ordinis professionem, vel renunciationem in seculo faciendam sub pœna excommunicationis non possunt recipere, nec impedire si infra hunc annum voluerit ad aliam Religionem, vel seculum transire, nisi euidenter constet clara probatione, vel indiciis competentibus illum voluisse vitam mutare; si verò præsumpserint aliquem admittere contra talem Constitutionem, admissus non erit obligatus & admittentes sunt ipso facto suspensi à receptione quorumlibet ad professionem, & puniendus erit pœnis, quæ in Religione solent infligi pro culpis grauioribus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Butr. Franc. Viuian *in rationali lib. 3. pag.* 300. Alagona *in compendio pag.* 481 remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text desumunt Sayr. *de censuris lib. 4. cap. 13. num. 13. &* 14. Fr. Bartholom. Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religiosis statum nouitiis disp. 11. dub. 6.* latè Bonac. *de suspensionibus omnibus in particulari disput. 3. q. 8. puncto 5. per tot.*

3 *Maior tamen 14. annis existens*, &c.] Hodie ex noua dispositione Concilij Trident. *sess. 25. de Regular. c. 15.* maior decimo sexto anno existere debet, vt obseruat Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 15. art.* 12.

4 *Omnino ad seculum redeat.*] Ergo professus ante 14 annum, hodie ante 16. completum potest liberè
5 redire ad seculum, vt per Sayr. *in claui Regia l. 6. c. 5. n.* 5. nam Ordinarios poterit professionem ante illud tempus emissam nullam declarare, prout refert decisũ Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 17. l. 7. de Religionib. n.* 11. quem. refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg.* 101. *n.* 1.

6 *Quòd si fortè contra hanc nostram*, &c.] Transgrediens prohibitionem hîc contentam, lethaliter delinquere resoluit Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub. 6. num. 3. in princ.* ac generaliter recipientes in Religionibus quibuscunque nouitium ad professionem ante expletum probationis annum labe lethali se commaculare cùm faciant contra præceptum Concil. *in dict. cap.* 15. resoluit Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 41. dubit. 7. num.* 59.

7 *Recipere præsumpseritis.*] Ergo pœna suspensionis, de qua hîc, non incurritur nisi intercedat dolus in admittendo ad professionem quempiam ante expletum probationis annum, vt per Fr. Barth. de Vecchis *dict. dub. 6. n. 3 vers. secundo*, Bonac. *d. puncto 5. n. 1. vers. obserua.* & faciunt quæ de verbo, *præsumere*, dixi *in tract. de dict. vsufreq. dict.* 278.

8 *Vosque à receptione quorumlibet*, &c. Notatur ad hoc quòd huiusmodi suspensionem incurrit ne dum Prælatus recipiens ad professionem, sed etiam singuli Religiosi, qui in tali receptione suffragium dederunt, vt per Pute. *dec. 103. lib. 1. in correctis* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 6. num. 6.* Mar. Alter. *in simili tract. tom. 2. disput. 17. cap. 1. colum. 9. vers. de qua* Bonac. *d. puncto 5. n.* 15. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 6. n. 3. vers. cui pœna*, vbi post Domin. *hic num.* 10. Syluest. *verbo Religio 3. q.* 17. & alios, subdit non incurri à memoratis irregularitatem si non obstante hac suspensione admitterent aliquem ad professionem, quia irregularitas solùm incurritur quando suspensus ab Ordinis actu illum exercet, admissio autem ad professionem non est actus Ordinis.

9 Verùm autem præfata suspensio habeat locum etiam post Concil. Trident. *d. cap.* 15. quæstio est dubia; nam adhuc illam in suo robore esse insinuat Pute. *decis. 95. num. 1. alias decis. 90. in correct. lib.* 1. dum ait tales Religiosos suspensos posse absolui, atque rehabilitari vigore priuilegiorum à suis superioribus. Nihilominus probabilius est tunc post Tridentinum hanc suspensionem ablatam esse, vt bene probant Sanch. *in præcepta Decal. lib. 5. cap. 4. num.* 10. Fr. Barth. de Vecchis *d. dub. 6. n.* 7.

10 In gloss. *Sub pœna.* Hæc verba continere sententiam ferendam, & non latam, tradit Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num.* 19.

11 In gloss. *Iudiciis.* Notatur ad hoc quòd nouitiis integrum est de bonis suis testari, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 8. num.* 29. Couar. *in cap. 2. num. 7. de testament.* Nauar. *commento 2. de Regularib. n.* 49. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. in fine*, Thesaut. *lib. 2. quæst. forens. q. 56. n.* 2. Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 139. col. 6. vers. his ita constitutis.* Menoch. *de præsumpt. l. 6. præs. 84. num.* 12. latè Fr. Barthol. de Vecchis *in d. praxi disp. 8 dub. 10. num.* 2. Amplia procedere etiam attenta dispositione Concilij Trident. *sess. 25. Regular. cap.* 16. vt docent Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 27. art. 10. & tom. 3. q. 16. art.* 1. Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 4. num.* 40. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap.* 587. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionem incurrunt omnes Religiosi Mendicantes, qui aliquem ad professionem admittunt non expleto probationis anno, & n. 3.*

2 *Professio in aliis Religionibus vltra Mendicantes potest de iure fieri expressa, vel tacita infra annũ probationis, & n. 6.*

4 *Ordines Mendicantes etiam post hanc constitutionem institutos comprehendit text. in præsenti.*

5 *Moniales Ordinum Mendicantium subiiciuntur censura huius text.*

7 *Duo si inueniantur æquiparata in diuersa materia, & casu, tunc lex disponens in vno, non censetur idem disponere in alio*

Cap

Cap. Constitutionem III.

1 PRæcedentem textum de Prædicatoribus & Minori-
bus tantùm agẽtem extindit ad omnes Mendican-
2 tes. In aliis verò Religionibus potest fieri possessio ex-
pressa, vel tacita infra annum probationis si adsit ætas,
sed expressa obligat illi Religioni præcisè quam pro-
fitens est professus, tacita verò facta intra annum pro-
bationis per susceptionem habitus professorum obli-
gat tantùm Religioni in communi si est in ætate, &
sciens, ac voluntarius, & perseueret in triduo. Colli-
gunt ex Ordin. Lap. Abb. Archidiac. Domin. Gemin.
Ioan. Andr Aachar. Monach. Franch. Viuian. *in ratio-
nali lib. 3. pag.* 301. Alagona *in compend. pag.* 481. re-
missiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.
3 Hanc andem conclusionem quoad primam eius
partem ex hoc text. colligit Bonacin. *de suspensionibus
omnibus in particulari disput.* 3. *quæst.* 8. *puncto* 5. *num.*
4 12. Et vera est non solùm de Ordinibus Mendican-
tibus, qui tempore Alexandri IV. & Bonifacij VIII.
instituti erant, verùm etiam de illis, qui postmodum
creati, instituti, & approbati fuerunt, non lex perpe-
tuò durat, nec afficit solùm natos tempore constitu-
tionis, verùm etiam eos, qui nascuntur eo tempore
quo lex viget, & durat; ita Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.*
31. *sect.* 6. *num.* 7. Mar. Alter *in simili tract. tom.* 2. *disp.*
5 17. *cap.* 1. *col.* 9. Bonac. *d. puncto* 5. *num.* 13. vbi etiam re-
soluit Moniales Ordinum Mendicantium huic censu-
ræ subiici.

Eandem conclusionem quoad secundam eius par-
tem ex hoc text. desumunt Nauar. *commento* 2. *de Re-
gular. n.* 5. Fr. Emmao. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 2.
Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *q.* 3. & *q.* 5. Sanch.
de matrim. lib. 7. *disp.* 25. *n.* 22. & *in præcepta Decalogi
tom.* 2. *l.* 5. *cap.* 3. *n.* 18. & 24. Fr. Bartholom. de Vecchis
*in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum
nouitiis disp* 13. *dub.* 8. *n.* 8. & 9.
6 In gloss. *Prorogamus.* Notatur ad hoc, quòd si duo
inueniantur æquiparata in diuersa materia, & casu tunc
lex disponens in vno, non censetur idem disponere in
alio, vt per D. Barbos. *in l. si constante, in princ. num.* 44.
ff. solut. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ingredientis Religionẽ infra annum pro-
bationis (exceptis casibus hic exceptis) non est
alteri conferendum, interim tamen debebit per
alium beneficio deseruiri, assignata eidem substi-
tuto congrua portione, vnde viuere possit*
2 *Beneficij appellatione in præsenti text. continentur
quæcunque beneficia siue maiora sint, siue minora,
ac etiam pensiones.*
3 *Nouitius iustè priuari non potest suo beneficio infra
annum probationis.*
4 *Nouitius si velit intra probationis annum beneficio
suo renunciare an hoc efficere debeat seruata so-
lemnitate Concilij Trident. sess. 25. de Regular.
cap. 16. ostenditur.*
5 *Votum solemne censetur propositum mutandi vitam
cum habitus susceptione.*
6 *Beneficium vacat post emissam professionem.*
7 *Patres Societatis Iesu non amittunt beneficia, &
pensiones nisi per solemnem professionem, & vota
coadiutorum formatorum.*
8 *Nouitius dum in anno probationis existit ex fructi-
bus beneficij, quod obtinet, congrua portio Vicarij
ipsius beneficij assignari debet.*
9 *Minore 14. annis ingrediente Religionem non potest
eius beneficium conferri donec 15. hodie 16. an-
num expleuit, quo tempore profiteri potest.*
10 *Nouitius non tantum retinet ea beneficia, in quibus
obtinet ius in re, sed & illa in quibus ius ad rem
tantùm habet.*
11 *Beneficiũ non potest conferri cõstitutio in probatione.*
12 *Nouitius gaudet priuilegio fori, & non potest colle-
ctari.*
13 *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, qui est in probatio-
nis anno ad electionem Episcopi vocandus non est.*
14 *Consentiens vt beneficium suum alteri conferatur,
videtur illud renunciare.*

Cap. Beneficium IV.

BEneficium ingredientis Religionem non est alij 1
conferendum, nisi de consensu illius vel constet
voluisse vitam mutare, vel emiserit professionem taci-
tam, aut expressam, sed interim seruiatur eidem bene-
ficio per alium assignata congrua portione de fructibus
illius. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin.
Ioan. Andr. Domin. Monach. Franc. Viuian *in ratio-
nali lib.* 3. *pag.* 133. Alagona *in compend p.* 482. remis-
siuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.
Beneficium.] Intellige de quibuscunque beneficiis 2
siue maiora sint, siue minora, eo quòd text. indistinctè
de beneficio loquatur, ita Gig. *de pension. q.* 57. *num.* 5.
Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 3.
vbi *num.* 13. id extendit ad pensiones.
Non est infra probationis annum alicui conferendũ.] 3
Notatur ad hoc, quòd nouitius iustè priuari non
potest beneficio suo infra probationis annum, vt per
Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. Mandos. *in casibus
annualibus casu* 192. *num.* 63. *ad finem*, Gig. *de pensionib.
q.* 57. *num.* 7. & 8. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 16. *n.*
12. Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi seruanda in ad-
mittendis ad Religionis statum nouitiis disp.* 8. *dub.* 7.
n. 4. *vers. immo*, vbi subdit nonnullos ex citatis Docto- 4
ribus hoc intelligere etiamsi nouitiatus pluribus annis
duraret, prout intellexit Sanch. *in præcepta Decalogi
tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. Quod adeò verum est, vt si
nouitius velit infra huiusmodi probationis annum be-
neficio renunciare, hoc possit validè efficere etiam non
seruata solemnitate Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regula-
rib. cap.* 26. prout cum Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11.
cap. 9. *num.* 12. & 13. resolui ego ipse *de officio, & potest.
Episcopi part.* 3. *alleg.* 99. *num.* 19. licèt communis Do-
ctorum opinio sit in contrarium resoluens dispositio-
nem dicti decreti vendicare sibi locum in renuncia-
tione beneficij, quia illud in vniuersum agit de renun-
ciatione, quódque tuentur Maiol. *d. cap.* 6. *post. num.* 1.
Veg. *in summ. tom.* 2. *cap.* 10. *casu.* 3. Flamin. *de resign.
benefic. lib.* 3. *q* 13. *à num.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7.
cap. 20. *q.* 6. Molfes. *tom.* 1. *ad consuet. Neapol. p.* 4. *tit.
de renunciat. q.* 16. *num.* 34. & 35. & *in summ. moralis
Theologiæ tractat* 6. *cap.* 12. *num.* 18. *in fine*, vbi *duobus
numeris seqq.* respondet contrariis, Ceuall. *commun.
contra communes q.* 121. *num.* 4. & 5. Campan. *in diuer-
sor. iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 3. *num.* 10. Fr. Ludou. Mi-
randa *in man. Prælatorum tom.* 1. *q.* 23. *art.* 5. Mar. An-
ton. *v. resolut. l.* 1. *resol.* 112. *casu* 62 Barthol. à S Fausto
in thesauro Religiosorum lib. 5. *q.* 181. Soar. *citato loco*,
Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 38. Fr. Bar-
thol. de Vecchis *d. dub.* 7. *num* 4.
Aut constet quòd vitam voluerit absolutè mutare.] 5
Ergo propositum mutandi vitam cum habitus susce-
ptione censetur votum solemne, vt per Sayr. *in claui
Regia lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 7. Ad votum enim duo tantùm
sufficiunt, deliberatio & propositum, ex Azor. *instit.
moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 5.

Vel

6 *Vel professionem expressam fecerit.*] Ergo post emissam professionem vacat beneficium, vt per Henriquez *in summa lib.* 12.*cap.*5.§.4.*in commento litt. X.* Flamin.*de resignat.lib.*5 *q.*6.*à num.* 64.*& lib.*7.*quaest.*14.*num.*18. Chald. Pereira *in l.si curatorem*, *verbo implerare num.* 17.Fr.Emman.*quaest.Regular.tom.*1.*q.*37.*art*.... Sayr. *in claus Regia lib.*6.*cap.*5. *n.*15. Sanch.*de matrim. lib.*9. *disp.*33.*num.*19.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss.*15.*n.*45. Nicol.Garc.*de benefic.part.*11.*cap.* 9.*à princip.* Molfes. *in summa moralis Theologiae tract.*5.*cap* 12.*num.*18.Mastrob.*in praxi habendi concursum requisit.*1. *dub.*2. *n.* 1. secundùm Romanam impressionem quorum plures refero ego ipse *de officio, & potest. Episc p.*3.*alleg.*57.*n.* 208. Rot.*decis.*543.*n.*4 *part.*2.*recent.* Fr. Barbol. de Vecchis *d.dub.*7.*num.*4 *post med.* vbi subdit cum Rota *citato loco* statim post professionem integrum esse et ad quem spectat collatio, illud liberè conferre; quod etiam procedere in pensione tenent Gig. *de pensionib. q.*96 *num.* 11.*in fine*, *& n.*12. Mantic. *decis.*104. *n.*7. Sanch.*d.cap.*5.*num.*13.

7 Circa Religiosos Societatis Iesu aduertendum est possessionem beneficiorum ab eis priùs obtentorum amitti post emissam solemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum per quae redduntur omnino incapaces bona, & iura quaecunque acquirendi, & retinendi, non autem per emissionem simplicium votorum biennij, per quae iuxta dictae Societatis constitutiones à Sede Apostol. approbatas tales Religiosi non sunt incapaces retinendi dominium bonorum, & beneficia, quae in seculo habebant, vt habetur in dictae Societatis constitutionibus *part.*4.*cap.*4. §.5.*in declarat.litt. E.& part.*6.*cap.*2.§.11.*in declarat. litt. E. & in Const.Gregorij XIII. incip. Ascendente Domino, sub dat.*8. *Kalend.Iunij* 1584.*vers.& licèt qui ad gradus professorum.* Idem dicendum est de pensionibus, quae per dicta biennij vota non extinguuntur, sed durant vsque ad professionem solemnem, sicut de beneficiis dictum est, quia text.*in praesenti*, intelligitur de omnibus beneficiis, secundùm Archid.*hic in princ.* Monald.*cons.* 159.*num.* 22. *vol.* 2.& ideo ita resoluit Sanch.*in precepta Decalogi lib.*7. *cap.*4.*num.*7.*& cap.* 27.*num.* 32.*& cap.* 29. *num.*10.& fuit dictum *in nullius, seu Caputaquen. pensionis* 18. *Aprilis* 1616.coram bonae memor. Martino Andrea. Tenentur tamen idé Religiosi finito probationis biennio antequam vota simplicia emittant, beneficia priùs obtenta resignare, pensiones tamen retinent vsque ad solemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum, vt obseruatur in praxi, de qua testatur Sanch. *dict. cap.*19. *num.* 10.

8 *Assignata sibi congrua*, &c. Notatur ad hoc, quòd ex fructibus beneficij nouitij, dum in anno probationis exsistat, congrua portio Vicario ipsius beneficij assignari debet vt per Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.*1. *quaest.*37.*art.*1.Fr. Barthol.de Vecchis *d.dub.*7. *num.*5. obseruantes huiusmodi portionem per Ordinarium taxandam esse; residui verò fructus sunt ipsius nouitij, vt docent Mandos. *citato loco*, & Sanch. *dict. cap.* 5. *num.* 18

9 In gloss.*Probationis* Notatur ad hoc, quòd minore 14.annis ingrediente Religionem non potest eius beneficium conferri donec 15.annum.& hodie 16. expleuerit, quo tempore profiteri potest, vt per Gig. *de pension.quaest.*58.*num.* 7. Lancel. *instit. iuris Canon. lib.*1.*tit.de Regularibus.* §. *etsi contigerit*, *verbo probationis.*

10 In gloss.*Conferendum*, ibi, *sed quid dices si non habeas ius in re, sed ad rem*, Notatur ad hoc, quòd nouitius non tantùm retinet ea beneficia in quibus habet ius in re, sed & illa in quibus ius ad rem tantum habet, vt per Tiraq.*de retract.lig.*§.1. *gloss.*8. *num.* 18. Gemin.*hic num* 6.Giouag *lib.*1.*resp.*88.*num.*18. *&* 19. Sayr.*in claus Regia lib.*6.*cap* 5.*num.*25. Tapia *in auth. ingressi C.de sacrosanct. Eccles. verbo sua cap.*2.*num.*8. Fr.Barthol.de Vecchis *d.dub.*7.*num.*4.*in princ.* Sanch. *d.lib.*7.*cap.*4. *num.*5.

In ead.gloss.ibi, *sed nunquid constitutum in probatione poterit conferri beneficium ipso, quòd non.* Ita Azor. *inst.moral.part.*1.*lib.* 12.*cap.* 3.*q.*1. 11

In ead. gloss. ibi, *quoad priuilegium immunitatis*. 12
Notatur ad hoc quòd nouitius, vt Religiosus iudicatur, & gaudet priuilegio fori, ac proinde non potest collectari, vt per Flores de Mena *variar. lib.*2.*quaest.* 21.*num.* 128. nec conueniri nisi coram iudice ecclesiastico pro delicto ante professionem commisso, vt tenent *hic* Franc. *num.*4. & Geminian. *n.* 7. Stephan. Gratian. *Marchiae decis.*35.*n.* 1.*in addit.* Caball. *resolut.crimin. casu* 108.*num.* 10. Farin. *in praxi crimin. p.*1.*q.*8.*num.*16.Fr.Barthol. de Vecchis *in d.praxi disp.* 11.*dub.*11.*num.*2.

In eadem gloss.ibi, *sed nunquid Canonicus Ecclesiae Cathedralis, qui est in probatione habitus, & regula in aliquo monasterio, vacare debeat ad electionem Episcopi*, &c. Negatiuè respondet haec gloss. quia talis hac religionis causa ritè, & legitimè abesse censetur. vt per Carol. Tapia *in auth.ingressi verbo sua cap.*2.*num.*8. *C. de sacrosanct.* Leli. Zechi.*de Repub. ecclesiast.tit.de Regul.cap.*3.*n.*10. Azor.*inst.moral.p.*1.*lib.* 12. *cap.*3. *q.*1. quos refero ego ipse *de officio*, *& potestate Episcopi part.*3 *alleg.*99.*n.*31. Contra Archidiac. *hic n.* 1. *verbo assensus*, Card. *in Clem.fin.num.*8.*quaest.*1.*hoc tit.* Bertacin. *de gabell. part.*7.*in princip. n.* 56. Mandos. *in casibus annalibus n.*66.*casu* 197. 13

In gloss. *Assensu.* Notatur ad hoc, quòd consentiens vt beneficium suum alteri conferatur, videtur illud renunciare, vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib.*1.*q.*1. *num.* 23. 14

SVMMARIVM.

1 *Votum secundum solemne Religionis derogat priori simplici, & num.*2.

3 *Votum solum habens ingrediendi Religionem strictiorem, immunis est à peccato ingrediens laxiorem animo perseuerandi in ea.*

4 *Votum ingrediendi Religionem qui emisit, ne dum tenetur ad ingressum Religionis, sed etiam ad profitendum in ea, nisi superueniat aliqua iusta, seu rationabilis causa egrediendi.*

5 *Professio emissa in laxiori Religione ab eo, qui votum strictioris emisit, non est renouanda, quamuis sic vouens in ea emittenda crimen lethale non effugiat.*

CAP. Qui post votum. V.

VOtum simplex ingrediendi aliquam Religionem faciens, deinde aliam laxiorem, si ingrediatur, & in ea profiteatur, licitè potest in illa manere, quia votum solemne derogat simplici, sed poenitentia pro non obseruato simplici voto ei imponi debet. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Dominic. Monach. Anchar. Franc. Viuian *in rationali lib.*3.*pag.* 302. Alagona *in compendio pag.*482. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Nauar.*in man.cap.* 12. *num.*48.*& cons.*26.*n.*1. *sub tit. de voto*, *in nouis*, Azor. *institut. moral.part.*1.*lib.*12. *cap.*12.*quaest.*12. Sayr.*in claui Regia lib.*6.*cap.* 9. *n.*14. 2

Sanch.

Sanch. *in precepta Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 16. n. 16. cum seqq.* Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novitiis disp. 10. dub* 1.

3 Limita quoad eum, qui solum votum habet ingrediendi Religionem strictiorem, quia immunis est à peccato ingrediens laxiorem animo perseuerandi in ea, vt per Nauar. *d. cap. 12. num. 75.* Valent. 2. 2. *disp. 6. quaest. 6. puncto 7. col.* 10. Sayr. *d. lib. 6. cap. 12. n. 5.* Sanch. *d. dub. 4. cap. 49. n. 2.* Fr. Barth. de Vecchis *d. dub. 1. n. 3. vers. limitatur*, quicquid dicat Soar. *tom. 3. de Religione lib. 4. cap. 9. num. 2.*

4 *Ingreditur, & profitetur in ipsa.*] Ergo ille, qui votũ ingrediendi Religionem emisit, tenetur nedum ad ingressum Religionis, sed etiam ad profitendum in ea, vt per Nauar. *d. cap. 12. num. 47. in fine*, Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 8. num. 33.* Azor. *d. lib. 11. cap. 22. q. 6.* Fr. Bartholom. de Vecch. *d. disp. 10. dub. 2. num. 1.* nisi intercedat aliqua iusta, seu rationabilis causa egrediendi, aut expellatur ob infirmitatem, vel aliud huiusmodi temporale impedimentum, quia tunc per ingressum tantummodo votum suum impleuit, nec sic egressus cessante impedimento tenetur redire ad eam, vt docent Nau. *cap. 12. n. 47. vers. quocirca*, Azor. *d. cap. 22. quaes. 6. ad finem*, Less. *de iust. lib. 2. c. 41. dub. 5. num. 46. vers. quarto*, Sanch. *d. lib. 4. cap. 16. num.* 105. Soar. *d. tom. 3. lib. 4. n.* 11. Bonac. *de legib. disp. 4. q. 2. puncto 5. §. num.* 22. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. n. 7.* vbi tamen limitat in eo, qui voto perseuerandi in Religione est ligatus.

5 *Manere licite in eadem.*] Notatur ad hoc, quòd emissa professione in laxiori ab eo, qui votum strictioris Religionis emisit, talis professio non est reuocanda, quamuis in ea emittenda crimen lethale non effugiat, vt per Sanch. *dict. cap. 16. num.* 21. & Fr. Barthol. de Vecchis *dict. dub. 2. num. 3. in fine*, addunt vterque *num. seqq.* huiusmodi voto non satisfacere qui ingreditur Religionem laxiorem penè collapsam quoad substantialia, nisi spes esset proximae reformationis, nec ille, qui Religionem Militarem ingreditur.

SUMMARIUM.

1 *Conuentus monasterio vacante nouum non recipit Monachum si de consuetudine, vel priuilegio id spectet ad solum Abbatem, alias poterit si spectat insimul ad vtrumque.*

2 *Monachorum creatio quãdo pertineat ad Abbatem, & quando ad Conuentum, ostenditur.*

3 *Abbas adhibito, & sequuto maioris partis Conuentus consilio potest monachum recipere, vbi ex priuilegio, consuetudine, seu regula ad solum Abbatem non spectat, & n. 4.*

4 *Consilium sequi non tenetur obligatus ad illud petendum, nisi ab alio tanquam à collega, & participe officij petendum sit.*

5 *Monachorum creatio attento iure communi spectat ad Abbatem, & Conuentum, nedum quando nouitij ad probationis habitum recipiuntur, sed etiam quando admittuntur ad professionem.*

Cap. Si ad solum. VI. & vlt.

1 Monachum creare, si de consuetudine, vel priuilegio spectat ad solum Abbatem, non potest Conuentus, aliàs poterit si spectat insimul ad vtrumque. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch, Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 303. Alagona *in comp. pag.* 482. remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. &* 2.

Ex hoc text. iuncta *gloss. verbo, pertineat*, colligunt Doctores communiter creationem Monachorum spectare ad solum Abbatem, quando Religio habet ad hoc talem consuetudinem, aut priuilegium; vbi verò non adest talis consuetudo, aut priuilegium, seu regula penes Abbatem adhibito Conuentus consilio residere huiusmodi facultatem, vt per Panorm. *in cap. ad Apostolicam num. 11. ad fin hoc tit.* Felin. *in cap. quoniam num. 2. de simon.* Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. de Regularib. num.* 56. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 7. dub. 4. num. 4. & disp. 12. dub. 1. num.* 8. Rot. *in nullius iurisdictionis 10. Ianuar.* 1620. coram Card. Caualerio, quae reperitur nouissimè inter eius impressas *dec. 525. num. 3.* vbi ex Oldrad. *cons. 97. num. 1. vers. sed contrarium*, subdit quòd eo ipso quod Abbas se probauit Abbatem, dicitur constitutus in quasi possessione ratione tituli vniuersalis corrigendi Monachos, & eiiciendi illos, qui sine licentia monasterium suum occuparunt. 2

Vtrùm autem in his terminis teneatur Abbas sequi Conuentus consilium? quaestio est dubia; nonnulli negant, ex quorum numero sunt Panorm. & Felin. *citatis locis.* Syluest. *in summa verbo Religio 3. q. 13. & q. 18. dicto 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. quaes. 3.* obseruantes suo valore carere professionem, quam recipit Abb. non adhibito praefato consilio? & è contrario validam esse si audito Conuentus consilio illud non sequatur. 3

At verius est Abbatem teneri ad praefatum consilium, seu consensu maioris partis Conuentus sequendum, vt docent Anch. *hic notab.* 2. Spin. *in speculo testament. gl. 2. princ. num. 2. & 3.* Lorich. *in suo thesauro tit. de Regul. §. 13. vers. tertio*, Less. *de iustitia lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 60. vers. quarto*, Menoch. *de presumt. lib. 6. praes. 83. num.* 12. Fr. Ludou. Miranda *in man. Praelator. tom. 1. q. 24. art.* 4. Nauar. *cons. 9. à num. 19. sub tit. de const. in nouis.* Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 3. quaest. 27. art.* 7. Sanch. *in praecepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. n. 65. in fine*, Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. num.* 10. ex quorum quatuor vltimo loco citati attestatur sic habere consuetudinem omnium Religionum. Nam quamuis regulariter obligatus ad consilium petendum non teneatur illud sequi, hoc tamen fallit si ad id ab alio tanquam à collega, & participe officij petendum sit, vt docent Bart. *in l. §. si plures num. 7. ff. de execut. act.* Nauar. *d. cons. 9. n.* 13. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 46 num.* 76. 4 5

In gloss. *Pertineat.* ibi, *aliàs de iure pertinet simul ad vtrumque.* Notatur ad hoc, quòd creatio Monachorum attento iure communi spectat ad Abbatem, & Conuentum, vt per Nauar. *cons 9. num. 12. sub tit. de constit. in 1. edit. aliàs cons 17. num. 2. de voto in 2. edit.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religiosi statum nouitiis disp. 6. dub. 2. num. 1.* vbi etiam post Lap. *alleg. 31. num. 1.* subdit creationem monialium spectare ad Abbatissam, & moniales. Quod quidem intelligitur nedum quando nouitij admittuntur ad professionem, sed etiam quando ad probationis habitum recipiuntur, sicuti docent Fr. Ludou. Miranda *in man. Praelat. tom. 1 q. 15. art. 1. & 2.* Sanchez. *in praecepta Decalogi lib. 4. cap. 16. num.* 52. Fr. Barthol. de Vecchis *vbi suprà*, & latiùs *disput. 7. dub 4 à num. 2.* 6

De

De Voto, & voti redemptione.

Tit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Votum solemne solemnizatum per susceptionem sacri Ordinis, vel per professionem factam alicui de Religionibus per Sedem Apost. approbatis, dirimit matrimonium post contractum, aliàs solum impedit, & non dirimit.*

2 *Votum solemne appellatur, cui additur solemnis aliqua iuris formula, qualitas, siue conditio.*

3 *Voti solemnitas ex solo statuto & constitutione Ecclesia introducta est.*

4 *Matrimonium postea initum dirimitur per Ordinem sacrum.*

5 *Votum solemne factum per professionem expressam, vel tacitam Religionis approbata impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit.*

6 *Clericus post sacrum Ordinem matrimonium contrahens ipso iure suspensionem incurrit.*

7 *Professio tacita eundem valorem, & omnes effectus habet, quibus gaudet expressa.*

8 *Votum simplex castitatis impedit matrimonium licitè iniri, non tamen dirimit contractum.*

9 *Matrimonium in Paradiso, & ante peccatum institutum fuit.*

10 *Matrimonium de prasenti non dissoluitur per susceptionem sacrorum Ordinum.*

11 *Subdiaconatum si quis recipiat ab eo, quem credebat Episcopum, sed non erat, si postea contrahat matrimonium, bene tenet.*

Cap. Quod votum. I. *Bonif. VIII.*

1 VOTVM solemne, quod dirimit matrimonium deinde contractum, est illud, quod fit per susceptionem Ordinis sacri, vel per professionem expressam, aut tacitam in aliqua Religione approbata à Sede Apost. Alia verò vota impediunt contrahendum, non dirimunt contractum, & talibus tanto grauior pœnitentia est iniungenda, quantò manifestiùs vouerint propter scandalum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemnn. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 325.* Alagona *in compend. pag. 494.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *concordant. part. 1. & 2.*

2 *Debeat dici solemne*, &c.] Notatur ad hoc, quòd votum solemne appellatur, cui additur solemnis aliqua iuris formula, qualitas, siue conditio, nimirum, vel sacri Ordinis susceptio, vel approbatæ Religionis professio, vt per Gregor. Lop. *l. 2. verbo per rason tit. 10. part. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 1. art. 2.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 14. in princ.*

3 *Voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesia*, &c.] Notatur ad hoc, quòd voti solemnitas, siue celebritas ex solo statuto, & Constitutione Ecclesiæ introducta est, vt per Azor. *d. part. 1. lib. 2. cap. 9. in 1. præcept. vers. animaduertendum est, & lib. 12. cap. 6. q. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 25. num. 2. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 9.* Sayr. *in claui Regia lib 6. cap. 2. n. 3.* Ribadeneira *in lib. de statuto Societat. Iesu cap. 18. §. porrò para responder,* Gabr. Vasquez *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 165. cap. 6. & 7.*

4 *Per susceptionem sacri Ordinis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd per Ordinem sacrum dirimitur matrimonium postea initum, vt per Sanch. *de matrim. dict. lib. 7. disp. 28. num. 2.*

Aut per professionem, &c.] Notatur ad hoc, quòd 5
votum solemne factũ per professionem expressam, vel tacitam Religionis approbatæ impedit matrimonium contrahendũ, & contractum dirimit, vt per Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib. 5. q. 254.* Azor. *d. lib. 12. cap. 5. q. 4.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 26. n. 1.* per solum enim votum Religiosi matrimonium postea contractum dirimitur sola Ecclesiæ auctoritate, vt per Azor *d. lib. 12. cap. 6. q. 3. vers. deinde*; qui etiam *lib. 13. c. 13. q. 6.* sub- 6
dit clericum post sacrum Ordinem matrimonium contrahentem ipso iure in suspensionem incurrere.

Expressam, vel tacitam, &c.] Ergo professio tacita 7
eundem valorem, & omnes effectus habet, quibus gaudet expressa, eo quòd constituit hominem verè, & propriè religiosum tribus votis solemnibus obligatum, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 17. art. 1.* Giouagn. *respons. 39. in fin. lib. 2.* F. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum uouit, disp. 14. dub. 8. num. 1.*

Reliqua verò vota, &c.]. Notatur ad hoc quòd vo- 8
tum simplex castitatis impedit matrimoniũ licitè iniri, non tamen dirimit contractum, vt per Sanch. *d. lib. 7. disp. 11. num. 4.*

In gloss. *In statu.* ibi, *in Paradiso, & ante peccatum* 9
institutum fuit, & per illa verba protoplasti, hoc nunc os ex ossibus meis, &c. *Genes. 2.* Vide Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 4. num. 2.*

In gloss. *Sacri Ordinis.* Notatur ad hoc, quòd ma- 10
trimonium de præsenti non dissoluitur per susceptionem sacrorum Ordinum, vt per D. Barbos. *p. 2. rubrica ff. solut. matrim. num. 87.*

In gloss. *Approbatis.* ibi, *recipit quis Subdiaconatum* 11
ab eo quem credebat Episcopum, sed non erat, si postea contrahat matrimonium, bene tenet. Ita Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 27. n. 13.*

De Statu Regularium.

Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Moniales tacitè, vel expressè professa clausuras monastery exire non possunt, nec aly ad illas intrare, nisi causa legitima, & superioris licentia interueniente, & num. 2.*

3 *Constitutionem de clausura, & reformatione Monialium cuiuscunque Ordinis fecit Pius V.*

4 *Constitutionem aliam edidit Pius V. contra Moniales exeuntes à clausura nisi in quibusdam casibus, eásque comitantes, & recipientes, &c.*

5 *Gregorius XIII. circa loca & alia clausura pertinentia multa edidit.*

6 *Licentias quascunque ingrediendi monasteria, & loca Monialium reuocat Gregorius XIII. & prohibet vti licentiis ab Episcopis, vel superioribus concessis pro casibus necessariis, nisi in necessitatibus vrgentibus.*

7 *Prælati, & aly Monialium curam habentes vt non possint earum monasteria ingredi nisi in casibus tantùm necessariis declarauit Gregorius XIII.*

8 *Reuocationem generalem licentiarum, & quorumcunque priuilegiorũ ingrediendi monasteria Monialium fecit Gregorius XIII.*

9 *Licentiarum quarumcunque ingrediendi monasteria Monialium, & ibi permanendi concessarum mulieribus secularibus etiã Marchionissis, Ducissis, &c.*

reuocationem fecit Sixtus V. & Paulus V. vt numer.11.& S. D. N. Vrbanus VIII. vt num.12.
10 *Licentiis à Romanis Pōtificibus concessis ingrediendi monasteria Monialium quomodo quis vti possit statuit Paulus V.*
13 *Monasteria exire quibus ex causis liceat Monialibus, ostenditur.*
14 *Moniales an possint è monasterio exire ex aliis casibus similibus, vel vrgentioribus vltra expressos in Constitutione Pij V. ostenditur, & num.15.*
16 *Belli tempore possunt Moniales è monasterio exire, séque in locum tutum recipere, dum pariculum est vt nisi egrediantur graui damno afficiantur.*
17 *Moniales de licentia Superioris possūt trāsire ab vno monasterio ad aliud, vel causa nouæ fūdationis, vel correctionis, vel reformationis, vel perfectionis.*
18 *Moniales possunt ad perfectiorē religionem transire.*
19 *Monialis licitus est exitus, quæ dum in proprio monasterio aliqua de causa cōmodè corrigi non potest, ad aliud monasterium correctionis gratia transfertur.*
20 *Moniales è suis monasteriis egredientes extra casus exceptos, & Prælati quicunque licentiam eis concedentes, comitantes &c. ipso iure sunt excommunicati excommunicatione maiori Summo Pont. reseruata.*
21 *Monialium claustra ex quibus causis, & in quibus casibus licitum sit ingredi, remissiuè.*
22 *Episcopus, aut eius vicarius generalis speciale mandatum habens potest in monasteriis sibi subiectis auctoritate ordinaria facultatem ingrediendi monasteria Monialium concedere auctoritate verò delegata in monasteriis Summo Pont. subiectis.*
23 *Licentiam concedere ad ingrediendum monasteria Monialium Regularibus subiectarum pertinet ad earum Superiores Regulares, quorum est Monialibus clausuram indicere.*
24 *Licentia generalis non sufficit ad ingrediendum monasteria Monialium.*
25 *Licentia ingrediendi monasteria Monialium extenditur ad socium.*
26 *Licentia ingrediendi monasteria Monialium primo actu finitur.*
27 *Licentia ad ingrediendum monasteria Monialium nullatenus sufficit tacita, nec oretenus, sed in scriptis concessa.*
28 *Religiosi accedentes ad monasteria Monialium quas pœnas incurrant, ostenditur.*
29 *Mendicantium in monasteriis tot sorores sumantur quæ sine pecunia possint substentari, & si secus quid fiat est irritum, & n.30.*
31 *Mendicantium Monialium in monasteriis si sumantur sorores vltra numerum earum, quæ ex redditibus monasterij absque penuria sustentari valerent, hodie talis receptio non irritatur.*
32 *Commodè viuere, & absque penuria sustentari in quo differant, remissiuè.*
33 *Abbatissæ Principibus sæcularibus ad fidelitatis Sacramentum præstandum adstrictæ si non possunt per procuratorem iurare personaliter exeundo monasterium iurabunt absque dilatione ad monasterium reditura, & n.34.*
35 *Vasallus ex consensu domini iuramentum fidelitatis ipso domino feudi præstare potest per procuratorem habentem ad id speciale mandatum.*
36 *Iuramentum quātuncunque personale sit ex parte iurantis potest præstari per procuratorem.*
37 *Episcopi, si opus sit, cogant per censuras dominos temporales, vt in suis tribunalibus, & curiis causæ Monialium tractentur per procuratores speciales.*
38 *Causa, & occasio differunt.*
39 *Papa si quid roget præcepti vim habet.*
40 *Ordinarij locorum in subiectis monasteriis propria, in exemptis Apost. auctoritate clausuram procurare debent, & num.41.*
42 *Episcopus potest & debet videre an clausura seruetur non solum in monasteriis sibi subiectis, sed etiam in monasteriis Monialium, quæ Regularibus subiiciuntur, & non potest à Regularibus impediri, contra citatos num.43.*
44 *Episcopus habet iurisdictionem in Moniales quæ priuilegio, vel indulto Papæ sunt immunes, in iis, quæ ad clausuram, & spiritualiam rerum curam pertinent.*
45 *Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausuræ, quoties ei videbitur expedire.*

Cap. Periculoso. Vnic.

Bonif. VIII.

ONIALES quæcunque tacitè, vel expressè professæ è monasteriis egredi non possunt, nisi constet eas laborare tali morbo euidenti, quòd non possint cum aliis absque graui periculo, siue scandalo commorari; nullique detur facultas ingrediendi prædicta monasteria nisi cum rationabili, & manifesta causa, & de licentia Superioris, ad quem spectat, Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.3. pag.341.* Alagona *in compend. pag.* 498. remissiuè Casal. *in annotat.* Ximen. *in concordant. part.1.& 2.* 1

Innouatur hic text. per Conc. Trid. *sess.25. de Regul. cap.5.* his verbis, *Nemini autem Sanctimonialium liceat post professionem exire è monasterio etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda; indultis quibuscunque, & priuilegiis non obstantibus. Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis, neque alius vllo modo possit etiā vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.* De cuius Decreti materia latè agunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.2. q.2. art.7.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub.12. c.16. n.18.* Galazza *in opusculo de clausura monialium*, D. Hieron. Venero, & Leyua *in examine Episcoporum lib.6. cap.22.* Armendar. *in addit. ad recopilationem legum Nauarræ lib.2. tit.18. l.7. de Religionibus num.100. cum multis sequentibus*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2. lib.6. cap.15.* Bonacina. *de clausura, & pœnis eam violantibus impositis, quæst.4.* Laurent. de Peirinis *in cōstitut. sui Ordinis Minimor. tom.1. Const.6. Pij V. à n.1.* latissimè Merol. *tom.1. disp. in vniuersam Theolog. moralem disp.1. cap.2. n.451. cum multis seqq.* plures quos refero ego ipse *de officio & potest. Episc. p.3. alleg.102. per totam.* 2

Pius V. in sua Constit. incipien. *Circa pastoralis sub dat. 4. Kalend. Iunij* 1566. super clausura, & reformatione Monialium cuiuscunque Ordinis, textum *in præsenti*, & dictum Concil. Tridentin. Decretum renouauit, quam Constitut. refero ego ipse *d. alleg.102. num.13.* & nouissimè Laurent. de Peirinis *d. Constit. 6. Pij V.* 3

Idem pius V. aliam edidit Constit. incipien. *Decori, sub dat. Kalend. Februarij* 1569. contra Moniales 4
exeuntes

exeuntes à clausura nisi in quibusdam casibus, easque conuitantes, vel receptantes, & contra superiores exeundi licentiam cocedentes, nisi in casibus in ea expressis, est *in Bullario nouo tom. 2. Constit. 8. eiusdem Pont. pag. 185* refert. Quarant. *in summ. Bullarii verbo Monasteria Monialium*, & ego ipse *d. alleg. 102. n. 14.*

5 Gregorius XIII. sua Constit. incip. *Deo sacris, sub dat. 3. Kalend. Ianuarij 1572.* circa loca, & alia clausuræ pertinentia multa edidit, quam refert Quarant. *d. verb. monasteria Monialium*, & de illa meminit Sanch *d. lib. 6. cap. 15. num. 6.*

6 Idem Gregorius XIII. alia sua constit. incipien. *Vbi gratia, sub dat. Idibus Iunij 1575.* reuocat quascunque licentias ingrediendi monasteria, & loca Monialium, & virorum cuiuscunque Ordinis. & prohibet vti licentiis ab Episcopis, vel superioribus concessis pro casibus necessariis, nisi in necessitatibus vrgentibus, vt in *Bullario nouo tom. 2. const. 28. eiusdem Pontif. pag. 392.* refert Quarant. *citato loco*, & ego ipse *d. alleg. 102. num. 33.*

7 Idem Gregorius XIII. in alia constit. incipien. *Dubiis, sub dat. 23. Decemb. 1581.* declarauit quod etiam Prælati, & alij Monasteriorum curam habentes earum monasteria ingredi non possint, nisi in casibus tantùm necessariis, est *in Bullario nouo tom. 2. constit. 28. eiusdem Pontif.* refert Quarant. *de verbo Monasterium Monialium pag. 447.*

8 Idem Gregorius XIII. in alia constit. incip. *Quæ sanctimonialium, sub dat. 8. Septemb. 1584.* generalem prædictarum licentiarum, & quocumcumque priuilegiorum reuocationem fecit, quam refero *d. allegat. 102. num. 34.*

9 Sixtus V. in sua const. incip. *Sanctimonialium, sub dat. 5. Ianuarij 1589.* generalem reuocationem fecit omnium licentiarum quarumcunque ingrediendi monasteria, & ibi permanendi mulieribus secularibus cuiuscunque status, & conditionis existentibus etiam Comitissis, Marchionissis, & Ducibus concessarum.

10 Paulus V. in sua constit. incip. *Facultatum, de qua in Bullario nouo tom. 3. constit. 52. eiusdem Pont.* statuit circa modum vtendi facultatibus concessis à Romanis Pont. ingrediendi monasteria Monialium, ac declarauit, & ordinauit quòd nulla persona cuiuscunque gradus, & conditionis existat, vigore licentiarum plurium monasteria pluribus vicibus ingrediendi, possit ingredi aliqua vel singula monasteria pluribus vicibus, sed quod licentiæ huiusmodi respectu vniuersorum non autem aliquorum, vel singulorum monasteriorum suffragentur, itavt cuiuis in anno seu amplius plura monasteria ingredi conceditur, bis, vel amplius tantùm vniuersa, non autem eorum aliqua, vel singula ingredi licet, etiamsi prædicta monasteria in diuersis Ciuitatibus, Terris, Diœcesibus, ac locis existant.

11 Idem Paulus V. in alia sua constit. incip. *Monialium, sub dat. 19. Iunij 1612.* reuocauit omnes licentias ingrediendi monasteria Monialium concessas secularibus mulieribus etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, est *in Bullario nouo, tom. 3. constit. 74. eiusdem Pont.* & de illa meminit *Alemor. Clericorum, cap. 9. num. 12.*

12 S. D. N. Vrbanus VIII in suo Motu proprio incip. *Sacro sanctum Apostolatus ministerium, sub dat. 27. Octob. 1624.* similes edidit reuocationes.

13 *Nisi forte tanto ac tali morbo*, &c. Ad causas expressas *in hoc textu* respexit Concil. Trident. *d. cap. 5. vers. nisi ex aliqua legitima causa*, &c. vt aduertit Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. num 31 in fine*, & eas clausas exprimere curauit Pius V. *in sua constit. incipien. Decori*, de qua *supra*, in hæc verba. *Ordinarius nulli Abbatissarum, Prioriffarum, aliarumve Monialium de cetero etiam infirmi-*

tatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eius subiectorum, aut demorum parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, &c. a monasterio exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere.

Quæstio est dubia an Moniales possint è monasteriis exire ex aliis causis, vel vrgentioribus: Affirmant Nauar. *comment. 4. de Regularib. n. 48. & in cap. statuimus 19. q. 3. num 49.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 34. art. 3. paulo post princ. & art. 5.* Azor *part. 1. lib. 12. c. 8. q. 1. vers. tertio.* Llam. *in methodo Curat. in append. §. 10.* Ioan. à Cruce *de statu Relig. lib. 1. cap. 5 dub. 4.* Sanch. *d. lib. 6. c. 15. num. 37.* ego ipse *d. alleg. 102. à num. 16.* & me citato *in illo loco* Bonac. *d. claus. q. 1. puncto 9. n. 6. & de legib disp. 1 q. 1. puncto 3. num. 19.* Diana *resol. moral. tract. 1. miscel r. 23.* 14

Quamuis contrarium, immo casus exceptos *in d. const. Pij V.* non extendi ad casus similes, & vrgentiores, teneant Collect. compend. Mendicant. *verbo clausura Monialium n. 5. vers. quaritur vtrum minister generalis*, Fusc. *de vis. tat. lib. 2. c. 18. n. 1.* Boll *in æconom. Canon. classe 3. cap. 4. n. 10.* Gutier. *d. lib. 1. cap. 14.* Cened. *ad Sextum collectan. 31. num. 2.* Zerol *in praxi Episcop. part. 1. verbo Moniales § 16. vers. secundo, & p. 2. eod. verbo in fine, addit. ad Nauar. cons. 70. in fine, de Regular.* Aloys. Riccius *praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 545. in 1. edit. alias resolut. 541. in 2. edit.* Fr. Emman. *in summ. tom. 3. cap. 96. n. 3.* Fr. Lud Miranda *de sacris Monialib. q. 3. art. 4.* Campan. *d. rub. 12 cap. 16. n. 22.* 15

Vnde tempore belli possunt Moniales è monasterio exire, séque in locum tutum recipere, dum periculum est, vt nisi Moniales è monasterio egrediantur, graui damno afficiantur, vt resoluunt Azor. *d. part. 1. lib. 13. cap. 8. q. 1. ad fin vers. tertio quæres*, Gutier. *d. c. 14. n. 9.* Nauar. *d. commento 4. n. 48.* Sanch. *d. c. 15 n. 44* Bonac. *d. q. 1. puncto 9. n. 7.* 16

Sic etiam possunt Moniales de licentia superioris transire de vno monasterio ad aliud, vel causa nouæ fundationis, vel correctionis, vel reformationis, seu professionis, vt tradunt Nauar. *d. cap statuimus num. 48. & cons. 57. num. 6. de Regular.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 49. art. 5.* Sanch. *d. cap. 16. à num. 46.* Armendar. *d. l. 7. de Religionib. num. 101.* Zerol. *p. 1. verbo Moniales § 16. & p. 2. eod. verbo dub. 8. n. 12.* Anton. Ricc *de iure personar. var. lib. 5. cap. 5. n. 11.* Bonac. *d. puncto 9. n. 10.* ego ipse *d. alleg. 102. n. 25.* obseruantes ad hoc tutius esse recurrere ad Sedem Apost. 17

Sic etiam Moniales possunt ad perfectiorem Religionem transire, vt tenet Tap. Zerol. Fr. Emman. & alij, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib 6 cap. 7. n 6.* quibus adde Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig lib 5. q. 327.* Anton. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 5 à princ.* Bonac. *d. q. 3. puncto 9. n. 11.* meipsum *in collect. ad 3p. decret. 18. n. 5. de Regul.* 18

Sic pariter licitus est exitus Moniali, quæ dum in proprio monasterio aliqua de causa commodè corrigi non potest ad aliud monasterium correctionis gratia transfertur, iuxta resoluta per Sanch *d. lib. 6. c. 15 n 47.* Ludou. Miranda *de sacr. Monialib. q. 3. art. 2. vers. quartus casus, & art. 3.* Bonac. *d. q. 1 puncto 9. num. 13.* ego ipse *in collect. ad cap. vlt de Regularib. n. 16.* 19

Moniales è suis monasteriis egredientes extra casus exceptos ipso iure excommunicatas esse excommunicatione maiori latæ sententiæ Summo Pontif. reseruata, & in eandem incurrere Prælatos eisdem exeundi licentiam quocunque modo concedentes, necnon & ipsas conuitantes ac personas illarum receptatrices, censuit Pius V. *in d. sua Constit. incip. Decori*, & do- 20

cent

cent Nauar. *in d. cap. statuimus num.* 52. Zerol. *p.* 1. *verbo Moniales* §. 16. *dub.* 1. Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 1. *vers. tertio quæres.* Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 3. *art.* 6. Sanch. *d. cap.* 15. *num.* 72. Bonac. *d. q.* 1. *puncto* 8. *num.* 6. ego ipse *d. alleg.* 102. *num.* 29. & 3 . obseruantes supradictam pœnam contra recipientes, & concomitantes prædictas Moniales egredientes è suis Monasteriis non videri comprehendere illos, qui compassione quadam natu... in extrema, vel graui necessitate id faciunt.

21 *Nisi rationabilis*, &c.] Ex quibus autem causis, & in quibus casibus licitum sit claustra Monialium ingredi referunt Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 46. *art.* 4. *cum seqq.* Fr. Ludou. Miranda *de sacris Monialib. q.* 2. *art.* 7. *cum seqq.* Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. Bonac. *q.* 4. *puncto* 4. ego ipse *d. alleg.* 102. *à n.* 48.

22 *Ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia.*] Episcopus, aut eius Vicarius generalis speciale mandatum habens potest in monasteriis sibi subiectis auctoritate ordinaria facultatem ingrediendi monasteria Monialium concedere, auctoritate verò delegata in monasteriis Summo Pontif. subiectis, prout referunt decisum Armendar. *d. l.* 7 *de Religiosib.* .109. Bonac. *d. q.*

23 4. *puncto.* 2. *n.* 2. ego ipse *de alleg.* 102. *n.* 38. In aliis verò Monasteriis Regularibus subiectis, hoc pertinet ad earum superiores Regulares, quorum est Monialibus clausuram indicere, vt per Nauar. *d. commento* 4. *de Regularib. num.* 60. Llam *in methodo Curat. in append.* §. 5. & 6. Iacob de Graff. *in aureis dec. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 7. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 2. Ludou. Miranda *d. q.* 2. *art.* 2. Campan. *d. rub.* 12. *cap.* 16. *num.* 31. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 13. Suar. *tom.* 4. *de Religione tractat.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Petrin. *in Constit. sui Ordinis Minimor. Constit.* 6. *Pij V. num.* 29. ego ipse *de alleg.* 102. *num.* 40. & 41. & me citato *nullo loco* Bonac. *d. q.* 4. *puncto.* 2. *num.* 3. Quicquid dicant Læl. Zecch. *de Republ. Ecclesiast. tit. de Regularibus cap.* 3. *num.* 5. & Zerol. *part.* 1. *verbo Moniales* §. 8. *vers.* 4. existimantes Episcopum posse hanc facultatem concedere in monasteriis, quæ Regularibus subiecta sint.

24 *Specialis licentia.*] Non sufficit igitur generalis, vt etiam attenta noua Concilij Tridentin. dispositione resoluunt Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 28. Fr. Ludou. Miranda *de sacris Monialib. q.* 2. *art.* 2. *ad fin.* Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 3. *num.* 1. Et extendi ad socium obtinentis ob-

25 seruant Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo licentia* 2. Fr. Emman. *tom.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 649. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 632. *in* 2. *edit.* Et prauio actu finiri asserunt Aloys. Ricc. *in d. praxi resol.* 545. *in* 2. *edit.* Vgolin. *de officio Episcop. p.* 1. *cap.* 21. § 3. ego ipse *d. alleg.* 102. *n.* 59.

27 Nullatenus sufficit tacita superioris licentia, quæ ex scientia, & patientia eorum facile contradicere potentium colligitur, nec ore tenus, & verbis expressa, vt statuit Concil. Trid. *d. cap.* 5. ibi, *in scriptis obtenta*, resoluunt Confect. *in privileg. Medicant. tit.* 20. *cap.* 6. Sãch. *d. cap.* 16. *num.* 29. *cum seqq.* Bonac. *d. q.* 3. *puncto* 3. *num.* 2. Ideoque non euadat lethalem culpam, & pœnas contra ingredientes sine licentia impositas, qui eam etiam stante causa ingressus legitima à superiore legitimo oretenus concessam habuerit, vt aiunt Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 31. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 3. quicquid teneat Fr. Ludou. Miran. *de sacris monialib. q.* 3. *art.* 2. *ad finem*, dum existimat scripturam necessariam non esse quando causa ingressus clara est.

28 In gloss. *Honesta* ibi, *vnde nec Monachi ad eas accedere debent, nec cum eis alloqui.* Contra Religiosos accedentes ad monasteria Monialium imposita est pœna priuationis officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda *in decreto S. Congregat. iussu Sixti V edito de anno* 1590. quod refert Bonac. *de clausur. q.* 4. *puncto* 4. *num.* 3. vbi *num.* 4. subdit prædictum decretum sub mortali obligare, & *num.* 5. tenet Religiosum præfatis pœnis affici vnico accessu, & *n.* 6. tenent Religiosum teneri in Conscientia pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ sponte subire ante sententiam iudicis declaratoriam. Nouissimè tamen per S. Cong. Concil. Trid. *sub dat.* 12. *Kalend. Decembr.* 1623. de mandato S. D. N. Vrbani VIII. concensum fuit Episcopis vt licentiam dare valeant Religiosis alloquendi Moniales seruatis certis regulis, & conditionibus ibi expressis.

§. Sanè.

In monasteriis Ordinum non Mendicantium tot sorores somantur quæ sine penuria possint substentari, & si secus quid fiat est irritum. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati. 29

Innouatur à Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. *vers. ac tantus numerus constituatur*, &c. & per Constit. *Pij V. incip. Circa pastoralis officij, sub dat.* 4. *Kalend. Iunij* 1566. statuentis ne plures Moniales in earum monasteriis recipiantur, & admittantur quàm ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè substentari possint. Vide Quarant. *in summa Bullarij verbo monasteria Monialium pag.* 359. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 55. & 56. Zerol. *in simili praxi p.* 1. *verbo Moniales* §. 6. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *q.* 1. Campan. *in diuers. iuris Canonic. rub.* 12. *cap.* 16. *num.* 7. & 14. Fr. Ludou. Miranda *de sacris Monialib. q.* 8. *art.* 6. Aloys. Ricc. *Neapol. dec.* 219. *p.* 4. ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 98. 30

Si secus actum fuerit &c.] Obseruat Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 4. *vers. secunda conclusio*, quod quamuis attento huius 6. professio Monialis receptæ in monasterio non Mendicantium vltra numerum earum, quæ ex redditibus monasterij, & consuetis eleemosynis absque penuria substentari valerent, esset irrita, hodie tamen hoc locum non habet, quia consuetudine abrogatum est, cùm compertum sit plures sæpe admitti, nec vnquam nostris temporibus auditum sit in controuersiam verti valorem professionis, nedum illam irritari. 31

In gloss. *Absque penuria.* Quæ autem sit differentia inter commodè viuere, & absque penuria sustentari, dixi *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 19. *n.* 10. 32

§. Verum

Abbatissa, vel Priorissa, quæ propter feudum tenetur præstare iuramentum fidelitatis sicui domino sæculari, si per procuratorem illud præstare nequit, potest cum honesta societate exire modò statim præstito iuramento reuertatur. Colligunt Doct. *in princ. text* citati. 33

Hanc eandem conclus. firmant Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 51. Bonac. *de clausur. q.* 1. *puncto* 9. *num.* 9. aduertentes in hoc casu superioris licentiam petendam esse, quòd si nulla causa ductus illam deneget, hoc constito posse auctoritate iuris Abbatissam ingredi. 34

Nisi quod per procuratorem, &c.] Ergo potest vasallus ex consensu domini iuramentum fidelitatis ipsi domino feudi præstare per procuratorem habentem ad id speciale mandatum, vt per Molfesi. *de Synodo Episcopi cap.* 4. *dub.* 40. secundùm Romanam impress. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *l.* 3. *cap.* 13. *n.* 21. vbi

num. 17

num. 17. subdit quòd iuramentum quantuncunque personale sit ex parte iurantis potest præstari per procuratorem.

§. Porro.

37 Episcopi, si opus sit, cogant per censuras dominos temporales, vt in suis tribunalibus, & Curiis causæ Monialium tractentur per procuratores, vt spirituales. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

38 *Causam, seu occasionem.*] Ergo causa, & occasio differunt, vt per Tiraq. *in tractat. cessante causa limit.* 13. *num.* 5.

39 *Censura Ecclesiastica compellantur*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si Papa quid roget, præcepti vim habet, vt per Tiraq. *de pœnis tempe. causa* 35. *num.* 4.

§. Et quoniam.

40 Ordinarij locorum in subiectis Monasteriis propria, in exemptis Apostolica auctoritate clausuram procurare debent nec est propter hoc in aliis casibus iurisdictio in exemptos illis attributa. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

41 Innouatur, & ampliatur per Concil. Tridentin. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 5. *in princ.* in hæc verba. *Bonifacij VIII. Constitutionem, quæ incip. Periculoso, renouans sancta Synodus vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apost. auctoritate, clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliásque pœnas quacunque appellatione postposita compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quod auxilium vt præbeatur omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus Magistratibus secularibus iniungit.* Hactenus Concil. Trid.

42 Vnde colligitur Episcopum posse & debere videre an clausura seruetur non solum in Monasteriis sibi subiectis, sed etiam in Monasteriis Monialium, quæ Regularibus subduntur, & non posse ab ipsis Regularibus impediri quominus ad hunc effectum ea visitet, quoties ad expedire iudicauerit, ita referunt à S. Congreg. Concilij decisum Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Clausura* 1. Zerol. *p.* 1. *verbo Moniales* §. 4. & §. 8. *vers.* 4. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Episc. n.* 44. ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 7.

43 Quamuis F. Ludou. Miranda *de sacris Monialibus q.* 2. *art.* 14. *num.* 3. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 21. & Bonac. *d. q.* 1. *puncto* 6. existimauerint non posse Episcopū ad clausuram cogere Moniales exemptas ab eis, nec illis licere intrare huiusmodi monasteria exempta, Prælatisque Regularibus subiecta etiam prætextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu, quo publicè constaret illam esse violatam.

44 Hinc etiam infertur Episcopum habere iurisdictionem in Moniales quæ priuilegio, vel indulto Papæ sunt immunes in iis, quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent, vt per Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 95. quem refero ego ipse *d. alleg.* 102. *num.* 5.

45 Et huiusmodi Moniales exemptas posse toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausuræ, quoties ei videbitur expedire, asserit Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Moniales* 3. & ego ipse *de alleg.* 152. *num.* 5. & faciunt quæ Armendar. *in d. addit. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 3. *de visit. quoad Canonicos n.* 18.

Inuocato ad hoc, si opus fuerit, &c.] Vide Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 22. Bonac. *d. q.* 1. *puncto* 6. *num.* 2. & *puncto* 7. *num.* 4. *in fine.* 46

De Religiosis domibus.

TIT. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem nouum, aut Religionem vel habitum nouæ Religionis creare, & assumere non licet, & reuocati sunt Ordines Mendicantium per Papam non approbati creati post Concil.*

2 *Papa solius est sacros Religiosorum hominum Ordines, & instituta approbare.*

3 *Religiosi Mendicantes per Papam post Concil. approbati, & instituti non possunt aliquem ad professionem recipere, domum, vel locum de nouo acquirere, nec acquisita sine licentia alienare, nec extraneis prædicare, Confessiones eorum audire, vel ad sepulturam admittere, & contra factum non tenet.*

4 *Mendicantes exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capucinorum, & eorum, qui Minores de Obseruantia vocantur, bona immobilia possidere possunt.*

5 *Congregatio Societatis Iesu cessit incipronenientis ex concessione Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 3. quoad habenda bona immobilia in communi in domibus professorum, vel eorum Ecclesiis.*

6 *Mendicantes Religiosi approbati post Concil. Lugd. qui de nouo domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant, sine licentia Sedis Apost. incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam.*

7 *Mendicantes possunt capere etiam immobilia sibi relicta, non quidem ad retinendum, sed ad vendendum illa, & eorum pretio vtendum.*

8 *Prohibitus habere prædia in territorio non vetatur si illico sit venditurus.*

9. *Mendicantium Ordinum appellatione qua contineantur remissiuè.*

10 *Prædicatorum Ordo præfertur aliis Minorum.*

CAP. Religionum. Vnic. *Gregor. X.*

NEMINI nouum Ordinem, vel religionem inuenire licet, aut habitum nouæ Religionis creare, & assumere, & reuocati sunt omnes Ordines & Religiones Mendicantium post Concil. Lateranen. sub Innocent. III. sine Sedis Apost. facultate facti. Colligunt ex Ordin. Lapus, Abbas, Archid Ioan. Andr. Gemin. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* [illegible] *pag.* 354. Alagona *in compend. pag.* 502. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord. p.* 2. 1

Ne aliquis de cætero nouum Ordinem, &c. Notatur ad hoc, quòd solius Romani Pontificis est sacros Religiosorum hominum Ordines, & instituta approbare, vt per Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 23. *q.* 5. & *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 1. Laurent. de Peirinis *in Constit. sui Grdinis Minim.* [illegible] *m.* 1. *Constitut.* 1. *Archiepiscop. Pirrhi*, Fr. Emman. *quæst. Regular tom.* 3. *q.* 48 *art.* 3. Valer Reginald. *praxi fori pænit. lib.* 18. *nu.* 304. *vers. accedit* meritò ipsum *de offic. & potest. Episc.* [illegible] *part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 47. secundùm Lugdunen. impress. 2

§. Confirmatos.

3 Ordines illi Mendicantium post Concil. Later. sub Innoc. III. confirmati, qui nequeunt per regulam habere redditus, possessiones, &c. recipere non possunt in posterum aliquos ad professionem, nec de nouo domum, vel aliquem locum acquirere, nec acquisita alienare valent, & illis extinctis Sedes Apost. de bonis disponere poterit. & quicquid secus factum fuerit sit irritum, & contrafacientes excommunicationem incurrant & personæ talium Ordinum prædicare, Confessiones audire, vel sepelire non possint, ad alios tamen Ordines transire poterunt. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

4 *Quibus ad congruam sustentationem*, &c.] Concil. Trid. *sess. 25. de Regularib. cap. 3. in princ.* concedit omnibus Monasteriis, & Domibus tam virorum quàm mulierum etiam mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capucinorum, & eorum, qui Minores de Obseruantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apost. non erat concessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat: de cuius materia tractant Fr Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 29. art. 14.* Ioan. à Cruce *de statu Religionis lib. 1. c. 4.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 31. art. 6. & q. 28. art. 1.* D. Hieron. Venero & Leyua *de examine Episcoporum*
5 *lib. 6. cap. 13. à princ.* Cui tamen iuri prouenienti ex concessione Concilij *dicto loco* cessit Congregatio totius Societatis Iesu de anno 1566. quoad habenda bona immobilia in communi in domibus professorum, vel eorum Ecclesiis, vt refert Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 18. n. 11.*

6 *Sententiam excommunicationis incurrant*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Religiosi Mendicantes, approbati post Concil. Lugdunense, qui de nouo domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant, sine licentia Sedis Apost. incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, vt per Nauar. *in man cap. 27. 127. vers. 20.* Soar. *de censur. disp. 23. sect. 4. num. 19.* Sayr. *in simili tract. lib. 3. cap. 34. n. 5.* Filliuc. *tract. 14. n. 130.* Louor. *de indulgent. p. 2. cap. 13. n. 29.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 56. n. 209.* secundùm Lugdun. impress. addo nouissimè Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 2. q. 8. puncto 1.*

7 In gloss. *Domum.* ibi, *& si legetur eis domus vt vendant, bene poterunt recipere.* Ergo Fratres Mendicantes possunt capere etiam immobilia sibi relicta, non quidem ad retinendum, sed ad vendendum illa, & eorum pretio vtendum, de quo Nauar. *comment. 2. de Regularibus n. 54.* Duen. *reg. 381. vers. amplia octauò ad med.* Menchi. *illustr. cap. 32. n. 13.* Put. *decis. 286. lib. 1.* Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 14. n. 2.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 125. art. 1.*

8 Notatur etiam ad hoc, quòd prohibitus habere prædia in territorio, non vetatur si illicò sit venditurus, vt per Menchi. *d. cap. 32. num. 3.*

§. Sanè.

9 De quatuor Ordinibus Mendicantium, scilicet Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, & Carmelitan. eorùmque origine agunt S. Antonin. *in summ. p. 3. tit. 6. cap. 1. §. 8. & tit. 19. cap. 3. & tit. 23. & 74.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 68. 69. & 70.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 2. art. 1. cum seqq. & q. 4. art. 1. & tom. 3. q. 49. art. 1. & art. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 23.* Zerol. *in praxi Episc. part. 2. verbo Mendicantes.*

10 *Sanè ad Prædicatorum, & Minorum Ordines*, &c.]

Ergo Ordo Prædicatorum præfertur aliis Minorum, secundùm ea quæ latè resoluit dominus meus Felix Contelorius, olim in Romana Curia Aduocatus, nunc verò Vaticanæ Bibliothecæ custos vigilantissimus, & S. D. N. Vrbani Octaui Cubicularius honorarius, *in q. 1. de præcedentia num. 11.*

De Capellis Monachorum.

TIT. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Instituti in Ecclesiis Monachorum ad Curam populi per Episcopum ad ipsorum præsentationem, per eundem, si causa subsit, amoueri poterunt.*
2 *Vicarij quando debeant esse perpetui, remissiuè.*
3 *Episcopi nomine vbi non excluditur Vicarius, & est res, quæ conuenit Vicario ex eius officio, intelligitur etiam eius Vicarius generalis.*

CAP. Presbyteri. Vnic.
Bonif. VIII.

PRESBYTERI, qui à Monachis præsentantur pro cura populorum in Ecclesiis sibi subiectis, & ab Episcopo sunt instituti, debent esse perpetui, nec possunt à Monachis amoueri, non obstante quocunque priuilegio, vel consuetudine. Sed si subsit causa rationabilis vt amoueantur, debent amoueri ab Ordinario. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Vrtan. *in rationali lib. 3. pag. 366.* Alagona *in compend. pag. 505.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *concordant. part. 1. & 2.* 1

Cum debeant esse perpetui.] Vide quæ dixi *in collect. ad c. vlt. n. 2. & 3. de offic. Vicarij, in Decretalibus.* 2

In gloss. *Per Episcopos.* ibi, *quando per Vicarios*, &c. 3
Notatur ad hoc quòd nominè Episcopi, vbi non excluditur Vicarius, & est res, quæ conuenit Vicario ex eius officio, intelligitur etiam ius Vicarius generalis, vt per Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 29. n. 16.* de quo vide quæ latè dixi *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris signif. verbo Episcopus.*

De Iurepatronatus.

TIT. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio iurispatronatus laici facta loco ecclesiastico etiam sine consensu Episcopi tenet, non tamen præiudicat iuri Episcopi, & num. 2.*
3 *Laicus quadrimestre tempus habet ad præsentandum, Ecclesia verò semestre, licèt à laico acquisierit iuspatronatus, & num. 4.*
5 *Iurispatronatus Ecclesiasticum illud est, quod licèt originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen quouis titulo in Ecclesiam translatum.*
6 *Conditione personæ mutata, & bonorum conditio mutata videtur.*
7 *Priuilegiata res efficitur illa, quæ cùm non esset priuilegiata, ad priuilegiatam peruenit.*
8 *Legatus an possit cõferre, seu reseruare suæ prouisioni beneficium.*

beneficium, in quo iuspatronatus mixtum reperitur o tenditur.

9 *Patroni clerici non solùm habent semestre ad præsentandum, sed & eorum causa compatroni laici.*

10 *Iuspatronatus mixtum assumit naturam ecclesiastici.*

Cap. Si laicus. Vnic. *Bonif. VIII.*

1 AICVS potest sine consensu Episcopi dare suum iuspatronatus eidem, vel alteri Ecclesiæ, seu loco Religioso, non tamen præiudicat iuri Episcopi. Colligunt ex Ordinar. Lap Abbas, Archid. Anchar. Ioan. Andr. Gemin. Monach. Dominic. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 385. Alagona *in compend. pag.* 514. remissiue Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Roch. *de iurepatron. verbo pro eo quod q. 2. à num. 2. & q. 3. à num 6.* Lambert. *in simili tract. lib. 1. part. 2. quæst. 6. art. 4 num. 3. & q. 1 art. 10. à princ.* Syluest. *in summ. verbo iuspatronatus, num. 4.* Viuian *tom. 1. commun. opinion. lib. 1 tit. 4. n. 9. pag.* 167. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 5.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 177. num. 3.* Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib. 2. cap. 9. in principio.* Vide quæ dixi *in collect. ad cap. illud. S. de iurepatron.*

§. Verum.

3 Laicus patronus licèt ad præsentandum tempus habeat quadrimestre Ecclesia tamen habet semestre, etiamsi ab illo acquisiuerit iuspatronatus, quia Ecclesia quantum ad præsentandum reputatur patronus non laicus, sed Ecclesiasticus. Colligunt Doctores *in princ. text. citati.*

4 *Patronus laicus ad præsentandum, &c.*] Notatur ad hoc quòd patronus laicus habet quadrimestre ad præsentandum, Ecclesiasticus verò semestre, vt per. Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. pag.* 59. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collect. 119. & Neapol. decis.* 228. *num.* 14. *& 15. part. 2.* Cardol. *in praxi iudiciam, verbo iuspatronatus, n. 15 & 16.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 9. num.* 209. vbi *num.* 210. subdit quòd quando sunt ecclesiastici, & laici simul, omnes habent semestre etiam laici ratione communionis.

Vel monasterium, &c.] Notatur ad hoc quod ecclesiasticum dicitur iuspatronatus, quod pertinet ad præsentationem monasterij, vt per Paris. *cons.* 128. *sub num. 19. cum seqq. lib. 4.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. gloss. 18. sub. num. 5.* Rot. *decis.* 740 *num. 2. part. 2. diuers.* & *in Anagnina beneficij 15. Martij* 4627. coram R.P.D. Vbaldn.

5 *Et omninò quantum ad præsentandum, &c.* Notatur ad hoc quòd illud est iuspatronatus ecclesiasticum, quod licèt originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen vel ab initio, vel fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam trãslatum, aut in Capitulum, seu Collegium Ecclesiasticum Canonicorum Regularium, aut secularium, vel in aliquam personam Ecclesiasticam ratione Ecclesiæ, dignitatis, aut beneficij, vt per Roch. *de iure patr. verbo ius q. 7. num. 14.* Lambert. *in simili tract. lib. 1. q. 1. art. 1.* Rebuff. *in praxi tit. de præsentat. num. 5. & 7. & p. 3. signatura, verbo necnon iurispatronatus, n. 8.* Couar. *practic. cap. 36. num. 2. & 5.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 2. q. 4. n. 39.* Gonzal. *ad re. 8. Cancel. gloss. 18. num. 5.* Valasc. *cons. 163. num. 15.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap 1. num 553.* Seraphin. *decis.* 1420. *num.* 1. Rot. *in Forolinien. capella 16. Martij* 1615. coram bonæ mem. Buratto, *& decis. 41. num. 4. part. 2. recent.* Illud tamen aduertere oportet quòd iuspatronatus spectans ad laicorum confraternitates laicale censetur, Rot. *in Romana beneficiatus S. Laurentij in Damaso 7. Februarij* 1628. coram R. P. D. Duran.

Notatur etiam ad hoc quòd mutata conditione personæ, & bonorum conditio mutata videtur, vt per Valasc. *de iure emphyt quæst. 17. num 15. col. 2.* 6

Notatur etiam ad hoc quòd quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata, vt per Tiraq. *de iure primogen. in præfat. n.* 133. D. Barbos. *in l. hæres absens in princ. num. 176. ff. de iudic.* 7

In gloss. *Ecclesiasticus*, ibi, *vnde Legatus posset illas conferre, &c.* Sentit gloss. Legatum non posse conferre, seu reseruare suæ prouisioni beneficium, in quo iuspatronatus mixtum reperitur, vt per Felin. *in tract. quando litteræ Apostolicæ noceant. ampl. 6.* Abb. *in cap. vlt. n. 9. hoc tit.* Lambert. *de iurepatron. lib. 2. 3. part. q. 8. art. 4.* Intellige stante laici patroni repugnantia, secus vero si laicus consentiat, vt Legatus in præiudicium suæ præsentationis conferat beneficium, vel reseruet, tunc enim Legatus poterit conferre, vel reseruare, siquidem dato tali consensu Legatus vtitur iure clerici, quo veluti suo vti potest, & ita in specie aduertit Abb. *dicto n. 9.* Lambert. *vbi supr. num. 1.* 8

In ead. gloss. ibi, *quid dices si Ecclesia, & patronus, &c.* Notatur ad hoc quòd non solùm ecclesiastici patroni habent semestre ad præsentandum, sed & eorum causa compatroni laici, vt per Perez *l. 1 tit. 3. lib. 1. Ordinam. pag. 59.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 9. n.* 210. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 458 Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 72. num. 131.* & me citato Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 7 cap. 1. n. 9. in vlt. impress.* vbi *num.* 10. post me *d. allegat. 72. num. 131* ampliat etiamsi laicus habeat maiorem partem. Iuspatronatus enim mixtum assumit naturam ecclesiastici, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 4. n. 50.* 9 10

De Censibus, exactionibus, & procurationibus.

Tit. XX.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus volens Prouinciam visitare, priùs debet visitare Ecclesiam, ciuitatem, & diœcesim propriam, clericos, & laicos eorundem, & num. 2.*

3 *Archiepiscopus visitata sua diœcesi in parte, vel in totum, visitat omnia loca ecclesiastica, clerum, & populum Prouinciæ procurationem à visitatis recipiendo.*

4 *Hospitale pium, & Religiosum potest ab Episcopo visitari.*

5 *Dictio, liberè, idem importat quod contradictione, præscriptione, vel appellatione non obstante.*

6 *Archiepiscopus post inceptam visitationem in vna diœcesi, transiens ad aliam ad primam redire non potest, nisi de nouo reiteret in tota Prouincia.*

7 *Fraus in dubio non præsumitur.*

8 *Dolus in dubio non præsumitur, & ideo per allegantem probari debet.*

9 *Visitatione Prouinciæ expedita non reiterat illã Archiepiscopus sine consilio Suffraganeorum, & diffinitione in scriptis prius facta, debet tamen recipere ab illis, qui in prima non fuerunt visitati.*

10 *Scriptura in quibus casibus requiratur, remissiuè.*

 11 *Primi*

11 *Priuilegij ad probationem necessaria est scriptura.*
12 *Professio vt emittatur necessaria est scriptura.*
13 *Scriptura requiritur in contractu emphyteutico.*
14 *Archiepiscopus visitans debet proponere verbũ Dei, inquirere de vita ministrorum, & pertinentibus ad diuinum Officium, absque iuramento infamatos Ordinariis denunciet, & notoria crimina puniat.*
15 *Episcopus dum visitat debet semper pascere gregem suum prædicationibus, & sermonibus.*
16 *Episcopo in visitatione quoad mores inquirere, & interrogare debent sigillatim singulos clericos, vt quisque deponat circa vitam alterius etiam cum iuramento.*
17 *Visitator non in pecunia, sed in victualibus recipere debet procurationem moderatam, nec familia sua aliquod etiam oblatũ munus recipere potest etiam prætextu officij.*
18 *Victualia tantum ab Ecclesiis ministranda sunt Visitatoribus, qui ex iniuncto sibi munere visitare tenentur.*
19 *Victualium expensarũ appellatione comprehenduntur illa quæ consistunt in victu, non autem illa, quæ concernunt alia necessaria personæ.*
20 *Victualia ministranda visitatoribus debent esse moderata secundùm facultatem Ecclesiæ.*
21 *Procurationes an, quando, & à quibus recipere possunt visitatores, remissiuè.*
22 *Munera accipere non potest in visitatione præter procurationem ab Ecclesiis Episcopus, aut quisquam suorum sub grauibus pœnis.*
23 *Munera qualiacunque etiam comestibilia, non potest Episcopus a visitatis ratione visitationis accipere.*
25 *Visitandi ius, & potestatem habet omnis Prælatus Ecclesiasticus, cui iurisdictio, & administratio conuenit.*

Cap. Romani. I. *Innoc. IV.*

1 Archiepiscopus, qui vult visitare prouinciam, priùs debet plenè visitare Capitulum suæ Ecclesiæ, ciuitatem, & diœcesim propriam, clericos, & laicos eorundem, & si commodè ipse non potest ad vnamquamque accedere, de pluribus locis ad vnum congruum clericos & laicos studeat conuocare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *rationali lib. 3. pag.* 408. Alagona *in compend. pag.* 523. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Zerol. *in praxi. Episcop. p. 1. verbo visitatio, vers. ad tertium,* Perez *l. 4. in princ. tit. 3. lib. 1. Ordin. & l. 3. gloss. 1. tit. 4. lib. 8. pag. 129. col. 2.*

§. Deinde.

3 Archiepiscopus visitata sua diœcesi visitare debet vel totam, vel partem Prouinciæ visitando diœceses, ciuitates, Suffraganeos, eorum subditos, Capitula Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum Monasteria, Ecclesias, alia loca pia, Religiosa, clericos, populos, & accipere procurationes tantùm à locis visitatis. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

4 In gloss. *Pia loca.* ibi, *hospitalia,* &c. Notatur ad hoc quòd hospitale pium & religiosum potest ab Episcopo visitari, vt per Mascard. *de probation. concl.* 869. *num.* 30. Azor. *instit. moral. p. 2. lib 9. cap. 14. q 6,*
5 *vers. i ... tion*

In gloss. *Libere.* ibi, *sine contradictione, præscriptione, vel appellatione non obstante.* Ita Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 53. num.* 13.

§. Ex quo.

Archiepiscopus si cœperit visitare vnam diœcesim 6
suæ Prouinciæ, non poterit illam dimittere & inde ad eandem reuerti, nisi priùs visitauerit omnes diœceses Prouinciæ, vel in toto, vel in parte, quas securè poterit visitare, & etiam suam visitauerit. Sed si aliqua diœcesis, vel aliqua Ecclesia indigeat visitatione plus aliis, si à diœcesano illius Ecclesiæ, vel a communi consensu maioris partis Suffraganeorum fuerit requisitus, tunc intermissa visitatione aliarum reuertatur ad eandem, sed si hoc malitiosè difficultant, tunc Archiepiscopus petere debet licentiam à Sede Apost. confidenter. Colligunt ex Ordinat. Doctores *in princ. text.* citati.

In gloss. *Malitiosè.* ibi, *qui allegat. fraudem probare* 7
debet. Fraus enim in dubio non præsumitur, vt per Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 89. num. 4. & 5. & à num.* 17. quod probatur per indicia, præsumptiones,
& coniecturas, de quo etiam Mascard. *de probat. concl.* 8
530. Valasc. *cons. 56. num.* 2. Sic etiam dolus in dubio non præsumitur, & ideo per allegantem probari debet, *l. merito, ff. pro socio,* cum multis adductis per Tiraquell. *de retractu lig. §. 26. gl. 1, n.* 35. Mascard *de probation. concl. 531. a princ. & concl. 814. cum seqq.* Cardin. Tusch. *litt. D. conclus.* 573 Menoch. *de præs. lib. 5. præs. 3. num.* 42. Surd. *de aliment. tit. 4. q. 15. num.* 51. Sesse Aragon. *decis. 109. num. 8. tom.* 1.

§. Postquam.

Si Archiepiscopus finita visitatione Prouinciæ vel- 9
let denuò visitare, debet prius requirere consensum Suffraganeorum, & coram eis dare suam definitionem in scriptis, vt possit etiam esse nota aliis, & mox eandem visitationem iterare modo prædicto etiam sine consensu Suffraganei, & incipiat visitare illas Ecclesias, vel populos, qui non fuerunt visitati in prima, nisi opportuniùs ei esset alios visitare. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

In gloss. *In scriptis.* De casibus scripturam requi- 10
rentibus in hac gloss. enumeratis, vide Roman. *cons.* 397. Guid. *q.* 583. Perez *l. 3. vers. sexto* facit *tit. 8. lib. 3. Ordinam. pag.* 612. Auiles *ad cap. 1. Prætorum, verbo cartas, pag.* 25. vbi alios plures refert, remissiuè Chald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 19. num.* 12. latè Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordinaria. in exemptos part. 1. q. 7. à princ.*

In ead. gloss. ibi, *Tertius in priuilegiis.* Notatur ad 11
hoc, quòd ad probationé priuilegij necessaria est scriptura, vt per Mascard. *de probat. conclus. 528. n.* 19. Azeued. *22. & 23. tit. 14. lib. 6. noua recop.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 8. à num.* 8. Auendan. *l. 41. Tauri gloss. 2. à n.* 14. Rot. *decis. 529. n.* 5. apud Farinac. *collect. 1. nouissimarum, alias p. 4. diuers.*

In ead. gloss. ibi, *Sextus in profitente.* Notatur ad 12
hoc quòd ad emittendam professionem necessaria est scriptura de iure communi, vt post Alexand. de Neuo *in cap. vers. num.* 14 & *ibi* Præpos. *num. 8. qui clerici. vel vouentes.* Zanard. *direct. Theolog. part. 2. cap. 26. num.* 14. Panor. Armill. Syluest. & alios, resoluit Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disput. 13. dub. 1. n.* 3. quicquid dicat Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num.* 5.

In ead. gloss. ibi, *Octauus in emphyteusi.* Notatur 13
ad hoc quòd scriptura requiritur in contractu emphyteutico,

teutico, vt per Menoch. *cons.* 708. *n.* . Ruber. Rutand. *in thesauro* [illegible] *emphyt. quæst.* 7. *n.* 1. & 2. Surd. *decis.* 10. *n.* 1 Alduin. *cons.* 80. *n.* 25. *de* Molin. *instit. tract.* 2. *disput.* 447. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 1 *cap.* 5. *q* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 188. *n.* 1. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 8. & *tit.* 6. *num.* 12. *cum seqq.* Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 7. *n.* 3. *cum seqq.* Chald. Pereira *de potest. elig. c.* 7. *num.* 16. & *de renunc. emphyt. quæst.* 2. *num.* 2

§ Sanè

14 Archiepiscopus visitans debet proponere verbum Dei, quærere de vita, & conuersatione ministrantium in Ecclesiis, & aliis locis deputatis diuino seruitio, & de cæteris spectantibus ad officium ipsum absque coactione iuramenti, intendens ad emendationem ipsorum per salubria monita, siue leuia, siue aspera prudenter. Si verò contra eos orta fuerit infamia de aliquibus, denunciet Ordinario, vt inquirat solemniter super his si iudicauerit expedire; sed notoria crimina, quæ examinatione non indigent, liberè corrigat infligendo pœnam debitam quia præsumitur negligentia Ordinarij. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

15 *Proposito verbo Dei.*] Notatur ad hoc quòd Episcopus debet per se, vel per alium alioquin idoneum proponere verbum Dei, & semper dum visitat pascere gregem suum prædicationibus, & sermonibus, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo visitatio vers. ad quintum.*

Notoria verò crimina, &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus notoria crimina subditorum Suffraganei punire potest, vt per Quarant. *in summ. Bullarij. verb. Archiepiscopi auctoritas*, *vers.* 24. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. cap.* 70. *num* 11. Nouissimè Sebast. Cæsar *in elect. eccles. hierarchia*, *p.* 1. *disp.* 5. §. 2. *n.* 21. Et Archiepiscopum notoria crimina subditorum Suffraganei liberè punire posse omni tempore absque appellatione, & extra visitationem, asserit Abb. *in* [illegible] *de instit.* quòd tamen admittit Genuens. *loco citato*, dummodo Episcopus non præueniat in puniendo; sed Syluest. *in summ. verbo Archiepiscopus* [illegible] *num.* [illegible], quem videtur sequi Quarant. *d. vers.* 24. illud intelligit quando Episcopus fuit negligens, imò talis credendus, quia si licet in [illegible] puniendo eius negligentia notari potest, cùm sint notoria, vt aduertit Sebast. Cæsar, *d. num.* 21. refero ego ipse *in tract. de iure eccles.* [illegible] *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 75.

16 In gloss. *Coactione.* Notatur ad hoc quòd Episcopi quoad mores inquirere, & interrogare debent sigillatim singulos clericos, vt quisque deponat circa vitam alterius etiam cum iuramento vt per Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo visitatio*, §. 5. *vers. secundo.*

§. Procurationes.

17 Visitator, aut famulus non debet accipere procurationem in pecuniis, sed in moderatis expensis victualium, item nec ipse, nec quisquam suorum quodcunque munus accipere præsumat, qualitercunque sit oblatum, & si quis acceperit, non absoluatur nisi duplum restituat, & cuncetur qualiter fraus, Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

18 *Sed in victualibus expensis tantùm*, &c. Notatur ad hoc quod visitatoribus deputatis ad Ecclesiarum visitationem, vt sunt Episcopi qui ex iniuncto sibi munere ad hoc tenentur, aliæ expensæ ab Ecclesiis non est ministranda præter victualia, vt per Surd. *de aliment. tit.* 4 *quæst.* 22 Azor. *instit moral. part.* [illegible] *lib.* 3. *cap.* 42. *q.* 9 Zerol. *in praxi Episc. p.* 2. *verbo* [illegible] §. 6. Bellet. *disquisit. cleric. tit. de clerico debitore* §. 11.

19 Victualium expensarum appellatione comprehenduntur illæ, quæ consistunt in victu, non autem illæ, quæ concernunt alia necessaria personæ, vt per Zerol. *d.* §. 6. *dub.* 1. quem refero ego ipse *de off. & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 73. *num.* 57.

20 Debent autem esse moderata secundum facultatem Ecclesiæ, non autem indebitè grauandus est clericus, vt resoluit Bellet. *d.* §. 11. *num.* 6 ad illum tantum diem, quo visitat Episcopus pro ipso, & suo moderato comitatu, vt tradit Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 64. *in princip.*

21 An autem, quando, & à quibus procurationes recipere possint Visitatores latè dixi *de off. & pot. Episcop. part.* 3. *alleg.* 73.

22 *Caueant insuper*, &c. Notatur ad hoc quòd in visitatione præter procurationem ab Ecclesiis non solùm Episcopus, sed quisquam suorum nihil muneris accipere potest sub pœna maledictionis, & interdicti ingressus Ecclesiæ, ac restituendi duplum infra mensem, non obstante remissione partium, ita Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 3. *vers.* [illegible] *caueant*. & *vers. nec muneris* Surd *de aliment. tit.* 1 *q.* 64. [illegible] 6. & *tit.* 4. *q.* 22. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. [illegible] 42. *q.* 9. Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum*, *c.* 35. *n.* 2. Ego ipse *d. alleg.* 73 *n.* 44.

23 Et quòd munera qualiacunque etiam comestibilia non potest Episcopus à visitatis ratione visitationis accipere resoluunt Piasec. *in praxi Episc. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 73. Marc. Anton. Genuens. *d. c.* 35. *n.* 7.

§. Hanc autem.

24 Visitandi supradicta forma est etiam seruanda ab omnibus Episcopis, & Prælatis visitantibus suos subditos, saluis tamen rationabilibus, & approbatis Religiosorum consuetudinibus, & Regularibus institutis. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

25 *Aliique Prælati*, &c. Notatur ad hoc quòd omnis Prælatus Ecclesiasticus, cui iurisdictio, & administratio conuenit, ius, & potestatem habet visitandi, vt per Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1228. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *quæst.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Victualium nomine non veniunt equorum vectura, ac proinde illa visitatoribus præstanda non sunt, nisi essent à Summo Pont. delegati.*
3 *Visitator ratione officij sui aliquid malè accipiens quam pœnam incurrat, ostenditur.*
4 *Clerici non possunt etiam volentes, & sponte gabellas, & collectas, seu alia munera soluere sine licentia Papæ.*

Cap. Exigit. II. Gregor. IX.

1 Visitationis ratione exigens pro procuratione pecunias etiam à volente, vel recipiens munera, vel à non visitatis recipiens procurationem, vel aliud cum præsumptione, tenetur infra mensem reddere duplum accepto ab Ecclesiæ à qua acceperat. Et si non restituens infra mensem, Patriarcha & Archiepiscopi sunt interdicti ab ingressu Ecclesiæ, inferiores verò sunt suspensi à beneficio, donec plenariè restituant [illegible], nec possint muneris remissione liberalitate, vel gratia dantium. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc.

Franc. Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 407. Alagona *in compend. pag.* 525.

2 *In victualibus.*] Victualium nomine non veniunt equorum vecturæ, ac proinde illæ visitatoribus præstandæ non sunt, vt docent Zerol. *in praxi Episcop p. 2. verbo visitatio. §. 6. dub.* 3. Piasec *in simili praxi, p. 2. c. 3. num.* 63. *in fine*, Marc. Anton. Genuens. *in manuali Pastorum, cap. 35. num. 9. in fin. & n.* 10. Bellet. *disquisit. cleric. tit. de clerico debitore, §.* 11. *num.* 4. Nisi Visitator esset Prælatus à Summo Pontif. delegatus, tunc ei deberi mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum transire commodè possit, per gloss. *verbo si voluerit in Clem. 2. de censib.* tenet Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 42. q.* 8. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc part. 3. alleg. 73. num. vlt.*

3 *Duplum eius, quod receperit*, &c. Notatur ad hoc quòd Visitator ratione officij sui aliquid male accipiens ipso iure suspensionem incurrit, ab ea tamen absolui potest dummodo intra mensem duplum eius, quod receperit, Ecclesiæ, à qua id receptum fuerit, restituat, vt consuluit Nau. *cons. 11. in antiq. alias 2. in nouis sub tit. de censib.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 11.

6 In gloss. *Volente.* Notatur ad hoc quod clerici non possunt etiam volentes, & sponte soluere gabellas, & collectas, seu alia munera subire sine licentia, vt per Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 6. cap. 1. num. 190. in vlt. impress.*

S V M M A R I V M.

1 *Visitator recipere post procuratorem in pecunia volentibus visitatis, sed vna die vltra vnam procurationem non recipiet, licèt plura visitauerit loca.*
2 *Visitatis liberum est, si velint, pecunia redimere procurationem, & tunc Visitator tenetur recipere in ea specie, qua fuerit oblatum.*
3 *Visitator non potest in pecunia tenere id, quod per victum sibi necessarium contingebat.*
4 *Episcopo visitanti clerum ciuitatis vbi sita est Cathedra, nulla debetur procuratio.*
5 *Episcopus si vna die duas parochias visitaret, vnam tantùm portionem habere debet.*

Cap. Felicis. III.

1 VIsitans ex officio potest recipere procurationem in pecunia volentibus visitatis, sed in vna die vltra vnam procurationem recipere nequit, licèt plura visitauerit loca Colligunt ex Ordinat. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Franch. Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 408. Alagona *in compend. pag.* 526.

2 *Pecuniam licitè recipere valeant.*] Hodie ex dispositione Concilij Trident. *sess. 24 de reformat. c. 3. vers. sit tamen in optione*, liberum est visitatis si velint, pecunia redimere procurationem, & tunc Visitator tenetur recipere in ea specie, quæ fuerit oblata, vt tradit Piasec.
3 *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 64. in fine.* Non potest tamen Visitator in pecunia taxare id, quod per victum sibi necessarium contingebat, vt ait Zerol. *in simili praxi part. 2 verbo visitatio, §. 6. dub.* 2. quem refero ego ipse *de offic. & potestate Episcop. part. 3. allegat.* - *num.* 55. & 56.

4 *Diebus, quibus visitationis officium personaliter exercebunt.* Ergo Episcopo visitanti clerum Ciuitatis, vbi sita est Cathedra, nulla debetur procuratio, vt tenent Marc Anton Genuens. *in manuali Pastorum. cap. 35. num.* 9. Piasec. *in praxi Episc. part. 2. cap. . num.* 65 Ego ipse *dicta allegat. 73. num.* 46. quicquid dicant Surd. *de aliment. tit 4. quæst. 22. num.* 9. & Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3 cap. 42 quæst.* 4. Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 11. num. 2. &* 3.

Nisi vnam procurationem, &c. Notatur ad hoc quòd si Episcopus vna die duas parochias visitaret vnam tantum procurationem habere debet, vt obseruat Zerol. *dicto §. 6. dubio* 6. 5

S V M M A R I V M.

1 *Vniuersitas, vel singularis persona, quæ Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas compulerit soluere pedagia, vel guidagia aut exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, vel pro personis, singulares sunt excommunicati & Vniuersitas interdicta, nec prodest contraria consuetudo.*
2 *Exemptio clericorum quoad forum est iuris Diuini.*
3 *Clerici immunes sunt a tributis, & gabellis.*
4 *Clerici res suas negotiationis causa deferentes immunes sunt à solutione gabellæ.*
5 *Clerici quando dicantur negotiationis causa res deferre, vel emere, o vendere.*
6 *Clerici quando deferunt, vel vendunt fructus, & reddituus suorum beneficiorum non dicuntur negotiari, ac proinde gabellam soluere non tenentur.*
7 *Ecclesiasticas personas compellentes ad pedagia, &c. siue per se siue per alium exigentes, incurrunt excommunicationem nulli reseruatam.*

Cap. Quamquam. IV.

ECclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ pro se, & pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt vel deferri faciunt, vel transmittunt, non tenentur soluere pedagia, vel guidagia; qui ergo pro personis, vel rebus exigit, vel extorquet per se, vel alium, suo, vel alieno nomine, vel compellit ad soluendum, si sit persona singularis cuiuscunque dignitatis, conditionis, vel status, sit excommunicatus. si Collegium, vel Vniuersitas eius locus sit interdictus ipso facto, nec absoluatur, vel relaxetur interdicto, nisi plenè restituerit exacta. & competenter satisfecerit de transgressione, non obstante quacunque consuetudine contraria, quæ potiùs corruptela dicenda est. Colligunt ex Ordinar. Lap Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domini. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib 3 p.* 408. Alagona *in compend. pag.* 526. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. &* 2. 1

Quinimmò, & Diuino, &c] Notatur ad quòd exemptio clericorum est iuris Diuini, vt per citatos *in collect. ad cap. Ecclesia sanctæ Mariæ* 10. *de constitut. num.* 19. quibus addo Flamin. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 9. n.* 5 Perez *l. 1 tit. 3. lib. 3. Ordin. pag.* 55. *& l. 2. versic. quæro vtrum Papa, tit. 1 lib. 3. Ordinum. pag.* 466. Anast Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 15. num. 15. cum seqq.* D. Sahag. *in cap. fin. de sc quæst. possess. num. 52. vers. primam sententiam*, Castill. *lib. 2. quotid. cap. 5. num. 19. cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral lib. 1. quæst.* 92. Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 64. num.* 1. Cabed. *Lusit. decis. 83. num. 10. part* 2. Fr. Anton. de Sousa *in relect. Bullæ in Cœna Domini, cap. 19. disp.* 91. Cened. *pract. & Canonic. quæst. lib. 1. q.* 4. latè D. Ascan. Tambur. *in tract. de iure Abbatum tom. 1. disp. 15 quæst. 19. & seq.* 2

Et personas Ecclesiasticas, &c.] Notatur ad hoc quòd clerici immunes sunt à tributis, & gabellis vt per Couar. *practic. cap. 31. num.* 9. Lazarte *de decima vendit. cap. 19. a num.* 18. Azeued. *ad Curiam Pisanam.* 3

Pisanam. lib. 2. cap. 21. & l. 2. num. 1. tit. 4. lib. 1. nouæ recopil. Olan. *in antinom. iuris, verbo Clerici, n. 23.* Gitond. *de gabell. part. 7. num. 4.* Matiens. *l. 11. gloss. 1. num. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil.* Ioseph. Ludou. *tom. 3. commun. opinion. tit. de gabellis conclus. vnica, vers. infertur 50. pag. mihi* 479. Gutier. *pract. lib. 1. q. 8.* Barthol. Humad. *l. 49. verbo franquezas tit. 6. part. 1.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo clericus, vers. ad nonum, pag. mihi* 69. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de iure fisci resolut. 5. a num. 7. cum seqq.* Mart. *de iurisd. part. 4. cent. 1. casu 1. n. 6.* Quarant. *in summ. Bullar. verbo vectigal.* Ceuall. *communium contra commun. tom. 4. quæst. 899. à n. 153.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo clericus, n. 74. & verbo gabella, num. 5.* Valasc. *consult. 131.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli l. 212. num. 2. & 3.* Flores de Mena *var. lib. 2. q. 21. num. 174. cum seqq.* Viuian. *in praxi iurisp. ieron. lib. 6. cap. 1. a num. 186. in vlt. impress.* quorum plures refero ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part. 2. allegat. 13. per tot.* vbi disputo quid dicendum si sint clerici in minoribus tantùm attentis Regiis Ordinationibus Hispaniæ, de quo etiam nuncupatim agunt Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 110.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 671. num. 5.* Flores de Mena *dicta quæst. 21. num. 199.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 46. num. 16.* Gutier. *de gabell. q. 91.* Azor *institut. moral. part. 1. lib. 3. cap. vnic. q. fin.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 3. à num. 5.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. vlt. num. 13.* Vasq. *in opusc. de restit. c. 6. §. 1. num. 33.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 39.* Malder. *2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 8.* Diana *resolut. moral. tract. 2. resol. 35.*

4 *Quas non causa negotiandi deferunt.*] Ergo si deferant causa negotiationes, immunes non sunt a solutione gabellæ, vt resoluunt Duen. *reg. 100. vers. fallit 11.* Lazarte *d. cap. 19. n. 65. & 66.* Girond. *de gabell. part. 7. num. 8.* Foler. *ad Marant. de ordine iudicior. part. 4. num. 30. pag. 184.* Ioseph Ludou. *tom. 3. commun. opinion. tit. de gabellis conclus. vnic. vers. infertur decimo,* Matiens. *d. l. 11. gloss. 1. num. 3.* Bobadil. *in sua politica, l. 2. cap. 18. num. 123. lit. E, n. 142.* Ioan. Garc. *de nobilit. cap. 9. num. 53.* Mex. *in tract. tassæ panis concl. 5. n. 22.* Cened *ad Decretum collect. 37. num 2.* Cabed. *Lusit. decis. 189. part. 1. & Aresto 45. part. 2.* Quarant. *in sum-*
5 *ma Bullarii, verbo vectigal, vers. tertiò quatenus,* Alex. Trentacinq *var. resol. lib. 1. tit. de iure fisci resol. 5. num. 8.* Gutier. *de gabellis q. 93.* Quando autem dicantur clerici negotiationis causa res deferre, vel emere? Vide Lazart. *d. cap. 19. num. 51.* Girood. *d. part. 7. n. 31.* Sot. *de iustit. lib. 6. q. 2. art. 2.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 341. ex vers. secundum,* Mart. *d. part. 4. casu 3. n. 10.* Valet. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. num. 325. vers. quarta,* Ioan. de Salas *de contract. lib. tractat. de empt. dub. 2. num. 1.* Cened *d. collect. 37. num. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 375. in 1. edit.* Camill Borrell. *in summa omnium decis. tit. 7. de Clericis à n. 68.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 810. num. 16. & 17. & in tract. de cognit. per viam violentiæ, part. 2. q. 64. num. 21.*

6 Quando clerici deferunt, vel vendunt fructus, & redditus suorum beneficiorum, non dicuntur negotiari, ac proinde gabellam soluere non tenentur, vt resoluunt Bonacos. *commun. crimin. part. 2. verbo gabella, p. 32. vers.,* Gregor. *lib. 49. verbo las franquezas tit. 6. part. 1.* Ioseph. Ludou. *d. conclus. vnic. vers. infertur 10.* Mex. *d. conclus. 5. n. 29.* Cabed. *d. part. 2. Aresto 45.* Gutier. *de gabell. q. 93. num. 35.* Marta *d. casu 3. n. 9.* faciunt quæ Aloys. Ricc. *d. decis. 375. num. 8.* Cened. *d. collect. 37. num. 2. in fine.* Valasc. *consult. 131. à num. 6.*

7 *Qui verò contrafecerint, &c.*] Compellentes Ecclesiasticas personas ad pedagia, guidagia, &c. siue per se, siue per alium exigentes excommunicationem nulli reseruatam incurrunt, vt per Soar. *tom. 5. disput. 23. sect. 4. num. 21.* Iul. Lauor. *de Indulg. p. 2. cap. 13. n. 17.* Filliuc. *tract. 14. n. 53. vers. nono, & n. 62.* & alios, quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 50. n. 213.* secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonac. *de censur. extra Bullam disp. 2. q. 2. puncto 21.*

Interdicti sententias ipso facto incurrant. Notatur 8
ad hoc quòd ciuitas, castrum, vel locus, cuius Collegiú, aut vniuersitas exigit, seu extorquet, aut soluere compellit per se, vel per alium suo, vel alio nomine pedagia, vel guidagia, aut exactiones ab Ecclesiis, vel eccles. personis exceptis rebus, quas causa negotiationis deferunt, ecclesiastico interdicto subiiciuntur, vt per Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 12. de interdicto cap. 2. col. 1.* Bonacin. *de interdictis in particular. disp. 4. q. 3. puncto 1. num. 1.* vbi aiunt, huiusmodi interdictum esse locale, non personale, & sufficere ad illud incurrendum, vt actiones præfatæ fiant ab vniuersitate seculari, vel ecclesiastica, iuxta gloss. *hic verbo vniuersitas.* additque idem Bonacin. *num. 8.* quòd non tenemur seruare interdictum locale antequam locus denuntietur interdictus, quia post Extrauag. *Ad euitanda*, non tenemur quemquam euitare ante denunciationem, Ecclesia tamen censetur sufficienter denunciata si dicatur, singulæ Ecclesiæ talis loci ipso facto sint interdictæ.

Nec ab excommunicatione huiusmodi, &c.] Notatur 9
ad hoc quòd absolutio, seu relaxatio istius interdicti reseruata est ante factam restitutionem, & prædictam competentem satisfactionem, vt per Alter. *d. cap. 2. col. 2.* Bonacin. *d. puncto. 1. num. 4.* resoluentes præstita satisfactione, & restitutione Prælatum inferiorem absoluere posse, quia Papa relaxationem interdicti in hoc casu non reseruat. Aduertere tamen oportet censuras, seu pœnas huius cap. adhuc vigere si locorum consuetudo habeat, vt tenent Soar. *tom. 5. de censur. disput. 37. sect. 1. num. 14.* Filliuc. *tract. 18. c. 6. n. 144.* Bonacin. *d. puncto. 1. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus visitare potest Prouinciam, atque etiam iterare, licet Suffraganei non sint negligentes. & tunc Confessiones omnium audire, absoluere, & pœnitentias imponere.*

2 *Archiepiscopi hodie non possunt diœceses suorum Comprouincialium visitare, nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali.*

3 *Archiepiscopus dum actu visitat Prouinciam potest Confessiones subditorum Suffraganeorum audire, & absoluere confitentes, & ipsis pœnitentias iniungere salutares tam per se, quàm per alios.*

Cap. Perpetuo. V. & vlt.

Archiepiscopus liberè potest suam Prouinciam 1
visitare, licèt eius Suffraganei non sint negligentes, & reiterare visitationem eandem, & accipere procurationes à locis visitatis, non obstante contraria consuetudine. Item potest dum visitat audire Confessiones subditorum suffraganeorum, & absoluere cum salutari pœnitentia, ac per Prouinciam dare litteras Indulgentiarum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 409.* Alagona *in compend. pag. 526.*

Suam Prouinciam visitare, &c.] Hodie verò attenta 2
dispo

dispositione Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *in princ.* non possunt Archiepiscopi diœceses suorum Comprouincialium visitare, nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, vt referunt Henriq. *in summ. lib.* 6. *c.* 14. §. 9. *in comm. litt.* Z. Sanch. *in præcept. Decalo. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 6. *in fin.* Ego ipse *de offic. & potest. Ep. p.* 1 *tit.* 4. *n.* 50. *in fin. & de iure eccl. l.* 1. *c.* 7. *n.* 91.

5 *Potest etiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus dum actu visitat Prouinciam potest Confessiones subditorum Suffraganeorum audire, & absolute confitentes, & ipsis pœnitentias iniungere salutares, vt per Paui. *de visit. p.* 2. *q.* 4. Quarant. *in summ. Bull. vers. Archiepiscopi auctoritas, vers.* 33. Henriq. *in sum. l.* 11. *c.* 3. §. 5. Marc. Ant. Gen. *in pract. Archiep. Neap. c.* 70. *n.* 9. tam per se, quàm per alios, secundùm Soar. *tom.* 4. *de Pœnit. disp.* 25. *sect.* 1. *n.* 14. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *num.* 34. Molfes. *in summa moralis Theologiæ tract.* 7. *c.* 14. *n.* 75. quos refero ego ipse *d. tit.* 4. *n.* 47. & 48. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo iurisdictio differ.* 4 iterum ego ipse *d. cap.* 7. *num.* 90.

De Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.

TIT. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia polluta pollutum est cœmeterium illi contiguum, sed non remotum. Pollutio cœmetery Ecclesiam non polluit, licèt contigua existat, polluto vno cœmeterio aliud illi contiguum pollutum non est, licèt per portam de vno in aliud detur ingressus.*

2 *Ecclesia polluitur, & violatur sanguinis humani effusione.*

3 *Ecclesia polluitur propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem.*

4 *Cœmeterio polluto non polluitur Ecclesia, secus è conuerso.*

5 *Dignius, & potentius trahit ad se naturam minus digni seu minus potentis.*

6 *Ecclesia vt polluatur per sanguinis effusionem requiritur quòd effusio sanguinis publica sit.*

7 *Sanguinis hominis viuentis, & non brutorum animalium effusio in Ecclesia illam polluit.*

8 *Sanguinis effusio debet esse iniuriosa, vt per illam Ecclesia polluatur.*

9 *Vulneratus extra Ecclesiam si ad eam fugiat, & ibi sanguinem spargat, non reconciliatur Ecclesia, secus è contrario.*

10 *Ecclesia non polluitur ex effusione sanguinis, aut seminis supra tectum contingente.*

11 *Ecclesia polluitur ex martyrio alicuius Sancti.*

12 *Ecclesia polluitur si quis suæ mentis compos ex ira, vel desperatione intra illam se occidat, vel iniuriosè percutiat.*

CAP. Si Ecclesia. Vnic.

Bonif. VII.

1 CCLESIA si polluatur effusione sanguinis, vel seminis, censetur etiam pollutum cœmeterium, si est illi contiguum, & in eo non potest quis sepeliri antequam sit reconciliatum, secus si est remotum ab ea. Si verò polluatur cœmeterium contiguum, non idgo censetur Ecclesia polluta, quia minus dignum non trahit maius. Verùm quando sunt plura cœmeteria contigua vno pariete diuisa, licèt ex vno in aliud per portam eatur, tamen si vnum polluatur, non censetur pollutum aliud. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Franch. Monach. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 417. Alagona *in compend. pag.* 532. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

Sanguinis, aut seminis effusione, &c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesia polluitur, & violatur sanguinis humani effusione; qualis autem debeat esse hæc effusio, & alia circa hanc materiam tradunt Syluest. *in sum. verbo consecratio, il* 2. *n.* 5. *vers. secundus casus* Sot. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 13. *vers. at quartò*, Abb. *in cap. cùm illorum, n.* 12. *de sentent. excom.* Sebast. Medic. *in tract. de regul. iuris in reg.* 5. *ampl.* 179. & *in summ. peccat. part.* 2. *tit.* 9. *q.* 10. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 251. *vers. dixi effunditur*, Læl. de Zanchis *de priuileg. ecclesiast. priuileg.* 5 *à num.* 1. & *priuil.* 127. *num.* 8. *in princ.* Alphons. de Castro *de potest. legis pœnit. lib.* 1. *cap.* 7. *versic. ex eadē ratione infero*, Læl. Zech. *de casibus reseruat. casu* 11. Vluald. *in candel. aureo tit. de interdicto à num.* 54. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 48. *num.* 22. Henriq. *in summ. lib.* 9. *c.* 27. §. 5. Auil. *de censur. part.* 5. *disput.* 7. Sayr. *eod tract. lib.* 5. *c.* 16. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 14. *num.* 14. latè ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 28. *à n.* 30. *cum seqq.* 2

Aut seminis, &c.] Notatur ad hoc quòd polluitur Ecclesia propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem, vt vltra citatos numero præcedenti tradunt Gambar. *de casibus reseruatis, cap.* 15. *casu* 6. *num.* 11. Mar. Alter. *de censuris tom.* 2. *disput.* 3. *de interdict.* 1. *c.* 1. *vers. tertio*, Vgol. *de offic. & potest. Episc. cap.* 29. §. 3. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 39. *art.* 5. *concl.* 1. *vers. secundus casus*, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *c.* 5. *q.* 3. Fagundez *d. c.* 14. *num.* 20. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.* 28. *num.* 42. *cum sequentibus.* 3

Si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum, &c.] Notatur ad hoc quòd cœmeterio polluto, non polluitur Ecclesia, licèt è conuerso polluta Ecclesia polluatur cœmeterium, vt per Henriq. *in sum. lib.* 9. *c.* 27. §. 5. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *c.* 26. *q.* 13. *vers. quinto est*, Sayr. *de censuris lib.* 5. *c.* 16. *num.* 28. Cened. *ad Sextum collect.* 11. *num.* 7. 4

Ne minus dignum, &c.] Notatur ad hoc quòd dignius, & potentius trahit ad se naturam minus digni, seu minus potentis, vt per Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 10. *n.* 6. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 8. Monet. *de decimis cap.* 9. *q.* 5. *n.* 158. Benedict. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 3. §. 1. *n.* 14. 5

In gloss. *Pollui. ibi. quòd. si pollutio fuerit occulta, non debet reconciliari*, &c.] Notatur ad hoc quòd vt Ecclesia polluatur per sanguinis effusionem, requiritur quòd effusio sanguinis publica sit. nam si occulta fuerit, reconciliatione non indigebit Ecclesia, vt per Soar. *tom.* 3. *disput.* 81. *sect.* 4. *vers. secundò dubitari solet*, Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 16. *n.* 10. Sanch. *de matrim. l.* 9. *disp.* 15. *n.* 10. Fagundez. *dict. c.* 14. *à n.* 33. metipsum *dict. alleg.* 28. *num.* 37. 6

In gloss. *Sanguinis.* ibi, *humani.* Notatur ad hoc quòd vt Ecclesia per sanguinis effusionem polluatur, seu violetur, requiritur quòd sanguis hominis viuentis effundatur, & non sufficit quòd sanguis sit brutorum animalium, vt per Sayr. *d. c.* 16. *n.* 6. Ragus. *de Missa in Ecclesia quæst.* 60. *n.* 2. & plures quos refero *d. alleg.* 28. *num.* 31. 7

In ead. gloss. ibi, *iniuriosi.* Notatur ad hoc quòd vt Ecclesia per sanguinis effusionem polluatur, seu violetur, 8

violetur, requiritur quòd effusio sanguinis iniuriosa sit, nam si homicidium, aut vulnus casu contingat, aut in necessariam defensionem, aut quia sanguis naturaliter fluit, nulla iniuria infertur loco sacro, & consequenter pollutus censeri non debet, vt per Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 14. Nauar *in man. cap.* 27. *num.* 256. *vers. dixi effunditur.* Fr. Ludouic. Lop. *in instit. Conscient. part.* 1. *cap.* 33. *vers. sed certè secundum.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæst.* 13. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quæst.* 125. *num.* 22.

9 In ead. gloss. ibi, *& si extra Ecclesiam vulneratus ad Ecclesiam fugiat, & ibi sanguinem spargat, non reconciliatur Ecclesia, secus è contrario.* Ita Vgolin. *de officio, & potestat. Episcopi cap.* 29. §. 1. *vers. tertiò non polluitur.* Fagundez *d. cap.* 14. *n.* 89. ego ipse *d. part.* 2. *allegat.* 28 *num* 23. *&* 26.

10 In ead. gloss. ibi, *si autem supra tectum ponè cum sagitta homo interficiatur*, &c. Notatur ad hoc quod ex effusione sanguinis, aut seminis supra tectum contingente non polluitur Ecclesia, vt per Sanch. *d. disput.* 15. *à num.* 21. Mari. Alter. *d. cap.* 1. *vers. requiritur.* Fagundez *d. cap.* 14. *à num.* 37. quos refero ego ipse *dict. alleg.* 28. *num.* 45.

11 In ead. gloss. ibi, *sed quid si sanctus vir ibi occidatur*, &c, Notatur ad hoc, quòd Ecclesia polluitur ex martyrio alicuius Sancti, vt per Iacob. de Graff. *d. loco num.* 24. Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 14. *vers item,* Vgolin. *d.* §. 1. *statim in princip. vers. id quod locum habet.* Mari. Alter. *d. cap.* 1. *vers. verum*, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 17. quos refero ego ipse *d. alleg.* 28. *num.* 29.

12 In ead. gloss. *in addit.* ibi, *si vir sanæ mentis seipsum occidat*, &c. Notatur ad hoc, quòd si quis suæ mentis compos ex ira, vel desperatione se ipsum occidat vel iniuriosè percutiat, censebitur Ecclesia violata, & reconciliatione indigebit, vt per Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 4. *in fine.*

13 In gloss. *Seminis.* ibi, *vnde si vir cognoscit vxorem in Ecclesia, non reconciliabitur*, &c. *sed ipse Ioan. quod verum puto* Notatur ad hoc, quòd per coitum coniugalem factum in Ecclesia, polluitur Ecclesia ac indiget reconciliatione, vt per Couar. *de sponsalib part.* 1. *cap.* 7. §. 2. *n.* 3. Petez *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam pag.* 12. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 5. Cened. *ad Sextum collect.* 11. *n.* 1. Raguſ. *de Missa in Ecclesia quæst.* 58. Sayr. *d. cap.* 16. *à n.* 19. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *disp.* 15. *à n.* 7. Gambar. *d. casu* 6. *num.* 11. *in fine*, Vgolin. *d. c.* 29. §. 3. *vers. tertio locum habet.* Ludouic. Miranda *d. q.* 39. *art.* 5. *conclus.* 1. *vers. secundum est* & plures per me citatos *d. alleg.* 28. *n.* 47. vbi *num.* 48. intelligo de coitu coniugali intra Ecclesiam contingente illicito, & peccaminoso.

De Reliquiis, & veneratione Sanctorum.

Tit. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Festa XII. Apostolorum, quatuor Euangelistarum, & quatuor Doctorũ, & Confessorum Ecclesiæ, scilicet Gregorij, Augustini, Ambrosij, & Hieronymi, sub Officio duplici debent solemniter celebrari.*
2 *D. Hieronymus an fuerit Cardinalis remissiuè.*
3 *Papa solus potest Sanctos canonizare.*
4 *Papa errare non potest in canonizatione Sanctorum.*
5 *Preces solemnes, aut publicas fundere non licet defuncto non canonizato, seu non Beatificato.*
6 *Preces licet in secreto porrigere alicui defuncto, quem Sanctum credit aliquis, vt pro ipso ad Deum intercedat.*

Cap. Gloriosus. Vnic.

Bonif. VIII.

FESTA duodecim Apostolorum, quatuor Euangelistarum, & quatuor Doctorum, Sanctorum Gregorij, Augustini, Ambrosij, & Hieronymi præcipitur annis singulis in perpetuum per vniuersas mundi Ecclesias sub duplici officio solemniter celebrari. Colligunt ex Ordinat. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch, Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 248. Alagona *in compend. pag.* 543. 1

Ac Hieronymum Sacerdotij præditum titulo.] An D. Hieronymus fuerit Cardinalis? Vide Thesaut. *lingua latina verbo Cardinalis*, Fr. Ioseph à Segueнça, *in vita eiusdem Sancti lib.* 3. *cap.* 6. Illesc. *in chronica Pontificali part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 30. *pag. mihi* 193. Cardinal. Cæsar. Baronius *annalium Ecclesiæ tom.* 4. *anno Christi* 382. *pag.* 342. 2

In gloss. *Sedis Apostolica.* ibi, *sed etiam eos canonizare.* Notatur ad hoc, quòd solus Romanus Pont. potest Sanctos canonizare, vt per Doctores, quos citaui *in collect. ad cap.* 1. *n.* 3. *hoc tit. in Decretal.* 3

In ead. gloss. ibi, *& si Ecclesia in canonizatione erraret*, &c. Quod Papa errare non possit in canonizatione Sanctorum, tenent DD. quos plena manu citaui *in collect. ad d. cap.* 1 *num.* 5. 4

In cap. gloss. ibi, *licèt solemnes preces publicè emittere, vel solemne officium publicè dicere nequeant.* Notatur ad hoc, quòd non licet solemnes preces aut publicas fundere defuncto non canonizato, seu non beatificato, vt resoluunt *in cap.* 1. *sup. hoc tit.* Innocent. *n.* 3. *in fine*, Hostiens. *n.* 11. Abb. *n.* 3. *notab.* 2. *vers. & hoc intelligo*, S. Antonin. *in summ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 1. Cal *in summa summarum tom.* 3. *lib.* 1. *c.* 17. *vers. tertium dictum*, Bertrand. *consil.* 285. *vol.* 3. *part.* 2. *seu vol.* 6. 5

In ead. gloss. ibi, *Dicimus enim quòd cuilibet licet in secreto alicui defuncto, quem Sanctum credit preces porrigere, vt pro ipso ad Deum intercedat.* Ita Innoc. *in cap.* 1. *in fine.* & Hostiens. *n.* 11. *sup. hoc tit.* Zabarel. *in cap.* 2. *n.* 2. *vers. quartò*, & Anchar. *n.* 2. *sup. eod.* Iacob. Castellin *de canonizat. Sanctorum q.* 9. *art.* 1. 6

In ead gloss. ibi, *quærendum etiam est de miraculis*, &c. Vide quæ dixi, *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 97. *n.* 9. 7

De Immunitate Ecclesiarum.

Tit. XXIII.

Cap. Quia nonnulli. I.

Alexand. IV.

IVRISDICTIONEM, vel iustitiam temporalem obtinentibus, siue exercentibus non licet imponere collectas, tallias, vel quascunque exactiones Ecclesiis, seu personis Ecclesiasticis, vel exigere ab eisdem pro bonis legitimè acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiamsi huiusmodi bona sine ipsorum districtu, nec licet eis coarctare Eccle- 1

sias,

ſias, vel Eccleſiaſticas perſonas ad diſtrahendum, vel alienandum, vel extra manum ſuam ponendum dicta bona iam acquiſita, vel acquirenda. Colligunt ex Ordinar. Lapus, Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rational. lib 3. pag.*460. Alagona. *in comp. pag.*550. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 *Scabini.*] Dicuntur cõſules, qui eo nomine in Gallia appellantur, per Caſſan. *in catal. gloria mundi part.* 11. *conſid.* 7.

3 *Nec etiam liceat illis, &c.*] Vtrùm valida ſit cõſuetudo ſiue ſtatutũ cauẽs nec certa bona immobilia à laicis poſſeſſa in Eccleſias alienentur, aut ab eiſdem retineri poſſint, vide Tiraq. *de iure marit. gl.* 8. *n.* 171. & *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 13. *n.* 5. Couar. *in reg. poſſeſſor p.* 2. §. 4. *n. m. vlt. verſ. tertio,* Mexian. *in tract. taſſa panis concl.* 5 *n.* 27. *cum ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 148. *verſ. quin de iure,* Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 899. *n.* 175. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *quaeſt. Regular. tom.* 1. *q.* 66. *art.* 4. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Pralat. tom.* 2. *q.* 17. *art.* 7. D. Barboſ. *in priuatis ſchol. ad l. filiusfam. ff. de legat.* 1. *verſ. ad Ordin.* Chald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo vinundediſti n.* 2. *C. de in integr. reſtit. minor. & de empt. c.* 8. *num.* 27. 33. & 45. *lib.* 1. *quaeſt. forenſ. quaeſt.* 23. *n.* 92. latè Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſiis part.* 5. §. 2. *num.* 3. *cum ſequent.*

Quidquam vendant, molant, coquant, &c.] Notatur ad hoc, quòd ſtatutum ne laici vendant clericis, molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua ſeruitia, & obſequia, eſt contra libertatem eccleſiaſticam, vnde Principes ſic ſtatuentes in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incidere, reſoluunt Soar. *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 93. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *c.* 24. *n.* 358. Gambacurta *in tract. de caſibus reſeru. cap.* 10. *n.* 10. Filliuc. *in quaeſt. moral. to.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *n.* 271. contra Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 119. Anguian. *in tract. de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *controu.* 15. *num.* 39. & *ſeq.* Cabr. Pereira de Caſtro *de manu Regia pral.* 3. *num.* 7. exiſtimantes Principes ita facientes non incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiis dato humili ingreſſu debet orationibus inſiſti excluſis clamoribus, & ſeditionibus, conſiliis vniuerſitatis laicorum & eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, & nundinis, & num.* 2.

3 *Repraeſentationes in Eccleſiis fieri non eſt permittendum.*

4 *Cœmeterium gaudet immunitate ſicut Eccleſia.*

5 *Iudicium ſeculare etiam Ciuile non poteſt in Eccleſia fieri.*

6 *Citatio non poteſt fieri in Eccleſia,*

7 *Verba,* omni careant roboris firmitate, *important ipſo iure.*

8 *Contractus in Eccleſia celebrati valent.*

9 *Argumentum à contractibus ad iudicia, & è conuerſo, facit ceſſare ratio diuerſa.*

10 *Pœna vbi appoſita eſt quaſi contractu, non debet extendi ad verum contractum, nec è conuerſo.*

11 *Annullatio actus eſt pœna.*

CAP. Decret. II.

1 AD Eccleſias debet eſſe humilis, & deuotus greſſus. in eis quieta conuerſatio, Deo grata, hominibus placita, reuereatur nomen IESV quando nominatur in Miſſa ſaltẽ capitis inclinatione, & oretur, in illis nemo exciter ſeditionem, conclamationem, impetum, ceſſent ibi vniuerſitatum conſilia, & parlamenta, vana colloquia confabulationes, & omnia, quæ poſſunt turbare diuina Officia, vel Deum offendere. In Eccleſiis, & cœmeteriis ceſſare debent negotiationes, nũdinæ, & tumultus fori, ſtrepitus iudicij ſecularis & omnis cauſa, maximè criminalis, ita vt proceſſus iudicũ ſeculariũ, & ſententiæ ſint nullæ. Quæ omnia ſupradicta Ordinarij obſeruari faciant per alios deputatos, vt contrafacientes timeant vltra peccatum mortale, pœnas, & cenſuras eccleſiaſticas. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monah. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 460. Alagona *in compend. pag.* 551. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

Id ipſum ex hoc text. colligentes firmant Nauar. *de orat. cap.* 5. *num.* 22. & 31. *cum ſequentib.* & *in miſcel. de oration. miſcel* 56. Soar. *de Religion. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 9. *cum ſeqq.* & *c.* 6. 2

Ceſſent vana, &c.] Repraeſentationes in Eccleſiis fieri non eſſe permittendum, multis comprobant Nauar. *de orat. cap.* 5. *num.* 25. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris part.* 3. *lib.* 39. *c.* 11. Zerol *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verbo repraeſentationes pag. mihi* 302. quos refert parens meus *in comment. ad Ordinar. Reg. Luſitan. lib.* 4 *tit.* 5. *n.* 4. 3

Ceſſent in Eccleſiis earumque cœmeteriis.] Ergo cœmeterium gaudet eccleſiaſtica immunitate, ſicut Eccleſia, vt per Remig. *de immun. eccleſiaſt. ampl.* 4. Valaſc. *conſ.* 81. *in princ.* Bobadil. *in ſua politica lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 80. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de locis ſacris lib.* 3. *c.* 9. *num.* 6. Fr. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *S. Thomæ tom.* 2. *q.* 99. *art.* 3. *diſput.* 8. §. *octauus gradus, verſ. ſingula,* Camil. Borell. *in ſũma omniũ deciſ. tit.* 3. *de iis, qui ad Eccleſias confugiunt à num.* 41. 4

Secularium iudiciorum ſtrepitus, &c.] Notatur ad hoc, quòd ſeculare iudicium etiam Ciuile non poteſt in Eccleſia fieri, vt per Rebuff. *in comment. ad tit. ff. de verborum ſignif. ad l. appellatione* 72. *verſ. item ſicut. pag.* 350. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 1. 5

Notatur etiam ad hoc, quòd citatio non poteſt fieri in Eccleſia, vt per Tiraq. *de retractu lig. ad finem tit. num.* 82. Valaſc. *conſ.* 81. *num.* 1. *cum ſeqq.* Azeued. *ad Cur. Piſan. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. *lit. E.* Ludouic. Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. eccleſ. part.* 2. *num.* 27. metipſum *de Parochis cap.* 13. *num.* 15. 6

Omni careant roboris firmitate.] Ergo ipſo iure, iuxta ea, quæ de his verbis tradunt Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur num.* 86. *C. de reuocand. donat.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. Farinac. *fragment criminal. part.* 2. *lit. L. num.* 129. 7

In gloſſ. *Proceſſus.* ibi, *tamen contractus tenent.* Notatur ad hoc quòd contractus in Eccleſia celebrati valent, vt per Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 67. & 73. *pag.* 153. Lud. Corr. *d. p.* 2. *num.* 27. 8

In ead. gloſſ. ibi, *nam cum tantum proceſſus,* &c. Notatur ad hoc, quòd ratio diuerſa facit ceſſare argumentum a contractibus ad iudicia, & è conuerſo, vt per Tiraq. *de iure mariti gloſſ.* 5. *num.* 214. 9
Et vbi pœna appoſita eſt in quaſi contractu, non debet extendi ad verum contractum, nec è conuerſo, vt per Abb. *in c. qua fronte num.* 3. *de appellat.* Mandoſ. *reg.* 19. *Cancel. quaeſt.* 3. *num.* 21. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo pœna differ.* 1. *verſ. facit.* 10

In ead. gloſſ. ibi, *& pœnalis ſit conſtitutio,* &c. Ergo annullatio actus eſt pœna, vt per Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 4. *num.* 8. 11

CAP. Clericis. III.

PApa dolenter refert quòd nonnulli Eccleſiarum Prælati, eccleſiaſtique perſonæ timẽtes vbi non

erat

erat timendum, & quærentes pacem temporalem, acquiescunt laicis imponentibus tallias, & alia onera ecclesiasticis; omnes igitur ecclesiastici, qui talia soluont, vel promittunt, aut consentiuot se solutoris sub prædictis, vel alio quouis titulo, prætextu, & coloce, necnon etiam laici, qui ista imponunt, exigunt, vel recipiunt, aut faciunt arrestari vel occupari, & dantes auxilium, coosilium, vel fauorem, eo ipso excommunicationem incurrunt Papæ reseruatam. Vniuersitates verò ecclesiastico supponuntur interdicto sine licentia speciali Papæ non tollendo, nonobstantibus quibuscunque priuilegiis sub quacunque forma, &c. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Ioann. Andr. Gemin. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 462. Alagooa *in compend. pag.* 551. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem conclus. firmant, & ex hoc text. desumunt Filliuc. *tract.* 15. *n.* 67. *vers. quinta, & num.* 70. *&* 71. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 92. secundùm Lugdunen. impress. vbi aduerto hanc excommunicationem esse sublatam quoad clericos soluentes, *in Clem. quoniam, hoc tit.* quo verò ad imponentes talia onera clericis, & ipsorum bonis non solùm non esse sublatam, sed reperiri innouatam *in Bulla Cœnæ Domini casu* 18.

Vniuersitates quoque, &c.] Huius interdictæ meminerunt Filliuc. *in quæst. moral. tract.* 28. *cap.* 6. *quæst.* 6. Bonacin. *de interdictis in particulari disput.* 4. *quæst.* 1. *puncto* 3.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt, qui impediunt super causis, quæ ad forum ecclesiasticum de iure, vel consuetudine pertinent, litteras à Sede Apost. impetrari, vel super ipsis coram Ordinariis, vel delegatis ecclesiasticis litigari, & num.* 2.

3 *Ballinus vox vulgaris apud Gallos, quæ Iustitiarios, seu locorum Rectores significant.*

4 *Cautio, seu pignus non sufficit vbi requiritur satisfactio.*

CAP. Quoniam. IV.

1 EXcommuoicati sunt qui in causis ecclesiasticis, vel ad forum ecclesiasticum ratione personæ, negotij, vel rei pertinentibus de iure, aut aotiqua consuetudine, impediunt quis impetret litteras Apost. vel litiget coram iudice ecclesiastico, vel delegato tam indirectè, quàm directè per se, vel alium, necnon dantes auxilium, consilium, vel fauorem, donec iudici ecclesiastico, & parti impeditæ satisfecerint. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viu. *in rationali lib.* 3. *pag.* 463. Alagona *in comp. pag.* 552.

2 Hanc eandem concl. firmant, & ex hoc text. desumunt Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam c.* 9. *excom.* 66. Lauor. *in suo tract. de Iubileo, & Indulg. p.* 2. *c.* 23. *n.* 18. ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 211. secundùm Lugdunen. impress. Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 2. *q.* 2. *puncto.* 18.

3 *Ballinorum.* Vox est vulgaris apud Gallos, qua iustitiarios, seu locorum Rectores significant, vt per Peni. *in Director. Inquisitor. p.* 2. *q.* 53. *comment.* 78. *lit. C. pag. mihi* 372.

4 In gloss. *Satisfactum* ibi, *ergo non sufficis cautio*, &c. Notatur ad hoc, quòd cautio, seu pignus non sufficit, vbi requiritur satisfactio, vt per Stephan. Gratian. *disceps. forens. cap.* 2 .53.

CAP. Eos. V. & vlt.

DOmini temporales prohibentes suis subditis ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, sunt excommuoicati ipso iure. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 463. Alagona *in compendio pag.* 552. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant, & ex hoc text. desumunt Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 130. *vers.* 23. Iuli. Lauor. *in tract. de Indulgen. part.* 2. *cap.* 23. *n.* 16. ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 93. *&* 212. secundùm Lugdunen. impress. nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bull. disp.* 2. *q.* 10. *puncto* 4. 2

Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

TIT. XXIV.

SVMMARIVM.

1 Cap. super specula, *prohibens audientiam Legum, vel Physica, non includit habentes Parochiales Ecclesias, nisi sint Plebaniæ, quæ sub se capellas habent, in quibus clerici perpetuò instituantur.*

2 *Plebanus quis dicatur, ostenditur.*

3 *Matrix Ecclesia vocatur Plebania.*

4 *Duo si inueniantur æquiparata in diuersa materia, & casu, tunc lex exorbitans disponens in vno, non censetur idem disponere in casu æquiparato in diuersa materia, non autem in ea de qua ipsa disponit.*

CAP. Statutum. I. *Bonif. VIII.*

CAP. *super specula, hoc tit.* in Decretal. lib. prohibens audientiam Legum, vel Physicæ clericis habentibus personatus, &c. non extenditur ad habentes parochiales Ecclesias, nisi sint plebaniæ sub se capellas habentes ad quas clerici sint perpetuò instituti, ita vt sine rationabili causa ab illis amoueri non possint. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 471. Alagona *in compendio pag.* 555. 1

Nisi eadem Ecclesiæ sint plebaniæ, &c.] Notatur ad hoc quòd Plebanos vocatur is, qui est præfectus Ecclesiæ siue plebis habentis io sua iurisdictione, & potestate capellas, seo minores Ecclesias, quibus Vicarij in perpetuum, vel ad tempus præficiuntur, vt per Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 21. vbi multa refert de plebanis, Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo statutum, vers. ad quartum pag. mihi* 325. Et ideo Matrix Ecclesia vocatur Plebania, Rebuff. *de decimis q.* 6. *num.* 7. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *q.* 3. *& lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 14. *vers. Matrix*, Rot. *decis.* 272. *num.* 2. *cum seqq. p.* 2. recent ego ipse, *de officio, & potest. Parochi cap.* 1. *num.* 5. 2 3

In gloss. *Declaramus*, ibi, *quia constitutio illa pœnalis erat*, &c, Notatur ad hoc, quòd si duo inueniantur æquiparata in diuersa materia, & casu, tunc lex exorbitans disponens in vno, non censetur idem disponere in casu æquiparato in diuersa materia, non autem in ea de qua ipsa disponit, vt per D. Barbos. *in l. si constante, in princ. num.* 99 *ff. soluto matrim.* 4

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus est ipso facto Religiosus professus habitum temerariè dimittens, vel ad quacunque studia accedens non obtenta licentia Prælati, & Conuentus. Item similiter excommunicationem incurrunt Doctores scienter docentes, vel in scholis retinentes ad Leges, vel Physicam tales Religiosos, & num. 2.*

3 *Episcopus Regularis omittens habitũ & assumens illam album, & candidam vestem, qua ab Episcopis exterius defertur, incurrit excommunicationem latam in hoc text. sed contrarium veriùs, vt n. 4.*

5 *Habitus temeraria dimissio dicitur quando absque causa fit, secus si ex iusta causa.*

6 *Religiosus dimittens temere habitum etiam absque apostatandi animo incurrit excommunicationem latam in hoc text.*

7 *Habitum dimittens Religiosus non statim incurrit excommunicationem latam in hoc text. sed quando eo peruenerit vt vagetur, vel sic se hominum conspectui exhibeat.*

8 *Habitus vbi dimittitur à Religioso ex aliqua apparenti causa postea assumendus, quamuis illa causa non omnino honesta sit, nec excusans, non erit locus excommunicationi lata in hoc text.*

9 *Habitũ dimittens Religiosus ex causa turpi eo breui tempore non incurrit hanc excommunicationem.*

10 *Religiosus accedens ad quacunque studia etiam permissa non obtenta licentia Prælati & Conuentus, incurrit excommunicationem latam in hoc text. Intellige si extra sua Religionis claustra sint, secus si intra, vt num. 11.*

12 *Consilium Conuentus sui, quod Prælatus requirere debet ad concedendam licentiam Religioso accedendi ad studia, non sufficit si audiatur, sed debet à Prælato sequi.*

13 *Conuentum totum ad consilium petendum pro concedenda licentia Religioso accedendi ad studia non est opus cogere, sed satis est maior eius pars.*

15 *Magister, & doctor an idem sit.*

16 *Doctores siue Magistri docentes quamuis non retineant in suis scholis Religiosos incurrerunt excommunicationem de qua in hoc textu, & è contra si retinent quamuis non doceant.*

18 *Ignorantia quamuis culpabilis excusat Doctores ab excommunicatione, de qua in hoc text.*

19 *Doctores seu Magistri non incurrunt excommunicationem de qua in hoc text. si Religiosus habitu retento Medicinam, vel Leges audiat.*

20 *Monasterium obligatur ex contractu pro expensis necessariis inito à Religioso existente in scholis, vel in alio negotio extra monasterium ex legitima superioris licentia.*

21 *Magistri docentes non incurrunt excommunicationem huius text. quamuis sciant Religiosos in domo propinqua audire.*

22 *Monachus si non vult exire scholas an, & quando Magister ob hoc effugiat excommunicationem huius text. ostenditur.*

Cap. Vt periculosa. II.

1 Religiosus professus, qui temerè habitum relinquit vel sine licentia sui Prælati vnà cum consensu sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem ad quæcunque studia accedit, est ipso facto excommunicatus. Item Doctores seu Magistri, qui scienter docent, aut in solitis suis scholis præsumpserint retinere Religiosos suo habitu dimisso, audientes Leges, vel Physicam, eo ipso excommunicationem incurrunt. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib. 3 pag.* 471. Alagona *in compend. pag.* 556. remissiuè Ximen. *in compend. part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Clar. 2
§. fin. quæst. 77. *n.* 16. Fichar. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 16 *pag. mihi* 173. Soar. *tom* 5. *disp.* 23. *sect.* 4. *n.* 17. & 28. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 131. Fr. Emman. *quæst Regular. tom* 2. *quæst.* 77. *art.* 6. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap* 6. *quæst* 6. & *cap.* 17. *quæst.* 46. & *cap.* 13. *quæst.* 16. Iacob de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 17. & *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18 Sayr. *ac. censuris lib.* 3 *cap* 33. *num* 7. Aldret. *de Relig. discipl. tuenda lib.* 2 *cap.* 18. *num.* 12. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6 *quæst.* 8. *n.* 6. Mart *de iurisdict. part.* 4. *casu* 168. *num.* 7. Rainet. *in cathalogo censurarum extra Bullam in Cœna Domini cap.* 3 *excom.* 12. & *cap.* 8. *excom.* 6. Valent. 2. 2. *disp.* 1. *q.* 12 *punct.* 1. *ad fin.* Ban. 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *vbi de apostasia à Religione*, latè & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib* 6. *cap.* 8. *num.* 37. *cum multis seqq.* Laurent. de Peirinis *de Religios. subdito tom.* 1. *cap.* 26. §. 1. Iuli. Laurer *de Indulgent. p.* 2. *cap.* 13. *n.* 32. Filliuc. *tract.* 14. *num.* 53. *vers.* 10. ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 210. secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonacin. *de cens. extra Bull. disp.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 32. & *q.* 8. *punct.* 6.

Imò & Episcopum Regularem omittentem habitum, & assumendo illam album, & candidam vestem, quæ ab Episcopis exteriùs defertur, incurrere excommunicationem latam *in hoc text.* contra Monachos omittentes habitum, tradunt Card. *in Clem.* 1. *in princip. n.* 9 *p.* 6. *de statu monach.* & ibi Imol. *n.* 17. Maiol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Cuchus *instit. maior. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 157. Rim. *cons.* 6. *n.* 7. *vol.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8 *priuil.* 79. *num.* 10. Fulu. Pacian. *cons.* 132. *n.* 42. *vol.* 1. & videtur sentire Henriq *in summ. lib.* 10. *c.* 35. *in fine*, dum ait hunc esse apostatam. 3

Verùm contrarium optimo iure suadetur ex eo, quia nullo iure est excommunicatio indicta Monacho, qui prætextu Episcopalis dignitatis habitum dimittit, & Episcopalem induit, quia text. *in præsenti* loquitur de Religioso sub Abbatis obedientia manente, eiúsque regulis astricto. atque ita etiam rationem reddit ne detur Monacho materia vagandi dimisso habitu, eo quòd à nemine cognosceretur quæ in Episcopo Religioso deficiunt, vtpote qui non est sub regulæ obedientia & induens Episcopalem habitum, minus aptus est ad vagandum. Quare ita tenent Bonif. *in d. Clem.* 1 *in vers. n.* 33. & 34 Couar. *in cap.* 1. *n.* 18. *de testam.* Tapia *in auth. ingressi, verbo sua cap.* 6 *n.* 61. *C. de sacros. Eccl.* Fr. Emman. *d. tom.* 1. *qu.* 58. *art.* 3. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 7. *q.* 4. Sanch. *d. c.* 6. *num.* 23. Sanctarel. *de apostas. cap.* 1. *num.* 15. Bonacin. *d. quæst.* 8. *punct.* 6. *num.* 27. 4

Temerè habitum sine Religionis dimittat, &c. Temeraria habitus dimissio dicitur quando absque causa fit, secus si ex iusta causa. vt si Religiosus per loca Turcarum, aut hæreticorum, seu aliorum Religiosi habitus hostium transiturus esset, & oporteret ad se tuendum habitum dimittere, vel ex alia iusta causa; ita docent Soar. *d. disp.* 23. *sect.* 4 *num.* 27. & 29. Sanch. *d. lib.* 6. *cap* 8. *n.* 41. vbi *n.* 42. differit qualis ignorantia excuset ne dicatur temeraria transgressio. 5

Ex his colligitur primò illum non affici excommunicatione huius cap. qui se vestibus spoliat vt dormiat, vt habitum purget, vel accommodet, vt meliùs studeat, vel quiescat, ita Soar *d. disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 29. Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 33. *n.* 13. Sanch. *d. c.* 8. *n.* 55. Filliuc. *tract.* 14. *c.* 8. *q.* 4. *n.* 133. Sanctarel. *de apostasia c.* 1. *n.* 6. & 7. 6

Secundò

Secundò colligitur Religiosum, qui suis vestibus indutus a monasterio absque superioris licentia fugit, non afficitur excommunicatione huius c. quia ista excommunicatio non est lata in fugitiuos, & apostatas, sed in eos, qui habitum dimittunt, ita Bannes 2.2. quæst. 12. art. 1. dub. 1. concl. 6 de apostasia à Fide. Lessi. l. 2 de iustit. c. 41. dub. 15. .109. Sanch. d. cap. 8. num. 46. Sanctarel. d. c. 1. num. 9. Immo Lessi. loco citato, Sanch. d. cap. 8. num. 20. Soar de censur. disput. 31. sect. 6. n. 1. & tom 4 de Relig. lib. 3. cap. 1. num. 27 Sanctarel. de apostas. cap. 3. dub. 2 num. 19. contra Henriq. in summ. lib. 13. c. 40. §. 1. Armil. verbo apostasia 12. Azor. d. p. 1. lib. 12. cap. 17. quæst. 6. Alter. de censur. tom. 2. disp. 17. c. 2. colum 8. & alios existimant apostatam fugientem cum habitu iure communi non affici excommunicatione.

Tertiò colligitur excommunicationem huius text. incurrere Religiosum, qui proprium habitum ita occultat vt à circumstantibus agnosci nequeat, cuius ordinis Religiosus fit, ita Mandos. de signatur gratiæ verbo li ... , vers. qui licentia ... obser ta. Cl ... c. in pract. §. fin. quæst. ... 16. Nauar. in man. c. 27. n. 131. Bannes 2. 2. quæst. 12. art. 1. q. 3. dub. 2 concl. 2. & Fr. Eman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 30. art. 2. Valent. tom. 3. disp. 1. quæst. 12. puncto 1. Sanch. d. cap. 8. num 63 Sanctarel. d. cap. 1. num 2 contra Sayr d. lib. 3 cap. 33. n. 9. Filliuc. d. q. 4. num. 135. Soar. tom. 4 l. 3. cap. 5. n. 12.

6 Ampliat decisionem text. procedere quamuis Religiosus dimittat temerè habitum absque apostatandi animo, vt docent Nauar cons. 1. nic. num. 6 sub tit. de apost. Fr. Emman. quæst. Regul. tom 1. quæst. 3 ... a 1. 1. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 12. puncto 1. ad fin. Less. de iustitia lib. 2. cap. 41. dub. 1. num. 109. Sanchez. d. c. 8. num. 15.

7 Intellige tamen dimittentem habitum non statim incurrere hanc excommunicationem, sed quando eò peruenit vt vagetur vel sic se hominum conspectui exhibeat, nec incurrere si ante hunc euentum mutata intentione induat habitum, vt per Tabien. verbo excommunicatio 2 casu 23. quæst. 1. num. 1. Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 3. Sayr de censur. lib. 3. cap. 33. num. 11. Sanchez d. cap. 8. num. 54. in fine.

8 Quando verò ex aliqua apparenti causa habitus dimittitur postea assumendus, etsi illa causa non omnino honesta sit, nec excusans, non erit locus huic excommunicationi, vt si Religiosus habitum deponat, quo expeditius curra, aut saltet, aut lapidem proiciat, quia huiusmodi dimissio etsi non omnino careat culpa, at non est adeò temeraria; vt culpa mortalis sit, nec meritò temeraria dici potest, vt pote quæ causam apparentem habet, ita docent Sayr d. cap. 33. ... 1. & 14. Fr. Emman d. tom. 2 quæst. 76 art. ... not. lib. 2. Azor d. lib. 12. cap. 13. quæst. 5. casu 1 ... & c. 1 ... quæst. ... Soar d. sect. 4. num. 27. & 29. Sanch. d. c. 8. num. 55. vbi ... 56.
9 subdit dimittentem ex causa turpi habitum ... breui tempore non incurrere hanc excommunicationem, & n. 60 resoluit quòd non est opus ad hanc excommunicationem vt Religiosus recedat absque superioris licentia, habitùmque deponat, sed quantumcumque obtentam licentiam habeat, incurret deponendo habitum. & n. 61. docet satis esse si intra priuatos monasterij parietes Religiosus habitum temerè deponat, vt huic excommunicationi subdatur, & num. 68 tenet hanc excommunicationem non incurri quando assumitur habitus alterius Religionis ad illam transeundo contra iura.

10 *Ad quauis studia.*] Etiam permissa, vt intelligunt Archid. hîc num. 2. Anchar. num. 1. & Ioann. Andr. statim in princ. Domin. num. 7. Franc. in princ. n. 3. Nauar. d. cap. 27. num. 133. Sanch d. cap. 8. num. 73.

Nisi à suo Prælato cum consilio sui Conuentus, &c.] 11
Intellige de adeunte studia, quæ extra suæ Religionis claustra sunt, nam vbi intra sunt, non exigitur licentia, nisi proprij superioris inconsulto Conuentu. Azor d. casu 16. vers. ac altera excommunicatione, Soar. d. sect. 4. n. 35. Sayr. d. c. 33. n. 21. Sanctarel de apostas. c. 2. n. 1. Bonacin. d. q. 8. puncto 8. n. 3. Sanch. d. c. 8. n. 75. vbi n. 7 . ait decisionem huius text. non procedere in his Religionibus, in quibus licentia proficiscẽdi ad habitandũ extra claustrum non pendet ab immediato Conuentus Prælato, sed à sola Prouincialis, vel Generalis facultate, tunc enim adiens studia ex sola huius superioris facultate inconsulto Conuentu non incurret, & num. 85. tenet hanc censuram non incurrere ipsum monasterij Prælatum adeuntem studia absque sui superioris licentia.

Cum consilio sui Conuentus.] Non sufficere illud audire, ac proinde non esse liberum Prælato illud non sequi, docent Nau. d. c. 27. n. 133. Sayr. d. c. 33. num. 20. Sanch. d. c. 8. n. 82. Quicquid dicant Franc. hic in fine n. 3. & 5. & Soar. d. sect. 4. n. 37. 12

Vel maioris partis eiusdem. Ergo non est opus totum Conuentum ad consilium petendum cogere, sed satis est maior eius pars, vt per Soar d. sect. 4. num. 37. Sanch. d. c. 8. n. 80. 13

Si quis autem horum, &c.] Intellige disiunctiuè, cùm satis sit alterius partis ex illis violatio, vt per Soar. dict. sect. 4. n. 26 Sanch. dict. c. 8. n. 39. 14

Doctores quoque siue Magistri, &c.] Ergo non oportet retinentem in scholis fungi munere docendi, sed satis est Doctoris eius Academiæ gradum obtinuerit, vt tenet Soar d. sect. 4. n. 41. subdens non intelligi idem nomine Magistri & Doctoris, sed Magistri nomen ad officium docendi referri, Doctoris autem ad gradum. Verùm idem importare vtrumque nomen, atque ita Doctores appellari Magistros docentes tenet Sanch. d. c. 8. n. 96. hinc infert huiusmodi Doctores si hoc munere non fungantur, minimè incurrere hanc censuram quamuis Doctoris gradu insigniti sint retinendo in scholis prædictos Religiosos. 15

Docere, aut ... , &c. Ergo Doctores siue Magistri docentes, quamuis non retineant in suis scholis huiusmodi Religiosos, incurrunt hanc censuram, & è contra si retinent, quamuis non doceant, vt per Soar. d. sect. 4 n. 40 & 41. Sanch d. c. 8. n. 93. 16

Retinere, Est concurrere positiuè siue rogando, siue consulendo, siue defendendo sua auctoritate, & fauore, vel violentia aliqua, vt bene docent Soar. d. sect. 4. n. 41. Sanch. d. 8. n. 97 obseruantes non dici retinere quando adesset sola negatio, idest, non expellere, nisi Magister ille esset Rector Vniuersitatis, cui ex officio incumberet expellere. 17

Scienter.] Ergo excusabit ignorantia quamuis culpabilis sit, vt per Soar. d. sect. 4. n. 39. Sanch. d. c. 8. n. 100. vbi ampliat etiamsi sit crassa, & supina, dummodo non affectata, aut adeo crassa sit, vt possit dici ingens temeritas. Sanct. de apost. c. 2. dub. 3. n. 13. Bonac. d. punct. 6. n. 19. 18

In gloss. *Dimisso.* Contra hanc gloss. videtur tenendum Doctores, siue Magistros non incurrere hanc excommunicationem si Religiosus habitu retento Medicinam, vel Leges audiat, vt docent Nau in man. c. 27. n. 134 Soar. d. sect. 4. num. 6. post Caiet. & Tabien. tenet Sanch. d. c. 8. n. 90. vbi optimè declarat Sanctar. de apostas. cap. 2. dub. 2. n. 11. 19

In gloss. *Licentia.* in addit ibi, *pro necessitate Monachi monasterium obligari, &c.* Notatur ad hoc quòd monasterium obligatur ex contractu pro expensis necessarijs inito à Religioso existente in scholis, vel in alio negotio extra monasterium ex legitima superioris licentia, vt per Ioan. Andr num. 4. Archid. num. 6. 20

Domin. *num.* 9. & Franc. *n.* 6. Nauar. *commen.* 2. *de Regular. n.* 65. *ad fin.* Horat. Lut. *de priuil. scholar. priu.* 87. Carol. Tapia *in authent. ingressi. C. de sacros. Eccl. verbo sua c.* 13. *n.* 6. 7. & 8. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 12. *c.* 11. *q.* 11. Ceuall. *q.* 446. *n* 15.

21 In gloss. *Retinere*, ibi, *quod licèt Doctor sciat Monachum habentem domum iuxta scholas Doctoris*, &c. Notatur ad hoc, quòd Magistri docentes non incurrunt excommunicationem, de qua *in hoc text.* quamuis sciant Religiosos in domo propinqua audire, vt docent *in præsenti*, Ioan. Andr. *in fine*, Archid. *prope fin.* Monach. *n.* 4. Domin. *in §. Doctores n.* 3. & *ibi* Franch. *ad finem*, Sanch. *dicto c.* 8. *n.* 95.

22 In ead. gloss. ibi, *Quid si monachum non vult exire scholas*, &c. In hac quæstione gloss. tenet Magistrum posse ac debere vi expellere nolentem exire, sequuntur Archidiac. & Ioan. Andr. *in fine*, Domin. *§. Doctores num.* 3. Franc. *eod. §. in fine*, Armil. *verbo excommunicatio* *casu* 53. *in fine*, Syluest. *eod. verbo* 9. *casu* 26. *n.* 7. *q.* 1. Attamen veriùs videtur non integrum esse Magistro eam vim inferre, nisi Rector sit Vniuersitatis, aut aliunde iurisdictione hac præditus, quia hoc publicæ potestatis est, quali non fungitur magister ex solo docendi officio, vt docent Soar. *d. sect.* 4. *n.* 40. Sanch. *d. c.* 8. *num.* 98.

Cap. Episcopus III. & vlt.

1 Episcopus, seu quicunque alius Prælatus, seu clericus habens iurisdictionem temporalem si in sua iurisdictione committatur delictum dignum morte, & ipse deleget, seu iniungat alicui, vt veritatem inquirat, & iustitiam exequatur, si delegatus ad pœnam sanguinis processerit, non fit Prælatus, seu clericus irregularis, eo quia licèt ille non possit agitare causam sanguinis, tamen in sua iurisdictione temporali potest illam delegare sine irregularitate. Colligunt ex Ordin. Lupus, Abbas, Archidiac. Domin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 472. Alagon. *in compend. pag.* 55. Remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

2 Hanc eadem conclus. ex hoc text. desumunt Cou. *in Clemen. si furiosus part.* 2. *§.* 5. & *lib* 3. *var.* *c.* 20. *num.* 3. *vers. tertio*, Henriq. *in sum. lib.* 14. *c.* 12. *§.* 6. *lit. K*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 9. Sayr. *in claui Regia lib.* 1. *c.* 11. *num.* 3. *&* *de censur. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 17. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 1. *n.* 25. & 26. *&* *in simili tract. part* 7. *disp.* 5. *sect.* 2. *dub.* 4. Molin. *de* *iust. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 74. *n.* 9.

In Librum Quartum Sexti Decretalium.

De Spnosalibus, & Matrimoniis.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia pura, & certa ex consensu valida, licèt alias nulla, inducunt publicam honestatem, quæ dirimit sequentia sponsalia, sed non precedentia.*

2 *Impedimentum publicæ honestatis non oritur ex sponsalibus incertis.*

3 *Sponsalia incerta non sunt propriè, & perfectè sponsalia, sed potius conditionata, ad eligendum scilicet in futurum vnum ex illis, quibus sub disiunctione facta est promissio.*

4 *Impedimentum publicæ honestatis oritur ex quibuscunque sponsalibus cum determinata persona initis, quamuis ea irrita essent etiam ratione impotentiæ, non tamen ex defectu consensus.*

6 *Consensus defectus ob quem sunt irrita sponsalia, debet esse externus, qualis est in furioso, & infante.*

7 *Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus initis cum consanguineo, affine, frigido, Sacris initiato, Religioso, aut alio impedimento dirimenti laborante, licèt illa irrita sint.*

8 *Impedimentum publicæ honestatis est perpetuum ita vt nec morte alterius sponsi extinguatur.*

9 *Matrimonium de præsenti si sponsus post sponsalia de futuro cum certa persona, contrahat cum eius consanguinea in gradu prohibito, illúdque consummauerit, cum neutra posset valide illud inire.*

10 *Impedimentum publicæ honestatis non inducunt sponsalia conditionalia ante conditionis euentum, & num. 11.*

12 *Impedimentum publicæ honestatis non contrahitur ex sponsalibus impuberis ante septennium, quæ pro filio ineunt parentes, nisi expressè, aut tacitè impleta ætate consenserint.*

13 *Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus conditionatis quando conditio est de præsenti, aut de futuro.*

14 *Conditio de futuro si sit impossibilis, aut turpis, taliter tamen non sit contra matrimonii substantiam oritur statim publicæ honestatis impedimentum.*

15 *Sponsalia conditionata dicuntur sub hac conditione, si Deo, & Ecclesiæ placuerit.*

16 *Impedimentum publicæ honestatis non oritur ex sponsalibus sub conditione, etiam quæ à iure inest contractibus.*

Cap. Ex sponsalibus. Vnic.

Bonif. VIII.

Impedimentvm publicæ honestatis oritur ex sponsalibus puris, & certis, licèt illa sponsalia essent nulla ex alio capite, v. g. consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, Religionis, seu professionis, non tamen defectu consensus. Item, qui contrahit sponsalia cum vna purè & determinatè, & postea contrahit cum eiusdem consanguinea, debet accipere primam, quia ex secundis non oritur impedimentum publicæ honestatis contra primam. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 4. *p.* 21. Alagona *in compendio p.* 56. remissiuè Casal. *in annotationib.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Et certis. Notatur ad hoc, quod ex sponsalibus incertis non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 69. *n.* 1. Bonacin. *in simili tract. quæst.* 3. *puncto* 10. *n.* 2. *vers. dixi ex sponsalibus certis.* 2

Nam sponsalia incerta non sunt propriè, & perfectè sponsalia, sed potiùs conditionata, ad eligendum scilicet in futurum vnam ex illis, quibus sub disiunctione facta est promissio, vt per Chamerot. *de matrim. c.* 2. *dub.* 3. & 6. Gutier. *in simili tract. cap.* 16. Bonacin. *in eod. tract. disp.* 2. *q.* 1. *puncto* 3. *n.* 2. 3

Dummodo non sint nulla, &c. Ex quibuscunque sponsalibus certis, id est, cum determinata persona initis, & absolutis hoc est, absque conditione suspendenti, quæ nondum impleta est, contractis, quamuis ea irrita essent ex quacunque causa, oritur impedimentum publicæ 4

blicæ honeſtatis, dummodo non eſſent irrita ex defe-ctu conſenſus veluti ſi contracta eſſent ab infante vel furioſo, qui conſenſus incapaces ſunt, quia tunc huiuſmodi impedimentum minime oritetur, at, ſi ratione impotentiæ, Ordinis, aut voti, aut alterius impedimenti dirimentis eſſent irrita, orietur vtique, vt per Sanch. *de matrimon. l. 7. diſp. 68. num. 5.* vbi *num.* intelligit ſiue contrahentes ſcirent, ſiue ignorarent impedimentum contra Anch. *num. 3.* V ac. *in ſpecuio coniug. part. 1. art. 52. concl. 3.* & Veg. *tom. 1. ſum. c. 34. caſu 13* ac alios exiſtimantes textum *in præſenti* intelligi quando contrahentes ſciebant impedimentum, ſecus quando id ignorabant.

5 In gloſſ. *Puris*, ibi. *conditionalia non inducunt publicæ honeſtatis impedimentum.* Vide *infrà n. 10. & ſeq.*

6 In gloſſ. *Conſenſus* ibi, *puta contracta ab infante, vel furioſo.* Notatur ad hoc quod defectus conſenſus, ob quem ſunt irrita ſponſalia, debet eſſe externus, qualis eſt in furioſo, & infante, vt docent *in præſenti* Archid. *num. 9.* Ioan. Andr. *num. 5.* Franc. *num. 8. ad finem.* Dom. *in princip. num. 12.* Couar. *de ſponſal. part. 2. c. 6. §. 2. num. 3.* Sanch. *d. lib. 1. diſput. 6. num. 14.*

7 In gloſſ. *Diſiungendum* ibi *impedire omnes conſanguineas* &c. Notatur ad hoc, quod ſi conſanguineus, affinis, frigidus, Sacris initiatus, Religioſus, aut alio impedimento dirimenti laborans ſponſalia cum aliqua ineat, quamuis ea prorſus irrita ſint, eum tamen habebunt effectum, nempe impedire proprios conſanguineos vſque ad quartum gradum ne poſſint validè eam fœminam ducere propter impedimentum illud publicæ honeſtatis ex illis ſponſalibus irritis conſurgens, vt per Sanch. *d. lib. 7. diſp. 68. num. 6.* ſubdens non eſſe audiendum Chald. *in cap. ad audientiam. ſup. hoc tit.* dum negat ſponſalia à Monacho inita hoc impedimentum producere, eo quòd hic nec velle, nec nolle habeat *cap. ſi Religioſus, de elect. in 6.*

8 In gloſſ. *Publicæ* ibi, *ex quo conſanguineus meus viuens, vel mortuus,* &c. Ergo hoc impedimentum publicæ honeſtatis eſt perpetuum, ita ut nec morte alterius ſpōſi extinguatur, vt docent *in præſenti* Ioan. And. *num. 5.* Franc. *num. 6.* & Domin. *in fine principij* Gaeta *in repet. c. ad limina 30. q. 1. 3. 4. quæſt. 2. 3. nu. 485.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 234. num. 1.* Sanchez *d. lib. 7. diſp. 68. num. 20.*

9 In gloſſ. *Item ſi* ibi, *vnde aduerte ſi cum prima contraxerit.* &c. Notatur ad hoc, quòd ſi poſt ſponſalia de futuro cum certa perſona contrahat ſponſus matrimonium de præſenti cum ſecunda conſanguinea in prohibito gradu, illudque conſummauerit, cum neutra poſſet validè inire, non cum priori ob impedimentum affinitatis conſurgens ex copula cum eius conſanguinea in gradu prohibito habita, non cum poſteriori propter impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus validè contractis cum prædicta eius conſanguinea, vt per Nauar. *in man. cap. 22. n. 7.* Ludouic. Lopez *in inſtruct. Conſcient. part. 2. vbi de matr. c. 50. fol. 1147.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 68. n. 24.*

§. Ille verò.

10 Sponſalia contrahens cum aliqua ſub conditione, & ante impletam conditionem contrahit ſpōſalia de præſenti cum conſanguinea primæ, eſt matrimonium cum ſecunda, quia ex ſponſalibus conditionalibus non naſcitur impedimentum publicæ honeſtatis. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

11 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Barthol. à Ledeſma *de matrimon. dub. 43. concl. 2.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 234. concl. 3. num. 3.* in fine. Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſp. 69. num. 2.* Gutier. *eod. tract. c. 103. num. 19. & 20.* Bonac. *in ſimili tract. q. 3. puncto 11. num. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 129.* egoipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 1. num. 185.*

Vnde Henriq. *in ſumm. lib. 12. c. 10. §. 2. lit. D.* docet ex ſponſalibus impuberis ante ſeptennium, quæ pro filiis ineunt parentes, non contrahi impedimentum niſi expreſsè aut tacitè impleta ætate conſenſerit vel niſi iam diſcreti præſentes ſint abſque contradictione, vel abſentes dum id ſciunt, conſenſerint externo ſigno. 12

Ante conditionem extantem. Intellige igitur quando conditio eſt de futuro, ſi enim ſit conditio de præſenti, aut de præterito, orietur ſtatim impedimentum publicæ honeſtatis, ſi eæ conditiones veræ ſint, quia quando conditio eſt de præſenti, aut præterito, & eſt vera, iam extat, nec conſenſum ſuſpendit, ac proinde ſunt vera, & abſoluta ſponſalia, vt per Couar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 6. §. 2. n. vlt.* Gaet. *in repet. cap. ad limina. 3. quæſt. 1. §. 4. quæſt. 203. num. 486.* Anton. Cuch. *inſtit. maior. lib. 5. tit. ... num. 5.* Sanch. *d. lib. 8. diſp. 69. num. 4.* 13

In Gloſſ. *Conditionis*, ibi, *& intellige de conditione honeſta*, &c. Notatur ad hoc, quòd ſi conditio de futuro ſit impoſſibilis, aut turpis, taliter vt non ſit contra matrimonij ſubſtantiam, orietur ſtatim publicæ honeſtatis impedimentum, quia cùm ea conditio habeatur pro non adiecta, manent ſponſalia omnino abſoluta, ita poſt multos à ſe relatos docet Sanch. *d. lib. 7. diſp. 69. num. 6.* vbi, *num. 7.* ſubdit quòd nihil refert ſi adiiciantur tales conditiones impoſſibiles, aut turpes ioco, & abſque conſenſu interno abſoluto, niſi iocus alle patens ſit, aut defectus conſenſus. 14

In ead. gloſſ. ibi, *quòd ſi quis tali conditione*, &c. Notatur ad hoc, quòd ſunt ſponſalia coditionaliter contracta ſub hac conditione, ſi Deo, & Eccleſiæ placuerit, atque ita reperto impedimento, ob quod ea ſponſalia ſunt nulla, non oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, vt per Sanch. *eod. tract. de matrimon. lib. 5. diſp. 1. num. 8.* 15

In ead. gloſſ. ibi, *conditiones enim tacitæ*, &c. Notatur ad hoc, quòd publicæ honeſtatis impedimentum non oritur ex ſponſalibus ſub conditione, etiam quæ à iure ineſt, contractis, vt per Couar. *de ſponſal. part. 2. c. 6. §. 2. num. 4.* 16

✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿

De Deſponſatione impuberum.

T I T. II.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſalia amborum infantium, vel alterius tantum per ſuperuenientiam maioris ætatis non validantur, nec publicam honeſtatem inducunt, niſi fuerint ratificata tacitè, vel expreſsè, & n. 2.*

3 *Sponſalia ante ſeptennium completum non contrahuntur.*

4 *Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur cum puella minori ſeptem annorum.*

5 *Sponſalia per verba de præſenti contracta inter impuberem, & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati valent vt ſponſalia de futuro, & inducunt publicam honeſtatem.*

6 *Matrimonium contractum inter impuberes per verba de præſenti non valet in vim matrimonij, ſed tantum in vim ſponſaliorum de futuro.*

7 *Sponſalia de futuro iuris interpretatione in matrimonium*

nium transeunt quando ætate perfecta superuenit copula, vel alius modus copulæ adæquatus, secus de iure Concilij Trident.

8 *Potentia impuberis ad copulam probatur si fœmina impubes ab alio fuerit cognita, vel puer impubes aliam fœminam cognouerit.*

9 *Sponsalia pro absentibus filiis non tenent nisi ipsis præsentibus, vel nisi approbauerint tacitè, vel expressè ex post facto.*

10 *Sponsalia contracta per parentes pro filiis præsentibus, & tacentibus valida sunt.*

11 *Sponsalia si parentes contrahant pro filiis absentibus, vel infantibus, qui capaces non sunt, satis non est si postmodum nouerunt, & tacendo non reclamauerint, nisi certiores facti tacitè, vel expressè ratificauerint.*

12 *Sponsalia si quis contrahat pro extraneo, non sufficit præsentia, & taciturnitas, sed desideratur aliud signum consensum internum exprimens, vt illa valeant.*

Cap. Si infantes Vnic. *Bonif. VIII.*

1 QVANDO infantes duo, vel vnus saltem minor septennio contrahunt sponsalia, sunt nulla, & quamuis deinde veniant ad ætatem non conualescunt, nec inducunt impedimentum publicæ honestatis, nisi septennio exacto cognoscatur de nouo consensisse expressè, vel tacitè veluti verbo, seu facto, aut cohabitatione. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Hostien. Monach. Anch. Franch. Viuian. in rationali lib. 4. pag. . Alagon. *in compend. pag.* 571. remissiuè Cala. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem conc. ex hoc text. desumunt Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 14 Sanch *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 16. *num.* 5. vbi *num* 6. subdit quod facto censentur ratificare, vt quia post septennium simul iacent, vel se osculantur vt sponsi aut si alter alterius domum petat, vel mittat munuscula a sponsis mitti consueta, additque tacitæ ratificationis etiam signum esse si adueniente legitima ætate contrahentes mutuam habeant habitationem in domo viri, vel mulieris, vel cuiuscumque.

3 *Maior septennio,* &c. Ergo ante septennium completum non contrahuntur sponsalia, vt per Greg. *l.* 3. *verbo sete annos tit.* 1. *part.* 4. Couar. *de sponsal. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 13. *§.* 9. *lit. l.* Mandos. *de ætate minori c.* 14. *num.* 11. Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 16. *n.* 2.

4 *Et alter minor,* &c.] Notatur ad hoc, quòd ex sponsalibus contractis cum puella minore septem annorum non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt per Veracruc. *in Specul. coniug. part.* 1. *art.* 52. *vers. secunda conclusio,* Steph. de Gaët. *in repet. cap. ad limina* 30. *q.* 1. *§.* 4. *ex n.* 485. Cened *ad decretal. collect.* 19 *n.* 3.

§. Idem quoque.

5 Sponsalia per verba de præsenti contracta inter impuberem, & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent vt sponsalia de futuro, nec in matrimonium transeunt ex sola perseuerantia ætatis, nisi aliter approbentur, inducunt tamen publicam honestatem. Colligunt DD. *in princip. text.* citati.

6 *In matrimonium non transeunt de præsenti,* &c.] Notatur ad hoc, quòd matrimonium contractum inter impuberes per verba de præsenti non valet in vim matrimonij, sed tantum in vim sponsaliorum de futuro, vt per Couar. *de sponsal. part.* 1. *c.* 3. *à num.* 1. *cum seqq.* Boët. *dec.* 22. Henr. Manan *in summ. tom.* 1 *cap.* 22 *n.* 2. Perez. *l.* 1 *vers. dubitatur, tit.* 1. *lib.* 5 *Ordin.* Spin. *in Speculo testam gloss.* 15. *princ. n.* 78 Henriq. *in summ lib.* 11. *cap.* 13. *§.* . *&* c. 5. *§.* 4. Chard. Perez *de empt. & vend. c.* 3. *n.* 10. Sanch. *de matrim lib.* 1. *disp.* 21. *n.* 2. Fr. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 1. *compar.* 11. *num.* 27.

Nisi per carnis copulam, &c. Notatur ad hoc, quod sponsalia de futuro iuris interpretatione in matrimonium transeunt quando ætate perfecta superuenit copula, vel alius modus, scilicet copulæ adæquatus, vt per Ruin. *cons.* 20 *lib* 1. Couar. *d. part.* 1 *cap.* 4 *§* 2 *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1 29. *num* 3. *&* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5 *præsumpt.* 1. *n.* 60. *cum seqq.* Spin. *d. gloss.* 15. *n.* 61 *ad med.* Franc. Molin. *d. lib.* 1 *comp.* 11 8. *& compar.* 14 *num.* 31. vbi *num.* 38. declarat primo, vt procedat quoties signa illa fuerunt emissa ætate iam perfecta, secus impefecta etsi proxima pubertati, & licèt malitia ætatem suppleat & *num.* 42. declarat secundo quando sponsalia fuerunt contracta a minoribus septennio, nam hac adueniente maiori ætate ex signis anterioribus non transeunt in matrimonium & *num* 43. declarat tertio, vt hæc procedant attento iure veteri, secus inspecto nouo Concil. Trident. nam licèt impuberes sponsalia in eum modum contraherent, licet etiam consensum tunc coram Parocho, & duobus, vel tribus testibus iuxta S. Concilij decretum interponerent adhuc adueniente pubertate sequuta copula & aliis signis non esset verum matrimonium nisi per verba de præsenti denuo consentirent, & mutuum consensum ostenderent coram Parocho, & testibus. 7

In gloss. *Supplebat ibi, quod si puer minor,* &c. Notatur ad hoc quod satis probatur potentia impuberis ad copulam si fœmina impubes ab alio fuerit cognita, vel puer impubes aliam fœminam cognouerit, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 7. *dub.* 104. *n.* 25. 8

§. Porrò

Sponsalia pro absentibus filiis non tenent, nisi ipsis præsentibus, vel nisi approbauerint tacitè, vel expressè ex post facto. Colligunt Doctores *in princ. tex.* citati 9

Vt si præsentes fuerint &c. Notatur ad hoc, quòd sponsalia contracta per parentes pro filiis præsentibus & tacentibus valida sunt, vt per Villalob. *commun. opinio. lit. M. n.* 60. Nauar *in man. cap.* 22 *n* 58. Azor. *instit. moral. p.* 1 *lib.* 3. *cap.* 4. *vers. filii*, Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp* 23, *num.* 3. vbi *n.* 4. post Brunel. *de* Felin & Verac. limitat nisi filius metu reuerentiali parentum taceat, & faciunt quæ eleganter tradit idem Sanchez *eod. tract. de matr. lib.* 4. *d.* 10

Post si eis certiorati conuenientur, vel expresse, &c. Ergo quando parentes contrahunt sponsalia pro filiis absentibus, vel infantibus qui capaces non sunt, satis non est si postmodum nouerunt, vel si iam sunt doli capaces, idque norunt, & tacent non reclamantes, quia text. *in præsenti* manifestè constituit differentiam inter sponsalia à parentibus nomine filiorum præsentium, & tacentium contracta, quo casu dicit valere si non contradixerunt, & inter contracta filiis absentibus, quo casu dicit non valere nisi certiores facti ratificauerint tacitè vel expressè; ergo in hoc casu vltra taciturnitatem petit alia expressa, aut tacita signa consensus; quare ita docent *in præsenti* Ioan. And. *sum.* 2. Domin & Franc. *n.* 4 Brunel. *de sponsalib. concl.* 11 *n. vnic.* Vega *lib.* 6 *sum. c.* 51. Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 24. *n.* 16. 11

vers.

vers. verius, subdens *in fine* in hoc casu nullum esse discrimen siue parentes contrahant pro filiis, siue extranei. Quicquid teneant *hic* Imol. & Anch. *n. 3.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 13. §. 5.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. c. 234. n. 5.* & alij per Sanch *vbi supra* citati.

12 In gloss. *Sponsalia.* ibi, *sed verius videtur quod dicit Host.* &c. Tenet hæc gl non esse speciale dum parentes pro filiis contrahunt, vt sufficiat præsentia, & taciturnitas, sed idem dicendum esse de quocunque extraneo, sequuntur Domin. *hic in fine*, Fr. Emman. *d. c. 234. n. 4.* Contrarium tamen multò probabilius est, videlicet speciale esse in parentibus, vnde si alij respondeant desiderabitur aliud signum consensum internum exprimens, vt valeant sponsalia, quia *in hoc text.* tanquã quid speciale hoc de parentibus statuitur, vt docet *in præsenti* Archid *prope fi.* Ioan. Andr. *in fine* Franch. *in hoc §. num. 3. & 4.* & Anchar. *n. 3.* Greg. *l. 10. verbo nolas puede tit. 1. par. 4.* Matienz *in rub. tit. 2. gl. 1. n. 25. & 26. l. 5. noua recopil.* Sanch. *d. l. 2. disp. 23. n. 7.* Franch. Molin. *d. lib. 1. compar 11. num. 38.*

De Cognatione spirituali.

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis contrahitur inter baptizatum, & leuantem, filios, & vxorem leuantis ante carnaliter cognitam, & suscipientem ac patrem, & matrem suscepti, & similiter de baptizante.*

2 *Doctores referuntur agentes de materia Conc. Trident. sess. 24. de reform. Matrim. c. 2.*

3 *Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrinos.*

4 *Cognatio spiritualis contracta à viro non transfunditur in vxorem, nec è contra.*

5 *Vir & vxor minimè peccant suscipientes alienum puerum in Baptismo.*

6 *Cognatio spiritualis contrahitur inter suscipientem, & parentes carnales suscepti non verò adoptantis.*

7 *Cognationem spiritualem non contrahit suscipiens in Baptismo non solemni.*

8 *Cognationem spiritualem non contrahit suscipiens in Ecclesia, vbi seruata fuerunt solemnitates, domi Baptisatum.*

9 *Baptizans etiam laicus in extremo necessitatis articulo contrahit cognationem perfectam spiritualem dirimentem subsequens matrimonium.*

10 *Confirmatio frontis inducit spiritualem cognationem sicut Baptismum.*

CAP. Ne dum. I.

Bonif. VIII.

1 INTER baptizatum, ac suscipientem, ipsiúsque filios, & vxorem ante susceptionem carnaliter cognitam, & inter suscipientem, patrémque baptizati ac matrem, & impedimentum dirimens contrahendum, & contractum, eisdemmodis contrahitur cognatio spiritualis in Confirmatione. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid Ioan. Andr. Gemin. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 4. pag. 68.* Alagona *in compend. pag. 584.*

2 Innouatur à Concil. Trid. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 2* in hæc verba, *statuit vt vnus tantùm siue vir, siue mulier iuxta sacrorum Canonũ instituta vel ad summum vnus & vna baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos, ac baptisatum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptisantem, & baptisatum, baptizatique patrem, ac matrem, tantùm spiritualis cognatio contrahitur.* Hactenus Concil. super cuius declaratione Pius V. *in sua constit. incip. Cum illius vicem, sub dat. Romæ 4. Kalend. Decemb.* 1566. decernit & declarat nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subesse quominus inter maritum, vel vxorẽ suscipientis. & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem. & quascunque alias personas, tam ex parte suscipientis, quàm baptizantis, & baptizati in Concilio Trid. nominatim non expressas matrimonium liberè, & licitè contrahi possit Vnde Sacra Concilij Trid Congregatio censuit liberè, & licitè posse matrimonium iniri inter personas nominatim non expressas *in d. c. 2. eiusdem Concilij*, vt refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 4. tit. 5. l. 2. de matrim. n. 78.*

Cognatio igitur spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrinos, vt docent Lop. *in instruct. Consc. part. 2. c. 51. de matrimon. col. 2.* Galleg. *de cognat. spirit. c. 9. n. 8.* Veg. *tom 1. summ. c. 33. casu 40.* Galet. *in margarita casuũ Conscientia, verbo matrimoniũ pag. 165. col. 1.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 54. n. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 31. n. 150* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 5. §. 1 n 4.* Armendar. *d. l. 1. de matrim n. 84.* ego ipse, *de officio. & potest Episc. p 1. alleg. 30. n. 55.* 3

Nec etiam contracta à viro eo quòd aliquem tenuerit in Baptismo, vel Confirmatione transfunditur in vxorem, vel è contra, vt post Petr. de Ledesm. Scot. Fr. Emmã. & alios tenet Sanch *d lib. 7 disp. 54. 11.* Henriq. *in summ l. b. 12. cap. 11. §. 2.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. . 149* Ægid. de Coninch *tom. 1. disp. 32. num. 14. vers. inter fœminam.* Armendar. *l. 1 de matrimon. n. 84.* ego ipse *d. alleg. 30. n. 56.* Ex quibus colligitur virum, & vxorem minimè peccare suscipientes alienum puerum in Baptismo, vt tradunt Nauar. *in man. cap. 22. n. 39.* Armendar. *d. n. 84.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 57. n. 5.* Bonacin. *d. §. 2. n. 5.* ego ipse *d. alleg. 30. n. 57.* potest enim patrinus contrahere matrimonium cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit, vt declarauit sanct. me. Pius V. *in d. Constitution. incip. cum illius vicem*, vt referunt Sanch. *d. lib. 7. disp. 54 n. 12.* & Bonacin. *d. §. 2. num. 6.* 4 5

Patrémque baptizati, ac matrem &c.] Intellige carnales, vt tradunt Galleg. *de cognat. spiritual. cap 7. n. 11.* Sanch. *d. lib. 7. disput. 54 . 16.* Valer. Reginald. *d. lib. 31 num. 150. vers. cæterum*, ego ipse *dicta alegat. 30. num. 54.* 6

Qui eundem suscepit de Baptismo, &c.] Intellige si solemnis sit, quia cum adhibere suceptorem sit cæremonia ab Ecclesia instituta pro Baptismo solemni, ideo vbi hic non est, non dicitur propriè. & verè susceptor, qui tenet, ac proinde cognationem spiritualem non contrahit, vt resoluunt Soar. *in 3. part. q. 67. art. 8. dub. vlt.* Fr Emman. *in sum. tom 1. l. 22. n. 2. concl. 2.* Bonacin. *d. puncto 5. §. 1. n. 11.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 62. n. 24.* quicquid dicant Gutier. *d. matrim. ca. 100 n. 7.* Nauarr. Sa, & Viuald. quos refert, & sequitur Ægid. de Coninch. *d. disp 32. . 39. concl. 5.* 7

Verùm suscipientem in Ecclesia, vbi seruatæ fuerũt solemnitates, domi baptizatum nullam cognationem spiritualem contrahere cum ipso baptizato, vel cum suis parentibus. docent Nau. *in man. c. 22. n. 40.* Petr. de Ledesm. *in sum. part. 1. vbi de baptismo c. 13. concl. 4. dub. 2.* Bonac. *d. §. n. 9.* Sanch. *d l. 7. disp. 10. n. 13.* Valer Reginald. *d. lib. 31. n. 154. vers. secundum.* Armendar. *d. l. 1. de matrim. n. 81.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo Baptismus, differ. 2. n. 2.* 8

Sunt

9 *Sunt etiam de baptizante censenda.*] Baptizans etiam laicus in extremo necessitatis articulo contrahit cognationem perfectam spiritualem dirimentem subsequens matrimonium cum baptizato, eiusque parentibus, vt docent Couar. *de sponsalib. part.* 1. *cap.* 6. §. 4. *n.* 4. Nauar. *in man. cap.* 16. *num.* 34. *in fine, & cap.* 22. *n.* 40. *in fine, & cons.* 53. *num.* 2. *sub tit. de sponsalib. in antiq. aliàs cons.* 5. *num.* 2. *de cognation. spiritual. in nouis.* Matien. *ad rub. tit.* 1. *gloss* 1. *num.* 170. *lib.* 5. *noua recopilat.* Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 62. *num.* 10.

§. Ex Confirmatione.

10 Confirmatio frontis inducit spiritualem cognationem sicut Baptisma. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

Innouatur à Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. matrimon. cap.* 2. vbi in hæc verba. *Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur confirmantem, & confirmatum, illiúsque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur,* & ita docent Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 57. *n* 9 Rebello *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 3. *q.* 6. *n.* 6. *ad finem.* Bonacin. *d. matrim. q.* 3. *puncto* 5. §. 3. *num.* 31. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. *in fine pag.* 73. Fernand. *in examine Theologiæ moralis part.* 3. *c.* 3 §. 6.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium, sed non dirimit, & n.* 2.

3 *Catechismi impedimentum prorsus sublatum est per Concil. Trident sess.* 14. *de reform. matrimon. cap.* 2. *in fine.*

Cap. Per catechismum. II.

1 COgnatio contracta per catechismum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 4. *pag.* 69. Alagon. *in compend. pag.* 585. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. firmat. Sanch *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 10. *à num.* 2. vbi *num.* 7. ampliat etiamsi catechismus Baptismo præuius sit, respondètque ad hunc text. dum habet, ibi, *per catechismum, qui præcedit Baptismum,* vt intelligatur frequentioris vsus gratia.

3 Verùm antem hoc, catechismi impedimentum sublatum sit prorsus per Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. matrim. cap.* 2. *in fin.* poterat dubitari, sed omnino sublatum esse tuentur plures quos refert, & sequitur Sãch. *d. lib.* 7. *disp.* 10. *n.* 12. quibus addo Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *n.* 160. Rebello *de obligat. instit. p.* 2. *l.* 3. *q.* 18. *n.* 20. *cum seqq.* Gutier. *de matrim. c.* 84. *per totum,* Bonacin. *in simili tract. q.* 3. *puncto.* 5. §. 2. *n.* 3. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.* 4. *c.* 10. *n.* 121. latè Ioan. Valer. *de differem. inter vtrumque forum, verbo Baptismus, diff.* 2. *num.* 2. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vnus tantùm interuenire debet in leuatione infantis de sacro fonte, vel chrismatione frontis, tamen si plures interueniũt, cognationẽ contrahunt spiritualem, & ex aliis Sacramentis cognatio non cõtrahitur.*

2 *Concil. Tridentini decretum hac de re editũ refertur.*

3 *Patrinos designare ad parentes pertinet, vel illis non designantibus ad Parochos.*

4 *Patrini plures quando designantur à parentibus, an, & quando cognationem spiritualem contrahant, ostenditur.*

5 *Parochus si non admittat designatum à parentibus baptizandi, sed alium casu in Ecclesia ingredientem vocauerit, cũ eo spiritualis cõtrahitur cognatio.*

6 *Compaternitas non contrahitur deficiente contactu.*

7 *Filium Confessionis spiritualem carnaliter cognoscens, debet hoc in confessione detegere, quia est circumstantia necessariè confitenda.*

Cap. Quamuis. III. & vlt.

QVamuis vnus solus vir, vel vna mulier debeant accedere ad suscipiendum in Baptismo, vel Confirmatione, si tamen plures accedant, eodem modo contrahitur cognatio spiritualis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 4. *p.* 69. Alagona *in compend. pag.* 585. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Innouatur à Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. matrim. cap.* 2. in hæc verba. *Parochus antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectabit, sciscitetur quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantùm ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceátque eos quam cognationem contraxerint ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltrà designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, Constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus.* Hactenus Concil. 2

Ad parentes igitur pertinere patrinos designare, vel illis non designantibus ad Parochos, aduertunt Posseuin. *de officio Curati c.* 6. *num.* 33. Bonacin. *de matrim. q.* 3. *puncto.* 5. §. 2. *n.* 27. ego ipse *de offic. potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 30. *n.* 46. Si verò nullus specialiter designatus est patrinus ex negligentia, aut obliuione parentum, seu Parochi, & multi simul tenendo tangerent baptizatum, aut de fonte ij æquè susciperent, omnes fieri cognatos resoluunt Nau. *in man. c.* 22. *n.* 39. Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1 *lib.* 2 *c.* 85. *n.* 4. Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 56. *art.* 3. *vers. est aliud dubiũ annexum, in summ. p.* 1. *de Sacram. vbi de Sacramento matrimon. c.* 17. *concl.* 6. *dub.* 2. Vinald. *in candel. aureo part.* 1. *vbi de impedim. matrimon. num.* 5. *vers. cognatio spiritualis,* Henriq. *in summ. l.* 11. *c.* 11. §. 3 Ægid. de Coninch *tom.* 2. *q.* 32. *n.* 37 Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *l.* 3. *q.* 6. *n.* 5. *& in append. ad lib.* 4. *n.* 95. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l.* 31. *n.* 152. *vers. secũdo,* Bonacin. *d.* §. 2. *n.* 24. ego ipse *d. alleg.* 30. *n.* 48. Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 57. *num.* 12, Gutier. *de matrimon. c.* 100. *num.* 7. 3

Quando plures designati à parentibus, vel ab aliis curam infantis habentibus tangunt, omnes contrahere cognationem modo tangant simul, si vero tangant successiuè solum primum, qui baptizatum suscipit, vel ad summum duos, si fuerint masculus, & fœmina, contrahere cognationem asserunt Ægid. de Coninch. *d. q.* 32. *n.* 39. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 192. Sãch. *d. lib.* 7. *disput.* 57. *n.* 14. Bonac. *d.* §. 2. *n.* 25. vbi *n.* 26 dicunt quòd quando plures designati sunt à parentibus, sed Parochus admittit vnum, & vnam tantùm, cognatio contrahitur tantummodo ab iis, qui fuerunt à Parocho admissi, & *n.* 27. tenet cognationem contrahi à designatis à parentibus, non verò à cæteris, qui fuerunt admissi à Parocho, quando parentes designarunt tantummodo duos, sed Parochus plures admisit, & *n.* 28. resoluit cognationem contrahi à designatis à parentibus, quamuis suscipiant puerum contra Parochi voluntatem, & *n.* 30. asserit cum, qui tangit baptizatum 4

cum

cùm non sit designatus à parentibus, vel saltem à Parocho, quando Parochus potest designare, non contrahere cognationem si adsint alij designati à Parocho, vel à parentibus.

5 Si Parochus non admittat designatum à parentibus baptizandi, & alium casu in Ecclesiam ingredientem vocauerit, vt baptizatum puerum susciperet, ac tangeret, cum eo spiritualem contrahi cognationem affirmat Ludou Beia *respons. casuum Conscie 1. p. 2. casu 4. vers. alterum*, vbi à princip. illius casu probare intendit Parochum in hoc euentu peccare mortaliter,

6 Requiritur semper contractus, itaue eo deficiente compaternitas, non contrahatur; qui enim tantummodo assistit baptizato, vel confirmato, ipsumque non tangit, vel tangit tantùm extremitate digiti, non contrahi cognationem, eo quòd verè non dicitur tenere, vel suscipere, docent Henriq. *lib. 12. cap. 11. §. 3.* Verall. *decis. 164 p. 1.* Valer. Reginald. *d. l. 31. n. 151.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 56. n. 5* Bonacin. *d. §. 2. n. 14.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu* 33. Armendat. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 15. l. 1. matr. num.* 83. ego ipse *d. alleg. 30. n. 47.*

7 *Ex donatione verò aliorum Sacramentorum*, &c.] Ergo non est cur accedere ad filiam Confessionis, sit circumstantia necessariò confitenda, vt tenent Emman, Sa *verbo Confession. 26.* & Petr. de Ledesma *de matrim. q. 56. a. 2. dub. vlt. col. antepen.* Verùm hanc circumstantiam esse necessario in Confessione detegendam tenent Fr. Eman *in sum. tom. 1 cap. 209. n. 1.* Henriq. *lib. 11. n. 1.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 55. n. 3.* vbi *num. 5.* respondet ad hunc text. quòd licèt huiusmodi cognatio in hoc casu non contraheretur, sufficeret tamen specialiter hoc prohiberi in reuerentiam Sacramenti.

In Librum Quintum Sexti Decretalium.

De Accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Confessus postquam aliquis est certa crimina coram iudice inquirente, non potest se excusare dicendo, quòd non fuit diffamatus in illis, vel quod iudex non tradidit capitula super quibus erat inquirendus, sed condemnandus est.*

2 *Iudex potest procedere contra confessum proprium crimen.*

3 *Confessio sponte facta absque tormentis, vel tormentorum metu etiam nullis indiciis præcedentibus, vel non data indiciorum copia, probat.*

CAP. Postquam. I. *Bonif. VIII.*

1 POSTQVAM aliquis est confessus certa crimina coram iudice inquirente non potest se excusare dicendo, quòd non fuit diffamatus in illis, vel quòd iudex non tradidit capitula super quibus erat inquirendus, sed condemnabitur. Colligunt ex Ordin. Abb. Gemin. Ioan. Andr. Anch Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 20. Alagona *in compend. pag.* 615. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Eadem crimina fuisti confessus, &c. Ergo potest iudex procedere contra confessum proprium crimen, vt 2
per Sayr. *in claui Regia lib. 12. cap. 11. n. 15.* Nam confessio spontè facta absque tormentis, vel tormentorum 3
metu, etiam nullis indiciis præcedétibus, vel non data indiciorum copia probat, & sufficit sine ratificatione ad condemnandum confitentem, vt per Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 19. num. 62. pag.* 290. Mascard. *de probatio. concl. 353. n. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio facta super veritate criminum omissa inquisitione infamia valet si reus præsens tacuit.*

2 *Inquisitio tunc valet, & tenet quando fit parte præsente, & non opponente de præcedenti infamia.*

3 *Præsens, & tacens in iudicialibus consentire censetur etiam in sibi præiudicialibus.*

4 *Inquisitio quando formatur ex Motu proprio Principis non ad postulationem partis, nullis præcedentibus indiciis firmari potest.*

CAP. Si is, cui: II. & vlt.

IVdex quando omissa inquisitione infamiæ inquirit 1
de criminibus coram reo præsente, & tacente, non potest ampliùs impugnari processus ex eo, quòd priùs non fuit quæsitum de infamia. Colligunt ex Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin Monach. Franc. Viu. *in rationali lib. 5. pag. 21.* Alagona *in comp. p. 615.*

Te præsente, nec reclamante, &c. Notatur ad hoc, 2
quòd inquisitio tunc valet, & tenet quando fit parte præsente, & non opponente de præcedenti infamia, vt per Duen. *reg. 398. vers. limita primò.*

Notatur etiam ad hoc, quòd in iudicialibus præsens, 3
& tacens consentire censetur etiam in sibi præiudicialibus, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss. 7. num.* 37. D. Barbos. *in l. diuortio §. ob donationes num. 14. ff. soluto matrim.*

In gloss. *Fuerat. ibi. quia si Papa proprio Motu* &c. 4
Notatur ad hoc, quòd quando inquisitio formatur ex Motu proprio Principis non ad postulationem partis, nullis præcedentibus indiciis, talis inquisitio formari potest. vt per Duen. *reg. 298. vers. limita septimò*, Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 1 num. 42.*

De Hæreticis.

TIT. II.

SVMMARIVM.

1 *Clericum in quibuscunque sacris Ordinibus constitutum propter crimen hæresis solus eius Episcopus degradare potest.*

2 *Decretum Concil. Trid. hac de re agens refertur.*

3 *Episcopi duodecim si degradabatur Episcopus, sex si Presbyter, tres si Diaconus, vel Subdiaconus olim in degradationibus à Canonibus requirebantur.*

4 *Episcopus proprius hodie solus per se ipsum potest ad actualem clerici in Sacris degradationē procedere.*

5 *Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non potest clericum actualiter degradare.*

6 *Prælati Religiosorum non habent facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos, nisi illis concessum sit per priuilegium, vel consuetudinem à Romano Pont. toleratam.*

CAP. Quoniam. I. *Greg. IX.*

1 LERICVS in Sacris quando pro crimine hæresis est tradendus brachio seculari, vel perpetuò mutandus, sufficit solus eius Episcopus ad eum degradandum, conuocatis Abbatibus, & aliis Prælatis, & religiosis, ac personis litteratis suæ Ecclesiæ sibi ita expedire iudicauerit. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Ioan. Andr. Gemin. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 5. pag.* 84. Alagona *in compend. pag.* 648. remissiuè Ximen. *in concordam. part. 1. & 2.*

2 Hodie super hoc obseruabitur noua dispositio Concil. Trident. *sess. 13. de reformat. cap. 4.* in hæc verba. *Propterea statuit, & decreuit Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem contra clericum in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum etiã ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionẽ, & per seipsum etiam ad actualem, atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorũ Episcoporũ præsentia numero à Canonibus præscripto requiritur, etiã absque illis procedere liceat, adhibitis tamẽ & in hoc sibi assistẽtibus totidem Abbatibus vsum Mitræ, & Baculi ex priuilegio Apost. habentibus, & si in ciuitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant.* Hactenus Concil.

3 *Episcoporum numerus*, &c.] Videlicet duodecim Episcopi si degradetur Episcopus, sex si degradetur Presbyter, tres si Diaconus, vel Subdiaconus. vt ex *cap. si quis tumidus, & c. Felix. 15. quæst. 7.* tradunt Salzed. *ad Bernardum pract. c. 143. vers. non tamen, ad finem*, Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 2. c. 7. à princip.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum personali §. 29. n. 7.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n.* 93. *in fine*, ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 110. n. 22.*

4 *Sane solus possit Episcopus degradare.*] Notatur ad hoc, quòd solus proprius Episcopus per seipsum potest ad actualem clerici in Sacris degradationem procedere, vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 12. rub. n.* 47. Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 43. §. 5.* Suar. *de censur. disp.* 30. *sect. 1. num. 19.* Auila *eod. tract. p. 3. disp. 5. dub. 1. conclus.* 3. Sayr. *in simili tract. lib. 5. c. 20. n. 18.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. part. 1. c. 4. n. 47. & 48.* Aldrete *de relig. disciplina tuenda lib. 1. c. 3. n. 18.* Piasec. *d. c. 4. n. 93. in fine*, Bellet *d. §. 10. n. 7.* Seraphin. de Freitas *in addit. ad tract. de solicitantibus mulieres in Confessione Illustrissimi D. mei Roderici a Cunha q. 24. n.* 107. ego ipse *d. alleg. 110. n. 23.* obseruantes Vicarium generalẽ proprij Episcopi posse contra clericum in Sacris etiã Presbyteratus Ordinem insignitum ad illius condemnationem, & verbalem depositionem procedere ex noua Concilij Trid. decisione *citato loco*.

5 Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non potest Clericum actualiter degradare, quia huiusmodi degradatio videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipsa consecratione, potest tamen verbaliter deponere etiam in ordine ad actualem degradationem, quia est actus solius iurisdictionis, non Ordinis, vt resoluit Mar. Alter. *d. tom. 2. disp. 2. c. 7. vers. quarum Doctores*, quem refero ego ipse *d. alleg.* 110. *num.* 24.

6 Prælati verò Religiosorum non habent facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos, nisi illis concessum sit per priuilegium, vel consuetudinem à Romano Pont. toleratam, vt tenent Sayr. *d. cap. 20. num.* 17. Auil. *d. disp. 5. dub. 4.* Bonacin. *de censur disp. 4. punct. vnic. n. 8.* ego ipse *d. alleg. 110. n. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticos, vel eorum receptores, defensores, vel fautores, nec absoluitur nisi exhumet eorum corpora, locus verò priuatur sepultura.*

2 *Sepelientes hæreticorum credentes, receptatores, defensores, vel fautores puniuntur pœna, qua punirentur sepelientes ipsos hæreticos.*

3 *Credentes, & receptatores hæreticorum qui dicantur, remissiuè.*

4 *Ignorans quem esse hæreticum si quis illum sepelierit, non incurrit excommunicationem.*

5 *Sepulturam Ecclesiasticam dantes hæreticis, eorúmque credentibus, receptatoribus, defensoribus, vel fautoribus, excommunicati sunt.*

6 *Hæreticum si quis sepelire curauerit non ex causa hæresis, sed ne illius cadauer putredine aerem corrumpat, vel ob amicitiam, aut consanguinitatem, nullam excommunicationem incurrit.*

7 *Verba*, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, *inducunt Canonem latæ sententiæ*,

8 *Sepelientes hæreticos, eorúmque credentes, &c. ab excommunicatione quam incurrunt, non absoluuntur, nisi sepultorum ossa exhumauerint, quando possent ab aliorum ossibus discerni, vt num. 12.*

9 *Hæreticum si plures sepeliuerint, & vnus tantùm ex illis, aut alius extraneus illius ossa extumulauerit, omnes absolui possunt.*

10 *Sepultura, in qua hæreticus sepultus fuit, perpetuò aliorum sepultura carere debet.*

11 *Industria personæ electa censetur vbi propriis manibus aliquid fieri iubetur.*

13 *Laici, qui publicè, vel secretè disputant de Fide Catholica, sunt excommunicati, & n. 14.*

15 *Clericus quamuis indoctus si de rebus Fidei disputet, licèt peccet mortaliter, nullam tamen incurrit excommunicationem.*

16 *Disputare in scholis ad acuenda ingenia bene possunt laici absque incursu excommunicationis.*

17 *Laicis interdictum est de Fide disputare, etiam quòd sint personæ docta, & litterata, nisi in casu magna necessitatis.*

18 *Excommunicatio, quam incurrunt laici disputantes de Fide Catholica non imponitur ipso iure, sed opus est citatione, monitione, & sententia.*

19 *Hæreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorũ, & defensorum eorum, promotio, nec non filiorum suorum vsque ad secundam generationem ad beneficia ecclesiastica, vel officia non valet.*

20 *Filij hæreticorum propter suorum parentum hæresim sunt inhabiles ad omnia officia, & beneficia ecclesiastica obtinenda.*

21 *Filij nati ante hæresim patris an inhabiles sint ad beneficia obtinenda, remissiuè.*

22 *Lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita, & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam a iure latam continet.*

23 *Filij hæreticorum sunt inhabiles ad pensiones acquirendas, & obtentis priuantur.*

24 *Verbum*, beneficium, *accipitur largè sumpto vocabulo in materia hæresis.*

25 *Incapaces beneficiorũ sunt etiam incapaces pensionis.*

26 *Beneficium aliquod qui ad preces alicuius hæretici adeptus fuerit, priuatur acquisito, & si illud sciente recipit, fit inhabilis ad alias, & n. 27.*

28 *Emancipatio filiorum, quorum parentes deteguntur fuisse hæretici ante emancipationem, est nulla.*

29 *Filij*

29 *Filij eximuntur à patria potestate propter heresim paternam, & efficiuntur sui iuris.*

30 *Filij vt fiant sui iuris propter heresim paternam non requiritur sententia declaratoria.*

Cap. Quicunque. II.

Alexand. IV.

1 SEpulturæ ecclesiasticæ qui scienter præsumpserit dare hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores, est excommunicatus donec satisfecerit idoneè, nec meretur absolutionem nisi propriis manibus publicè extumulet, & proiiciat huiusmodi corpora damnatorum, & ille locus debet carere perpetuo sepultura. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 84.* Alagona *in compendio pag. 649.* remissiuè Ximen. *in concordant part. 1. & 2.*

2 *Hæreticos, credentes, receptatores, &c.*] Ergo pari pœna puniuntur sepelientes hæreticorum credentes, receptatores, defensores, vel fautores, qua puniuntur sepelientes ipsos hæreticos, vt resoluit Farinac. *de haeresi*
3 *quaest. 182. n. 50.* Qui autem dicantur credentes dixi in *collect. ad cap. excommunicamus 13. n. 20. cum seqq. hoc tit. in Decret.* vbi *n. 33. cum seqq.* de fautoribus, & qui dicantur receptatores, vide citatos per me ad *cap. sicut 8. num. 3. & 4. eod. tit.*

4 *Scienter præsumpserint, &c.*] Ergo secus si ignorantes quem esse hæreticũ sepelierint, vt per Nau. *cons. 11. de haeret.* Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis in gloss. fautores, in princ. n. 18.* vbi loquitur ad effectum non incurrendi excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, refert, & sequitur Farin. *de heresi q. 92. num. 51.* Merol. *tom. 1. disp. in vniuersam Theologiam moralem cap. 2. num. 205.*

5 *Excommunicationis sententiæ se nouerit subiacere.*] Notatur ad hoc, quòd excommunicati sunt dantes sepulturam ecclesiasticam hæreticis, eorúmque credentibus, receptatoribus, defensoribus, vel fautoribus, vt per Alphons. de Castro *de iusta haereticorum punit. c. 18. vers. at cum nullus possit*, Syluest. *in sum. verbo haereticus, §. 1. n. 14 vers. decimatertia, & num. 16. vers. clericus quoque*, Vmber. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo clericus, n. 8. & in verbo pœna, n. 9.* Carrer. *in praxi tit. de haeretic. §. nunc, de pœnis, n. 6. fol. 277.* Paul. Grilland. *de haeretic. quaest. 9. n. 2.* Ioan. Rojas *de sing. 181.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 18. à num. 7. & in enchirid. tit. 62. num. 2. cum seqq.* Perez *l. 3. versic. est praeterea alia pœna tit. 4. lib. 8. Ordinam. pag. 93.* Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. quaest. 40* & *ibi* Penia *commento 80 fol. mihi 611. col. 2. & commento 102. vers. sed alterum iam caput*, Spin. *in speculo testament. gloss. 2. princip. n. 17.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 11. § 3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. q. 8. vers. sexta*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. num. 6.* Cened. *ad Sextum collect. 16. num. 1.* Filliuc. *tract. 14. num. 3. versic. vndecima*, Iul. Lauor. *de indulgent. part. 2. cap 13. num. 30.* Farinac. *de haeresi q. 92. §. 3. numero 45.* Sanctarel. *in simili tract. cap. 28. num. 12. cum seqq.* nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam disput. 2. quaest. 2. puncto 30.* quorum plures refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 50. num. 224.* secundùm Lugdunens. im-
6 press. Limitatur tamen in eo, qui hæreticum sepelire curauit, non ex causa hæresis, vel fauore hæresis, sed ne illius cadauer putredine aërem corrũpat, vel ob amicitiam, aut consanguinitatem, vt ex aliis aduertit Farinac. *d. quaest. 92. num. 50.*

7 Et quod verba præcitata huius text. inducunt cassationem latæ sententiæ, resoluunt Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur, num. 149. C. de reuocandis donat.* & Perez *tit. 4. lib. 8. Ordinam pag. 95.* Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 8. num. 21.*

Nec absolutionis beneficium, &c.] Notatur ad hoc quòd sepelientes hæreticos, eorúmque credentes &c. ab excommunicatione, quam incurrunt, non absoluuntur, nisi sepultorum ossa exhumauerint, vt tenent *in praesenti* Archid. *num. 7. ad med. & num. 8 & 9.* & Franc *num. 3.* Penia *in direct. Inquisit. p 3 q. 40. comment. 86. vers. quod si quandoque de facto*, Decian. *d. lib. 5. cap 41. num 6.* Farinac. *d. quaest. 92. §. 3. num. 41.* vbi *num. 43.* post. Gemin. *num. 15.* & Franc. *num. 3. in* 8
praesenti, subdit quòd si plures fuerint, qui hæreticum 9
sepeliuerint, & vnus tantùm illius ossa extumulauit, vel eadem ossa fuerint ab aliquo alio extraneo extumulata, omnes absoluuntur.

Et locus ille perpetuò careat sepultura, &c. Notatur ad hoc quòd sepultura, in qua hæreticus sepultus fuit, perpetuò aliorum sepultura carere debet, vt per Archid. *hic numer. 9. in verbo locus & verbo perpetua, & verbo careat*, Gemin. *num. 3. vers. nota quòd quando*, & Franc. *ante num. 1. vers. locus verò*, Rojas *singul. 102.* Decian. *dicto lib. 5. cap. 41. n. 6.* Farinac. *dicta quaest. 92. §. 3. num. 41.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 37 sect. 2. ad fin.* Alter. *eod. tract. tom. 2. disput. 12. de interdicto cap. 4. in initio, num. 28.* Bonacin. *de interdicto in particulari disput 4 quaest. 3. puncto 7.* vbi etiam post Tabien. *verbo interdictum 2 num. 2.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 12. numer. 10.* resoluit in hac pœna non posse Episcopum dispensare. 10

In gloss. *Propriis manibus.* ibi, *nota casum.* &c. Ergo censetur electa industria personæ vbi propriis manibus aliquid fieri iubetur. Vide Perez *tit. 4. lib. 8. Ordinam. pag. 96* Menoch. *de praes. lib. 2. praes. 21. n. 7.* 11

In gloss *Extumulent.* ibi, *hoc verum intelligo quando ossa ipsorum possent ab ossibus aliorum discerni, alias secus.* Ita Franc. Penia *in direct. Inquisit. part. 3. quaest. 40. comment. 89. versic. quod si quandoque.* Henriq. *in summ. lib. 14. cap. 25. §. 2. litt. H.* Farinac. *dicta quaest. 92. §. 3. num. 42.* 12

§. Inhibemus.

Laici, qui publicè, vel secretè disputant de Fidè Catholica, sunt excommunicati. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati 13

Hanc eandem concl ex hoc §. desumunt. Syluest. *in summ. verbo disput. num. 1.* Vmbert Locat *in iudic. Inquisit. in verbo disputare, numer. 1. & 2. & in verbo laicus, num. 4. & 6.* Alphons. de Castro. *de iusta haereticorum punit. lib. 1. cap. 19.* Albertin. *de agnoscendis assert. Cathol. q. 13. num. 4.* Simanch. *de catholicis instit. tit. 20. num. 1. cum seqq.* Perez. *l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordinam. pag 97. col. 1. vers. quo fit quod etiam, & pag. 114. versic. quaeritur etiam octauò*, Bannes 2. 2. q. 100. *art* 7. Penia *in director. Inquisitor. part. 1. q. 10. commento 25. versic. laicis etiam*, Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 32 §. 5 litt N.* Decian. *tract. crimin. lib 5. cap. 18. vers. 46.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib 8. cap. 16. q. 1.* Cened. *ad Sextum collect. 20. numer 1.* Farinac. *de haeresi q. 78. §. 5. num. 111. cum seqq.* Sanch. *in praecepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap 6. num. 3.* vbi. *num 6.* subdit procedere in verè laico, secus in clerico primæ Tonsuræ, Sanctarel *de haeresi cap. 8. num. 5.* 14

Laica persona.] Ergo non includitur clericus quamuis indoctus, si de rebus Fidei disputet contra prohibitionem factam *in hoc text.* peccabit tamen contra legem naturalem exponendo se periculo errandi in multis. ita Becan. *de Fide cap. 15. disput. 7. num. 7.* 15

Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. c. 26. q. 1.* Sanch. *d. cap. 6. num. 8.* Sanctarel. *d. cap. 8. dub. 2. num. 8. in princ.*

16 *Disputare.*] Intelligit de disputatione formali, quæ fit ad Fidei veritatem persuadendam, & non de disputatione materiali, quæ suscipitur in scholis ad acuenda ingenia, vt per Petr. de Ledesm. *in summ. tom. 2. tract. 1. cap. 5. conclus. 13.* Valent. 2. 2. *disput. 1. q. 10. puncto 4. concl. 2.* Soar. *de Fide disp. 20. sect. 1. in princ.* Sanctarel. *dicto cap. 8. dub. 2. num. 9.*

17 In gloss. *Laica.* ibi, *& doctor Decretorum,* &c.] Notatur ad hoc quòd laicis interdictum est de Fide disputare etiam quòd sint personæ doctæ, & litteratæ, vt per Gemin. *hic n. 1. vers. gloss. & num. 3.* ac Franc. *n. 1.* Albert. *d. q. 13. n. 12.* Valent. 2. 2. *disp. 1. q. 10. puncto 4. post. 2. conclus.* Penia *d. q. 10. commento 25. litt. I, vers. laicis autem cum seqq.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 26. q. 1.* Farin. *d. q. 178. num. 112.* Sanctarel. *d. cap. 8. num. 6.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 6. num. 5. & num. 7.* declarat nisi in casu magnæ necessitatis, vel vtilitatis, veluti quando in aliquo loco adesset aliquis hæreticus, qui fideles peruerteret, nec ibi adessent ecclesiastici docti, qui Fidei partes susciperent, tunc enim laico docto oon solùm non est prohibitum disputare cum illo hæretico, sed etiam tenetur, vt proximorum spirituali saluti consuleret, quod etiam tradunt Turrian. *in tractat. de Fide quæst. 10. art. 7. disp. 50.* Becan. *eod. tract. cap. 15. q. 7. n. 6.* Soar. *etiam tract. de Fide disp. 20. sect. 1. n. 11.* Sanctarel. *d. cap. 8. num. 7.*

18 In gloss. *Innodetur.* ibi, *est igitur benignius vt intelligamus,* &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatio, quam incurrunt laici disputantes de Fide Catholica, non imponitur ipso iure, sed opus est citatione, monitione, & sententia, vt per Nauar. *cons. 25. num. 1. sub. hoc tit.* Azor. *d. cap. 26. q. 1. in fin. vers. postremo quæres,* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 246.* Perez. *l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. pag. 98. col. 1. post med.* Sanch. *d. cap. 6. n. 3* Farin. *d. q. 178. n. 120.* Becan. *d. q. 7. num. 7.* Sanctarel. *d. cap. 8. sub. num. 8.*

§. Hæretici.

19 Hæretici, credentes, receptatores, defensores, fautores eorum, & ipsorum filij vsque ad secundam generationem non possunt admitti ad aliquod beneficium ecclesiasticum, vel officium publicum, si secus fiat, factum est irritum, & inane. Colligunt Doctores *in princ. sext.* citati.

20 *Ad nullũ ecclesiasticum beneficium, seu officium,* &c.] Notatur hic text. ad hoc quòd filij hæreticorũ propter suorum parentum hæresim sunt inhabiles ad omnia officia, & beneficia ecclesiastica obtinenda, vt per Cou. *lib. 2. cap. 8. à n. 2.* Castr. *de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 10.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. & 29.* Rojas *de hæret. part. 2. assert. 42. à n. 336. & sing. 66.* Hoied. *de incompatibil. benef. p. 1. cap. 23. à n. 97. & c. 24. n. 6.* Penia *in addit. ad direct. Inquisit. p. 3. commento 63. vers. in hac breui quæstiuncula,* Farin. *de hæresi q. 191. n. 48. & fragment. crimin. p. 1. litt. C, n. 348.* Garc. *de benef. p. 11. c. 10. n. 72.* Cened. *ad Sextum collect. 28. n. 11.* Less. *de instit. lib. 2. cap. 34. dub. 22. n. 21.* Ricc. *de iure personarum, lib. 5. cap. 29. n. 2. & cap. 20. n. 6.* Sanctarel. *de hæresi cap. 34. dub. 2. n. 12. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 2. & cap. 28. num. 4. cum sequentibus* Vide quæ dixi ad *cap. satis peruersum 56. dist.*

21 Verùm autem sub pœnis *in hoc text.* contentis comprehendantur tantùm filij nati antequam patres in hæresim laberentur, an etiam filij postea nascituri? dixi ad gloss. *verbo quia lapsi, in cap. statutum, il 2. infr. hoc eod. tit.*

22 *Decernimus irritũ, & inane,* &c.] Notatur ad hoc quòd lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita, & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet, vt per Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 8. n. 26.*

In gloss. *Beneficium.* ibi, *largè sumitur.* &c. Ergo sicut 23
filij & nepotes hæreticorum sunt inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, sic etiam sunt inhabiles ad pensiones acquirendas, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 35. & 36.* Farinac. *de hæresi quæst. 191. §. 2. num. 9.* Sanctarel. *in simili tractat. cap. 34. dub. 2. num. 15.* Nicol. Garc. *de benefic. par. 11.*
cap. 10. §. 1. num. 74. quia in materia hæresis verbum, 24
beneficium, accipitur largo sumpto vocabulo, vt docet
Ricc. *de iure personarum l b. 5. cap. 19. num. 7.* tum quia 25
incapaces beneficiorum, sunt etiam incapaces pensionis, Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 44. num. 9.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo irregularitas, §. 8. & verbo pensio. §. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 121.*

§. Ad hæc.

Ecclesiasticus, qui ad preces alicoius hæretici ali- 26
quod beneficium ecclesiasticum adeptus est, priuatur acquisito, & si illud scienter recipit fit inhabilis ad alia, vel similia beneficia. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati

Hanc eandem concl. firmat Azor. *instit. moral. part.* 27
1. lib. 8. cap. 13. q. 8. vers. octaua pœna, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. n. 68.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. allegat. 57. num. 230.*

§. Illorum.

Emaocipatio filiorum, quorum parentes deteguntur 28
fuisse hæretici ante emancipationem, est nulla, quia statim ac parer est hæreticus, filij suot sui iuris, nec indigent emancipatione. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Filij esse in parentum hæreticorum desierunt potestate.] 29
Notatur ad hoc quòd propter hæresim paternam filij eximuntur à patria potestate, & sui iuris fiunt, vt per Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 9. vers. ab hac regula, & disput. 229. vers. tertius modus,* Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 9. num. 30. & lib. 9. cap. 7. n. 7.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 3. dub. 5. num. 23.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. c. 22. q. 6.* Rebell. *de obligat. iustitiæ part. 1. lib. 1. quæst. 7. sect. 2. n. 23.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 16. num. 18. & cap. 24. à num. 5.* Sanctarel. *de hæresi cap. 37. n. 9.* quorum plures citaui *in collect. ad c. vlt. n. 3. hoc tit. in Decretal.* vbi *n. 5.* post multos à me relatos resoluo mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequi.

In gloss. *Desierint.* ibi, *etiam antequam per Eccle-* 30
siam fuerit declaratum, &c. Notatur ad hoc qoòd vt filij fiant sui iuris propter hæresim paternã non requiritur sententia declaratoria, vt per Dec. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. num. 28. vers. & nota,* Azor. *d. p. 2. lib. 2. cap. 22. q. 6.* Less. *de iustitia lib. 2. cap. 3. dub. 5. n. 23. in fin.* Molin. *de iustit. tom. 1. disp. 9. vers. ab hac regula, & disp. 229. vers. tertius modus,* Sayr. *in claui Regia, lib. 9. cap. 7. num. 7.* Sanch. *dicto lib. 2. cap. 24. num. 9.* Farinac. *de hæresi q. 197. num. 29.*

Cap. Filij. III.

Filij, vel hæredes illorum, qui dum in lecto decum- 1
bunt, vocant hæreticos, vt ab ipsis consolentur, non admittuntur ad probandum quòd tunc eorum parentes iam defuncti, non erant sanæ mentis quando petierunt

runt illam consolationem, si dum viuebant erant diffamati de hæresi, vel suspecti, vel legitimè constiterit, quòd quando petierunt hæreticos erant sanæ mentis. Si verò secus fuerit, admittuntur ad probandum præmissa, non tamen per vxores, filios, familiares, vel aliquos ex suis, sed per olios testes fide dignos specialiter Fidei zelatores. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 5. pag. 86.* Alagona *in compendio, pag. 649.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Qui non sit sana mentis, & memoriam habeat ordinatam.*] Ergo non est sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam, vt per Xuar. *allegat. 1. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Relapsi in hæresim sunt tradendi Curia seculari, licet pœniteat eos, & ad Fidem redeant, non tamen deneganturei sacramenta Pœnitentia, & Eucharistia, & num. 2.*

3 *Relapsis indulgentia concessa non proficit nisi quoad pœnam spiritualem, secus quoad temporalem.*

4 *Receptus ad gremium Ecclesiæ, dicitur receptus ad pœnitentiam, receptus verò ad receptionem Sacramentorum dicitur receptus ad misericordiam.*

5 *Relapsis si postea pœniteant sacramenta Pœnitentia, & Eucharistia deneganda non sunt.*

6 *Absolutio data relapso in foro pœnitentia proficit ad remissionem peccati tantùm.*

Cap. Super eo. IV.

1 RElapsi, id est, qui abiurarunt errorem, vel se purgarunt in examinatione proprij Antistitis, & iterum reincidunt in abiuratam hæresim sine audientia seculari iudicio relinqui debent, etiamsi conuertantur, quia tamen Ecclesia non claudit suum gremium redeunti, non debent illis petita sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ denegari. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in rationali l. 5. pag. 87.* Alagona. *in compend. pap. 649.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. firmant Cou *lib. 2. var. c. 1. n. 11.* Gam. *in tract. de Sacram. præstàdis vltimo supplicio damnatis q. 1. a. 9.* Relapsi autem qui dicantur dixi *in collect. ad cap. ad abolendam 9. n. 15. cum seqq. hoc tit. in Decret.*

3 *Nos itaque Inquisitioni, &c.*] Notatur ad hoc quòd indulgentia erga relapsum non proficit nisi quoad pœnam spiritualem, secus quoad temporalem, vt per Decian. *in tract. crimin. l. 5. cap. 56. num. 7* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib. 3. q. 9. n. 159.* Azor. *instit. moral. p. 1. l. 8. cap. 14. q. 7. vers. obiicitur*; vnde bene

4 Farin. *de heresi q. 93. §. 2. n. 35. ad finem.* tradit quòd is, qui recipitur ad gremium Ecclesiæ, dicitur recipi ad pœnitentiam, qui verò recipitur ad perceptionem Sacramentorum, dicitur recipi ad misericordiam, prout eum refert Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesia existent. lib. 5. cap. 30. n. 37.*

5 *Si tamen postea pœniteant, &c.*] Notatur ad hoc quòd relapsis si postea pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ deneganda non sunt, vt per Syluest. *in sum. verbo hereticus 1. num. 14. & 17.* Squillac. *in tract. de Fide Cathol. cap 27. n. 4* Sanctarel. *de heresi cap. 42. dub. vnic. n. 17. in fine.*

6 In gloss. *Deneganda. ibi. intelligitur in salute anima.* Notatur ad hoc quòd absolutio data relapso in foro Pœnitentiæ proficit ad remissionem. peccati in foro interiori, quæ nihil suffragatur in foro iudiciali, vt per Thom. Treuisan. *decis. 36. num. 16. & 17. p. 2.* Ricc. *d. cap. 30. n. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati participes, & socij criminis admittuntur in testes contra hereticos si sciunt verisimiliter veritatem deponere, & num. 2.*

3 *Excommunicatus produci valet in testem aduersus hereticum, qui aliàs non est idoneus testis.*

4 *Socij, & participes criminis possunt esse testes aduersus hereticos, defensores, receptatores & cæteros suspectos de Fide.*

5 *Testes alterius heresim testificantes si sunt criminosi, & infames etiam concurrentibus adminiculis duo non sufficiunt.*

6 *Testes singulares in crimine heresis an plenam faciant probationem, ostenditur, & num. 7.*

8 *Testes inhabiles in crimine heresis tunc demum admittuntur quando proceditur per viam Inquisitionis, secus per viam accusationis.*

9 *Lex exorbitans non est extendenda ex identitate rationis.*

10 *Statutum non extendendum ex simili ratione.*

Cap. In Fidei fauorem. V.

EXcommunicati, participes, & socij criminis admittuntur ad testificandum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores, si ex coniecturis verisimilibus, ex numero, & qualitate personarum, & ex aliis circunstantiis præsumantur non dicere falsa. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 88.* Alagona *in compendio pag. 650.* remissiuè Cas. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part 1. & 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Zanchin. *in tract. de heret. cap. 13. a num. 1* Carrer. *eod. tract. n. 104. & 118.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 64. n. 79. & 80.* Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3. q. 65. & q. 66.* Decian. *tract. crim. lib. 5. c. 35. à princ.* plures quos refert Farin. *de heres. q. 166. n. 67. cum multis seqq.* Sanctar. *in simili tract. c. 38. dub. vn. à n. 6.* 2

Excommunicati.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus produci potest in testem aduersùs hæreticum, qui aliàs non est idoneus testis, vt per Felin. *in cap. veniens, il 2, n. 4. de testib.* Philip. Porr. *lib 4 comm. opin. concl. 16.* Rojas *sing. 58.* Mascard. *de probat. concl. 705. n. 14* Cened. *ad Sextum collect 23. num. 2.* Scac. *de iudic. caus. ciuil. crimin. cap. 82. n. 2.* Farin. *in praxi crimin. part. 2. q. 56. n. 273.* 3

Et participes, vel socij criminis, &c.] Notatur ad hoc quòd possunt esse testes socij, & participes criminis aduersùs hæreticos, defensores, receptatores & cæteros omnes suspectos de Fide, vt per Repert. Inquis. *verbo testes, versic. circa prædicta,* Nauar. *in man. cap. 18. num. 58.* Cortas *lib. 5. miscel. cap 20.* Bess. *in praxi tit. de heretic. a num. 2.* Ioan. Rojas *de heretic. part. 2. assert. 7. à num. 153. & sing. 84. 189. & 192.* Simanch. *de Catholic. institut. cap. 64. à num. 36. & in enchirid. cap. 35. à num. 17. & in tractat.* contra Zanchin. *cap. 2.* Palat Rub. *in allegat. de heresi, §. 15.* Tiraquell. *de pœnis temper. causa 49. num. 24. & seq.* Villadieg. *de heret. q. 13.* Gig. *de crimine lesa maiest. lib. 2. quæst. 5. versic. tertio fallit.* Menoch. *de arbitr. casu 474. num. 28.* Spin. *in speculo testament part. 12. rubr. num. 35. & gloss. 7. in princ. num. 23.* Mascard. *de probation. conclus. 857. & concl 1311. num. 22.* Cened. *d. collect. 23. num. 1* Ludou. à Paramo de 4

de origine Inquisit.lib.3.q.6.num.97.cum seqq. Sanctar. *de haresi,cap.38.dub.vnic.num.8. cum seqq.*

5 *Ee ex numero testium*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes alterius hæresim testificantes si sunt criminosi,& infames etiam concurrentibus adminiculis duo non sufficiunt,vt per Azeued.*l.1.num.109.tit.3.lib.8.noua recop.* Tres enim testes requiruntur ad probandum quem esse hæreticum,vt docent Azeued. *d. l. 1. num. 108.cum seqq.*Menoch.*cons.149.num.12.& 13.*

6. Verùm autem testes singulares in crimine hæresis plenam faciant probationem? quæstio est dubia, cuius pars affirmatiua suadetur ex eo, quia in hoc crimine hæreticæ prauitatis per hunc text. probationes minùs legitimæ requiruntur, tum quia maius præiudicium reperitur adhibere plenam fidem personis inhabilibus,& reprobatis per leges,vt sunt excommunicati, & socij criminis,quàm personis,qui singulariter deponunt,tum quia crimen hæreticæ prauitatis cum singularibus personis committi solet.& ita occultè,vt de illo constare commodè non possit; tum denique, quia omnes hæreses in sua substantia conueniunt, eo quòd omnes ipsa Catholica Fide impugnantur,vnde licèt de diuersis testes singulares deponant,in fine tamen rei de qua agitur,censentur conuenire; & ideo hanc sententiam tenent Iacob.Butrig.*in l.Arrians, C.de heret.* Guid.Pap *p.44.*Boët. *decis.23. num.44.* Franc. Curt. *in tract.de testib. concl. 37. à num. 77.* Viu.*commun. opin.verbo Testes singulares,*Caccialup.*in repet.l.admonendi à num.* 84. vbi Ias.*n.256.* Hippol *cons.1.n. 41. 46.& 58.& cons.39.n.22.ad fin.*Anton.Gom.*var.tom. 3.c.12.n.12.*Albert.*de agnoscend.assert.c.1.q. 16.n.51.* Monticel.*in rubr.testes in crimine heresis, vers. 1. cum seqq.* Zanchin.*in tract.de heretic.cap.16.n.6.* Mench. *de success.creat.l.2.§.4.n.45.*plures refert Farin.*in praxi crimin. part.2.q.64.n.* 201.

7 Contrariam tamen sententiam affirmatiuam (quæ attento rigore iuris verior videtur) sequuntur Nell. *de testib.n.213. vers. ad probandum certum crimen heresis,* Palat *in allegat.heresis,§.12.*Simanch.*in tract.de heret. tit.64.rubr.de testib.à num.69.*Brun.*eod.tract.lib.4.c 9.* Rojas *part.2.assert.6 n.134 cum seqq.& sing.204.n.2.* Eymer.*in direct.Inquisit.p.3.q.72.n.1.* vbi Pena, *commento 121.col.1.vers. primum est*, Mascard. *de probat. conclus.856.*Menoch.*cons.82.n.139.& cons.149.n.17. & 44.*Delr.*disquis.magic.lib.5.q.9.& 10.col.mihi 448. cum seqq.*Sayr.*in claui Regia,lib.12.c.21.n.16* Ludou. Miranda *de ordine iudic.q.23 art.4.concl.vnica in fine,* Ceuall *commun.contra commun.q.721.*Morl. *in emporio iuris,part.1.tit.11.in prelud.n.51.*Ignat. del Villar. *in sylua respons.lib.1.resp.9. num.38. cum seq.& num.* 40. ampliat, etiamsi cum testibus singularibus concurrat fama publica. Less. *de iustit.lib.2.c.30.dub.4.num.33.* Sanctarel *de heresi,cap.39.dub.1.n.4.*

8 In gloss. I*nquisitionis*,ibi, *Quid si non procedat per modum inquisitionis,sed accusationis*, &c. Notatur ad hoc quòd in crimine hæresis tunc demum inhabiles testes admittuntur quando proceditur per viam inquisitionis,secus per viam accusationis,vt per Farin *in praxi crimin.p.2 q 62.n.86.*

9 In ead.gloss.ibi, *contrarium credo*, &c. Notatur ad hoc quòd lex exorbitans non est extendenda ex identitate rationis vt per Tiraq. *in tract. cessante causa p.1. n.162.& de priuil. pia causa priuileg.160.* & statutum non est extendendum ex simili ratione,vt per Tiraq. *de iure mariti,gloss.2.n.22.* 10

Cap. Præsidentes. VI.

1 Officiales alicuius Regni, Prouinciæ, vel loci, licèt sint excommunicati,& de facto tantùm, & non de iure habeant iurisdictionem,possunt tamen, & debet licitè repulsiri ab Ordinariis,vel Inquisitoribus, vel delegatis contra hæreticos,credentes,fautores receptatores,& defensores,exercere iustitiam,& suum officium, quando sine periculo moræ, vel negotij ad superiores legitimos recurri non potest. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Dominic,Monach.Franc.Viu. *in rationali l.5.p.88.*Alagona *in comp.pag.650.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Palat. *in repet.cap.per vestras,de donat.inter virum, & vxorem notab.2.§.1.n.22.* 2

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super heresi,de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hereticus, & num.2.*

3 *Annus de quo in hoc text.debet esse continuus.*

4 *Perseuerantia per annum in excommunicatione ad hoc,vt suspectus quis de heresi habeatur,debet esse cum animi pertinacia, qua includat contemptum Clauium.*

5 *Pœna corporalis imponenda non est quando ex præsumptione solùm proceditur ad condemnationem.*

6 *Contumax in excommunicatione per annum insordescens suspectus habetur de heresi, beneficiisque priuatur,vbi esset excommunicatus pro crimine.*

7 *Contumax iudicio Ecclesia habetur tanquam conuictus,& verè pertinax velut hereticus.*

Cap. Cum contumacia. VII.

Suspectus de hæresi vocatus ab Inquisitoribus,vt de Fide respondeat.& ob id quòd fuit contumax non parendo,vel se absentando excommunicatur,si per annum talem excommunicationem pertinaci sustinuerit animo, ex tunc condemnatur tanquam hæreticus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan.Andr.Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration.lib.5.pag.89.* Alagona.*in compend.pag. 650.* tenuissiuè Ximen.*in concord.part.1.& 2.* 1

Hanc eandem conclus.ex hoc text. desumunt Clar. *in §.heresis,num.21.vers.hac autem conclusio,*Simanch. *de Cathol.tit.2.num.9.& tit.24.num.2.*Menoch. *de arbitr.casu 374. num. 10.* Bursar.*cons.7.num. 23.* Sigismund.Scac.*de iudic.cap.98.num.4.& 6.*Decian.*tractat. crimin.lib 5.cap.35.num.20.vers.illud tamen,& n. 24. & cap.38.num.8.& cap.48. num.43.*Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisit.lib.3.q. 4.num.21.& 22.*Farin.*de heresi q.192.num. 14. cum seqq.* Rojas *sing. 2. num. 4. & 5.& sing. 60. num.3* Sayr. *de censur.lib.2.cap. 10. n.11.*Cened.*pract.lib.1. quast.15.*Sanctarel. *de heresi, cap.4.num.1.*Menoch.*de arbitr.casu 416.*& plures per me citati *in collect.ad cap.excommunicamus 13.num.10. cum seqq. hoc tit.in Decretal.lib.* vbi latè à *num.* 11.teneo quòd ille, qui ex alio delicto præter hæresim fuit excommunicatus,& in excommunicatione illa permansit per annum, non est habendus tanquam hæreticus, sed solùm vt suspectos de hæresi,& à *num.13.* quæ requirantur ad hoc, vt quis dicatur insordescens in excommunicatione ad affectum vt suspectus habeatur de hæresi,priuetúrque beneficiis. 2

Per annum.] Significat annum debere esse continuum,vt docent *in præsenti* Gemin.*num.9.* & Franch. *num.2.*Seraphin.*decis.1285.num.4.cum seqq.* Ricciul. *de iure personarum, lib.4. cap.8.num.5.* Sanctarel. *de heresi cap.4.num.6.in fin.*Sayr.*de censuris lib.2.cap.10. num.5.* 3

Animo

4 *Animo sustineat pertinaci.*] Ergo perseuerantia per annum in excommunicatione ad hoc vt suspectus quis de hæresi habeatur, debet esse cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, ita Rot. *decis.* 196. *num.* 5. apud. Farin. *tom.* 2. *consil.* & *decis* 838. *num.* 1. apud eundem *in* 1. *collect. nouissimarum*, *alias part.* 4. *diuers.* & *decis.* 132. *num.* 7. apud eundem *part.* 1. *recent.*

5 In gloss. *Vehementer.* Notatur ad hoc quòd non est imponenda pœna corporalis quando ex præsumptione solùm proceditur ad condemnationem, vt per Tiraquel. *de pœn. tēp. causa* 27. *n.* 10. vbi intelligit de præsumptione hominis, & non de præsumptione legis.

6 In gloss. *Hæreticus.* ibi, *sic* & *in aliis criminibus*, &c. Notatur ad hoc quòd contumax in excommunicatione per annum insordescens suspectus habetur de hæresi, beneficiisque priuatur quandocumque esset excommunicatus pro crimine, secus si pro causa ciuili, vt per Duen. *reg.* 153. *vers. quartò amplia*, Couar. *in c. alma p.* 1. §. 7. *num.* 10. *vers. tertiò*, Menoch. *de arbitr. casu* 417. *n.* 6. Farin. *fragmen. crimin. part.* 1. *lit.* C. *num.* 289. Sayr. *dicto cap.* 10. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.* 101. *cum seqq.*

7 In ead. gloss. in addit. ibi, *licèt habeatur pro conuicto*, &c. Notatur ad hoc quòd iudicio Ecclesiæ habetur contumax tanquam conuictus, & verè pertinax velut hæreticus, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumptionem si iterato labitur, licèt non fuisset probatum plenè, relapsus dicitur, secus si leuis erat præsumptio.*

2 *Relapsus hæreticus dicitur is, qui de vehementi suspicione hæresis abiurauit, etiamsi de primo lapsu per plenas probationes non fuerit conuictus si post abiurationem de vehementi in hæresim incidat.*

3 *Relapsus hæreticus probatur ex eo, quòd post hæresim abiuratam in eandem incidisse conuictus est.*

4 *Suspicio etiam vehemens non sufficit ad condemnandum de hæresi.*

5 *Relapsus non est ille, qui primò de leui abiurauit. quamuis post huiusmodi abiurationem de hæresi fuerit conuictus.*

6 *Culpabilis in vno articulo hæresis, generaliter postea abiurando, relapsus dicitur si committit etiam in alium articulum separatum, & num.* 7.

8 *Abiurans primò non simpliciter, aut generaliter, sed vnam tantùm hæresis speciem, non habetur pro relapso si in diuersam speciem hæresis inciderit.*

9 *Debitorum liberatio facta pro forte extenditur ad omnia accessoria.*

10 *Religiosus dicitur qui post abiurationem hæresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur facto, vel verbis hæreticis communicat, & num.* 11.

12 *Fautores hæreticorum non dicuntur illi, qui hæretico in extrema, vel graui necessitate constituto ob Dei amorem eleemosynam præbent.*

13 *Testis in causa hæresis falsum deponens, licèt periurus sit, probat dicendo contrarium, dum tamen ex indiciis constet dictum non corruptionem, sed veritatem continere, & n.* 14. *& declaratur, num.* 17.

15 *Testimonij correctio ex internallo interuenientibus coniecturis de quibus in hoc §. admittitur, in quo Fidei fauor consideratus consistit.*

16 *Text. in præsenti limitat regulam* cap. præterea, de testib. cogend.

18 *Inquisitores super hæresi deputati non se intromittunt de diuinationibus, vel sortilegiis non sapientibus hæresim manifestam, & num.* 19.

20 *Diuinationes quæ & quot sint eius species, remissiuè.*

21 *Doctores referuntur de sortilegiis agentes.*

22 *Dæmones inuocare, & eos consulere etiam sine adoratione, & exhibitione honoris, est hæreticale sortilegium.*

23 *Sortilegium est hæreticale, quando aliquis puer rebaptizatur.*

24 *Inquisitores non possunt se intromittere ad cognoscendum, an sortilegia sapiant hæresim manifestam.*

25 *Inquisitores hæresis de quæstionibus vsurarum se intromittere non possunt, & n.* 26.

27 *Inquisitores possunt compellere heredes functorum hæreticorum, qui tamen hæretici non erant, ad implendam pœnitentiam iniunctam in bonis temporalibus, secus si mortui sint antequam fuerit pœnitentia iniuncta.*

29 *Bona verè hæreticorum, non autem de hæresi suspectorum, sunt publicanda.*

30 *Hæreticum quem fuisse potest declarari post ipsius mortem ad finem confiscationis, & n.* 31.

32 *Hæresis in crimine post mortem hæretici infra* 40. *annos potest procedi etiam ad confiscationem bonorum.*

33 *Clerici instruentes hæreticos ne inquisitores veritatem inuestigent puniri possunt per eos, & Religiosi grauius puniuntur, & n.* 34.

35 *Inquisitionis Officiũ impedientes in punitione hæreticorum dicuntur eorum hæreticorum fautores.*

36 *Hæreticos instruentes ad celandam veritatem quando fuerint examinati, & ad negandam hæresim, quam tenent, dicuntur eorum fautores, & pœna arbitraria puniuntur.*

CAP. Accusatus. VIII.

Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumptionem, si iteratò labitur (licèt non fuisset plenè probatum) censetur relapsus ex quadam iuris fictione, & punitur pœna relapsorum. Si autem suspicio fuit leuis, & modica non censetur relapsus sed lapsus, & licèt sit grauiter puniendus, non tamen debet relapsorum pœna puniri. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 89. Alagona *in cōpend. pag* 651. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Magna, & vehemens suspicio, &c.] Notatur ad hoc quòd hæreticus relapsus dicitur is, qui de vehementi suspicione hæresis abiurauit, etiamsi de primo lapsu per plenas probationes non fuerit conuictus, si post abiurationem de vehementi in hæresim incidat, vt per Syluest. *in summ. verbo hæreticus* 1. *num.* 15. Mascard. *de prob. conf.* 863. *num.* 3. & 4. Martin. Delrio *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 12. quos refert, & sequitur Sanctarel. *de hæresi cap.* 42. *dub. vnico*, *num.* 6. *in princ.* 2

Et postea committit in ipsa.] Ergo relapsus hæreticus quis probatur ex eo quòd post hæresim abiuratā in eandem incidisse conuictus est, vt per Peniam *in directl. Inquisit. p.* 2. *q.* 55. *n.* 4. Aloys. Ric. *in collect. dec. p.* 1. *collect.* 123. Mascard. *de probat. concl.* 863. *n. n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 14. *q.* 2. Sanctar. *de hæresi c.* 42. & citatos *in collect. ad c. ad abolendam* 9. *num.* 15. *cum seqq. hoc tit. in Decretal.* Hæreticus enim non auditur de correctione si geminata vice cecidit, secundùm Mascard. *concl.* 838. *n* 9. 3

Licèt ante, &c.] Notatur ad hoc quòd suspicio etiam vehemens non sufficit ad condemnandum de hæresi, vt docent *in præsenti* Archid. *ante num.* 1. *versic.* 4

vehementis, Gemin. *num.* 1. *vers. nota quod propter vehementem*, & Franc. *n.* 1. & 2. Paris. *cons.* 2. *n.* 91. & 99. *lib.* 4. Simanch. *de Cathol. tit.* 50. *n.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 100. *num.* 11. & alios citatos per Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. l.* 5. *c.* 11. *n.* 21. Farin. *de hæresi q.* 187. §. 3. *n.* 38.

5 *Si autem leuis*, &c.] Notatur ad hoc quòd relapsus non est ille, qui primò de leui abiurauit, quamuis post huiusmodi abiurationem de hæresi fuerit conuictus, vt per Carrer. *in tract. de hæret. num.* 159. Squillac. *de Fide Catholica. c.* 31. *num.* 2. Rojas *sing.* 1. *n.* 26. Hieron. Gabr. *cons.* 160. *n.* 23. & *seq. lib.* 1. Sanctarel. *d. c.* 42. *dub. vnic. num.* 6. *in fine.*

§. Eum verò.

6 Hæreticus in vna specie hæresis, vel secta, vel in vnu articulo, vel Sacramento, & deinde specialiter, & generaliter abiurat hæresim, si postea in aliam speciem hæresis, vel sectam incidit, vel alio articulo, aut Sacramento, iudicatur vt relapsus in hæresim. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

7 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Rojas *sing.* 172. *n.* 3. *in fin.* & *num.* 7. Bursat. *cons.* 7. *n.* 40. *l.* 1. Simanch. *de Cathol. instit.* 57. *n.* 4. & *in enchir. tit.* 60. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 863. *num.* 5. Decian. *tract. crim. l.* 5. *c.* 56. *n.* 2. & *n.* 13. & 14. Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 2. *q.* 40. *n.* 5. *in princ.* & *q.* 55. *n.* 13. *versic. eum vero*, & *n.* 14. & *q.* 57. *n.* 4. Farin. *de hæresi q.* 195. §. 1. *num.* 42.

8 In gloss. *Simpliciter.* ibi, *per hæc verba puto quòd si adiurasset*, &c. Notatur ad hoc quòd si quis primò non simpliciter, aut generaliter, sed vnam tantùm hæresis speciem adiurauerit, tunc non habetur pro relapso si sic specialiter abiurans in diuersam speciem hæresis inciderit, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 2. *q.* 40. *n.* 5. *vers. secus si tantum*, vbi Penia *commento* 65. *lit.* D. Dec. *d. lib.* 5. *cap.* 47. *num.* 10. *versic. quod quidem*, Menoch. *cons.* 82. *n.* 156. *cum seqq.* Farin. *de hæresi q.* 195. §. 1. *n.* 43. vbi *num.* 44. plures contrarium tenentes refert, & *num.* 45. subdit hodie disputationem hac de re factam cessare; quia semper hæretici pœnitentes adiurant generaliter etiam quòd in vnam tantùm hæresim inciderint, idem refert Sanctarel. *de hæresi c.* 42. *dub. vnico*, *num.* 2.

9 In gloss. *Iudicari.* ibi, *illa locum habent in non connexis*, &c. Notatur ad hoc quòd liberatio debitorum facta pro sorte extenditur ad omnia accessoria, vt per Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 3. *num.* 33

§ Ille quoque.

10 Ille, de cuius lapsu in hæresim ante, vel post abiorationem constat, si postea hæreticos recipiat, deducat, visitet, vel associet, aut dona, vel munera eis donet, vel mittat, vel fauorem impendat, qui excusari non possit, etiamsi sine adoratione, vt dicunt, meritò iudicatur, vt relapsus, quia id fit ex consequentia probati erroris. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

11 Hanc eandem conclus. firmant Bursat. *cons.* 7. *n.* 36. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 82. *n.* 148. Sanctarel. *de hæresi c.* 42. *dub. vnico*, *n.* 3 Mascard. *de prob. concl.* 863. *num.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 14. *q.* 3. Penia *in direct. Inquisit. q.* 2. *q.* 55. *schol.* 81 & 83.

12 In gloss. *Non possit.* ibi, *putà propter necessitatem famis*, &c. Notatur ad hoc quòd fautores hæreticorum non dicunt illi, qui hæretico in extrema, vel graui necessitate constituto ob Dei amorem eleemosynam præbent, non vt illi in hæresi faueant, vt per Nau. *in man. c.* 27. *num.* 55. Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 39. Sanctarel. *de hæresi c.* 11. *dub.* 2. *n.* 18.

§. Licèt.

Testis periurus licèt post pœnitentiam repellatur, tamen in causa hæresis si vult corrigere suum periurium deponendo contra se, vel alios suos complices si manifestis indiciis apparet talem non ex leuitate animi, vel fomite odij, vel corruptione pecuniæ, sed solo Fidei Catholicæ zelo suum dictum corrigere, nisi aliud obsistat, in fauorem Fidei admittitur. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati. 13

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Felin. *in cap. cum in tua*, *n.* 7. *de testib.* & *in c. per tuas*, *il* 1. *n.* 9. *de simonia*, Villadieg. *de hæret. prauitate*, *q.* 13. *n.* 12. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 9. *vers. ex his*, Simanch. *de cathol. instit. cap.* 64. *a num.* 56. *cum seqq.* Rojas *de hæret. part.* 2. *assert.* 9. *n.* 140. & *sing.* 194. *vers. sed speciale est in crimine hæresis*, & *sing.* 206. *vers. sed in causis hæreticæ prauitatis*, Rebuff. *in tract. de reprobat. testium*, *n.* 143. *versic. fallit primò*, Menoch. *de arbitr. casu* 108. *num.* 13. Mascard. *de probat. conclus.* 857. *num.* 5. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 3. Cened. *ad Sextum collect.* 5. *num.* 2. Sayr. *in claui Regia*, *lib.* 12. *c.* 21. *num.* 8. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 62. *num.* 62. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 66. *n.* 157. *cum seq.* & *de hæresi q.* 188. *num.* 86. *cum seqq.* obseruantes data repugnantia in duplici vnius testimonio in causa hæresis non priori, sed posteriori credendum esse. 14

Vnde infertur primò fauorem Fidei consideratum in hoc text. non consistere in eo vt periurij in causa hæresis ad testimonium dicendum admittantur, sed in eo quòd in eadem causa hæresis admittatur correctio testimonij ex interuallo interuenientibus coniecturis, de quibus *in hoc* §. quæ ad talem effectum requiruntur, patet si expendas verbum, *postmodum* de quo *hic*, interuallum, & temporis dilationem importare, iuxta doctrinam Bart. *in l.* 1. §. *diuus*, *ff. de quæstionib.* tradit communis ex Cou. *citato loco*, ac proinde quocunque tempore posterius testimonium proferatur, si coniecturæ supradictæ interueniant, reuocabitur prius, cui necessariò standum erit, iuxta quam considerationem decisio text *in præsenti* non procedit in crimine læsæ maiestatis, vel in aliis exceptis criminibus, in quibus fauor Fidei non apparet, nec zelus illius, qui fundamentum est istius decisionis, ita in specie aduerti Felin. *in c. per tuas*, *il* 1. *num.* 3. *de simonia*, Aym. *cons.* 6. *n.* 58. licèt contradicat Gig. *de læsa maiestate tit. quomodo*, & *qualiter probetur q.* 11. 15

Secundò infertur textum *in præsenti* solummodo limitando corrigere regulam text. *in c. præterea*, *de testib. cogendis.* quæ in causa hæresis per hunc text. limitatur, non verò limitare regulam text. *in cap. testimonium*, *de testib.* dum periurus inhabilis redditur ad testificandum, quæ quidem regula in prædicta causa hæresis salua manet. si expendas causam hæresis in qua propter illius grauissimum præiudicium cautius quàm in aliis proceditur, requirere probationem concludentem ad veritatem rei de qua agitur concludendam, & ita illa non admitti, quæ talis non est, & ex qua oppositum resultat, constat autem talem probationem ex testimonio periurij non resultare, sed magis oppositum, propter quod in reliquis causis periurus omnino redditur à iure inhabilis ad testimonium dicendum. Vnde nil mirum si in causa hæresis testimoniũ periurij quatenus tale est nequaquã recipiatur, prout in effectu explicat Simãc. *de Cathol. c.* 64 *n.* 83. & *c.* 51. Corras. *lib.* 5. *miscel. c.* 10. Palat. *in alleg. hæresis*, §. 12. *ad fin.* ac proinde cùm in hac specie de qua agimus, non consideretur 16

periurum

perfurum simpliciter propter correctionem . quæ in hac specie permittitur, meritò in fauorem Fidei tale testimonium posteriùs recipitur.

17 Tertiò infertur textum *in præsenti*, solùm esse intelligendum casu, quo per posterius dictum crimen proprium, & sociorum, quod dicens tacuerat, reuelatur; secus verò si posterior testificatio negaret culpam, quæ antea per priorem erat reuelata. Patet si expendas in priori casu ex cognitione propriæ culpæ, & confessione eius apud iudicem maximam resultare veritatis præsumptionem, & ostendi verum pœnitentem, minimè verò in posteriori, casu, ac subinde considerata Christianæ Religionis pernicie, quæ in occultando tali crimine consistit, non erit mirum si posteriori casu priori testimonio stetur, prout in specie resoluunt plures, quos refert, & sequitur Couar. *vbi supra num.9 in fine*, Simanch.*d.cap.64.num.60.& in praxi cap.36.num.4.* Pro quibus expendi possunt verba huius text. ibi, *contra se, & alios suos complices deponendo*, iunctis verbis præcedentibus, *tam de se, quam de aliis super facto hæresis*, &c. quæ quidem verba maximum mihi faciunt fundamentum ad supradictam differentiam constituendam, licèt aliud teneat Simanch. *vbi proximè*; nec refragatur text. *in cap. litteras, vers. quamquam vero similibus, de præsumpt.* satisfit enim si aduertas text. illum procedere quando dictum extraiudiciale est, & ex coniecturis probabile videtur, nec vnum alterum dictum esse verosimile.

§. Sanè.

18 Inquisitores non debent se intromittere, nec punire exercentes diuinationes, & sortilegia, nisi manifestè sapiant hæresim, sed relinquant eos puniendos suis iudicibus. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

19 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Paul. Grilland.*de sortileg.lib.2.q.11.* Eymeric.*in direct. Inquisitor.part.2. cap.42.* vbi Penia *comm.67.* Simanch.*de Cathol.instit.c.62.* Perez *l.9.tit.1.lib.8.Ordin.pag.11.* remissiuè Salzed.*ad Bernard.in pract.c.107.aliàs 110. litt. A.vers.& generaliter, in nouiss.impress.* Azeued. *l.5.num.14. cum seqq.tit.1. lib.8. noua recopil.* Aloys. Ricc.*in collect.decis.p.4.collect.1378.* Mart.*de iurisdict. part.2. cap.12.* Azor. *instit.moral.p.1.lib.9. c.26.q.4.* Soar.*de Religione tom.1.lib.2. de superstit.cap.19.n.11.* Farin.*in praxi crimin.p.1.q.20.num.79.cum seqq.& in tractat.de hæresi q.181.à num.91.* Emman.do Valle *de incant.& ensalmis opuscul.1.sect.3. cap.1.num.2.& 3.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.c.38.n.92.* Martin. Delri.*disquis.magic.l.5.sect.2. sub.vers.septimò requiritur.*

20 *Diuinationibus.*] De Diuinationibus, quæ, & quot sint eius species? Vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.34.c.3.de generali diuinationis prohibitione,& c.15.* Petr. Binsfel. *de confess. malef.prælud.25. causa 3.vers. diuinat.& in rub. C.de malefic.& mathem.notab.9.* Lxl. Zechi.*in sum.tit.de Fide c.15.de superstit.diuinatiua,& c.21.de diuinat.* Iacob.de Graff.*in aureis dec.p.1.lib.2. c.3.à n.6.* Card. Tolet.*in instruct.Sacerdot.lib.4.c.15.* Auiles *ad cap.53.Prætorum in gloss.adeuinos.* Gregor.de Valentia *2.2.q.95. disp.6.q.12.* Azor.*institut. moral. p.1.lib.9.cap.24.* Raph.de la Torre *in 2.2.tom.2.q.95. art.1.cum seqq.* Martin. Delr.*disquisit.magicar.l.4.c.2. q.1.4.3.6.& 7.* Soar.*de Relig.tom.1.lib.2.de superstit. c.7.8.& 10.* Lessi.*de instit.lib.2.cap.43.dub.3.* Sanch. *d.lib.2.c.38 à n.12.*

21 *Sortilegiis.*] De iis latè Paul. Grilland.*in speciali tract. de sortileg.* Petr.Greg. *d.lib.34. cap.1. cum seqq.* Bossi. *in praxi tit.de sortileg* Lancer. Contard.*in templo omnis iudic.lib.1. cap.1.§.3.de obligat. imperat. verbo sortilegia contraro à num.1.* Martin. Delr.*disquisit.magic.part.1. lib.3. q.1. cum seqq. & lib.4.cap.4.q.1.* Azor.*d.lib.9. cap.21.* Soar.*d.lib.2.cap.38.à num.56.* Fr. Raph.de la Torre *d.tom.2.q.95. art.8.pag. mihi 330.* Lessi.*d.lib.2. cap.43.dub.9.* Hortens. Caluacan.*de brachio Regio p.2. num.84.* Farin.*d.q.20. à num.72. & de hæresi q.181.* Emman.do Valle *d.opusc.1.sect.3.cap.1.num.2.& c.3. num.28. & cap.5.num.31.& 32.& cap.6.num.5.10. & 32.* Sanch.*d.cap.38.à num.56.* plures ex antiquioribus quos refert Cened. *ad Decretum collectan. 21. num.1.*

22 In gloss. *Saperent*. ibi, *dæmones consulere*. Notatur ad hoc, quòd inuocare dæmones, & eos consulere etiam sine adoratione, & exhibitione honoris est hæreticale sortilegium, vt per Martin. Delri.*d.lib.5. sect.15.in fine vers dico sexto*, Azor.*p.1.lib.9.cap.23.in princ.* Farin.*d.q.181. §.2. num.72. cum seqq.* vbi latè disputat.

23 In ead. gloss. ibi, *puerum baptizant*, &c. Notatur ad hoc, quòd hæreticale est sortilegium quando aliquis puer rebaptizatur, vt per Simanch.*de Cathol.tit. 30.n.15.* Dec.*lib.5.c.17.vers.item quando interuenirct rebaptizatio*, Martin. Delr. *d.sect.15.vers.dico quartò*, Farin.*d.q.181.n.23.*

24 In gloss. *Manifestè*.ibi, *in dubio cum hoc casu non habent iurisdictionem*, &c. Notatur ad hoc, quòd Inquisitores non possunt se intromittere ad cognoscendum an sortilegia sapiant hæresim manifestè, vt per Simanch. *de Catholicis instit.tit.30.n.20.* Nauar.*cons. 4.incip.Verum Inquisitores num.4.sub hoc.tit.* Eymeric. *in direct.Inquisitor.p.2.q.41.n.7.* Decian.*lib.4.cap.23. num.9.* Rojas *sing.110.num.1.& 2.* Iacob.de Graffis *d. lib.2.c.3.n.21.* Martin.Delri. *disquis.magic. lib.5.sect. 15.* Emman.do Valle *d.opusc.1.sect.3.cap.6.n.1.* Farin. *de hæresi q.181.§.4.n.95.*

§. De quæstionibus.

25 Inquisitores non possunt se intromittere in causis vsurarum, etiamsi sint contra illos, quibus pro crimine hæresis iniunxerunt restitutionem vsurarum, & illi obligarunt se, & sua bona. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

26 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Simanch. *de Cathol.instit.tit.66.de vsuris n.3.& in enchirid.tit.8.n.6.* Syluest.*verbo hæreticus §.2.n.5.* Perez *l.1.tit.2.lib.8.Ordinam pag.38.col.2.* Zanchin. *de hæretic.cap.35.n.1.* Carrer.*in simili tract.n.76.* Decian. *tract.crimin.lib.5.c.23.num.4.* Farin. *de hæresi q.186. §.2.n.42.cum seqq.*

§. Si vero.

27 Fautor hæreticorum, non tamen hæreticus quando promisit Inquisitoribus, & obligauit sua bona ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores iniungere vellent, si moritur antequam iniungatur ei pœnitentia, hæres mortui non potest cogi ad satisfaciendum; si verò antequam moreretur fuit pœnitentia iniuncta, nondum tamen peracta, & pœnitentia erat complenda in bonis temporalibus, tunc hæres debet cogi ad explendam talem pœnitentiam, quia iam bona transierunt cum hoc onere. Colligunt Doctores *in princ.text.* citati.

28 *Quam Inquisitores ipsi iniungere vellent.*] Vide Simanch.*de Catholicis instit.c.4.n.4.*

29 *Eius heredibus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd bona verè hæreticorum, non autem de hæresi suspecto-

rum sunt publicanda, vt per Menoch. *cons.* 195. *n.* 16. *cum seqq.*

§. In eo verò casu.

30 Aduersùs hæreticos iam demortuos potest per sententiam declaratoriam ad confiscationem bonorum procedi. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

31 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Simanch. *de Catholicis instit. cap.* 4. *num.* 4. Gondisalu. *in tract. de haret. q.* 22. *per totam.* Clar. §. *haresis num.* 21. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 57. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 6. Bursat. *cons.* 43. *num.* 2. *lib.* 1. Roland. *cons.* 8. *n.* 41. & 58. *lib.* 3. vbi verum dicit quamuis ante mortem non fuerit accusatus, Sanctarel. *de haresi cap.* 20. *dub. vnico n.* 2.

32 In gloss. *Post mortem.* ibi, *intellige hoc vsque ad* 40. *annos*, &c. Notatur ad hoc, quòd infra quadraginta annos potest in crimine hæresis post mortem hæretici procedi etiam ad confiscationem bonorum, non autem vltra, vt per Simanch. *de Cathol. instit. cap.* 17. *n.* 7. Brun. *de haret. lib.* 5. *c.* 17. Gom. *de delictis c.* 1. *à n.* 81. Decian. *d. c.* 57. *num.* 12. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 10. *n.* 82. & *q.* 25. *à n.* 159. Sanch. *in pracepta Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 40.

§. Sacerdotes.

33 Clerici, qui impediunt instruendo citatos hæreticos vel eorum credentes de veritate celanda, vel dicenda falsitate, vel eos indebitè liberando, possunt ab Inquisitoribus castigari debita pœna, vt in carceratione, vel alia prout culpa exigit; si verò sint Religiosi sunt immutandi, vel grauiori pœna puniendi quàm laici, si inuenti sint deliquisse in hæresi, vel consimilibus. Colligunt Doctor. *in princ. text.* citati.

34 Hanc eandem conclusionem ex hoc §. desumunt, Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo clericus n.* 9. & *in verbo fautores num.* 7. & *in verbo suspicio num.* 13. Campeg. *in addit. ad Zanchin. de haret. cap.* 20. *litt. A. verbo suspecti in* 4. *casu*, Eymer. *in direct. inquisit. p.* 2. *q.* 56. *num.* 4. vbi Penia *comment.* 81. *litt. A in fine, vers. in quarto casu*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 56. Farin. *de haresi q.* 182. §. 1. *n.* 8.

35 *Seu eos indebitè liberando.*] Notatur ad hoc, quòd impedientes sanctum Inquisitionis Officium in punitione hæreticorum dicuntur eorundem hæreticorum fautores, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 1. *q.* 54. *num.* 5. Vgolin. *de censuris Pont. reseruatis p.* 2. *in gloss. fautores in princ. n.* 5. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 15. *q.* 6. latè Farin. *de haresi q.* 182. §. 5. *num.* 69. *cum seqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

36 *In fauorem hæretica prauitatis.* &c.] Notatur ad hoc, quòd instruentes hæreticos ad celandum veritatem quando fuerint examinati, & ad negandam hæresim, quam tenent, dicuntur eorum fautores, & pœna arbitraria puniuntur, vt per Syluest. *in summ. verbo hareticus* §. 2. *num.* 16. *vers. tertium Sacerdotes*, Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 2. *q.* 56. *num.* 4. vbi Penia *comment.* 81. *litt. A. in fine, vers. in quarto casu*, Decian. *d. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 56. Farinac. *de haresi q.* 182. §. 1. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Statuta non valent per qua Inquisitorum haresis officium impeditur, vel retardatur, & n.* 2.

3 *Inquisitionis officium impedientes puniuntur ab Inquisitoribus.*

4 *Iudex secularis tenetur celeriter exequi litteras, & mandata Inquisitorum hæretica prauitatis, & illorum officium nullatenus impedire.*

5 *Inquisitionis officium directè impediri dicitur quando statutum mandat ne aliquis ciuis accusari, aut inquiri possit in crimine haresis, vel quod nullus contra alium de crimine haresis testificari audeat.*

Cap. Statutum. IX.

Vrb. IV.

Statuta loci, quæ directè, vel indirectè impedire, vel retardare possunt Inquisitorem ne procedat, non valent; & Rectores censuris compelli valent, vt statutum deferant Inquisitori, & si tale reperitur est reuocandum, vel moderandum ne impediatur, vel retardetur processus inquisitionis aliquo modo. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.* 4. *pag.* 94. Alagona *in compend. pag.* 652. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt, Syluest. *in summ. verbo hareticus* §. 2. *n.* 8. *vers. quartum domini*, Vmbert. Locat. *in iud. Inquisit. in verbo domini temporales num.* 3. & *in verbo ordinario n.* 1. Zanchin. *de hareticis c.* 31. *num.* 6. Eymeric. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 34. vbi Penia *commento* 83. *fol. mihi.* 605. & *seqq.* vbi quòd omnia huiusmodi statuta, seu leges directè vel indirectè officium Inquisitionis impedientia sunt ipso iure nulla, & ibi recensentur Summorum Pont. rescripta super hoc expressè disponentia, refert Farin. *de haresi q.* 182. §. 5. *n.* 76. 2

Per censuram Ecclesiasticam, &c.] Ergo impedientes Sanctum Inquisitionis Officium puniuntur ab Inquisitoribus, vt per Zanchin. *d. cap.* 31. *à num.* 1. Carrer. *in tract. de haret. cap.* 93. *vers. & potest punire*, Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 2. *q.* 64. *num.* 5. & *part.* 3. *q.* 36. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 57. Farin. *d. q.* 182. §. 5. *num.* 77. 3

Quod per illud Inquisitionis processus non impediantur, &c.] Tenetur enim secularis iudex litteras, & mandata Inquisitorum hæreticæ prauitatis celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, vt per Lucern. Inquisit. *verbo impedientes num.* 1. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 23. *num.* 9. Azeued. *l.* 15. *num.* 7. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua recopil.* Bobadil. *in sua politica. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 81. Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 16. 4

In gloss. *Directè.* ibi, *putà ne aliquis ciuis*, &c. Notatur ad hoc, quòd Sanctum Inquisitionis Officium directè impediri dicitur quando statutum mandat ne aliquis ciuis accusari, aut inquiri possit in crimine hæresis, item quando mandaret quòd nullus contra alium de crimine hæresis testificari audeat, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 2. *q.* 54. *num.* 1. & 3. vbi, Penia *comment.* 79. *lit. A. vers. primo*, Farin. *d. q.* 182. §. 6. *num.* 75. 5

SVMMARIVM.

1 *Inquisitorum officium non expirat morte concedentis, & n.* 2.

3 *Inquisitores contra hareticam prauitatem an sint iudices delegati, vel Ordinary remissiuè.*

4 *Citatio partis non est necessaria, vt res dicatur non integra, sed sufficit qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti,*

Cap.

Cap. Ne aliqui. X.

Gregor. IV.

1 INquisitoris officium non expirat morte concedentis, v.g. Papæ, &c. nec quoad negotia, quæ nondum erant cœpta, vel orta. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.3.pag.94.* Alagona *in compendio pag.652.* remissiuè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Simanch. *de Cathol. inst. tit.34. num.14.* Carrer. *in tract. de hæres. num.65. vers. & morte delegantis*, Eymeric. *in direct. Inquisitor. p.4. q.7. & 8.* vbi Penia *comment. 56. & 57.* Decian. *tractat. crimin. lib.5. cap.20. num.8. & cap.22. num.5. & 29.* Sigism. Scacc. *de iudic. cap.67. num.8.* Rojas *sing.114. num.3.* Farin. *de hæresi q.186. §.2. num.20.* vbi *num.21.* limitat in delegato beneplacitum Sedis Apostol. Azor. *institut. moralium part.1. lib.7. cap.28. quæst.7.* Sanch. *de matrim. lib.8. disp.28. num.34.*

3 Vtrùm autem Inquisitores contra hæreticam prauitatem iudices sint delegati, an verò Ordinarij? vide quæ dixi *ad cap. per hoc 17. infrà, hoc eod. tit.*

4 In gloss. *Incœpta.* ibi, *etiam præter citationem iurisdictio perpetuatur*, &c. Notatur ad hoc, quòd non est necessaria partis citatio, sed sufficit vt res dicatur non integra, sed cœpta, qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti, exercens quemcunque actum iudicialem, vt per Sanch. *d. disp.18. n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores quando sunt plures, singuli, vel coniunctì simul possunt cognoscere de causis, & in condemnandis vel absoluendis reis secundùm Canones anteponere debent timorem Dei respectibus humanis.*

2 *Inquisitores sunt iudices delegati ad vniuersitatem causarum, ad Fidei cognitionem pertinentium.*

3 *Inquisitores hæresis si in vna Prouincia plures deputati fuerint à Sede Apost. possũt ex speciali fauore omnes simul, vel singuli separatim procedere, nisi aliquis eorum esset in speciali causa specialiter deputatus.*

4 *Inquisitores possunt recipere hæreticos pœnitentes, illósque iniuncta pœnitentia Ecclesiæ reconciliare, & talis absolutio prodest in vtroque foro.*

5 *Inquisitores quomodo instruendi in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant.*

6 *Testium in examine in crimine hæresis vltra notarium adhibendæ sunt duæ religiosæ, & discretæ personæ, & deficiente notario, ipsius loco adhibendi sunt alij duo idonei viri.*

7 *Episcopi cùm procedunt contra hæreticos non habent necesse conuocare personas Religiosas ad examinationem testium.*

8 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem ideo subdelegare possunt quia sunt delegati Principis.*

9 *Monachus, qui in sæculo erat tabellio, potest in causis Fidei id munus obire.*

10 *Monachus effectus post assumptum tabellionatus officium non potest illud exercere.*

11 *Monachus, qui in sæculo erat tabellio, si contra prohibitionem conficiat instrumentum, illud valebit.*

12 *Monachus, qui in sæculo erat tabellio, potest implere post professionem, & signare instrumenta, quæ in sæculo confecerat.*

13 *Inquisitores quomodo instruendi circa personas per quas impediri possit, vel differri Inquisitionis negotium, ostenditur.*

14 *Inquisitionis officium impedientes compescendi sunt ad desistendum per censuras Ecclesiasticas; etiam inuocato brachio seculari.*

15 *Iudices delegati possunt inuocare auxilium brachij secularis.*

16 *Magistratus qui non obtemperat inquisitorum mandatis, & præstare auxilium recusat, potest prehendi, & iurisdictione sua priuari, & est suspectus de hæresi.*

Cap. Nisi aliqua. XI.

Clem. IV.

INquisitores plures quando sunt singuli, vel coniunctim, simul possint cognoscere causas, & in condemnandis, vel absoluendis reis secundùm Canones anteponant timorem Dei respectibus humanis, sed solerter considerent in absoluendo, ne simulatè, & fraudulenter conuertantur absoluendi, & se, & Inquisitores decipiant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin Monach. Franch. Viu. *in rationali lib.5. pag.94.* Alagona *in compend. pag.562.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.* 1

Officium est commissum, &c. Ergo Inquisitores sunt iudices delegati ad vniuersitatem, causarum ad Fidei cognitionem pertinentium, vt per Spin. *in speculo testam. gl.12. rub. n.37.* Emm. de Valle *de encantat. & ensalm. sect.3. c.1. n.6.* 2

Simul vt separatim, &c.] Notatur ad hoc, quòd si in vna Prouincia deputati fuerint à Sede Apost. plures Inquisitores hæreticæ prauitatis, possunt ex speciali fauore Fidei omnes simul, vel singuli separatim; prout eis magis expedire videbitur, procedere, vt per Sylu. *in summ. verbo hæreticus, §.2. n.10. vers. tertium in aliquib. prouinciis*, Ioan à Rojas *sing.27. à num.3. & in tract. de hæret. part.1. n.439.* Simanch. *de Catholicis instit. tit.34. num.26.* Eymeric. *in direct. Inquisitor. p.3. q.46.* vbi Penia *commento 95. fol.623. col.1.* Decian. *in tract. crim. lib.5. c.22. n.7.* Sigism. Scacc. *in tract. de iudic. cap.67. n.9.* Farin. *de hæresi q.186. §.2. num.24.* vbi *n.25.* limitat non procedere quando in aliqua speciali causa esset à Papa deputatus aliquis Inquisitor specialiter, nam tunc cùm per hanc specialem delegationem censeatur aliis habentibus generalem iurisdictionem interdicta potestas procedendi in illa causa, hoc ideo omnes alij silere debent, & solum procedet Inquisitor specialiter in illa causa delegatus. 3

Absolutionis beneficium impendatur, &c.] Notatur ad hoc, quòd Inquisitores possunt recipere hæreticos pœnitentes, illósque iniuncta pœnitentia Ecclesiæ reconciliare & talis absolutio prodest in vtroque foro, ita docent *in præsenti*, Ioan. Andr. *ante n.1.* Geminian. *sub n.2. ad finem*, & Franch. *n.2.* Zanchin. *de hæret. cap.34.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.4. num.1.* Mar. Anton. Genuen. *in praxi Archiepisc. Neap. cap.67. num.10.* Farin. *de hæresi q.192. §.4. num.52.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.3. cap.414. n.24* quos refert. & sequitur Reuerendissimus D. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.5. cap.14. num.1. & cap.15. num.1.* 4

§. Verum.

Testes quando sunt excipiendi super crimine hæresis, vel ipsum tangentibus, debent coram publico 5

notario

notario accipi, adhibendique sunt duæ personæ Religiosæ & discretæ, & si notarius commodè haberi non potest, depositiones testium per duos viros idoneos scribendæ sunt. Item Inquisitores possunt cogere ad scribendum testimonia loco notarij Religiosos. qui in seculo exercuerunt officium notarij, non obstante iure, vel regula in contrarium, sic & clericos seculares, & alios etiam, quibus est a Sede Apost. commissum. Colligunt Doct. *in princ. sext.* citati.

6 *Duas Religiosas, & discretas personas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in examine testium in crimine hæresis vltra notarium adhibendæ sunt duæ Religiosæ, & discretæ personæ, & deficiente notario ipsius loco adhibendi sunt alij duo idonei viri, vt per Simanch. *de Catholicis instit tit.* 64. *num.* 9. 21. & 22. Gundisal. *in tract. de haret. q.* 13. *num.* 18. Eymeric. *in direct. Inquisit. p.* 3. *tit. quae persona esse debent in examine testium*, &c. *à numer.* 81. vbi Penia *comment.* 20. Rojas *sing.* 187. Menoch. *cons.* 149. *num.* 18. vbi ait quòd testes contra inquisitum de hæresi, vt probent, examinari debent coram duobus Religiosis. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 4. & *cap.* 24. *num.* 26. Sigism. Scacc. *de iudic. cap.* 87. *n.* 16. Ludou à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *q.* 4. *à num.* 5. Farinac *de heresi q.* 188. §. 1. *num.* 33. vbi *num.* 34. limat non procedere in Episcopis, qui cùm procedunt contra hæreticos, non habent necesse conuocare personas Religiosas ad examinationem testium, sed sufficit eos solos cum notario testes examinare.

8 Notatur etiam ad hoc, quòd Inquisitores contra hæreticam prauitatem ideo subdelegare possunt, quia sunt delegati Principis, vt per D. Barbos. *in l. cum prætor* §. 1. *num.* 395. *ff. de iudic.*

9 *Ad conscribendas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in causis Fidei potest Monachus, qui in seculo erat tabellio, id munus obire, vt post alios resoluit Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 46.

10 In gloss. *Præmissa*. ibi. *tabellio factus Monachus non potest exercere*, &c. Notatur ad hoc, quòd Monachus effectus post assumptum, tabellionatus officium, non potest illud exercere, vt per Farinac. *fragm. crimin. p.* 1. *litt. C. num.* 216. Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 46. Si tamen aduersùs hanc prohibitionem Monachus, qui in seculo erat tabellio, conficiat instrumentum, valebit, quia nullibi inuenitur verbum tale instrumentum irritans; vt docent Syluest. *in sum. verbo tabellio, q.* 3. *dict.* 5. Couar. *pract. c.* 19. *num.* 8. *vers. quòd si Sacerdos* Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 48.

12 In ead. gl. ibi, *Quod veteres rogationes complebit*, &c. Notatur ad hoc, quòd Monachus qui in seculo erat tabellio, potest complere post professionem, & signare instrumenta, quæ in seculo confecerat, vel in suo protocollo breuiter, & succinctè conscripserat, vt postea per otium quoties opus sit, latiùs extenderet, quia complere vetera instrumenta, non est instrumenta denuo conficere, sed executio, atque consummatio instrumenti tempore habili confecti, ita docent *in præsenti*, Franch. *in* §. *ad conscribendas, in fine*, & Domin. *ibid.* Bernard. *in pract. cap.* 58. *alias* 61. *n.* 3. vbi Salzed. *litt. E. in nouiss. impress.* Marian. Socin. *de oblation. libello.* 8. *n.* 61. Nauar. *comment.* 2. *de Regularib. n.* 42. Couar. *d. cap.* 19. *n.* 8. *vers. Monachus*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *q.* 8. *art. vlt.* Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 49. vbi *n.* 50. subdit ad hoc exigi licentiam superioris, & *n.* 51. quòd potest monasterium conueniri, vt monachus antè notarius hæc instrumenta perficiat.

§. Compescendi.

13 Inquisitor potest inhibere prædicationem quæstoribus, & aliis quando ipse vult facere aliquem actum inquisitionis, vel vult prædicare hæreticis: potéstque inuocare auxilium brachij secularis ad capiendum hæreticum, vel impedientes capturam remota appellatione, non obstantibus priuilegiis sub quacunque verborum forma conceptis. Item potest facere, vt Magistratus, vel Officialis iuret seruare, & facere seruari à suis subditis omnes Constitutiones à Sede Apostol. promulgatas, ac probatas contra hæreticos, & si nolint iurare, vt infames, & fautores ac suspecti de hæresi priuari debent officio, & regimine, nec in posterum ad officium publicum assumantur. Colligunt DD. *in princ. sext.* citati.

Coercitionis expedita, &c.] Notatur ad hoc quòd impedientes quomodo libet S. Inquisitionis officiũ compescendi sunt ad desistendum à præstito impedimento per censuras Ecclesiasticas etiam inuocato brachio seculari, vt per Archid. *hic num.* 9. Ioan. Andr. *num.* 3. & Franch. *in* §. *denique num.* 1. Farin. *de heresi q.* 182. §. 5. *num.* 81. Sanctarel. *in simili tract. cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 15. *vers. item impedientes.* 14

Inuocato auxilio brachij secularis, &c.] Ergo delegati iudices possunt inuocare auxilium brachij secularis, vt per Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 1. Nauar. *in cap. cùm contingat, de rescript. remed.* 1. *n.* 1. *cum seqq.* Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 360. Mandos. *reg.* 17. *Cancel. q.* 2. *num.* 12. Auiles *ad cap.* 20. *Prætorum gl. vsurpant. n.* 27. Azeued. *l.* 15. *num.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua recop.* Bernard. Græuæ *in pract. Camera Imper. lib.* 1. *concl.* 115. *consid.* 1. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 179. Farin. *in praxi crimin. q.* 97. *num.* 86. Brunor. à Solè *in locis communib. verbo brachium seculare* 1. Mart. *de iurisdict. p.* 1. *c.* 50. *n.* 25. Ludou. Rodolph. *in tract. de brachio seculari num.* 30. 15

Ac de fide suspectus, officio, &c.] Notatur ad hoc 16 quòd Magistratus qui non obtemperat Inquisitorum mandatis, & pręstare auxiliũ recusat, potest apprehendi, & iurisdictione sua priuari, & est suspectus de hæresi, vt per Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallia tit. de litteris requisit. in princ. n.* 20. Menoch. *d. præsumpt. lib.* 6. *præs.* 6. *n.* 31. Tenetur enim litteras, & mandata inquisitorũ hæreticæ prauitatis celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire. vt resoluunt Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 23. *n.* 9. Lucern. Inquisit. *verbo impedientes n.* 1. Azeued. *ad l.* 15. *n.* 7. & 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua recopil.* Penia *in direct. Inquis. p.* 3. *commento* 85.

Statuimus insuper, &c.] Vide Sanctarel. *de heresi* 17 *cap.* 11. *dub.* 1. *n.* 15. *vers. item in cap.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Sententia contra hæreticos proferenda est de consilio peritorum.*
3 *Inquisitores non tenentur præcisè requirere consilium peritorum, sed tantùm si expedire visum fuerit eorum arbitrio.*
4 *Assessores, seu consultores S. Officij ab Inquisitoribus conuocantur, vt in causis Fidei consilium eis præbeant.*
5 *Assessores seu Consultores S. Officij debent esse personæ qualificata, prudentes, boni, in Theologia, vel iure Canonico periti.*
6 *Inquisitor in crimine heresis citare potest hæreticum absentem etiam extra territorium.*
7 *Assessores S. Officij an salarium petere possint, remissiuè.*
8 *Inquisitores heresis non tenentur Assessorum, & consultorum consilium necessariò sequi.*

9 Inquisi

9 *Inquisitores hæreticæ prauitatis,& Episcopi ex iusta causa possunt minuere pœnas etiam post sententiam.*

10 *Hæretici priuati sunt ipso iure à die commissi criminis omnibus beneficiis ecclesiasticis ante hæresim adeptis.*

11 *Episcopus punitur conferens scienter beneficium hæretico, aut hæreticorum fautoribus.*

Cap. Vt commissi. XII.

Bonif. VIII.

1 INquisitoribus,vel eorum singulis facultas concessa est committendi citationes, & denunciationes sententiarum, quas ferent contra hæreticos, credentes,receptatores,defensores,& fautores eorum, vocandi quoslibet peritos, vt eis assistant dum sententiam ferunt, & consilium dent prout iudicauerint expedire, & iniungendi ipsis peritis in virtute obedientiæ, vt super his pareant: conuocandi clerum oppidi, vel ciuitatis, prout expedierit negotio Fidei, procedendi contra illos, de quibus constat quòd deliquerunt in Fide in prouincia talis Inquisitoris, licèt deinde se transtulerint in aliam; faciendi vt eis assignentur libri, & scripta in quibus contineantur inquisitiones, & processus contra hæreticos facti per quoscunque authoritate Apostolica, vel Legatorum; mitigandi vel mutandi pœnas illorum,qui humiliter obedientes suis mandatis sunt in carcere,vel muro reclusi, si ita expedire iudicauerint, quod quidem faciendum est simul cum Prælatis,quorum iurisdictioni subsunt; priuandi, & priuatos declarandi dignitatibus,& beneficiis ecclesiasticis de consilio Diœcesanorum, vel eis absentibus,vicariorum suorum, & officiis publicis, ac honoribus quibuscunque eosdem hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & eorum filios,& nepotes. Sunt autem Diœcesani in priuando tales, vel nunciando priuatos beneficiis huiusmodi requirendi, si non constet eos legitimè, & scienter talibus eadem beneficia contulisse,tunc enim in his non requirendi, sed à suo iudice erunt puniendi. Colligunt ex Ordinar.Lap.Abbas, Archid. Gemin. Ioann.Andr.Domin. Monach. Franch. Viuian.*in ration.lib.5.pag.* 97. Alagona *in compend.pag.*553. remissiuè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2.

2 *Aduocandi quoque,&c.*]Notatur ad hoc, quòd sententia contra hæreticos proferenda est de consilio peritorum, vt per Arch. *num.* 1. Ioan. Monach. *num.* 1. Ioan.Andr.*num.*2.Gemin.*num.*2. Franch. *etiam n.* 2. *in* 2.*notab.in præsenti*,Conrad.Brun.*in tract.de hæretic.lib.*4.*c.*10.Zanchin.*in simili tract.cap.*15. *num.*1.*&* 3. Gondisalu.*eod. tract.q.*15.*num.*1. Simanch. *de Cathol. instit.tit.*41.*num.*15.Rojas *sing.*99.Eymer.*in director. Inquisit.p.*3.*q.*77.vbi Penia *commente* 126.*vers.cur autem Inquisitoribus*,Decian.*in tract.crimin.lib.*5.*c.* 24. *n.*10.*& cap.*38.*n.*10.Lud. à Paramo *de origine S.Inquisitionis lib.*3.*q.*4.*n.*55.*cum seqq.*Farin.*de hæresi q.*185. §.12.*num.*188.

3 *Prout expedierit.*] Ergo Inquisitores non tenentur præcisè requirere consilium peritorum, sed tantùm si expedire visum fuerit eorum arbitrio, de quo vide Farin.*d.q.*185.§.12.*num.*195. vbi *num.* 196. an dictis peritis consultoribus dandus sit integralis processus.

4 *Peritos quoque vt vobis assistant,&c.*] Qui quidem periti,siue assessores, seu consultores vulgò nominati, ab Inquisitoribus conuocantur,vt in causis Fidei consilium eis præbeant,vt per Lucern.Inquisit. *verbo Inqui-*
5 *sitor num.*21. *& verbo aduocatus n.*2.quem refert Ce-
ned. *ad Sextum collect.* 27. *num.* 1. & debent esse personæ qualificatæ, Simanch. *d.tit.num.* 41.*num.* 11. *&* 12. vbi quòd eligendi sunt ad hoc munus viri prudentes,boni,& periti, Decian.*d.cap.*24. *num.* 10. vbi quòd vel in Theologia,vel in iure Canonico, vel in iure Ciuili periti esse debent,& vlteriùs viri probatæ vitæ, vt corruptionis periculum tollatur,Roias *de hæret.part.* 1.*num.*404.vbi quòd consultores possunt eligi etiam laici coniugati,qui tamen sint in iure Canonico,& Ciuili periti,honesti,& prouidi viri,Direct. Inquisit.*p.* 3. *q.*77.*n.*2.vbi quòd periti conuocandi erunt Theologi, Canonistæ, & Legistæ.

Et contra illos,&c.]Notatur ad hoc,quòd in crimi- 6
ne hæresis potest Inquisitor citare hæreticum absentem etiam extra suum territorium,vt per Archid.*num.* 3.Ioan.Andr.*num.*3.*col.*2.Gemin.*num.*1. *&* 2. Farin.*d. quæst.*185.*num.*104.

Verùm autem huiusmodi assessores salarium pete- 7
re possint; examinat Eymer. *d.p.*3.*q.*77. Zanchin. *de hæreticis cap.*15.*num.*3.Lucern.Inquisit.*d.verbo aduocatus num.*3.Simanch.*de Cathol.instit.cap.*41.*num.*13. *& in enchirid.tit.* 19.*num.* 4. Roias *sing.* 15. Decian. *dicto cap.*24. *num.* 10. vbi quòd isti consultores periti non possunt exigere salarium, sed bene illud recipere.

Præbeant consilium opportunum.] Non verò tenen- 8
tur Inquisitores illud necessariò sequi, iuxta tradita per Lucern.,Inquisit. *d. verbo Aduocatus* 4. Arnald. Albertin. *de agnosc. assertion.q.* 26. *n.*11.*cum seqq.* Simanch.*d.cap.*41.*num.*4. Roias *de hæretic.*1.*num.*409. *cum seqq.& p.*2.*assert.*11.*n.*166.*& sing.*99. *vers. Inquisitores*;Azeued.*ad Curiam Pisan.lib.*4.*cap.*6.*num.* 116. Penia *in direct.Inquisit.p.*3. *schol.*132. Cened.*d.collect.* 27.*n.*2. Farin.*d.q.*185.§.12.*n.* 192. *& seq.*

Pœnam vnà cum Prælatis, &c.] Notatur ad hoc, 9
quòd ex iusta causa possunt Inquisitores hæreticæ prauitatis,& Episcopi minuere pœnas etiam post sententiam, vt per Clar. §. *hæresis num.*8. Mench. *illustr. cap.* 31.*num.*3.Penia *in direct. Inquisitor.part.*2.*quæst.* 47. *schol.*72.

Priuandi præterea,&c.] Notatur ad hoc quòd hæ- 10
retici priuati sunt ipso iure à die commissi criminis omnibus beneficiis ecclesiasticis ante hæresim adeptis, vt per Couar. *lib.*2.*var. cap.*8. *num.* 4. Penia *in direct. Inquisit.part.*3.*commento* 162. Flamin. Paris. *de resign. benefic.lib.*3.*quæst.*1.*num.*31.*&* 32.Fr.Emman. *in sum. tom.*1.*cap.* 129. *n.*3. Petr. de Ledesma *in sum.part.* 2. *tract.*1.*cap.*4.*concl.*14.Azor.*instit.moral.part.* 1.*lib.* 8. *cap.*13. *q.*3.*& part.*2.*lib.*7.*cap.*17. *in princ.* Gonzal. *ad reg.*8.*Cancell.gloss.*15.*num.*65.Farin.*fragm. crimin. part.*1.*litt.C.num.*335. *cum seq.*Sanch.*in præcepta Decalogi tom.* 1.*lib.* 2.*cap.*26.*n.*5.*cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. exist. lib.*5.*cap.*19.*num.*8.latè.Farin.*de hæresi q.*189.§.4.*num.* 69.*cum multis seqq.*

Sed potiùs à suo iudice puniendos.] Notatur ad hoc, 11
quòd punitur Episcopus conferens scienter beneficiũ hæretico,aut hæreticorum fautoribus, vt per Lambert. *de iurepatron.lib.*2.*p.*1. *quæst.* 6. *art.*6.Penia *in direct. Inquisit.part.*3.*commento* 162.*vers.secunda verò assertio*,Ricciul.*d.lib.*5.*cap.*19.*num.*5.

SVMMARIVM.

1 *Christiani ad Iudaismum transeuntes, & redeuntes, hæretici reputantur.*

2 *Iudæi sponte facti Christiani si à Fide apostatantes redeunt ad Iudaismum, reputantur hæretici, & contra illos vti hæreticos proceditur.*

3 *Iudæi facti Christiani dum erant infantes si ad Iudaismum*

Cap. Decreuit. XIV.

1 Catholicorum vxorum dotes non confiscantur propter hæresim maritorum, si quando contraxerunt matrimonium nesciebát illos esse hereticos. Colligunt ex Ordin. Archid. Geþoin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 98.* Alagona *in compendio pag. 654.* remissiuè Ximen. *in concord part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Repert. Inquisit. *verbo dotes*, Simanch. *de Cathol. institut. tit. 9. num. 66. cum. seqq. & tit. 40. num. 24.* Villadieg. *de haretic. quæst. 15. num. 9.* Zanch. *eod. tract. cap. 25. ad finem*, vbi Campeg. *in addit. lit. A.* Quantet. *in quæst. criminal. cap. 1. n. 22. vers. aut contraxit ignoranter, & num. 24. vers. aut mulier ignorabat maritum*, Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 2. §. 2. in princip.* Perez *l. 1. versic vlterius dubitatur, tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 22.* Hieron. Portoles *de consortib. cap. 37. à n. 17.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 66. n. 23. cum seqq.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 49. ff. de liberis agnos.* Penia *in direct. Inquisit. schol. 153.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 10.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 18. num. 3. cum seqq.* Sanctarel. *de hæresi cap. 9. dub 3 num. 11.* Cened. *ad Sextum collect. 13. num. 2.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 25. num. 111. cum seqq. & de hæresi quæst.*
3 *190. §. 3. num. 43* vbi *num. 45. cum seqq.* ampliat ad bona paraphernalia vxoris, ad donationes propter nuptias, ad quæsita ab vxore constante matrimonio, & ad res donatas vxori à consanguineis viri, nisi expressè fuerit tempore donationis dictum, vt marito acquiratur. Verùm Sanchez. *dict. cap. 17. n. 22.* obseruat non esse tutum extendere pœnam huius text. ad alia bona, qui in dote tantum agit, in qua est maior ratio, cùm fuerit causa contrahendi, & cuius intuitu matrimonium cum hæretico celebratum est, & ita conueniens fuit vt vxor in illius amissione puniretur, quæ ratio cessat in bonis paraphernalibus, quæ sunt extra dotem, & in aliis bonis quæ postea constante matrimonio ex accidenti acquisita sunt, nec fuerunt causa matrimonij turpiter contracti, sequitur Sanctarel. *d. cap. 9. dub. 3. num. 14.*

4 *Propter hæresim maritorum.*] Ob hæresim tamen earundem vxorum dotes confiscari posse resoluunt Couar. *de sponsal. part. 2 c. 7. § 5. n. 5.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 9. à num. 87.* Goin. *l. 78 Tauri à princ.* Clar. *§. fi. quæst. 78. num. 16* D. Barbos *in l. si constante §. fin. in princip. ff. soluto matrim.* Sanch. *d. cap 17. num. 25. cum seqq.* vbi *num. 31.* post alios, quos refert, subdit huc casu dotis confiscationem statim & absolutè fieri, nec relinquendam viro ad vitam vxoris fruendam ad sustinenda onera matrimonij.

5 *Nisi fortè mulieres, &c.*] matrimonium inter Christianum, & hæreticum an, & quando sit validum? Vide Nauar. *in man. cap. 22. num. 48. vers. tertiò*, Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 41. n. 12. vers. quartò matrimonium*, Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 11. num. 4.* Rojas *sing. 128.* Simanch. *de Cathol. institut. tit. 40. n. 17. cum seqq.* Moz. *de contract. tit. de matrimon. §. qui possunt contrahere matrimon. n. 27.* Petr. Bollo *in œconom. Canon. classi 2. cap. 4. § 7. vers. disparitas cultus.* Matien. *in rub. tit. 2. gloss. 1. n. 161. lib. 5. nouæ recopil.* Cened. *ad Sextum collect. 13. n. 3.* Ludouic. Beia. *respons. casuum Conscient. part. 4. cas. 30.* Azor *instit. moral. part. 1. cap. 11. quæs. 5. & part. 2. lib. 5. cap. 2. quæs. 2.* Sãch. *de matrim. lib. 10, disput. 15.* remissiuè Farinac. *de hæresi quæst. 190. n. 51.* inter quos, excepto Roia & Simanch. citra controuersiam est coniugium personæ fidelis cum hæretica baptizata, vel apostata à Fide, validum esse, quamuis illicitum, quia cùm matrimonium sit Sacramentum; solum petit paritatem Baptismi suscepti à contrahentibus, quamuis à Fidei professione disparitas sit, ita præter *supra* citatos docent S. Thom. *in 4. dist. 39. quæst. unic. art. 1. ad 5* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de matr. cap 23. in princ.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 168.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 72 n. 2* Basil. Ponci *de impedim. cap. 20. §. 2. vers. de coniugio.* Matrimoniũ verò contractũ à Catholico cum infideli non valere probat text. *cap. quoniam 32. dist.* ex Concil. Carthag desumptus, & alij Canones vel ex Sanctis vel ex Conciliis prouincialibus desumpti. & quãuis nullus fortasse sit Pontificis textus, quo hæc irritatio inducatur, sufficit tamen vsus Ecclesiæ ex receptissima consuetudine, & Apostolorum traditione vim legis obtinente, vt per Sot. *in 4. dist. 39. q. unic. art. 2. col. 5. vers. hoc. tamen.* Card. Bellarm. *d. cap. 23. propos. 2. & 3.* Henriq. *lib. 12. matrim. cap. 23. §. in fine*, Sanch. *d. disp. 71. num. 8.* Rebello *de obligat. instit. part. 2. lib. 3. quæst. 9. circa fin.* Quamuis Basil. Ponci. *d. cap. 20. §. vers. cæterum*, multum insudet probare lege ecclesiastica scripta tale matrimonium non subsistere.

Mulieres ipsæ, &c.] Ergo non viri, quia quamuis vir, 6
& vxor sint correlatiua, & dispositum in vno correlatiuorum, censeatur etiam in alio dispositum iuxta *l. 1 C. de cupress. lib. 10.* id tamen obtinet quando in vtroque datur eadem ratio, secus si diuersa vigeat vt in hoc casu, & ideo virum Catholicum matrimonium scienter cum hæretica contrahentem non incurrere similem pœnam amissionis bonorum. resoluunt Sanch. *d. c. 17. n. 23* & Sanct. *d. c. 19 dub. 3. n. 15.*

Quos hæreticos &c. Notatur ad hoc, quòd si vxor 7
scienter contraxit matrimoniũ cum viro hæretico, tunc in delicti pœnam priuatur dote, & applicatur fisco, vt per Peniam *in direct. Inquisit. p. 3. commento 130.* Sot. *in 4. dist. 39. art. fin. in princ.* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum §. 9. n. 11. cum seqq.* Simanch. *de Cathol. inst. cap. 9. n. 73* Sanch. *d. c. 18. à num. 17.*

Tunc sciebant. Ergo si tempore matrimonij maritus 8
erat Catholicus postea verò in crimen hæresis incidit, tunc dos, seu alia quæcunque bona ... Catholicæ non confiscantur, vt docent Palat. *in repet. d. rub. §. 66. num. 25.* Simanch. *de Cathol. inst. t. cap 9 num 66.* Segura *de bonis lucratis n. 13. & à n. 253.* Couar. *lib. 2. var. cap. 8. n. 2. & 7.* Clar. *§. fin. quæst. 78 n. 15.* Cabed. *Lusit. decis. 183. n. ... part. 1.* latè Sanch *d. cap. 17. à n. 1. vsque ad n. 16.* vbi *n. 17.* subdit cum gl. *hic verbo tunc*, quòd exigitur vt vxor tempore contractus sciat virum esse hæreticum ad hoc vt in delicti pœnam eius dos publicetur, secus si postea sciret.

In gloss. *Tunc* ibi, *ergo si tunc ignorabant, licèt postea* 9
sciuerint, non habet locum pœna, &c. Notatur ad hoc quòd fœmina contrahens matrimonium cum hæretico ignorans illum esse hæreticum, non amittit dotem suam quamuis post contractum matrimonium cognoscat maritum esse hæreticum; vt per Franch. *num. 2.* Gemin *etiam num. 2.* Ioan. Andr. Domin. & Anch. *in fine hic*, Penia *in direct. Inquis. part. 3. comment. 160. vers in hac tractatione*, Læli. Zech. *in summ tit. de Fide rub. d. hæresi c. 11. n. 16. vers. quartò ampliatur*, Farin. *de hæresi quæst. 190. §. 3. n. 52.* Sãctarel. *in simili tract. c. 19. dub. 3.* 10
num. 16. nam leges punientes incestas nuptias, & etiam Canones locum habent vbi ab initio scienter contractæ fuerunt, secus tamen si ab initio bona fide contractis nuptiis postea detecto impedimento vir & fœmina in eodem coniugali contractu perseuerant, vt per Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 19.* Duen. *reg. 150. vers. secundo limita.*

In ead. gloss. ibi *præsumuntur autem ignorare nisi pro-* 11
betur scire. Notatur ad hoc quòd in dubio præsumitur

quòd ignorans contraxerit cum hæretico & ad fiscum volentem vt dos publicetur, pertinet probare quòd scienter contraxerint, vt per Syluest. *in summa verbo hæreticus* §.1.*num*.13. Repert. Inquisit. *in verbo dotes vers. primo* Farinac. *num*.53. & Sanctarel. *num*.16. *proximè citatis locis.*

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum vsque ad secundam lineam paternam ad primam verò maternam sunt inhabiles ad beneficium ecclesiasticum, vel officium, seculare si patres ante mortem Ecclesiæ reincorporati non fuerint & num.*2.

3 *Intellige tam de natis post hæresim, quàm etiam de natis ante hæresim patris.*

4 *Generationis appellatione comprehenduntur filiæ fœminæ & nepotes.*

5 *Sententia condemnans parentes hæreticos non exigitur, vt filij, ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis, ac inhabilitatis ad beneficia.*

9 *Statutum loquens de nepotibus hæreticorum, seu reconciliatorum non habet locum in reconciliato sponte confesso promissa sibi venia.*

7 *Hæresis ascendentium non nocet descendentibus, quandocunque illi ascendentes fuerint Ecclesiæ reincorporati.*

8 *Filij hæretici pœnitentis, & ad fidem redeuntis non priuantur beneficijs, nec ad alia obtinenda inhabiles redduntur.*

9 *Statutum inhabilitans filios hæreticorum ad beneficia, comprehendit filios hæretici, etiam pœnitentis, & ad fidem redeuntis.*

10 *Filij hæretici relapsi, & traditi Curiæ secularis sunt inhabiles ad beneficia ecclesiastica, & officia, quamuis ille pœniteat, & decedat Catholicus.*

11 *Pœna contra filios hæreticorum à iure statuta locum habet propter hæresim matris.*

12 *Filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ.*

13 *Masculinum concipit fœmininum in materia pœnali, & odiosa.*

14 *Pœnæ omnes contra hæreticos eorúmque fautores, &c. statutæ, habent locum etiam in quibuscunque filiis, etiam illegitimis, & spuriis.*

Cap. Statutum. 15. XV.

1 Filij hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum, ex paterna linea vsque ad secundum gradum, ex materna vsque ad primum, non possunt habere beneficia, vel officia, & intelligitur quando parentes vt tales, id est, hæretici, mortui sunt, secus quando constat eos fuisse emendatos, & reincorporatos Ecclesiæ, & ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam proculpa egisse, vel paratos ad eam recipiendam fuisse. Colliguntex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib*.5. *pag*. 98. Alagona *in compend. pag*.654. remissiuè Ximen. *in concord. part*.1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gomez *tom*.3. *var. cap*.2. *num*.4. Decian. *in tract. crimin. lib*.5. *cap*.45. *n*.5. *in fin. vers. & hoc intellige*, Molin. *de iustit. num*.3. *disp*.658. *num*.29. *vers filij tamen*, Azor. *instit. moral. part*.1. *lib*.8. *cap*.13. *post q*.8. *in perin* 8. *hæreticorum*, & *part*.2. *lib*.6. *cap*.4. *in princip*. Soar. *tom*.5. *de censur. disp*.43. *sect*.3. *n*.1. Farinac. *fragment. crimin. part*.1. *litt*. C. *n*.350. & *de hæresi q*.191. *n*.51. Sanctarel. *in simili tract. cap*.34. *n*.12. Sanch. *in præcepta Decalogi lib*.2. *cap*.27. *num*.2. *& in seqq.*

3 *Ipsorúmque filij.* Intellige tam de natis post hæresim quàm etiam de natis ante hæresim patris, vt tenent Perez *tit*.7. *lib*.8. *Ordin. pag* 197. Menoch. *de præsumpt. lib*.5. *præsumpt*.33. *n*.24. Farin. *in tract. de hæresi q*.91. §.2. *n*.57. & 58. censuit Rot. *in Conchen. pensionis* 9. *Martij* 1598. coram Peregrino, vbi argumentis contrariæ partis sigillatim respondet, prout eam refert Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib*.5. *cap*.30. *num*.27.

4 *Vsque ad secundam generationem.* Ergo generationis appellatione comprehenduntur filiæ fœminæ, & nepotes, vt per Tiraquel. *de retractu lig*. §.1. *gloss*.9. *n*.241. Menoch. *de præsumpt. lib*.4. *præsump*.84. *n*.26. & *conf*.331. *n*.12. Chald. Pereira *de potest. eligendi cap*.15. *num*.27. & 28. Aloys. Ric. *in praxi rerum fori eccles. decis*.117. *num* 5. *in prima editione.*

5 *Qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur.* Ergo non exigitur sententia condemnans parentes hæreticos, vt filij, ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis; & inhabilitatis ad beneficia, sed satis esset si vel per euidentiam facti, vel per propriam confessionem parentum in iudicio constet parentes fuisse hæreticos, fautores, defensores, aut receptatores hæreticorum, vt per Soar. *tom*.5. *de censur. disput*. 43. *sect*.3. *num*.2. Sayr *de censur. lib*.6. *cap*.10. *num*.40. Sanctarel. *de hæresi cap*.34. *dub*.2. *num*.13. Sanch. *in præcept. Decalogi tom*.1. *lib*.2. *cap*.27. *num*.28.

6 *Quos emendatos esse constiterit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd statutum loquens de nepotibus hæreticorum, seu reconciliatorum, non habet locum in reconciliato sponte confesso promissa sibi venia, vt per Put. *decis*.526. *lib*.2. Nam hæresis ascendentium non nocet 7 descendentibus quandocunque illi ascendentes fuerint Ecclesiæ reincorporati, vt citato hoc text. censuit Rota *in Colimbricn. Canonicatus* 13. *Iunij* 1616. coram Card. Sacrato, vbi etiam fuit dictum non esse faciendam distinctionem inter sponte confessum & condemnatum, de qua Caputaquen. *decis*.69. *num*.6. *part*.2. & eadem Rot. *decis*.105. *p*.3. *lib*.2. *diuers*. qui loquuntur in terminis statuti Ecclesiæ Hispalen. inhabilitantis nepotes reconciliatorum, & concludunt statutum esse intelligendum strictè, & sic de nepotibus tantùm illorum, qui fuerunt reconciliati post condemnationem, quapropter dictæ decisiones coarctant statutum Hispalen. emanatum contra descendentes reconciliatorum. non autem ampliant pœnas iuris communis contra eosdem.

8 Vnde filius hæretici pœnitentis, & ad Fidẽ redeuntis non priuatur beneficiis, nec ad alia obtinenda inhabilis redditur, etiamsi eorum parentes ante perfectam pœnitentiam obierint, dummodo tamen parati essent ad eam recipiendã, resoluunt Carret. *de hæretic. n*.241 *vers. limita nisi pater*, Gundisalu. *eodem tract. q*.23. Paris. *cons*.2. *n*.185. *lib*.4. Surd. *cons*.368. *n*.14. Didac. Quanter. *in quæst. crimin. tit. de hæretic. cap*.1. *n*.11. *vers. quod supra dictum est* Decian. *in tract. crimin. lib*.5. *c*.45. *n*.5. *vers. limita tertio*, Sanch. *d. lib*.2. *cap*.27. *n*.26. Ricciul. *d. lib*.5. *cap*.30. *num*.41. vbi etiam post Verall. *decis*.96. *n*.7. *part*. 2. subdit illos tamen comprehendi 9 sub statuto inhabilante filios hæreticorum ad beneficia. Farin. *de hæresi quæst*.191. §.2. *num*.64.

10 Verùm autem pœna, de qua in hoc text & alibi, locum habeat in filiis hæretici relapsi, & traditi Curiæ seculari, qui tamen pœnituit, & decessit Catholicus? Ex dictis videbatur dicendum talium filios pœnas huiusmodi effugere, quòd tanquam æquius probant *l. in* Ioan. Andr & Gemio. *in* §. *hoc fane n*.2 [illegible] *cit*. Repert. Inquisit. *verbo filij* §. *nunc*, Alphons. Moralu. *ad leges Castellæ l*.2. *tit*.26. *part*.7. *vers. est ergo conclus*, Surd. *conclus*.346. *num*.24. & alij citati per Sanctarel.

de

de heresi cap.34. dub.1. n.17. in princip. Verùm licèt hæc sententia probabilitate non careat, contraria tamen receptior est, illámque expresse tenent *in præsenti* Anchar.*n.1.in fine*, Ioan.Andr.*num.5.* & Franch.*num.4. vers.in gloss.verbo rei incorporatus*, Simanch.*de Cathol. institut tit 29.n.17.vers.sed,re attentius perpensa*, Bursat.*cons.289.num.16.& seq.lib.3.* Penia *in direct.Inquisit.part.3.quæst.115.vers.circa secundum,& vers.quamuis prior*, Decian.*tract.criminalib.lib.5.cap.45.num.3. vers.amplia etiamsi parentes*, Azot.*instit.moral.part.1. lib.8.cap.13.quæst. 8.in 8. hæreticorum pœna,vers.quod autem ; & part.2.lib.6.cap.4.quæst.3.vers.dubiæ etiam quæst.* Soar.*de censur.tom.5. disput.43. sect.3. num.4.* Auil.*in simili tract.part.7. disput.4. dub.3.* Farinac.*d. quæst.191.num.65.* Param.*de origine S.Inquisitionis.lib. 3.quæst.9.n.209.* Sanchez *d.lib.2.cap.27.num.23.* Ricciul.*d.lib.5.cap.30. num.32.cum seqq.* id probantes ex hoc text. vbi ad dictum effectum duo requiruntur, nempè quòd pater fuerit emendatus, & reincorporatus Ecclesiæ vnitati, at relapsus non potest dici reincorporatus, quia Ecclesia illi denegat audientiam, *cap. super eo,hoc eodem tit.*

11 In gloss.*Inane.*ibi,*item si mulier aliqua est hæretica,* &c.] Notatur ad hoc, quòd pœnæ contra filios hæreticorum à iure statutæ locum habent propter hæresim matris, vt per Zanch.*in tractat.de hæretic.cap.28.num. 8.& 10.* Decian.*d.lib.5. cap.45. num.3.& 5.* Ricciul. *dicto. cap.30. num.29.* Farinac. *de heresi quæst.191. num.63.*

12 Notatur etiam ad hoc, quòd filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ, vt per Tiraq. *d.nobilit. cap.18.n.21.*

13 In ead.gloss.ibi,*Cum mulier committit*,&c. Notatur, ad hoc quòd in materia pœnali, & odiosa masculinum concipit fœmininum, vt per Tiraq.*de retractu lig.§.1. gloss.9.n.213.* Card. Mantic.*de coniectur. vltim.volunt. lib.6.tit.7.num.18.* Franc.Molin. *de ritu nuptiar.lib.3. q.16.à princip.*

14 In gloss.*Volumus.*ibi,*an filij illegitimi includãtur hac prohibitione*. &c. Notatur ad hoc quòd pœnæ omnes contra hæreticos, eorúmque fautores, defensores, & receptatores statutæ habent locum etiam in quibusuis filiis illegitimis, & spuriis, vt docent *in præsenti* Ioan. Andr. *sub num.4* Anchar.*num.2.* Franc.*num.4.* Gemin. *etiam num.4.* Couar.*var.lib.1.cap.8.num.3.* Menoch.*de præsumpt.lib.5. præsumpt.33.n.11.* Surd.*cons.386.n.6.* Soar.*tom.5. de censuris disputatione 43.sect.3. num.2.* Iacob.de Graff. *inaur.decis.lib.2.cap.11.num.19.* Azor. *d.quæst.8.in 8.hæreticorum pœna, & part.2.lib.6.cap.4. quæst.3.* Sanch.*d.lib.2.cap.27.num.1.* Ricciul.*d.lib.5.c. 30.n.1.cum.seqq.* vbi *à num.7.* disputat quid dicendum de filiis adoptiuis, Sanctarel.*de heresi cap.36.dub.1.n. 5.* vbi *cum seq.* de filiis etiam adoptiuis, Farinac.*in simili tract.q.191.num.54.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor Papæ super heresi sine speciali mandato non inquirit contra Episcopum, sed si eum culpabilem sciuerit, nunciabit Papæ, & n.2.*
3 *Causa heresis in Episcopo reseruatur Sedi Apost.*
4 *Episcopi electi, & confirmati quamuis nondum consecrati, causa heresis reseruatur Sedi Apost.*
5 *Inquisitor contra Episcopum hereticum illo tantùm casu procedere poterit quando sic procedendi potestas ipsi à Papa fuerit expressè concessa.*
6 *Inquisitores debent habita notitia de heresi alicuius Episcopi illam Papæ nunciare.*
7 *Episcopi, & alij Prælati inferiores debent nunciare Papæ hereses, & hereticos, qui sunt in territoriis suis.*
8 *Dictio, expressè, requirit expressam mentionem ; non autem quæ deprehenditur ex verbis quantuncunque generalibus.*
9 *Expressum aliquando dicitur quod continetur sub generalitate verborum.*
10 *Commissio specialis procedendi contra Episcopum Inquisitori facta debet prouenire ab ipsa sede Apost.*
11 *Inquisitor potest de heresi Episcopi cognoscere, vt mittat negotium instructum ad Papam.*

Cap. Inquisitores. XVI.

Inquisitor deputatus à Sede Apostol. vel ab alio, non potest inquirere de hæresi, vel procedere contra Episcopos, nisi in litteris cōmissionis Sedis Apost. expressè ponatur. Si tamen inquisitor sciuerit, vel inuenerit Episcopum, vel eo superiorem, commisisse crimen hæresis, aut esse diffamatos, vel suspectos de hoc, tenetur denunciare Sedi Apostol. Colligunt ex Ordinar. Archid. Geminian. Ioann.Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian.*in rationali l.5. pag.99.* Alagona *in compendio pag.655.* remissiuè Ximen.*in concordant.part.1.& 2.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Locat.*in opere iudic.verbo Episcopus*, Villadieg.*de hæretic.quæst.7.n. 15.* Simanch.*de Cathol.institut.titul.25. num.7.* Rojas *singul.55.num.2.* Penia *in direct. Inquisit. part.3.comento 76.* Henriquez.*in summ.lib.13.cap.55. §.2.lit. P.* Fr. Emman.*quæst. Regular.tom.2.quæ.81. artic.1.* Isidor. Moscon.*de maiestate militantis Ecclesiæ part.1.cap.11.de Inquisit.pag.277. vers.ite ne procedant*, Decian.*in tract.crimin.lib.5.cap.21.num.5.& cap.23.num.2.* Farinac.*de heresi quæst.186.§.5.à n.114.* vbi *num. 119.* limitat quando Episcopus esset suspectus de fuga, & *num.120.* pariter limitat quando Episcopus aliquid in manifestum Fidei detrimentum, & fidelium perniciem moliretur. quia tunc potest capi, & custodiri donec Summus Pont. certior redderetur; Molin.*de instit.tract.5.disput.28. num.19.* Farinac.*de heresi q.186.n.113.* ipse ego *de officio,& potestate Episcopi part.3.alleg.112.n.14.* Illustriss. D.meus Roderic.à Cunha *de Confessoribus solicitantibus mulieres in confessione q.12.num.6.* 2

Vnde causam hæresis in Episcopo reseruari Sedi Apostol. statuit etiam Concil. Tridentin.*sess.24.de reform.cap.5.* & per illud tenent Penia *d.part.3.commento 77.* & Fr. Emman.*d.art.1.vers.aduertendum tamen.* Et procedere etiamsi Episcopus sit titularis, post Molin. *d.disput.28.num.19.* obseruat Illustriss.D.meus Roderic.à Cunha *d.q.12.n.7.in princip.* vbi *num.11.* subdit pariter procedere in Episcopis electis, confirmatis, licèt nondum consecratis, per ea quæ tradunt Molin.*dicta disput.18.num.19.* & Sanch.*de matrimon.lib. 8.disp.2.num.11.* 3 4

Nisi in litteris,&c.] Notatur adhoc, quòd Inquisitor contra Episcopum hæreticum illo tantùm casu procedere poterit quando sic procedendi potestas ipsi à Papa fuerit expressè concessa, in tantum quòd sub commissione, seu delegatione, facta procedendi contra quascunque personas cuiuscunque dignitatis, & quibuscunque generalibus verbis concepta, Episcopi non comprehendantur, nisi expressè, & specialiter de Episcopis facta fuerit mentio, vt per Gondisal. *in tract.de heret. quæst.7. n.15.* Carret.*in simili tract. n.74.vers.nisi specialiter*, Simanch.*in enchirid.tit.8. n.1.* Decian.*d.lib.5.cap.21.num.5.* Farinac.*dicta quæst. 186. §.5 num. 117.* 5

Tenebuntur Sedi Apost.nunciare.] Notatur ad hoc, quòd

quòd licèt Inquisitores oon possint contra Episcopum pro hæresi procedere, debent tamen habita notitia de hæresi alicuius Episcopi illam Papæ nunciare, vt per Simanch.*d.tit.25.num.7.& 10.* Zanchio.*de hæretic.cap.8.n.9.vers.sed possunt.* Carrer.*in simili tract.num.74.* Petr. Greg. *syntagm.lib.37.cap.7.n.3.vers.in persona*, Decian.*d.lib.5.cap.21.num.3.vers.item quando*,
7 Farin.*d.quaest.186.§.5.num.121.* Episcopi etian, & alij Prælati inferiores debent nunciare Papæ hæreses, & hæreticos, qui sunt io territoriis suis, vt per Nauar. *cons.1.de for.comp.in antiq.*

8 In gloss. *Expressè*. Notatur ad hoc quòd dict. *expressè* requirit expressam mentionem, non autem quæ comprehenditur ex verbis quantuncunque generalibus, vt docet Cabed. *Lusit.decis.12.num.7.part.2.* licèt
9 aliàs dicatur expressum, quod continetur sub generalitate verborum, vt per Flamin.Paris.*de resignat.benefic.lib.6.q.2.num.54.& lib.7.q.10.n.23.* Brunor.à Sole *in locis communib.verbo expressum 4.* Flores de Mena *var.lib.2.q.21.num.26.*

10 In gloss. *Apostolica*.ibi, *ab alio quàm à Papa*, &c. Notatur ad hoc quòd specialis commissio procedendi contra Episcopum Inquisitori facta debet prouenire ab ipsa Sede Apost. non autem ab alio superiore, Farin.*d.q.186.§.5.n.117.in fine.*

11 In ead. gloss. ibi, *Etiam vt instructam remittant causam*, &c. contra hanc gloss. tenet communis quòd Ioquisitor potest de hæresi Episcopi cognoscere vt mittat nogotium instructum ad Papam, ita Simanch.*de Cathol.instit.tit.25.n.8.& in enchirid.tit.8.n.2.* Pena *ad direct.Inquis.part.3.q.27.comment.76.vers.monendi tamen sumus*, Decian.*d.lib.5.cap.23.n.2.* Farin.*d.q.186.§.5.num.116.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non derogatur super processu hæreticorum, licèt Papa generaliter alteri deleget, & super eodem facto Episcopus, & Inquisitor possunt procedere communiter, vel diuisim, vel proferre sententiam, in qua si discordent debent Papæ referre.*
2 *Episcopi qualitercunque procedant in causa hæresis debent seruare modum Inquisitoribus impositum.*
3 *Potestas ampla, quam Episcopi de iure communi habent ad cognoscendum de crimine hæresis, restricta est hodie quoad forũ exterius ad Tribunal S.Officij.*
4 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem sunt iudices delegati, & non Ordinarij, si attendamus primæuam eorum institutionem, v.n.10.*
5 *Ordinarius iudex dicitur ille, qui iure sui officij.dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuridicundo præest.*
6 *Inquisitores non habent iurisdictionem principaliter ratione Officij, cui illa adhæreat, sed magis eam obtinent ex speciali commissione, seu delegatione.*
7 *Ordinaria censetur iurisdictio, quæ à lege, vel à Principe ad vniuersitatem causarum, vel ad certum genus earum alicui vniuersaliter committitur.*
8 *Verba*, auctoritate Apost. procedat, *indicant iurisdictionem commissam esse delegatam, & n.9.*
11 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem hodie possunt dici Ordinarij.*
12 *Inquisitores in Regnis Hispaniarum immediatè à Summo Pont. iurisdictionem accipiunt, mediante sola nominatione facta personarum per Inquisitorẽ generalem ex commissione Pontificis sibi indulta.*
13 *Iurisdictio Inquisitoribus delegata non præiudicat iurisdictioni Episcopi, cùm censeatur concessa cumulatiuè, non priuatiuè.*
14 *Inquisitor, & Episcopus in crimine hæresis, & in eadem causa, eodemque facto possunt insimul, diuisim, vel coniunctim procedere.*
15 *Inquisitore, & Episcopo discordantibus in prolatione sententia, seu in alio actu, quem quisque solus expedire non potest, debent Sedem Apost. consulere.*

CAP. Per hoc. XVII.

PApa quando delegat generaliter negotium hære- 1
ticorum alicui in aliqua diœcesi, non derogat Diœcesano quin possit procedere, in eodem negotio auctoritate ordinaria, vel delegata si eam habet, & de eodem facto Ordinarius, & Inquisitor communiter, vel diuisim, inquirere possunt, & si diuisim procedant, tenentur inuicem communicare processus, vt veritas meliùs inueniatur, & nisi io tali casu alter alteri iudicauerit deferendum, sententia proferatur simul per vtrosque, & si non conueniunt, mittatur ad Sedem Apost. negotium sufficienter instructum per vtrosque. Item
Episcopus siue Ordinaria, siue delegata potestate pro- 2
cedat, seruet in procedendo illum modum, quem Inquisitores per iura communia, vel speciales concessiones, seu ordinationes Sedis Apostol. debent seruare. Colligunt ex Ordinariis Lapus Abbas, Archidiac. Geminian. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.5.pag.99.* Alagona *in compendio pag.655.* remissiuè Ximen. *in concord.part.1.& 2.*

Potestas autem illa ampla, quam Episcopi de iure 3
communi habebant ad cognoscendum de crimine hæresis in vtroque foro, & in quacunque parte, & loco suarum diœcesum, restricta est hodie quoad forum exterios ad tribunal & domum Sancti Officij Inquisitionis, vbi omnes Episcopi, qui sunt in districtu cuiusque domus Inquisitionis assistunt per se, vel per suos delegatos ad decidendum causas Fidei suarum diœcesum, vt docent Marc. Anton. Genuens. *in pract.Archiep.Neapol.cap.66.* Ioan. Valet.*de different.inter vtrunque forum verbo hæresis differ.3.*

Ab Apostolica Sede generaliter, &c] Ergo Inquisi- 4
tores contra hæreticam prauitatem iudices sunt delegati, non Ordinarij, vt docent Dec.*in cap.causam n.10.de offic.deleg.* Alciat.*in rub.n.19.de offic.Ordin.* Simanch.*de Cathol.tit.34.* *director. Inquisit. part.3.q.4.* & ibidem Pena *commento 53.* Param.*de origine Officij S.Inquisitionis lib.3.q.2.n.37.* Molin.*de instit.tom.6.disp.28.num.1.* D. Barbos.*in l.cum prætor.§.1.num.44.& n.51.cum seqq.ff.de iudic.*

Non obstat quòd Inquisitoribus non sine officio, 5
magistratúue, sed magis iure, & ratione officij Ioquisitoris iurisdictio mundata est, vt probat text. *in cap. ne aliquis*, ibi, *officium, c. vt officium 11.c. vt commissi, 12.* ibi, *officij, sub.hoc eod.tit.& lib.* ac proinde iudex Ordinârius dicendus videtur, cùm talis dicatur ille, qui iure sui officij, dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuridicundo præest, secundùm Morl.*in emporio iuris tit.2.in prælud.n.88.* Molin.*d.tom.6.disp.8.n.2.& 3.* D.Bar-
bos.*in d.l.cum prætor.§.1.à n.15.* quia respondetur In- 6
quisitores non habere iurisdictionem principaliter ratione officij, cui illa adhæreat, nec sub illius ratione eisdem datam esse, vt contingit in Ordinariis, sed magis eam obtinere ex speciali commissione, seu delegatione, ratione cuius delegationis officium inquirendi, & iudicandi exercere dicuntur, sicut aliàs quilibet delegatus ratione iurisdictionis sibi delegatæ officium habere dicitur, iuxta verba *rub.de offic.& potest. iudic. deleg.* & in hoc sensu intelligenda sunt omnia iura *suprà* citata, quæ de Inquisitoribus loquentia officij mentionem faciunt.

Nec etiam obstat quòd eisdem Ioquisitoribus intra

prouin

prouinciam, vel destrictum, ad quem sunt destinati, acquiritur cognitio vniuersalis negotiorum ad Fidem pertinentium, vt ita secundùm communem dicantur constituti ad vniuersitatem causarum; vel (vt alij nec impropriè loquuntur) si non ad vniuersitatem causarum, quia ad certum, & speciale negotium hæreticorum deputantur, saltem contra vniuersitatem personarum, nempe hæreticorum, sunt constituti, ita vt eorum iurisdictio respectu personarum vniuersalis sit, vt probat tex. *in præsenti*, ibi, *generaliter*, post aliorum Albert. *in c. 1. q. 7. n. 6. hoc tit.* Pena *d. comm. 53. versic. illud tamen*, & vbi ad vniuersitatem causarum, vel ad certum genus earum vniuersaliter tantùm iurisdictio à lege, seu à Principe committitur. Ordinaria censetur, vt per text. *in l. 1. v. cùm Vrbem. ff. de offic. Præfecti Vrbis*, resoluunt Menoch *de arb. lib. 1. q. 12. num. 9.* D.
8 Barbos. *in l. cùm prætor. §. 1. à n. 37. 40. & 54. cum seqq. ff. de iud.* Quià respondetur ideo Inquisitores delegatos censeri, etiam si illis hæreticorum negotium, & ita certum genus causarum generaliter à Papa committatur, vt insinuat text. *in præsenti*, ibi, *generaliter*, ex eo quia in tali commissione adiectum requiritur, vt auctoritate Apost. procedant, & iudicent, *d. cap. vt officium, in princ.* ibi, *auct. Apost. & c. sup. hoc eod. tit.* ac subinde succedit regula text *in c. cum aliquib. vers. nisi quod, de rescript. hoc l.* vt eleganter aduertit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 16. n. 31.*

9 Cui considerationi non obstat illud, quod aduersùs eam adducit D. Barbos. *d. §. 1. num. 60.* dicens *d. c. vt officium*, non asserere quòd Inquisitores cognoscant auctoritate Apost. sed potiùs quòd habeant officium inquirendi auctoritate Apostol. quod est longè diuersum, siquidem omnes Ordinarij officia sua auctoritate Principis obtinent; replicatur enim si attentè legatur, apertè dicere Inquisitores cognoscere auctoritate Apost. verba enim illa, *auctoritate Apost.* non construuntur cum præcedentibus, ibi, *officium est commissum*, quasi dicant quòd habeât officium autoritate Apostol. (nam inter vna, & altera verba virgula adiecta reperitur) sed magis cum sequentibus, ibi, *auctoritate Apost. possitis efficaciùs adimplere*, idest, exequi, & procedere, vt *infrà* idē text. ait. ibi, *procedatis*, sic docens Pontifex. officium Inquisitionis auctoritate Apost. ab inquisitoribus exequi, seu adimpleri, quo admisso necessariò delegati censendi sunt, iuxta reg. *d. cap. cum aliquibus.*

10 Licèt autem omnia supradicta procedant attenta illa primæua Inquisitorum institutione secundum quam à principio quidam destinabantur ad certas personas, alij ad certas causas, & nonunquam ad certas prouincias prout necessitas exigebat, ac Summo Pontifici necessarium videbatur nec officium eorum perpetuò erat stabilitum vt constat ex iis, quæ circa illorum originem ex alijs tradunt Param. *lib. 2. tit. 1. c. 1. 2.*
11 *& 5.* & Molin. *d. disp. 28. n. 4.* Nihilominus tamē, quia postea in Regnis Castellæ, Lusitaniæ, Siciliæ, & aliis locis ita suadente necessitate, & vtilitate ad Catholicę Fidei puritatem, & synceritatem conseruandam officium Inquisitorum perpetuò est constitutum sub vno Inquisitore generali, & cum generali illius senatu, ac aliis particularibus tribunalibus, cum diuisione diœcesum, & denique cum vniuersali iurisdictione, circa omnes Fidei causas eidem officio veluti cohærentes, quæ quidem omnia propria sunt iudicum ordinariorum, ac iurisdictionis ordinariæ. Nec in hoc videtur admittenda differentia inter Inquisitorem generalem, & cæteros Inquisitores, quam in specie tradit D. Barbos. *d. §. 1. n. 65.* ex eo ductus quòd cæteri Inquisitores sunt remouibiles ad nutū Inquisitoris generalis; confunditur enim ex eo quòd sicut isti ad nutum Inquisitoris generalis, ita & ille ad nutum Summi Pont. amouibilis est, nec verum est dicere cæteros Inquisitores esse delegatos eiusdem Inquisitoris generalis, & ab eo iurisdictionem accipere, omnes enim immediatè à Summo Pont. iurisdictionem accipiunt mediante sola nominatione personarum facta per Inquisitorem generalem ex commissione Pontificis sibi indulta, vt post Direct. *p. 3. q. 3. & ibid.* Pena *commento 52.* comprobat latè Param. *lib. 3. q. 2. n. 37. cum seqq.* Molin. *d. disp. 28. num. 7.* qui difficultatibus in contrarium satisfaciunt; quæ sententia, nempe Inquisitores esse iudices ordinarios, sine dubio amplectanda foret, si, prout hodie sunt, fuissent à principio à Summo Pont. instituti, quia tamen ab initio officium hoc delegatum incepit, vt *suprà*, modò verò omnes ferè Ordinarij muneris, ac iurisdictionis qualitates; & effectus habent, vt proximè, constanter dici potest illorum iurisdictionem in se quidem delegatam esse, habereque omnes excellentias delegatæ iurisdictionis, ad ordinariam tamen valde accedere, & cum illa ferè in omnibus conuenire, ita vt careat imperfectionibus delegatæ, vt eleganter in proposito tradit, & prosequitur Molin. *disp. 28. n. 1. & 4.*

Diœcesanis Episcopus, &c. Notatur ad hoc, quòd iurisdictio Inquisitoribus delegata non præiudicat iurisdictioni Episcopi, cùm censeatur concessa cumulatiuè non priuatiuè, vt per Syluest. *in summ. verbo hæreticus §. 2. n. 10. vers. quando negotium hæresis*, Rojas *sing. 38. n. 2.* Gondisalu. *in tract. de hæret. q. 7. n. 9.* Carrer. *in tract. n. 67. vers. & operabitur*, Simanch. *de Cathol. instit. tit. 25. n. 4.* Decia. *in tract. crimin. l. 5. c. 21. n. 10.* Sigism. Scacc. *de iud. c. 67. n. 9.* Farin. *de hæres. q. 186. §. n. 58.* vbi *n. 59.* intelligit vt non censeatur derogatum iurisdictioni Episcoporum Ordinarię per commissionem, seu delegationem factam Inquisitori generaliter de procedendo in omni crimine hæresis, secus si commissio esset restricta ad certa crimina, & certas personas specialiter, quia tunc etiam ordinariæ Episcoporum auctoritati censetur derogatum. Sed hodie obseruatur quod *suprà* dixi *num. 3.* 13

Concedimus quod per Episcopos, &c.] Notatur ad hoc, quòd Inquisitor, & Episcopus in crimine hæresis, & in eadem causa, eodémque facto possunt insimul, diuisim, & coniunctim procedere, vt per Zanchin. *in tract. de hæret. c. 8. n. 4. in princ.* Gondisal. *in simili tract. q. 8. n. 3.* Carrer. *cod. tr. n. 70.* Clar. *§. hæresis n. 5. vers. sed quis*, Roias *sing. 44. n. 12. & de hæretic. part. 1. n. 439.* Simanch. *d. tit. 25. n. 5.* Decian. *d. lib. 5. c. 22. n. 8.* Farin. *d. q. 186. § 3. num. 56.* 14

In qua ferenda, &c.] Notatur ad hoc quòd discordantibus Inquisitore, & Episcopo in prolatione sententiæ, seu in alio actu, quam quisque solus expedire non potest, debent Sedem Apost. consulere, vt per Roias *d. p. 1. n. 437.* Simanch. *d. tit. 25. n. 4. vers. si verò concordes*, Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 50* vbi Pena *comm. 99.* Decian. *d. l. 5. c. 21. n. 3. v. item quando & num. 22. & cap. 23. num. 18.* Farin. *d. quæst. 186. §. 3. num. 64.* vbi *num. 65.* ait quid faciendum si Episcopus, & Inquisitor discordant in tormentando inquisitum de hæresi. 15

SVMMARIVM.

1 *Episcopis, & Inquisitoribus hæresis non resistant, sed omnino pareāt domini temporales, & de eo crimine non cognoscant, aliàs puniuntur.*

2 *Principes seculares, eorūque iudices tenentur litteras & mandata Inquisitorū contra hæreticam prauitatem celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, sub pœna excommunicationis.*

3 *Incarceratus pro quibuscunque delictis, etiam atrocibus apud iudicem secularem statim remittendus est ad Tribunal Sancti Officij, quandocunque petatur ob negotium Fidei.*

4 *Iudex secularis in causa hæresis est merus executor, itaut nec de mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cognoscere possit.*

5 *Iudex secularis tenetur punire, & morti tradere hæreticum sibi ab Inquisitoribus traditum, & ad id per censuras ecclesiasticas compelli potest.*

6 *Appellatio non datur à sententia lata contra hæreticos eorúmque credentes, fautores, &c. sed limitatur aliquibus modis.*

7 *Hæresis cognitio nullo pacto spectat ad iudices seculares.*

8 *Hæresis crimen est merè ecclesiasticum.*

9 *Dictio*, quoquo modo, *quid denotet, ostenditur.*

10 *Inquisitionis S. Officium impedientes puniuntur non solùm si directè impediant, sed etiam si indirectè.*

11 *Officium S. Inquisitionis impediens excommunicationis vinculo est innodatus.*

1 Cap. Vt Inquisitionibus. XVIII.

PRincipes & Rectores seculares obedire debent Episcopis, & Inquisitoribus, & intendere in captione, inuestigatione, & diligenti custodia hæreticorum, & fautorum cùm fuerint requisiti, vt trudantur in carceres Episcoporum, & Inquisitorum, vel alibi in districtu, vbi Episcopus, vel Inquisitor mandauerit, ac custodiantur arctè per viros Catholicos deputandos per Episcopum, vel Inquisitorem, donec eorum negotium terminetur per iudicem Ecclesiasticum, & quando condemnati de hæresi ipsis relinquuntur statim eos accipere debent, & sine dilatione punire, non obstante appellatione, vel proclamatione eorum, quia hæc sunt illis interdicta à legibus. Item prohibetur dominis, & officialibus prædictis, vt non cognoscant, vel iudicent de crimine hæresis, quia est Ecclesiasticum, nec liberent è carcere captos pro hæresi sine licentia, vel mandato Episcopi, aut Inquisitoris, nec executionem sibi iniunctam prompte facere, vel adimplere detractent, nec præsumant directè, vel indirectè impedire sententiam, vel processum iudicum, Inquisitorum, vel Episcopi. Si quis prædictorum præsumpserit contrafacere, vel se opponere, seu impedire, & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, est excommunicatus, & si per annum pertinax in excommunicatione permanserit, ex tunc condemnabitur, vt hæreticus. Colligunt ex Ordin. Arch. Gemin. Ioan. Andr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 5. pag.* 100. Alagona *in*
2 *compendio p.* 655. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Pareant, & intendant, &c.] Notatur ad hoc, quòd Principes seculares, eorúmque iudices tenentur litteras, & mandata Inquisitorum contra hæreticam prauitatem celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire sub pœna excommunicationis, vt per Carrer. *in praxi tit. de hæret. §. circa secundum num.* 56. Lucern. Inquis. *verbo impedientes num.* 1. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 23. *n.* 9. Azeued. *l.* 15. *num.* 7. *tit.* 1. *l.* 4. *nouæ recopil.* & ad hoc possunt Inquisitores prædicti eos compellere censuris, & pœnis, vt docent Decian. *in tract. crim. l.* 5. *c.* 22. *num.* 21. Bobadil. *in sua polit. l.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. Parens meus *in comment. ad Ordinat. Reg.*
3 *Lusit. l.* 2. *tit.* 6. *in princip. n.* 1.

In potestatem, seu carcerem, &c.] Incarceratum pro quibuscunque delictis etiam atrocibus apud iudicem secularem statim remittendum esse ad Tribunal S. Officij quandocunque petatur ob negotium Fidei, statuit sanct. me. Pius V. *in sua const. incipien. Sanctissimus Dominus*, cuius meminere Simanch. *in fin tract. de Cathol. inst.* & Penia *in addit. ad tra. de Strigiis, quem inseruit in fine direct. Inquis.* Ioseph Sesse *de inhib. c.* 30. *n.* 52. *cum seqq.*

Statim recipiant indilatè, &c.] Iudex ergo secularis in causa hæresis est merus executor, nec de processu, nec de sententia, aut de mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cognoscere potest, etiamsi mortis pœna imponenda sit hæretico, quia totum hoc Inquisitoris prudentiæ relinquitur, itaut locus non detur reuisioni, vt docent Campag. *in addit. ad Zanch. in tra. de hæresi c. cap.* 8. *lit. A.* Villadieg. *in simili tract. q.* 19. *versic. an iudex secularis.* Simanch. *de Cathol. institut. c.* 36. *à num* 4. Fusch. *de visitat. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 8. Rojas *de priuil. Inquisit. n.* 450. Lucern. Inquisit. *verbo executio contra damnatos* Bellug. *in speculo Principum rub.* 12. *§. viso n.* 1. vbi Bortel. *in addit. lit. B.* Palat. *in repetit. c. per vestras, de donat. inter virum notab.* 2. *§.* 1. *n.* 22. Azeued. *d. l.* 1. *n.* 125. Penia *in direct. Inquisit. part.* 3. *schol.* 99. *versic. ex hac assertione*, Cened. *ad Decretal. collect.* 55. *n.* 2. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 30. Fr. Ludouicus Miranda *de ordine iudic. q.* 1. *artic.* 5. *conclus.* 5. Cuti Philip. *part.* 3. *§.* 5. *num.* 19. Farinac. *in pract. crim. part.* 3. *quæst.* 97. *num.* 183. Sanctarel. *de hæresi cap.* 40. *dub.* 4. *num.* 24. Mendez à Castro *d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Aloys. Riccius *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 330. *in* 1. *edit.* 4

Itaut teneatur ipse iudex secularis punire, & morti tradere hæreticum sibi ab inquisitoribus traditum, ad idque per censuras ecclesiasticas compelli possit, quamuis dicat liquidò sibi constare sententiam esse iniustam, secundum Farin. *d. q.* 97. *n.* 106. *cum seqq. & in tract. de hæresi c.* 161. 5

Non obstantibus appellationibus, &c.] Notatur ad hoc quòd à sententia contra hæreticos, eorúmque credentes, fautores, defensores, & receptatores lata non datur appellatio, vt per Syluest. *in summ. verbo hæreticus num.* 4. *vers. octaua.* Zanchin. *in tract. de hæret. c.* 2. *n.* 2. Carrer. *in simili tract. n.* 129. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 6. *num.* 2. *& in Enchirid. tit.* 95. *num.* 1. Ioan. Rojas *sing.* 19. *num.* 1. *cum seqq. & sing.* 179. *num.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 26. *& cap.* 57. *num.* 1. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 4. *n.* 58. Farinac. *de hæresi q.* 185. *§.* 15. *n.* 227. *cum sequent.* vbi *num.* 231. addit quòd sicut hæreticus à sententia contra se lata appellare non potest, ita nec etiam appellare possunt illius hæredes, & *num.* 232. limitat in appellatione à sententia interlocutoria grauaminis illati ante diffinitiuam, & *num.* 225. limitat pariter in appellatione à decreto torturæ, & *num.* 240. declarat quòd in casu limitationum supradictarum si Episcopus sit ille, qui grauat, & grauatus est de exemptis, à tali grauamine appellatur ad Papam; si verò grauatus non est de exemptis, tunc appellatur ad Metropolitanum, vel etiam ad Papam omisso medio, at verò si inquisitor esset Religiosus, non appellatur ad Prouincialem, seu Generalem ipsius Inquisitoris superiorem, sed ad Papam. 6

Prohibemus quoque, &c.] Notatur ad hoc, quòd cognitio criminis hæresis nullo pacto spectat ad iudices seculares etiam contra laicos, nec in eo iudex secularis se intromittit nisi à iudice ecclesiastico fuerit requisitus, & si se intromiserit, ipso iure est excommunicatus vt per Alphons. de Castro *de iusta hæret. punit. lib.* 1. *c.* 23. Simanch. *de Cathol. institut.* 36. *n.* 1. *& in enchirid. titul.* 6. *num.* 1. *& tit.* 66. *num.* 1. Albertin. *de agnoscend. assert. quæst.* 25. *n.* 43. Zanchin. *de hæret. c.* 8. *num.* 1. *&* 2. Gondisalu. *in tract. de hæret. quæst.* 7. *n.* 20 7

&

& quæst. 10 *num.* 3. Carrer. *in eodem tract. n.* 61. *&* 64. *ante fin.* Clar. *§. hæresis n.* 4. *vers. hoc crimen hæresis*, Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 33 *cap.* 7 *n.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5 *cap.* 25 *n.* 1. *&* 2. Sigismund. Scacc. *de iudic. cap.* 15 *num.* 2. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisit. lib.* 3 *quæst.* 7 *num.* 30. *in fine.* Sanctarel. *de hæresi c.* 40. *dub.* 4 *num.* 22. Farinac. *in simili tractat. quæst.* 186. §. 9. *n.* 153. *cum sequentib.* vbi *n.* 154. ampliat, vt secularis iudex non cognoscat de crimine hæresis non solùm principaliter, sed nec etiam incidenter, & *num.* 158. subdit quòd licèt iudex secularis non possit se intromittere in cognitione hereticę prauitatis, non tamen prohibetur hæreticos carcerare ad effectum illos remittendi iudici ecclesiastico.

8 *Cùm merè sit ecclesiasticum.*] Notatur ad hoc, quòd crimen hæresis merè est Ecclesiasticum, vt per Carrer. *in practic. tit. de hæretic. num.* 71. Brun. *de hæresi. lib.* 4. *cap.* 1. Clar. *in §. hæresis à num.* 4. *& §. fin. quæst.* 96. *n.* 7. Palat. *in repet. dicti cap per vestras §.* 23. *n.* 16. Gregor. *l. . verbo Catholicos tit.* 7. *part.* 6. Villalob. *commun. opin. verbo hæresis num.* 42. Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 33. *cap.* 7. *n.* 2. Param. *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 30. *in fine*, Castro *de iusta hæresis punit. lib.* 1. *c.* 23. Perez *l.* 3 *titul.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pagin.* 86. *cum seq.* Duen. *reg* 145 *limit.* 2. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 53. Azeued. *l.* 1. *n.* 116 *tit.* 3. *lib.* 8. *noua recopilation.* Marta *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 51 *num.* 3. *cum sequentib.* optime Ignat de Villar. *in sylua respons. lib.* 1. *resp.* 12. *n.* 18. Peregrin. *de iure fisci lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 29. *vers. huiusmodi verò crimen.* Farinac. *in tract. de hæresi quæst.* 86. §. 9. *n.* 152. *cum sequentib.*

9 *Quoquo modo.*] Denotat hęc dictio, vt seculares non se intromittant in causis hæresis, neque in iure neque in facto consistentibus, vt obseruat D. Barbos. *in l. Titia num.* 37. *ff. solut. matr.*

10 *Directè, vel indirectè*, &c.] Notatur ad hoc, quòd impedientes Sanctum Inquisitionis Officium puniuntur non solùm si directe impediant sed etiam si indirectè, vt per Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. verbo fautores num.* 2. *& verbo suspicio n.* 11. Eymeric. *in direct. Inquisit. part.* 2. *q.* 54. *à n.* 1. Farinac. *de hæresi quæst.* 182. §. 5. *num.* 74.

11 *Si quis verò de prædictis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd impediens S. Inquisitions Officium. excommunicationis vinculo est innodatus quam si per annum animo substinuerit pertinaci ex tunc violenta suspicione conuictus, est vt hæreticus condemnandus, vt docet Eymeric. *in direct. Inquisit part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 2. *pag. mihi* 380.

12 In gloss. *Percussum.* ibi, *nota canonem latæ sententiæ.* Ita Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 72. *C. de reuocand. donation.*

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata, sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem nisi priùs pronunciatum fuerit super crimine per iudicem ecclesiasticum.*

2 *Bona contrahentium incestas nuptias fisco ipso iure à die commissi criminis adiudicantur.*

3 *Hæreticorum bona confiscantur ipso iure.*

4 *Hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, retinent rerum suarum dominium, donec per sententiam declaretur.*

5 *Hæreticus non censetur priuatus bonis suis ante sententiam iudicis declaratoriam.*

6 *Sententia declaratoria hæresis incursæ requiritur vt priuatio suum plenarium habeat effectum, nec ante poterit hæreticus remoueri à possessione.*

7 *Hæreticus habet rerum suarum possessionem antequam feratur sententia declaratoria contra illum, itaut si de facto occupentur, contra occupantem potest agi ad restitutionem.*

8 *Sententia declaratoria necessaria est in casibus in quibus lex ipso iure pœnam inducit, vt amoueri possit reus à possessione.*

9 *Hæretici, & alij, quorum bona ipso iure confiscantur, minimè tenentur ante iudicis sententiam ea fisco restituere.*

10 *Sodomiæ vitium quod, & quæ persona incurrant illud exercentes, remissiuè.*

11 *Pœnæ imposita per legem raptoribus, qui cum raptis, parentibus suis non consentientibus, matrimonium contrahunt, habent locum, & seruantur de iure Canonico.*

CAP. Cum secùn. XIX.

HÆreticorum bona sunt ipso iure confiscata, executio verò confiscationis, vel occupatio bonorum non debet fieri ante sententiam promulgatam ab Episcopo, vel à persona ecclesiastica habente potestatem, nec mirum, quia qui contrahit incestuosas nuptias vel raptores contradicentibus parentibus, vel qui prohibita transuehunt, priuantur ipso iure, multò magis hic Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas. Archid. Geminian. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic Monach. Viuian. *in rationali lib.* 6. *pag.* 101. Alagona *in compend. pag.* 656. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordan. part.* 1. *&* 2. 1

Incestas nuptias contrahentes eo ipso, &c.] Notatur ad hoc, quòd bona contrahentium incestas nuptias fisco ipso iure à die commissi criminis adiudicantur, vt per Duen. *reg.* 150. Couar. *de sponsalib. part.* 2. *c.* 6. §. 8. *num.* 6. 2

Bona hæreticorum, &c.] Notatur ad hoc, quòd bona hæreticorum confiscantur ipso iure, vt per Clar. *in §.* 3
hæresis n. 13. Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 308. *& cons.* 99. *n.* 163. *cum seqq. & cons.* 195. *n.* 2. *& cons.* 185. *n.* 8 *& cons.* 289. *n.* 10. Menoch. *de success. progress. l.* 1. §. 4. *n.* 166. Gail. *de pace publica l.* 1. *c.* 19. *n.* 18. Bursat. *cons.* 7. *n.* 30. *& cons.* 14. *n.* 3. Henriq. *in summ. l.* 13. *cap.* 16. §. 2. *lit.* Z. Surd. *decis.* 247. *n.* 1. *& de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 35. *& tit* 9. *q.* 32. Peregrin. *de iure fisci l.* 5. *tit.* 1. *n.* 166. Azor. *instit. moral. part.* 1. *l.* 8. *c.* 12. *q.* 1. Roland. *cons.* 8. *l.* 3. Carpan. *ad statuta Mediolan. tit. de bonorum confiscat. n.* 610. Franc. Torreblanc. *in epit. direct. l.* 3. *c.* 11. *a.* 7. Paul. Comitol. *respons. moral. l.* 4. *c.* 1. Sayr. *in claui Regia lib.* 9. *cap.* 11. *n.* 3. Less. *de iustit. l.* 2. *c.* 29. *dub.* 8. Farin. *in praxi criminal. par.* 1. *q.* 25. *n.* 13. *& in tract. de hæresi q.* 190. §. 1. *n.* 1. *cum sequentib.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *à n.* 1. Reuerendiss. D. Ricciul. *de iure personarũ extra gremium Ecclesiæ exist. l.* 5. *c.* 31. *n.* 3. Sanctarel. *de hæresi c.* 21. *dub.* 1. *à princip.*

Eo ipso iure suarum dominium, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, amittunt bonorum suorum dominium à die commissi criminis, illúdque in fiscum transfertur, vt docent Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 59. *n.* 7. *&* 8. *& tit.* 9. *q.* 32. *num.* 5. Menoch. *cons.* 185. *n.* 8. Peregr. *d. tit.* 1. *num.* 166. Lessi. *d. cap.* 29. *dub.* 8. *n.* 64. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 9. *n.* 30. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 2. *& l.* 8. *cap.* 12. *q.* 2 Ricciul *d. c.* 31. *num.* 6. Contrariam tamen sententiam, quæ forsan sicut receptior, ita probabilior videtur, videlicet quòd ij omnes retinent rerum suarum dominium, donec per sententiam declarentur, probant Simanch. *de Cathol. instituit. tit.* 9 *n.* 173. 187. *& à n.* 229. Vas. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *disp.* 170. *tot. c.* 3.

vehementis, Gemin. num. 1. vers. nota quod propter vehementem, & Franc. n. 1. & 2. Parif. conf. 2. n. 91. & 99. lib. 4. Simanch. de Cathol. tit. 50. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præs. 100. num. 11. & alios citatos per Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. l. 5. c. 11. n. 21. Farin. de heresi q. 187. §. 3. n. 38.

5 Si autem leuis, &c.] Notatur ad hoc quòd relapsus non est ille, qui primò de leui abiurauit, quamuis post huiusmodi abiurationem de hæresi fuerit conuictus, vt per Carter. in tract. de heret. num. 159. Squillac. de Fide Catholica c. 31. num. 2. Rojas sing. 1. n. 26. Hieron. Gabr. cons. 160. n. 23. & seq. lib. 1. Sanctarel. d. c. 42. dub. vnic. num. 6. in fine.

§. Eum verò.

6 Hæreticus in vna specie hæresis, vel secta, vel in vnu articulo, vel Sacramento, & deinde specialiter, & generaliter abiurat hæresim, si postea in aliam speciem hæresis, vel sectam incidit, vel alio articulo, aut Sacramento, iudicatur vt relapsus in hæresim. Colligunt Doctores in principio text. citati.

7 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Rojas sing. 172. n. 3. in fin. & num. 7. Bursat. cons. 7. n. 40. l. 1. Simanch. de Cathol. instit. 57. n. 4. & in enchir. tit. 60. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 863. num. 5. Decian. tract. crim. l. 5. c. 56. n. 2. & n. 13. & 14. Eymer. in direct. Inquisit. p. 2. q. 40. n. 5. in princ. & q. 55. n. 13. versic. cum vero, & n. 14. & q. 57. n. 4. Farin. de heresi q. 195. §. 1. num. 42.

8 In gloss. Simpliciter. ibi, per hæc verba puto quòd si adiurasset, &c. Notatur ad hoc quòd si quis primò non simpliciter, aut generaliter, sed vnam tantùm hæresis speciem adiurauerit, tunc non habetur pro relapso si sic specialiter abiurans in diuersam speciem hæresis inciderit, vt per Eymer. in direct. Inquisit. p. 2. q. 40. n. 5. vers. secus si tantum, vbi Penia commento 65. lit. D. Dec. d. lib. 5. cap. 47. num. 10. versic. quod quidem, Menoch. cons. 82. n. 156. cum seqq. Farin. de heresi q. 195. §. 1. n. 43. vbi num. 44. plures contrarium tenentes refert, & num. 45. subdit hodie disputationem hac de re factam cessare; quia semper hæretici pœnitentes adiurant generaliter etiam quòd in vnam tantùm hæresim inciderint, idem refert Sanctarel. de heresi c. 42. dub. vnico, num. 2.

9 In gloss. Iudicari. ibi, illa locum habent in non connexu, &c. Notatur ad hoc quòd liberatio debitorum facta pro sorte extenditur ad omnia accessoria, vt per Surd. de aliment. tit. 6. q. 3. num. 33

§ Ille quoque.

10 Ille, de cuius lapsu in hæresim ante, vel post abiurationem constat, si postea hæreticos recipiat, deducat, visitet, vel associet, aut dona, vel muneta eis donet, vel mittat, vel fauorem impendat, qui excusari non possit, etiamsi sine adoratione, vt dicunt, meritò iudicatur, vt relapsus, quia id fit ex consequentia probati erroris. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

11 Hanc eandem conclus. firmant Bursat. cons. 7. n. 36. lib. 1. Menoch. cons. 82. n. 148. Sanctarel. de heresi c. 42. dub. vnico, n. 3 Mascard. de prob. concl. 863. num. 6. Azor. instit. moral. p. 1. l. b. 8. c. 14. q. 3. Penia in direct. Inquisit. q. 2. q. 55. schol. 81. & 83.

12 In gloss. Non possit. ibi, putà propter necessitatem famis, &c. Notatur ad hoc quòd fautores hæreticorum non dicunt illi, qui hæretico in extrema, vel graui necessitate constituto ob Dei amorem eleemosynam præbent, non vt illi in hæresi faueant, vt per Nau. in man. c. 27. num. 55. Dec. in tract. crimin. lib. 5. c. 51. n. 39. Sanctarel. de heresi c. 11. dub. 2. n. 18.

§. Licèt.

Testis periurus licèt post pœnitentiam repellatur, tamen in causa hæresis si vult corrigere suum periurium deponendu contra se, vel alios suos complices si manifestis indiciis apparet talem non ex leuitate animi, vel fomite odij, vel corruptione pecuniæ, sed solo Fidei Catholicæ zelo suum dictum corrigere, nisi aliud obsistat, in fauorem Fidei admittitur. Colligunt Doctores in princ. text. citati. 13

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Felin. in cap. cum in tua, n. 7. de testib. & in c. per tuas, il 1. n. 9. de simonia, Villadieg. de heret. prauitate, q. 13. n. 12. Cou. lib. 2. var. cap. 13. num. 9. vers. ex his, Simanch. de cathol. instit. cap. 64. à num. 56. cum seqq. Rojas de heret. part. 2. assert. 9. n. 140. & sing. 194. vers. sed speciale est in crimine heresis, & sing. 206. vers. sed in causis hereticæ prauitatis, Rebuff. in tract. de reprobat. testium, n. 143. versic. fallit primò, Menoch. de arbitr. casu 108. num. 13. Mascard. de probat. conclus. 857. num. 5. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 35. num. 3. Cened. ad Sextum collect. 5. num. 2. Sayr. in claui Regia, lib. 12. c. 21. num. 8. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 62. num. 62. Farinac. in praxi crimin. part. 2. q. 66. n. 157. cum seq. & de heresi q. 188. num. 86. cum seqq. obseruantes data repugnantia in duplici vnius testimonio in causa hæresis non priori, sed posteriori credendum esse. 14

Vnde infertur primò fauorem Fidei consideratum in hoc text. non consistere in eo vt periurij in causa hæresis ad testimonium dicendum admittantur, sed in eo quòd in eadem causa hæresis admittatur correctio testimonij ex interuallo interuenientibus coniecturis, de quibus in hoc §. quæ ad talem effectum requiruntur, patet si expendas verbum, postmodum de quo hic, interuallum, & temporis dilationem importare, iuxta doctrinam Bart. in l. 1. §. diuus, ff. de quæstionib. tradit communis ex Cou. citato loco, ac proinde quocunque tempore posterius testimonium proferatur, si coniecturæ supradictæ interueniant, reuocabitur prius, cui necessariò standum erit, iuxta quam considerationem decisio text. in præsenti non procedit in crimine læsæ maiestatis, vel in aliis exceptis criminibus, in quibus fauor Fidei non apparet, nec zelus illius, qui fundamentum est istius decisionis, ita in specie aduerti Felin. in c. per tuas, il 1. num. 3. de simonia, Aym. cons. 6. n. 58. licèt contradicat Gig. de læsa maiestate tit. quomodo, & qualiter probetur q. 11. 15

Secundò infertur textum in præsenti solummodo limitando corrigere regulam text. in c. præterea, de testib. cogendis, quæ in causa hæresis per hunc text. limitatur, non verò limitare regulam text. in cap. testimonium, de testib. dum periurus inhabilis redditur ad testificandum, quæ quidem regula in prædicta causa hæresis salua manet, si expendas causam hæresis in qua propter illius grauissimum præiudicium cautius quàm in aliis proceditur, requirere probationem concludentem ad veritatem rei de qua agitur concludendam, & ita illã non admitti, quæ talis non est, & ex qua oppositum resultat, constat autem talem probationem ex testimonio periurij non resultare, sed magis oppositum, propter quod in reliquis causis periurus omnino redditur à iure inhabilis ad testimonium dicendum. Vnde nil mirum si in causa hæresis testimoniũ periurij quatenus tale est nequaquã recipiatur, prout in effectu explicat Simãc. de Cathol. c. 64. n. 83. & c. 51. Corras. lib. 5. miscel. c. 10. Palat. in alleg. heresis, §. 12. ad fin. ac proinde cùm in hac specie de qua agimus, non consideretur 16

periurum

periurum ſimpliciter propter correctionem, quæ in hac ſpecie permittitur, meritò in fauorem Fidei tale teſtimonium poſteriùs recipitur.

17 Tertiò infertur textum *in præſenti*, ſolùm eſſe intelligendum caſu, quo per poſterius dictum crimen proprium, & ſociorum, quod dicens tacuerat, reuelatur; ſecus verò ſi poſterior teſtificatio negaret culpam, quæ antea per priorem erat reuelata. Patet ſi expendas in priori caſu ex cognitione propriæ culpæ, & confeſſione eius apud iudicem maximam reſultare veritatis præſumptionem, & oſtendi verum pœnitentem, minimè verò in poſteriori, caſu, ac ſubinde conſiderata Chriſtianæ Religionis pernicie, quæ in occultando tali crimine conſiſtit, non erit mirum ſi poſteriori caſu priori teſtimonio ſtetur, prout in ſpecie reſoluunt plures, quos refert, & ſequitur Couar. *vbi ſupra num.9.in fine*, Simanch.*d.cap.64.num.60.& in praxi cap.36 num.4.* Pro quibus expendi poſſunt verba huius text ibi, *contra ſe, & alios ſuos complices deponendo*, iunctis verbis præcedentibus, *tam de ſe, quam de aliis ſuper facto hæreſis*, &c quæ quidem verba maximum mihi faciunt fundamentum ad ſupradictam differentiam conſtituendam, licèt aliud teneat Simanch. *vbi proximè*; nec refragatur text.*in cap.litteras, verſ.quanquam vero ſimilibus, de præſumpt.* ſatisfit enim ſi aduertas text. illum procedere quando dictum extraiudiciale eſt, & ex coniecturis probabile videtur, nec vnum alterum dictum eſſe veroſimile.

§. Sanè.

18 Inquiſitores non debent ſe intromittere, nec punire exercentes diuinationes, & ſortilegia, niſi manifeſtè ſapiant hæreſim, ſed relinquant eos puniendos ſuis iudicibus. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

19 Hanc eandem concl.ex hoc text.deſumunt, Paul. Griland.*de ſortileg.lib.1.q.11.* Eymeric.*in direct.Inquiſitor.part.2. cap.42.* vbi Penia *comm.67.* Simanch.*de Cathol.inſtit.c.62.* Perez.*l.9.tit.1.lib.8.Ordin.pag.11.* remiſſiuè Salzed.*ad Bernard.in pract.c.107.aliàs 110. litt. A.verſ.& generaliter, in nouiſſ.impreſſ.* Azoued. *l.5.num.14. cum ſeqq.tit.1. lib.8. noua recopil.* Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ.p.4.collect.1378.* Marr.*de iuriſdict. part.2. cap.12.* Azor. *inſtit.moral.p.1. lib.9. c.26.q.4.* Soar.*de Religione tom.1.lib.2. de ſuperſtit.cap.19.n.11.* Farin. *in praxi crimin.p.1.q.20.num.79.cum ſeqq.& in tractat.de hæreſi q.181.à num.91.* Emman.do Valle *de incant.& enſalmis opuſcul.1.ſeqq.3. cap.1.num.2. & 3.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.c.38.n.92.* Marin. Delri.*diſquiſ.magic.l.5.ſect.2. ſub verſ.ſeptimò requiritur.*

20 *Diuinationibus.*] De Diuinationibus, quæ, & quot ſint eius ſpecies? Vide Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.34.c.3.de generali diuinationis prohibitione, & c.15.* Petr. Binsfel. *de confeſſ. malef.prælud.25. cauſa 3.verſ. diuinat.& in rub. C.de malefic.& mathem.notab.9.* Læl. Zechi.*in ſum.tit.de Fide c.15.de ſuperſtit.diuinatiua, & c.21.de diuinat.* Iacob.de Graff.*in aureis dec.p.1.lib.2. c.3.à n.6.* Card. Tolet.*in inſtruct.Sacerdot.lib.4.c.15.* Auiles *ad cap.53.Prætorum in gloſſ.adeuinos.* Gregor.de Valentia *2.2.q.95. diſp.6.q.12.* Azor.*inſtitut. moral. p.1.lib.9.cap.24.* Raph.de la Torre *in 2.2.tom.2.q.95. art.1.cum ſeqq.* Martin. Delr.*diſquiſit.magicar.l.4.c.2. q.1.4.3.6.& 7.* Soar.*de Relig tom.1.lib.2.de ſuperſtit. c.7.8.& 10.* Leſſi.*de iuſtit.lib.2.cap.43.dub.3.* Sanch. *d.lib.2.c.38 à n.12.*

21 *Sortilegiis.*] De iis latè Paul.Griland.*in ſpeciali tract. de ſortileg.* Petr.Greg. *d.lib.34. cap.1. cum ſeqq.* Boſſi. *in praxi tit.de ſortileg.* Lancer.Contard.*in templo omnis iudic.lib.1. cap.1.§.3.de obligat. imperat. verbo ſortilegia euitare à num.1.* Martin.Delr.*diſquiſit.magic.part.1. lib.3. q.1. cum ſeqq. & lib.4.cap.4.q.1.* Azor.*d.lib 9. cap.21.* Soar.*d.lib.2.cap.38.à num.56.* Fr. Raph.de la Torre *d.tom.2.q.95. art.8.pag. mihi 330.* Leſſi.*d.lib.2. cap.43.dub.9.* Hortenſ.Caluacan.*de brachio Regio p.1. num.84.* Farin.*d.q.20. à num.72. & de hæreſi q.181.* Emman.do Valle *d.opuſc.1.ſect.3.cap.1.num.2.& c.3. num.28. & cap.5.num.31.& 32.& cap.6.num.5.10. & 32.* Sanch.*d.cap.38.à num.56.* plures ex antiquioribus quos refert Cened. *ad Decretum collectan. 21. num. 1.*

In gloſſ. *Saperent.* ibi, *dæmones conſulere.* Notatur ad hoc, quòd inuocare dæmones, & eos conſulere etiam ſine adoratione, & exhibitione honoris eſt hæreticale ſortilegium, vt per Martin. Delri.*d.lib.5. ſect.15.in fine verſ dico ſextò,* Azor.*p.1.lib.9.cap.23.in princ.* Farin.*d.q.181. §.2. num.72. cum ſeqq.* vbi latè diſputat. 22

In ead. gloſſ. ibi, *puerum bapti zant*, &c. Notatur ad hoc, quòd hæreticale eſt ſortilegium quando aliquis puer rebaptizatur, vt per Simanch.*de Cathol.tit. 30.n.15.* Dec.*lib.5.c.17.verſ.item quando interueniret rebaptizatio*, Martin.Delr. *d.ſect.15.verſ.dico quartò,* Farin.*d.q.181.n.23.* 23

In gloſſ. *Manifeſtè* ibi, *in dubio enim hoc caſu non habent iuriſdictionem*, &c. Notatur ad hoc, quòd Inquiſitores non poſſunt ſe intromittere ad cognoſcendum an ſortilegia ſapiant hæreſim manifeſtè, vt per Simanch. *de Catholicis inſtit.tit.30.n.20.* Nauar.*conſ. 1.incip.Vtrùm Inquiſitores num.4.ſub hoc tit.* Eymeric. *in direct.Inquiſitor.p.2.q.41.n.7.* Decian.*lib.4.cap.25. num.9.* Rojas *ſing.110.num.1.& 2.* Iacob.de Graffis *d. lib.2.c.3.n.21.* Martin.Delri. *diſquiſ.magic. lib.5.ſect. 15.* Emman.do Valle *d.opuſc.1.ſect.3.cap.6.n.1.* Farin. *de hæreſi q.181.§.4.n.95.* 24

§. De quæſtionibus.

Inquiſitores non poſſunt ſe intromittere in cauſis vſurarum, etiamſi ſint contra illos, quibus pro crimine hæreſis iniunxerunt reſtitutionem vſurarum, & illi obligarunt ſe, & ſua bona. Colligunt DD. *in princ. text.* citati. 25

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Simanch. *de Cathol.inſtit.tit.66.de vſuris n.3.& in enchirid.tit.8.n.6.* Syluest.*verbo hæreticus §.2.n.5.* Perez *l.1.tit.2.lib.8.Ordinam pag.38.col.2.* Zanchin. *de hæretic.cap.35.n.1.* Carrer.*in ſimili tract.n.76.* Decian. *tract.crimin.lib.5.c.23.num.4.* Farin. *de hæreſi q.186. §.2.n.42.cum ſeqq.* 26

§. Si verò.

Fautor hæreticorum, non tamen hæreticus quando promiſit Inquiſitoribus, & obligauit ſua bona ad faciendam pœnitentiam, quam Inquiſitores iniungere vellent, ſi moritur antequam iniungatur ei pœnitentia, hæres mortui non poteſt cogi ad ſatisfaciendum; ſi verò antequam moreretur fuit pœnitentia iniuncta, nondum tamen peracta, & pœnitentia erat complenda in bonis temporalibus, tunc hæres debet cogi ad explendam talem pœnitentiam, quia iam bona tranſierunt cum hoc onere. Colligunt Doctores *in princ.text.* citati. 27

Quam Inquiſitores ipſi iniungere vellent.] Vide Simanch.*de Catholicis inſtit.c.4.n.4.* 28

Eius hæredibus, &c. Notatur ad hoc, quòd bona verè hæreticorum, non autem de hæreſi ſuſpecto- 29

tum sunt publicanda; vt per Menoch.*cons.195.n.16. cum seqq.*

§. In eo verò casu.

30 Aduersùs hæreticos iam demortuos potest per sententiam declaratoriam ad confiscationem bonorum procedi. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

31 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Simanch.*de Catholicis instit.cap.4.num.4.* Gondisalu.*in tract.de haeret.q.22. per totam.* Clar.§.*haeresis num.21.* Decian.*in tract.crimin.lib.5.c.57.* Couar.*de sponsalib. p.2.cap.6.§.8.num.6.* Bursat.*cons.43.num.2.lib.1.* Roland *cons.8.n.41.& 58.lib.3.* vbi verum dicit quamuis ante mortem non fuerit accusatus, Sanctarel. *de haeresi cap.20.dub.vnico n.2.*

32 In gloss *Post mortem.*ibi, *intellige hoc vsque ad 40. annos*, &c. Notatur ad hoc, quòd infra quadraginta annos potest in crimine hæresis post mortem hæretici procedi etiam ad confiscationem bonorum, non autem vltra, vt per Simancb.*de Cathol.instit.cap.17.n.7.* Brun.*de haeret.lib.5.c.17.* Gom.*de delictis c.1 a n.81.* Decian.*d.c.57.num.12* Farin.*in praxi crimin.p.1.q.10. n.82.& q.25.à n.159.* Sanch.*in praecepta Decal.tom.1. lib.2.cap.22.num.40.*

§. Sacerdotes.

33 Clerici, qui impediunt instruendo citatos hæreticos vel eorum credentes de veritate celanda, vel dicenda falsitate, vel eos indebitè liberando, possunt ab Inquisitoribus castigari debita pœna, vt in carceratione, vel alia prout culpa exigit; si verò sint Religiosi sunt immutandi, vel grauiori pœna puniendi quàm laici, si inuenti sint deliquisse in hæresi, vel consimilibus. Colligunt Doctor.*in princ.text.*citati.

34 Hanc eandem conclusionem ex hoc §. desumunt, Vmbert. Locat.*in iudic.Inquisit.in verbo clericus n.9. & in verbo fautores num.7.& in verbo suspicio num.13.* Campeg.*in addit.ad Zanchin.de haeret.cap.20.litt. A. verbo suspecti in 4.casu*, Eymer.*in direct.Inquisit.p.2. q.56.num.4.*vbi Penia *comment.81.litt.A in fine, vers. in quarto casu*, Decian.*in tract.crim.lib.1.cap.51.n.56.* Farin.*de haeresi q.182.§.1.n.8.*

35 *Seu eos indebitè liberando.*] Notatur ad hoc, quòd impedientes sanctum Inquisitionis Officium in punitione hæreticorum dicuntur eorundem hæreticorum fautores, vt per Eymer.*in direct.Inquisit.p.1.q.54. num.5.* Vgolin.*de censuris Pont.reseruatis.p.2.in gloss. fautores in princ.n.5.* Azor.*inst.mor.p.1.lib.8.c.15.q.6.* latè Farin.*de haeresi q.182. §.5. num.69.cum seqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

36 *In fauorem haeretica prauitatis.*&c.] Notatur ad hoc, quòd instruentes hæreticos ad celandum veritatem quando fuerint examinati, & ad negandam hæresim, quam tenent, dicuntur eorum fautores, & pœna arbitraria puniuntur, vt per Syluest.*in summ. verbo haereticus §.1.num.16.vers.tertium Sacerdotes*, Eymer.*in direct.Inquisit.p.2. q.56.num.4.* vbi Penia *comment.81. litt. A.in fine, vers.in quarto casu*, Decian.*d.lib.5.c.51. n.56.* Farinac.*de haeresi q.182.§.1.n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta non valent per quae Inquisitorum haeresis officium impeditur, vel retardatur, & n.2.*

3 *Inquisitionis officium impedientes puniuntur ab Inquisitoribus.*

4 *Iudex secularis tenetur celeriter exequi litteras, & mandata Inquisitorum haeretica prauitatis, & illorum officium nullatenus impedire.*

5 *Inquisitionis officium directè impediri dicitur quando statutum mandat ne aliquis ciuis accusari, aut inquiri possit in crimine haeresis, vel quod nullus contra alium de crimine haeresis testificari audeat.*

Cap. Statutum. IX.

Vrb. IV.

Statuta loci, quæ directè, vel indirectè impedire, vel retardare possunt Inquisitorem ne procedat, non valent; & Rectores censuris compelli valent, vt statutum deferant Inquisitori, & si tale reperitur est reuocandum, vel moderandum ne impediatur, vel retardetur processus inquisitionis aliquo modo. Colliguntur ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian.*in ration.lib.4 pag.94.* Alagona.*in compend.pag.652.* remissiuè Ximen.*in concord.p.1 & 2.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt, Syluest.*in summ.verbo haereticus §.2. n.8.vers.quartum domini*, Vmbert. Locat.*in iud.Inquisit.in verbo domini temporales num.3.& in verbo ordinario n.1.* Zanchin. *de haeretic.c.31. num.6.* Eymeric.*in direct.Inquisit.p.3. q.34* vbi Penia *commento 83.fol.mihi.605.& seqq.* vbi quòd omnia huiusmodi statuta, seu leges directè vel indirectè officium Inquisitionis impedientia sunt ipso iure nulla, & ibi recensentur Summorum Pont. rescripta super hoc expressè disponentia, refert Farin. *de haeresi q.182.§.5.n.76.* 2

Per censuram Ecclesiasticam,&c.] Ergo impedientes Sanctum Inquisitionis Officium puniuntur ab Inquisitoribus, vt per Zanchin.*d.cap.31.à num.1.* Carrer. *in tract.de haeret.cap.93. vers.& potest punire*, Eymer. *in direct. Inquisit.part.2.q.64. num.5.& part.3.q.36.* Decian.*tract.crimin.lib.5.cap.51.n.57.* Farin.*d.q.182. §.5.num.77.* 3

Quod per illud Inquisitionis processus non impediantur,&c.] Tenetur enim secularis iudex litteras, & mandata Inquisitorum hæreticæ prauitatis celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, vt per Lucern. Inquisit.*verbo impedientes num.1.* Simanch.*de Cathol.instit.tit.23.num.9.* Azeued.*l.15. num.7.tit.1. lib.4.nouae recopil.* Bobadil.*in sua politica.lib.2.cap.17 num.81.* Mendex à Castro *in praxi Lusitan.lib.2.c.1. num.16.* 4

In gloss. *Directè.*ibi, *putà ne aliquis ciuis*,&c. Notatur ad hoc, quòd Sanctum Inquisitionis Officium directè impediri dicitur quando statutum mandat ne aliquis ciuis accusari, aut inquiri possit in crimine hæresis, item quando mandaret quòd nullus contra alium de crimine hæresis testificari audeat, vt per Eymer. *in direct. Inquisit.p.2.q.54. num.1.& 3.* vbi, Penia *comment.79.lit.A.vers.primo*, Farin.*d.q 182. §.6.num.75.* 5

SVMMARIVM.

1 *Inquisitoris officium non expirat morte concedentis, & n.2.*

3 *Inquisitores contra haereticam prauitatem an sint iudices delegati, vel Ordinarij remissiuè.*

4 *Citatio partis non est necessaria, vt res dicatur non integra, sed sufficit qualitercunque coeperit iudex iurisdictione vti.*

Cap. Ne aliqui. X.

Gregor. IV.

1 INquisitoris officium non expirat morte concedentis, v.g. Papæ, &c. nec quoad negotia, quæ nondum erant cœpta, vel orta. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.3.pag.94.* Alagona *in compendio pag.652.* remissiuè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Simanch. *de Cathol. inst. tit.34. num.14.* Carrer. *in tract. de hæret. num.65. vers. & morte delegantis*, Eymeric. *in direct. Inquisitor. p.4.q.7. & 8.* vbi Penia *comment. 56. & 57.* Decian. *tractat. crimin. lib.5. cap.20. num.8. & cap.22. num.5. & 29.* Sigism. Scacc. *de indic. cap.67. num.8.* Rojas *sing.114. num.3.* Farin. *de hæresi q.186. §.2. num.20.* vbi *num.21.* limitat in delegato beneplacitum Sedis Apostol. Azor. *institut. moralium part.1. lib.7. cap.18. quæst.7.* Sanch. *de matrim. lib.8. disp.28. num.34.*

3 Verùm autem Inquisitores contra hæreticam prauitatem iudices sint delegati, an verò Ordinarij? vide quæ dixi *ad cap. per hoc 17. infrà, hoc eod. tit.*

4 In gloss. *Incœpta.* ibi, *etiam præter citationem iurisdictio perpetuatur*, &c. Notatur ad hoc, quòd non est necessaria partis citatio, sed sufficit vt res dicatur non integra, sed cœpta, qualitercunque cœperit iudex iurisdictione vti, exercens quemcunque actum iudicialem, vt per Sanch. *d. disp.18.n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores quando sunt plures, singuli, vel coniuncti simul possunt cognoscere de causis, & in condemnandis vel absoluendis reis secundùm Canones anteponere debent timorem Dei respectibus humanis.*

2 *Inquisitores sunt iudices delegati ad vniuersitatem causarum, ad Fidei cognitionem pertinentium.*

3 *Inquisitores hæresis si in vna Prouincia plures deputati fuerint à Sede Apost. possūt ex speciali fauore omnes simul, vel singuli separatim procedere, nisi aliquis eorum esset in speciali causa specialiter deputatus.*

4 *Inquisitores possunt recipere hæreticos pœnitentes, illósque iniuncta pœnitentia Ecclesiæ reconciliare, & talis absolutio prodest in vtroque foro.*

5 *Inquisitores quomodo instruendi in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant.*

6 *Testium in examine in crimine hæresis vltra notarium adhibendæ sunt duæ religiosæ, & discretæ personæ, & deficiente notario, ipsius loco adhibendi sunt alij duo idonei viri.*

7 *Episcopi cùm procedunt contra hæreticos non habent necesse conuocare personas Religiosas ad examinationem testium.*

8 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem ideo subdelegare possunt quia sunt delegati Principis.*

9 *Monachus, qui in seculo erat tabellio, potest in causis Fidei id munus obire.*

10 *Monachus effectus post assumptum tabellionatus officium non potest illud exercere.*

11 *Monachus, qui in seculo erat tabellio, si contra prohibitionem conficiat instrumentum, illud valebit.*

12 *Monachus, qui in seculo erat tabellio, potest implere post professionem, & signare instrumenta, quæ in seculo confecerat.*

13 *Inquisitores quomodo instruendi circa personas per quas impediri possit, vel differri Inquisitionis negotium, ostenditur.*

14 *Inquisitionis officium impedientes compescendi sunt ad desistendum per censuras Ecclesiasticas, etiam inuocato brachio seculari.*

15 *Iudices delegati possunt inuocare auxilium brachij secularis.*

16 *Magistratus qui non obtemperat inquisitorum mandatis, & præstare auxilium recusat, potest prehendi, & iurisdictione sua priuari, & est suspectus de hæresi.*

Cap. Nisi aliqua. XI.

Clem. IV.

INquisitores plures quando sunt singuli, vel con- 1
iunctim, simul possunt cognoscere causas, & in condemnandis, vel absoluendis reis secundùm Canones anteponant timorem Dei respectibus humanis, sed solerter considerent in absoluendo, ne simulatè, & fraudulenter conuertantur absoluendi, & se, & Inquisitores decipiant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viu. *in rationali lib.5. pag.94.* Alagona *in compend. pag.562.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

Officium est commissum, &c.] Ergo Inquisitores sunt 2
iudices delegati ad vniuersitatem, causarum ad Fidei cognitionem pertinentium, vt per Spin. *in speculo testam. gl.12. rub. n.37.* Emm. de Valle *de incantat. & ensalm. sect.3. c.1. n.6.*

Simul vt separatim, &c.] Notatur ad hoc, quòd si 3
in vna Prouincia deputati fuerint à Sede Apost. plures Inquisitores hæreticæ prauitatis, possunt ex speciali fauore Fidei omnes simul, vel singuli separatim; prout eis magis expedire videbitur, procedere, vt per Sylu. *in summ. verbo hæreticus, §.2. n.10. vers. tertium in aliquib. prouinciis*, Ioan à Rojas *sing.27. à num.3. & in tract. de hæret. part.1. n.439.* Simanch. *de Catholicis instit. tit.34. num.26.* Eymeric. *in direct. Inquisitor. p.3. q.46.* vbi Penia *commento 95. fol.623. col.1.* Decian. *in tract. crim. lib.5. c.22. n.7.* Sigism. Scacc. *in tract. de indic. cap.67. n.9.* Farin. *de hæresi q.186. §.2. num.24.* vbi *n.25.* limitat non procedere quando in aliqua speciali causa esset à Papa deputatus aliquis Inquisitor specialiter, nam tunc cùm per hanc specialem delegationem censeatur aliis habentibus generalem iurisdictionem interdicta potestas procedendi in illa causa, hoc ideo omnes alij silere debent, & solum procedet Inquisitor specialiter in illa causa delegatus.

Absolutionis beneficium impendatis, &c.] Notatur ad 4
hoc, quòd Inquisitores possunt recipere hæreticos pœnitentes, illósque iniuncta pœnitentia Ecclesiæ reconciliare & talis absolutio prodest in vtroque foro, ita docent *in præsenti*, Ioan. Andr. *ante n.1.* Geminian. *sub n.2. ad finem*, & Franch. *n.2.* Zanchin. *de hæret. cap.34.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.3. num.1.* Mar. Anton. Genuen. *in praxi Archiepisc. Neap. cap.67. num.10* Farin. *de hæresi q.192. §.4. num.52.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.3. cap.414 n.24* quos refert, & sequitur Reuerendissimus D. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.5. cap.14. num 1. & cap.15. num.1.*

§. Verum.

Testes quando sunt excipiendi super crimine hæ- 5
resis, vel ipsum tangentibus, debent coram publico notario

notario accipi, adhibendique sunt duæ personæ Religiosæ, & discretæ, & si notarius commodè haberi non potest, depositiones testium per duos viros idoneos scribendæ sunt. Item Inquisitores possunt cogere ad scribendum testimonia loco notarij Religiosos, qui in seculo exercuerunt officium notarij, non obstante iure, vel regula in contrarium, sic & clericos seculares, & alios etiam, quibus est à Sede Apost. commissum. Colligunt Doct. *in princ. text.* citati.

6 *Duas Religiosas, & discretas personas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in examine testium in crimine hæresis vltra notarium adhibendæ sunt duæ Religiosæ, & discretæ personæ, & deficiente notario ipsius loco adhibendi sunt alij duo idonei viri, vt per Simanch. *de Catholicis instit. tit.* 64. *num.* 9. 21. & 22. Gundisal. *in tract. de heret. q.* 13. *num.* 18. Eymeric. *in direct. Inquisit. p.* 3. *tit. quot persona esse debent in examine testium*, &c. *à numer.* 81. vbi Penia *comment.* 20. Ropas *sing.* 187. Menoch. *cons.* 149. *num.* 18. vbi ait quòd testes contra inquisitum de hæresi, vt probent, examinari debent coram duobus Religiosis. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 4. & *cap.* 24. *num.* 26. Sigism. Scacc. *de iudic. cap.* 87. *n.* 16. Ludou à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *q.* 4. *à num.* 5. Farinac. *de heresi q.* 188.

7 §. 1. *num.* 33. vbi *num.* 34. limat non procedere in Episcopis, qui cùm procedunt contra hæreticos, non habent necesse conuocare personas Religiosas ad examinationem testium, sed sufficit eos solos cum notario testes examinare.

8 Notatur etiam ad hoc, quòd Inquisitores contra hæreticam prauitatem ideo subdelegare possunt, quia sunt delegati Principis, vt per D. Barbos. *in l. cùm prætor* §. 1. *num.* 395. *ff. de iudic.*

9 *Ad conscribendas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in causis Fidei potest Monachus, qui in seculo erat tabellio, id munus obire, vt post alios resoluit Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 46.

10 In gloss. *Præmissa*. ibi. *tabellio factus Monachus non potest exercere*, &c. Notatur ad hoc, quòd Monachus effectus post assumptum, tabellionatus officium, non potest illud exercere, vt per Farinac. *fragm. crimin. p.* 1. *litt. C. num.* 216. Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 46. Si tamen aduersùs hanc prohibitionem Monachus, qui in seculo erat tabellio, conficiat instrumentum, valebit, quia nullibi inuenitur verbum tale instrumentum irritans, vt docent Syluest. *in sum. verbo tabellio, q.* 3. *dict.* 5. Couar. *pract. c.* 19. *num.* 8. *vers. quòd si Sacerdos* Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 48.

12 In ead. gl. ibi, *Quod veteres rogationes complebit*, &c. Notatur ad hoc, quòd Monachus qui in seculo erat tabellio, potest complere post professionem, & signare instrumenta, quæ in seculo confecerat, vel in suo protocollo breuiter, & succinctè conscripserat, vt postea per otium quoties opus sit, latiùs extenderet, quia complere vetera instrumenta, non est instrumenta denuo conficere, sed executio, atque consummatio instrumenti tempore habili confecti, ita docent *in præsenti*, Franch. *in* §. *ad conscribendas, in fine*, & Domin. *ibid.* Bernard. *in pract. cap.* 58. *aliàs* 61. *n.* 3. vbi Salzed. *litt. E. in nouiss. impress.* Marian. Socin. *de oblation. libello.* 8. *n.* 61. Nauar. *comment.* 2. *de Regularib. n.* 42. Couar. *d. cap.* 19. *n.* 8. *vers. Monachus*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *q.* 8. *art. vlt.* Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 49. vbi *n.* 50. addit ad hoc exigi licentiam superioris, & *n.* 51. quòd potest monasterium conueniri, vt monachus antè notarius hæc instrumenta perficiat.

§. Compescendi.

13 Inquisitor potest inhibere prædicationem quæstoribus, & aliis quando ipse vult facere aliquem actum inquisitionis, vel vult prædicare hæreticis: potéstque inuocare auxilium brachij secularis ad capiendum hæreticum, vel impedientes capturam remota appellatione, non obstantibus priuilegiis sub quacunque verborum forma conceptis. Item potest facere, vt Magistratus, vel Officialis iuret seruare, & facere seruari à suis subditis omnes Constitutiones à Sede Apostol. promulgatas, ac probatas contra hæreticos, & si nolunt iurare, vt infames, & fautores ac suspecti de hæresi priuari debent officio, & regimine, nec in posterum ad officium publicum assumantur. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

Coercitionis expedita. &c.] Notatur ad hoc quòd impedientes quomodo libet S. Inquisitionis officiũ compescendi sunt ad desistendum à præstito impedimento per censuras Ecclesiasticas etiam inuocato brachio seculari, vt per Arcbid. *hic num.* 9. Ioan Andr. *num.* 3 & Franch. *in* §. *denique num.* 1. Farin. *de heresi q.* 182. §. 5. *num.* 81. Sanctarel. *in simili tract. cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 15. *vers. item impedientes.* 14

Inuocato auxilio brachij secularis, &c.] Ergo delegati iudices possunt inuocare auxilium brachij secularis, vt per Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 1. Nauar. *in cap. cùm contingat, de rescript. remed.* 1. *n.* 1. *cum seqq.* Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 360. Mandos. *reg.* 17. *Cancel. q.* 2. *num.* 12. Auiles *ad cap.* 20. *Prætorum gl. vsurpant. n.* 27. Azeued. *l.* 15. *num.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recop.* Bernard. Græuæ. *in pract. Camera Imper. lib.* 1. *concl.* 115. *consid.* 1. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 179. Farin. *in praxi crimin. q.* 97. *num.* 86. Brunor. à Solè *in locis communib. verbo brachium seculare* 1. Marr. *de iurisdict. p.* 1. *c.* 50. *n.* 25. Ludou. Rodolph. *in tract. de brachio seculari num.* 30. 15

Ac de fide suspectus, officio, &c.] Notatur ad hoc quòd Magistratus qui non obtemperat Inquisitorum mandatis, & pręstare auxiliũ recusat, potest apprehendi, & iurisdictione sua priuari, & est suspectus de hæresi, vt per Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallia tit. de litteris requisit. in princ. n.* 20. Menoch. *d. præsumpt. lib.* 6. *præs.* 6. *n.* 31. Tenetur enim litteras, & mandata inquisitorũ hæreticæ prauitatis celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, vt resoluunt Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 23. *n.* 9 Lucern. Inquisit. *verbo impedientes n.* 1. Azeued. *ad l.* 15. *n.* 7. & 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Penia *in direct. Inquis. p.* 3. *commento* 85. 16

Statuimus insuper, &c.] Vide Sanctarel. *de heresi cap.* 11. *dub.* 1. *n.* 15. *vers. item in cap.* 17

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Sententia contra hæreticos proferenda est de consilio peritorum.*
3 *Inquisitores non tenentur præcisè requirere consilium peritorum, sed tantùm si expedire visum fuerit eorum arbitrio.*
4 *Assessores, seu consultores S. Officij ab Inquisitoribus conuocantur, vt in causis Fidei consilium eis præbeant.*
5 *Assessores seu Consultores S. Officij debent esse personæ qualificatæ, prudentes, boni, in Theologia, vel iure Canonico periti.*
6 *Inquisitor in crimine heresis citare potest hæreticum absentem etiam extra territorium.*
7 *Assessores S. Officij an salarium petere possint, remissiuè.*
8 *Inquisitores heresis non tenentur Assessorum, & consultorum consilium necessariò sequi.*

9 Inquisi

9 *Inquisitores hæreticæ prauitatis, & Episcopi ex iusta causa possunt minuere pœnas etiam post sententiam.*

10 *Hæretici priuati sunt ipso iure à die commissi criminis omnibus beneficiis ecclesiasticis ante hæresim adeptis.*

11 *Episcopus punitur conferens scienter beneficium hæretico, aut hæreticorum fautoribus.*

Cap. Vt commissi. XII.

Bonif. VIII.

1 INquisitoribus, vel eorum singulis facultas concessa est committendi citationes, & denunciationes sententiarum, quas ferent contra hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, vocandi quoslibet peritos, vt eis assistant dum sententiam ferunt, & consilium dent prout iudicauerint expedire, & iniungendi ipsis peritis in virtute obedientiæ, vt super his pareant: conuocandi clerum oppidi, vel ciuitatis, prout expedierit negotio Fidei, procedendi contra illos, de quibus constat quòd deliquerunt in Fide in prouincia talis Inquisitoris, licèt deinde se transtulerint in aliam; faciendi vt eis assignentur libri, & scripta in quibus continentur inquisitiones, & processus contra hæreticos facti per quoscunque auctoritate Apostolica, vel Legatorum; mitigandi vel mutandi pœnas illorum, qui humiliter obedientes suis mandatis sunt in carcere, vel muro reclusi, si ita expedire iudicauerint, quod quidem faciendum est simul cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt; priuandi, & priuatos declarandi dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis de consilio Diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum, & officiis publicis, ac honoribus quibuscunque eosdem hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & eorum filios, & nepotes. Sunt autem Diœcesani in priuando tales, vel nunciando priuatos beneficiis huiusmodi requirendi, si non constet eos legitimè, & scienter talibus eadem beneficia contulisse, tunc enim in his non requirendi, sed à suo iudice erunt puniendi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioann. Andr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 97. Alagona *in compend. pag.* 553. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Aduocandi quoque, &c.*] Notatur ad hoc, quòd sententia contra hæreticos proferenda est de consilio peritorum, vt per Arch. *num.* 1. Ioan. Monach. *num.* 1. Ioan. Andr. *num.* 2. Gemin. *num.* 2. Franch. *etiam n.* 2. *in* 2. *notab. in præsenti*, Conrad. Brun. *in tract. de hæretic. lib. 4. c.* 10. Zanchin. *in simili tract. cap.* 15. *num.* 1. *&* 3. Gondisalu. *eod. tract. q.* 15. *num.* 1. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 41. *num.* 11. Rojas *sing.* 99. Eymer. *in director. Inquisit. p. 3. q.* 77. vbi Penia *commento* 126. *vers. cur autem Inquisitoribus*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c.* 24. *n.* 1. *& cap.* 38. *n.* 10. Lud. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. q. 4. n.* 55. *cum seqq.* Farin. *de hæresi q.* 185. §. 12. *num.* 188.

3 *Prout expedierit.*] Ergo Inquisitores non tenentur præcisè requirere consilium peritorum, sed tantùm si expedire visum fuerit eorum arbitrio, de quo vide Farin. *d. q.* 185. §. 12. *num.* 195. vbi *num.* 196. an dictis peritis consultoribus dandus sit integralis processus.

4 *Peritos quoque vt vobis assistant, &c.*] Qui quidem
periti, siue assessores, seu consultores vulgò nominati,
ab Inquisitoribus conuocantur, vt in causis Fidei consi-
lium eis præbeant, vt per Lucern. Inquisit. *verbo Inqui-*
5 *sitor num.* 21. *& verbo aduocatus n.* 2. quem refert Ce-
ned. *ad Sextum collect.* 27. *num.* 1. & debent esse personæ qualificatæ, Simanch. *d. tit. num.* 41. *num.* 11. *&* 12. vbi quòd eligendi sunt ad hoc munus viri prudentes, boni, & periti, Decian. *d. cap.* 24. *num.* 10. vbi quòd vel in Theologia, vel in iure Canonico, vel in iure Ciuili periti esse debeant, & vlteriùs viri probatæ vitæ, vt corruptionis periculum tollatur, Roias *de hæret. part.* 1. *num.* 404. vbi quòd consultores possunt eligi etiam laici coniugati, qui tamen sint in iure Canonico, & Ciuili periti, honesti, & prouidi viri, Direct. Inquisit. *p.* 3. *q.* 77. *n.* 2. vbi quòd periti conuocandi erunt Theologi, Canonistæ, & Legistæ.

Et contra illos, &c.] Notatur ad hoc, quòd in crimi- 6
ne hæresis potest Inquisitor citare hæreticum absentem etiam extra suum territorium, vt per Archid. *num.* 3. Ioan. Andr. *num.* 3. *col.* 2. Gemin. *num.* 1. *&* 2. Farin. *d. quæst.* 185. *num.* 104.

Vtrùm autem huiusmodi assessores salarium pete- 7
re possint; examinat Eymer. *d. p. 3. q.* 77. Zanchin. *de hæreticis cap.* 15. *num.* 3. Lucern. Inquisit. *d. verbo aduocatus num.* 3. Simanch. *de Cathol. instit. cap.* 41. *num.* 13. *& in enchirid. tit.* 19. *num.* 4. Roias *sing.* 15. Decian. *dicto cap.* 24. *num.* 10. vbi quòd isti consultores periti non possunt exigere salarium, sed bene illud recipere.

Præbeant consilium opportunum.] Non verò tenen- 8
tur Inquisitores illud necessariò sequi, iuxta tradita per Lucern., Inquisit. *d. verbo Aduocatus* 4. Arnald. Albertin. *de agnosc. assertion. q.* 26. *n.* 11. *cum seqq.* Simanch. *d. cap.* 41. *num.* 4. Roias *de hæretic.* 1. *num.* 409. *cum seqq. & p. 2. assert.* 11. *n.* 166. *& sing.* 99. *vers. Inquisitores*; Azeued. *ad Curiam Pisan. lib. 4. cap. 6. num.* 116. Penia *in direct. Inquisit. p. 3. scol.* 132. Cened. *d. collect.* 27. *n.* 2. Farin. *d. q.* 185. §. 12. *n.* 192. *& seq.*

Pœnam vnà cum Prælatis, &c.] Notatur ad hoc, 9
quòd ex iusta causa possunt Inquisitores hæreticæ prauitatis, & Episcopi minuere pœnas etiam post sententiam, vt per Clar. §. *hæresis num.* 8. Mench. *illustr. cap.* 31. *num.* 3. Penia *in direct. Inquisitor. part. 2. quæst.* 47. *schol.* 72.

Priuandi præterea, &c.] Notatur ad hoc quòd hæ- 10
retici priuati sunt ipso iure à die commissi criminis omnibus beneficiis ecclesiasticis ante hæresim adeptis, vt per Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num.* 4. Penia *in direct. Inquisit. part. 3. commento* 162. Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 3. quæst. 1. num.* 31. *&* 32. Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 129. n.* 3. Petr. de Ledesma *in sum. part. 2. tract. 1. cap. 4. concl.* 14. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 13. q. 3. & part. 2. lib. 7. cap. 17. in princ.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num.* 65. Farin. *fragm. crimin. part. 1. litt. C. num.* 335. *cum seq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 26. n. 5. cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. exist. lib. 5. cap. 19. num.* 8. latè. Farin. *de hæresi q.* 189. §. 4. *num.* 69. *cum multis seqq.*

Sed potiùs à suo iudice puniendos.] Notatur ad hoc, 11
quòd punitur Episcopus conferens scienter beneficium hæretico, aut hæreticorum fautoribus, vt per Lambert. *de iurepatron. lib. 2. p. 1. quæst. 6. art.* 6. Penia *in direct. Inquisit. part. 3. commento* 162. *vers. secunda verò assertio*, Ricciul. *d. lib. 5. cap. 19. num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Christiani ad Iudaismum transeuntes, & redeuntes, hæretici reputantur.*

2 *Iudæi sponte facti Christiani si à Fide apostatantes redeunt ad Iudaismum, reputantur hæretici, & contra illos vt hæreticos proceditur.*

3 *Iudæi facti Christiani dum erant infantes si ad Iudaismum*

Cap. Decreuit. XIV.

1 Catholicorum vxorum dotes non confiscantur propter hæresim maritorum, si quando contraxerunt matrimonium nesciebāt illos esse hereticos. Colligunt ex Ordio. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 98.* Alagona *in compendio pag. 654.* remissiuè Ximen. *in concord part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Repert. Inquisit. *verbo dotes*, Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. num. 66. cum. seqq. & tit. 40. num. 24.* Villadieg. *de hæretic. quæst. 15. num. 9.* Zanch. *eod. tract. cap. 25. ad finem*, vbi Campeg. *in addit. lit. A.* Quanter. *in quæst. criminal. cap. 1. n. 22. vers. aut contraxit ignoramer, & num. 24. vers. aut mulier ignorabat maritum*, Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 2. §. 2. in princip.* Perez *l. 1. versic vlteriùs dubitatur, tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 22.* Hieron. Portoles *de consortib. cap. 37. à n. 17.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 66. n. 23. cum seqq.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 49. ff. de liberis agnos.* Penia *in direct. Inquisit. schol. 153.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 10.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 18. num. 3. cum seqq.* Sanctarel. *de hæresi cap. 9. dub. 3. num. 11.* Cened. *ad Sextum collect. 13. num. 2.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 25. num. 111. cum seqq. & de hæresi quæst.*
3 190. §. 3. *num. 43* vbi *num. 45. cum seqq.* ampliat ad bona paraphernalia vxoris, ad donationes propter nuptias, ad quæsita ab vxore constante matrimonio, & ad res donatas vxori à consanguineis viri, nisi expressè fuerit tempore donationis dictum, vt marito acquiratur Verùm Sanchez. *d. l. cap. 17. n. 22.* obseruat non esse tutum extendere pœnam huius text. ad alia bona, qui in dote tantum agit, in qua est maior ratio, cùm fuerit causa contrahendi, & cuius intuitu matrimonium cum hæretico celebratum est, & ita conueniens fuit vt vxor in illius amissione puniretur, quæ ratio cessat in bonis paraphernalibus, quæ sunt extra dotem, & in aliis bonis, quæ postea constante matrimonio ex accidenti acquisita sunt, nec fuerunt causa matrimonij turpiter contracti, sequitur Sanctarel. *d. cap. 9. dub. 3. num. 14.*

4 *Propter hæresim maritorum.*] Ob hæresim tamen earumdem vxorum dotes confiscari posse resoluunt Couar. *de sponsal. part. 2. c. 7. §. 5. n. 5.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 9. à num. 87.* Gom. *l. 78. Tauri à princ.* Clar. *§. fi. quæst. 78. num. 16.* D. Barbos. *in l. si constante §. fin. in princip. ff. soluto matrim.* Sanch. *d. cap. 17. num. 25. cum seqq.* vbi *num. 31.* post alios, quos refert, subdit hoc casu dotis confiscationem statim & absolutè fieri, nec relinquendam viro ad vitam vxoris fruendam ad sustinenda onera matrimonij.

5 *Nisi fortè mulieres, &c.*] matrimonium inter Christianum, & hæreticum an, & quando sit validum? Vide Nauar. *in man. cap. 22. num. 48. vers. tertiò*, Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 41. n. 12. vers. quartò matrimonium*, Couar. *de sponsal part. 2. cap. 6. §. 11. num. 4.* Rojas *sing. 128.* Simanch. *de Cathol. institut. tit. 40. n. 17. cum seqq.* Moz. *de contract. tit. de matrimon. §. qui possunt contrahere matrimon. n. 27.* Petr. Bollo *in œconom. Canon. class. 2. cap. 4. §. 7. vers. disparitas cultus*, Matien. *in rub. tit. 1. gloss. 1. n. 161. lib. 5. nouæ recopil.* Cened. *ad Sextum collect. 13. n. 3.* Ludouic. Beia, *respons. casuum Conscient. part. 4. casu 30.* Azor *instit. moral. part. 1. cap. 11. quæst. 5. & part. 2. lib. 5. cap. 2. quæst. 2.* Sāch. *de matrim. lib. 10. disput. 15.* remissiuè Farinac. *de hæresi quæst. 190. n. 51.* inter quos, excepto Roia & Simanch. citra controuersiam est coniugium personæ fidelis cum hæretica baptizata, vel apostata à Fide, validum esse; quamuis illicitum, quia cùm matrimonium sit Sacramentum, solum petit paritatem Baptismi suscepti à contrahentibus, quamuis à Fidei professione dispariatus sit, ita præter *supra* citatos docent S. Thom. *in 4. dist. 39. quæst. unic. art. 1. ad 5.* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de matr. cap. 23. in princ.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 31. num. 168.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 72. n. 2.* Basil. Ponci *de impedim. cap. 20. §. 2. vers. de coniugio.* Matrimoniū verò contractū à Catholico cum infideli non valere probat text. *cap. quoniam 32. dist.* ex Concil. Carthag. desumptus, & alij Canones vel ex Sanctis vel ex Concilijs prouincialibus desumpti. & quāuis nullus fortasse sit Pontificis textus, quo hæc irritation inducatur, sufficit tamen vsus Ecclesiæ ex receptissima consuetudine, & Apostolorum traditione vim legis obtinente, vt per Sot. *in 4. dist. 39. q. vnic. art. 2. col. 5. vers. hoc. tamen.* Card. Bellarm. *d. cap. 23. propos. 2. & 3.* Henriq. *lib. 12. matrim. cap. 23. § in fine*, Sanch. *d. disp. 71. num. 8.* Rebello *de obligat. iustit. part. 2. lib. 3. quæst. 9. circa fin.* Quamuis Basil. Ponci. *d. cap. 20. §. vers. cæterum*, multum insudet probare lege ecclesiastica scripta tale matrimonium non subsistere.

Mulieres ipsæ, &c.] Ergo non viri, quia quamuis vir, 6
& vxor sint correlatiua, & dispositum in vno correlatiuorum, censeatur etiam in alio dispositum iuxta *l. 1 C. de cupress. lib. 10.* id tamen obtinet quando in vtroque datur eadem ratio, secus si diuersa vigeat, vt in hoc casu, & ideo virum Catholicum matrimonium scienter cum hæretica contrahentem non incurrere similem pœnam amissionis bonorum, resoluunt Sanch *d. c. 17. n. 23* & Sanct. *d. c. 19 dub. 3. n. 15.*

Quos hæreticos &c. Notatur ad hoc, quòd si vxor 7
scienter contraxit matrimoniū cum viro hæretico, tunc in delicti pœnam priuatur dote, & applicatur fisco, vt per Peniam *in direct. Inquisit. p. 3. commento 130.* Sot. *n. 4. dist. 39. art. fin. in princ.* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum §. 9. n. 11. cum seqq.* Simanch. *de Cathol. inst. cap. 9. n. 73.* Sanch. *d. c. 18. à num. 17.*

Tunc sciebant. Ergo si tempore matrimonij maritus 8
erat Catholicus, postea verò in crimen hæresis incidit, tunc dos, seu alia quæcunque bona vxoris Catholicæ non confiscantur, vt docent Palat. *in repet. d. rub. §. 66. num. 23.* Simanch. *de Cathol. inst. cap 9 num 66.* Segura *de bonis lucratis n. 13. & à n. 253.* Couar. *lib. 2. var. cap. 8. n. 2. & 7.* Clar. *§. fin. quæst. 78. n. 15.* Cabed. *Lusit. decis. 185. n. part. 1.* latè Sanch *d. cap. 17. à n. 1. vsque ad n. 16.* vbi *n. 17.* subdit cum gl. *hic verbo tunc*, quòd exigitur vt vxor tempore contractus sciat virum esse hæreticum ad hoc vt in delicti pœnam eius dos publicetur, secus si postea sciret.

In gloss. *Tunc* ibi, *ergo si tunc ignorabant, licèt postea* 9
scinerint, non habet locum pœna, &c. Notatur ad hoc quòd fœmina contrahens matrimonium cum hæretico ignorans illum esse hæreticum, non amittit dotem suam quamuis post contractum matrimonium cognoscat maritum esse hæreticum; vt per Franch. *num. 2.* Gemin. *etiam num. 2.* Ioan. Andr. Domin. & Anch. *in fine hic*, Peniam *in direct. Inquis. part. 3. comment. 160. vers. in hac tractatione*, Lælij. Zech. *in summ tit. de Fide rub. d. hæresi c. 11. n. 16. vers. quartò ampliatur*, Farin. *de hæresi*
quæst. 190. §. 3. n. 52. Sāctarel. *in simili tract. c. 19. dub. 3.* 10
num. 16. nam leges puniuntes incestas nuptias, & etiam Canones locum habent vbi ab initio scienter contractæ fuerunt, secus tamen si ab initio bona fide contractis nuptiis postea detecto impedimento vir & fœmina in eodem coniugali contractu perseuerant, vt per Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 19.* Duen. *reg. 150. vers. secus dum limita.*

In ead. gloss. ibi *præsumuntur autem ignorare nisi pro-* 11
betur scire. Notatur ad hoc quòd in dubio præsumitur

quòd ignorans contraxerit cum hæretico & ad fiscum volentem vt dos publicetur, pertinet probare quòd scienter contraxerint, vt per Syluest. *in summa verbo hæreticus* §.1.*num.*13. Repert. Inquisit. *in verbo dotes vers. primo* Farinac. *num.*53. & Sanctarel. *num.*16. *proximè citatis locis.*

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum vsque ad secundam lineam paternam ad primam verò maternam sunt inhabiles ad beneficium ecclesiasticum, vel officium, seculare si patres ante mortem Ecclesiæ reincorporati non fuerint & num.* 2.

3 *Intellige tam de natis post hæresim, quàm etiam de natis ante hæresim patris.*

4 *Generationis appellatione comprehenduntur filiæ fœminæ & nepotes.*

5 *Sententia condemnans parentes hæreticos non exigitur, vt filij, ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis, ac inhabilitatis ad beneficia.*

9 *Statutum loquens de nepotibus hæreticorum, seu reconciliatorum non habet locum in reconciliato sponte confesso promissa sibi venia.*

7 *Hæresis ascendentium non nocet descendentibus, quandocunque illi ascendentes fuerint Ecclesiæ reincorporati.*

8 *Filij hæretici pœnitentis, & ad fidem redeuntis non priuantur beneficijs, nec ad alia obtinenda inhabiles redduntur.*

9 *Statutum inhabilitans filios hæreticorum ad beneficia, comprehendit filios hæretici, etiam pœnitentis, & ad fidem redeuntis.*

10 *Filij hæretici relapsi, & traditi Curiæ seculari sunt inhabiles ad beneficia ecclesiastica, & officia, quamuis ille pœniteat, & decedat Catholicus.*

11 *Pœna contra filios hæreticorum à iure statuta locum habet propter hæresim matris.*

12 *Filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ.*

13 *Masculinum concipit fœmininum in materia pœnali, & odiosa.*

14 *Pœnæ omnes contra hæreticos eorúmque fautores, &c. statutæ, habent locum etiam in quibuscunque filiis, etiam illegitimis, & spuriis.*

CAP. Statutum. *ij.* XV.

1 Filij hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum, ex paterna linea vsque ad secundum gradum, ex materna vsque ad primum, non possunt habere beneficia, vel officia, & intelligitur quando parentes vt tales, id est, hæretici, mortui sunt, secus quando constat eos fuisse emendatos, & reincorporatos Ecclesiæ, & ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam proculpa egisse, vel paratos ad eam recipiendam fuisse. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib.*5. *pag.* 98. Alagona *in compend. pag.*654. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gomez *tom.*3. *var. cap.*2. *num.*4. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*45. *n.*5. *in fin. vers. & hoc intellige.* Molin. *de iustit. num.*3. *disp.*658. *num.* 29. *vers. filij tamen,* Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*8. *cap.*13. *post. q.*8. *in pœna* 8. *hæreticorum, & part.*2. *lib.*6. *cap.*4. *in princip.* Soar. *tom.*5. *de censur. disp.*43. *sect.*3. *n.*1. Farinac. *fragment. crimin. part.*1. *litt. C. n.*350. & *de hæresi q.*191. *n.*51. Sanctarel. *in simili tract. cap.*34. *n.*12. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*2. *cap.*27. *num.*2. *cum seqq.*

Ipsorúmque filij. Intellige tam de natis post hæresim quàm etiam de natis ante hæresim patris, vt tenent Perez *tit.*7. *lib.*8. *Ordin. pag* 197. Menoch. *de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*33. *n.*24. Farin. *in tract. de hæresi q.*91. §.2. *n.*57. & 58. censuit Rot. *in Conchen. pensionis* 9. *Martij* 1598. coram Peregrino, vbi argumentis contrariæ partis sigillatim respondet, prout eam refert Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.*5. *cap.*30. *num.*27. 3

Vsque ad secundam generationem.] Ergo generationis appellatione comprehenduntur filiæ fœminæ; & nepotes, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §.1. *gloss.*9. *n.*241. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsump.*84. *n.*26. & *consil.*331. *n.*12. Chald. Pereira *de potest. eligendi cap.* 15. *num.*27. & 28. Aloys. Ric. *in praxi rerum fori ecclesi. decis.*117. *num* 5. *in prima editione.* 4

Qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur Ergo non exigitur sententia condemnans parentes hæreticos, vt filij, ac nepotes incurrant pœnas irregularitatis; & inhabilitatis ad beneficia, sed satis esset si vel per euidentiam facti, vel per propriam confessionem parentum in iudicio constet parentes fuisse hæreticos, fautores, defensores, aut receptatores hæreticorum, vt per Soar. *tom.*5. *de censur. disput.*43. *sect.*3. *num.*2. Sayr. *de censur. lib.*6. *cap.*10. *num.*40. Sanctarel. *de hæresi cap.*34. *dub.*2. *num.*13. Sanch. *in præcept. Decalogi tom.*1. *lib.*2. *cap.*27. *num.*28. 5

Quos emendatos esse constiterit, &c.] Notatur ad hoc, quòd statutum loquens de nepotibus hæreticorum, seu reconciliatorum, non habet locum in reconciliato sponte confesso promissa sibi venia, vt per Put. *decis.*526. *lib.*2. Nam hæresis ascendentium non nocet descendentibus quandocunque illi ascendentes fuerint Ecclesiæ reincorporati, vt citato hoc text. censuit Rota *in Colimbricn. Canonicatus* 13. *Iunij* 1616. coram Card. Sacrato, vbi etiam fuit dictum non esse faciendam distinctionem inter sponte confessum & condemnatum, de qua Caputaquen. *decis.*69. *num.*6. *part.*2. & eadem Rot. *decis.*105. *p.*3. *lib.*2. *diuers.* qui loquuntur in terminis statuti Ecclesiæ Hispalen. inhabilitantis nepotes reconciliatorum, & concludunt statutum esse intelligendum strictè, & sic de nepotibus tantùm illorum, qui fuerunt reconciliati post condemnationem, quapropter dictæ decisiones coarctant statutum Hispalen. emanatum contra descendentes reconciliatorum, non autem ampliant pœnas iuris communis contra eosdem. 6 7

Vnde filius hæretici pœnitentis, & ad Fidē redeuntis non priuatur beneficiis, nec ad alia obtinenda inhabilis redditur, etiamsi eorum parentes ante perectam pœnitentiam obierint, dummodo tamen parati essent ad eam recipiendā, resoluunt Carret. *de hæretic. n.*241 *vers. limita nisi pater,* Gundisalu. *eodem tract. q.*23. Paris. *consil.*2. *n.*185. *lib.*4. Surd. *consil.*368. *n.*14. Didac. Quantet. *in quæst. crimin. tit. de hæretic. cap.*1. *n.*11. *vers. quod supra dictum est,* Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *c.*45. *n.*5. *vers. limita tertiò,* Sanch. *d. lib.*2. *cap.*27. *n.*26. Ricciul. *d. lib.*5. *cap.*30. *num.*41. vbi etiam post Verall. *decis.*96. *n.*7. *part.* 2. subdit illos tamen comprehendi sub statuto inhabilante filios hæreticorum ad beneficia. Farin. *de hæresi quæst.*191. §.2. *num.*64. 8 9

Vtrùm autem pœna, de qua in hoc text & alibi, locum habeat in filiis hæretici relapsi, & traditi Curiæ seculari, qui tamen pœnituit, & decessit Catholicus? Ex dictis videbatur dicendum talium filios pœnas huiusmodi effugere, quòd tanquam æquius probant *hic* Ioan. Andr. & Gemin. *in* §. *hoc sanè n.*2. *vers. dicit,* Repert. Inquisit. *verbo filij* §. *nunc,* Alphons. Motalu. *ad leges Castellæ l.*2. *tit.*26. *part.*7. *vers. est ergo conclusio,* Surd. *conclus.*346. *num.* 24. & alij citati per Sanctarel. 10

de

de hæresi cap.34. dub.2. n.17. in princip. Verùm licèt hæc sententia probabilitate non careat, contraria tamen receptior est, illámque expresse tenent *in præsenti* Anchar.*n.1.in fine*, Ioan. Andr. *num.5.* & Franch. *num.4. vers.in gloss.verbo reincorporatus*, Simanch.*de Cathol. institut. tit. 29.n.17.vers.sed.re attentius perpensa*, Bursat.*cons.289.num.16.& seq.lib.3.* Penia *in direct. Inquisit.part.3.quæst.115.vers.circa secundum,& vers.quamuis prior*, Decian.*tract.criminal.lib.lib.5.cap.45.num.3. vers.amplia etiamsi parentes*, Azor.*instit.moral.part.1. lib.8.cap.13.quæst. 8.in 8. hæreticorum pœna,vers.quod autem*, *& part.2.lib.6.cap.4.quæst.3.vers.dubia etiam quæst.* Soar.*de censur.tom.5. disput.43. sect.3. num.4.* Auil.*in simili tract.part.7. disput 4. dub.3.* Farinac.*d. quæst.191.num.65.* Param.*de origine S.Inquisitionis.lib. 3.quæst.9.n.209.* Sanchez *d.lib.2.cap.27.num.23.* Ricciul.*d.lib.5.cap.30. num.32.cum seqq.* id probantes ex hoc text. vbi ad dictum effectum duo requiruntur, nempè quòd pater fuerit emendatus,& reincorporatus Ecclesiæ vnitati, at relapsus non potest dici reincorporatus, quia Ecclesia illi denegat audientiam,*cap. super eo,hoc eodem tit.*

11 In gloss.*Inane*.ibi,*item si mulier aliqua est hæretica*, &c.] Notatur ad hoc quòd pœnæ contra filios hæreticorum à iure statutæ locum habent propter hæresim matris, vt per Zanch.*in tractat.de hæretic.cap.28.num. 8.& 10.* Decian.*d.lib.5. cap.45. num.3.& 5.* Ricciul. *dicto. cap.30. num.29.* Farinac. *de hæresi quæst.191. num.63.*

12 Notatur etiam ad hoc, quòd filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ, vt per Tiraq. *d.nobilit. cap.18.n.21.*

13 In ead.gloss.ibi.*Communiter committit*,&c. Notatur, ad hoc quòd in materia pœnali. & odiosa masculinum concipit fœmininum, vt per Tiraq.*de retractu lig.§.1. gloss.9.n.213.* Card. Mantic.*de coniectur. vltim.volunt. lib.6.tit.7. num.18.* Franc.Molin. *de ritu nuptiar.lib.3. q.16.à princip.*

14 In gloss.*Volumus*.ibi.*an filij illegitimi includantur hac prohibitione*. &c. Notatur ad hoc quòd pœnæ omnes contra hæreticos, eorúmque fautores, defensores, & receptatores statutæ habent locum etiam in quibusuis filiis illegitimis,& spuriis, vt docent *in præsenti* Ioan. Andr. *sub num.4* Anchar.*num.2.* Franc.*num.4.* Gemin. *etiam num.4.* Couar.*var.lib.1.cap.8.num.3.* Menoch.*de præsumpt.lib.5. præsumpt.33.n.11.* Surd.*cons.386.n.6.* Soar.*tom 5. de censuris disputatione 43.sect.3. num.2.* Iacob.de Graff. *in aur.decis.lib.2.cap.11.num.19.* Azor. *d.quæst.8. n 8.hæreticorum pœna, & part.2.lib.6.cap.4. quæst.3.* Sanch.*d.lib.2.cap.27.num.1.* Ricciul.*d.lib.5.c. 30.n.1.cum.seqq.* vbi à *num.7.* disputat quid dicendum de filiis adoptiuis, Sanctarel.*de hæresi cap.36.dub.1.n. 5.* vbi *cum seq.* de filiis etiam adoptiuis, Farinac.*in simili tract.q.191.num.54.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor Papæ super hæresi sine speciali mandato non inquirit contra Episcopum, sed si eum culpabilem scinerit, nunciabit Papæ,& n.2.*

3 *Causa hæresis in Episcopo reseruatur Sedi Apost.*

4 *Episcopi electi,& confirmati quamuis nondum consecrati, causa hæresis reseruatur Sedi Apost.*

5 *Inquisitor contra Episcopum hæreticum illo tantum casu procedere poterit quando sic procedendi potestas ipsi à Papa fuerit expressè concessa.*

6 *Inquisitores debent habita notitia de hæresi alicuius Episcopi illam Papæ nunciare.*

7 *Episcopi, & alij Prælati inferiores debent nunciare Papæ hæreses, & hæreticos, qui sunt in territoriis suis.*

8 *Dicto*, expressè, *requirit expressam mentionem; non autem quæ deprehenditur ex verbis quantumcunque generalibus.*

9 *Expressum aliquando dicitur quod continetur sub generalitate verborum.*

10 *Commissio specialis procedendi contra Episcopum Inquisitori facta debet prouenire ab ipsa Sede Apost.*

11 *Inquisitor potest de hæresi Episcopi cognoscere, vt mittat negotium instructum ad Papam.*

Cap. Inquisitores. XVI.

1 INquisitor deputatus à Sede Apostol. vel ab alio, non potest inquirere de hæresi, vel procedere contra Episcopos, nisi in litteris cōmissionis Sedis Apost. expressè ponatur. Si tamen inquisitor sciuerit, vel inuenerit Episcopum, vel eo superiorem, commisisse crimen hæresis, aut esse diffamatos, vel suspectos de hoc, tenetur denunciare Sedi Apostol. Colligunt ex Ordinar. Archid. Geminian. Ioann. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Viuian.*in rationali l.5. pag.99.* Alagona *in compendio pag.655.* remissiuè Ximen.*in concordant.part.1.& 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Locat.*in opere iudic.verbo Episcopus*, Villadieg.*de hæretic.quæst.7.n. 15.* Simanch.*de Cathol.instit.titul.25. num.7.* Rojas *singul.55.num.2.* Penia *in direct. Inquisit. part.3.cōment.o 76.* Henriquez.*in summ.lib.13.cap.55. §.2.lit. P.* Fr. Emman.*quæst. Regular.tom.2 quæ.81. artic.1.* Isidor. Moscon.*de maiestate militantis Ecclesia part.1.cap.11.de Inquisit.pag.277. vers.itē ne procedant*, Decian.*in tract.crimin.lib.5.cap.21.num.5.& cap.23.num.2.* Farinac.*de hæresi quæst.186.§.5.an.114.* vbi *num.119.* limitat quando Episcopus esset suspectus de fuga, & *num.120.* pariter limitat quando Episcopus aliquid in manifestum Fidei detrimentum, & fidelium perniciem moliretur. quia tunc potest capi, & custodiri donec Summus Pont. certior redderetur; Molin.*de instit.tract.5.disput.28. num.19.* Farinac.*de hæresi.q.186.n.113.* ipse ego *de officio,& potestate Episcopi part.3.alleg.112.n.14.* Illustriss. D.meus Roderic. à Cunha *de Confessoribus solicitantibus mulieres in confessione q.12.num.6.*

3 Vnde causam hæresis in Episcopo reseruari Sedi Apostol. statuit etiam Concil. Tridentin.*sess.24.de reform.cap.5.* & per illud tenent Peoia *d.part.3.commento 77.* & Fr. Emman.*d.art.1.vers.aduertendum tamen.* Et procedere etiamsi Episcopus sit titularis, post Molin. *d.disput.28.num.19.* obseruat Illustriss. D.meus Roderic. à Cunha *d.q.12.n.7.in princip.* vbi *num.11.* subdit 4 pariter procedere in Episcopis electis, confirmatis, licèt nondum consecratis, per ea quæ tradunt Molin.*dicta disput.18.num.19.* & Sanch.*de matrimon.lib. 8.disp.2.num.11.*

5 *Nisi in litteris*,&c.] Notatur adhoc, quòd Inquisitor contra Episcopum hæreticum illo tantùm casu procedere poterit quando sic procedendi potestas ipsi à Papa fuerit expressè concessa, in tantum quòd sub commissione, seu delegatione, facta procedendi contra quascunque personas cuiuscunque dignitatis, & quibuscunque generalibus verbis concepta, Episcopi non comprehendantur. nisi expressè, & specialiter de Episcopis facta fuerit mentio, vt per Goodisal. *in tract.de hæret.quæst.7. n.15.* Carrer.*in simili tract. n.74.vers.nisi specialiter*, Simanch.*in enchirid.tit.8. n.1.* Decian.*d.lib.5.cap.21.num.5.* Farinac.*dicta quæst. 186. §.5.num. 117.*

Tenebuntur Sedi Apost.nunciare.] Notatur ad hoc,

quòd licèt Inquisitores non possint contra Episcopum pro hæresi procedere, debent tamen habita notitia de hæresi alicuius Episcopi illam Papæ nunciare, vt per Simanch. *d. tit.* 25. *num.* 7. & 10. Zanchin. *de heretic. cap.* 8. *n.* 9. *vers. sed possunt.* Carrer. *in simili tract. num.* 74. Petr. Greg. *syntagm. lib.* 37. *cap.* 7. *n.* 3. *vers. in persona,* Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 3. *vers. item quando,*
7 Farin. *d. quæst.* 186. §. 5. *num.* 121 Episcopi etiam, & alij Prælati inferiores debent nunciare Papæ hæreses, & hæreticos, qui sunt in territoriis suis, vt per Nauar. *cons.* 5. *de for. comp. in antiq.*

8 In gloss. *Expresiè.* Notatur ad hoc quòd dict. *expresse* requirit expressam mentionem, non autem quæ comprehenditur ex verbis quantumcunque generalibus, vt docet Cabed. *Lusit. decis.* 12. *num.* 7. *part.* 2. licèt
9 aliàs dicatur expressum, quod continetur sub generalitate verborum, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 54. & *lib.* 7. *q.* 10. *n.* 23. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo expressum* 4. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 26.

10 In gloss. *Apostolica.* ibi, *ab alio quàm à Papa,* &c. Notatur ad hoc quòd specialis commissio procedendi contra Episcopum Inquisitori facta debet prouenire ab ipsa Sede Apost. non autem ab alio superiore, Farin. *d. q.* 186. §. 5. *n.* 117. *in fine.*

11 In ead. gloss. ibi, *Etiam vt instructam remittant causam,* &c. contra hanc gloss. tenet communis quòd Inquisitor potest de hæresi Episcopi cognoscere vt mittat nogotium instructum ad Papam, ita Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 25. *n.* 8. & *in enchirid. tit.* 8. *n.* 2. Penia *ad direct. Inquis. part.* 3. *q.* 27. *comment.* 76. *vers. monendi tamen sumus,* Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 23. *n.* 2. Farin. *d. q.* 186. §. 5. *num.* 116.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non derogatur super processu hæreticorum, licèt Papa generaliter alteri deleget, & super eodem facto Episcopus, & Inquisitor possunt procedere communiter, vel diuisim, vel proferre sententiam, in qua si discordent debent Papæ referre.*
2 *Episcopi qualitercunque procedant in causa hæresis debent seruare modum Inquisitoribus impositum.*
3 *Potestas ampla, quam Episcopi de iure communi habent ad cognoscendum de crimine hæresis, restricta est hodie quoad forũ exterius ad Tribunal S. Officij.*
4 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem sunt iudices delegati, & non Ordinarij, si attendamus primæuam eorum institutionem, v. n.* 10.
5 *Ordinarius iudex dicitur ille, qui iure sui officij, dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuridicundo præest.*
6 *Inquisitores non habent iurisdictionem principaliter ratione Officij, cui illa adhæreat, sed magis eam obtinent ex speciali commissione, seu delegatione.*
7 *Ordinaria censetur iurisdictio, quæ à lege, vel à Principe ad vniuersitatem causarum, vel ad certum genus earum alicui vniuersaliter committitur.*
8 *Verba,* auctoritate Apost. procedat, *indicant iurisdictionem commissam esse delegatam, & n.* 9.
11 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem hodie possunt dici Ordinarij.*
12 *Inquisitores in Regnis Hispaniarum immediatè à Summo Pont. iurisdictionem accipiunt, mediante sola nominatione facta personarum per Inquisitorē generalem ex commissione Pontificia sibi indulta.*
13 *Iurisdictio Inquisitoribus delegata non præiudicat iurisdictioni Episcopi, cùm censeatur concessa cumulatiuè, non priuatiuè.*
14 *Inquisitor, & Episcopus in crimine hæresis, & in eadem causa, eodemque facto possunt insimul, diuisim, vel coniunctim procedere.*
15 *Inquisitore, & Episcopo discordantibus in prolatione sententia, seu in alio actu, quem quisque solus expedire non potest, debent Sedem Apost. consulere.*

Cap. Per hoc. XVII.

Papa quando delegat generaliter negotium hæreticorum alicui in aliqua diœcesi, non derogat Diœcesano quin possit procedere, in eodem negotio auctoritate ordinaria, vel delegata si eam habet, & de eodem facto Ordinarius, & Inquisitor communiter, vel diuisim, inquirere possunt, & si diuisim procedant, tenentur inuicem communicare processus, vt veritas meliùs inueniatur, & nisi in tali casu alter alteri iudicauerit deferendum, sententia proferatur simul per vtrosque, & si non conueniunt, mittatur ad Sedem Apost. negotium sufficienter instructum per vtrosque. Item 1
Episcopus siue Ordinaria, siue delegata potestate pro- 2
cedat, seruet in procedendo illum modum, quem Inquisitores per iura communia, vel speciales concessiones, seu ordinationes Sedis Apostol. debent seruare. Colligunt ex Ordinariis Lapus Abbas, Archidiac. Geminian. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 5. *pag.* 99. Alegona *in compendio pag.* 655. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Potestas autem illa ampla, quam Episcopi de iure 3
communi habebant ad cognoscendum de crimine hæresis in vtroque foro, & in quacunque parte, & loco suarum diœcesum, restricta est hodie quoad forum exterius ad tribunal & domum Sancti Officij Inquisitionis, vbi omnes Episcopi, qui sunt in districtu cuiusque domus Inquisitionis assistunt per se, vel per suos delegatos ad decidendum causas Fidei suarum diœcesum, vt docent Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 66. Ioan. Valer. *de differen. inter vtrumque forum verbo hæresis differ.* 3.

Ab Apostolica Sede generaliter, &c.] Ergo Inquisi- 4
tores contra hæreticam prauitatem iudices sunt delegati, non Ordinarij, vt docent Dec. *in cap. causam n.* 10. *de offic. deleg.* Alciat. *in rub. n.* 19. *de offic. Ordin.* Simanch. *de Cathol. tit.* 34. *director. Inquisit. part.* 3. *q.* 4. & *ibidem* Penia *commento* 53 Param. *de origine Officij S. Inquisitionis lib.* 3. *q.* 2. *n.* 37. Molin. *de instit. tom.* 6. *disp.* 28. *num.* 1. D. Barbos. *in l. cum prætor.* §. 1. *num.* 44. & *n.* 51. *cum seqq. ff. de iudic.*

Non obstat quòd Inquisitoribus non sine officio, 5
magistratúue, sed magis iure, & ratione officij Inquisitoris iurisdictio mandata est, vt probat text. *in cap. ne aliquis,* ibi, *officium, c. vt officium* 11. *c. vt commissi,* 12. ibi, *officij, sub. hoc eod. tit. & lib.* ac proinde iudex Ordinarius dicendus videtur, cùm talis dicatur ille, qui iure sui officij, dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuridicundo præest, secundùm Morl. *in emporio iuris tit.* 2. *in prælud. n.* 88. Molin. *d. tom.* 6. *disp.* 8. *n.* 2. & 3. D. Barbos. *in d. l. cum prætor.* §. 1. *à n.* 15. quia respondetur In- 6
quisitores non habere iurisdictionem principaliter ratione officij, cui illa adhæreat, nec sub illius ratione eisdem datam esse, vt contingit in Ordinariis, sed magis eam obtinere ex speciali commissione, seu delegatione, ratione cuius delegationis officium inquirendi, & iudicandi exercere dicuntur, sicut aliàs quilibet delegatus ratione iurisdictionis sibi delegatæ officium habere dicitur, iuxta verba *rub. de offic. & potest. iudic. deleg.* & in hoc sensu intelligenda sunt omnia intra *suprà* citata, quæ de Inquisitoribus loquentia officij men- 7
tionem faciunt.

Nec etiam obstat quòd eisdem Inquisitoribus intra

prouin

prouinciam, vel destrictum, ad quem sunt destinati, acquiritur cognitio vniuersalis negociorum ad Fidem pertinentium, vt ita secundùm communem dicantur constituti ad vniuersitatem causarum; vel (vt alij nec impropriè loquuntur) si non ad vniuersitatem causarum, quia ad certum, & speciale negotium hæreticorum deputantur, saltem contra vniuersitatem personarum, nempe hæreticorum, sunt constituti, itavt eorum iurisdictio respectu personarum vniuersalis sit, vt probat tex. *in præsenti*, ibi, *generaliter*, post aliorum Albert. *in c. 1. q. 7. n. 6. hoc tit.* Penia *d. comm. 53. versic. illud tamen*, & vbi ad vniuersitatem causarum, vel ad certum genus earum vniuersaliter tantùm iurisdictio à lege, seu à Principe committitur. Ordinaria censetur, vt per text. *in l. 1. v. cùm Vrbem. ff. de offic. Præfecti Vrbis*, resoluunt Menoch. *de arb. lib. 1. q. 12. num. 9.* D.
8 Barbos. *in l. cùm prætor. §. 1. à n. 37. 40. & 54. cum seqq. ff. de iud.* Quia respondetur ideo Inquisitores delegatos censeri, etiam si illis hæreticorum negotium, & ita certum genus causarum generaliter à Papa committatur, vt insinuat text. *in præsenti*, ibi, *generaliter*, ex eo quia in tali commissione adiectum requiritur, vt auctoritate Apost. procedant, & iudicent, *d. cap. vt officium, in princ.* ibi, *auct. Apost. & c. sup. hoc eod. tit.* ac subinde succedit regula text *in c. cum aliquib. vers. nisi quòd, de rescript. hoc l.* vt eleganter aduertit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 16. n. 31.*
9 Cui considerationi non obstat illud, quod aduersùs eam adducit D. Barbos. *d. §. 1. num. 60.* dicens *d. c. vt officium*, non asserere quòd Inquisitores cognoscant auctoritate Apost. sed potiùs quòd habeant officium inquirendi auctoritate Apostol. quod est longè diuersum, siquidem omnes Ordinarij officia sua auctoritate Principis obtinent; replicatur enim si attentè legatur, aperte dicere Inquisitores cognoscere auctoritate Apost. verba enim illa, *auctoritate Apost.* non construuntur cum præcedentibus, ibi, *officium est commissum*, quasi dicant quòd habeat officium autoritate Apostol. (nam inter vna, & altera verba virgula adiecta reperitur) sed magis cum sequentibus, ibi, *auctoritate Apost. possitis efficacius adimplere*, idest, exequi, & procedere, vt *infrà* idē text. ait. ibi, *procedatis*, sic docens Pontifex. officium Inquisitionis auctoritate Apost. ab inquisitoribus exequi, seu adimpleri, quo admisso necessariò delegati censendi sunt, iuxta reg. *d. cap. cum aliquibus.*
10 Licèt autem omnia supradicta procedant attenta illa primæua Inquisitorum institutione secundum quam à principio quidam destinabantur ad certas personas, alij ad certas causas, & nonunquam ad certas prouincias prout necessitas exigebat, ac Summo Pontifici necessarium videbatur nec officium eorum perpetuò erat stabilitum vt constat ex iis, quæ circa illorum originem ex alijs tradunt Param. *lib. 2. tit. 1. c. 1. 2.*
11 *&* 5. & Molin. *d. disp. 28. n. 4* Nihilominus tamē, quia postea in Regnis Castellæ, Lusitaniæ, Siciliæ, & alijs locis ita suadente necessitate, & vtilitate ad Catholicę Fidei puritatem, & synceritatem conseruandam officium Inquisitorum perpetuò est constitutum sub vno Inquisitore generali, & cum generali illius senatu, ac alijs particularibus Tribunalibus, cum diuisione diœcesum, & denique cum vniuersali iurisdictione, circa omnes Fidei causas eidem officio veluti cohærentes, quæ quidem omnia propria sunt iudicum ordinariorum, ac iurisdictionis ordinariæ. Nec in hoc videtur admittenda differentia inter Inquisitorem generalem, & cæteros Inquisitores, quam in specie tradit D. Barbos. *d. §. 1. n. 65.* ex eo ductus quòd cæteri Inquisitores sunt remouibiles ad nutū Inquisitoris generalis; confunditur enim ex eo quòd sicut isti ad nutum Inquisitoris generalis, ita & ille ad nutum Summi Pont. amouibilis est, nec verum est dicere cæteros Inquisitores esse delegatos eiusdem Inquisitoris generalis, & ab eo iurisdictionem accipere, omnes enim immediatè à Summo Pont. iurisdictionem accipiunt mediante sola nominatione personarum facta per Inquisitorem generalem ex commissione Pontificis sibi indulta, vt post Direct. *p. 3. q. 3. & ibid.* Penia *commento 52.* comprobat latè Param. *lib. 3. q. 2. n. 37. cum seqq.* Molin. *d. disp. 28. num. 7.* qui difficultatibus in contrarium satisfaciunt; quæ sententia, nempe Inquisitores esse iudices ordinarios, sine dubio amplectanda foret, si, prout hodie sunt, fuissent à principio à Summo Pont. instituti, quia tamen ab initio officium hoc delegatum incepit, vt *suprà*, modò verò omnes ferè Ordinarij muneris ac iurisdictionis qualitates; & effectus habent, vt proximè, constanter dici potest illorum iurisdictionem in se quidem delegatam esse, habereque omnes excellentias delegatæ iurisdictionis; ad ordinariam tamen valde accedere, & cum illa ferè in omnibus conuenire, itavt careat imperfectionibus delegatæ, vt eleganter in proposito tradit, & prosequitur Molin. *disp. 28. n. 1. & 4.*

Diœcesanus Episcopus, &c. Notatur ad hoc, quòd iu- 13
risdictio Inquisitoribus delegata non præiudicat iurisdictioni Episcopi, cùm censeatur concessa cumulatiuè non priuatiue, vt per Syluest. *in summ. verbo hæreticus §. 2. n. 10. vers. quando negotium hæresis*, Rojas *sing. 38. n. 1.* Gondisalu. *in tract. de heret. q. 7. n. 9.* Carrer. *in tract. n. 67. vers. & operabitur*, Simanch. *de Cathol. instit. tit. 25. n. 4.* Decià. *in tr. crimin. l. 5. c. 21. n. 10.* Sisgism. Scacc. *de iud. c. 67. n. 9.* Farin. *de heres. q. 186. §. n. 58.* vbi *n. 59.* intelligit vt non censeatur derogatum iurisdictioni Episcoporum Ordinarię per commissionem, seu delegationem factam Inquisitori generaliter de procedendo in omni crimine hæresis, secus si commissio esset restricta ad certa crimina, & certas personas specialiter, quia tunc etiam ordinariæ Episcoporum auctoritati censetur derogatum. Sed hodie obseruatur quod *supra* dixi *num. 3.*

Concedimus quod per Episcopos, &c. Notatur ad hoc, 14
quòd Inquisitor, & Episcopus in crimine hæresis, & in eadem causa, eodémque facto possunt insimul, diuisim, & coniunctim procedere, vt per Zanchin. *in tract. de heret. c. 8. n. 4. in princ.* Gondisal. *in simili tract. q. 8. n. 3.* Carrer. *eod. tr. n. 70.* Clar. *§. heresis n. 5. vers. sed quis*, Roias *sing. 44. n. 12. & de heretic. part. 1. n. 439.* Simanch. *d. tit. 25. n. 5.* Decian. *d. lib. 5. c. 22. n. 8.* Farin. *d. q. 186. §. 3. num. 56.*

In qua ferenda, &c. Notatur ad hoc quòd discor- 15
dantibus Inquisitore, & Episcopo in prolatione sententiæ, seu in alio actu, quam quisque solus expedire non potest, debent Sedem Apost. consulere, vt per Roias *d. p. 1. n. 437.* Simanch. *d. tit. 25. n. 4. vers. si verò concordes*, Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 50.* vbi Penia *comm. 99.* Decian. *d. l. 5. c. 21. n. 3. v. item quando & num. 22. & cap. 23. num. 18.* Farin. *d. quæst. 186. §. 3. num. 64.* vbi *num 65.* sit quid faciendum si Episcopus, & Inquisitor discordant in tormentando inquisitum de hæresi.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & Inquisitoribus heresis non resistant, sed omnino pareāt domini temporales, & de eo crimine non cognoscant, alias puniuntur.*
2 *Principes seculares, eorūque iudices tenentur litteras & mandata Inquisitorū contra hereticam prauitatem celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, sub pœna excommunicationis.*

3 *Incarceratus pro quibuscunque delictis, etiam atrocibus apud iudicem secularem statim remittendus est ad Tribunal Sancti Officij, quandocunque petatur ob negotium Fidei.*

4 *Iudex secularis in causa heresis est merus executor, itaut nec de mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cognoscere possit.*

5 *Iudex secularis tenetur punire, & morti tradere hereticum sibi ab Inquisitoribus traditum, & ad id per censuras ecclesiasticas compelli potest.*

6 *Appellatio non datur à sententia lata contra hereticos eorúmque credentes, fautores, &c. sed limitatur aliquibus modis.*

7 *Heresis cognitio nullo pacto spectat ad iudices seculares.*

8 *Heresis crimen est merè ecclesiasticum.*

9 *Dictio, quoquo modo, quid denotet, ostenditur.*

10 *Inquisitionis S. Officium impedientes puniuntur non solum si directè impediant, sed etiam si indirectè.*

11 *Officium S. Inquisitionis impediens excommunicationis vinculo est innodatus.*

Cap. Vt Inquisitionibus. XVIII.

1 PRincipes & Rectores seculares obedire debent Episcopis, & Inquisitoribus, & intendere in captione, inuestigatione, & diligenti custodia hæreticorum, & fautorum cùm fuerint requisiti, vt trudantur in carceres Episcoporum, & Inquisitorum, vel alibi in districtu, vbi Episcopus, vel Inquisitor mandauerit, ac custodiantur arctè per viros Catholicos deputandos per Episcopum, vel Inquisitorem, donec eorum negotium terminetur per iudicem Ecclesiasticum, & quando condemnati de hæresi ipsis relinquuntur statim eos accipere debent, & sine dilatione punire, non obstante appellatione, vel proclamatione eorum, quia hæc sunt illis interdicta à legibus. Item prohibetur dominis, & officialibus prædictis, vt non cognoscant, vel iudicent de crimine hæresis, quia est Ecclesiasticum, nec liberent è carcere captos pro hæresi sine licentia, vel mandato Episcopi, aut Inquisitoris, nec executionem sibi iniunctam prompte facere, vel adimplere detractent, nec præsumant directè, vel indirectè impedire sententiam, vel processum iudicum, Inquisitorum, vel Episcopi. Si quis prædictorum præsumpserit contrafacere, vel se opponere, seu impedire, & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, est excommunicatus, & si per annum pertinax in excommunicatione permanserit, ex tunc condemnabitur, vt hæreticos. Colligunt ex Ordin. Arch. Gemin. Ioan. Andr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 5. pag.* 100. Alagona *in*
2 *compendio p.* 655. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. &* 2.

Pareant, & intendant, &c.] Notatur ad hoc, quòd Principes seculares, corúmque iudices tenentur litteras, & mandata Inquisitorum contra hæreticam prauitatem celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire sub pœna excommunicationis, vt per Carrer. *in praxi tit. de heret. §. circa secundum num.* 56. Lucern. Inquis. *verbo impedientes num.* 1. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 23. *n.* 9. Azeued. *l.* 15. *num.* 7. *tit.* 1. *l.* 4. *noua recopil.* & ad hoc possunt Inquisitores prædicti eos compellere censuris, & pœnis, vt docent Decian. *in tract. crim. l. 5. c.* 22. *num* 21. Bobadil. *in sua polit. l.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. Parens meus *in comment. ad Ordinat. Reg.*
3 *Lusit. lib. 2. tit. 6. in princip. n.* 1.

In potestatem, seu carcerem, &c.] Incarceratum pro quibuscunque delictis etiam atrocibus apud iudicem secularem statim remittendum esse ad Tribunal S. Officij quandocunque petatur ob negotium Fidei, statuit sanct. me. Pius V. *in sua const. incipien. Sanctissimus Dominus,* cuius meminere Simanch. *in fin tract. de Cathol. inst.* & Penia *in addit. ad tra. de Strigiis, quem inseruit in fine direct. Inquis.* Ioseph Sesse *de inhib. c.* 30. *n.* 52. *cum seqq.*

Statim recipiant indilatè, &c.] Iudex ergo secularis in causa hæresis est merus executor, nec de processu, nec de sententia, aut de mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cognoscere potest, etiamsi mortis pœna imponenda sit hæretico, quia totum hoc Inquisitoris prudentiæ relinquitur, itaut locus non detur reuisioni, vt docent Campag. *in addit. ad Zanch. in tra. de heretic. cap. 8. lit. A.* Villadieg. *in simili tract. q. 19. versic. an iudex secularis.* Simanch. *de Cathol. institut. c. 36. à num* 4. Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 21. n.* 8. Rojas *de priuil. Inquisit. n.* 450. Lucern. Inquisit. *verbo executio contra damnatos.* Belling. *in speculo Principum rub. 11. §. viso n.* 1. vbi Borrel. *in addit. lit. B.* Palat. *in repetit. c. per vestras, de donat. inter virum notab. 2. §. 1. n.* 22. Azeued. *d. l. 1. n.* 125. Penia *in direct. Inquisit. part. 3. schol. 99. versic. ex hac assertione;* Cened. *ad Decretal. collect. 55. n.* 2. Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 2. n.* 30. Fr. Ludouicus Miranda *de ordine iudic. q. 1. artic. 5. conclus.* 5. Curi Philip *part. 3 §. 3. num.* 19. Farinac. *in pract. crim. part. 3. quæst. 97. num.* 183. Sanctarel. *de heresi cap. 40. dub. 4. num.* 24. Mendez à Castro *d. lib. 2. cap. 1. num.* 16. Aloys. Riccius *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 330. *in 1. edit.* 4

Itaut teneatur ipse iudex secularis punire, & morti tradere hæreticum sibi ab inquisitoribus traditum, ad idque per censuras ecclesiasticas compelli possit, quamuis dicat liquidò sibi constare sententiam esse iniustam, secundum Farin. *d. q. 97. n. 106. cum seqq. & in tract. de heresi c.* 161. 5

Non obstantibus appellationibus, &c.] Notatur ad hoc quòd à sententia contra hæreticos, eorúmque credentes fautores, defensores, & receptatores lata non datur appellatio, vt per Syluest. *in summ. verbo hereticus num. 4. vers. octaua.* Zanchio. *in tract. de heret. c. 2. n.* 24. Carrer. *in simili tract. n.* 129. Simanch. *de Cathol. instit. tit. 6. num. 2. & in Enchirid. tit. 95. num.* 1. Ioan. Rojas *sing. 19. num. 1. cum seqq. & sing. 179. num.* 2. Decian. *in tract. crimi. lib. 5. cap. 20. num. 26. & cap. 57. num.* 1. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. n.* 58. Farinac. *de heresi q. 185. §. 15. n. 227. cum sequent.* vbi *num.* ... addit quòd sicut hæreticus à sententia contra se lata appellare non potest, ita nec etiam appellare possunt illius hæredes, & *num.* 232. limitat in appellatione à sententia interlocutoria grauaminis illati ante diffinitiuam, & *num.* 225 limitat pariter in appellatione à decreto torturæ & *num.* 240. declarat quòd in casu limitationum supradictarum si Episcopus sit ille, qui grauat, & grauatus est de exemptis, à tali grauamine appellatur ad Papam; si vero grauatus non est de exemptis, tunc appellatur ad Metropolitanum, vel etiam ad Papam omisso medio, at verò si inquisitor esset Religiosus, non appellatur ad Prouincialem, seu Generalem ipsius Inquisitoris superiorem, sed ad Papam. 6

Prohibemus quoque, &c.] Notatur ad hoc, quòd cognitio criminis hæresis nullo pacto spectat ad iudices seculares etiam contra laicos, nec in eo iudex secularis se intromittit nisi à iudice ecclesiastico fuerit requisitus, & si se intromiserit, ipso iure est excommunicatus vt per Alphons. de Castro *de iusta heret. punit. lib. 1. c. p.* 23. Simanch. *de Cathol. institut. 36. n. 1. & in enchirid. titul. 6. num. 1. & tit. 66. num.* 1. Albertin. *de agnoscend. assert. quæst. 25. n.* 43. Zanchio. *de heret. c. 8. num 1. &* 2. Gondisalu *in tract. de heret. quæst.* 7. *n.* 20 7

&

& quæst.20.num.3.Carrer.in eodem tract.n.61. & 64. ante fin.Clar.§.hæresis n.4.vers.hoc crimen hæresis,Petr. Gregor.syntagm.lib.33.cap.7.n.2. Decian. in tract. crimin.lib.5.cap.25.n.1.& 2. Sigismund. Scacc. de iudic. cap.15.num.2.Ludouic. à Paramo.de origine S.Inquisit. lib.3.quæst.7.num.30.in fine.Sanctarel. de hæresi c. 40. dub.4.num.22.Farinac.in simili tractat.quæst.186.§.9. n.153.cum sequentib. vbi n.154.ampliat, vt secularis iudex non cognoscat de crimine hæresis non solùm principaliter, sed nec etiam incidenter, & num. 158. subdit quòd licèt iudex secularis non possit se intromittere in cognitione hæreticę prauitatis, non tamen prohibetur hæreticos carcerare ad effectum illos remittendi iudici ecclesiastico.

8 *Cùm merè sit ecclesiasticum.*] Notatur ad hoc, quòd crimen hæresis merè est Ecclesiasticum, vt per Carrer. in practic.tit.de hæretic.num.71.Brun.de hæretic. lib.4. cap.1. Clar.in §.hæresis à num.4.& §.fin.quæst.96. n.7. Palat.in repet.dicti cap.per vestras §.23.n. 16. Gregor. l.7.verbo Catholicos tit.7.part.6.Villalob.commun.opin. verbo hæresis num.42.Petr.Gregor.syntagm.lib.33.cap. 7.n.2. Param. de origine S. Inquisitionis lib.3. quæst.7. num.30.in fine,Castro de iusta hæretic.punit.lib.1.c.23. Perez l.3.titul.4.lib.8.Ordin.pagin.86.cum seq. Duen. reg.145.limit.2.Decian.in tractat.crimin.lib.5.cap.53. Azeued.l.1.n.116.tit.3.lib.8.noua recopilation. Marta de iurisdict.part.1.cap.51 num.3.cum sequentib.optime Ignat.de Villar.in sylua respons.lib.1.resp.12.n.18. Peregrin.de iure fisci lib.4.tit.5.n.29.vers.huiusmodi verò crimen.Farinac.in tract.de hæresi quæst. 86.§.9.n.152. cum sequentib.

9 *Quouo modo.*] Denotat hęc dictio, vt seculares non se intromittant in causis hæresis, neque in iure neque in facto consistentibus, vt obseruat D. Barbos.in l.Titia num.37.ff.solut.matr.

10 *Directè, vel indirectè, &c.*] Notatur ad hoc.quòd impedientes Sanctum Inquisitionis Officium puniuntur non solùm si directè impediant, sed etiamsi indirectè, vt per Vmbert. Locat.in iudic.Inquisit. verbo fautores num.2.& verbo suspicion.11.Eymeric.in direct. Inquisit.part.2.q.54.à n.1.Farinac. de hæresi quæst. 182.§.5. num.74.

11 *Si quis verò de prædictis.&c.*] Notatur ad hoc, quòd impediens S. Inquisitionis Officium, excommunicationis vinculo est innodatus quam si per annum animo substinuerit pertinaci ex tunc violenta suspicione conuictus, est vt hæreticus condemnandus, vt docet Eymeric.in direct.Inquisit part.2.quæst.36.num.2.pag. mihi 380.

12 In gloss.*Percussum*.ibi, *nota canonem latæ sententiæ*. Ita Tiraq.in l.si vnquam,verbo reuertatur,num.72.C.de reuocand. donation.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata, sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem nisi prius pronunciatum fuerit super crimine per iudicem ecclesiasticum.*

2 *Bona contrahentium incestas nuptias fisco ipso iure à die commissi criminis adiudicantur.*

3 *Hæreticorum bona confiscantur ipso iure.*

4 *Hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, retinent rerum suarum dominium, donec per sententiam declarentur.*

5 *Hæreticus non censetur priuatus bonis suis ante sententiam iudicis declaratoriam.*

6 *Sententia declaratoria hæresis incursæ requiritur vt priuatio suum plenarium habeat effectum, nec ante poterit hæreticus remoueri à possessione.*

7 *Hæreticus habet rerum suarum possessionem antequam feratur sententia declaratoria contra illum, ita ut si de facto occupentur, contra occupantem potest agi ad restitutionem.*

8 *Sententia declaratoria necessaria est in casibus in quibus lex ipso iure pœnam inducit, vt amoueri possit reus à possessione.*

9 *Hæretici, & alij, quorum bona ipso iure confiscantur, minimè tenentur ante iudicis sententiam ea fisco restituere.*

10 *Sodomiæ vitium quod, & quæ personæ incurrant illud exercentes, remissiuè.*

11 *Pœna imposita per legem raptoribus, quæ cum raptis, parentibus suis non consentientibus, matrimonium contrahunt, habent locum, & seruantur de iure Canonico.*

CAP. Cum secùm. XIX.

1 HÆreticorum bona sunt ipso iure confiscata, executio verò confiscationis, vel occupatio bonorum non debet fieri ante sententiam promulgatam ab Episcopo, vel à persona ecclesiastica habente potestatem, nec mirum, quia qui contrahit incestuosas nuptias vel raptores contradicentibus parentibus, vel qui prohibita transuehunt, priuantur ipso iure, multò magis hìc Colligunt ex Ordinar.Lap.Abbas,Archid. Geminian.Ioan.Andr.Anchar.Dominic.Monach. Viuian. in rationali lib. 6. pag. 101. Alagona in compend. pag. 656.remissiuè Casal.in annotat.& Ximen.in concordan. part.1. & 2.

2 *Incestas nuptias contrahentes eo ipso, &c.*] Notatur ad hoc, quòd bona contrahentium incestas nuptias fisco ipso iure à die commissi criminis adiudicantur, vt per Duen.reg.150.Couar.de sponsalib.part. 2.c.6.§. 8. num. 6.

3 *Bona hæreticorum, &c.*] Notatur ad hoc, quòd bona hæreticorum confiscantur ipso iure, vt per Clar. in §. hæresis n.13,Menoch.remed.1.recup.n.308. & cons. 99. n. 163.cum seqq. & cons.195. n.2. & cons.185. n.8. & cons.289.n.10.Mench.de success.progress.l.1.§.4.n. 166. Gail.de pace publica l.1.c.19.n.18.Bursat.cons.7.n. 30. & cons. 14.n.3. Henriq.in summ.l.13.cap. 16.§. 2. lit. Z.Surd.decis.247.n.1.& de aliment.tit.8.priuileg. 35. & tit.9.q.32.Peregrin.de iure fisci l.5.tit.1.n.166. Azor. institut.moral. part.1.l.8.c. 12.q.1. Roland. cons. 8. l.3. Carpan.ad statuta Mediolan.tit. de bonorum confiscat. n.610. Franc. Torreblanc. in epit.delict.l.3.c.11. n.7. Paul.Comitol.respons.moral.l.4.c.1.Sayr.in claui Regia lib.9.cap.11.n.3. Less.de iustit.l. 2. c. 29. dub.8. Farin. in praxi crimin.par.1.q.25.n.13.& in tract. de hæresi q.190.§.1.n.1.cum sequentib. Sanch. in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.14.à n.1. Reuerendiss. D. Ricciul. de iure personarū extra gremium Ecclesiæ exist.l.5.c.31. n.3.Sanctarel. de hæresi c.21.dub. 1.à princip.

4 *Eo ipso iure suarum dominium, &c.*] Notatur ad hoc quòd hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, amittunt bonorum suorum dominium à die commissi criminis, illúdque in fiscum transfertur, vt docent Surd.de aliment.tit.8.priuil.59.n.7.& 8.& tit. 9.q.32.num.5. Menoch. cons. 185.n.8. Peregr. d.tit.1. num.166.Less.d.cap.29.dub.8.n.64.Sayr. in claui Regia lib.3.c.9.n.30. Azor.d.part.1. lib.5.cap.7.q.2. & l. 8.cap.12.q.2.Ricciul.d.c.31.num.6.Contrariam tamen sententiam, quæ forsan sicut receptior, ita probabilior videtur, videlicet quòd ij omnes retinent rerum suarum dominium, donec per sententiam declarentur, probant Simanch.de Cathol.institut.tit.9.n. 173. 187. & à n. 229. Vas.1.2.q.96.art.5. disp. 170. tot.c.3.

Franc. Bec. *conf. 57. sub num. 25.* Molin. *de instit. tom. 1. disp. 95. 11. vers. dubium verò est*, Henriq. *in summa. l. 13. c. 56. §. 2. paulo ante finem*, Auila *de censur. part. 1. dub. 7. col. 3.* Sanch. *d. lib. 2. c. 22. n. 2. & 3.* plures, quos refert, & sequitur Sanctar. *d. q. 21. dub. 1. n. 2.*

5 *Vel bonorum ipsorum occupatio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd hæreticus non censetur priuatus bonis suis ante sententiam iudicis declaratoriam, vt per Menoch. *cons. 99. n. 168. cum seqq. & cons. 185. n. 7. & cons. 301. num. 20. & de arbitrar. casu 416. n. 63.* Mench. *vsufrug. cap. 7. n. 3. & 14.* Mexi. *in tract. tassa panis conclus. 6. num. 68. cum seqq.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 56. §. 2. lit. F.* Surd. *decis. 247. num. 2.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo priuatio vers. ad quintum*, Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 83. art.*

6 Priuatio enim vt suum plenarium sequatur effectum requiritur sententia declaratoria hæresis incursæ, nec ante poterit hæreticus remoueri à possessione, vt docent Sarnen. *in reg. de annali q. 52. num. 5. vers. secunda ratio est.* Burlat. *cons. 14. n. 18. & 19. lib. 1* Surd. *decis. 247. num. 2.* Sanch. *d. l. 2. cap. 26. num. 12.* Ricciul. *d. lib. 5. cap. 19. num. 12.*

7 Antequam enim feratur sententia declaratoria contra hæreticum, habet ille veram rerum suarum possessionem. Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. n. 173. & seqq* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 32. num. 24.* Ricciul. *d. lib. c. 51. n. 10.* itaut si de facto occupentur ab aliquo, contra occupantem possit agi ad restitutionem, prout resoluunt Burlat. *consil. 43. num. 22. vers. crederem, lib. 1.* Molin. *d. disp. 95. in solut. ad 3.* Vasq. *1. 2. q. 96. art. 5. d. 270. c. 4. n. 5.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 22. n. 18.* Ricciul. *d. cap. 31. num. 11.*

8 Nam sententia declaratoria necessaria est in casibus in quibus lex ipso iure pœnam inducit, vt amoueri possit reus à possessione, vt tradunt Tiraquel. *in l. si vnquam. verbo reuertatur n. 400. cum seqq C. de reuocandis donat.* Menoch. *remed. 5. recuper. num. 69.* Capyc. *decis. 112. num. 2.* Surp. *de aliment. tit. 9. q. 25. n. 73. & seqq.* Peregr. *de iure fisci lib. 4 tit. 5. n. 8. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect. 303* Bernard. Greuæ *ad pract. Camera Imper. l. 2. concl. 51. n. 3.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 17. n. 25. & 29. & q. forens. lib. 1. q. 23. n. 49. & cons. 2. n. 24.*

9 Vnde hæreticos, & alios, quorum bona ipso iure publicantur, minimè teneri ante iudicis sententiam restituere fisco ea bona, sustinent Anton. Gomez *v. tr. tom. 3. c. vlt. num. 3.* Simanch. *d. tit. 9. à num. 161.* Penia *in direct. Inquisit. part. 3. commento 158.* Azeued. *in rub. tit. 1. num. 14. lib. 2. & l. 1. n. 189. tit. 3. lib. 8. noue recopil.* Molin. *de instit. tom. 1. disp. 95. vers. contrariam sententiam.* Henriq. *d. c. 56. §. 2. paulo ante fin.* Savr. *d. l. 3. c. 9. num. 30.* Lessi. *d. cap. 29. dub. 8. n. 64.* Emman. Sà *verbo fiscus num. 4.* & plures alij citati à Cened. *ad Decretum collect. 2. n. 3.* & à Sanch. *d. lib. 2. c. 22. n. 6.* & à Sanctar. *d. c. 21. dub. 1. n.*

10 In gloss. *Natura contrarias.* De sodomiæ vitio, & de pœnis contra illud exercentes egi latè de *officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 44.*

11 In Gloss. *Certóque casu.* ibi, *sed nunquid de iure Canonico habebit locum hac pœna*, &c. Notatur ad hoc, quòd pœnæ impositæ per legem raptoribus, quæ cum raptis, parentibus suis non consentientibus, matrimonium contrahunt, habent locum, & seruantur de iure Canonico, vt per Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 1. num. 13.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. disputation. 12. num. 27.*

12 In gloss. *Ipso iure.* ibi, *& puto confirmationem hanc locum habere, etiamsi ille Catholicos filios habeat*, &c. Vide Ricc. *d. lib. 5. c. 28. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Hæreticorum in causis proceditur simpliciter & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij.*
3 *Clausula,* simpliciter, & de plano, &c. *in crimine hæresis non tollit solemnitates iurisgentium, vel diuini, nec per illam sublata sunt substantialia, & necessaria causa.*
4 *Aduocatus, seu procurator non admittitur quando contra hæreticum proceditur.*
5 *Citatio partis vt videat iurare testes non requiritur, nec illorum, & accusatorum nomina publicantur in causis hæreticalibus, quod an procedat solùm si immineat graue testium periculum, ostenditur n. 6. 7.*
8 *Specialitas huius text. in quo consistat, ostenditur.*
9 *Citatio partis est facienda, & testium nomina sunt publicanda non dato graui testium periculo, sed timore tantum alicuius leuis damni.*
10 *Periculum an sit graue, vel non, iudicum conscientia, & arbitrio relinquitur.*
11 *Citatio, & publicatio testium hodie indistinctè denegatur in crimine hæresis.*
12 *Hæreticalibus in causis post publicationem, vel aperturam testium possunt iidem, vel alij testes recipi.*
13 *Claus.* simpliciter, & de plano, &c. *quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*
14 *Claus.* simpliciter, & de plano, &c. *operatur vt ordo iudiciarius sit sublatus.*
15 *Clausula,* simpliciter, & de plano, &c. *non possunt vti inferiores à Papa.*
16 *Legatus de Latere non potest committere causam sine strepitu, & figura iudicij definiendam.*
17 *Inferior non potest tollere legem inferioris.*

Cap. Statuta. XX. & vlt.

IN inquisitionis hæreticæ prauitatis negotio pro- 1
cedi potest simpliciter, & de plano, & absque Aduocatorum, ac iudiciorum strepitu, & figura. Item si propter potentiam reorum timetur iminnere graue periculum accusatoribus, testibus vel deponentibus, si publicentur nomina, tunc eorum nomina non publicè, sed secretè coram Episcopo, vel eo absente coram Vicario quando Inquisitores procedunt, si verò procedit Episcopus, coram Inquisitoribus si haberi commodè possit copia eorundem, & semper etiam coram alijs personis, prouidis, honestis, & iurisperitis, quibus seriò manifestetur, & explicetur totus processus, & de eorum consilio procedatur ad sententiam, & condemnationem, & ad cognitionem iudicis instruendam adhibeatur plena fides depositionibus talium testium, non obstante quod deponentium, vel testium nomina non fuerint eis ostensa. Item consultoribus prædictis possunt indicere secretum de præmissis, & si opus fuerit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, si violent secretum. sed Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores hac de causa non excommunicet, sed in virtute sanctæ obedientiæ tenentur ad secretum. Item præcipitur Episcopis, & Inquisitoribus, vt vbi est securitas, non dicant esse periculum, & sic nomina supprimant nec vbi est periculum, dicant esse securitatem, & sic nomina vulgentur. Item decreta, & responsa Pontificum circa inquisitionem, quæ hic non contradicunt, maneant in suo robore. Colligunt ex Ordinar, Lapus Abbas, Archidiac. Geminian. Ioann. Andr. Anch Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l 5. pag. 102.* Alagona *in compend. pag. 657.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Procedi*

2 *Procedi possit simpliciter, & de plano, &c.*] Notatur ad hoc, quod in causis hæreticorum proceditur simpliciter, & de plano . sine strepitu , & figura iudicij , vt per Syluest. *in summa verbo hereticus* §. 2. *num.* 10. *in princ.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 5. *num.* 1. *& tit.* 44. *num.* 30. Zanclun. *de heretic. cap.* 9. *in princip.* Gondisal. *in simili tract. quæst.* 21. *num.* 1. Carter. *eod. tract. n.* 93. *in fine, vers. item procedere possunt, & num.* 103. *&* 108. Rojas *sing.* 145. *num.* 3. Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *quæst.* 54 vbi Penia *commento* 103. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 1. Sigism. Scacc. *de iudic causarũ ciuil. crimin. heret. c.* 52. *num.* 2 Ludou à Paramo, *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 9. *n.* 45. Farin. *de heresi q.* 184. §. 2. *num.* 13. *cum seqq.* vbi *num.* 16. declarat clau-
3 sulam prædictam *simpliciter, & de plano, &c.* in crimine hæresis non tollere solemnitates iuris gentium , vel Diuini , nec per illam sublata esse necessaria , & substantialia causæ , illa scilicet , sine quibus nec iustè , & rectè, nec commodè negotium tractari potest , & *n.* 18. subdit quòd in causis hæreticalibus requiritur etiam legitimatio personarum , aliàs processus redderetur nullus.

4 *Et absque aduocatorum, &c.*] Notatur ad hoc , quòd in crimine hæresis quando contra hæreticum proceditur , Aduocatus , seu Procurator non admittitur , vt per Syluest. *in summ. verbo hereticus* §. 1. *num.* 14. *in fine vers. decima quarta*, Carter. *in tract. de heret. n.* 114. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 5. *n.* 1. Clar. *in* §. *heresis n* 17. *vers. vltimus*, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 13. *in princip.* latè Farin. *de heresi quæst.* 197. §. 3. *num.* 54. *cum seq.* vbi *num.* 64. dicit quòd non solùm aduocare , sed etiam supplicare pro hæreticis prohibitum est. & *n.* 65. ampliat, quamuis sint accusati de alio crimine , vel de alia causa.

5 *Iubemus tamen, &c.*] Notatur ad hoc, quòd in causis hæreticalibus non requiritur citatio partis vt videat iurare testes, nec illorum, & accusatorum nomina publicantur vbi graue non immineret periculum , vt per Socin. *reg.* 523. *limit.* 4. Afflict. *l.* 1. *const. rub.* 51. *à n.* 18. Roman. *singul.* 469. Zanchin. *de heret. c.* 9. *num.* 6. *vers. si tamen inquirens*, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num* 16. *& cap.* 34. *num.* 1. Nauar. *in c. inter verba n.* 711. Simanch. *de Catholicis institut. tit.* 44. *n.* 25. *cum seqq. & tit* 64. *n.* 18. *&* 27. *& in praxi heresεos cap.* 35. *à n.* 13. Rojas *sing.* 440. *vers. sed quando , & sing.* 207. *& sing.* 196. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 37. *n.* 5. *& cons.* 383. Paris. *cons.* 2. *n.* 154. *cum seqq. vol.* 2. Rebuff. *de reprobat. testium num.* 74. *vers. septimo.* Greg. *l.* 11. *verbo conducho tit.* 17. *part.* 3. Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 3. Repert. Inquisit. §. *nomina, vers. nunc videndum est*, vbi Mandos. *in addit. lit. B*, Villadieg. *de heret. q.* 14. *à princip.* Azened. *l.* 13. *n.* 3. *vers. primo in causa heresis tit.* 7. *l.* 3. *nonarecopilat.* Penia *in direct. Inquisit. p.* 3. *commento* 29. *n.* 119. *& commento* 124. *pag.* 679. *cum seqq.* Rendin. *de maiest. Princip.* §. *sed etiam per legitimos tramites n.* 150. Seguta Daualos *in direct. iudic. Ecclesiast. part.* 1. *c.* 14. *n.* 11. *&* 16. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 131. *lit. D. vers. cum equidem, in nouiss. impress.* Cened. *ad Sextum collect.* 6. *n.* 1. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 15. *art.* 1. Mascard *de probat. concl.* 682. *num.* 39. Farin. *de heresi quæst.* 188. §. 1. *n.* 7. *cum seqq.*

6 Plures ex citatis Doctoribus existimant textum *in præsenti* à iuris regulis deuiare *in d. cap.* 2. *de testibus, & c. qualiter.* 24 *vers. debet igitur de accusationib.* quod non inconuenit propter potentiam delinquentium in plerisque facere, iuxta text. *in cap. contingit. de dolo* , & ita specialiter procedere quando graue testium imminet periculum, patet ibi , *videant Episcopi , vel Inquisitores graue periculum imminere* Ratio autem specialitatis fundatur in bono communi , & vtilitate Reipubl. quod siquidem bonum commune , & vtilitas tolleretur si prædicta citatio, & publicatio fieret, siquidem testes timentes præsentiam delinquentis data notitia proprij testimonij ad vitandum damnum à testimonio facillimè desisterent ; vnde ne copia testium auferretur, existimant fere omnes supracitati legem occurrendo huic malo communi , & incommodo Reipubl. etiam quali delinquentis præiudicio voluisse citationem partis , & testium publicationem denegare , auferendo medium ad defensionem ordinatum, quod non est inconueniens, vt ex iusta causa fiat propter aliquod maius bonum publicum consequendum præsertim si aliis modis prædicta defensio manet conseruata , prout manet hic interuenientibus aliis requisitis necessariis.

Verùm licèt prædicta ratio specialitatis in se vera 7
sit, & concludat, scilicèt imminenti graui testium periculo citationem partis , & testium publicationem non esse faciendam secundùm Farin. & ab eo citatos, *in tract. de heresi q.* 188. §. 1. *n.* 9. nihilominus tamen ad text. *in præsenti* non videtur rectè accommodata, siquidem talis ratio licèt sit specialis respectu regulæ generalis , de qua *in d. cap.* 2. *& in d.* §. *debet* , non tamen specialis est respectu criminis , de quo *in hoc text.* eo quòd dato tali imminenti periculo in omnibus aliis criminibus , præsertim vbi agitur de periculo animæ, vel reipub. detrimento, eadem citatio , & publicatio delinquentibus denegatur , vt meliùs tuetur Anton. per text. *ibi in cap. præterea l.* 2 *de sponsalib.* intendit Felin. *d. n.* 13 fatetur expressè Nauar. *vbi supra n.* 711. dicit receptam sententiam in praxi Clar. *in* §. *fin. q.* 49. *n.* 3. cum in omnibus supradictis criminibus ratio boni publici suprà considerata concludat. Licèt contrarium (quod forsan verius mihi in puncto iuris videtur) resoluunt Franc. *hic n.* 1 Villadieg. *de heret. pramit. q.* 14. *vers. occurrit dubitatio*, Repert. Inquisit. *verbo nominis col. vlt.* Rojas *d. sing.* 196. *n.* 7. *& sing.* 140. *in princ* Martin. de Olano *in antinom. lit. T. n.* 26. Segura *d. c.* 14. *à n.* 20. Gom. *d. c.* 13. *n.* 21. Salzed *d. c.* 131. *lit.* D. *vers. sed silentio*, latè Cened *d. collect.* 6. *n.* 2. *cum seq.*

Vnde aduertimus specialitatem huius text , in eo 8
consistere , quia licèt in aliis criminibus imminenti graui periculo citatio partis , & testium publicatio saltem comodo , quem refert Clar. *d. n.* 3. cessare debeat ex ratione de qua *suprà*, & in hoc casu cesset reg. text. *in d.* §. *debet* , tamen in crimine hæreticæ prauitatis contrarium dicendum videbatur, imut , ab aliis in illa specie exceptum adhuc maneret in reg. de qua *in text. in d. c.* 2. *& in d.* §. *debet*, eo quòd cùm sit aliorum omnium criminum nefandissimum, & Reipub. maximè nociuũ. in illo agitur de maiori damno delinquentis , quàm in aliis criminibus , nempe de bonis illius , de fama propria , & honore suorum , quæ quidem omnia in testibus non proponebantur sicut in delinquentibus , in quibus prædictorum omnium defensio periclitabatur. Quibus tamen non obstantibus lex ista sanctissimè specialiter constituit , vt propter graue testium periculum prædicta citatio , & publicatio non fieret , non obstante grauissimo damno delinquentis, quod quidem minus reputauit quàm illud , quod ex citatione, vel publicatione resultare videbat , eo quòd datis illis cessabat accusatio hæresis , & ostensio , seu manifestatio illius , quibus cessantibus tota Respubl. corrumpebatur, & penitus destruebatur. quòd quidem esse multò maius damno delinquentis, immo omnium malorum maximum, nemo est qui ignoret , iuuat doctrina Abb. *in d. cap. præterea n.* 4.

Ex his igitur colliges non dato graui testium peri- 9
culo, sed timore tantum alicuius leuis damni esse faciendam citationem partis , & testium nomina esse publicanda.

publicanda. Constat nanque in hac specie cessare ra-
tionem specialitatis, de qua *suprà*, & vigere rationem
text. *in d. cap. 2. & in d. §. debet*, prout in specie probat
text. *in præsenti vers. cessante*, communis ex Paris. *cons. 1.
num. 164. l. 4.* Villadieg. *de heretica prauit. quæst. 14.* Si-
10 manch. *in praxi hæreseos cap. 35. à num. 13.* Et an peri-
culum sit graue, vel non, iudicum conscientiæ, & arbi-
trio relinquitur, Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. q. 76. &
ibi* Penia *commento 125.* Farin. *d. quæst. 188. §. 1. num. 11.*
Sic alias cessante prædicto periculo in crimine læsæ
maiestatis talis citatio, & publicatio non denegatur,
vt obseruat Bart. *in extrauag. ad reprimendã, verbo pu-
blicationem, & verbo figura n. 26.* Hodie tamen inspe-
cta Extrauag. Innocent. VI. in praxi indistinctè dene-
gatur prædicta citatio, & publicatio in hoc crimine,
nec procedit text. *in præsenti in d. vers. cessante.* refert Si-
11 manch. *d. cap. 35. num. 5.* idque meritò effectum est ad
euitanda pericula, & scandala, quæ licèt immineant,
sequi tamen possunt, & aliquando sequuntur. Quam-
uis Inquisitores etiam hodie aliquando soleant reo
publicare oon solùm dicta, verùm etiam quandoque
nomina testium, quinimo ipsosmet testes confronta-
re, idque facere solent quando ex circumstantiis illod
esse necessarium. vel vtile ad conuincendum delinquẽ-
tem, & probabiliter non appareat pericolom, vel scan-
dalum de quo *suprà*, ex Simanch. *d. cap. 35. num. 16.*
12 Hinc etiam ex hoc text. colligit Angel. *in l. per hanc
C. de temporib. appellat.* quod in causa hæreticæ prauita-
tis post publicationem, vel aperturam testium possunt
iidem, vel alij testes recipi, sequuntur Dominic. *in c. vt
officium §. verum n. 7. sup. hoc eod tit.* Felin. *in c. fraterni-
tatis n. 10. de testib.* Albertin. *in cap. 1. sup. hoc eod tit. &
lib.* plures, quos refert, & sequitur Simanch. *de Cathol.
instit. c. 64. num. 60.* Rojas *sing. 203.* Etenim cùm in hoc
crimine ante fiat secretè publicatio, & stante illa reus
in carcere detentus subornare nequeat, quinimo ho-
die indistioctè illi denegatur propter quod suborna-
tionis timor, & periculum non appareat, & cessante
tali timore, & periculo prohibitio cessare debeat, ex
reg text. *in c. cùm cessante, in princ. de appellat.* rectè fit
vt in hoc crimine post testium publicationem, vel de-
negationem illius iidem, vel alij testes recipiantur.
Accedit quia Reip. maximè interest, vt veritas in iudi-
cio S. Inquisitionis quocumque tempore manifestetur,
vel ne hæresis impunita maneat, vel ne per ioiuriam
puniatur innocens sic aliàs sententia io tali causa hæ-
resis prolata in rem iudicatam oon transit, vt fatetur
Rojas *sing. 203. post med.* Facit tandem, quòd iudex in
hoc crimine non tantùm ad instantiam partis, sed ex
officio pro booo publico recipit testes tam contra
reum, quàm pro illo, & constat recipiendos esse testes
post publicationem factam quando iudex ex officio in
causa procedit, eo quòd in illo sic procedente non da-
tur timor, & periculum subornationis sicut nec illum,
sed tantùm litigantes prohibitio comprehendit, pro-
ut in specie probat text. *in c. cùm clamor*, vbi Doctores
de testib. tradit Bellam. *in d. c. fraternitatis n. 9.* & antea
Bart. *in l. ex lege §. si publico num. 17. ff. de adulter.* com-
munis ex Claro §. *fin. q. 61. n. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 1.
q. 34 in fine*, Rojas *de sing. 203.*
13 In gloss. *Figura.* ibi. *simpliciter, & de plano, & sine iu-
diciorum strepitu.* De hac clausula egi latè *in tract. de
clausulis vsufr. claus. 176.* secundùm Logdon. impress.
14 In ead. gloss. ibi, *nullum ordinem iudiciarium seruare
tenetur.* Notatur ad hoc quòd claus. *Simpliciter, & de
plano.* &c. operatur vt ordo iudiciarius sit sublatus, se-
cundùm Brun. à Sole *in locis communib. verbo claus. 48.*
Marr. *de clausul. p. 1. claus. 180. n. 5.* in vlt. impres Ludou.
Rodolphin. *de absoluta Principis potest. l. 2. q. 29. n. 1.*
15 In ead. gloss. ibi, *sed dubitari potest an inferior à Papa,*
&c. Notatur ad hoc quòd inferiores non possunt vti
claus. *simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudi-
cij*, vt per Perez *tit. 1. l. 3. Ordinam. pag. 452.* Mench. *tit.
de testatoris potentia l. 1. §. 6. n. 12.* Azeued. *l. 2. n. 18. tit.
14. l. 4. noua recopil.* metipsum *d. claus. 176. n. 2.*
16 Notatur etiam ad hoc quòd Legatus de latere non
potest committere causam sine strepitu, & figura iu-
dicij definiendam, vt docent Mench. *illustr. c. 31. n. 23.*
Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 300. n. 50.* ego ipse *d.
claus. 176. n. 2. in fine.*
17 In ead. gloss. ibi, *absurdum enim esset dicere*, &c. No-
tatur ad hoc quòd inferior non potest tollere legem
Superioris, vt per Surd. *cons. 58. num. 6.* Menoch. *illustr.
cap. 35. num. 10. cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis comm.
verbo inferior 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 1.
num. 69.*
18 In gloss. *Iudiciis.* Vide Menoch. *de arbitrar. l. 1. q. 33.
n. 3.* Clar. §. *fin. q. 49. n. 3.*

De Schismaticis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Posterorum. & posteritatis appellatione regulariter fœmina, & nati ex eis continentur.*
4 *Cardinales non comprehenduntur in nominationibus nisi exprimantur.*
5 *Verba,* omnino priuamus, *denotant latam sententiam.*
6 *Collegium Cardinalium Sede Apostol. vacante an Pontificis iurisdictione gaudeat sicut Capitulum Episcopali Sede vacante ? remissiuè.*

Cap. Ad succidendos. Vnic.

Bonif. VIII.

PONTIFEX Bonifacius VIII. depo- 1
nit in hoc text. à Cardinalatu Iacobum,
& Petrum Columnenses, & imponit
alias pœnas, & filios etiam ac posteros
Ioannis, qui fuit frater Petri de Co-
lumna, inhabilitat ad Cardinalatum, & dignitates
perpetuò in Ecclesia Romana, alibi verò vsque ad
quartam generatiooem, & qui prædictos Petrum,
& Iacobum pro Cardinalibus habuerit, &c. excom-
municationis Sedi Apostol. reseruatæ sententia duxit
innodandum. Colligunt ex Ordinariis Archid. Ge-
min. Ioao. Andr. Anch. Donio. Monach. Franch. Viu.
in rationali l. 5 pag. 211. Alagona *in compend. pag. 663.*
remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*
Et posteros, &c.] Notatur ad hoc, quòd posterorum, 2
& posteritatis appellatione regulariter fœminæ, &
nati ex eis continentur, vt per Tiraquel. *de retractu
lig. §. 1. gloss. 9. num. 242. & num. 249.* subdit quòd po-
sterorum appellatione descendentes tam ex masculis,
quàm ex fœminis continentur, de quo etiam Peregr.
de fideicommiss. art. 22. num. 37. Surd. *consil. 140. num. 8.
& 17.*
Bonis, & iuribus publicatis, &c.] Vide Tiraquell. 3
in l. si vnquam, verbo bona num. 10. C. de reuocand. donat.
latè Pinel. *in rub. de bonis maternis part. 1. num. 26. cum
seqq.*
Quicunque fuerit præeminentiæ, conditionis, &c.] 4
Ergo io nominationibus non comprehenduntur
Cardinales nisi exprimantur, vt per Rebuff. *in tract.*

nominat. quæst. 8. num. 6. quicquid dicat Monet. *de decimis cap. 9. q. 3. n.* 122. Vide plura quæ cumulat Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss.* 24.

5 *Omnino priuamus.*] Hæc verba denotant latam sententiam iuxta ea, quæ tradunt Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur num. 25. & à num. 75.* C. *de reuocand. donat.* Ioan. de Salas *de legib. q. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 7. sub n. 79. disp. 16. sect. 8. n. 29. in fine,* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. L, n.* 121.

6 In gloss. *Sede vacante.* Collegium Cardinalium Sede Apost. vacante an Pontificis iurisdictione gaudeat, sicut Capitulum Episcopali Sede vacante? Vide Henriquez *in summ. lib. 14. de irregular. cap. 18. §. 2. in fine,* Sanchz. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 44.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num.* 186. & dixi latè ad *Clement. ne Romani 2. num. 4. cum seqq. de elect.*

De Homicidio.

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Assassinorum manu faciens vel mandans aliquem Christianum interfici tamquam ab omnibus diffidatus absque alicuius probatione sententias incurrit excommunicationis, & depositionis ab officio, & beneficio.*
2 *Assassini crimen nedum atrocissimum, & grauissimum in iure reputatur, sed etiam crudele, inhumanum, execrabile, & horrendum nuncupatur.*
3 *Assassinium committi dicitur à quacunque persona cuiuscunque gradus, seu dignitatis.*
4 *Pœna contra assassinos non dum contra personas seculares, sed etiam contra quascunque alias ecclesiasticas exequi debent.*
5 *Assassinus vt propriè quis dicatur quoad pœnas huius text. requiritur vt interfectus sit Christianus.*
6 *Assassinus dicitur mandans, & assassini pœna punitur, idem in mandatario, vt n. 7.*
8 *Assassinij pœna locũ habet etiamsi mors non sequatur.*
9 *Assassinij pœna punitur siue publicè, siue secretè quis assassinos recipiat.*
10 *Assassinum defendens assassinij pœna punitur*
11 *Excommunicationem incurrunt illi, qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum, aut mandant interfici, quamuis non sequatur mors, aut illos receperint, defenderint, &c.*
12 *Depositionis pœnam statim incurrit delinquens in crimine assassinij.*
13 *Assassinus clericus non degradatur actualiter.*
14 *Degradatio actualis non impenditur clerico pro crimine læsæ Maiestatis.*
15 *Assassinus priuatur omni honore, dignitate, officio, ac beneficio.*
16 *Verba,* incurrat sententias ipso facto, *inducunt canonem latæ sententiæ.*
17 *Beneficia assassini vacant ipso iure.*
18 *Assassini bona occupantibus conceduntur.*
19 *Assassinus à quolibet priuato impune offendi, & occidi potest.*
20 *Argumenta probabilia sufficiunt ad probationem criminis assassini, non modo ad pœnam extraordinariã, sed etiam ad pœnam ordinariam, & capitalem.*
21 *Argumenta probabilia quæ dicantur, ostenditur.*
22 *Pœna vbi ipso iure est imposita in casu contrauentionis, debet super dicta contrauentione præcedere sententia iudicis declaratoria facti parte citata.*
23 *Conatus punitur in crimine assassinij, etiamsi effectus sequutus non fuerit.*
24 *Assassini propriè qui dicantur, ostenditur.*
25 *Pœna contra assassinos statuta exequi possunt etiam contra Prælatum, Episcopum, vel Archiepiscopum.*
26 *Assassini in crimine sola cogitatio si non fuerit ad aliquem actum producta, nulla pœna punitur.*
27 *Assassini incurrunt excommunicationem à qua poterit Ordinarius reum absoluere.*
28 *Dictio,* liberè, *interpretatur, idest, nemine non vocato.*

CAP. Pro humani. I.

Innoc. IV.

PER assassinos faciens interficere ali- 1
quem Christianum, vel mandans, licèt mors non sequatur, vel eos receperit, defenderit, vel occultauerit, incurrit ipso facto excommunicationem, & depositionem à dignitate, honore, Ordine, officio, & beneficio, itaut aliis conferri possint ab eo, ad quem spectat collatio, & est etiam cum suis mundanis bonis perpetuò diffidatus à Christiano populo. Et postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersus eum sententia requiritur. Colligunt ex Ordinariis Lapus Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib. 5. pag.* 128. Alagona *in compendio pag.* 675. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. &* 2.

Scelus tam execrabile, &c.] Assassinij igitur crimen 2
nedum atrocissimum, & grauissimum in iure reputatur, sed etiam crudele, inhumanum, execrabile, & horrendum nuncupatur, vt tradunt Couar. *var. lib. 2. c. 20. n.* 10 Monticel. *reg. crimin. 6. n. 2. &* 3. Roland. *cons. 14. n. 14 lib. 4.* Decian. *cons. 82. post n. 4. lib. 2. & cons. 115. n. 14 lib. 3. & in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. n. 4. & n.* 45. Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 113. n. 6. &* 7.

Vt quicunque Princeps, & Prælatus, &c. Notatur ad 3
hoc quòd assassinium committi dicitur à quacunque persona cuiuscunque gradus, seu dignitatis existat, etiã quòd sit Princeps, vt tenent *in præsenti* Host. *n.* 19. vbi ampliat siue Princeps sit maior, siue maximus, cùm hic text. sit fauorabilis, & medicinalis Reipubl. idcirco extendendus & latè interpretandus, Archid. *post n. 2. in verbo Princeps,* Gemin. *n.* 5. & Franch. *n.* 3 Capyc. *decis. 155. n. 13. & sequen.* Decian. *in tract. crimin. lib. 9. c. 39. n.* 6. vbi ampliat etiam in Imperatore Farinac. *d. quæst. 123. n.* 23. Et extendi ad personas maximi gradus etiam Cardinales tradit Mart. *de iurisdict. p. 4. casu 85. n. 11. & casu 129. n. 3.*

Seu quæuis alia Ecclesiastica, &c. Ergo pœnæ con- 4
tra assassinos statutæ nedum contra personas seculares, sed etiam contra quascunque alias ecclesiasticas exequi debent, vt per Farin. *d. q. 123. num* 24. vbi ex Host. *sub num.* 19. Ioan. Andr. *n. 4. col. 3. post. med. in verbo secularis,* Gemin. *in §. Sacri n.* 6. ac omnes *in præsenti,* extenditetiam ad Laicos Religiosos.

Quempiam Christianorum.] Ergo vt quis dicatur 5
propriè assassinus, & consequenter in eo locum habeat dispositio huius text. requiritur quòd interfectus sit Christianus, vt docent Clar. *§. assassinium num.* 2. Gutier. *practic. l. 3. quæst. 7. num.* 8 Couar. *var. lib. 2. cap. 10. num. 10. vers. hinc apparet,* Plac. *in epitome delict. lib. 1. cap. 19. num.* 29. Peguet. *crimin. decis. 5. num. 29. ad med.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo assassini, vers. hinc incurrunt,*

oriuntur, Farin. *d.q.* 123. *num.* 133. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 38.

6 *Interfici fecerit, vel etiam mandauerit.*] Ergo mandans assassinus dicitur, & assassinij pœna punitur, vt per Gram. *voto* 9. Matth. de Afflict. *in constit. Neapol. lib.* 1. *rub.* 12. *num.* 16. Vincent. de Franch. *Neapol. decis.* 176. Menoch. *de arbitr. casu* 360. *à num.* 39. Salzed. *ad Bernard. cap.* 96. *aliàs* 100. *vers. primus est casus*, in nouiss. impress. Mascard. *de probat. concl.* 138. *n.* 1. Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 79. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 23. Cardos. *in praxi iudicum verbo assassinus n.* 1. Farin. *d.q.* 123. *n.* 26 *&* 27.

7 Amplia procedere etiam in mandatario, vt docent Gutier. *d.q.* 7. *num.* 18. Farin. *d.q.* 123. *num.* 19 *& part.* 4. *cons.* 101. *num.* 5. Salzed *d. cap.* 100. *vers. secundus casus*, vbi *in vers. tertius casus*. subdit quòd quando mandans tenetauerit mandatarium vt pecuniam acciperet, & occideret, & mandatarius recusauit, hoc casu solum mandans punitur extraordinaria pœna, cùm talis conatus remotus sit ab ipso effectu.

8 *Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur.*] Notatur ad hoc, quòd assassini pœna locum habet etiamsi mors non sequatur, itaut mandans aliquem per assassinum interfici, etiam morte non sequuta, pati debeat easdem pœnas impositas *in hoc text.* vt per Bernard. Diaz *d. cap.* 100. *n.* 6. & Salzed. *ibi lit.* D. Antonius Gomez *de delict. cap.* 3. *rub. de homicid. num.* 1. *in princip.* Monticel. *reg. crimin.* 7. *n.* 77. *& reg. crimin.* 8. *n.* 11. *& seq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 36. *n.* 1. *&* 4. Gregor. *l.* 3. *verbo mandadole matar tit.* 27. *p.* 7. Gutier. *d. quæst.* 7. *n.* 26. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo assassinum n.* 1. *&* 2. Farin. *d.q.* 123. *à num.* 29. vbi multipliciter declarat.

9 *Aut eos receptauerit*, &c. Notatur ad hoc, quòd siue publicè siue secretè quis assassinos recipiat, assassinij pœna punitur, vt per Farinac. *d. quæst.* 123. *num.* 29. Bernard. Diaz *in pract. cap.* 100. *n.* 1. *in nouiss. impress.* Ant. Gabr. *comm. lib.* 7. *concl.* 1. *n.* 33. Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 42.

10 *Et defenderit.*] Notatur ad hoc, quòd qui assassinum defendit assassinij pœna punitur, vt per Host. *n.* 26. Ioan. Monach. *in princ. & n.* 6. *vers. quartus*, Gemin. *in §. Sacri num.* 2. *hic*, Bernard Diaz *d. cap.* 100. *num.* 1. Farin. *d.q.* 123. *num* 10 *cum seqq.*

11 *Excommunicationis*, &c. Notatur ad hoc, quòd illi, qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum, aut mandant interfici quamuis non sequatur mors, aut assassinos receperint, defenderint, vel celauerint, excommunicationem incurrunt, vt per Soar. *tom* 5. *disp.* 23. *sect.* 4. *n.* 46. Rainer. *de censuris extra Bullam c.* 9. *excomm.* 52. Iul. Lauor. *de Indulgent. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 15. Farin. *d. quæst.* 123. *n.* 21. Filliuc. *tract.* 14. *n.* 52. *vers. duodecima, & num.* 65. quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcop. part.* 3. *alleg.* 50. *num.* 216. secundùm Lugdun. impress. Bonac. *de censur extra Bullam. disp.* 29. *q.* 2. *puncto* 33.

12 *Et depositionis*, &c.] Collige ex text. delinquentem in crimine assassinij statim incurrere pœnam depositionis, vt per Barbat. *in cap. at si clerici in princ. n.* 129. *de iudic.* Boër. *decis.* 69. *n.* 18. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 10. Clar. § *fin. q.* 36. *à n.* 29. Bernard. *in pract. cap.* 109. *num.* 3. in nouiss. impress. Farin. *d.q.* 123. *n.* 12.

13 Intellige text. non procedere in depositione prout ordinatur ad actualem degradationem, vt talis clericus Curiæ seculari tradatur, patet si expendas talem depositionem non fieri nisi in casibus à iure expressis, vt dixi *de* [illegible] *& potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 100. è quorū numero non est crimen assassinij, neque text. *in præsenti* hoc dicit, siquidem tantùm asserit depositionem ipso iure à lege esse impositam, quæ depositio huiusmodi verbis, vel similibus a lege constituta, non est depositio, sed potius irregularitas censetur, vt alibi diximus; si autem dicatur text *in præsenti* etiam imponere pœnam diffidationis, respondendum occurrit pœnam illam esse constitutam respectu secularium, quibus etiam prohibitio de qua hic facta fuit, vt colligitur ex illis verbis, vbi, *cum suis bonis mundanis*, iuncta *reg. odia lib.* 6. Accedit quòd crimen læsæ maiestatis grauius est, quàm crimen assassini, iuxta text. *in l. quisquis C. ad legem Iuliam maiest*, & tamen pro illo regu- 14
lariter non imponitur depositio in ordine ad actualem degradationem vt clericus Curiæ seculari tradatur, vnde de rigore iuris idem dicendum videtur in crimine assassini prout in effectu videtur sentire Guillelm. *post repet. cap. Raynutius in quæst. de homicidis num.* 3. quicquid contrarium teneant plures relati à Bernard. *d. cap.* 100. *num.* 4. vbi dicit communem, Gutier. *d.q.* 7. *num.* 23. Zerol. *d. verbo assassini vers. hinc oriuntur*, Cardos. *verbo assassinus num.* 9. & citati à Cened *ad Decretal. collect.* 37. *num.* 11. quorum sententia in praxi seruari testatur Clar. *quæst.* 36. *num.* 30. quæ si in praxi obseruatur, vt illi aiunt, temperanda est dummodo circa crimen priùs procedat sententia declaratoria per ecclesiasticum antequam à seculari iudice clericus delinquens capi, & puniri possit, arg. text. *in cap. cùm secundum, de hæret hoc lib.* obseruant. Salzed. *ad Bernard. d. cap.* 100. *lit. B. vers. notabis*, Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 70. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 8. *n.* 85. *&* 86. Beller. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericor. personali §.* 7. *num.* 6. *vers. tamen.*

A dignitate, honore, Ordine, &c. Notatur ad hoc, quòd assassinus priuatur omni honore, dignitate, officio, & beneficio, vt per Farin. *d.q.* 123. *n.* 13. 15

Incurrat sententias ipso facto.] Notatur ad hoc, quòd pœnæ contra assassinos constitutæ ipso iure incurruntur absque alia iudicis sententia, vt per Decian. *d. c.* 30. *in* [illegible], Masc. *concl.* 138. *n.* 16. Farin. *d.q.* 123. *n.* 15 vbi *n.* 17. subdit quòd requiritur sententia declaratoria, nam supradicta verba huius text. inducunt canonem latæ sententiæ, vt tradunt Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur n.* 146. *C. de reuoc. donat.* Farin. *d.q.* 123. *n.* 15 Monet. *de distribut. quot. p.* 3. *q.* 7. *n.* 35. Franc. Leo *in thes. fori eccles. p.* 1. *c.* 19. *n.* 31. *& p.* 4. *c.* 2. 183. 16

Ad quos eorum collatio pertinet, &c. Notatur ad hoc, quòd assassini beneficia vacant ipso iure, vt per Gonz *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *n.* 76. Azor *instit. moral part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 1. *vers. octauum est*, Mascbr. *in praxi habendi concursum requis.* 1. *dub.* 20. 34. secundum Rom. impress. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 238. 17

Sit etiam cum suis bonis, &c.] Notatur ad hoc, quòd assassini bona occupantibus conceduntur, ac præsertim illis ad quos temporalis successio spectat, vt per Capyc. *decis.* 155. *n.* 5. Decian. *d. c.* 30. *n.* 42. Farin. *d.q.* 123. *n.* 9. *&* 10. post. Marsil. *cons.* 105. *n.* 26. Anton. Gomez *de delictis c.* 3. *rub. de homicid. n.* 10. *ad fin. vers. per. & seq.* & alios subdit quòd si bona assassini possunt a quolibet occupari, multò magis poterunt apprehendi à fisco, & sic confiscari. 18

A toto Christiano populo perpetuo diffidatus.] Notatur ad hoc, quòd assassinus à quolibet priuato impunè offendi, & occidi potest, vt per Couar. *var. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 10. *vers. tertio.* Anton. Gabr. *comm. lib.* 7. *concl.* 1. *n.* 1. Hippol. Riminald. *cons.* 685. *num.* 1. *& seqq l.* 6. Gutier. *d.q.* 7. *num.* 11. Cardos. *d. verbo assassinus num.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 12. Farin. *part.* 4. *cons.* 101. *& d.q.* 123. *num.* 8. 19

Et postquam probabilibus constiterit argumentis.] Notatur ad hoc, quòd in crimine assassinij ad illius probationem sufficiunt probabilia argumenta, 20

vt per Gregor. *l.3. verbo como los otros tit.27.p.7.* Boer. *decis.164.num.3.* Roland. *cons.28.num.4.lib.1.* Clar. *§. fin.q.20. vers. scias tamen.* Bernard. *d.cap.100. num.2.* Mascard. *de prob.concl.137.* Gutier. *d.p.7.n.21.* Cardos. *d.verbo assassinus num.8.* Farin. *part.3. q.28. num.41. cum seqq. & d.quaest.123. num.46. cum sequentibus.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.36. num.1.* Intellige non modò ad pœnam extraordinariam, sed etiam ad pœnam ordinariam, & capitalem, sicuti docent Placa *in epitome delict.lib.1.cap.19.n.16.* vbi dicit id esse, consultissimum, refert, & sequitur Clar. *in §. assassinium vers. quānis*, Monticel *in reg.crim.8.n.23.& reg.11.n.24.in 3.limit.* Ioseph.Luc *.concl.43.in 1.ampl.*
21 Decian. *in tract.crim.lib.9.c.38.n.32.* Quæ autem dicantur in proposito probabilia argumenta nonbene constat inter DD. quos in quatuor sententias diuisos inuenio. Prima tenet probabilia argumenta aliud non esse quàm iuris præsumptiones, secundùm Simanch. *in tract.de heret.tit. de praesumpt. c.50.n.6.* Secunda ait quòd probabilia argumenta videntur esse semiplenæ probationes, ex Mascard. *de prob.concl.137. n.1.* Tertia firmat probabilia argumenta esse veras, & plenas probationes, vt per Hieron. Gabr. *cons.170. n.26.lib.1.* qui in crimine assassinij loquitur. Quarta (cui tanquam magis probabiliori, & receptiori adhæreo) tenet probabilia argumenta esse illa ex quibus oritur probatum indicium, sicuti tradunt Grammat. *voto 11.num.22.* Carret. *in pract.in 3.tract.de homicid.& assassin.§.circa igitur tertium: verbo de homicidio commisso n.20.& seqq* Placa *d.cap.19.c.14.* Farin. *in praxi crimin.q.86.n.43.&* 48.

22 Ex his verbis colligunt. Doctores communiter quòd vbi pœna ipso iure est imposita in casu contrauentionis, debet super dicta contrauentione præcedere sententia iudicis declaratoria facti causa cognita, & sic parte citata, vt per Ioan. Andr. Archid. & alios *in praesenti.* Felin. *in cap.cùm non ab homine n.9. & 10.de iudic. & in cap. Rodulphus n.33. de rescript.* Grammat. *decis.105.n.60.* Magon. Florent. *decis.16. num.33.* Hieron. Gabr. *cons.88.n.23.lib.1.& cons.67. num.17.lib.2.* Afflict. *dec.97.num.2.& 3.* & fuit dictum *in Romana de Arronius 17.Januar.1614.* coram Vbaldo impressa per Farin. *dec.555. n.8.p.1.recent.*

23 In gloss. in figurat.casus, in fine, ibi, *& sic punitur affectus*, &c. Notatur ad hoc, quòd in crimine assassinij punitur conatus, etiamsi effectus sequutus non fuerit, vt docent plures citati à Cened. *ad Sextum collect.26. per totum.* quibus adde Menoch. *de arbitr. casu 360. num..* Mascard. *de probat.concl.138.n.5.cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis communib.verbo assassinus n.1.* Gutier. *d.q.7.n.27.cum seqq.* Cardos. *d.verbo assassinus n.7.* Aloys. Ricc *in collect. dec.p.3. collect. 1867.* Farin *d.q.123.n.77.cum seqq.*

24 In Gloss. *Formidantes.* in addit. ibi, *sunt illi sui serui*, &c. Assassini propriè dicebantur quidam infideles sub Principe pariter infideli, à quo ita edócti, & instructi erant, vt quos ille occidi iusserit, facillimè occidant, arbitrantes ex hoc mortem non esse timendam, nec vllam pœnam ob istud crimen post obitum passuros, immo se obsequium præstare Deo opinabantur, vt obseruant Couar. *l.2. var.c.20.n.10.* Zerol. *d. verbo assassinus in princ.* Gutier. *d.q.7. n.2.&* Cardos. *d. verbo assassinus n.1.* Farin. *d.p.123. num.21.* vbi *num.22.* subdit communi Doctorum interpretatione, & in praxi receptum esse, vt assassini iam dicantur quicunque pecunia, alióue pretio conducti homines occidunt, percutiúntve nihil tale ab iis præcauentes

25 In gloss. *Praelatus.* ibi, *etiam Episcopus.* Notatur ad hoc, quòd pœnæ contra assassinos statutæ exequi possunt etiam contra Prælatum, Episcopum, vel Archiepiscopum, vt per Clar. *§. assassinium num.2. vers. quaero nunquid etiam Episcopus*, Decian. *in tract.at.criminal.lib.30.cap.30.num.15.* Farinac. *dicta q.123.n.25.*

In gloss. *Mandauerit.* ibi, *ergo cogitatio*, &c. Notatur 26
ad hoc, quòd in crimine assassinij sola cogitatio si non fuerit ad aliquem actum producta, nulla pœna punitur vt per Petr. Plac. *in epitom. delict.lib.1.cap.19.n.50.in fine, vers. quod si mandatum*, Farin. *d.quaest.123.numero 11.cum duobus seqq.* Brunor. à Sole *in suis quaest.legal. q.34.num.33.*

In gloss. *Excommunicationis.* ibi, *ex quo Papa non* 27
reseruauit absolutionem, puto quòd Ordinarius possit absoluere. Ita tenent. *in praesenti* Host. *n.1. & 13.n.26. in fin* Archid. *col.2. in verbo excommunicationis*, Monach. *num.4.* Ioan. Andr. etiam *num.4.ante fin.* Farin. *d.q.123.num.11.* & faciunt quæ ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.3.allegat.50.num.285.* secundùm Lugdunens. impress.

In gloss. *Liberé.* ibi, *etiam illo non vocato.* Ita Gon- 28
zal. *ad reg.8.Cancel.gl.53.num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus coram iudice seculari conqueri possunt etiam de criminibus ex quibus debetur pœna sanguinis, expressè protestando quòd ad pœnam sanguinis non intendunt, & num.2.*

3 *Accusans alterum de iniuria illata personis extraneis, aut etiam consanguineis fit irregularis sequuta mutilatione, vel morte, etiamsi praemiserit protestationem.*

4 *Clericus absque irregularitatis incursu potest accusare, detinere, & iudici tradere iniustum damnificatorem bonorum suae Ecclesiae.*

3 *Clericus indicans furem, qui fuit comprehensus, & furca suspensus, an & quando incurrat iregularitatem, ostenditur.*

6 *Irregularitas incurritur à Laicis accusantibus delinquentes etiam ad consulendum sibi & rebus suis si inde sequatur mutilatio, vel mors, non praemissa protestatione.*

7 *Protestatio per clericum accusantem malefactorem in rebus suis facienda, non sufficit tacita.*

8 *Protestationis huiusmodi forma ponitur.*

9 *Irregularitatem an incurrat ille, qui iustè denunciat praemittendo protestationem ficto animo, & interius desiderat vindictam, & sanguinem, ostenditur.*

10 *Accusatio quando ponitur per clericum coram iudice Ecclesiastico non est necessaria protestatio, etiamsi delictum enormissimum sit.*

11 *Offensus ab altero tenetur omnino sub mort. criminis reatu in animo iudicio rancorem, & odium illi remittere. non tamen ius accusandi apud iudicem.*

12 *Clericus accusando aliquem pro delicto, quo pœna sãguinis non imponitur praemissa protestatione extra vindictam sanguinis, si iudex pœnam sanguinis imposuerit contr'aiustitiã ab irregularitate excusatur.*

13 *Praelatus etiam Episcopus temporalem iurisdictionem habens non incidit in irregularitatem. quamuis alteri committat causam in qua post a ingeratur pœna sanguinis.*

CAP. Prælatis. II. *Bonif. VIII.*

PRælati, & Clerici de suis malefactoribus possunt 1
deponere querelam coram iudice seculari, & petere emendam sibi fieri, & prouideri ne contra eos de

cætero talia fieri præsument, etiamsi in tali casu pœna sanguinis à iudice irrogari debeatur, licèt deinde ille mortem inferat secundùm iura, tunc enim non fiunt irregulares, dummodo expressè protestentur quòd non intendunt ad vindictam, vel pœnam sanguinis, alioquin si timore irregularitatis non auderent conqueri, daretur occasio aliis ipsos trucidandi, & ipsorum bona depredandi. Colligunt ex Ordinat. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. f. 128.* Alagona *in compendio pag. 675.* remissiuè Ximen. *in concordat. part. 1 & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Tiraquel. *de iure maritis gl. 7. n. vlt.* Felician. *de censur. tit. de irregul. c. de secunda specie irregular. quæ contrahitur extra bellum. vers. Prælati, vel Clerici.* Couar. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 5.* Sot. *de iust. lib. 5. quæst. 1. art. 9. vers. & pari iure etiam Clerici & quæst. 5. a. 1. in fine vers. de clericis*, Anton. Gom. *tom. 3. c. 1. num. 33.* Syluest. *in summ. verbo homicidium il. 2. n. 7. versicul. octauo*, Bann. *2. 2. q. 33. art. 8. vers. dubitatur septimò*, Clar. *lib. 5. §. fin. q. 14. num. 3.* Petr. à Nauar. *tom. 1. de restit. lib. 2. cap. 4. num. 229.* Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 7. n. 2.*, Viuald. *in candelabro aureo tit. de irregul. ex homicid. volunt. n. 242.* Læl. Zecchi *de casibus reseruatis casu 1. num. 34 vers. fallit in eo qui*, Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 5. cap. 3. in princ. n. 21. cum seq.* Salzed. *ad Bernard. etiam in pract. cap. 101. n. 8. cum seqq. in nouiss. impres.* Cened. *ad Sextum Collect. 12. n. 1.* Henriq. *lib. 14. cap. 11. n. 4.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo accusatio, vers. sexto*, Bobadil. *in sua politica l. 2. c. 18. n. 85.* Farin. *fragm. crimin. lit. C. n. 423. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi rerũ fori eccles. dec. 531. in 1. edit.* Vgolin. *de irreg. c. 6. §. 4.* Molin. *de iust. tom. 2. tract. 3. disp. 8. num. 3. & tom. 4. eod tract. 3. disp. 74.* Soar. *de censur. disp. 47. sect. 2. n. 10 & sect. 4 n. 9.* Bonac. *in simili tract. disp. 7. q. puncto 2. à princ.*

3 *Suis malefactoribus.*] Ergo accusans alterum de iniuria illata personis extraneis, aut etiam consanguineis, fit irregularis sequuta mutilatione, vel morte, etiamsi præmiserit protestationem, vt per Nauar. *in man. cap. 27. num. 213.* Salzed. *d. cap. 101. n. 7.* Vgolin. *d. cap. 6. §. 9.* Molin. *d. disp. 8. num. 8.* Bonac. *d. puncto 2.*
4 *num. 4.* vbi *n. 5.* subdit clericum posse accusare iniustum damnificatorem bonorum suæ Ecclesiæ, additque excusari non solùm quando accusat, sed etiam quando detinet, & iudici tradit, modò præmittat protestationem cum ipsa accusatione, aut post accusationem, sed ante prolationem sententiæ, & *n. 7. v. quartus*, limitat supradictam resolutionem quando non accusat de iniuria illata extraneis, sed inferenda, nec ipse potest aliter illa damna impedire, quàm accusando, & denunciando.

5 *Petunt emendam, &c.*] Clericus etiam protestando coram iudice laico de fure se nolle eum, pœna sanguinis puniri, sed tantùm vt cogatur ad damnum illarum restituendum, & iniuriarum emendam faciendam, si postea indicat locum vbi fur comprehendi possit, & fur ibi comprehensus, & postea suspensus sit, irregularis erit, si fur non erat fugitiua persona, secus autem si fugitiuus erat; ita quòd probabiliter crederetur quòd sententia contra eum lata parum profuisset nisi persona detineretur, cum in hoc posteriori casu captura necessaria sit ad effectum sententiæ etiam ciuiliter latæ, non autem in priori, & ideo in priori euentu irregularis erit, non autem in posteriori, ita N. var. *cons. 9. in 1. edit. alias cons. 12. dub. 1. in 2. edit sup. hoc tit.* Sayr. *in floribus decisionum sub eod tit. dec. 10* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 105. art. 4.*

Vel clericis quibuscunque.] A Laicis accusantibus delinquentes etiam ad consulendum sibi, & rebus suis irregularitas incurritur, si inde sequatur mutilatio, vel mors non præmissa protestatione, vt per Vgolin. *d. cap. 6. §. 4.* Molin. *d. tom. 4. disp. 74. n. 9.* Bonac. *d. q. 4. puncto 2. num. 21.*

Protestando expressè. Ergo non sufficit quòd tacitè 7
fuerit protestatus, vt per Salzed. *d. cap. 101. num. 9.* obseruans praxim iam recipere quòd protestatio in limine querelæ, vel accusationis fiat, & formam pro- 8
testationis ponit Bonac. *d. puncto 2. n. 9.* in hunc modum. *Domine, peto contra mihi satisfactionem, vel restitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit, protestorque me nulla ratione intendere pœnam sanguinis, mutilationem, vel mortem*; additque ex Vgolin. *d. c. 6. §. 7.* non esse necessarium protestationem heri in scriptis, quia nullo iure probatur scripturam requiri.

Vtrùm autem qui ita denunciat præmittendo 9
protestationem ficto animo, & interiùs desiderat vindictam, & sanguinem, incurrat irregularitatem? In qua quæst. sunt qui teneant hoc casu talem incurrere irregularitatem, quia huiusmodi protestatio mendax & fallax est, nec talis, qualem ius Canonicum requirit ad irregularitatis labem excusandam, ita Nauar. *d. cap. 27. num. 226.* Salzed. *d. cap. 101. num. 25. vers. sed opinio*, Sim. Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 6. n. 4.* Viuald *d. tit. de irreg. & homicid. vol. à n. 242.* Cened. *d. collect. 12. n. 2.* Verùm contraria sententia affirmatiua sicut verior, ita receptior est, multísque rationibus fulcitur, videlicet quia protestatio ficta tantum valet apud iudicem ignarum fictionis, quantum valeret si ex animo, & non fictè fieret, tum quia Ecclesia non imponit irregularitatem ob intentionem, & actum internum, sed propter omissionem protestationis, tum denique quia versamur in materia pœnali, in qua benignior pars est accipienda, arg. *cap. in pœnis, de regulis iuris l. 4* Quare meritò hanc partem sustinent Cou. *d. §. 4. num. 1.* Vgolin. *d. cap 6. § 8.* Henriq. *d. l. 14. c. 3.* Molin. *d. disp. 8. num 4* Bonac. *d. puncto 2. num. 11. vbi num. 8.* subdit quòd omittens protestationem ex obliuione in causa criminis incurrit irregularitatem, addítque ab irregularitate excusari illum, qui accusauit reum de leui crimine, seu postquam reus in carcerem coniectus fuit; accesserunt alij accusationem præbentes aliorum criminum, propter quæ reus iustè adiudicatur morti. Sic pariter non poterit clericus ab irregularitate excusari, qui protestationem omisit, eo quòd in animo non habuit quòd iudex ad mortem, vel membrorum mutilationem procederet, sed potiùs contrariam voluntatem, quæ voluntas cùm in animo retenta fuerit nihil operari potest, cùm actus exterior directè contrarius sit, vt ex Cou. resoluit Salzed. *d. c. 101. n. 16.* vbi *n. 6.* ait quòd si protestatione omissa non sequeretur effectus accusationis criminalis, nec imponeretur pœna mortis, vel mutilationis membrorum, non esset clericus irregularis, etiamsi alia sanguinis vindicta imponeretur.

In gloss. *Laicis* ibi, *coram iudice laico conquereretur.* 10
Quando autem accusatio coram iudice ecclesiastico proponitur, non est necessaria protestatio, etiamsi delictum enormissimum sit, vt tenet Salzed. *d. c. 101. num. 14.*

In gloss. *Emendam* ibi, *licet iniuriam passus rancorẽ* 11
dimittere teneatur. Notatur ad hoc quòd offensus ab altero tenetur omnino sub mortalis criminis reatum in animæ iudicio, rancorem, & odium illi remittere, non tamen ius accusandi apud iudicem, & auctoritate publica vendicandi propriam iniuriam, vt per Cou. *lib. 2. var. cap. 10. n. 7.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. n. 29. in fine*, Molin. *de primog. lib. 2. c. 5. n. 12.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 4. q. 32. n. 10.* & plures citatos à Cened. *ad Sextum collect. 12. num 5.*]

Soc.

Sot *de instit.lib.5.q.12.art.1.vers.contra.* Fr. Emman. *in summ.tom.1.cap.17.n.3.* P. Molin. *de iustit.tract.2. disp.100.num.6. & 7.* Lessi.*eod.tract.lib.2.c.47.n.21.* Vasc.*1.2.disp.115.cap.3.num.10.in fine*, Azor.*instit. moral.p.3. lib.3.cap.1.vers. & ibidem.* Valent.*tom.3. disp.3.q.3.punct.2.vers.nec tamen tenetur aliquis*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.17. num.116. 119. & 120.* Ioseph.de ortu Parochi *in speculo Parochorum cap.16.n.12.* Soar.*de Fide tract.de bello disp.13.sect.1. num.3.in fine & tract.de charitate disp.5.n.10.* quorũ plures refert & sequitur Ioan. Sancius *in selectis, & practicis disputat.disp.2.* vbi *num.11.in fine* ait fas esse Deum deprecari infligere alicui damnum temporale non solùm vt à peccato puniendus cesset; verùm animo sumendi iustam vindictam; sicut enim fas est hanc inferendam à iudice terreno exoptare, etiam licebit à cœlesti, immo securiùs.

12 In gloss. *Iustitia*, ibi, *idem si contra iustitiam* &c. Notatur ad hoc, quòd clericus accusando aliquem pro delicto, quo pœna sanguinis non imponitur, præmissa protestatione citra vindictam sanguinis, si iudex pœnam sanguinis imposuerit contra iustitiam ab irregularitate excusatur, vt per Farin. *fragm. crimin.p.1.litt.C.n.412.cum.seqq.*

13 In eadem gloss. ibi, *quod similimodo prouidit Prælatis temporalem iurisdictionem habentibus*, &c. Notatur ad hoc, quòd Prælatus etiam Episcopus temporalem iurisdictionem habens non incidit in irregularitatem quamuis alteri committat causam in qua postea ingeratur pœna sanguinis, vt per Farin.*d.litt. C. n.385.* Bonac.*de censur.disp.2 quæst.4.punct.1.n.15.* vbi plures refert.

SVMMARIVM.

1 *Mandans aliquem verberari, licèt expresè prohibeat ne occidatur vel mutiletur, si mandatarius fines mandati excedendo mutilet, vel occidat, fit irregularis, & n.2*

2 *Mandans an, & quando puniatur eadem pœna, qua mandatarius, remissiuè.*

Irregularis non fit mandans verberari discipulum, aut seruum causa correctionis, & disciplinæ, si mandatarius excedendo mandatum occidat.

4 *Irregularitas contracta dicitur si aliquis mandatum tacitum dederit ad occidendum, vel mutilandum.*

6 *Mandatarius si occidatur, vel mutiletur, mandans incurrit irregularitatem.*

7 *Mandatum, seu consilium homicidij non facit quem irregularem, nisi sequatur mutilatio, vel homicidium.*

8 *Irregularitas non incurritur à mandante vbi mandatarius sine alicuius mandato occisurus erat.*

9 *Irregularitatem non incurrit mandans fieri homicidium quando ille reuocauit mandatum, & post reuocationem huiusmodi mandatario intimatam & notificatam committitur homicidium.*

10 *Irregularitas non incurritur ex homicidij sequuti ratificatione.*

11 *Membri appellatione qua veniant, remissiuè.*

CAP. Is, qui III. & vlt.

1 MAndans aliquem verberari licèt expresè prohibeat ne occidatur, vel mutiletur, si mandatarius fines mandati excedendo mutilet, vel occidat, fit irregularis, quia mandando fuit in culpa, & debuit cogitare hoc posse euenire. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Do-

minic Monach. Franch. Viuian.*in rationali lib.5.pagina 128.* Alagona *in compendio pag.676.* remissiuè Casal. *in annotationibus*, & Xuncn. *in concordant. part.1.& 2.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text.desumunt S.Anton.*part.3. tit.29. de irregul.cap.2.§.1.* Syluest. *in summ. verbo homicidium 1.q.3.vers.tertium.* Nauar. *in manual. cap.27. num.233. & num.240.* Maiol.*de irregul.lib.5.cap.48. §.2.num.4.& 5.in ampl.* Couar. *in Clem.si furiosus part.2.§.1.n.2.* Sayr.*de censur.lib.7. cap.2.num.7.* Auil.*in simili tract.part.7. disp.6.sect.2. dub.1.* Anton.Gom.*tom.3. var.cap.3. num.18.* Farin.*in praxi crimin.part.5.q.135. n.166.& fragment.crimin part.2.litt.I.num.568. cum seqq.* Soar.*tom.5.disp.45. seqq.2.num.3.* 2

An autem, & quando mandans puniatur eadem pœna, qua mandatarius, vide Doctores per me citatos *in collect.ad cap. sicut dignum n.15.de homicid.in Decretal.* quibus addo Bonacos. *tom.1, commun. opin. lib.4.tit.24.n.44.pag.612.& commun.crimin.part.2. verbo Mandans*, Clar.*§.fin.q.89.num.1.& 5.* Farin.*d. q.135.num.1.& 172.* 3

Amplia primò vt conclusio huius text.procedat si percussio, & verberatio sit illicita, secus si licita, veluti quando magister, pater, vel dominus, correctionis, & disciplinæ causa mandat verberare discipulum, filium, aut seruum, tunc enim si mandatarius excedendo mandatum occidat, mandans irregularis non est, vt per Maiol.*de irregul.lib 5.cap.48.§.2.num.5.* Nauar. *in manuali cap.27. num.233. vers. vigesimo*, Soar. *d.tom.5.de censur.disp.45.sect.2.num.4. vers.ex quibus*, Sayr.*in simili tract.lib.7.c.2.n 8.* 4

Amplia secundò vt procedat pariter non solùm quando mandatum est expressum ad occidendum, vel mutilandum, sed etiam tacitum, puta quando pater, seu dominus, qui aliquam recipit iniuriam à Petro, dicat filio, seu seruo, Non reuertaris domum donec aliquid noui sentiam de Petro, nam tunc occiso Petro ex parte patris, seu domini dicitur contracta irregularitas etiam quòd fuerit inhabitum ne Petrus occidatur, Couar.*in d.Clem.si furiosus part.2.§.1.num.2.* Nauar *d. cap.27.num.233. vers.20.* Maiol.*d.§.2.n.8.* Soar.*d.sect.3.n.14 & seq.* Sayr.*d.cap.2.num.9.* Auil. *d.sect.2. dub.2.in 1.conclus. vers. quæ conclusio habet verum.* 5

Amplia tertiò vt procedat etiam casu, quo mandatarius occidatur, vel mutiletur, cùm enim mandans homicidium sic mandando det operam rei illicitæ, ideo nihil refert si præter eius intentionem accidat mors mandatarij quia cogitare debebat tale quid accidere posse, Maiol.*d. §.2. num.4.* Soar.*d. sect.3. à num.17.* Auila *d.sect.2.dub.5.vers.ex dict. sequitur*, Sayr. *d.cap.2.num.12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.2. cap. 11. num.126.* quicquid dicat Diana *resolut. mor. part.2. tractat.1. miscellan. resol.17.* 6

Limita primò mutilatione, seu homidio non sequuto, quamuis mandatarius illud attentauerit, quia nullum mandatum, seu consilium homicidij facit quem irregularem antequam homicidium ipsum sequatur, vt per Couar.*in d.Clem.si furiosus p.2.§.2. n.2.* Soar. *d.disp.44. sect.3.n.6.vers.quarta*, Auila *d. sect.2.dub.3.in fine principij.* 7

Limita secundò vbi mandatarius sine alicuius mãdato occisurus erat, quia tunc irregularitas non incurritur à mandante, vt per Auil *d.sect.dub.3 concl.5 vers. sed inquires*, vbi tamen testatur oppositum esse probabilius. Verùm post Cou.*d.§.2.n.1.* sic distinguit Sayr.*d.c.2. n.11.* Quando Mandatarius non erat aliàs facturus, tunc certum est mandantem irregularem 8

esse sequuto effectu, si verò mandatarius erat aliàs facturus, & tunc si ex mandato dato citiùs occidit, pariter & mandans erit irregularis cùm sit causa propinqua accelerationis; si verò ex mandato non citiùs occidit, & sic mandatum non auxit voluntatem mandatarij, tunc non erit irregularis.

9 Limita tertiò, mandans quando fieri homicidium reuocauit mandatum, & post reuocationem huiusmodi mandatario intimatam, & notificatam, commisit ille homicidium, Diana *resol. mor. p. 2. tr. 2. miscel. resol. 17.* Sayr. *d. cap. 2. n. 13.* vbi *n. 14.* subdit censet reuocatum mandatum per mortem mandantis re integra, & infecta, Auil. *d. sect. 2. dub. 4. concl. 1. & 2.*

10 Limita quartò, vt homicidio sequuto ex ratificatione non incurratur irregularitas, quamuis homicidium commissum fuerit nomine ratificantis, Couar. *d. §. 1. num. 4.* Soar *d. sect. 3. num. 24.* Sayr. *d. lib. 7. cap. 4 n. 17. cum seqq.* Auil. *d. sect. 2. dub. 6.*

11 *Vel membro aliquo mutiletur.*] Appellatione membri quæ veniant dixi *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 42. n. 11.* & latè *in tract. de appell. verb. vtriusque iuris signif. appell. 245. per tot.*

De Vsuris.

Tit. V.

SVMMARIVM.

2 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Hebræi an comprehendantur sub dispositione huius text. ostenditur, & n. 3. & 4.*
5 *Domos locare vsurariis an licitum sit ostenditur.*
6 *Nobiles, & alij in dignitate constituti an mitius puniantur quàm ignobiles, & plebei, remissiuè.*
7 *Excommunicationem incurrunt clerici, qui permittunt versari in terris suis fœneratores publicos alienigenas, vel qui non expellunt eos intra tres menses, & qui locant illis, vel prætextu concedunt domos ad fœnus exercendum.*
8 *Verba*, ex tunc ecclesiastico subiaceant interdicto, *important ipso iure.*
0 *Vsurarius manifestus est qui crimen ipsum confessus est in iudicio.*

Cap. Vsurarum. I.

Gregor. X.

1 Inviolabiliter obseruari præcipit Pontifex *cap. quia in omnibus, sup. hoc tit.* & sancit vt nulla vniuersitas, vel singularis persona permittat alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes ad hoc domos in terris suis conducere vel conductas habere, aut aliàs habitare: & huiusmodi vsurarios manifestos intra tres menses expellant de terris suis, nec alios admittant, & nemo illis domos locet, vel sub alio titulo concedat ad fœnus exercendum. Qui contra fecerint, si sunt ecclesiastici, etiam Patriarchæ, & Archiepiscopi, suspensionis, si minores personæ singulares, Excommunicationis, si collegium, vel vniuersitas, interdicti sententiam ipso facto incurrant & si per mensem fuerint obstinati, ipsorum terræ sunt interdictæ, dum ibi habitant vsurarij, si fuerint laici, compelluntur per censurã ecclesiasticam ab Ordinario ab huiusmodi excessu cessante omni priuilegio. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan Andr. Anch. Dom. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 151.* Alagona *in compendio pag. 688.* remissiuè Xunen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 Vtrùm autem dispositio huius text. comprehendat etiam Hebræos? Affirmatiuam opinionem ante omnes probauit antiquus Doctor Laurent. de Rodulphis *in cap. consuluit. q. 176. sup. hoc tit.* qui subdit ita fuisse consultum in Ciuitate Florentiæ Felin. *in cap. quia col fin. vers. & quia illa ratio de Iudæis*, Gemin. *in præsenti, num. 6. vers. vbi dubitari*, Deci *in c. 1. sub n. 90. vers. sed prædictis non obstantibus, de probation. & in l. 1. sub. n. 13. ad fin. & n. 14. C. de edendo*, Alex. *cons. 75. sub. n. 8. lib. 5.* Roland. *cons. 35. c. 44. lib. 2.*

3 Contrariam tamen opinionem probarunt, Alex. sibi contrarius *cons. 6. n. 50. lib. 6.* Barbat. *cons. 16. n. 17. lib. 4.* Socin. *cons. 72. circa med. lib. 1.*

4 Verùm D. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. c. 19.* ponderatis hinc inde prædictorum Doctorum rationibus, tandem concludit eas fore conciliandas, videlicet vt si versemur in partibus in quibus Iudæi ex specifica Principis permissione recepti sint, illis quidem non vendicet sibi locum dispositio huius text. quia si eas Prioceps in ciuitate admittit, vtique per necessarium antecedens permissum videtur subditis eis domos locare, etiam ad fœnus exercendum ad exemplum Synagogarum, & aliorum rituum, quæ eis tolerantur, *cap. 1. & cap. Iudæi, de Iudæis.* Si verò loquamur de Iudæis alienigenis, qui quamuis in ciuitate aliqua de causa versentur, tamen ad hoc ibi à Principe non sunt admissi specialiter, & in tali casu credit sine dubio dispositionem huius cap. habere locum etiam in locantibus domos Hebræis, id probant ex verbis huius text. ibi. *alienigenas, & alios non oriundos*, &c. quæ liquidò demonstrant Summum Pontific. non loqui nisi de aduenis, & exteris, non autem de oriundis, vel de receptis.

5 *Et alios non oriundos.*] Ergo videtur permittere locationem vsurariis indigenis, secundùm Nauar. *in man. cap. 17. num. 195. vers. quinto in fine*, qui intelligit in foro exteriori, non in interiori. Verùm probabilius mihi videtur id etiam licitum esse in foro interiori, quia hic agitur de locatione facta vsurariis indigenis, non quidem eo fine fœnerandi, quod attinet ad intentionem locantis, quamuis talis finis detur ex parte vsurariorum, ad quos referuntur verba text. ibi *ad hoc domos*, &c.) sed solum ex fine & causa iusta percipiendi vtilitatem moralem ex ipsa locatione, vt tenet Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 14. q. 17. num. 8.* & ex Valent. ac Azor. docet Sanch. *in præcepta Decal. tom. 1 lib. 1. c. 7. n. 20.*

6 *Quia verò*, &c.] Ergo nobiles, sicut & alij in dignitate constituti mitius puniuntur quàm ignobiles, & plebei, quod tamen an & quando verum sit resoluunt Tiraquel *de nobilit. cap. 20 num. 108. & de pœnis temper. causa 41. à n. 9.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 8. consid. 33.* Cou. *lib. 2. var. c. 9. à n. 3. vers. tertio*, Lucern. Inquisit. *verbo nobilis num. 1.* Mandos. *in gloss. facultatum in proœm. in verbo personarum acceptione vers. quod hic dicitur.* Clar. *l. 5 §. fin. quæst. 60. num. 24.* Simanch. *de Catholic. institut c. 47. num. 67. cum seqq.* Aluarus. Pelag. *de planctu Eccles. lib. 2. cap. 10.* Penia *in direct. Inquisitor. p. 2. schol. 13. vers. volentes tamen.* Rojas *sing. 158.* Grammat. *decis. 23. num. 9. & 10. & decis. 32. à num. 2.* Mexi. *in tract. taxa panis conclus. 6. num. 21. cum sequentib.* Spin. *in speculo testament. gl. 16. princip. num. 72. cum seqq.* Auiles *ad cap. 1. Prætorum in gloss. de reclamante n. 26.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 5. cap. 191.* Perez *l. 1, vers. corroboratur etiam tit. 3.*

tio.3.lib.3.lib.1.Ordin.pag 66.& l.6.in gl.ol. hijodalgo morir, tit.9.lib.4. Menoch.*de arbitr. caſu* 392.*n.*16. Iacob.Benni.*de priuileg.iuriſconſult.p.*2.*priuil.*41.

7 *Excommunicationis.*] Fertur in præſenti excommunicatio contra clericos qui permittunt verſari in terris ſuis fœneratores publicos alienigenas, vel ſi non expellunt eos intra tres menſes, qui locant illis, vel alio prætextu concedunt domos ad fœnus exercendum, referunt Nauar. *in manual.cap.*27.*n.*236.*verſ.*23.Soar *tom.*5.*diſp.*12.*ſect.*4.*n.*42. Cardin. Tolet. *in inſtruct.Sacerd.lib.*1.*cap.*38.*n.*22. Iuli Lauor. *de Indulgent.p.*2.*cap.*23.*n.*13.Sayr.*de cenſur.lib.*3.*cap.*32.*n.*12.Filliuc.*tom.*1.*tract.*14.*n.*108. quos refero ego ipſe *de offic.& poteſt. Epiſc.p.*3.*alleg.*50.*n.*217. ſecundùm Lugdun. impreſſ. addo Bonac. *de cenſur. extra Bullam Cœnæ diſp.*2.*q.*4.*puncto* 9.

8 *Ex iure Eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto.* Id eſt, ipſo iure, ex latè adductis per Tiraq.*in l.ſi vnquam, verbo reuertatur n.*149.*C. de reuoc.donat.* Salas *de legib.q.*96.*tract.*14.*diſput.*15.*ſect.*6.*ſub num.*78. Soar. *in ſimili tract. lib.*5.*c.*6.*ſub.n.*25. Farin. *fragm. crimin. p.*1.*litt.L.n.*146.

Collige ex text. Collegium vel vniuerſitatem permittentem vſurariis conducere domum in terris ſuis ad fœnus exercendum interdicti cenſura ligari, vt per Bonac.*de interdictis in particulari diſp.*4.*q.*1.*puncto* 8. Cui interdicto ſubiiciuntur ſolum Collegium, & Vniuerſitas, ſeu Communitas eccleſiaſtica, laici verò puniendi ſunt ab Ordinariis per cenſuram, nam Papa *in hoc text.* primo loco fert pœnas contra eccleſiaſticos diuerſas pro diuerſitate graduum, itaut ſi ſint Epiſcopi, aut maiores Epiſcopis, incurrant ſuſpenſionem, ſi ſint ſingulares perſonæ inferiores Epiſcopis, excommunicatione afficiantur: ſi verò ſint Collegium, vel Vniuerſitas, ligentur interdicto, quam cenſuram ſi per menſem animo indurato ſuſtinuerint, ipſorum terræ interdicto Eccleſiaſtico ſubiiciuntur, quãdiu vſurarij in eis cõmorantur: ſecundo verò loco loquens de laicis decernit ipſos per cenſuram compeſcendos, & retrahendos eſſe, quod valet ſiue laici ſint perſonæ ſingulares, ſiue ſint Communitas, & Vniuerſitas: nam Papæ vniuerſaliter, & indefinitè loquitur *in præſenti* de laicis, ibi, *cæterum ſi laici*, ita Gemin. *hic num.*4. Franch.*num.*1. Mar. Alter. *de cenſur. tom.*2.*diſp.*12.*de interdicto cap.*1.*colum.*5. Bonacin.*d. puncto* 8.*num.*1.

9 In gloſſ. *Manifeſtos*, ibi *Manifeſti dicuntur illi*, &c. Notatur ad hoc, quòd manifeſtus vſurarius eſt, qui crimen ipſum confeſſus eſt in iudicio, vt per Couar. *lib.*3.*var. cap.*3.*n.*4. Clar.§. *vſura n.*15. Menoch. *de arbitr.caſu* 235. Maſcard.*de prob.concl.* 1418 *num.*4. Spin.*in ſpeculo teſtament.gloſſ.*2.*princip.* 18. vbi etiam agit de aliis modis, quibus dicitur vſurarius manifeſtus.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Vſurarius manifeſtus quamuis in teſtamento mandet reſtitutionem certæ, vel incertæ quantitatis, non eſt in loco ſacro ſepeliendus quouſque fiat reſtitutio.*
3 *Parochus poteſt ſtipulari cum agitur de reſtitutione vſurarum.*
4 *Stipulatio alteri per alterum facta non valet de iure Canonico.*
5 *Notarij ſolum poſſunt aliis ſtipulari.*
6 *Vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari niſi præſtita cautione de reſtituendo vſuras.*
7 *Pœnitẽtia in vſurario manifeſto, vel ſigna cõtritionis non ſufficiunt, ſed actus etiã exteriores requiruntur.*
8 *Codicillos facere non poteſt vſurarius manifeſtus niſi præſtita cautione de reſtituendo vſuras.*
9 *Donationem cauſa mortis facere non poteſt vſurarius manifeſtus.*
10 *Iudæos non comprehendit diſpoſitio huius text.*
11 *Teſtamentum vſurarij conualeſcit, ſi ille poſtea caueat de vſuris reſtituendis.*
12 *Verbum, valeat, negatiuè poſitum denotat ſententiam latam.*
13 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, oſtenditur.*
14 *Notarij tum demum alteri ſtipulari poſſunt, ſi id fiat auctoritate iudicis, non alias.*
15 *Cautio idonea dicitur cùm pignora, vel fideiuſſores dantur.*

CAP. Quamquam. II. & vlt.

VSurariis manifeſtis in vltima voluntate mandantibus, vt reſtituantur vſuræ acceptæ non datur ſepultura eccleſiaſtica, ſiue explicent quantitatem, ſiue non, donec fuerit ſatisfactum, prout patiuntur facultates eorum, vel niſi dent cautionem de reſtitutione facienda ipſiſmet dominis, vel aliis, qui dominis poſſunt eam acquirere, vel his abſentibus Ordinario, vel eius Vices gerenti, vel Parocho ſuæ Parochiæ coram aliquibus fide dignis, & ſic per hos acquiritur actio dominis, vel Notario publico de mandato Ordinarij, & ſi quantitas eſt certa, exprimenda eſt, ſi minùs arbitraria cum obligatione reſtituendi reſiduum. Qui autem contra prædictum modum tales in Eccleſia ſepelire præſumunt, pœnas *cap. quia in omnibus, ſup. hoc tit.* id eſt, excommunicationis, & ſuſpenſionis incurrunt. Teſtari minimè poſſunt publici vſurarij, & factum teſtamentum non valet, & nullus eorum teſtamentis intereſſe poteſt, niſi ſatisfaciant, vel dent cautionem, vt *ſupra*. nulluſque admittere debet eos ad Confeſſionẽ, vel abſolutionem, niſi ſatisfaciant, vel prædictam cautionem præſtent. Collig. ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan Andr. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration.lib.*5.*pag.*153. Alagona *in compend pag.* 689. remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen.*in concord p.*1.*&* 2. 1

Eccleſiaſtica ſepultura denegetur donec &c.] Notatur ad hoc, quòd vſurarius manifeſtus, etiamſi in teſtamento mandet reſtitutionem certæ, vel incertæ quantitatis, non eſt in loco ſacro ſepeliendus, quouſque fiat reſtitutio ipſis damnificatis, vel eorum hæredibus, aut loci Ordinario, aut cautio idonea recipiatur, & ſic tandem defraudatis actio acquiratur, vt per Sayr.*in claui Regia l.*10.*c.*5.*tract.*5.*n.vlt.* 2

Cautionem huiuſmodi coram nomine, &c. Ergo Parochus poteſt ſtipulari cùm agitur de reſtitutione vſurarum, vt per Molin *de iuſtit.tract.*2.*d.ſp.*264 *verſ. Parochus*, Sanchez *de matr. lib.*1.*diſp.*7.*num.*11. ſubdens fauore piæ cauſæ poſſe alterum alteri ſtipulari, reſpondens text. *in præſenti*, procedere quia hîc non tam agitur de cauſa pia, quàm de Conſcientiæ exoneratione, quod ad officium Parochi pertinet. 3

Seruo publico, &c. Ergo etiam de iure Canonico non valet ſtipulatio alteri per alterum facta, vt per Gutier. *in cap. quamuis pactum in princ. numero* 55. *ſup de pactis hoc lib. in* 2.*edit.* vbi mutauit ſententiam, quam prius tenuerat *in* 1.*impreſſ.* Anton. Gom.*tom.*2.*var.c.*9.*n.*1. Molin.*d. tract.*2.*diſp.*263.*verſ. opera pretium.* Sanchez *d.diſp.*7.*num.*21. Soli enim Notarij poſſunt aliis ſtipulari, vt docent Greg. *l.*7.*verbo ſemeiante tit.*11.*p.*5. Tiraq.*de iure cõnſt.p.*3.*limit.*3.*n.*16. 4 5

Teſtamenta quoque, &c Notatur ad hoc, quòd vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari niſi præſtita cautione 6

tione de restituendo vsuras, vt per Clar. §. *testamentum q.26.n.1.* Perez *l.3.tit.*.... *lib.8. Ordinam.pag.27.* Anton. Ricciul. *de iure personarum lib.4.cap.58 n.22.* Rot. *decis.* 169. *num.1.* apud. Farin. *in 1. collect. nouiss-*
7 *simar.* vbi *n.2.* subdit quòd pœnitentia in vsurario manifesto, vel signa contritionis non sufficiunt, sed actus etiam exteriores iuxta formam huius text. requiruntur.

8 Amplia primò supra proximam resolutionem huius text. decisionem procedere in codicillis, vt docet Cou. *lib.3.var.c.3.n.9.vers. quintò.*

9 Amplia secundò habere locum in donatione causa mortis, illam enim facere non posse vsurarium manifestum, tradunt Clar. §. *donatio q.7.* Menoch. *cons.* 11. *num.21.* & 22. Bonacos. *commun. crimen. p.1. verbo vsura. pag.186. verso.* Steph. Grat. *discept. forens. c.79.n.17.* Quicquid dicant Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum n.22.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 2. collect.* 356.

10 Limita inter Iudæos, quos quidem huius text. decisionem non comprehendere tradunt Marsil. *sing.* 609. Marquard. *de Iuda. p.2. cap.1. num.2.* Clar. *d.* §. *testamentum q.26.num.5.* Couar. *d.cap.3.num.9. vers. septimo*, Decian. *tract. crimin. lib.5.cap.14.n.8.* Anton. Gabr. *commun. lib.4. tit. de testam. concl.3.n.8.* Mich. de Grass. *de success. verbo testamentum q.36.n.6.* Card. Tusch. *verbo Iudæus conclus.361.num.16.* Tiraq. *de iure primogen. q.66.n.31.* Perez *l.3.tit.2.lib.8. Ordinam. pag.49.* Menoch. *de arbitr. casu 449.n.20.* Azor. *inst. moral. p.1.lib.8. cap.22.q.15.* contra Ludou. Peguera *decis. crimin. 31.n.11.*

11 Vtrùm autem vsurarij testamentum conualescat, si postea caueat de vsuris restituendis? Affirmant Surd. *de alim. tit.7.q.4.num.20.* Aloys. Ricc. *d. collect.* 365. Steph. Gratian. *discept. forens. c.79.n.13.*

12 *Non valeant.*] Verbum, *valeat*, negatiuè positum denotare sententiam latam, intelligi ipso iure docent Tiraq *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.237. C. de reuocand. donat.* Sayr. *in claui Regia l.3.c.8.n.* 26.

13 In gloss. *Manifesti.* ibi, *Tamen quoad casum nostrum satis posset etiam dici manifestus vsurarius si coram Sacerdote, & testibus publicè fatetur se vsurarium. & vsuras restitui mandat.* Ita Couar. *lib.3.var.c.3.n.4. vers. tertio*, Mascard. *de probatio. conclus.* 1418. *num.11. cum seqq.*

14 In gloss. *Mandato.* ibi, *nisi eam faciat de Ordinarij mandato*, &c. Ergo notarij tum demum alteri stipulari possunt si id fiat auctoritate iudicis, non aliàs, vt per Tiraq. *de iure constituti p.3. limit.30.n.20.*

15 In gloss. *Idonea.* ibi, *nomine idonea pignora, vel fideiussores intellige.* Notatur ad hoc, quòd cautio idonea dicitur cùm pignora, vel fideiussores dantur, vt per Bernard. *reg.75.* Duen. *reg.* 89. Garc. *reg.* 192. Couar. *lib.3.var. cap.3.num.6.* Pinel. *in l.1. C. de bonis. matern. p.2.num.76.* Menoch. *de arbitr. casu 142.n.* 3. Sanch. *de matrim. lib.10. disp.* 18. *n.35.* Gutier. *in repet. l. nemo potest num.247. ff. de legat.1.* Ceuall. *commun. contra communes q.66.* Stephan Gratian. *in discept. forens. cap. 147.n.22.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. dec. 254.n.3. in 1. edit.*

De Excessibus Prælatorum.

TIT. VI.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes non poss... acquirere noua loca ad habitandū, vel antiqua alienare, vel mutare absq; speciali licentia Papæ, quæ de hac probibitione faciat mentionem, in acquirentibus tamen loca pro Eremitica vita cessat probibitio, & n.2*

3 *Episcopi loci auctoritas vltra Papæ licentiam requiritur in erigendis Regularium Monasteriis.*

4 *Monasterium sine Papa, & Diœcesani licentia de vno in alium mutari non potest.*

CAP. Cùm ex eo. Vnic.

Bonif. VIII.

MENDICANTES Religiosi non possunt recipere de nouo domos, vel loca quæcunque, seu recepta mutare, vel alienare in alios sine Papæ licentia de hac prohibitione specialiter mentionem faciente, si secus, irritum sit. Per hæc tamen non interdicitur, vt qui de licentia suorum Superiorum voluerit agere vitam eremiticam, seu solitariam, non possit eligere, seu acquirere, ac mutare domos in eremo, seu locis solitariis, vbi non habitant seculares. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib 5. pag.* 150. Alagona. *in compendio pag.* 709. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. par.1.* 1

Hanc eandem conclus. quoad primam partem huius text. firmant Nauar. *in man. cap.27.n.* 144. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. par.4. dec.* 198. Ludou. Miranda *in man. Prælat. t.1.q.33. art.2. concl.1.* ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.2. alleg.26. sub. n.4.* secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonac. *de censur. extra Bullam Cœnæ disp.2.q.8. punct.2.* 2

Leo X. Prouincialibus Minorum concessit priuilegium transferendi ex causa necessaria Ecclesias, & monasteria, tam Fratrum, quàm Monialium ab vno loco ad alium, & conuertendi priora loca ad vsus humanos, prout expedire visum fuerit, Soar. *de cens. disp. 23. sess.5.n.35.* Tolet. *l.1.c.40.n.13.* Filliuc. *tract.* 14. *c.8.n.145.*

Neque Concil. Trid. *sess.25. de Regularib. c.3. in fine*, abrogauit dispositionem huius text. petentis summi Pontificis auctoritatem in erigendis Regularium monasteriis, quia præterea illud induxit vt altera quoque adhiberetur Episcopi, loci, sicuti declarauit Sacra Congregatio, & referunt Zerol. *in praxi Episc. p.1. verbo Monachi*, §. 2. Campan. *in diuersorio iuris Canonici rub.12.c.13.num.80. in fine*, ego ipse *d. allegat.26. num* 4. 3

Seu hactenus recepta mutare.] Ergo Ecclesia, seu monasterium sine Papa, & Diœcesani licentia de vno in alium locum mutari non potest, de quo vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part. 4. decis.* 168. Fr. Ludouic. Miranda *in manuale Prælator. tom.* 1. *quæst.33. art.2. conclus.2.* quos refero ego ipse *d. alleg. 26. num* 8. 4

De Priuilegiis.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Exemptus si extra locum exemptum delinquat, contrahat, aut alibi res sita sit, potest coram locorum Ordinariis conueniri ratione delicti, contractus, aut rei sitæ, declarando, vt num.3.*

4 *Decla*

4 *Declarant auth. qua in prouincia. Cod. vbi de crimine.*
5 *Monasterio priuilegiato, vt eius Monachi à quocunque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint cessat in illis Ordinariorum iurisdictio quoad illa, nisi illi Monachi mitterentur ad Prioratus subiectos Ordinariis, & n.6.*
7 *Beneficium manuale illud dicitur, quod non confertur in perpetuum nisi ad nutum conferentis.*

CAP. Volentes. I. Innoc. IV.

1 XEMPTI à iurisdictione Episcopi, & ex priuilegio immediatè subiecti Papæ si delinquant in diœcesi Episcopi in loco non exempto, poterit Ordinarius loci de causa cognoscere, & punire, sic de causa ratione contractus, vel rei in loco non exempto idem dicendum est. Sed si delictum, vel contractus, vel res sunt in loco exempto, licèt qui conuenitur habeat domicilium in diœcesi Episcopi, tamen non potest conueniri coram Episcopo ratione priuilegij. Similiter si deliquit, vel contraxit, vel habet rem litigiosam in aliena diœcesi, sed domicilium in hac non poterit cognoscere Ordinarius domicilij, nec ad se causam auocare. Et id ipsum procedit quando quis obtinuit priuilegium, vt non possit conueniri nec teneatur respondere nisi sub vno certo iudice, nam si concurrit domicilium, & delictum, vel contractus, vel res, in loco non exempto, poterit conueniri coram iudice domicilij, saluis alijs casibus, in quibus de iure subijciuntur Episcopis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. l.5. pag.* 208. Alagona *in compend. pag.* 740. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 *Nihilhominus tamen ratione*, &c.] Notatur ad hoc quòd si exemptus extra locum exemptum delinquat, contrahat aut alibi res sita sit, potest coram locorum Ordinariis conueniri ratione delicti, contractus, aut rei sitæ, inuouatur à Concil. Trident. *sess.7. de reform. cap.*14. & docent Couar. *practic. cap.*11. *n.*5. Afflict. *lib.*1. *constit. rubr.*41. *num.*12. Paul. Fusch. *de visitat. l.*2. *cap.*18. *à princ. & c.* 20. *à num.*7. Nauar. *cons.*2. *de Regularib. num.*63. Henriq. *in summ. lib.*7. *de Indulgent. cap.*25. *num.* 7. Azeued. *l.*1. *ex num.*118. *tit.*16. *lib.*8. *noua recop.* Decian. *tract. crimin. lib.*4. *cap.*17. *à n.*13. Fr. Emman. *in summ. tom.*1. *cap.*74. *num.*4. *casu* 1 & *quæst. Regul. tom.*2. *q.*74. *a* 10. *col.*2. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*33. *num.*13. Cabed. *Lusit. decis.*86. *num.*7. *part.*2. Cardin. Tusch. *tom.*3. *litt.* E, *concl.*244. & *conclus.*565. Cardos. *in praxi iudicum, verb. exemptus, n.*2. Franc. Molin. *de brachio seculari Ecclesia, cap.*31. *n.*3. D. Barbos. *in l. heres absens*, §.1. *num.*41. & 42. *ff. de iudic.*

3 Intellige secundùm Couar. *d. num.*5. quando priuilegium exemptionis certo loco circumscriptum est, quo casu si exemptus extra illum locum delinquat, vel contrahat, poterit in loco delicti, vel contractus conueniri, non ita si tale priuilegium ratione personæ concessum sit absque illius loci præfinitione, quia tunc vbicunque deliquerit, vel contraxerit, eodem priuilegio potietur, vt neque in loco delicti, vel contractus valeat coueniri. Vel secundùm alios procedit vbi exemptio ita ampla, & absoluta est, vt in omnibus, & per omnia concessa dicatur, non obstante quocunque Ordinariorum præiudicio, ita vt nulla detur coniectura, quæ restrictionem aliquam concludat.

Non obstat *auth. quia in prouincia, C. vbi de crimine ibi, omni priuilegio cessante*, quasi omnia in vniuersũ exclusetit, respondetur enim primò textum illum in eo tantùm casu omne exemptionis priuilegium exclusisse, quo ambo actor & reus sint in eadem prouincia, paret expresse ex tenore text. Deinde respondetur vt insinuat gloss. *ibi, verbo illic*, omnia priuilegia excludit respectu loci, quasi illis non obstantibus eo loci quo delictum commissum est, iudicari debeat, & puniri, interim tamen sub suo delinquentis iudice alias legitimo iuxta formam exemptionis, his d. gloss. *verbo illic, vers. solutio secundùm quosdam.* Vel potiùs responderi poterit text. illum ad terminos iuris reducendum, vt scilicet non procedat in priuilegio exemptionis pleno, & absoluto, sed de restricto, vel ad certum locum, vel ad aliam similem causam, quæ in nihilo deuiat à regula *d. auth. qua in prouincia, & cap. vltim. de foro comp. in Decretal.*

§. In eos.

Priuilegium habentes quòd non possint interdici, suspendi, vel excommunicari ab Ordinario, vt sunt multi Religiosi, in quorum priuilegiis ponitur ne suorum monasteriorum Monachi excommunicentur, si prædicti Monachi habitent in Prioratibus subiectis Ordinario locorum, vt ibi regant, vel residdeant, possunt excommunicari, suspendi, vel interdici ab Ordinariis dum ibi morantur. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati. 5

Hanc eandem conclus. firmant Sanch. *de matrimon. lib.*6. *disp.*33. *num.*23. 6

Etsi liberè possint ad eadem Monasteria reuocari, 7
&c.] Ergo manuale beneficium illud dicitur, quod non confertur in perpetuum, nisi ad nutum conferentis, vt per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.6. *num.*2.

SVMMARIVM.

1 *Curia Romana habet studium generale, & eius priuilegia.*
2 *Studentes iuri Canonico vel Ciuili in studio generali in absentia integros suorum beneficiorum prouentus percipere possunt.*
3 *Studium generale quod dicatur, remissiuè.*
4 *Distributiones quotidianas non percipit absens causa studij.*
5 *Papæ licentia ad non residendum non excusat ab amissione distributionum quotidianarum nisi eas sufficienter exprimeret.*
6 *Canonicorum statutum vbi cauetur, vt ij, qui in studio litterarum versantur, beneficij fructus non percipiant, suum, & robur non habet si Theologiæ studeant.*

CAP. Cùm de diuersis. II.

PRouidit vt in Curia Romana vigeat studium iuris 1
Ciuilis, & Canonici, in eóque studentes gaudeant priuilegiis locorum, in quibus est studium generale, & recipiant integros prouentus suos Ecclesiasticos, vt illi Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach Franch. Viuian. *in ration. l.5. pag.* 210. Alagona *in compend. pag.* 721. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.*1. & 2.

Ac recipiant integros prouentus, &c.] Notatur ad 2
hoc quòd studentes iuri Canonico, vel Ciuili in studio generali in absentia integros suos prouentus percipere possunt, vt per Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. de non residen. num.*25. & *in tract. de priuil. scholar. priuileg.*

uileg.29.& 51 Horat. Lut.eod.tract.de priuil.scholar. priuil.89.& 100. Duen.reg.389. Nauar.in man.c.25. num.120. Hoied.de incompatib.benefic cap.17. n.28. Fusc. de visitat.lib.1.cap.29.n.10. Fr. Emman.in sum. tom.1. cap.33. num.2. & tom.2. cap.36. n.2. Veg.in sum.part.1.cap.36.casu 41. Perez l.1. tit.10. lib.1. Ordinam. Zerol in praxi Episc.part.1.verbo studium, §.4.Flores de Mena var.lib.2.q.24.n.29. Azor.instit. moral p.2.lib.7. c.5.q.8.latè Monet.de distrib.quotid. p.2.q.10.ex num.5.cum seqq.

3 *Vbi generale regitur studium.* Ergo non sufficit, vt illud studium, ad quod aliquis accedit causa studij, qualecunque sit, sed debet esse generale, vt obseruat Monet. d.q.10. n.17. Quale autem dicatur studium generale, vide Cosin.in pragm.sanct.in proœm.§.quibus attentè, verbo studiorum, Perez & Monet.citatis locis.

4 In gloss. *Integrè.ibi, quotidianis distributionibus exceptis.* Notatur ad hoc quòd absens causa studij non propter quotidianas distributiones, vt per Couar. l.3.var.cap 13 n.2. Horat. Lut.d priuil.100. limit.1. Petr. Gregor.de re benefic.cap.7. num.12. Monet.d.
5 cap.10.num.23. vbi subdit id procedere etiam post Conc. Trident.& quòd licentia Papæ non excusat ab amissione harum distributionum, nisi eas sufficienter exprimeret,

6 In ead.gloss.ibi, *salua quod de sacra pagina dicimus,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Canonicorum statutum vbi cauetur, vt ij qui in studio litterarum versantur, beneficij fructus non percipiant, vim & robur non habet si Theologiæ studeant; vt per Azor. instit.mor. p.2.lib.7.cap.5.q.8.vers.quartus.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Abbates exempti habent Ecclesias pleno iure sibi subiectas.*
3 *Abbates iurisdictionem quasi Episcopalem habentes quando possint benedictionem populo impertiri, ostenditur.*
4 *Abbates exempti habentes ius Baculum deferendi,& Mitram,possunt minores Ordines subditis conferre,& num.5.*
6 *Abbates exempti habentes ius Baculum deferendi,& Mitram, non possunt Tonsuram, & minores Ordines conferre alijs Regularibus, vel secularibus, qui suorum Superiorum dimissorias habuerint.*
7 *Abbates exempti vbi promouent subditos suos Regulares ad Ordines minores,in interstitijs cum illis dispensare possunt.*
8 *Ecclesiæ dicuntur ad aliquem pleno iure pertinere quando in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt.*
9 *Nouitios sui monasterij ad minores Ordines promouere non possunt Abbates habentes ius Baculum deferendi,& Mitram.*
10 *Abbates exempti possunt conferre suis subditis Regularibus minoribus Ordines,vsque ad Lectoratum inclusiuè.*
11 *Abbates exempti benedicunt Calices,patenas, vestes sacerdotales,Cruces,& similia.*
12 *Abbas an possit benedicere ea, in quibus interuenit sacra Vnctio,remissiuè.*

CAP. Abbates. III. *Alex.*

1 ABbates qui habent priuilegiũ dandi benedictionem super populum,possunt tantùm benedicere solemniter populum in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis,quando in eis celebrant diuina Officia, post solemnia Missarum, & Matutinum, Laudes, ac Vesperas,& non possunt alibi publicè,vt per vias, Ciuitates, &c.nisi hoc expressè sit in priuilegio concessum. Nec eis licitum est conferre primam Tonsuram, sed conuersis in monasterio, & in quibus habent quasi Episcopalem iurisdictionem,nisi aliter constet ex pleno indulto Apost.Colligunt ex Ordin.Archid.Gemin. Ioann.Andr.Ancharan.Domin.Monach.Franc.Viuian. in rationali lib.5. pag.210. Alagona in compend. pag. 721.remissiuè Casal.in annotat.& Ximen.in concord. part.1.& 2.

Quæ ad eos pertinent pleno iure, &c. Notatur ad hoc 2
quòd Abbates exempti habent Ecclesias pleno iure sibi subiectas,& per hoc habent ius Episcopale, & iurisdictionem quasi Episcopalem,vt per Flamin.Paris. de resignat.benef.l.7.q.15.n.4. Quando autem dicantur Ecclesiæ pleno iure ad aliquem pertinere,dixi infr. num.8.

Possunt post Missarum solemnia, &c.] Notatur ad 3
hoc quòd Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem potest solemnem benedictionem populo impertiri in Ecclesijs ad ipsum pleno iure pertinentibus post Missarum sacrificia,post Vespertinas preces aut Matutinas decantatas, non autem alibi publicè, aut per vias, aut per ciuitates, castella,aut villas, nisi ex priuilegio speciali hanc potestatem sit consequutus, vt per Fr. Emman.quæst.Regul.tom.1.q.18.a.1. Azor. instit.mor.p.1.l.11.c.20.q.7. Renat. Chopin. Monast. lib.1.tit.2.num.18.Tamburin.de iure Abb.tom.2.d.2. quæst.7.

Nec eis licitum sit, &c Notatur ad hoc quòd Ab- 4
bates exempti habentes ius Baculum deferendi,& Mitram, minores Ordines possunt conferre suis subditis non solùm Monachis,verùm etiam & laicis, in quos ordinariam Ecclesiasticam habent iurisdictionem vt per Syluest in sum.verb.Ordo,il.3.n.2.Couar.lib.1.var. cap.10. num... Rodulph. Cupers in repet.cap.aperiebat 79.dist.in 9. Tonsura, numero 7.Rebuff.resp.2.Fusc.de visitat.lib.2.cap.15.numero 93.& alios citatos à Cened. ad Decretal.collect.105.numero 1.quibus adde Aloys. Ricc.in collect. decis.p.4. collect.955. Flores de Mena var.lib.2.q.24 n.14.Fr.Lud.Miranda in man. Prælatorum tom 1.q.38 art.9.concl.1.

Hodie ex noua dispositione Conc. Trident.sess.23. 5
de form.c.10.non licet Abbatibus, & alijs quibuscunque quantumuis exemptis in posterum intra fines alicuius diœcesis existentibus etiamsi nullius diœcesis,vel exempta esse dicantur,cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit,Tonsuram,vel minores Ordines conferre, refert Fr. Ludou. Miranda d.art 9.conclus.2. quem citaui de officio, & potestate. Episcopi,part.2.allegat.5. num.11. & tangit Portel.in dubijs Regularib. verbo Abbas 2.

Abbates huiusmodi Regulares habentes ius Bacu- 6
lum deferendi, & Mitram, etiam postquam sacerdotalem Ordinem,& munus benedictionis susceperint, non possunt Tonsuram, & minores Ordines conferre alijs Regularibus, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci habuerint, neque etiam alijs secularibus suorum superiorum dimissorias afferentibus, vt censuit Rot.apud Seraphin. decis. 985. cuius memini ego ipse d.alleg.3. num 11. & sustinet Fr. Ludou. Miranda d. conclus.2. quicquid dicant Quarant in summa Bullarij, verb.Ordo,propè fin.vers.Abbatibus, Bonac.de Sacram.disp.8. q.vnica puncto 5.num.5. Vgol.de offic & potest. Episc. cap.26 §.19.

In casu verò,quo huiusmodi Abbates primam cle- 7
ricalem

ticalem Tonsuram, minorésque Ordines sui subditis Regularibus conferre possunt, illis licitum est in interstitiis dispensare, tradit Sorb. *ad compend. Mendicant. verb. Ordines sacri, vers. quando verò Abbates*, neque tunc examinandos esse ab Episcopis, sed ab Abbatibus, non obstante Concilij Tridentini dispositione consuluit Nau. *cons.* 13. *n.* 1. *in antiq. alias cons.* 14. *in nouis sub hoc tit.*

8 In gloss. *Pleno iure.* ibi, *scilicet in spiritualibus, & temporalibus.* Dicuntur igitur Ecclesiæ ad aliquem pleno iure pertinere quando vtroque iure, id est, in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, vt per Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verbo plenum*, Azor. *d. p.* 1. *l.* 12. *c.* 20. *q.* 7. Cardin. Tusch. *tom.* 6. *litt. P. concl.* 364. *num.* 3. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 12.

9 In gloss. *Conuolauerint.* ibi, *vt ibi conuertantur, & fiant Monachi.* Ex hac gloss. iuncto text. colligit Soar. *tom.* 4 *de Relig. tract.* 8. *l.* 2. *c.* 29. *num.* 12. posse Abbates, qui facultate gaudent conferendi suis subditis Ordines minores, illos conferre nouitiis, & refert tenere expressè hanc opinionem Rebuff. *in praxi part.* 1. *tit. de clericis, num.* 18. Verùm probabilius censeo tali facultate non gaudere, præcipuè attenta dispositione Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 10. vbi decernitur non licere in posterum suis Abbatibus conferre Tonsuram, vel Minores cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit; cùm ergo nouitius non possit strictè appellari Regularis, & cùm pendente probationis anno non habeatur quoad Ordines suscipiendos pro subdito Prælati Religionis, constat tutum non esse Abbatibus hos Ordines conferre nouitiis; quare ita tenent Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 23. §. 3. *in commento litt. G*, Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *q.* 38. *a.* 9. *concl.* 2. *in fin.* Sayr. *de censur. lib.* 4. *c.* 13. *num.* 5. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *a.* 2. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 11. *q.* 8. *n.* 4. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *alleg.* 3. *num.* 8.

10 In gloss. *Tonsuram.* ibi, *possunt tales Abbates conferre etiam superiores Ordines, vsque ad Lectoratum inclusiuè.* Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 23 *art.* 2.

11 In ead. gloss. in addit. ibi, *Qui benedicunt Calices, Patenas, vestes sacerdotales, Cruces, & similia.* Ita Fr. Emman. *q. regular. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 6. & citati per me *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 36 latè de Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 22. *&* 23.

12 In ead. gloss. ibi, *A consecratione Calicis*, &c.] Vide Azor. *instit. moral. p.* 1. *l.* 10. *c.* 28. *q.* 2. D. Ascan. Tamburin. *d. to.* 1. *disp.* 23. *quæst.* 1. vbi, an Abbas possit benedicere ea, in quibus interuenit Sacra Vnctio.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Interdictum generale tenentur obseruare exempti etiamsi ab Ordinario latum sit.*
3 *Exemptis non licet ædificare Ecclesias in diœcesi Episcopi sine eius licentia, alioquin cederent dominio, & iurisdictioni Episcopi.*
4 *Episcopi consensus an, & quando requirendus sit in Ecclesiarum, & Monasteriorum ædificatione, remissiuè.*

CAP. Auctoritate. IV.

1 EXempti in locis exemptis non præsumant construere Oratoria, vel Capellas sine licentia Ordinarij loci, nec in sic constitutis celebrent, vel celebrare Diuina faciant, nec in tempore interdicti, nisi in casibus à iure expressis, quòd si talia præsumpserint, compescantur ab Ordinario reuocatis sententiis, quas ipsorum exemptorum Conseruatores tulerint; inhibitóque ne exempti in locis etiam exemptis audeant facere præmissa sine licentia; & priuilegio Papæ. Item exempti non accipiunt suo nomine tanquam actores, vel defensores causas, vel lites suorum hominum liberorum, etiamsi sint sui censuales, id est, qui in possessionibus habeant dominium vniuersale, & soluant census exemptis, vt dominis directis, dummodo causæ ad ipsos homines liberos tantùm pertineant. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Domin. Monac. Franch. Viuian. *in rationali l.* 5. *p.* 211. Alagona *in compend. pag.* 721.

Nec tempore interdicti, &c.] Notatur ad hoc quòd exempti tenentur obseruare interdictum generale, etiamsi ab Ordinario latum sit, vt per Sayr. *de censur. l.* 5. *cap.* 3. *num.* 29. 2

Exempti construere non præsumant, &c.] Notatur ad hoc quòd exemptis non licet ædificare Ecclesias in diœcesi Episcopi sine eius licentia, alioquin caderet dominio, & iurisdictione Episcopi, vt per Specul. *tit. de priuileg. p.* 4. *n.* 3. Angel. *in summ. verbo exemptus, n.* 11. *& seq.* Anton. de Prætis *de iurisd. Episc. c.* 1. *n.* 3. 4. *&* 7. Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 36. *n.* 1. 3

Episcopi consensus an, & quando requirendus sit in Ecclesiarum, & Monasteriorum ædificatione, latè dixi *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 26. *per tot.* 4

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Papæ quòd quis excommunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias Ordinariorum, nisi tale priuilegium sit concessum Regibus, Reginis, vel ipsorum filiis, aut Religioso loco, vel Ordini, & num.* 2. *ampliatur, num.* 3.
4 *Priuilegium concessum Regi non censetur concessum Reginæ, filiis, nisi id exprimatur.*

CAP. Ne aliquid. V.

Clem. IV.

PRiuilegium, sed indulgentia concessa cuicumque Ecclesiastico, vel seculari in quacunque dignitate quòd non possit excommunicari, vel interdici à quocunque, & quod ipsius terræ, vel Ecclesiæ non possint interdicto suponi, non intelligitur de sententiis latis ab Ordinario, & sic Ordinarius potest illos excommunicare, interdicere, &c. Excipiuntur Reges, Reginæ, & eorum filij, & Religiosi, nun ratione personarum tantum, sed etiam Ordinum, vel locorum priuilegiatorum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 5. *p.* 212. Alagona. *in compendio p.* 722. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 25. §. 5. Sayt. *de censur. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 8. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, part.* 4. *q.* 14. *num.* 8. 2

Amplia etiamsi essent personæ Religiosæ, quibus ratione, seu intuitu personæ, huiusmodi personale priuilegium concessum est, vt per gloss. *hic verbo ratione*, Erasm. à Cochier. *d. q.* 14. *num.* 8. *vers. quod ampliatur;* 3

pliatur, secos verò si priuilegium concessum esset ratione loci religiosi, v.g Monasterij, Aut Ordinis, secundùm Henriq. *l.7.c.24.§.2 & lib. 13. cap.24.§.1* quale priuilegium concessum esse Societati IESV, Prædicatoribus, Minoribus, & Benedictinis testatur Sayr.*d.n.*8.

4 *Per qua Regibus*, &c.] Ergo priuilegium concessum Regi, non censetur concessum Reginæ, nec filus, nisi id exprimatur, vt per Ioan. Andr. *in præsenti*, Tiraquel. *de iure primogen. q. 32. in princ. & q.59.n.5.9.11. & de iure marits, gloss. 2.n.63.* D Barbos. *in l. quia tale a.8. & 22.v. vltima ff. soluto matrimon.* Sanch. *de matrim. l.7.disp.47.n.1. & 3.* Soar. *de legibus l.8.c.11.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati inferiores, quibus per priuilegium conceditur vsus Mitræ, si sunt exempti in Prouincialibus, & Episcopalibus Conciliis, vti possunt Mitris aurifrisiatis non habentibus laminas, aut gemmas, & si non sunt exempti, albis & planis vtentur, in aliis locis vtantur vt indulta permittunt, & n. 2.*

3 *Abbates habentes populum, & territorium, interesse possunt Concilio Prouinciali.*

4 *Exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad Synodum diœcesanam accedere tenentur.*

Cap. Vt Apostolicæ. VI.

1 ABbates, & alij Prælati inferiores, quibus à Sede Apost. conceditur vsus Mitræ, si sunt exempti quando intersunt Prouincialibus Conciliis, & Episcopalibus Synodis, possunt vti Mitris aurifrisiatis, sed non habentibus gemmas, vel laminas aureas, vel argenteas: si verò non sunt exempti, vti debent simplicibus albis & planis, id est, non aurifrisiatis. Sed in aliis locis exemptis vti possunt Mitris, prout indulta concessa à Sede Apostolica eis permittunt. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ratior. lib.5 p.212.* Alagona *in compend. pag.722.* recentissimè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 48.§.3.num.62.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verbo Abbas, v. secundò*, Tamburin *de iure Abbatum, cæterorùmque Prælatorum tam Regularium, quàm secularium Episcopis inferiorum tom. 1. disp. 20. q. 2. n. 12.* Egoipse *de offic. & potest. Episc. p.3. alleg. 93. n.9.* secundùm impress. Lugdun.

3 *In Prouincialibus Conciliis.*] Ergo Abbates habentes populum, & territorium intersunt Concilio Prouinciali, vt tradunt Aloys. Ric. *Neapol. decis. 151. n.4. part. 4.* Stephan. Quarant. *in summ. Bullary verbo Concilium Prouinciale, num. 3. vers. tertiò quæro*, vbi Prosp. de Augustino *post. p. 3.* subdit huiusmodi Abbates tanquam locorum Ordinarios in Concilio Prouinciali, habere vocem decisiuam, additque illos teneri ad Concilium Prouinciale accedere etiamsi ab eorum sententiis immediatè ad Sedem Apostolicam, & non ad Archiepiscopum appelletur.

4 *Et Episcopalibus Synodis.*] Hodie ex noua dispositione Conc Trident. *sess. 24. de reformat. c. 1.* exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent nec Capitulis generalibus subduntur, ad Synodum diœcesanam accedere tenentur, vt docent Vgolin. *de offic. Episc. c. 48. §. 2. n. 1.* Erasm. à Cochier *de iurisd. Ord. in exempt. p. 4. q. 19.* quos refero ego ipse. *d. alleg. 93. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Priuilegium non præsumitur, sed ab eo, qui allegat, probandum est.*

3 *Priuilegij probatio per scripturam est facienda.*

4 *Priuilegium allegans, tenetur illud integraliter, & originaliter iudici exhibere, nec sufficit quod legatur.*

5 *Priuilegium quando non est notorium in titulo, & possessione, tenetur exemptus illud exhibere.*

6 *Ius commune quando resistit præscribenti, sufficit præscriptio 40. annorum cum titulo.*

7 *Ordinarij iudices cognoscere possunt an sua sit iurisdictio, & vtrum concurrat qualitas necessaria ad fundamentum illius, & pronunciare super exceptionibus declinatoriis sui fori, seu incompetentia.*

8 *Iudex in propria causa ius dicere potest quando interesse non principaliter venit, sed in consequentiã.*

9 *Ordinarij ad cautandam manutentionem non sufficit exhibitio priuilegij, nisi vlterius adsit quasi possessio exemptionis.*

10 *Textus in præsenti emanauit ad fauorem iurisdictionis ordinariæ.*

11 *Causa finalis colligitur ex narratiua procemij.*

12 *Ordinarius eo ipso quòd exercet iurisdictionem in vna parte sua diœcesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quoad omnes, in quibus alter non habet particularem exemptionem.*

13 *Priuilegij exemptionis sola exhibitio non impedit manutentionem.*

14 *Exemptionis in quasi possessione constitutus non dicitur subditus ex eo quod non appareat superiorem in illum exercuisse iurisdictionem, nisi probetur quòd venerit casus exercendi.*

15 *Exemptus si alleget priuilegium, & possessionem prout dubio erit manutenendus contra Episcopum intentem sola iuris communis dispositione.*

16 *Possessio nihil releuat contra eum, qui fundatam habet suam intentionem iure communi quousque vterius titulus demonstretur ex quo ipsa possessio sustineatur.*

17 *Possessione rei quando quis habet, in ea defendi debet durante lite super proprietate.*

18 *Præscriptione se fundans eam probare tenetur.*

Cap. Cùm personæ. VII.

Bonif. VIII.

HI, qui se asserunt exemptos per priuilegium, vel indulgentia Sedis Apost.] requisiti ab Ordinario loci, illi in loco congruo, & securo, vel aliis prudentibus viris sine suspicione ab eo deputatis ostendere debent integraliter iusto impedimento cessante legenda priuilegia præfata, vel indulgentias intra terminum competentem pro qualitate facti ab ipso Ordinario, vel eius delegato moderandum, nec non de articulis de quibus controuersia fuerit, transsumptum tradere tenetur. Si autem super huiusmodi libertate solummodo præscriptionem canonicam duxerint opponendam, ipsi Ordinario, vel eius delegato prudenti non suspecto de tali præscriptione fidem facere debent, & interim Episcopus in eos sua valet vti iurisdictione, donec plenè probetur præscriptio canonica, quia habet fundatam intentionem. At verò si tales priuilegio, & præscriptione simul asserant se munitos, & exhibent priuilegium, vt in principio dictum est, si exhibitum non probat plenè libertatem, 1

sed

sed causam præscribendi, coram personis prudentibus præscriptionem annorum 40. tenentur probare, & quòd non fuerit violenta, clandestina, vel precario concessa, interimque Episcopus iurisdictionem in eos exercere non valet. Colligunt ex Ordinar. Lap Abb. Archid, Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rational lib. 5. pag. 213.* Alagona *in compendio, pag. 723.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Huiusmodi priuilegia, vel indulgentias,* &c.] Priuilegium enim non præsumitur, sed ab eo, qui allegat, probandum est, vt per Monach. *num. 1. vers. etsi priuilegium,* & Prob. *ad eum in princ.* Gem. *num. 2.* & Anch. *notab. 1. in præsenti,* Paris. *cons. 95. num. 8. & 9. volum. 4* Rot. *decis. 145. n. 6. part. 2. diuers.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 18. à num. 5. & eaq. 20. num. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 1200. num. 36.* Card. Tusch. *tom. 6. litt. P. conclus. 762.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. quæst. 14. num. 15.* Cabed. *Lusit. decis. 93. num. 3. p. 2.* Verall. *decis. 306. num. 7. part. 1. & decis. 201. p. 2.* Seraphin. *decis. 1067. num. 3.*

3 *Ac ad legendum integraliter,* &c.] Ergo probatio priuilegij per scripturam est facienda, iuxta doctrinam gloss. *verb. volo in scriptis in c. 1. de censib. hoc l.* & quæ tradunt Mascard. *conc. 528. num. 19.* Azeued. *ad l. 22. & 23. tit. 14. l. 4. noua recop.* Et qui allegat tenetur illud integraliter, & originaliter iudici exhibere, nec sufficit quòd legatur secundùm Henriq. *in sum. l. 7. c.*
4 *24. n. 2. litt. K,* Couar. *pract. cap. 20. num. 7.* vbi intelligit quando agitur de priuilegio exhibendo iudici, quia tunc oportet quòd totum præsente parte coram iudice legatur, & iudici petenti exhibeatur, subdens quòd si agatur de eo parti exhibendo, illud tantùm capitulum, quod ad eum spectat, & subiectam tangit materiam exhiberi oportet, iuxta text. *in c. contingit, de fide instr.* & longam distinctionem gloss. *verbo dic & consule in l. 1. §. editiones, ff. de edendo.*

5 *Priuilegium quidem ipsum exhibeant,* &c.] Notatur ad hoc qoòd quando priuilegium non est notorium in titulo, & possessione, tenetur exemptus illud exhibere, vt per Henriq. *in summ. lib. 7. cap. 25. §. 6. litt. X.*

6 *Annorum quadraginta præscriptionem,* &c.] Notatur ad hoc quòd ad probandam exemptionem ab Ordinario in qua ius commune resistit præscribenti, ac proinde requiritur tempus immemoriale, sufficit præscriptio 40. annorum cum titulo, vt per Molin. *de primogen. l. 2. c. 6. num. 52.* Gutier. *pract. l. 3. quæst. 62. num. 12.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, p. 1. q. num. 8.*

7 *Necnon de articulis,* &c.] Notatur ad hoc quòd iudices ordinarij cognoscere possunt an sua sit iurisdictio, & vtrùm concurrat qualitas necessaria ad fundamentum illius, & pronunciare super exceptionibus declinatoriis sui fori, seu incompetentiæ, Ias. *numero 6.* per text. *ibi in l. 2. ff. si quis in ius,* Simanch. *de cathol. instit. tit. 30. num. 21.* Gam. *Lusit. decis. 340, numero 3.* testatur ita iudicatum Cabed. *Lusit. decis. 41. num. 1. p. 1.* refert plures Surd. *cons. 286. n. 3.* quinimò in consequentiam huius cognitionis, & pronunciationis posse condemnare litigantes in expensis factis circa huiusmodi articulum, resoluunt Abb. *in cap. dilectus 3. num. 1. de præbend. & in c. 1. num. 20. de iudic.* vbi Felin. *n. 4.* Dec. *cons. 241. in princ.* Cassad. *super regulis Canc. decis. 2. n. 3.* Marant. *de ordine iud. p. 4. dist. 8. à num. 2.* Perez *ad rubr. tit. 12. l. 3 Ordin. q. 17.*

8 Non obstat quòd iodex videatur in propria causa ius dicere, ex qua interesse prætendit, vt pro ratione dubitandi argumentatur gloss. 2. *in princip. in d. l. 2. & gloss. verb. Ordinarius, in præsenti, iuncta regula l. vnic. C. ne quis in propria causa. & l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisdict. omnium iud.* Respondetur enim cum Bart. *n. 3. & communis in d. l. 2* quem sequitur Cabed. *d. dec. 41. num. 3.* interesse in proposito non principaliter venire, tunc enim ius dicere non posset, vt voluit *gloss. 2.* necessariò sic intelligenda *in l. de iure 37. in princ. ff. ad municip.* sed in consequentiam quod negligi solet, vt in legatario, qui in testamento testis esse potest, *l. qui testamento 20. de testam. §. legatariis, Inst. eod. tit. in tutore, l. 3. ibi, prima enim ratio ff. de auctorit. tutor. gloss. vlt. in cap. quamuis pactum, de pactis l. 6.* recepta communiter, vt per Hojed. *de incompatib. benefic. p. 1. q. 23. n. 22.*

Quia de priuilegio faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione.] Ergo ad euitandam Ordinarij manutentionem non sufficit exhibitio priuilegij nisi vlteriùs adsit quasi possessio exemptionis, si enim Papa mandat in hoc text. eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit quòd possideant, quia priuatio præsupponit habitum, iuxta notata *in l. decem, ff. de verbor. oblig.* 9

Et iste intellectus suadetur ex eo, quia text. *in præ-*
senti emanauit ad fauorem iurisdictionis ordinariæ, 10
vt patet *in princ.* ibi, *Ordinarior. correctiones, & ordinationes subterfugientes, eorum forum, ac fine iudicium declinantes, nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere, statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia seu indulgentias Apost. Sedis exemptos à locorum Ordinariis*
requisiti, &c. ex qua narratiua proœmij colligitur causa 11
finalis *l. fin. ff. de hæred. instit.* Oldr. *cons. 103. num. 2.* Roman. *cons. 38. num. 1.* Alexand. *cons. 206. n. 10. l. 6.* Si igitur allegantes priuilegium exemptionis per solam exhibitionem priuilegij antequam de illius viribus cognoscatur, liberarentur ab exercitio iurisdictionis Episcopi, dispositio huius text. emanasset ad illorum fauorem, siquidem per regulas iuris sola exhibitio priuilegij non tolleret exercitium iurisdictionis Ordinarij.

Nam eo ipso quòd ordinarius exercet iurisdictio- 12
nem in vna parte suæ diœcesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quoad omnes in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. *cons. 71. col. fin. v. tertiò ad idem, ibi, nec alius erat in possessione, l. 2.* Felin. *in c. auditis. n. 19. in 3. declar. de præscript.* Rebuff. *in tract. de decimis q. 9. n. 4.* Menoch. *remed. 5. retin. 135.* Cephal. *cons. 369. n. 15. cum seq.* Rot. *in Causa Oriolen. decimarum. 19. Iun. 1591.* coram Gyptio, & *in Valentina decimarum 27. Octobris 1598.* coram Seraphin. & in terminis iurisdictionis, tradit Innocent. *in c. dilectus, num. 3. vers. possessorium ex eo,* Host. *n. 1. vers. ex prædictis etiam,* Ioan. Andr. *numero 8.* Butr. *num. 15.* Boich. *n. 11. de capellis monach.* Verall. *decis. 306. part. 1.*

Et proinde per istam exhibitionem priuilegij, quæ 13
concernit petitorium, remaneret Episcopus priuatus sua qoasi possessione, contra notata per Abb. *in c. 1. n. 4* & Butr. *num. 2. vt lite pend.* Cancell. *de attent. p. 2. c. 17. num. 16. & seq.* Et in specie quòd sola exhibitio priuilegij exemptionis non impediat manutentionem fuit decisum *in causa Carthaginen. decimarum 27. Iunij 1590* coram Gyptio.

Nec potest subditus dici constitutus in quasi posses- 14
sione exemptionis ex eo quod non appareat superiorem in illum exercuisse iurisdictionem, nisi probetur quòd venerit casu exercendi, & volens exercere fuerit repulsus; & repulsioni acquieuerit, vel aliàs habuerit se pro spoliato. vt per Inno Host. Ioann. Andr. Butr. Boich, & Verall. *locis supra allegatis.*

Et licèt gloss. *verb. turbentur. in hoc text.* innuat quòd 15
sola exhibitio priuilegij sufficiat, attamen loquitur

contra

contra regulas iuris, & patet ex prædictis, & ducit argumentum suum à contrario sensu, vt aduertit Lap. Anchar. & alij *infra* allegandi, quod argumentum non valet ad inducendam correctionem iuris, vt latè per Euerard. *in loco à contrario sensu, numero* 8. prout induceretur in proposito casu, & iste videtur communis intellectus huius text. vt per Lap. *hic numero* 4. *vers. & hoc videtur.* Franc. *numero* 5. *vers. & hoc procedit*, dum dicunt exhibentem priuilegium ita demum euitare manutentionem Episcopi, si ipse in quasi possessione exemptionis; quibus rationibus, ita censuit Rota *in Sipontina iurisdictionis* 23. *Maij.* 1613. coram Cardin. Sacro *decis.* 491. *numero* 4. *cum seqq. part.* 1. *recent.* Vnde si exemptus alleget priuilegium, & possessionem, procul dubio erit manutenendus contra Episcopum nitentem sola iuris communis dispositione, vt tenet Rot. *decis.* 447. *num.* 3. *p.* 1. *recent. & decis.* 377. *num* 3. *p.* 2. *etiam recent.*

16 *Cum de iure communi Ordinariorum intentio*, &c.] Notatur ad hoc quòd possessio nihil releuat contra eum, qui fundatam habet suam intentionem iure communi, quousque verus titulus demonstratur, ex quo ipsa possessio iustificatur, vt per Cou. *pract. cap.* 17. *num.* 9. Gut. *pract. l.* 3. *quæst.* 19. *n.* 11. *cum seqq.* Fr. Emman. *q. reg. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 7.

17 Notatur etiam ad hoc quòd quando quis est in possessione rei, iurisdictionis, census, vel alterius iuris, debet in ea defendi, & nullo modo inquietari durante lite super proprietate, vt per Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, numero* 198. *col. pen.* Rot. *in Valuen. iurisdictionis* 4. *Decemb.* 1615. coram bonæ mem. Buratto, vbi quòd ex sola iuris assistentia, qua Episcopus habet fundatam intentionem exercendo iurisdictionem in locis in sua diœcesi existentibus, in ea iurisdictione Episcopali manutenendus est.

18 In gl. *Munitos.* Notatur ad hoc quòd in præscriptione se fundans eam probare tenetur, vt per Burg. de Pace *cons.* 4. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus est ingressus Ecclesiæ Regularibus, vel secularibus, quamuis exemptis, qui scienter celebrant, vel celebrari faciunt Diuina in ciuitatibus, vel locis interdictis, nisi secundùm permissionem iuris, vel excommunicatos, aut interdictos publicè ad diuina Officia, Sacramenta, vel sepulturam admittunt, & num.* 2.

3 *Irregularis an fiat celebrans coram excommunicatis, vel interdictis, aut illis, quibus interdicitur ingressus Ecclesiæ, si postea celebret, ostenditur.*

CAP. Episcopum. VIII.

1 PRiuilegiatis, siue secularibus, siue Regularibus qui scienter celebrant, vel celebrare faciunt Diuinina in Ciuitate, vel loco interdicto ab Ordinario, vel delegatos, vel à iure, nisi in casibus à iure concessis, & qui publicè excommunicatos, vel interdictos ad diuina Officia, ecclesiastica Sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam admittere præsumunt, præter alias pœnas iuris, interdicitur ingressus Ecclesiæ, donec ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, satisfaciant competenter. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in rationali lib.* 5. *pag.* 214. Alagona *in compendio p.* 724. remissiuè Ximen. *in concordant.*
2 *part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclus. firmant Couar. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 6. *in fin.* Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 8. §. 2. *litt. O.* Sayr. *de censuris, lib.* 5. *c.* 14. *num.* 11. & 34. Soar. *eod. tract. tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 2. *num.* 2. *cum seqq.* Mar. Alter. *in simili tract. tom.* 2. *disput.* 11. *c.* 1. Filiuc. *in quæst. moral. tract.* 17. *cap.* 6. *q.* 2. Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari disp.* 3. *q.* 3. *puncto* 1.

Ingressum Ecclesiæ, &c.] Vtrùm autem celebrans coram excommunicatis, vel interdictis, aut illis, quibus interdicitur Ecclesiæ ingressus, fiat irregularis si postea celebret, quæstio est dubia, & fieri irregularem tradunt gloss. *hic verb. ingressum*, gloss. *verbo notatus in cap. is, cui de senten. excom. hoc libro*, citati per Couar. *d. p.* 2. §. 6. *num* 9. *vers. qui vero*, tuetur Sayr. *de censur. l.* 2. *c.* 15. *num.* 6. & *lib.* 7. *c.* 9. *num.* 16. Ab hac tamen opinione recedit Couar *citato loco*, ea ratione motus, quia text. *in præsenti* solùm procedit in exemptis, qui excommunicatos, vel interdictos ad diuina admittunt Officia, vt colligitur ex *princ.* ibi, *quantumcunque exemptionis, seu libertatis Sedis Apost. priuilegij, communitis*; vnde ad alios pœna illa interdicti ingressus Ecclesiæ trahenda non est, & multò minus sequitur irregularitas, vt vltra Cou. contendunt Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 94. & communem, dicit *cap.* 27. *num.* 157. *vers. vndecimo*, Vgolin. *tab.* 1. *de censur. cap.* 14. §. 1. *num.* 25. & multis adductis Henriq. *lib.* 14. *cap.* 7. §. 3. *litt. R*, Soar. *de censur. disp.* 34. *sect.* 4. *num.* 30. Sed prior opinio in rigore iuris longè verior est, litteræ enim huius text. magis adaptatur, vt bene aduertit Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 11. quia verba illa, *quantumcunque exempti*, non sunt restrictiua, sed magis ampliatiua; posterior tamen quia benignior, & grauissimorum auctoritate suffulta in praxi poterit defendi. 3

Quantumcunque exemptionis; &c.] Ergo comprehendit non solùm priuilegiatos, sed etiam alios quoscunque, vt per Soar. & Filliuc. *citatis locis*, Bonacin. *d. puncto* 1. *num.* 1. vbi etiam limitat, nisi fiat ignoranter, quia in hoc text. habetur verbum, *præsumpserit* quod indicat scientiam, seu dolum, & *num.* 4. post. Soar. *d. tom.* 5. *disput.* 34. *sect.* 4. *num.* 14. resoluit celebrantem, vel celebrari facientem in loco interdicto affici hac pœna, etiamsi locus non sit declaratus, seu nominatim denunciatus interdictus, quia post Extrauag. *ad euitanda*, non tenemur quemquam ex vi prohibitionis ecclesiasticæ euitare nisi præcesserit denunciatio nominatim, excepto notorio clerici percussore. 4

Nisi quatenus eis à iure conceditur.] Notatur ad hoc quòd interdictum huiusmodi incurritur celebrando, aut celebrari faciendo in loco interdicto nominatim denunciato, quoties Diuina fiunt extra casus à iure concessos, & non seruata forma à iure præscripta, vt per Soar. *d. disp.* 31. *sect.* 2. *à n.* 2. Filliuc. *d. quæst.* 2. *n.* 98. Bonac. *d. puncto* 1. *n.* 5. 5

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Ecclesia exépta, exempti quoque censentur Vicarius perpetuus, Prælatus, Canonici, & Clerici Ecclesiæ.*
3 *Exemptis Clericis alicuius Ecclesiæ tam Canonici, quam alterius cuiusuis Ordinis clerici exempti quoque censentur.*
4 *Canonicis exemptis, neque Ecclesia, neque conuersi, vel alij clerici censentur exempti.*

CAP. Per exemptionem. IX.

ECclesia quando eximitur, intelliguntur etiam exempti & Clerici eius Monachi, vel Canonici 1
conuersi,

conuersi,& perpetuò oblati, sed non eius Ecclsiæ Parochus quoad pertinentia ad Parochiam, nec Parochiani. Quando verò eximuntur Canonici Ecclesiæ, non est exempta Ecclesia, seu alij clerici illius. Si autem eximantur clerici, intelliguntur exempti tam Canonici, quàm Clerici, sed non Ecclesia, nisi aliud in priuilegio exemptionis exprimatur. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 215. Alagona *in compendio pag.* 724. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Ipsa Ecclesia, & ipsius Monachi*, &c.] Notatur ad hoc quòd exempta Ecclesia exempti quoque censentur Vicarius perpetuus, Prælatus, Canonici, & clerici Ecclesiæ, vt per Rebuff. *in praxi benef. p. 1. tit. de Vicariis perpetuis, n.* 16. Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p. 4. q. 37. num.* 1. vbi *num.* 2. id limitat si Prælatus seu Vicarius non esset de corpore Ecclesiæ.

3 *Si autem clerici*, &c.] Notatur ad hoc quòd exemptis clericis alicuius Ecclesiæ tam Canonici quàm alterius cuiusuis Ordinis clerici exempti esse censentur, vt per Erasm. à Cochier *d. tract. part.* 1. *q.* 13. *num.* 7.

4 *Nec ipsi Parochiani etiam.*] Notatur ad hoc quòd exempta Ecclesia non censetur exemptus populus, ideo Episcopus ordinariam potestatem exercere poterit in Parochianos vt per Franc. *hic n. 3. vers. quintò*, Angel. *verbo exemptus, num. 1. vers. & exempta*, Erasm. à Cochier. *d. q.* 13. vbi 4. *n.* 5. subdit quòd exempto populo non censetur Ecclesia exempta.

5 *Verùm si Canonici*, &c.]Notatur ad hoc quòd exemptis Canonicis, neque Ecclesia, neque conuersi, vel alij clerici censentur exempti, vt per Erasm. à Cochier. *d. p. 4. q. 37. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Exemptio, aut libertas non probatur quando priuilegium, sententia, aut scriptura non fiunt principaliter super exemptione, seu libertate, sed incidenter propter aliud.*

3 *Exemptio à potestate Ordinariorum probatur si in priuilegio contineatur, vt Ecclesia existat iuris B. Petri, vel sit libera, seu quòd potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quòd eius speciali prærogatiua gaudeat, & n.* 4.

5 *Exemptio à potestate Ordinariorum an, & quando probetur ex solutione facta Sedi Apost. & n.* 7.

6 *Exemptio à potestate Ordinariorum probatur si Papa Ecclesiam priuilegio eximat ab Ordinarij potestate, vel si Papa dicat in priuilegio ne Episcopus audeat Cathedram suam collocare, &c. vt num. 7. vel si aliquos recipiat in proprios, & speciales subditos, vt num.* 8.

9 *Verba narratiua habent vim dispositionis, & veritatis quando in illis fundatur intentio.*

Cap. Si Papa. X.

1 Exemptio in priuilegiis, quibus formis, modis, clausulis, vel verbis probetur, declarat text. *in præsenti*, v. g. si Papa in priuilegio, vel scriptura facta non principaliter super sententia exemptionis narret aliquam Ecclesiam ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, vel similia verba, non ideo probatur exemptio, nisi de libertate aliter doceatur: probatur verò si super Ecclesiæ exemptione sententiando, vel agendo negotium de exemptione, asserat ipsam Ecclesiam esse exemptam, vel esse iuris Diui Petri, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, vel sine medio, vel simpliciter pertinere, quia cùm omnes Ecclesiæ mundi pertineant ad Ecclesiam Romanam, ista verba priuilegij aliquid operari debent. Idem procedit si dicatur in priuilegio, Ecclesia sit libera vel potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, vel soluat Ecclesiæ Romanæ annuum censum ad iudicium perceptæ libertatis, vel quòd Ecclesiam illam eximit ab ordinarij potestate, vel quòd in ea non exerceat Episcopus iurisdictionem, seu si recipiatur in proprium, & specialem subiectum, secus si in specialem filium Romanæ Ecclesiæ. Item si priuilegium alicui concedatur circa aliqua, vt quòd non possit excommunicari, suspendi, vel quòd in specialem filium Romanæ Ecclesiæ assumptus, etiamsi postea sequatur quòd annuum censum soluat Ecclesiæ Romanæ, non dicitur exemptus licèt per prædicta non deroget aliis modis, & effectibus exemptionum, qui reperiuntur in litteris Ecclesiasticis. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas. Archid. Gemin. Ioan. Addt. Anch. Domin. Monach. Franc. Viu. *in ration lib 5. pag.* 215. Alagona *in comped. pag.* 624. remissiuè. Casal. *annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

Aliquam Ecclesiam ad ius, & proprietatem, &c.]Notatur ad hoc quòd exemptio, aut libertas non probatur quando priuilegium, sententia, aut scriptura non fiunt principaliter super exemptione, seu libertate, sed incidenter propter aliud narrant aliquam Ecclesiam, vel personam esse iuris B. Petri, vel ad Ecclesiam Romanam pertinere: constant enim ex generalibus principiis, quæ docent verba narratiua, quæ non proferuntur principaliter propter se, plenam probationem non efficere, vt probat text. vbi notant omnes, *in l. ex hac ff. d. donation. & in l. ex his verbis, C. de testam. milit.* cum similibus, de quibus Garc. *reg.* 175. & 483. Mascard. *de probat. concl.* 622. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro 3. tit.* 12. Menoch. *de pres. lib.* 3. *præs.* 133. *in princ.* & verbis narratiuis Summi Pont. probat generaliter text. *in Clem. 1. de probat.* 2

Aut eam iuris B. Petri existere.] Notatur ad hoc, quòd exemptio à potestate Ordinariorum probatur si in priuilegio contineatur, vt Ecclesia existat iuris B. Petri, aut ad Ecclesiam Romanam pertineat, quando scilicet Princeps priuilegium exemptionis concedendo, aut iudex de exemptione ipsa sententiam proferens apponunt prædicta verba, vt illa aliquid operentur, & ne maneant sine effectu, quemadmodum remanerent, nisi concedendo quòd iuris B. Petri specialiter existat, concessa censeatur exemptio ab Ordinariorum potestate, & quòd soli Papæ B. Petri successori subiiciantur, quo casu accipienda est resolutio Abb. *num.* 2. Socin. *num.* 7. *&* 32. *in cap. recepimus* 8. *de priuileg.* Mascard. *de probat. concl.* 713. Cardin. Tusch. *tom. 3. litt. E. concl.* 552. *n.* 21. Erasm à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 9. n. 1. vers. in primis.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg.* 123. *n.* 15. secundùm Lugdun. impress. 3

Quòd Ecclesia sit libera, &c.]Notatur ad hoc quòd exemptio probatur, si in priuilegio dicatur locum siue Ecclesiam esse liberam, seu quòd potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quòd eius speciali prærogatiua gaudeat, vt per Erasm. à Cochier. *d. q. 9. n. 1. vers. si dixerit*, quem refero egoipse *d. alleg.* 123. *n.* 13. 4

Quòd Ecclesia Romanæ annuum censum soluat ad percepta iudicium libertatis] Ergo ex solutione census facta Sedi Apostolicæ exemptio non probatur à potestate Ordinariorum nisi appareat, quòd fit in signum subiectionis, & perceptæ libertatis, vt per Socin. *num.* 3. & Dec. *n.* 2. *cum seqq. in d. cap. recepimus*, Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 6. Felician. *in tract* 5 de

de censibus in proœm.n.6. Erasm. à Cochier.*d.q.9.n.1. vers.item.si indefinitè.* Ego ipse *d.alleg.23. à n.21.* & ratione confirmatur, quia nomen *census*, est æquiuocum varias habens significationes, ex traditis per Valasc & Felic, *citatis locis*, & per Gasp. Roder. *de annuis re reditib. lib.2. q.22. num.66. cum sequentib.* Brisson. *de verb. iuris significat. verbo census*, ac proinde propter suam generalitatem ex solutione census necessario non probatur specialis subiectio, & exemptio ab Ordinariorum potestate, iuxta vulgarem regulam, quòd probatio debet concludere per necesse, non per potest esse, vt colligunt Doct. *in l.neque natales, C.de probation.* & *in cap.in præsentia, eod.tit.* cum similibus, de quibus Mascard. *de probat. concl.671. n.11.* Card. Tusch. *tom.6.litt.P.concl.765.*

Intellige autem regulam prædictam deficere vbi aliæ coniecturæ concurrunt cum solutione census, succedit enim vulgaris regula, quæ non possunt singula, multa collecta iuuant, de qua gloss. *verbo legitimis in l.2.6.de excusat. tutor.* recepta ex multis quos latè adducit Gabr. *lib.1. commun. tit.de probationibus concl.1. a princ.* Exemplum ad nostrum propositum adducunt Doctores, veluti si Ecclesia soluens censum existat in diœcesi Episcopi, cui soluitur, nam cùm Episcopus in tota sua diœcesi habeat iure communi fundatam intentionem, *c.cum Episcopus, de offic. Ord. hoc lib.* meritò solutio census facta ab Ecclesia intra eamdem diœcesim existente concludit quòd fiat in signum subiectionis, vt consuluit Feder. de Senis, quem referunt, & sequuntur Abb. per text. *ibi in cap.1. num.4. de relig. domib.* Dec. *n.6. in d.cap. recepimus.*

6 *Siue quod ipsam Ecclesiam eximit ab Ordinarij potestate.* Notatur ad hoc quòd exemptio probatur si Pontifex Ecclesiam priuilegio eximit ab Ordinarij potestate, vt per Bellencin. *de charitatiuo subsid.q.32. num.8.* Erasm. à Cochier. *d.q.9.n.1. vers.deinde*, metipsum *d.alleg.25.num.11.*

7 *Vel quòd non audeat ille Episcopus cathedram collocare.*] Notatur ad hoc quòd plena exemptio iudicatur si dicat Papa in priuilegio, ne Episcopus audeat illic Cathedram suam collocare, vel quamlibet potestatem exercere, aut ordinationem aliquam quamuis leuissimam facere, vt per Bellencin. *d.q.31.n.3.* Erasm. à Cochier *d.q.9.n.1. vers. si dicat ne audeat.*

8 *Similiter si aliqui recipiantur in proprios, & speciales subiectos.*] Vide Erasm. à Cochier *d.quæst.9. n.1. versic. si recipias*, & quæ latè scripsi *d.allegat.123. num.20.*

9 *Idem dicimus*, &c.] Collige ex text. non probari exemptionem si circa aliquod specialiter libertas concedatur, veluti ne quis ab Ordinariis excommunicari aut interdici possit, & deinde adiiciatur clausula, quòd in signum perceptæ libertatis census annuus persoluatur, cùm enim census præstetur in signum illius libertatis, quæ percepta est, hæc autem non simpliciter data sit, sed specialiter quoad certum articulum, meritò quoad illum restringitur exemptio, & quoad alia Ordinariis manet subiectus, nec duplex clausula cùm restricta sit, & limitata vltra expressa operatur iuxta generalem regulam *l.in agris, ff.de acquir. rerum domin.* & ad nostrum propositum consuluit Bart. *cons.59.* quem sequuntur plures alij, de quibus Dec. *d.cap. recipimus, num 9* & magis ad nostros terminos, & intellectum text. *in c.cùm capella, hoc tit. in Decretal.* censuit Rot. *decis.744.p.1. diuers.* quòd licèt iuxta priuilegij sui formam excommunicari non possint, vel suspendi ab Ordinario capellani, de quibus ibi, aliis tamen pœnis ab eo puniri valent.

10 *Vel consimilia verba* *ar.et.*] Notatur ad hoc quod verba narratiua habent vim dispositionis, & veritatis quando in illis fundatur intentio, vt per Gutier. *pract. lib.3.q.17.n.65.*

Cum verba aliquid operari debeant.] De quo principio, vide Surd *decis.64.n.19.* & *cons.127.n.9.* & *cons.218.n.15.* & *cons.270.n.10.* Burg. de Pace *cons.25.n.21.* Tiraq. *de iure constituti p.3. limit. 30.n.36.* & *de retract.in tit.2.§.1.gl.2.n.24.* & *45.* Gutier. *pract.lib.3. 3.q.15. n.30.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q.11. n.14.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.7. proœm. num.127.* Stephan. Gratian. *Marchia decis.47. n.17.* & *decis.106.n.19.* Benedict. Ægid. *in repet.l.ex hoc iure, ff.de iustit. & iure, cap.8.n.2.* 11

In gloss. *Probata.* ibi, *in qua continetur de finibus, Episcopatuum, licèt ista sint facta ob aliud.* Notatur ad hoc quòd verba enunciatiua emissa propter aliud probant in confinibus, vt per Mascard. *de probat. concl. 393.n.4.* Vide quæ dixi *in collect.4. ad cap. cùm causam de probat. in Decretal.* 12

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati vt tẽpore interdicti celebrare possint Diuina clausis Ecclesiis, alios etiã extraneos admittere non possunt; & si fuerit singularis persona super hoc priuilegiata, familiares suos admittit, secus in familia Conuentus taliter priuilegiati, & n.2.*

3 *Priuilegium alicui concessum, eius familiaribus prodest, si aliàs inutile remaneret.*

4 *Familiarum nomine propriè illi veniunt, qui dominica, vel patria potestati subiiciuntur, & expensis domini continuè aluntur.*

5 *Priuilegium audiendi Diuina tempore interdicti ad illos tantum familiares extenditur, qui priuilegiatum solent comitari.*

6 *Religiosus in Conuentu si vnus tantum reperiatur, poterit tempore interdicti assumere familiarem, vt ei celebranti ministret.*

7 *Religiosis iam hodie ferè omnibus ex priuilegiis Romanorum Pontif. licet tempore interdicti celebrare coram suis familiaribus.*

8 *Priuilegia concessa aliquibus, vt tempore interdicti Diuinis intersint, illis tantùm prosunt, qui interdicto causam non dederunt, seu aliàs in eo culpabiles non sunt.*

Cap. Licèt. XI.

Priuilegiati, qui tempore interdicti ianuis clausis exclusis excommunicatis, & interdictis submissa voce celebrare Diuina possunt, ad ea aliquem nisi priuilegiatum recipere non valent. Si verò priuilegium particulari personæ concessum fuerit, familiares suos domesticos admittere potest, dummodo non sint familiares alicuius Conuentus, vel Collegij, quia non admittuntur si non sunt priuilegiati. Prædicta tamen concessione non gaudet is, cuius causa, culpa, dolo, vel fraude fuit prolata sententia interdicti, sicut nec is, qui ad perpetrandum delictum, ob quod fuit positum interdictum, dedit consilium, auxilium, vel fauorem. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Dominic Monac. Franc. Viuian. *in rationali lib 5. pag.216.* Alagona *in compendio pag.725.* remissiuè Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Henriq. *in summ. lib.13. cap.48.§.5. in fine* Auil. *de censur. part.5. disputat.4. sect.2. dub.7.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali, lib.1. tract.5. p.4. cap.2. num.1. vers. tertia est ex priuilegio.*

Fins

2 *Eius familiares domestici*,&c.] Notatur ad hoc quòd
quando priuatis personis, veluti Episcopis, Ducibus,
Comitibus, vel aliis singularibus personis conceditur
tempore interdicti celebrare, vel diuinis interesse,
eorum quoque familiares ad diuina audienda admit-
ti possunt, secus verò in familiaribus Collegij, seu
Conuentus; differentiæ autem rationem assignat gloss.
hic verbo non debet, quia in primo casu inutile esset
priuilegium si priuata persona, cui conceditur, familia-
res, qui eum comitari solent, secum, ducere non pos-
set, immò credibile est nobiles non adituros Eccle-
sias, si eos de more familiares non comitarentur, quæ
ratio cessat in Collegiis. & Conuentibus, quia in il-
lis conuenientius est, vt sine familiaribus celebrentur,
3 generaliter enim receptum est priuilegium alicui
concessum eius familiaribus prodesse, si aliàs inutile
remaneret, vt in famulis scholasticorum latè explicat
Rebuff. *de priuileg. scholast. n.279. aliàs priuileg.* 100.
atque ita glossæ rationem sequuntur Doctores com-
muniter, vt per Nauar. *in man. cap.27. n.* 181. Fr. Em-
man. *tom.2. quæst. regular. quæst.67. art.1. & in addit. ad
Bullam Cruciata, part.2. pag.9.* Cabed. *Lusitan. decis.
pen. à n.11. part.1.* Henriq. *in summ. lib.13. cap.48. §.5.*
Vgolin. *de censuris tab.5. cap.8. §.4. num.2.* Sayr. *eod.
tract. lib.5. cap.5. à n.29.* Auila *in simili tract. part.2.
disp.4. sect.2. dub.7.* & in priuilegio, vt alicui liceat
Sacrum facere post meridiem, quòd procedat etiam
respectu socij testatur Soar. *de legibus lib.8. c.11. n.7.*
4 cum quibus aduertunt contra alios recentiores quod
licet aliàs familiarum nomine intelligi soleant omnes
illi, qui dominicæ, vel patriæ potestati subiiciuntur, &
expensis domini continuè aluntur, indéque commen-
sales dicuntur, vt explicat text. *in cap. vlt. de verb. si-
gnif. hoc lib.* iunctis multis, quæ latè tradunt Mascard.
de probat. concl.755. cum seq. Card. Tusch. *tom.3. litt. F,
concl.72.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.51. à n.16.* in
5 proposito tamen priuilegium audiendi Diuina tempo-
re interdicti illis tantùm familiaribus prodest, qui pri-
uilegiatum solent comitari, vt euincit ratio prædicta
ne priuilegium maneat inutile, quæ non adaptatur toti
familiæ. Quare vno, vel pluribus ex famulis absenti-
bus, aut infirmis totidem alios assumi posse, absque
fraude tamen, notant Nauar. & alij *proximè* citati, &
ex Ioan. Andr. *in reg. qui sentit. hoc lib.6.* pluribúsque
aliis comprobat Surdus *cons.262. n.35.*
6 Ex eadem ratione si in Collegio, aut Conuentu
vnus tantùm reperiatur, posse celebrantem assumere
familiarem, qui ei ministret, contra Archid. cum Host.
post gloss. *dicto verbo non debet.* tenent Doctores com-
muniter, vt post Syluest. & alios resoluit Sayr. *d. cap.5.
num 30. vers. si quæras*, Henriq. *d.c.48. §.5 in fin.* & Fr.
7 Emman. *quæst. regular. tom.2. q.114. per tot.* Verùm iam
hodie Religiosis plenè prouisum est priuilegiis Ro-
mani Pont. vt scilicet possint celebrare coram familia-
ribus suis, vt de singulis Religionibus prosequitur Fr.
Emman. *vbi proximè*; quinimò generaliter in Bulla
Cruciatæ nobilibus conceditur, & matronis, vt famu-
los, & consanguineos ducere possint, & quòd in Ora-
torio priuato celebrent, vel faciant celebrari in sua
præsentia, & familiarium, & consanguineorum, de quo
post Fr. Emman. *in ead. Bulla. §.5.* multa scribunt Henriq.
l.7. c.13. §.3. & 4. Auila *d. dub.7. concl.3. & seq.* Sebast.
Acosta *in Bull. Cruciat. q.27. per tot.*
8 *Huiusmodi quoque concessione*,&c.] Notatur ad hoc
quòd priuilegia concessa aliquibus vt tempore inter-
dicti Diuinis intersint, illis tantùm prosunt, qui in-
terdicto causam non dederunt, seu aliàs in eo culpa-
biles non sunt, vt per Nau *d.c.27. n.180.* Henriq. *d.
lib.13. c.48. §.5. lit. A.* post alios Sayr. *d. lib.5. cap.5.
n.29. & 31. & c.53. n.2. vers. nota secundo*, Gonzal. *ad*

reg.8. Cancel. gloss.27. n.33 Erasm. à Cochier. *de iurisd.
Ordinary in exemptos p.4. q.14. in fine.*
In gloss. *Non debent.* Recipitur. à Nau. *in man. c.27.* 9
n.181. & ab aliis, quos refert & explicat Sayr. *de censur.
l.5. c.5. à n.29.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopum cum Altari viatico celebrare possunt, & sibi facere celebrari, ita tamen quod non violent interdictum.*

2 *Episcopi debent singulis diebus dicere, vel audire Missam.*

3 *Priuilegium concessum Episcopo celebrandi cum Altari viatico, & sibi faciendi celebrare, non est sublatum per Concil. Trid.*

4 *Episcopus in sua diœcesi ante Concil. Trid. concedere poterat vt extra locum sacrum in Altari portatili quis posset celebrare, & an sit hoc illi licitum post Conc. Trid. vide numeris seqq.*

Cap. Quoniam. XII. & vlt.

EPiscopi vbique possunt vti Altari portatili, vt in 1
eo quotidie celebrent, vel celebrari faciant, vbi
illis permittitur, modò seruent interdictum, quia eos
non decet absque causa rationabili transire aliquem
diem sine Missa. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid.
Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franc.
Viuian *in ratio. l.5. pag.217.* Alagona *in compend. pag.
725.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.*
Sine qua eos transire non decet absque causa, &c.] 2
Notatur ad hoc quod Episcopi debent singulis diebus
dicere, vel audire Missam, vt per Syluest. *in sum. verbo
Missa 2. q.1.* Nau. *in man. cap.21. n.2. propè fin.* Azor.
instit. moral. p.1. l.7. c.4. q.3. Aloys. Ricc. *in praxi aurea
resol. 203. n.6.* Fagund. *in quinque Ecclesia præcepta,
præcept.1. l.2. c.2. n.11* obseruantes id intelligi de con-
gruentia, & consilio, refero egoipse *de offic. & potest.
Episc. p.2. alleg.24. n.1.* secundùm Lugdun. impress.
Vt Altare possint habere viaticum,&c.] Notatur ad 3
hoc quòd Episcopus cum Altari viatico celebrare po-
test, & sibi facere celebrari, vt per Nau. *cons.5. hoc. tit.
in nouis*, vbi licèt dubitet an hoc priuilegium sublatũ
sit per Conc. Trid. *sess.22. in decreto de obseruandis in
sacrificio Missæ*, tamen verius est non esse sublatum, vt
docent Azor. *instit. moral. part.1. l.10. cap.26. quæst.4.*
Lud. Beja *respons. casuum conscient. p.4 casu 33. ferè per
totum*, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forũ,
verbo Missa differ.2. vers. hæc tamen regula*, Fagundez
in quinque Eccles. præcepta, præc.2. l.3. c.13. num.19.
Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib.1.
tit.18. l. de Episcopis, num.73.* Ego ipse *d. p.2. alleg.23.
numero 5.5.*
Notatur etiam ad hoc quòd Episcopus in diœ- 4
cesi concedere potest, vt extra locum sacrum in Al-
tari portatili quis valeat celebrare, & ante Trid. hanc
fuisse receptam sententiam tradunt Henriq. *in summ.
lib.9. c.27. §.2.* Gutier. *canon. lib.1. cap.30. n.27.* Soar.
tom.3. disput.81. sect.3 vers. secundo obseruandum. Azor.
institut. moral. part.1. cap.26. quæst.2. Card. Tusch.
tom.1. litt. A. conclus.31. Fagundez *d. præcepto 1. lib.3.
cap.1. num.6.* refero ego ipse *d. part.2. allegat. 23.
num.6.*
Quæstio est dubia, an hæc facultas sit reuocata 5
per Concil. Trid. *dicto loco?* Reuocatam esse absolutè
tradunt Nauar. *in man. c.27. num.81.* Fusc. *de visitat.
lib.1. cap.21. num.8.* Gutier. *d. cap.30. num.25.* Cened.
canon. & practic. quæst. lib.1. quæst.44. num.6. cum seqq.

Azor. *dicto c.26.q.3.* Fagundez *d. precepto 1. lib.3.c.13. à num.8.*

6 Verùm per illud Concil. Trident. decretũ prædictæ potestati concedendi has licentias iure communi Episcopis competenti derogatum non esse tuentur Emman. Sà, *Missa, num.20. in fin.* Henriq. *d.cap.27.§.1.* Beja *d.cap.33. vers. tertiò dico,* Nauar. *consil.3. num.2. sub hoc tit. in nouis,* plures relati à Cened. *d. quæst.44. n.4.* cum quibus consentire videtur Soar. *tom.3. disp.81. sect.2. vers. addit verò,* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.43. art.6* & non dissentit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resol.460. n.2.* Ragus. *de Missa in Ecclesia q.57.* Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum verbo Missa differ.2. vers. vno tamen in casu.* Bonac. *de Sacram. disp.4. quæst. vlt. punct.9. num.10.* Piasec. *in praxi Episc. p.1. c.5. n.8. pag.77. & part.2. c.3. n.21. in fine.* Quas contrarias opiniones distinctione ad concordiã reduco ego ipse *de allegat.23. n. vlt.* vt scilicet prior, quæ hanc potestatem negat Ordinariis, procedat deficiente necessitate, vel iusta causa, posterior verò, quæ eandem illis impartitur, habeat locum illa stante, quod & admittit Fagundez *d.c.13. n.14.*



De iniuriis, & damno dato.

T i t. VIII.

S V M M A R I V M.

1 *Represalias contra personas Ecclesiasticas concedi, vel concessas extendi non debent, contra facientes, nisi reuocent intra mensem singulares sunt excommunicati, vniuersitates interdicta, & n.2.*

3 *Represaliarum materiam qui tractent, referuntur.*

4 *Excommunicati sunt illi, qui concedunt represalias contra personas Ecclesiasticas, vel eorum bona, nisi intra mensem à concessione, vel extensione abstinuerint, & reuocauerint.*

5 *Sententia lata contra principalem debitorem potest mandari executioni contra fideiussorem sine nouo processu, & iudicio.*

6 *Lex vbi punit actum, & eius executionem, trahitur ad actum habentem originem ante constitutionem si habet executionem de futuro.*

C a p. Etsi pignorationes. Vnic.

Gregor. X.

1 Epresaliæ, quibus vnus pro alio grauatur, sunt legibus, & iuri naturali contrariæ, ac prohibitæ, si tamen concedantur in legibus, non extenduntur ad personas Ecclesiasticas, vel bona ipsorum, non obstante consuetudine contraria, quæ potiùs est corruptela; & qui hæc concedunt, vel extendunt contra prædictas personas, si intra mensem non reuocant, si sint personæ singulares, sunt excommunicati, si vniuersitates, sunt interdicti. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l.5. p.237.* Alagona *in compend. pag.735.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Bart. *in tract. de represal. in 7.q. num.6. & 7.* Matth. Brun. *in tract. de cess. bonor. in 3. q. princ. num.3.* Bertachin. *in suo repert. verbo clerici pro represaliis,* Carol. de Grass. *de effectibus cleric. effectu 23. n.1.* vbi *num.2.* ampliat vt procedat in quibuscunque Religiosis, ac tam in maioribus, quam in minoribus Ordinibus constitutis.

Represalia nominat.]De materia represaliarum, vide Bart. & Ioan. Iacob. à Canibus, qui de illis faciunt peculiares tractatus, Gregor. *l.15, verbo in otros, tit.10. part.7.* Victor. *in relect. de iure belli, n.41.* Couar. *in reg. peccatum, part.2. §.9. num.5. vers. hinc denique.* Syluan. *cons.34. ad fin.* Peguera *decis.15.* Bonacoss. *commun. criminal. part.2. verbo represalia, pag. mihi 67.* Henriq. *in summ. lib.13. cap.43. §.5. litt. G.* Perez *l.6. tit.16. lib.8. Ordin. pag.330.* Azeued. *l.6. n.1. tit.12. lib.8. nouæ recop.* Valdes. *ad Xuar. part.2. pag.93.* Sebast. Nau. *in auth. vt non fiant pignorationes collat.5. n.4.* Mart. *de iurisdict. part.4. casu 41. n.13.* Ioan. Bapt. Costat *de remed. subsid. remed.17. ex n.9.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n.147. C. de reuocand. donat.* & quo tempore duret ius agendi ad represalias, vide eundem Tiraq. *de retract. lig. §.36. gloss.2. n.41.* 3

Sententiam excommunicationis incurrat, &c.]Notatur ad hoc quòd sententiam excommunicationis incurrunt illi, qui concedunt represalias contra personas Ecclesiasticas, vel eorum bona, nisi intra mensem à concessione, vel extentione abstinuerint, & reuocauerint, si autem est vniuersitas supponitur interdicto, vt per Syluest. *verbo excommunicatio 9. n.62. casu 32.* Nauar. *in man. c.27. n.136.* Rayner. *in catal. censurarum extra Bullam, cap.7. excomm.9.* Lauor. *de Indulgent. p.2. cap.23. num.19.* Filliuc. *tract.14. n.53. versic. decima tertia, & n.66.* Camb *de casibus reseruatis, c.10. & 17.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.3. allegat.50. num.218.* secundùm Lugdunens. impress. nouissimè Bonac. *de censur. extra Bullam, disp.2. q.2. punct.12.* 4

In gloss. *Pragrauatur,* ibi, *an condemnato debitore intelligatur condemnatus fideiussor.* &c. Notatur ad hoc quòd sententia lata contra principalem debitorem potest mandari executioni contra fideiussorem sine nouo processu, vel iudicio, vt per Anton. Gom. *tom.2. var. c.13. num.1.* Mascard. *de probat. concl.707.* Chald. Pereira *de empt. & vendit. c.33. n.7.* 5

In ead. gloss. ibi, *quid si intra mensem istum processum fuit ad actum,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi lex punit actum, & eius exequutionem, trahitur ad actum habentem originem ante constitutionem si habet executionem de futuro, vt per Tiraq. *de iure primog. quæst.43. num.13.* 6

De Pœnis.

T i t. IX.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiscopus, vel Metropolitanus dum visitat prouinciam, vel Concilium conuocat, aut iurisdictionẽ exercet, potest punire notorios iniuriantes sibi nunciis, & familia sua, etiamsi per has iniurias minimè impediatur sua iurisdictio.*

2 *Manifesta dicuntur illa quæ notoria sunt, & patentia, nullâque probabili tergiuersatione celari possunt, & in quibus nulla probatione, seu examinatione opus est.*

3 *Manifestum, notorium, euidens, publicum, sunt synonyma, & ferè pro eodem in iure accipiuntur, nisi materia subiecta, aut mens disponentis repugnent.*

4 *Prælatus in causa sua Ecclesiæ, in qua vertitur ipsius* commu-

commodum in quamdam consequentiam potest esse iudex.

5 *Prælatus non potest remittere iniuriam factam Ecclesiæ.*

Cap. Romana. I. *Innoc. IV.*

1 Rchiepiscopvs, vel Metropolitanus potest punire percutientes se, vel suos nuncios, vel familiam suam, dum visitat prouinciam, vel suos ad visitandum dirigit, vel dum Concilium conuocat, vel iurisdictionem exercet, dummodo iniuria illata sit notoria, & manifesta, etiamsi per has iniurias non impediatur sua iurisdictio. Colligunt ex Ordinar. Lab. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. l. 5. pag. 243.* Alagona *in compend. pag. 739.* remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Quarant. *in summ. Bullary verbo Archiepiscopi auctoritas, versic. 21.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. cap. 70. n. 12.* Ego ipse *in tract. de iure eccles. lib. 1. c. 7. num. 73.*

2 *Manifestas.*] Manifesta intelliguntur illa, quæ notoria sunt, & patentia, nulláque probabili tergiuersatione celari possunt, argum. text. *in c. vlt. de cohabit. cleric. c. cum olim 24 de verbor. signific. cũ similibus*, & in quibus nulla probatione, seu examinatione opus est, iuxta text. *in cap. manifesta 2. q. 1. cap. euidentia*; cum *ibi* notatis, *de accusat. cap. 1. §. sanè, vers. notoria, de censib. hoc. lib.* sequuntur Menoch. *num. 3.* Ioan. Andr. *col. 3.* Hostiens. & Domin. *num. 5. in fine, in cap. 1. de offic. deleg. hoc lib.* Azor. *institut. moral. part. 2. l. 5. c. 34. quæst. 7.* secundùm quos licèt aliàs manifestum in iure aliquando pro eo tantùm accipiatur, quòd nec publicum, nec occultum est, sed manifestari, & probari potest, & ita pro eo, cui licèt probatio non desit, eam tamẽ exigit, *l. b. ciues 11. iuncta gloss. 2. C. de appellat. l. iubemus 29. in princ.* ibi, *vt sit manifestum, C. de testam. c. 1.* ibi, *manifestè apparet, de in integr. restitut.* gloss. *in d. cap. manifesta, & verbo notorium in*
3 *cap. vestra, de cohabit. cleric.* notántque Doctores *infra* citandi, nihilominus tamen hic, sicut & magis frequenter, manifestum idem significat, atque notorium, euidens, seu publicum, vt per citatos, nam hæc nomina velut synonyma sunt, & fere pro eodem in iure accipiuntur, nisi materia subiecta, aut mens disponentis repugnent, vt probant text. *in d. cap. manifesta.* cum suprà adductis, *c. ad nostram, il. 3.* ibi, *manifesta*, iuncto ibi, *manifestis & notoriis, de iureiur.* melior text. *in cap. ab eo 31. in princ. & ibi gl. verbo manifestum, de elect. hoc lib.* tradunt dictæ glossæ *in d. c. manifesta, & in d. cap. vestra,* Anton. de Butr. *in tract. de notorio art. 1. num. 13. & art. 2. à n. 18. vol. 4. tractatuum diuers.* Bart. *in l. heredes palam, ff. de testament.* Castr. *lib. 2. de lege pœnali, c. 15.* cum multis citatis à Mascard. *de probatiõn. conclus. 1017. à n. 2. & 15. cum seqq. & concl. 1106. n. 1.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. q. 21. num. 5. & 6.*

4 In gloss. *Punire.* ibi *& sic est iudex in causa sua,* &c. Notatur ad hoc quòd Prælatus in causa suæ Ecclesiæ in qua vertitur ipsius commodum in quandam consequentiam, potest esse iudex, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios act. a, vers. & idem pag. 5.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo Episcopus, pag. 15; vers. 34.* Surd. *con. 50 per tot.*

5 In ead gloss. ibi, *immò nec talem iniuriam remittere posset.* &c. Notatur ad hoc, quòd Prælatus non potest remittere iniuriam factam Ecclesiæ, vt per Clar. *§. vlt. q. 58. num. 23.* Azeued. *l. 2. n. 153. tit. 10. lib. 8. noua recop.* Farin. *in proxima crimin. p. 3. q. 105. num. 292.*

Summarium.

1 *Degradatio qualiter facienda.*
2 *Clericus præsens quando degradatur qua ceremonia & solemnitate hodie vtendum sit, remissiuè.*
3 *Concil. Trident. quid statuat circa degradationem, refertur.*
4 *Degradatio verbalis, & depositio sunt idem.*
5 *Crimina quæ merentur verbalem degradationem, seu depositionem quot, remissiuè.*
6 *Crimina quæ merentur actualem degradationem quot sint, referuntur.*
7 *Clerici degradandi exui debent vestibus sacris, & auferri ab eis omnia per Episcopum, quæ in eorum ordinatione collata sunt.*
8 *Clericus actualiter degradatus vtrumque priuilegium Canonis, & fori, & omne aliud ecclesiasticum amittit.*
9 *Clericus verbaliter degradatus fruitur priuilegio can. si quis suadente 17. q. 4.*
19 *Sacerdos vtcunque solemniter degradatus conficit Eucharistiæ Sacramentum si vtatur debita materia, & forma cum intentione.*

Cap. Degradatiò. II.

Bonif. VIII.

Egradandi modus in hoc text. describitur, v. g. quibus assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris, & instrumentis in degradatione fiat explicatio, & quibus verbis vtatur ipse degradans, quod latè prosequuntur ex Ordin. Archid. Geminian. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Franc. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 244.* Alagona *in compẽd. pag. 739.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

Item qua ceremonia, & solemnitate hodie vtendum sit cùm clericus præsens degradatur, vide Repert. Inquisit. *verbo degradatio, vers. forma autem,* & *ibi* Mandos. *litt. B.* Direct. Inquisit. *par. 3. num. 215.* & *ibi* Penia *cõmento 49. litt. D.* Marant. *de ordine indic. part. 4. distinct. 11. num. 71. & 72.* Menoch. *de arbitr. casu 415. num. 8. cum seqq.* nouissimè Andr. Piscata Castaldo *in praxi cæremoniarum, lib. 1. sect. 15. cap. 9.* Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clericor. personali §. 10. a num. 7.* & circa hoc Conc. Trid. *sess. 13. de reformat. cap. 4.* disponit in hæc verba. Cùm verò tam grauia nonnunquam sunt delicta ab ecclesiasticis commissa personis, vt ob eorum atrocitatem à sacris Ordinibus deponendæ, & Curiæ sint tradendæ seculari, in quo secundùm sacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio differretur; si quando autem interuenire possent, eorum residentia intermitteretur, propterea statuit, & decreuit Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem contra clericum in Sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem, atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero à Canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, vsũ Mitræ & Baculi ex priuilegio Apost. habentibus, si in Ciuitate, aut 2 3

aur diœcesi reperiri, & commodè interesse possint: alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant. Hactenus Concil. De cuius decreti, & huius text. materia agunt, Locat. *in opere iudic. verbo degradatio*, Conrad. Brun. *de heret. lib. 4. c. 13.* Simách. *de Cathol. instit. tit. 46. n. 68.* Rojas *sing. 48.* Bernard. & Salzed. *In pract. cap. 143. in nouiss. edit.* Clar. *§. fin. q. 74.* Menoch. *de arbitr. casu 415.* Direct. Inquisit. *p. 3. q. 46.* vbi Penia *commento 46. & 49.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 55. §. 2.* Zerol. *in praxi Episc. verbo degradatio.* Piasec. *in simili praxi part. 2. cap. 4. nam. 93. & 94.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. q. 157.* Mar. Alter. *de censuris, tom. 2. disp. 2. cap. 1. versic. degradatio*, Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 1. à n. 814.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib. 1. tract. 5. par. 3. c. 6. num. 4.* Monet. *de distribut. quotid. q. 17 à princ.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 10. nam. 3. cum seqq.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. part. 1. cap. 4. à num. 47.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis, part. 2. c. 14 §. 1.* Illustr. D. Roder. à Cunha *in tractat. de Confessoribus solicitantibus mulieres in Confessione quæst. 24.* Ego ipse *de offic. & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 110.* & plures ex antiquioribus, quos plena manu refert Cencd. *ad Decretal. collect. 65. num. 3.*

4 *Quòd verbalis degradatio, seu depositio*, &c.] Hinc igitur collige quòd degradatio verbalis, & depositio sunt idem, vt per Flamin. Carthar. *in tractat. de execut. sent. capt. bann. cap. 1. num. 289.* Menoch. *de arbitr. casu 415. num. 5. & 7.* Scacc. *in tract. de iudic. part. 1. cap. 11. num. 71.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 8. n. 72.*

5 Carol. de Graff. *de effectib. clerical. effectu 1. num. 816.* Crimina autem quæ merentur verbalem degradationem, seu depositionem, referunt Bertachin. *de Episc. part. 8. lib. 4. tit. de causa material. degradationis*, Henriq. *d. cap. 55. §. 5.* Monet. *d. q. 17. n. 6.* Ego ipse *d. alleg. 110. nam 10.*

6 *Actualis vero*, &c.] Tria principaliora esse crimina, quæ merentur actualem degradationem, & Curiæ seculari traditionem, videlicet hæresis, falsi in litteris Apost. commissi, & conspirationis contra proprium Episcopum, tradidi *d. alleg. 110. n. 11.* quibus addenda duxi plura alia, videlicet crimen nefandum, *ibid. n. 19.* crimen abortus animati, *num. 20.* item addo solicitantes mulieres in Confessione si delicti grauitas petat, *num. 21.* non ordinatos celebrantes, vel sacerdotalem Confessionem audientes. *num. 18.* incorrigibiles qui transierint in profundum omnium malorum, ac commiserint aliquod immane, & horrendum delictum, *num. 13.* & *ibi* citatis addo Layman *d. c. 6. n. 6.*

7 *Poterit autem Episcopus*, &c.] Notatur ad hoc quòd clerici degradandi exui debent vestibus sacris, & auferri ab eis omnia per Episcopum, quæ in eorum ordinatione collata sunt, vt per Fr. Emman. *quæstionum Regular. tom. 2. quæst. 123. art. 3.*

8 *Omni Ordine, beneficio* &c.] Notatur ad hoc quòd clericus actualiter degradatus vtrumque priuilegium Canonis, & fori, & omne aliud Ecclesiasticum amittit, vt per Farin. *in praxi crimin. q. 8. num. 73.* Roland. *cons. 4. num. 24. vol. 1.* Clar. *in §. fin q. 36. à num. 30.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 38.* Carol. de Graff. *de effectib. cleric. effectu 1. nam. 824.* Sanctarel. *de heresi cap. 26. dub. 1. num. 5.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 6. n. 4.* ita vt possit coram iudice seculari conueniri absque alia traditione, vt resoluunt Clar. *d. quæst. 36. nam. 37.* Marant. *part. 4. dist. 11. num. 71.* Menoch. *d. casu 415. n. 5.* Scacc. *d. part. 1. cap. 11. nam. 58.* Farinac. *d. quæst. 8. num. 73.* Graff. *d. effectu 1. num. 823.* Bobadil. *d. cap. 18. nam. 38. & 74* Bellet. *vbi suprà, §. 10. num. 11.*

In gloss. *Priuilegio. ibi, qua opinio ad huc forte est vera in verbaliter deposito*, &c. Notatur ad hoc quòd clericus verbaliter degradatus fruitur priuilegio *can. si quis suadente 17. quæst. 4.* itavt qui illum percusserit incidet in excommunicationem, vt per Abb. *in cap. ad abolendam, num. 11. de heret.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 55. §. 3.* Sanctarel. *de heresi cap. 26. dub. 1. nam. 4.* Clericus verò actualiter degradatus priuilegium dicti can. amittit, vt *in collect. ad illum* latè dixi. 9

In ead. gloss. ibi, *qui dixerunt degradatum conficere verum sacramentum Eucharistiæ.* Notatur ad hoc quòd Sacerdos vtcunque solemniter degradatus conficit Eucharistiæ Sacramentum, si vtatur debita materia, & forma cum intentione, vt per Cou. *var. lib. 1. cap. 10. n. 8.* Nau. *comment. 2. de Regularibus, num. 36.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 6. art. 5. vers. ad quantum*, Cened. *ad Decretal. collect. 63. n. 4. & pract. ac canon. quæst. lib. 1. q. 39. num. 85.* Perez *d. l. 1. gloss. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. pag. 62. col. 2. & l. 1. gloss. 5. tit. 1. lib. 5. pag. 40. col. 2.* 10

SVMMARIVM.

1 *Carceris inuentio licèt fuerit ad custodiam, tamen potest quis puniri pœna carceris perpetuo, & ad tempus, & num. 2.*
3 *Carcer est sepultura viuorum, consummatio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum.*
4 *Pœna carceris perpetui non est in vsu apud laicos.*
5 *Carcer virorum, & mulierum debet esse distinctus.*

CAP. Quamuis. III.

CArcer licèt sit inuentus specialiter ad custodiam, tamen conuictis, vel confessis de criminibus potest dari in pœnam in perpetuum, vel ad tempus ad arbitrium, pensatis excessibus, personis, & circunstantiis. Colligunt ex Ordinar. Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 245.* Alagona *in compendio pag. 739.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord part. 1. & 2.* 1

Hanc. eand. concl. ex hoc text. desumunt Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 79. num. 10.* Azeued. *l. 15. num. 9. tit. 6. lib. 3. noua recop.* Sayr. *in claui Regia, lib. 12. c. 18. num. 6.* Aldret. *de relig. discipl. tuenda, lib. 2. cap. 27. num. 14.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 22. artic. 4.* 2

Carcer enim, vt vulgò dicitur, est sepultura viuorum, consummatio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, vt referunt Bobadil. *in sua politica, lib. 3. cap. 15. num. 133.* Farin. *in praxi crimin. q. 27. num. 2.* 3

In perpetuum.] Hæc autem pœna carceris perpetui non est in vsu apud laicos, vt ait Clar. *§. vlt. quæst. 70. num. 4.* vbi subdit quòd apud clericos multum frequentatur; & quod de iure Regio Hispaniæ detur carcer perpetuus ex *l. 2. tit. 4. lib. 4. Ordinam.* vbi Perez *gloss. 3.* 4

In gloss. *Expedire. ibi, sicut in carcere quoad custodiam non debet fieri mixtio sexuum.* Notatur ad hoc quòd carcer virorum, & mulierum debet esse distinctus, vt per Bonacos. *commun. crimin. part. 1. verbo mulieres. fol. mihi 118.* Gregor. *l. 5. tit. 29. part. 7.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 88. num 21. & 25.* Azeued. *per text. ibi, in l. 2. tit. 24. lib. 4. noua recop.* Farinac. *dicta quæst. 27. num. 52. & 59. Ordin. Reg. Lusitan. lib. 1 tit. 33. §. 4* 5

SVMMARIVM.

1 *Pœna alicui imposita, & eius posteris, non extenditur ad posteros ex linea fœminina, nisi aliud in iure, vel sententia sit expressum, & n.2.*
3 *Posterorum appellatione tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis continentur.*
4 *Filiorum appellatione in numero plurali masculus, & fœmina comprehenditur.*
5 *Communis vsus loquendi proprietati præualet, & ab illo dubia dispositio interpretationem accipit.*
6 *Declaratur text. in præsenti.*

Cap. Vbicunque. IV.

1 POEna ab homine, vel à iure imposita alicui, & eius filiis, vel posteris vsque ad certam generationem, non extenditur ad descendentes ex linea fœminina, sed tantùm ex masculina, nisi aliud in iure, vel sententia sit expressum. Collig. ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Munach. Franch. Viuian. *in rationali l.5. pag.245.* Alagona *in compend. pag. 740.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, Couar. *in c. Raynaldus in princ. num.16. de testament.* Gom. *tom.3. var. cap.2. num.4.* Auezed. *l.3. num.20. in gloss. verbo pro linea fœminina tit.3. l.8. noua recopil.* Decian. *tract. crimin. l.5. cap.45. n.4. vers. ex hoc intellige*, Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia num. 26.*

3 Intellige de pœna temporali secundùm rationem medicinæ accepta, vt quis minori bono priuetur, vt in maiori augeatur, vel data iusta causa ad maiorem Reipubl. vtilitatem ex auctoritate legis contra verborum rigorem, qui dictabat posterorum appellatione descendentes tam ex masculis, quàm ex fœminis contineri, ex *l. cùm acutissimi, C. de fidei comm. l. filius fam. 114. §. diui. ff. de legat. 1.* cum aliis adductis per Dec. *in l. fœmina n.62. ff. de reg. iur.* Peregr. *de fideicom. a.22. num.37.* Tiraq. *de retract. lig. §.1. gloss.9. n.139. aliàs 249.* Surd. *cons.140. num.8. & 57.* D. Barbos. *in l.*
4 *quia tale num.37. ff. soluto matrim.* Et filiorum nomine in numero plurali masculum, & fœminam comprehendi, probat *l. si quis ita 16. ff. de testam. tutel. l. si ita scriptum 45. ff. de legat.2.* Ias. *in l. qui filiabus n.14. ff. de legat.1.* licèt hoc non ex verbi proprietate procedere non immerito contendant Cost. *in cap. si pater, verbo vtrumque num.1. de testament. hoc lib.* nec ex interpretatione extensiua deduci parum ineptè opinentur. Peregrin. *d.a.25. n.4.* & Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. l.6. tit.7. num.18. & lib.11. tit.14. num.12.* Tiraq. *d. gl.9. n.180. & 181.* ac proinde videatur saltem ex communi vsu loquendi, vt experientia docet, deriuari, qui proprietati præualet, *cap. ex litteris*
5 *7. de sponsalib.* & à quo dubia dispositio interpretationem accipit ex Valasc. *consult.146. num.2.* Molin. *de primog. l.2. c.6. n.58.*

6 Quare procedente huius text. decisione ex auctoritate legis ita in pœnis benigniorem faciens interpretationem contra verborum rigorem, quæ aliud dictabant, vt suprà innuimus, iam colligitur verum non esse illorum sententiam, qui asserunt ex eo solum in terminis huius text. descendentes ex fœminis non comprehendi nomine posterorum, quia in pœnis strictior facienda est interpretatio, quasi senserint nullum fore legis adminiculum necessarium, sed totum id tribuendum esse materiæ pœnali, aduertere namque debuissent materiam pœnalem per se solùm ad hoc non sufficere, cùm alia reperiantur iura in quibus de illa agitur, & tamen pœna imposita alicui, & posteris eius, descendentes etiam ex fœminis afficit, vt *in c. vnic. vers. contra natos. de schismat. hoc lib. & in cap. in quibusdam 12. prope fin.* secundùm verum intellectum, *hoc tit. in Decretalib.* prout etiam ponderari debuissent finalia verba huius text. ibi, *nisi aliud in iure, vel sententia sit expressè*, per quæ verba limitatur regula in principio huiusmet text. posita. sic planè ostendens hoc, quod est descendentes ex masculis, vel ex fœminis comprehendi per pœnam alicui, & eius posteris impositam, non dependere ex materia pœnali, sed ex legis auctoritate, quæ contra verborum rigorem in specie huius text. statui, vt nomine posteriorum descendentes ex masculis tantùm comprehendantur, ex ea scilicet ratione, quia in pœnis strictior facienda est interpretatio; iuxta quam resolutionem vri veriorem & litteræ textus magis conformem, intelligi potest text. *in d. cap. vnic. vers. contra natos*, dum enim in ea pœna Ioanni de Columna, & eius posteris imposita comprehendit descendentes per lineam masculinam, & fœmininam, vt patet ex his verbis eiusdem, ibi, *ipsisque posteris dicti Ioannis per masculinam, & fœmininam lineam descendentibus*, &c. intelligendus est procedere secundùm limitationem huius text. quia scilicet in eo ita expressum reperitur, sicuti etiam reperitur *in c. statutum 15. de heret. hoc lib.* cum similibus, in quibus pro crimine hæresis parentum puniuntur filij, filiæue, & ex vtrisque nepotes, vt aduertunt gloss. *hic verbo iudice, & verbo volumus in d. cap. statutum.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & de eius materia Doctores citantur, n.2.*
3 *Sacrilegium committit offendens Cardinalem.*
4 *Cardinalem hostiliter insequens, licèt non ceperit,*
5 *Percutiens licèt non vulneraueris.*
6 *Capiens reali captura sequuta, & num.7.*
8 *Socius offendentis,*
9 *Mandans offendi sequuto effectu,*
10 *Ratificans offensionem si eius nomine sit facta,*
11 *Consulens fraudulenter,*
pœnam læsæ maiestatis incurrit.
12 *Auxilium, & fauorem dolosum præstans vt Cardinalis offendatur, punitur eadem pœna, qua ipse offendens.*
13 *Receptans eum, qui offendit Cardinalem, pari pœna punitur vt ipse offendens, intellige, vt n.14.*
15 *Infamis perpetuò est Cardinalem offendens.*
16 *Pœna imposita offendentibus Cardinalem ipso iure incurrunutur.*
17 *Cardinalem offendens habetur pro bannito, & diffidato.*
18 *Testamenti factionem actiuam, & passiuam amittit offendens Cardinalem.*
19 *Domus offendentis Cardinalem diruitur, & deuastatur, quid si sit cõmunis cum aliis, remissiuè n.20. & quid si sit alicuius maioratus n.21.*
22 *Domus heretici dogmatizantis quare dirui iubeatur, & sale conspergi, remissiuè, & an illam sic destructam liceat readificari, n.23.*
24 *Debiter eius, qui Cardinalem offenderit, non tenetur illi soluere.*
25 *Bona offendentis Cardinalem confiscantur.*
26 *Locationibus, & feudis priuatur offendens Cardinalem, & liberè ad dominos reuertuntur.*

27 *Beneficiis & officiis omnibus temporalibus, & spiritualibus priuantur offendentes Cardinalem.*

28 *Emphyteusis ecclesiastica, quæ nequit ad hæredes extraneos transire, non transfertur in fiscum ob emphyteutæ delictum, sed cum fructibus redit ad Ecclesiam habentem directum illius dominium.*

29 *Filij, & nepotes offendentium Cardinalem priuantur omnibus beneficiis, & dignitatibus ecclesiasticis, & ad illas in posterum obtinendas efficiuntur inhabiles.*

30 *Excommunicati ipso facto sunt offendentes Cardinalem.*

31 *Excommunicatus potest facere, & celebrare contractus, & ab eo facti, & celebrati valent.*

32 *Bona futura non comprehenduntur in confiscatione bonorum, sed à quo tempore computentur, ostenditur, n.33. & 34.*

35 *Familiares Papæ, aut Cardinales offendentes sunt acriter puniendi.*

36 *Cardinalem offendens punitur non solùm à iudice ecclesiastico Canonicis pœnis, sed etiam legalibus à seculari.*

37 *Accusatus & iudicatus de aliquo ex criminibus mixti fori in iudicio ecclesiastico, an possit iterum accusari, & puniri in seculari, & è conuerso, ostenditur, & n.38. & 39.*

40 *Declaratur text. in l. placet vers. si quis C. de sacrosanct. eccles.*

41 *Declaratur text. in c. 2. de maledic.*

42 *Declaratur text. in l. 2. de sportul.*

43 *Excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt omnes Principes, & alij domini, ac iudices percutientes, vel hostiliter insequentes aliquem Cardinalem.*

44 *Ciuitates, quæ offendentibus Cardinalem consilium, auxilium, vel fauorem dederunt, puniuntur.*

45 *Ciuitas quomodolibet Cardinalem offendens remanet ipso iure interdicta.*

46 *Episcopum offendens non tenetur pœna huius text.*

47 *Cardinalem offendens se defendendo non incurrit aliquam pœnam, si defensio fuit necessaria.*

48 *Bannitum, seu aliquem delinquentem consanguineum receptans punitur non ordinaria pœna, sed mitiori.*

49 *Beneficiis Ecclesiasticis ipso iure priuantur offendentes Cardinalem, & à possessione eorum illis minimè vocatis amoueri possunt.*

50 *Clericum insequens, & vibrans, non tamen percutiens, non est excommunicatus.*

51 *Vicina loca quæ dicantur relinquitur arbitrio iudicis.*

Cap. Felicis. V.

1 CArdinalem S.R.E. qui fuerit hostiliter insequutus, vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facienti, aut fieri, mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut consilium, auxilium, vel fauorem dederit, vel postea receptauerit, aut scienter defensauerit, fit reus læsæ maiestatis, perpetuò infamis, diffidatus, & bannitus, non potest testari, nec succedere etiam ab intestato, eius ædificia dari debent in ruinam nullo tempore reparanda, nullus ei obligatur reddere debitum, vel respondere in iudicio, eiúsque bona applicantur Fisco: fit ipso facto priuatus omni feudo, gubernatione, beneficio ecclesiastico, de quibus rector Ecclesiæ disponere poterit. Eius filij, nepotes, vel pronepotes per rectam lineam priuantur beneficiis sine spe ascensionis ad dignitates, regimen, honores etiam mundanos, non sunt apti ad Ordines, nec ad testificandum, nec ad actus legitimos, & prædictus, atque alij tanti mali participes sunt excommunicati, & singulis diebus festiuis vt tales publicari debent dum sunt contumaces, nec absolui possunt nisi à Papa præmissis fustigationibus in nudo ad cautelam, & vltra mare ad triremes relegari debent. Illum autem, qui fuit simpliciter consiliarius, vel fautor, iudex pro qualitate culpæ castigare poterit. Prædictæ item pœnæ per Papam extendi poterunt ad collaterales, fratres videlicet, nepotes, & pronepotes talium. Contra verò offendentes familiares Papæ, vel Cardinalis pœna imponi poterit pro qualitate culpæ. Tamen contra occidentes Cardinalem, vel dantem causam mortis acriùs etiam à laicis, & secularibus insurgi debet, qui si non fecerint hæc obseruari, intra mensem sunt excommunicati, & eorum ciuitas priuatur Pontificalibus, & est interdicta. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rational. lib. 5. pag.* 246. Alagona *in compendio pag.* 740. remissiuè Casal. *in annotationibus*; & Zimen. *in concordant. part. 1. & 2.*

De materea huius text. latè agunt Molin. *de instit.* 2
tom. 2. tract. 3. disp. 65. a princ. Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 112. n. 75. cum multis seqq.* Azeued. *l. 1. n. 7. cum seqq. tit. 18. lib. 8. nouæ recop.*

In hoc sacrilegij genus irrepserit.] Ergo offendens 3
Cardinalem committit sacrilegium, vt per Monach. *num.* 1. Archid. *etiam num.* 1. Gemin. *in princ. num. 1. in 2. notab. in præsenti,* Gig. *de crimine læsæ maiest. lib. 1. rub. qualiter, & a quibus crimen læsæ maiestatis committ. q. 5. n. 1. &* 11. Farin. *d. q.* 112. *n.* 107. Decian. *in tract. criminal. lib. 7. cap. 5. num. 8. vers. quinimmo & hos offendens.*

Fuerit hostiliter insequutus, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd Cardinalem hostiliter insequens tenetur crimine læsæ maiestatis, etiam quòd non cœperit, aut percusserit, vt per Clat. *§. fin. q. 77. n. 21. vers. offendentes.* Farin. *d. q.* 112. *num.* 81. vbi dicit quòd concordat Bulla lecta in Cœna Domini, ibi, *vel hostiliter insequentes.* Hostiliter autem insequi in hoc casu nihil aliud significare videtur quàm aliquem iniustè insequi animo nocendi ipso aduertente, sibíque cauente, seu fugiente vt manus insequentis euadat, Nauar. *cons. 31. num. 4. de sent. excommun.* Filliuc. *tract. 16. c. 9. quæst. 8. num.* 246. Anton. de Sousa *de censuris in Bulla Cœnæ c. 12. disp. 59. n. 2.* Bonacin. *eod. tract. disp. 1. quæst. 12. puncto 1. n. 6.*

Percusserit, &c.] Ergo percutiens Cardinalem fit 5
reus læsæ maiestatis, etiam quòd non occiderit, seu vulnerauerit, vt per Gig. *d. q. 5. num.* 13. Clat. *in §. fin. q. 77. num.* 12. Farin. *d. c.* 112. *num.* 76. percutere autem est cum dolore cædere, seu verberare, aut corporaliter pulsare manu, pugno, baculo, saxo, vel alio instrumento, ita Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 11. q. 3.* Alter. *de censur. l. 5. disp. 12. cap. 4. colum. 1. vers. percutientes,* Bonac. *d. punct. 1. n. 2.* An autem pœna huius text procedat in percussione verbali, hoc est, an habeat locum contra illum, qui contra Cardinalem verba iniuriosa protulit, solet ab aliquibus in dubium reuocari, in quo contra Ananiam, & Felin. negatiuè respondent Bernard. Diaz *in pract. cap. 69. num. 3. in nouiss. impress.* Couar. *l. 1. c. 12. num. 5.* Petr. Plac. *delict. lib. 1. cap. 2. num. 28.* quia licet verbum *percutere*, comprehendat verbalem iniuriam, non potest ex hoc inferri, quòd pœna grauis imposita percutienti comprehendat verbis iniuriam inferentem; tum quia non est crimen læsæ maiestatis in Principem verba iniuriosa dicere, cùm hæc vti diuersa diuersis titulis à Iustiniano explicentur, *C. ad leg. Iul. maiest. & C. si quis Imp. maledixerit.*

6 *Capit*, &c.] Notatur ad hoc quòd Cardinalem capiens, & carcerans, committit crimen læsæ maiestatis, vt per Farin. *d.q.*112. *n.* 80. Gig. *d. q.* 5. *n.* 13. Clar. *d.q.*77.*n* 21.*vers.offendentes.*

7 Intellige cum effectu, id est, reali captura sequuta, secundùm Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 6. secus in claudentibus in aliqua domo animo, illis verecundiam faciendi, Viu. *opin.* 88. *n.* 6. & 7. Farin. *d.q.* 112. *num.* 130.

8 *Vel socius fuerit fauentis.*] Ergo socius offendentis Cardinalem eadem pœna punitur ac ipse offendens, vt per Farin. *d.q.*112.*n.*99. vbi citat Monach. Gemin. & Afflictum.

9 *Aut fieri mandauerit.*] Notatur ad hoc, quòd mandans offendi Cardinalem tenetur crimine læsæ maiestatis sicut mandatarius, vt per Gig. *d.q.* 5. *num.* 13. Farin. *d.q.* 112. *n.* 91. Intellige sequuto effectu secundùm Sayr. *d.c.* 15. *n.* 9. Fr. Anton. à Sousa *in relect. de censuris Bulla Cœna cap.* 12. *disp.* 63.

10 *Vel factum ratum habuerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd ratificans offensionem Cardinali factam tenetur ac si ipse offenderet, vt per Gig. *d. q.* 5. *num.* 13. & 16. Decian. *d. lib.* 7. *c.* 34. *num.* 8. Farin. *d.q.* 112. *n.* 96. Intellige si eius contemplatione, & nomine sit factum, aliàs ratum habere non posset secundùm gloss. *verbo ratum habuerit, in præsenti*, Gig. *d.q.* 5. *num.* 16. Decian. *d. lib.* 7. *cap.* 34. *num.* 8. Sayr. *d. cap.* 15. *num* 11. & Fr. Anton. à Sousa *d. cap.* 12. *disp.* 64. Farin. *d.q.* 112. *num.* 97.

11 *Aut consilium dederit.*] Notatur ad hoc quòd consulens vt Cardinalis offendatur tenetur pœna læsæ maiestatis, vt per Farin. *d.q.* 112. *num.* 85. Intellige de consilio fraudulento, non nudo, iuxta ea, quæ tradunt Sayr. *d. cap.* 14. *num.* 12. Fr. Anton. à Sousa *d. cap.* 12. *disp.* 62. *n.* 5. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 551. *à princ.* Farin. *vbi sup. n.* 86.

12 *Vel fauorem*, &c.] Notatur ad hoc quòd auxilium, fauorem præstans vt Cardinalis offendatur, punitur eadem pœna, qua ipse offendens, vt per Gig. *d.q.* 5. *n.* 13. Afflict. *in tit. quæ sint regalia, verbo, & bona committentium num.* 105. Farin. *d.q.* 112. *à num.* 88. Intellige de fauore doloso, qui aliquid operatur ad huiusmodi insecutionem, persecutionem, &c. non verò de fauore nudo, & simplici, qui nihil adiicit ad peccandum secundùm Sayr *d.c.* 15. *num.* 13. Farin. *d.q.* 112. *num.* 90. vbi per gloss. *in præsenti*, declarat simplicem fauorem intelligi illius, qui ad maleficium faciendum nihil adiicit.

13 *Aut postea receptauerit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd receptans eum, qui offendit Cardinalem, pari pœna punitur vt ipse offendens, vt per Gig. *d q.* 5. *num.* 17. Afflict. *in tit. quæ sint Regalia. verb. & bona committentium num.* 105. Bonac. *de censur. in Bulla Cœna consensus disp.* 1. *q.* 12. *puncto* 3. *num.* 12. Farin. *d.q.* 122. *à n.* 91. vbi *num.* 93. limitat nisi receptans fuerit consanguineus, vel affinis, qui tamen tunc non excusatur à totali pœna.

14 Intellige quando ex eius receptione, & fauore, vel crimen committitur, vel in fieri conseruatur, ex traditis per Fr. Anton. à Sousa *d. cap.* 12. *disp.* 65. *num.* 3. Intellige etiam vbi quis receptauerit scienter hunc, qui Cardinalem offendit, Menoch. *de arbitr. casu* 551. *n.* 5. Farin. *d.q.* 112. *n.* 94.

15 *Perpetuò sit infamis.*] Notatur ad hoc, quòd Cardinalem offendens est perpetuò infamis, vt per Farin. *d.q.* 112 *num.* 109 & hæc pœna incurritur ipso iure, propter verbum. *sit*, quod est canon latæ sententiæ, secundùm Azeued. *l.* 11. *n.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *noua recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 118. *num.* 11. Ioseph Sesse. *Arag. decis.* 290. *num.* 29. & alios per me citatos *in tract. de*

dictionibus vsu freq. dict. 374. & quod pœnæ impositæ 16
offendentibus Cardinalem ipso iure incurrantur tradit Farin. *d.q.* 112. *num.* 120. vbi post Clar. §. *fin. q.* 77. *num.* 21. *vers. offendentes*, subdit requiri declaratoriam,

17 *Diffidatus nihilominus, & bannitus*, &c. Notatur ad hoc, quòd Cardinalem offendens habetur pro bannito, & diffidato, vt per Archid. *in præsenti, sub num.* 13. *verbo diffidatus*, Clar. vbi proximè Farinac. *d.q.* 112. *num.* 11.

18 *Sit intestabilis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Cardinalem offendens amittit testamenti factionem actiuam, & passiuam, vt per Farin. *d.q.* 112. *n.* 112. Duen. *reg.* 272. *n.* 2. Anton. Ricciul *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 4. *cap.* 58. *n.* 21.

19 *Dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam*, &c. Notatur ad hoc, quòd domus offendentis Cardinalem diruitur, & deuastatur, vt per Farinac. *d. part.* 5. *quæst.* 112. *num.* 116. *cum duobus seqq.* & *q.* 116. *n.* 28. *cum seqq.*

20 Quid si domus sit communis cum aliis, vel alius habeat in ea ius hypothecæ? Vide Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 117. *n.* 73. *cum seqq.* Ignat. del Villar. *in sylua resp. l.* 1. *resp.* 4. *n.* 8. vbi resoluit quòd si domus communis propter delictum socij destruitur, pretium partis domus destructæ solui debet socio innocenti.

21 Quid autem si domus sit alicuius maioratus, qui debet deuenire ad alium, an illa possit dirui; vide Sanch. *in præcept. Decal. tom.* 2. *c.* 18. *n.* 56.

22 Quare domus hæretici dogmatizantis dirui iubeatur, & sale conspergi? Vide direct. Inquisit. *p.* 3. *q.* 43. *ad fin. pag. mihi* 575. Perez. *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ord. p.* 325. & *seq.* Bernard. Græux, *ad pract. Cameræ Imper. l.* 2. *concl.* 61. Cened. *pract.* & *canonic. quæst. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 18. latè, & eleganter Stephan. Gratian. *vbi supra cap.* 179. *num.* 1. *cum seqq.* vbi subdit quòd domus delinquentis iubetur dirui in criminibus atrocissimis, & à *num.* 54. multa adducit circa salis aspersionem

23 An autem liceat prædictam domum sic destructam reædificare? vide Perez *l.* 2. *gl.* 1. *pag.* 326. *col.* 1. *vers. dubium, tit.* 16. *lib.* 8. *Ordinam.*

24 *Nullus ei debita reddere*, &c.] Notatur ad hoc, quòd debitor eius, qui Cardinalem offenderit, non tenetur ei soluere, vt per Farin. *d.q.* 112. *n.* 119.

25 *Quicquid etiam in bonis inuenitur ipsius fisci*, &c.] Notatur ad hoc, quòd confiscantur bona offendentis Cardinalem. vt per Farin. *d.q.* 112. *n.* 113.

26 *Si qua verò feuda, locationes* &c.] Notatur ad hoc, quòd offendens Cardinalem priuatur etiam locationibus, & feudis, si quæ habet, & liberè ad dominos reuertuntur, eorúmque dispositioni, & voluntati reseruantur, vt per Farin. *d.q.* 112. *n.* 114. Pereg. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 108.

27 *Officium, vel beneficium spirituale, vel temporale*, &c.] Notatur ad hoc quòd Cardinalem offendentes priuantur omnibus officiis, & beneficiis spiritualibus & temporalibus, vt per Farin. *d.q.* 112. *num.* 113. Et quòd vacent ipso iure beneficia percutientis Cardinalem tradunt Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia n.* 39. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 13. *n.* 74. Nicol Garc. *de benefic p.* 11. *cap.* 10. *num* 55. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 1. *vers. tertium* Mallobi. *in praxi habendi concursum req.* 1. *dub.* 2. *n.* 32. ego ipse *de officio, & potestate Episc p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 235.

28 *Quasi liberè ad Ecclesiam reuertantur*, &c. Notatur ad hoc, quòd ob emphyteutæ delictum emphyteusis ab Ecclesia accepta, quæ ex sua institutione nequit transire ad hæredes extraneos, non transfertur in fiscum, nec eius fructus publicantur, sed integrè cum

emphyteusi

emphyteusi redeunt ad Ecclesiam habentem directum illius dominium, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 19. n. 22.* vbi *num. 28. cum seq.* secus dicit in emphyteusi Ecclesiastica, quæ potest transire ad hæredes extraneos.

29 *Quod si quis prædictorum filium*, &c.] Notatur ad hoc, quòd filij & nepotes offendentium Cardinalem priuantur omnibus beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis, & ad alias in posterum obtinendas efficiuntur inhabiles, vt per Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 41. num. 32.* Farin. *d. q. 112. n. 121. & 122.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 28. num. 20.* latè Menoch. *d. arbitr. casu 551. n. 7. cum seqq.*

30 *Ipso facto excommunicationis sententiam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Cardinalem offendentes tantique mali participes ipso facto sunt excommunicati, vt per Clar. *§. fin. q. 77. n. 21.* Viu *opin. 88. n. 2.* Farin. *d. q. 112. num. 108.*

31 *Verum cum talis gratiam*, &c.] Ergo excommunicatus potest facere, & celebrare contractus, & ab eo facti, & celebrati valent, de quo vide *tom 1. commun. opin. lib. 1. tit. 15. num. 25. pag. 199.* Spin. *in speculo testam. gl. 11. rub. num. 67.* Massobr. *de prob. concl. 705. n. 13.* Peregr. *de iure fisci lib. 3. tit. 11. n. 28.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. n. 11. cum seqq.*

32 *De postmodum acquisitis repetitio non negetur.*] Ergo in confiscatione bonorum non comprehenduntur bona futura, vt per Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. n. 113.* Anton. Gom. *tom. 3. de delictis cap. 14. num. 1.* Menoch. *cons. 101. n. 13. & 14. vol. 1.* Pinel. *in rub. C. de bonis matern. in princ. n. 3.* Pereg. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 132.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 9. §. 5. n. 32.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. q. 15. a num. 138.* Sanch *d. lib. 2. c. 14 num. 7.*

33 Vtrùm autem hæc bona futura computentur à tempore sententiæ criminis declaratoriæ, an potius à tempore delicti? quòd à tempore sententiæ computentur, tenent Boss. *in practic. crimin. tit. de public. bonorum num. 80.* Azor. *institutionum moralium part. 1. lib. 5. c. 7. q. 8.* Azeued. *l. 10. num. 25. tit. 9. lib. 5. nouæ recop.* Tell. *l. 4. Tauri n. 48.* refert plures & sequitur Vasquez *1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. n. 8.*

34 Verùm quòd à tempore delicti computentur bona futura, meliùs sustinent in hæretico Busat. *cons. 14. num. 28. & cons. 43. n. 4. vol. 1. & cons. 289. num. 10. volum. 3.* Matiens. *l. 3. gl. 7. n. 9. tit. 4. lib 5. nouæ recop.* Auendan. iun. *l. 4. Tauri gl. 7. num. 17. in crimine sodomiæ.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 39. n. 6.* quos refert, & sequitur Sanch. *d. cap. 14. n. 8.*

35 *Quamquam de Clericis, vel Religiosis nostra familia*, &c.] Notatur ad hoc, quòd offendentes familiares Papæ, aut Cardinalis sunt acriter puniendi, vt per Farin. *d. q. 112. n. 103. cum seqq.* Fr. Anton à Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ cap. 12. disp. 66. n. 3* vbi obseruant offendentes clericos, aut Religiosos de familia Cardinalium etiam in eorum præsentia, & eorum intuitu, non esse excommunicatos per Bullam in Cœna Domini.

36 *Per hoc neque secularibus potestatibus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Cardinalem offendens punitur non solùm à iudice Ecclesiastico Canonicis pœnis, sed etiam legalibus à seculari, vt per Farin. *d. p. 5. q. 112. n. 125.* vbi citat Bernard. & Clar. *d. q. 77. n. 27.*

37 Vnde inferunt Doctores communiter accusatum, & iudicatum de aliquo ex criminibus mixti fori (quale constat esse sacrilegium de quo hîc iuxta *c. cum sit generale, de foro compet.*) in iudicio Ecclesiastico posse iterum in seculari accusari, & puniri, & è conuerso, idem probat text. *in l. placet, vers. si quis C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *num. 4.* Felin. *13. in c. de his, de accusat.* idem Abb. *num. 1.* Felin. *11.* Barbat. *à num. 39. in d. cap. cum sit generale.* Alciat. *in cap. 1. num. 134. de officio Ordinar.* Couar. *lib. 2. var. c. 10. n. 6.* Clar. *§. fin. q. 57. n. 11.* Anton Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 40.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 11. n. 12. & 13.*

38 Contrariam tamen sententiam, immo semel in iudicio Ecclesiastico accusatum de crimine mixti fori, & pœna ordinaria iudicatum non posse ampliùs in seculari iudicio conueniri, & è conuerso, probant gloss. *verbo adimimus, in præsenti*, dum resoluit in hoc text. ius speciale constitui, sic planè significans contrarium fore secundùm regulas iuris, quam sequuntur Domin & Franch. *hîc num. 3.* Host. & Ioan. Andr. *in d. cap. 1. & fin. de offic. Ordin.* Innoc. Anan. *num. 6.* & Beroi. *n. 23. cum seqq.* per text. *ibi in c. de his, de accus.* Soar de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 2. n. 49. cum multis seqq.* Bobadil. *in sua politic. lib. 2. cap. 17. num 98. & cap. 18. num. 234.* Curi Philip. *part. 1. §. 2. num. 33.* Ludou. Mirand. *de ordine iudic. q. 1. art. 7. conclus. 2.* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib. 2. cap. 4. à n. 17.* & plures citati à Cened. *ad Decretal. collectan. 126. num. 4.*

39 Qua vltima sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, respondetur enim per locum à speciali potiùs probare contrarium, nam si secundùm iuris regulas accusatus in foro Ecclesiast. poterat iterum puniri in seculari, necessarium non erat vt Summus Pontif. protestaretur non esse suæ intentionis per pœnas fori Ecclesiastici adimere pœnas fori secularis; cùm igitur necessarium esse dixerit id exprimere, aptè sentit secundùm iuris regulas contrarium fore dicendum, & ita intelligit *d. gloss. verbo adimimus, in præsenti*, probat Alciat. *in d. cap. 1. n. 85. de offic. Ordin.* alium intellectum præstat Aretin. *in d. cap. de his*, quem refert, & explicat, licèt non sequatur, Anton. Gom. omnino videndus *d. num. 40. colum.*

40 Ad text. verò *in d. l. placet*, si verbum, *acrimonia, cum gloss. ibi*, & communi sumatur pro excommunicatione, respondetur excommunicationem non esse pœnam ordinariam criminis ad publicam vindictam, sed magis censuram medicinalem ad emendationem, iuxta *c. 1. de sent. excomm. hoc lib* ac subinde per eam non tollitur, nec impeditur accusatio criminis ad publicam vindictam, vt post Bald. Paul & alios, intelligit Gom *d. num 40.*

41 Ad *cap. 2. de maledic. vers. per temporàlem*, responderur text. illum varios habere sensus, vt per Cardin. *ibi opposit. 2* Anchar. *num. 6.* & Abb. *num. 4.* inter quos ille videtur magis litteræ consentaneus, quòd agat casu, quo blasphemus Ecclesiastico non vult obedire, & propterea inuocabitur ibi auxilium brachij secularis, non vt secularis iudex iudicet, & cognoscat, sed vt condemnationem ab Ecclesiastico factam exequatur contra eum, qui renuit obedire. 42 Tandem ad *l. 2. de sportul.* vltra Alciat. *d. num. 81.* dicendum est maiores pœnas ibi a maioribus iudicibus non imponi pro iis delictis de quibus rei apud alios iudices minores damnati, & puniti sunt ad minorem pœnam, sed pro his de quibus adhuc condemnati non fuerant, quia iudices minores illas pœnas maiores imponere non poterant, & tunc crimen maioribus iudicibus puniendum traditur, prout aduertunt Bald. *ibi num. 6.* & Salicet. *num. 2.*

43 *Quapropter si Princeps*, &c. Notatur ad hoc, quòd omnes Princeps, & alij domini, ac iudices non obseruantes contenta in hoc text. contra percutientes, vel hostiliter insequentes aliquem Cardinalem eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, vt per Nauar. *in man. cap. 27. num. 136.* Raynes. *in catalogo*

de

*de cenſuris extra Bullam.cap.7.excomm.*4. Gambar. *de caſibus reſeru c.*10.*in fine*, Farin.*d.q.*112.*n.*123. *cum ſeq.*Filliuc.*tract.*14.*n.*53.*in fine*, *&* *num.*133. *&* 134. Lauor. *de indulgent p.*2. *cap.*13.*num.*14. quos refero ego ipſe *de officio,& poteſt. Epiſc.p.*3. *alleg.*50.*n.* 219. ſecundùm Lugdun. impreſſ.

44 *Ciuitas vero quæ,* &c.] Notatur ad hoc, quòd ciuitates, quæ offendentibus Cardinales conſilium, auxilium, aut fauorem dederunt, puniuntur, vt per Farin.*d.q.*111.*num.*101. Et ſic res inanimata punitur, vt ponderat Perez *l.*3.*gloſſ.*1.*pag.*97. *col.*1.*tit.*9. *lib.*8. *Ordinam.*

Collige ex text.ſubiectum interdicti, de quo in eo, eſſe quamlibet ciuitatem, excepta Vrbe Roma, ac proinde diœceſim non ligari hoc interdicto, quia nomine ciuitatis non intelligitur diœceſis, ita Bonac. *interdictis in particulari diſt.* 4. *quæſt.* 3.*punct.*3. *num.*4. vbi *num.*5. poſt Soar.*tom.*5. *de cenſur. diſp.*37. *ſect.*1.*n.*17. Filliuc.*tract.*18. *cap.*6.*quæſt.*3. *num.*139. reſoluit hoc interdictum non cadere in totam Prouinciam, ſeu Rempubl. cuius Senatus præfatas actiones facit, ſed ſolùm cadere in illam ciuitatem in qua Senatus reſidet, niſi fortè aliæ ciuitates illius Prouinciæ contra hunc text. deliquerint; additque villam, ſeu caſtrum, aut populum non ligari hac cenſura.

Vel infra menſem.] Qui incipit currere à die ſcientiæ etiam per famam habitæ de momento ad momentum, vt per Gemin. *hic num.* 4. & Franch. *numero* 2. Mar. Alter. *de cenſur. tom.*2. *diſp.*12. *de interdicto c.*3. *col.* 3. Bonac. *de interdictis in particulari d.*4 *quæſt.*3. *puncto* 3. *num.*3.

45 *Et nihilominus remaneat interdicta.*] Notatur ad hoc quòd ciuitas quomodolibet Cardinalem offendens, remanet ipſo iure interdicta, vt per Henriq. *in ſum. lib.*13. *cap.*43. §.5 *litt.H.* Bonac. *de interdictis in particulari diſp.*4.*q.*3.*puncto* 3.

46 In gloſſ. *Cardinalem.* Notatur ad hoc, quòd oſtendens Epiſcopum non tenetur pœna huius text. vt per Zerol. *in praxi Epiſc.p.*2 *verbo Epiſcopi, verſ. Dico ſecundò*, Farin.*d. q.*112.*n.* 131.

47 In gloſſ. *Percuſſerit*, ibi, *quia non ſe defendendo*, &c.] Notatur ad hoc, quòd offendens Cardinalem ſe defendendo non incurrit aliquam pœnam, ſi defenſio fuit neceſſaria, vt per Duen. *reg.*391. *verſ. primò amplia, & tom.*2. *commun. opin. lib.*9. *tit.*6. *num.*11. *pag. mihi* 362. Clar. *d.q.*77. *num.*23. *verſ. percutientes*, Gig. *d.q* 5.*n.*14. Viuian. *opin.*78.*n.*4 Sayr. *de cenſuris lib.* 3.*c.* 15.*n.*5. Farin. *d.q.*112. *n.*129.

48 In gloſſ. *Receptauerit*, ibi, *niſi eſſent conſanguinei, vel affines.* Notatur ad hoc, quòd receptans bannitum, ſeu alium delinquentem conſanguineum, punitur non ordinaria pœna, qua de iure receptatores huiuſmodi puniuntur, ſed mitiori, vt per Duen. *reg.*393. *verſ. amplia primò*, Tit. aq. *de pœnis temp. cauſa* 20. *a princ.* Farin. *in praxi crim. p.*1.*q.*30.*n.*99.

49 In gloſſ. *Diſponant*, ibi, *illis non vocatis etiamſi de facto poſſiderent.* Notatur ad hoc, quòd offendentes S. R. E. Cardinales priuantur beneficiis eccleſiaſticis ipſo iure & deiiciuntur eis minimè vocatis, Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.*3.*q.*1.*n.*55. *&* *lib.*11.*q.*10.*n.*1. *&* 24. vbi intelligit ſpecialiter procedere in hoc caſu propter atrocitatem criminis.

50 In gloſſ. *Inſecutione*, in addit. ibi, *quòd inſequens, & vibrans, non tamen percutiens clericum, excommunicatus non ſit.* Ita Duen. *reg.*99. *verſ. limita primò.*

51 In gloſſ. *Vicinarum*, ibi, *quæ ſint loca vicina dico iudicis arbitrio quoad hoc relinquendum.* Ita Menoch. *de arbitr. caſu* 222. *num.*26. Perez *l.*11.*gl. fin in med. tit.*1. *lib.*3. *Ordinam.* vbi tradit plura, quæ arbitrio iudicis relinquuntur.

※※※※※※※※※※※※※※※※

De Pœnitentiis, & Remiſsionibus.

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores non citant aliquos licèt eos monere poſſint.*
2 *Archiepiſcopus in concedendis Indulgentiis ſtatutũ Concilij generalis excedere non debet.*
3 *Prædicatores quæſtuarios omnino ſuſtulit Concil. Trident.*
4 *Archiepiſcopus in Prouincia ſua poteſt Indulgentias concedere.*

CAP. Cùm Romana. I.

Innoc. IV.

VASTORIBVS, vg pro fabrica Eccleſiæ, dari non debet ab Ordinario facultas citandi alios, ſed ſatis eſt vt ſoleant charitatiuè monere. In concedendis quoque indulgentiis Archiepiſcopus non excedat ſtatutum Concilij generalis *in c. cum ex eo, ſup. hoc tit.* Colligunt ex ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franc. Viuian. *in ration. lib.*5.*p.*259. Alagona *in compendio p.*748. remiſſiuè Ximen *in concordant. p.*1. *&* 2. 1 2

Collige ex text. poſſe Archiepiſcopum mittere quæſtores eleemoſynarum per totam Prouinciam pro fabrica Eccleſiæ Metropolitanæ, vt per Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo Archiepiſcopi auctoritas verſ.*26. & per metipſum *in tr. de iure eccleſiaſt. lib.* 1.*c.*7.*n.*78. 3

Prædicatores quæſtuarios omnino ſuſtulit Concil. Trident. *ſeſſ.*5. *de reform. c.*2. *in fine*, *&* *ſeſſ.*21. *de reformat. c.*9 ſicut aſſerunt plura de illis referentes, Zerol. *in praxi Epiſco. p.*1. *verbo quæſtores*, Vgolin. *de officio Epiſcopi c.*8.§.4.*n.*6. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 190. Quarant. *in ſumm. Bullarij verbo Archiepiſcopi auctoritas verſ.* 26. *in fine*, & multi per me citati *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.*3. *alleg.*109.

In concedendis quoq; indulgentiis, &c. Dixi in *collect. ad c. cùm ex eo.n.*5. *cum ſeqq. hoc tit. in Decretalibus.* Et quòd Archiepiſcopus in prouincia ſua poſſit indulgentias concedere reſoluunt Doctores per me citati *in collect. ad c. noſtro* 15. *illo tit. & de officio, & poteſt. Epiſ. p.*1. *tit.*4.*n.* ſecundùm Lugdun. impreſſ. 4

SVMMARIVM.

1 *Confeſſoris conceſſio generalis non tangit Epiſcopo ſpecialiter reſeruata, nec obtentu conſuetudinis poteſt quis ſibi eligere Confeſſorem, & n.*2.
3 *Archipresbyter eſt Parochus totius Diœceſis, & poteſt quæcunque Sacramenta in tota illa miniſtrare.*
4 *Caſus quot Epiſcopis reſeruentur, remiſſiuè.*
5 *Epiſcopo tantùm, & non ſimplici Sacerdoti competit abſoluere excommunicatos maiori excommunicatione.*
6 *Epiſcopus poteſt prohibere Confeſſario ne abſque cõſilio ſuo abſoluat eum, qui bona incerta nondum reſtituit, atque eorum abſolutionem ſibi reſeruare.*

CAP. Si Epiſcopus. II. *Bonif. VIII.*

EPiſcopus quando concedit ſuo ſubdito vt ſibi poſſit eligere idoneum Confeſſorem, electus non 1

poteſt

potest absoluere à casibus specialiter reseruatis Episcopo, quia in generali concessione non veniunt illa quæ verisimiliter in specie non esset quis concessurus. Nulla quoque potest consuetudine introduci quòd aliquis præter sui superioris licentiam Confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere, vel ligare, Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 259.* Alagona *in compendio pag. 748.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1.*

2 Hanc eandem concl. quoad primam partem firmant Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 20. art. 27.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. q. 28. n. 2.*

3 In gloss. *Suo subdito*, ibi, *vel Archipresbyterum Cathedralis Ecclesiæ, qui quoad hoc est Vicarius Episcopi*, &c. Notatur ad hoc quòd Archipresbyter est parochus totius diœcesis, & potest quæcunque Sacramenta in tota illa ministrare, vt per Sanch. *de matrimon. lib. 3. disp. 27. n. 1.*

4 In gloss. *Reseruantur*. De casibus Episcopo reseruatis, & reseruari solitis latè egi *in tract. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 5. per totam.*

5 In eand. gloss. ibi, *absoluere excommunicatos maiori excommunicatione competit simplici Sacerdoti, sed Episcopo.* Ita Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 12. n. 5.*

6 In ead. gloss. ibi, *Dispositio malè ablatorum incertorum, vel certorum*, &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus potest prohibere Confessario ne absque consilio suo absoluat eum, qui bona incerta nondum restituit, atque eorum absolutionem sibi reseruare, vt per Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 2. n. 29.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 3. c. 32. q. 6.*

Cap. Indulgentiæ. III. & vlt.

1 Indulgentiæ, quæ ab vno, vel pluribus Episcopis in dedicationibus Ecclesiarum, vel aliis casibus conceduntur, non habent vires, si excedunt statutum Concilij generalis, de quo *in cap. cum ex eo, hoc tit. in Decretal.* Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 260.* Alagona *in compend. pag. 749.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Nauar. *de Iubileo not. 31. num. 16.* Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 55. q. 6.* Bonac. *de Sacram. disp. 6. q. 1. puncto 3. n. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. num. 120.* Iul. Lauor. *de indulgent. p. 2. cap. 11. num. 41.* Sanctarel. *de Iubileo cap. 3. dub. 2. litt. G.* obseruantes Indulgentiã concessam vltra numerum taxatum, esse ipso iure nullam quoad excessum, ac proinde valere vsque ad facultatem concessam inclusiuè, quia numerus dierum est separabilis, quo casu vtile per inutile non debet viciari, cum quis hæc est quædam liberalitas, & donatio, quæ valida est vsque ad legitimum modum.

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti.

Tit. XI.

Summarium.

1 *Iudex, qui excommunicat, suspendit, vel interdicit, in scriptis hoc faciat, & causam conscribat, & requisitus exemplum sententiæ tradat infra mensem.*
2 *Excommunicatio medicinalis est, non mortalis.*
3 *Excommunicationis sententia ferri debet in scriptis.*
4 *Excommunicationis causa exprimenda est in sententia.*
5 *Prælati sola voce absque scriptis excommunicantes suspenduntur.*
6 *Excommunicationis copia si petita fuerit pro parte excommunicati, dari debet petenti.*
7 *Lex vel statutum vbi aliquid mandat fieri, id intelligitur si petatur.*
8 *Verbo futuri temporis quando iungitur principium præteriti temporis, tunc est lata sententia.*
9 *Clericus excommunicatus, interdictus, aut suspensus celebrans, est irregularis.*
10 *Contemptus in quacunque præcepti materia mortalem culpam inducit.*
11 *Excommunicatio ligat, etiamsi falsa sit causa.*
12 *Religiosus suspensus à temporalibus si contrauenias an fiat irregularis, remissiuè.*

Cap. Cùm medicinalis. I.

Innoc. IV.

Excommvnicatio cùm sit medicinalis, & disciplinans, ideo qui excommunicat, debet proferre excommunicationem in scriptis, in quibus expressè ponat causam excommunicationis, & requisitus tradere debet infra mensem exemplum scripturæ excommunicationis excommunicato, super qua requisitione est faciendum instrumentum publicum, vel litteræ testimoniales signatæ sigillo authentico, & qui temerè contra facit, est suspensus ab ingressu Ecclesiæ, & à Diuinis officiis per vnum mensem. Superior verò ad quem requiritur, sententiã ipsam sine difficultate relaxans, debet latorem excommunicato ad expensas, & omne interesse condemnare, & condigna animaduersione punire; & hæc eadem in sententia suspensionis, & interdicti seruari debent. Excommunicans autem quia non seruauit prædicta, est suspensus per mensem, & si infra mensem exequitur Diuina officia vt prius, fit irregularis, in qua non potest dispensari nisi à Papa. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Stephan. à Costa, Viu. *in ration. lib. 5. pag. 302.* Alagona *in compend. pag. 773.* remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Medicinalis sit excommunicatio, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatio medicinalis est, non mortalis, vt per Cou. *in cap. alma mater p. 1. in princ. n. 9.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 3. n. 9.* 2

Quisquis igitur excommunicat, &c.] Intellige de maiori, non verò de minori excommunicatione, quia nomine excommunicationis absolutè positæ intelligitur maior, iuxta ea quæ citaui *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell. 91. n. 1.* & in terminis Bonac. *de suspensionib. omnib. in particulari d. 3. q. 5. punct. 1. §. 2. n. 3.* Intellige etiam de excommunicatione lata per sententiam hominis, non verò de excommunicatione lata à iure, seu per modum statuti, quia in hoc text. sermo est de illis censuris quarum exemplar cum expressione causæ tradendum est delinquenti, vt seipsum coram alio superiore tueatur, hoc autem contingere solet in censuris latis ab homine, ita Gemin. & Costa *n. 73. in præsenti*, Sayr. *de censur. l. 1. c. 13. n. 2. & 17.* Mar. Alter. *in simili tract. to. 2. disp. 4. c. 2. in princ.* Bonac. *d. §. 2. n. 4. vers. secundo.*

Excommunicationem in scriptis proferas, &c. Notatur ad hoc, quòd excommunicationis sententia ferri debet in scriptis, vt per Sayr. *d. lib. 1. cap. 13. num. 1. cum seqq.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. litt. E. num. 35.* limitando 3

cum

cum Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 757*. Et censuræ huius text. subiicitur qui prolata censura sine scriptura, eam postea in scriptum redigit, vt per Soar. *tom. 5 de censur. disp. 3. sect. 13. n. 2.* Bonacin. *d. §. 2 n. 2.* non debet tamen scriptura ex qua profertur censura, esse authentica, & publica, & manu Notarij conscripta, Costa *hic num. 25.* Sayr. *d. cap. 13. num. 5.* Soar. *d. disp. 3. sect. 13. num. 3.*

4 *Et causam excommunicationis expressè conscribat.*] Notatur ad hoc, quòd excommunicationis causa exprimenda est in sententia, vt docent Sayr. *d. c. 13. num. 6. & 7.* Farin. *d. lit. E. num. 13.* Bonacin. *d. §. 2. n. 7.* vbi *num. 8.* ampliat non solùm quando censura fertur in specie contra certam personam, verùm etiam quando fertur in genere, non expressa certa persona, & *num. 10.* tenet requiri expressionem causæ, & *n. 11.* tenet validam esse censuram latam sine scriptura, vel, sine expressione causæ.

5 *Si quis autem*, &c.] Notatur ad hoc quòd Prælati sola voce absque scriptis excommunicantes suspenduntur, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 20. art. 14.* Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 2. n. 5.* Marc. Anton. Genuen. *in practicab. ecclesiast. q. 793.* vbi ait procedere si non proferat ore, sed faciat legi per Notarium ipso præsente, de quo etiam Nauar. *consil. 1. d. sent. excomm.* Stephan. à Costa *in præsenti n. 26.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 13. num. 3.* Vgolin. *eod. tract. tab. 1. cap. 21. §. 1. n. 2.* Sed alij probabilius tenent necessarium non esse vt iudex per seipsum excommunicationem proferat, vt per Soar. *de censur. tom. 3. disp. 3. sect. 13. n. 4.* Bonacin. *d. §. 2. n. 5.*

6 *Exemplum vero huiusmodi scripturæ*, &c] Notatur ad hoc, quòd excommunicationis copia si fuerit petita pro parte excommunicati, dari debet petenti, vt per Gig. *de pensionib. q. 77. n. 6.* Sayr. *d. cap. 13. num. 9. cum sequentib.* Farin *d. lit. E. num. 16. & 17.* Intellige procedere modò requisitus sit congruo loco, & tempore, vt per Sayr. *d. cap. 13. n. 11* Bonacin. *§. 2. n. 12. vers. hoc tamen.*

Tradere intra mensem, &c.] Computandum à die sententiæ, non autem à die requisitionis, vt per Steph. à Costa *in præsenti n. 41.* Sayr. *d. cap. 13. n. 12.* ac Bonacin. *d. §. 2. n. 13. vers. sed mihi*, dicit sibi improbabile non videri spatium mensis inchoandum esse à die requisitionis, itavt iudici competat spatium mensis post requisitionem ad tradendum exemplari, subditque iudicem qui semel denegauit exemplar, si postea illud tradat, antequam elapsus sit terminus mensis à die requisitionis inchoati, non affici pœnis huius text.

7 *Si fuerit requisitus.*] Ergo vbi lex vel statutum aliquid mandat fieri, id intelligitur si petatur, vt per Surd. *decis. 57. num. 2.*

Si quis autem, &c.] Comprehendit igitur omnes iudices non solùm ecclesiasticos seculares, sed etiam Regulares, vt per Nauat. *in man. cap. 27. n. 7.* Costa *in præsenti num. 79.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 14. §. 6. n. 2.* Auila *eod. tract. 3. part. disput. 3. dub. 1. post. 4. conclus.* Alter. *in simili tract. tom. 1. lib. 3. disput. 4. c. 3. dub. 1.* Bonacin. *§. 2. n. 14.* vbi excipit Episcopus, & ipsi superiores.

Temerarius extiterit violator.] Ergo ignorantia, vel Bona fides excusat, is enim dicitur temerarius, qui scienter & per dolum aliquid facit contra constitutionem, vt per Gemin. *hic num. 2.* & Franc. *n. 3.* Soar. *d. tom. 5. disput. 37. sect. 1. num. 2.* quicquid dicat gloss. *in præsenti verbo temerarius*, & Sayr. *d. lib. 1. cap. 13. num. 15.*

8 *Nouerit se suspensum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, tunc est latæ sententiæ, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 74. C. de reuocand. donat.*

Irregularitatem non effugient, &c.] Notatur ad hoc; 9 quòd clericus excommunicatus, interdictus, aut suspensus celebrans est irregularis, vt per citatos a Cened. *ad Decretal. collect. 25. n. 1.* quibus adde Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 15. n. 2. cum seqq. & lib. 5. c. 14. n. 18.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 14. n. 13.*

In gloss. *Non contemnat.* ibi. *& tunc amplius ex contemptu ligatur.* Notatur ad hoc quòd contemptus in 10 quacumque præcepti materia mortalem culpam inducit, vt per Gutier. *canon. lib. 1. cap. 30. num. 16.* Contemnere autem quis dicatur, vide Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. 7. n. 6.* Ricciul. *de iure personarum lib. 4. cap. 1. num. 7.*

In gloss. *Propter quam*, ibi *& licèt falsa sit causa, ligat tamen excommunicatio.* Ita Couar. *in c. alma mater* 11 *part. 1. §. 11. n. 14.* Cord *in quæst. lib. 1. quæst. 43.* Clar. *§. fin. quæst. 77. num. 33.* Ricciul. *d. lib. 4. cap. 1. num. 8.* vbi declarat procedere dummodo iudex intelligat causæ falsitatem & hoc non obstante proferat excommunicationem secus, si credebat veram causam eam quæ erat falsa, & si sciuisset, non fuisset excommunicaturus, quia excomunicatio sumit etiam vires ab intentione excommunicantis.

In gloss. *Obseruat.* Vtrùm Religiosus suspensus à 2 temporalibus, si contrauenitat, fiat irregularis? Vide Fr. Emman. *tom. 3. quæst. Regular. q. 65. art. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Excommunicationem fuisse nullam allegans, & petens absolutionem, absoluendus est non simpliciter, sed ad cautelam.*
3 *Absolutio ad cautelam potest dari in quocunque casu contingat excommunicationem impugnari ex capite ignorantiæ.*
4 *Iudex inuitus cogi potest ad dandam absolutionem ad cautelam cum allegatur excommunicationem fuisse nullam.*
5 *Sententia quando continet errorem patenter expressum conceditur absolutio ad cautelam.*
6 *Absolutionem ad cautelam petenti obiici potest de manifesta offensa.*
7 *Excommunicationem pro manifesta offensa excipiens ad impediendam absolutionem ad cautelam, debet talem exceptionem infra terminum octo dierum probare, quo elapso, & offensa manifesta non probata, absolutio huiusmodi datur, & obiiciens condemnatur in expensis.*
8 *Delegatus Papæ an absoluat ad cautelam ex generali causæ commissione, ostenditur.*
9 *Auditores Rotæ sunt iudices, Ordinarij.*
10 *Offensa manifesta quæ dicatur, ostenditur.*
11 *Clericus excommunicatus si post appellationem credat bona fide suam appellationem, tenere, & ea fiducia ductus celebret, non efficitur irregularis, licèt postea apparuerit, & iudicatum fuerit appellationem non fuisse legitimam.*

CAP. Solet. II.

EXcommunicatus quando petit absolui à superiore 1 te ad cautelam, dicens excommunicationem fuisse nullam, tunc est absoluendus, licèt excommunicator, vel aduersarius se opponat, nisi obiiciat quòd sit excommunicatus pro manifesta offensa, & si hoc dictum infra octo dies probet, non absoluetur nisi

nisi priùs sufficientem præstet emendam, seu competentem cautionem parendi iuri, si offensa est dubia, proponat. Excommunicatus verò, qui in iudicio vult probare se post appellationem legitimam fuisse excommunicatum, vel continere intolerabilem errorem, pendente probatione in cæteris, quæ vt actor attentat, in iudicio est vitandus, sed extra iudicium in officiis, postulationibus, electionibus, & aliis actibus legitimis non est vitandus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Ancharan. Dominic. Monach. Franch. Steph. Costa, Vin. *in ration. lib. 5. pag. 313.* Alagona *in compend. pag. 774.* temissiuè Casal. *in annot.* & Ximen, *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Asserit esse nullam,* &c.] Notatur ad hoc, quòd qui allegat excommunicationem fuisse nullam, & petit absolutionem, absoluendus quidem est non simpliciter, sed ad cautelam, vt per Couar. *in c. alma mater, part. 12. num. 7.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij ex hoc Archiep. scopi authoritas n. 14.* Intellige procedere in quacunque specie nullitatis licèt enim text. *in præsenti*, loquatur tantùm de duabus speciebus nullitatis, videlicet de nullitate insurgente ex eo quod excommunicatio fuerit lata post interpositam appellationem legitimam & propter errorem patenter expressum, nihilominus quòd illi sint expressi gratia exempli & absolutio possit dari in quocun-
3 que casu contingat excommunicationem impugnari ex capite nullitatis, concludunt communi consensu *in præsenti* Ioann. Andr. *num. 1. versic. in dic*, Ancharan. *num. 1.* Geminian. *numero 6.* Franc. *numero 9. versic. immo quod in quocunque*, Couar. *in cap. alma mater part. 1. §. sub. num. 7. vers. primum non tantum*, Henric. Bott. *in tract. de synodo Episcopi part. 3. conclus. 13. n. 112.* D. Anton Ricciul. *in tract. de iure person. lib. 4. cap. 66. num. 7.* vbi *num. 8* hinc infert quòd petens absolutionem ad cautelam ex capite nullitatis non tenetur in libello specificare speciem nullitatis, cum quælibet nullitas sufficiat, quamuis ad effectum vt absolutionem obtineat, nullitatem ad speciem deducere teneatur, & *num. 9.* extendit vt procedat etiamsi nullitas prætendatur ex defectu iurisdictionis, quia nihilominus datur absolutio ad cautelam.

4 *Vt petenti absolutio non negetur.* Ergo potest iudex his terminis inuitus cogi ad dandam absolutionem ac cautelam, quia illa citra iniuriam negari non potest, ita Vgolin *de censur. tab. 1. cap. 22. § 1. n. 25.* Ricc. *d. c. 66. n. 18* vbi *n. 19.* respondet ad text. *in cap. venerabilibus, infrà hoc eodem titulo.*

5 *Vel intolerabilẽ errorem,* &c.] Notatur ad hoc, quòd quando sententia continet errorem patenter expressum, conceditur absolutio ad cautelam, vt per Abb. *in cap. per tuas sub num. 11. vers. aut causa non est impossibilis*, *sup. hoc tit.* Ricciul. *d. cap. 66. num. 32.*

6 *Nisi eum excõmunicata pro manifesta dicat offensa*] Ergo petenti absolutionem ad cautelam potest obiici de manifesta offensa, vt per Ricciul *d. c. 66. num. 50.* vbi *num. 51.* post Gemin. *hic num. 14* & Steph. Costa *sub num. 15.* subdit offensam propriè illam dici, quæ constat in faciendo, veluti quando monitus non dat, vel non facit illud, quod est obligatus dare, vel facere, quòd si moneatur vt veniat, & non venit, non diceretur offensa, sed contumacia.

7 *In quo casu terminus octo dierum,* &c.] Requiritur ergo vt probatio fiat intra terminum octo dierum, quo elapso, & manifesta offensa non probata, absolutio ad cautelam datur & obiiciens condemnatur in expensis in articulo huius probationis factis vt per Ricciul. *d. cap. 66. n. 18.* vbi *n. 59.* post Gemin. *n. 14. vers. an isto termino*, & Tranch. *n. 7. in præsenti*, subdit hunc terminum incipere currere à die exceptionis propositæ etiam nulla facta assignatione per iudicem & currere de momento ad momentum, computata die in qua fuit proposita exceptio. & *num. 60.* tradit huiusmodi terminum esse communem tum obiicienti offensam, tum etiam ipsi excommunicato, qui si velit probare offensam fuisse factam ad propriam tutelam, debet probare in eodem termino octo dierum, aliàs eo elapso licèt non excludatur à facultate probandi, tamen interim non absoluitur ad cautelam.

In gloss. *Per superiorem.* ibi, *delegatus etiam Papa non absoluit ad cautelam, ex generali causæ commissione,* &c. Ita *in præsenti* Gemin. *num. 15.* Franc. *num. 4.* & Steph. Costa. *n. 55.* dicit receptionem Couar. *c. §. 11. col. pen. circa finem.* Contra tamen tenent Archid & Anch. *hic* Nau. *in man. cap. 27. n. 278.* Ex consuetudine verò iuris interpretatiua prima glossæ opinio habet locum in Curia ex quo facilis aditus ad principem datur; secunda verò habet locum extra Curiam, vbi possunt iudices delegati absoluere ad cautelam etiam sine speciali commissione; & ita has contrarias opiniones fœdere distinctionis componere nititur Ricciul. *d. cap. 66. n. 25 & 26.* 8

In ead. gloss. ibi, *cuius Auditores habeant Ordinariam,* &c. Ergo Rotæ Auditores sunt iudices Ordinarij vt per D. Barbos. *in l. cum prætor §. 1. n. 75. ff. de iudic.* & citatos *in collect. ad Clem. Auditor, de rescript.* 9

In gloss. *Manifesta.* ibi, *id est notoria.* Notatur ad hoc quòd offensa manifesta illa dicitur, quæ est notoria, nempe quæ constat per confessionem, vel probationem legitimè factam, vel per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, vt per Ricciul. *d. c. 66. n. 52.* vbi post Rot. *decis. 1. de sent. excom. in nouis*, subdit quod licet tempore, quo obiicitur, non tenetur obiiciens specificare in libello speciem offensæ, nihilominus tempore probationis tenetur specificare, aliàs non suffragatur, & *n. 53* post eandem Rot. *decis. 6. illo tit.* etiam in nouis asserit hinc deduci quòd obiicienti de iniuria manifesta non sufficit probare veritatem iniuriæ, nisi simul probetur notorium iuris, vel facti, veluti quòd non paruerit rei iudicatæ insurgentis ex sententia lata per iudicem, cuius iurisdictio est notoria. 10

In gloss. *In officiis.* ibi, *vnde ex quo de appellatione cõfidit securè celebrat* Notatur ad hoc quòd si clericus excommunicatus post appellationem credat bona fide suam appellationem tenere, & ea fiducia ductus celebret, non efficitur irregularis, licèt postea apparuerit, & iudicatum fuerit appellationem non fuisse legitimã, vt per Spin. *in speculo testament. p. 11 rub. n. 44.* Rebuff *in rub. de excomm. non vitan. vers. is tamen, qui est excõmunicatus*. Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. ampl. 8. n. 7* Cou. *in c. alma mater p. 1. §. 7. n. 7. in fine* & plures, quos refert, & sequitur Cen. *ad Decret. collect. 25. n. 6.* 11

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in participantes cum excommunicatis in loquutione, & similibus, canonica monitione non præmissa, non tenet.*
2 *Censura non nisi præcedente citatione, seu canonica monitione, ferri possunt.*
3 *Excommunicationis maioris pœna coerceri non potest ille, qui cum excommunicato participat in humanis, nisi fuerit ter admonitus.*
4 *Excommunicatio lata in participantes cum excommunicatis in loquutione, salutatione, & similibus, absque canonica monitione nulla est ipso iure.*
5 *Verbum, teneat, negatiue prolatum intelligitur ipso iure.*

Cap.

Cap. Statuimus. III.

1 Iudex non potest excommunicare maiori excommunicatione participantes cum excommunicatis ab eo, nisi præmittat canonicam monitionem, saluis tamen Constitutionibus latis contra eos qui præsumunt participare in crimine damnato, aliter autem in participantes excommunicatio lata non teneat, & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Archidiac. Gemin. Ioan.Andr. Anch. Domin. Monach. Franc. Stephan. Costa. Viuian.*in rationali lib.5.pag.*304. Alagona *in compendio pag.*774. remissiuè Ximen.*in concordant. part.*1.*&* 2.

2 *Ante monitionem canonicam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd censuræ nonnisi præcedente citatione, seu canonica monitione ferri possunt, vt per Couar.*in cap. alma mater part.*1.§.9. *à num.*4. Nauar.*in man.c.*27. *num.*11.Vgolin.*de censuris tab.*1.*c.*18.*à princip.* Garc. Falcon.*reg.*68.Cardin. Tolet.*in instruct. Sacerd.lib.*1. *c.*3 Gabr.*commun.opin.tom.*3.*tit.de citationibus concl.*1. *num.*165.*&* 168.Gutier.*canon.lib.*2.*cap.*18. *à princip.* Soar. *tom.*5. *de censur.disp.*3. *sect.*8. *à princip.* Sayr.*in simili tract.lib.*1.*c.*12 *n.*5. Steph. de Auila. *eod.tract. disp.*1.*cap.*5.*dub.*7.*cum seqq.*

3 *Quod si ex locutione*,&c.], Notatur ad hoc, quòd non potest maioris excommunicationis pœna coërceri ille, qui cum excommunicato participat in humanis, nisi fuerit ter admonitus, vt per Paul Comitol. *resp.moral.lib.*6.*quæst.*29.*n.*7.

4 *Aliter autem in participantes*,&c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatio lata in participantes cum excommunicatis in locutione, salutatione, & similibus absque canonica monitione nulla est ipso iure, vt per Couar.*in cap.alma mater par.*1.§.3. *num.*6. Gutier.*canon.lib.*1.*c.*4.*n.*31. Ricciul. *de iure personarum lib.*4. *cap.*66.*num.*53.vbi refert ita respondisse Sacram Congreg. Episcoporum Episcopo Vestano *sub die* 30. *Maij* 1592. & iterum Episcopo Vmbraticen. *de anno* 1619.

5 In gloss.*Non teneat.*ibi,*nota casum in quo non tenet ipso iure excommunicationis sententia.* Notatur ad hoc quòd verbum,*teneat*,negatiuè prolatum, intelligitur ipso iure, vt tradunt Tiraquel.*in l.si vmquam, verbo reuertatur num.*231.*C.de reuocand.donationibus*, Virgil. Boccac. *in constitut. Piceni gloss.*6.*num* 134.Farinacius *fragment.crimin.part.*2.*lit. L. verbo lex n.*144. *per text.in l.si tutor, C. in quibus causis in integrum restit.non est necessaria,& in l.non dubium C.de tutor. & curat.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nullam interdicti vel suspensionis incurrunt sententiam, nisi in sententia sint expressi, & num.* 2.
3 *Episcoporum appellatione etiam in materia stricta & pœnali veniunt regulariter Patriarchæ,& Archiepiscopi.*
4 *Ordo nullus superior est Episcopali.*
5 *Papa cur Episcopus nominetur.*

Cap. Quia periculosum. IV.

1 Episcopi non incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis nisi in ipsa sit expressa mentio de Episcopis. Colligunt ex Ordinar.Archid.Gemin.Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch. Stephan. Costa, Viuian.*in rationali l.*5.*pagin.*305. Alagona *in compendio pag.*775. remissiuè Ximen.*in concordant. part.*1.*&* 2.

Hanc eandem conclus.ex hoc text. desumunt Henriq.*in summ.lib.*13.*cap.*34.§.2. *litt.V. & cap.*43.§.5. *litt.I.* Fr. Emman.*quæst. Regular.tom.*3.*quæst.*65.*art.*3. Azor. *institut.moral.part.*2.*lib.*3. *cap.*32.*quæs.*8.*versic. quæres*, Perez *l.*31.*gloss.*1.*tit.*2.*lib.*2. *Ordinam.* Alter. *de censur.tom.*1. *disput.*10.*lib.*3.*cap.*5. *versic.sed quæri potest*, Sayr.*in simili tract. lib.*1.*cap.*8. *num.*25. Beller. *disquisit.clerical.part.*1. *tit.de disciplin.cler.*§.2. *n.*47. Aloysius Riccius *in praxi aurea resolut.*211. *num.*1. Iul. Lauor.*de Indulgent.part.*2.*cap.*23.*num.*94. ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part.*3.*allegat.*111. *num.*1. 2

In gloss. *De Episcopis*.ibi,*sed dic contra*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcoporum appellatione etiam in materia stricta, & pœnali; veniunt regulariter Patriarchæ, & Archiepiscopi, vt per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloss.*42.*n.*19. 3

In eadem gloss.ibi, *quia non est superiorem Ordinem Episcopo reperire.* Ita Cassan.*in catalogo gloriæ mundi part.*4. *consider.*25. Anastas.Germon. *de indultis Cardin.verbo Episcopus.* 4

In eadem gloss. ibi, *& ob hanc causam Papa dicitur Episcopus* Ita Gambar.*de casibus reseruatis cap.*1. *num.*7.*&* 8.quem refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.*1.*tit.*1.*cap.*2.*n.*11. 5

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Excommunicatio ferenda non est pro futuris culpis, nec etiam sub conditione potestatiua, si tale quid feceris, sed obiicitur n.*3.
4 *Censura qualibet principaliter ad correctionem instituta non aliter, quàm præcedente contumacia, & ad eam conuincendam præuia Canonica monitione ferri potest.*
5 *Monitio competens, seu canonica quæ dicatur ostenditur.*
6 *Excommunicatio tripliciter potest contingere, primò pro præteritis omnino culpis, secundò pro culpis præteritis habito respectu in tempus futurum, tertiò pro culpa futura omnino.*
7 *Excommunicatio lata pro præteritis omnino culpis non solum iniusta, sed inualida omnino censeri debet, etiamsi culpæ notoriæ sint, vt n.*8.
9 *Excommunicatio ferri potest pro culpis præteritis habito respectu in tempus futurum, dummodo ex parte subditi detur mora, seu negligentia in non satisfaciendo.*
10 *Monitio nulla requiritur vbi excommunicatio fertur existente mora, & negligentia notoria in non satisfaciendo.*
11 *Negligentia, & mora non satisfaciendo si notoria non sit tunc ad iustitiam excommunicationis trina monitio requiritur, ad validitatem verò vnica tantùm, quæ inuoluitur sub præcepto de restituendo.*
12 *Excommunicatio pro culpis futuris omnino licèt iniusta eo quòd deficiat trina monitio, valida tamen est cùm detur saltem ea monitio, quæ sub præcepto inuoluitur.*
13 *Declaratur text. in præsenti.*
14 *Excommunicationes latæ pro culpis præteritis vbi reperiuntur à Pontificibus approbatæ, debent intelligi de culpis præteritis modo aliquo pendentibus in futurum.*
15 *Declaratur text. in cap.ex parte, de verbor.signif.*
16 *Declaratur text. in cap.quidam maligni* 5.*q.*1.

17 *Declaratur text. in c.si quis Episcopus 21.quaest.1. & in cap.eos,cum seqq.36.q.2.*
18 *Declaratur text.in cap.vlt.2.q.1.*
59 *Declaratur text.in cap. Guilisarius 23.q. 4. & in cap.duo sunt,vers. nam si 96.dist.*
20 *Ciuitas,Vniuersitas,Collegium, seu Capitulum excommunicari non potest, quamuis singuli de illis possent excommunicari.*
21 *Monitio trina ad solam iustitiam excommunicationis necessaria est,non ita ad validitatem.*
22 *Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem.*
23 *Excommunicationis sententia ab homine non potest ferri pro futuris culpis.*
24 *Clerici si negligentes fuerunt in Diuinis Officiis dicendis, poterit iudex dicere,Excommunico omnes, qui non interuenerunt horis Canonicis.*
25 *Excommunicationis sententia licèt prohibeatur proferri in Vniuersitatem,vel Collegium, si tamen lata fuerit,tenet.*

Cap. Romana. V.

1 OFficiales Archidiaconorum, seu quilibet alij iurisdictionem habentes Suffraganeorum, quando excommunicant suos subditos,vel suspendunt, aut interdicunt, non potest Archiepiscopus relaxare sententias illis subditis antequam recurratur ad immediatos superiores, nisi sit consuetudo in contrarium. Item sententia excommunicationis Archiepiscopi etiam generaliter lata solùm ligat subditos, qui sunt in iurisdictione Archiepiscopi, & non suffraganeorum Item sententia excommunicationis prolata siue in genere,siue in specie pro culpis,& offensis praeteritis,vel praesentibus sine competenti monitione praemissa, est iniusta. Item sententia excommunicationis ferri non debet in vniuersitatem, vel Collegium ne irritentur innoxij,sed solum in culpabiles de Collegio, vel Vniuersitate. Colligunt ex Ordinar. Lap Abb. Archid. Gemin.Ioan.Andr.Anchar.Domin. Monach. Franch. Viuian.*in rationali lib.5.pag.306.*Alagona *in compendio pag. 775.* remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concord.p.1.& 2.*

2 *Caueant etiam ne tales,&c.* Probat hic text.pro futuris culpis excommunicationem ferendam non esse, nec etiam sub conditione potestatiua si tale quid feceris, vt per Couar.*in cap.alma mater part.1.§.10. num.1.* Henriq.*in summ.lib.13.cap.18.§.6.litt.R.* Gutier. *canonic.lib.1.c.4.à princip.* Spin.*in speculo testament. p.11.rub.n.17. cum sequent.*latè Aloys. Ricc.*in praxi autem resol.45.* Cened *ad Sextum collect.8.n.1.*

3 Verùm obstat maximè,quia sententia excommunicationis,& quaeuis alia censura non est propriè, & verè actus legitimus, quae conditionem non recipiat, iuxta *reg. actus legitimi, de regulis iuris hoc lib.* quippe quae nec sub certa verborum foma concipitur, nec datur legis prohibitio conditionis impeditiua, immo approbatio, iuxta quam excommunicatio sub conditione potestatiua,nempe, Excommunicatio te nisi intra vigintiquinque dies satisfeceris, velet, vt habetur *in c.praeterea 40.de appellationibus, c.si quis suadente 17. quaest.4.cap.quidam maligni,*ibi, *nisi exierit.5.quaest.1. c.Salonitana,*ibi, quod *ei sub excommunicationis,* &c. *63.distinct.*

4 Quare pro resolutione praenotandum est primò excommunicationem, sicut & quamlibet aliam censuram principaliter ad correctionem institutam non aliter,quàm praecedente contumacia, & ad eam conuincendam praeuia competenti, & canonica monitione ferri posse,*c.certum, vbi gloss.pen.gloss.1.* recepta *in c.Episcopi,c.nemo Episcoporum,* ibi, *qui aliter non potuerunt corrigi 11.quaest.3.c.omnes decima 16. quaest.7.* latè Couar.*in cap.alma mater part.1.§.9.num.4.* Concil.Trident.*sess.25.de reform.cap.3.* iuncta auctoritate Christi Domini Matth.19.*si peccauerit,* &c. refertur *in cap.nouit. de iudic* ad cuius auctoritatis exemplum 5
competens monitio, seu canonica regulariter dicitur quando ab homine fertur excommunicatio, & ad eiusdem excommunicationis iustitiam si trina concurrat, de quo *in cap.sacro. & in c.contingit, hoc tit.in Decretal.*vbi dixi,secus ad validitatem, ad quam vnica tantùm sufficit, vt probat gloss.*verbo iniuncta,hic,* vbi notaui, quinimo & ea sufficit quae sub praecepto iudicis inuoluitur quando sub ea forma fertur, *si tale quid feceris,* &c.in qua specie licèt iniusta sit, erit tamen valide, in quem sensum venit intelligendus text.*in praesenti, in supradicto vers.caueant.* quod limitandum est praeterquam in excommunicatione in participantes lata, in qua trina monitio pro validitate requiritur ex speciali prouisione *cap. statuimus 3. hoc eod.tit.* In excommunicatione verò lata lege, seu statuto tam quoad iustitiam, quàm etiam quoad validitatem,ea tantùm sufficit monitio, quae sub praecepto eiusdem legis, seu statuti inuoluitur, de quo *in d.cap. si quis suadente,c.1. vers.statuto.de constitut. in sexto,*idque ex eo,quia lex, seu statutum, cùm generalis,& in futurum concipiatur,*cap.2. de constitut.* perpetua est, & semper admonet.

Secundò praenotandum est excommunicationem 6
tripliciter posse contingere, primò pro praeteritis omnino culpis,quae nec habent tractum successiuum, nec reincidentiae suspicionem, veluti si quis aliquem excommunicauerit pro adulterio, aut homicidio iam commisso sub hoc forma, quia occidisti, aut adulterasti.Secundo modo pro culpis praeteritis, habito tamen respectu in tempus futurum, vtpote quia crimen habet tractum successiuum,vel reincidentiae suspicionem, veluti si quis aliquem excommunicat latronem, vel aliter alienum detinentem, aut concubinarium ad effectum vt restituat,vt soluat, vt à peccato discedat, in quo persistit, quo casu licèt Pontifex. *hic in vers. caueant,* dicat talem excommunicationem latam esse pro praeteritis culpis, verius tamen videtur latam pro futuris, quae habent causam, seu fundamentum de praeterito, non enim excommunicatio imponitur in ea specie pro furto praeterito, aut alio peccato, sed potiùs vt ab eo discedat. Tandem imponi potest excommunicatio pro culpa futura omnino nullam habente causam de praeterito sed quae in totum ex futuro euentu pendet, veluti si iudex aliquem excommunicet si furtum fecerit, vel quoduis aliud crimen patrauerit. Inter has autem species ea est notabilis 7
differentia, excommunicatio lata priori modo non solùm iniusta, sed inualida omnino censeri debet. Primò, quia nulla in eadem ferenda praecedit contumacia, aut monitio ad eandem conuincendam contumaciam necessaria. quae aliquo modo praecedens requiritur pro validitate excommunicationis iuxta supra notata. Secundò,quia de intrinseca ratione excommunicationis est vt ad correctionem,& sub ratione medicinae, non verò ad vindictam feratur, *c.1.hoc tit.& lib.cap. inter haec,in fine 33 quaest.2.* quae ratio correctionis & medicinae considerari nequit, quando pro culpis iam praeteritis excommunicatio imponitur. Vltimò, quia contingere potest quod erogetur ei, qui per contritionem iam sit emendatus, & in gratia repositus; vt rectè considerat Sot *in 4. distinct.12. quaest.1.art.2.col.6.*atque ita tenet Innoc. receptus *in cap.1.de excess. Praelat.* constanter quidem quoad excommunicationem, licèt quoad caeteras censuras existimet in vindictam multoties imponi posse,

posse, Doctores communiter, vt per Abb.*n.4.* Dec.& alios *in c.reprehensibilis,de appellat.*idem Abb.*n.* 33.per
8 text. *ibi in c.* 1 *ambitteris,de restit.* Quod ampliandum est,etiamsi culpa, ratione cuius excommunicatio infertur,sit notoria,ad hoc enim vigent suprà positæ rationes, ob quas pro culpis præteritis hoc modo excommunicatio fieri non potest. Nec obstant *cap.illud,* ibi,*notorium,*&c.iuncto *vers.ipse,*ibi,*monitione non præmissa,de cleric.excommunic.c.duo sunt 96.distinct.cap. cum apud* 11.*q.*3.*c.quidam maligni* 5.*q.*1.quorum & aliorum iurium argumento nonnulli existimant excommunicationem pro præteritis culpis ferri posse prædicto modo si fuerint notoriæ, Doct.*in cap.*1.*per text.*ibi,*de iudic.* Retenta enim supradicta resolutione respondeti potest præcitata iura(de quibus *infra* latiùs agemus) procedere iuxta secundam speciem de qua modò dicendum est, quando contumacia præcedens notoria est,itavt monitio necessaria non sit.

9 In secundo verò casu rectè, & legitimè excommunicatio fertur,dummodo ex parte subditi detur mora seu negligentia in non satisfaciendo, & ita contumacia,(ad quam contincendam præcedens monitio trina quidem pro iniustitia excommunicationis, vnica verò, quæ sub præcepto io excommunicatione contento inuoluitur pro validitate requiritur) quo pacto intelligendus est text.*hic in d.vers.caueant.*ibi, *vel etiã pro iam commissis sub hac forma si doctus infra tale tempus minimè satisfecerunt, proferre præsumant, nisi mora in*
10 *exhibenda satisfactione,* &c.itavt iuxta dispositionem illius text. mora,& negligentia præcedens in non satisfaciendo requiratur sub ea distinctione,vt si notoria sit,nulla alia monitio tam ad iustitiam, quàm ad validitatem excommunicationis requiratur, præter illam, quæ sub præcepto contento in eadem excommunicatione inuoluitur,text. sic intelligendus *in c.*1.*de iudic.& in c.Romana §.vlt.de appellat.hoc.lib.d.c.illud.de cleric. excomm.minist.*quæ omnia, & similia iura dum disponunt absque monitione excommunicationem latam fuisse,intelligenda sunt quando mora, & negligentia in non satisfaciendo notoria est,text. *in cap.venerabilibus §.porrò vers.secus,*ibi, *quia fortè,*&c.hoc *tit.& lib.d.c.reprehensibilis vers. nisi fortè de appellat.*iunctis traditis per Cou.*d. loco.* Quamuis Doctores communiter varij existant circa præstandum intellectum
11 prædictorum iurium, vt videre est per gloss.& Abb. *n.*8.& Dec.*n.*1.*& 2.in d.c.reprehensibilis.* Si verò negligentia & mora in non satisfaciendo notoria non sit,tunc ad iustitiam quidem excommunicationis trina monitio requiritur, ad validitatem verò vnica tantùm quæ inuoluitur sub præcepto de restituendo, seu satisfaciendo contento in eadem excommunicatione, secundùm gloss.*verbo iniusta, in præsenti.* vbi Anch. *num.*5.& Domin.*num* 5. obseruat Abb.*num.*8.*in cap. à nobis el.*1.*hoc tit.in Decretalib.*

12 In tertio tandem casu similiter licèt iniusta sit excommunicatio, valida tamen censebitur siue generalis, siue specialis à iudice feratur, siquidem licèt deficiat trina monitio,quinuno dari nequeat quando crimen, seu culpa est de futuro, nec habet causam de præterito, & ex consequenti iniusta sit excommunicatio, est tamen valida, cum detur saltem ea monitio, quæ sub præcepto inuoluitur imposito ad aliquid faciendum, vel non faciendum in futurum,in cuius transgressione cùm præuia consideratur contumacia, quæ ad excommunicationis validitatem requiritur, vt per gloss. Anch. Domin.& Abb. *dictis locis*, differentiam in co constituentes inter excommunicationem, & illam,quæ fertur à lege, vel statuto pro futuris omnino culpis semper iusta est,& valida de qua *in dicto c.si quis suadente,d.c.vers.*1.*statuto, sup.de constit.hoc lib.d.c.à nobis*

*il.*1.Ratio differentiæ est,quia non hominis, sed legis proprium munus est futura prospicere, arg.*l.*1.*ff.de vsuris,l.leges virtus, ff.de legib.*& insuper quia in præcepto legis, quod generale est non vnica tantum, sed continua, & perpetua datur monitio,cuius ignorantia non præsumitur, sicut in præcepto iudicis contingere potest, quod temporale est.

Ex quibus sic propositis infertur intellectus ad no- 13
strum text. *in d.c.caueant*, si intelligatur quòd prohibitio illius non eò tendit,vt excludat conditionem potestatiuam ab excommunicatione, sed ad effectum ne excommunicatio feratur absque præuia contumacia,quæ ex præuia monitione consurgit,iuxta suprà resoluta,quæ monitio & præuia contumacia non præcedit qualis ad iustitiam excommunicationis requiritur, quando ab homine,& pro futura culpa excommunicatio imponitur,vel etiam pro præterita non data mora,seu negligentia in non satisfaciendo, qua interueniente non negat Pont. immo expressè statuit posse ferri sub prædicta conditione potestatiua, vt colligitur ibi,*vel etiam pro iam commissis sub hac forma. Si de illis infra tale tempus,* &c. iunctis verbis,sequitur ibi, *nisi mora in exhibenda satisfactione,* &c. quinimo apposita conditione prædicta quocunque modo, & ita pro futura culpa,etiamsi excommunicatio iniusta sit ex defectu monitionis præcedentis, est tamen valida iuxta proximè resoluta.

Infertur etiam intellectus ad plura iura, in quibus 14
nostri Pontifices admittunt, seu approbant excommunicationes latas pro culpis præteritis, quia agunt de culpis præteritis modo aliquo pendentibus in futurũ vt *in hoc text.in vers.porro,*vbi agitur de culpis præteritis, pro quibus monitio adhuc necessaria erat,qua peccator moneatur à præsenti culpa recedere, vel à præterita, quæ aliquo modo duret per impenitentiam,vel propter debitam satisfactionem omissam.

Ad text.verò *in c.ex parte, de verborum signif.*idem respondetur,vt colligitur ex illis verbis, ibi,*vel etiam* 15
pro offensa quia scilicet iussus noluit maleficium emendare, quæ verba ostendunt agere textum de culpa, quæ durabat per impœnitentiam.

Ad text.*in d.c.quidam maligni* 5.*q.*1. variis modis 16
respondent Doctores, Caiet. 2.2.*q.*69.intelligit textum ea ratione procedere, quia Papa non excommunicat simpliciter malefactorem,sed sub conditione, si non exierit. Aduertunt alij Pontificem non primò, & principaliter malefactorem illum excommunicasse pro culpa præterita, sed primò præcepisse vt si non exierit abstineat à participatione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi,quòd si non obediens corpus, & sanguinem Domini perceperit, anathemate, id est, excommunicatione feriatur. Sed quia hæc solutio plenè non resoluit difficultates & præcipuè illam ex reg. text.*in c.quis aliquando §.non tibi dico ,de pœnit.dist.*1. *& in c.officij,de pœnit.* quare scilicet poterit, Pontifex compellere illum infamatorem cum propriæ famæ detrimento se prodere, Meliùs difficultas resoluitur posita distinctione,quòd scilicet quamuis cum detrimento propriæ vitæ, vel famæ non teneamur quis restituere debitum pecuniarum, neque generaliter cum detrimento bonorum ordinis Superioris restituere bona ordinis inferioris, vt benè probat text.*in dicto cap.officij*,si tamen bona sint eiusdem ordinis, & aliter restitutio fieri non possit, tenetur qui alterum iniustè læsit,facere restitutionem,veluti si iniustè alium infamauit,& aliter famam læsam resarcire non potest, tenebitur publicè confiteri se falsum dixisse etiam cum propriæ famæ detrimento, vt docent D. Thom. 2.2.*q.*62.*art.*2.*ad.*1. Sot.*de iustit.lib.*5.*q.*6.*art.*2.*vers. illud tamen,* Nauar.*in rub.de iudic.num.*61.*& in man. cap* 18.

cap.18. n.45. Couar. *in reg. peccatum part.1.in princip.n.6.vers.tertiò*, Fr. Ludouic. Lopez *instruct.conscient part.1. cap.118. conclus.1.* Iacob. de Graff.*in aureis decis.lib.2.cap.138.n.5.part.1.*cùm ergo *in d.c. quidam malign*, auctor libelli famosi debitor esset famæ Castorij iniustè læsæ, eamque aliter resarcire non posset quàm se prodendo bene sequitur excommunicationem iustè ferri non pro culpa præterita, sed quia in futurum pendebat adhuc satisfactio, & peccatum versabatur in non restituendo debito famæ iniustè læsæ.

17 Ad text.*in c.si quis Episcopus 27.quæst.1.& in cap. eos,cum seqq.36.quæst.1.* respondetur non agere de excommunicatione pro culpa præterita, sed præcipere, vt excommunicentur illi, qui rapuerunt Virginem, vel cum monialibus mœchati fuerint, & per consequens, non fertur ibi censura pro culpa præterita, sed pro futura ferendam esse decernitur, quemadmodum etiam in multis alijs pro culpa futura fertur ipso iure excomunicatio *d.c.si quis suadente, cum similibus.*

18 Ad text.*in cap.vlt.2. quæst.1.* dupliciter respondetur, primò ibi necessariam fuisse satisfactionem pro scandalo publico sedando, quod ortum erat ex facto Regis turpissimo, cui Episcopi fauebant, patet ex tex. ibi,*totius orbis vndique*,& per consequens non erat culpa omnino præterita. Secundò respondetur non agere text.ibi de excommunicatione propria, quæ censura est ecclesiastica. sed magis de suspensione perpetua ab officio sacerdotali, quæ ex dictis censura ecclesiastica non est,vt patet ex text.ibi,*depositi, & ab officio, sacerdotali excommunicati.* accipiendo verbum, *excommunicati*,in generali significatione, hoc est, separati,& explicat ibi Turrecr. & sentit Soar *de censur. disp.4.sect.5.n.25.*

19 Ad text. *in cap. Guilisarius 25.quæst. & in cap.duo sunt.vers.nam si 96.dist.* respondetur culpam ibi non fuisse omnino præteritam,sed potiùs pendere in futurum quia Senatores, qui Syluerium Papam in exilium miserunt,& Imperator qui Chrysostomum à sua Sede expulit, adhuc in sua culpa impœnitentes perseuerabant, eósque ad dignitatem non restituebant.

20 *In vniuersitatem*,&c. Notatur ad hoc quòd Ciuitas, Vniuersitas Collegium, seu Capitulum excommunicari non potest, quamuis singuli de Ciuitate, Collegio, seu Capitulo possint excommunicari, vt per Couar.*lib 2.var.c.8.n.8.in fine*, Nauar. *con.14.n.1. sub hoc tit. in antiq.* Henriquez *in summ.lib 13.c.25. §.4.lit.B.*Gonzal *ad reg.8. Cancel.gloss.37.n.7.* Auiles *ad.c.1. Prætor.gloss.de nulla persona n.7.* Felician. *de censur.tit.de excommunio.c.25. vers.animaduertat*, Læl.Zechi.*de casibus reseruatis casu 1.n 5.vers.præterea*, Cened.*ad sextum collect.25.n.1.* Cardos.*in praxi iud:cum. verbo Ciuitas n.5. & verbo excommunicatio n.47.*Sayr.*de censuris lib.1.cap.8.num.15.* Fr. Anton. de Sousa *de censur.Bulla Cœna cap.3.num.7.& cap.16. dist.83.n.8.*

21 In gl.*Insultat*,ibi,*ligat ergo excommunicatio lata nõ præmissa monitione.* Notatur ad hoc quòd trina monitio ad solam iustitiam excommunicationis necessaria est,non ita ad validitatem, vt per Couar.*in cap. alma mater.part.1.§.9.num.7.* Gutier.*canon.lib.1.c.4. num.4.& lib.2.cap.19.n.18.vers.quæ retenta*, Vgolin. *de censuris tab.1.cap.18. num.4.* Soar.*in simili tractat. disp.3.sect.12.à princip.* Sayr.*eodem tractat.lib.1 c 12. num.26.*Aula *eodem tractat.disput.1.c.5.dub.9.* Farin. *fragment.criminal part.1 lit. E.num.27.* Vnica tamen monitio, siue citatio ad eius substantiam, & validitatem requiritur,vt per Sot.*in 4. dist.22.quæst 1. art.2. concl.4.& 5.*Ledesm.*2. 4. quæst.23.art.3.dub.3.incip. sed hæsitabis*,Nauar.*in man. cap.27.num.11. vers quod adeò verum est*, Henriq *d lib.13.cap.16 §.2.iunct.a lit. N.& c.17.§.3.* Gutier.*d.c.16.à n.1.* Auil. *d.c.5.disp.1. dub 10* Bonac. *de censuris disp.1.q.1.puncto 9.num.4.* quicquid dicat Cordub.*in suo quæst.lib.2.q.27.vers.ad secundam probationem.*

In gloss.*Futuris*.ibi.*quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem*.De hoc principio agunt Surd.*decis. 120.n.5.& cons.349.n.9.* Ceuall.*commun.contra commun.q.899.n.3.* Couar *in cap.alma mater p.1.§.9.n.5. vers.trina,& §.10.n.1.* Aloys Ricc. *in praxi aurea resolut.45.n.1 in fine.* 22

In ead.gloss ibi,*aliud est statutum*,&c. Notatur ad hoc quòd sententia excommunicationis ab homine non potest ferri pro futuris culpis,vt per Couar, *in c. alma mater part.1.§.10.n.1.* 23

In gloss.*Culpa*,ibi,*quia negligentes fuerunt clerici in diuinis Officijs dicendis,poterit iudex dicere, Excommunico omnes,qui non interuenerunt horis Canonicis,hic enim culpa præcessit casum.* Ita Marc.Anton.Genuen. *in practicab.ecclesiast.q.777.* 24

In gloss.*Pendens*.ibi, *quod si sententia fuit lata,bene tenet,& hoc est tutius*. Notatur ad hoc quòd quamuis in hoc text.penitus prohibeatur proferri sententia excommunicationis in Vniuersitatem, vel Collegium,si tamen lata fuerit,tenet,vt per Cened. *d.collect.25.n.3.* Zerol.*in praxi Episcop part.2.verbo excommunicatio, vers.septimo pag.mihi 49.* 25

SVMMARIVM.

1 *Prælatus contra potentiam temporalẽ etiam spirituali gladio,scilicet ecclesiastica censura,se tueri potest.*
2 *Vim vi repellere licet.*
3 *Episcopus tanquam pars extraiudicialiter procedendo potest vti gladio spirituali non solùm quando agit ad defensionem bonorum, & iurium Ecclesiæ, sed etiam si agat pro defensione iurium, & bonorum patrimonialium ipsius Prælati.*
4 *Defendere quis potest bona propria etiam vsque ad occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediri non potuerit.*
5 *Prælatus non solùm potest per censuras tueri bona,& iura Ecclesiæ suæ,ac bona patrimonialia,sed etiam propriam personam ab iniuria,siue violentia.*
6 *Excommunicatio à Prælato ferri potest in aliquem absque canonica monitione quoties ea pronunciatur ad defensionem proprij iuris.*
7 *Laici perturbantes iurisdictionem ecclesiasticam fiunt de foro illius.*
8 *Episcopus pro tuitione suorum iurium potest vti gladio spirituali extraiudicialiter procedendo.*
9 *Defendere proximum tenetur quis ab offensa,& iniuria.*
10 *Iudex Ecclesiasticus, & secularis mutuò sibi præstant,& præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis.*

Cap. Dilecto. VI.

PRælatus contra nimiam potentiam illius,qui eum vult suis bonis mundanis iniuriosè spoliare, vel illa violenter occupare, potest, si defensio temporalis sibi fortè sufficiens non aderat, spiritualibus armis vti,id est,excommunicatione,aut interdicto,quia omnia iura permittunt singulis vim vi repellere & se defendere, & vtroque gladio vti. immo etiam præbere tale auxilium cuilibet proximo ad repellendum ipsius iniuriam. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. 1

Gemin.

Geminian. Ioan. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franch Steph. Costa, Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 308. Alagona *in compend. pag.* 776 remissiuè Casal. *in ann.* & Ximeo. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Vim vi repellere, &c.* De hoc principio vidi Perett. *ad Extrauag. ambitiosa, de rebus Eccles. non alien. verbo infringere n.* 38. Aloysius Riccius *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis.* 16. *n.* 10. *p.* 2. Vgolin. *de officio Episcopi c.* 29 § 1. *vers. secundò non polluitur*, Bellett. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de discipl. clericali.* §. 5. *n.* 103. *pag.* 67. Cardin. Tusch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 213. Ioseph. Aldiere *pro omnimoda Regularium exempt. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. Fr. Anton à Sousa *in collect. de censuris Bulla Cœnæ c.* 12 *disp.* 62 *num.* 2. *& cap.* 15. *disp.* 78. *n.* 5. Thom. de Thomassetreg. 306. vbi subdit procedere quando vis vi repellitur ob necessariam defensionem sui corporis. & cum moderamine inculpatæ tutelæ, cui subscribit Bellet. *dicta p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis* §. 2. *num.* 2.

3 *Bona suis mundanis iniuriosè spoliare, &c.* Notatur ad hoc, quòd Episcopus tanquam pars extraiudicialiter procedendo potest vti gladio spirituali non solùm quando agit ad defensionem bonorum, & iurium Ecclesiæ, sed etiam si agat pro defensione iurium. & bonorum patrimonialium ipsius Prælati, vt docent *hic* Gemin *sub num.* 2. & Stephan. Costa *n.* 12. Ricciul. *de iure personarum lib.* 4. *c.* 61. *num.* 29. defendere enim quis potest bona propria, etiam vsque ad
4 occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expedire non potuerit, vt per Duen. *reg.* 191. Clar §. *homicidium n.* 25. Couar. *in Clement. si furiosus p.* 3. §. *vnic. num.* 6. Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 1. *art* 8. *&* 18. *n.* 5 Nauar. *in man. c.* 15. *n.* 2. Mench. *illustr. c.* 2. *num.* 5. Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 46. *sect.* 2. Sayr. *eod. tractat. lib.* 6. *c.* 17. *num.* 24. *& in claui Regia lib.* 7. *c.* 10. *n.* 30. Molin. *de iustit. tractat.* 3. *disp.* 16. *num.* 1. *vers. contrarium*, Less. *in simili tract. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 66. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 4 *quæst.* 10 *num.* 17. Azot. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 19. Beia *respons. casuum Conscientiæ p.* 2. *casu* 23. Cardos. *in praxi iudicum, verb. homicidium n.* 4. *&* 8. Rebell. *de obligation. iustitiæ p.* 1. *lib.* 3 *quæst.* 12. *n.* 2. Farinac *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 125. *n.* 168. *cum seqq. & num.* 228. *cum seqq.*

5 *Potuit se etiam spiritualiter gladio, &c*] Notatur ad hoc, quòd non solùm Prælatus potest per censuras tueri bona, & iura Ecclesiæ suæ, ac bona patrimonialia, sed etiam, & multò fortiùs potest tueri propriam personam ab iniuria siue violentia, vt per Ricciul. *d.*
6 *cap.* 61. *num.* 30. nam excommunicatio potest ferri in aliquem absque canonica monitione, quoties ea pronunciatur ad defensionem proprij iuris à Prælato potius, vt priuato. quàm vt iudice, nempe contra occu-
7 pantem res Ecclesiæ, vt per Couar. *in cap. alma mater p.* 1. §. 9. *num.* 6. & turbantem iurisdictionem Prælatorum. secundùm Matt. *de iurisdict. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. laici enim perturbantes iurisdictionem ecclesiasticam fiunt de foro illius, vt per Bobadil. *in sua politica lib.* 2
8 *cap.* 17. *num.* 87. & ita posse Episcopum pro tuitione suorum iurium vti gladio spirituali extraiudicialibus procedendo, traduot Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *vers. seculare, vel ecclesiasticum num.* 6. Borgnin. *decis.* 28. *num.* 40. *p.* 1 Ricciul. *de iure person. lib.* 4. *c.* 61. *n.* 2. vbi *à n.* 4. declarat quæ vtilitas resultet ex hac facultate, procedendi extraiudicialiter.

9 *Liceat cuilibet suo vicino. &c.*] Notatur ad hoc, quòd potest quilibet & tenetur ab offensa, & iniuria proximum defendere. vt per Couar. *in Clement. si furiosus p.* 3. §. *vnic. n.* 5. *& in reg. peccatum part.* 2. §. 3. *num.* 4. 5. *&* 6. Nauar. *in man. cap.* 24. *num.* 16. *cum seqq.* Clar. §. *homicidium n.* 27. *&* 28. Syluest. *in summ. verbo homicidium in* 1. *n.* 5 *in fine*, Gregor. *l.* 3. *gloss.* 2 *tit.* 9. *part.* 2. Anton Gomez. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 21. Soar. *d. tom.* 5. *disput.* 12. *sect.* 1 *num.* 39. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 137. Cardin. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 131. *n.* 1. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 18. *num.* 1. *cum seqq.* Less. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 87. *cum seqq.* Rebello *d. lib.* 3. *quæst.* 12. *num.* 2. Farin. *d. q.* 125. *num.* 301. *cum seqq.* vbi *n.* 296. ex hoc text. colligit licere occidere aggressorem etiam pro defensione sui vicini.

Sicque vtrumque quodammodo gladio, &c.] Notatur 10
ad hoc, quòd iudex ecclesiasticus, & secularis mutuò sibi præstant, & præstare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis, vt per Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatos à subditis Suffraganeorum Archiepiscopi non possunt absoluere, sed excommunicatos à suffraganeis, vel officialibus benè, si ad eos appellatum fuerit.*

2 *Episcopus pro defensione etiam rerum incorporalium potest vti gladio spirituali tanquam pars extraiudicialiter procedendo.*

3 *Querela nona prætextu sententia erronea, aut similis proponenda est coram eo, qui adiri potest per simplicem querelam.*

4 *Archiepiscopus in casibus in quibus iurisdictionem habet ante cognitionem causæ absoluit excommunicatum ad petitionem partis, vel officio, nisi dicatur excommunicatus pro manifesta offensa, vel contumacia.*

5 *Metropolitanus ante litis ingressum probato propriùs quòd appellatio præcesserit, dat absolutionem ad cautelam in quantum opus sit præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ.*

6 *Absolutionem ad cautelam petenti potest obiici de manifesta offensa.*

7 *Absolutionis ad cautelam in concessione citari debet pars, cuius interest.*

8 *Appellatio interposita ad Metropolitanum vbi non esset legitima, ac proinde admittenda non veniret, absolutionem ad cautelam minimè operaretur.*

9 *Contumacia manifesta dicitur cùm citatus fatetur in iudicio se contumacem, vel cùm constat eum respondisse nolle ad iudicium, nec ad iudicem accedere.*

10 *Offensa manifesta quæ dicatur, remissiuè.*

11 *Excommunicatio lata post sententiam intra tempus datum ad appellandum, valet mero iure, & ligat.*

12 *Excommunicatio lata post appellationem interpositam ex causa probabili non statim pronunciatur nulla, sed fieri potest relaxatio ad cautelam etiam antequam incipiat de veritate causa cognoscere, & num.* 13.

14 *Absolutio ab excommunicatione obtenta ab eo, qui potestatem habet absoluendi, valida est, etiamsi iniusta sit, & iniquè præstita.*

15 *Citationis defectus non annullat absolutionem.*

16 *Archiepiscopus in casibus, in quibus excommunicare potest, si consuetudo habet, emendas pecuniarias exigere valet.*

17 *Excommunicatum se dicens post appellationem, vel eam sequuta fuerit si dubitetur, præsumendum est in dubio ipsam excommunicationem præcessisse.*

19 *Actus ad substantiam quod requiritur præsumitur præcessisse.*

Cap. Venerabilibus. VII.

1 Archiepiscopus non potest absoluere excommunicatos ab aliquibus, qui sunt subditi suffraganeorum, sed excommunicatos ab ipsis Suffraganeis, si ad eos appellatum fuerit. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Steph. Costa, Vitian. *in rationali, l.5.308.* Alagona *in compend.776.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Extra iudicium pro suorum defensione iurium.*] Ergo Episcopus pro defensione etiam rerum incorporalium, & sic iurium potest vti gladio spirituali tanquam pars extra iudicialiter procedendo, vt per Ricc. *de iure personarum l.4.c.61. n.28.*

3 *Neutra verò partium,* &c.] Notatur ad hoc, quòd noua querela prætextu sententiæ erroneæ, aut similis proponenda est coram eo iudice, qui illam tulit, vel coram eo, qui adiri potest per simplicem querelam, non autem coram Archiepiscopo Metropolitano, qui iudex est solùm ex causa appellationis inter subditos Episcopi, vt per Couar. *de sponsalib. part. 2. cap.8.§.12. num 12. vers. tertio,* & *in vers. quarto,* subdit procedere etiamsi agatur contra sententiam ex eo quòd nulla fuerit, quia Archiepiscopus Metropoleos per viam hanc, qua sententia nulla dicitur, non est iudex inter Episcopi subditos.

§. Porrò.

4 Archiepiscopus debet absoluere excommunicatos à Suffraganeo antequam incipiat causam audire in casibus in quibus ei competit iurisdictio, vt quòd quis post definitiuam fuit excommunicatus, & appellat, exceptis casibus in quibus iura prohibent appellare. Sic si Suffraganeus extra iudicium, sed pro sua offensa, vel defensione sui iuris, aliquem excommunicat, & super hoc illi querelam ponit, priùs est absoluendus secundùm formam Ecclesiæ, nisi Suffraganeus se offerat probaturum quòd eum pro manifesta offensa excommunicauit. Sic si fuit excommunicatus ob contumaciam, quia non comparuit in termino, siue causa sit contra partem, & appellauit, & pars contradicat absolui, siue causa sit cum Episcopo, & excommunicatus dicit, quòd verè contumax reputari non debet, quia fuit itinere captus, vel legitimè impeditus, est priùs absoluendus iuxta formam Ecclesiæ, secus si fatetur se contumacem, vel constet de contumacia manifesta, vel offensa, tunc non est absoluendus nisi priùs satisfaciat de expensis, & det cautionem de stando iudicio Ecclesiæ, mox absolui poterit, quare contumacia debet esse manifesta, & non præsumpta. Idem in similibus casibus vt si index vocat aliquem ad certum locum, & ille dicit locum ei non esse tutum, quod non probat; & non comparet, si dein appellat, est absoluendus, vt suprà. Colligunt Doct. *in princ. tex. citati.*

5 *Semper antequam audire causam incipiant.* &c.] Notatur ad hoc, quòd Metropolitanus ante litis ingressum probato solùm quòd appellatio præcesserit dat absolutionem ad Cautelam in quantum opus sit præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, qua præstita litigatur super veritate rei, & si fuerit receptus culpabilis, compelletur satisfacere, aliàs absoluitur in totum, vt per Rot. *decis. 8. sub n.2. de sent. excomm.* Ricc. *de iure personarum lib.4.c.66.num.65.* Zerol. *in praxi Episc. p.1. verbo appellatio, vers. ad secundum.*

6 *Nisi Suffraganeus probaturum se offerat quod pro manifesta offensa,* &c.] Ergo petenti absolutionem ad cautelam potest obijci de manifesta offensa, vt per Ricc. *d.c.66. n.50.*

Et ab aduersario proponatur quòd absoluendus non sit, &c.] Ergo in absolutione ad cautelam concedendam citari debet pars, cuius interest, videlicet is, ad cuius instantiam fuit lata excommunicatio, vel ipse communicator si fuit lata ex officio, nam cùm talis absolutio possit impediri in casu offensæ manifestæ, necesse est partem citari, vt per Ricciul. *d.c.66.n.43.* & latiùs cum ampliationibus, & limitationibus, *eod. lib. 4. cap.70.*

Exceptis casibus, &c.] Ergo in casu, quo appellatio non admittitur, vtique appellatio interposita non esset legitima & consequenter non operaretur absolutionem ad cautelam, vt per Ricciul. *d.l.4.cap.66.num.29. vers. dixi.* 8

Cùm manifesta sit contumacia, &c.] Notatur ad hoc, quòd dicitur manifesta contumacia cùm citatus fatetur in iudicio se contumacem, vel cùm constat eum respondisse nolle ad iudicium, nec ad iudicem accedere, vt per Couar. *in c. alma mater part.1.§.11. n.11. colum. 3.* 9

Et manifesta reperitur offensa.] Quæ dicatur habes *in collect. ad c. solet, suprà hoc eodem tit.* 10

In gloss. *Appellatum.* ibi, *immo est necessaria absolutio.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio lata post sententiam intra tempus datum ad appellandum, valet mero iure, ac ligat, vt per Couar. *pract. c.23. n.2. vers. illud tamen.* 11

§. Sed si, cum seq.

Quando quis ex causa legitima, vel probabili, v.g. quia locus non est tutus, appellat, & actu excommunicatur, superior ad quem fuit appellatum, non statim declarare debet excommunicationem nullam, sed ad cautelam relaxare ad tempus secundùm formam Ecclesiæ. Item quando constat excommunicationem fuisse iustam, iudex superior remittat excommunicatum ad excommunicatorem, nec absoluat, nisi periculum sit in mora, vel nisi excommunicator requisitus malitiosè deneget illi absolutionem. Si verò constat esse iniustam, non remittat, sed absoluat, si res est dubia, superior potest eum absoluere, nisi velit deferre excommunicatori, quod honestius, & conueniens est. Quando Archiepiscopus de excommunicatione cognoscere potest, si absoluit, absolutio tenet, licèt sit iniusta, quia etsi contra ius litigatoris, non tamen constitutionis absoluit. Colligunt Doctores *in princ. citati.* 12

Ex causa legitima, seu probabili, &c.] Ergo excommunicatio post appellationem interpositam ex causa rationabili, & probabili est nulla, vt per Federic. de Senis *cons.198. in princ.* Ricciul. *d.l.4.c.66.n.29.* vbi *n.19.* subdit ex hoc text. non illico pronunciare debere huiusmodi excommunicationis sententiam fore nullam, sed posse eam ad cautelam relaxare. 13

Vbi autem Superiori, &c.] Notatur ad hoc, quòd absolutio ab excommunicatione obtenta ab eo, qui potestatem habet absoluendi, valida est, etiamsi iniusta sit, & iniquè præstita, vt per Cou. *in c. alma mater p.1. §.11.n.7.* Vnde defectum citationis non annullasse absolutionem post Roman. *cons. 354. sub n.3. vers. veritas est.* & Ordinarios *in c. qua fronte, de appellat. in Decretalib.* resoluit. Ricciul. *d.l.4.c.70. n.12.* 14 15

§. Denique, cum seqq.

Archiepiscopus in casibus in quibus potest excommunicare subditos Suffraganei, potest ab eis exigere emendas pecuniarias secundùm consuetudinem regionis. Item quando excommunicatus dicit sententi. in continere errorem intolerabilem, Episcopus negat, tunc 16

tunc Archiepiscopus potest eum absoluere ad cautelam. Item similiter si dicat se excommunicatum ante diffinitiuam sententiam in iudicio, vel extrà post legitimam appellationem potest Archiepiscopus eum absoluere ad cautelam, iuxta formam Ecclesiæ etiam antequam incipiat cognoscere de veritate causæ appellationis. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

17 In gloss. *Postquam.* Notatur ad hoc quòd si quis dicat se excommunicatum post appellationem, debet hoc probare, vt per Rebuff. *in tract. de nominat. q.* 14. *num.* 16.

18 Notatur etiam ad hoc quòd in dubio quoties agitur an excommunicatio præcesserit appellationem, vel eam sequuta fuerit, præsumendum est ipsam excommunicationem præcessisse, vt per Couar. *in cap.*
19 *alma mater part.* 1. §. 2. *num.* 4. *colum.* 5. In dubio enim illud præcessisse præsumitur, quòd requiritur ad substantiam actus, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1378. *num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus compellit iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis sibi prohibitis, & n.* 2.

3 *Exceptio excommunicationis maioris non tantùm in foro ecclesiastico, sed etiam in sæculari actorem à iudicio excludit.*

4 *Aduocatus esse non potest in iudicio, qui fuerit excommunicatus.*

5 *Iudex sæcularis an cognoscere valeat de quæstione facti circa excommunicationem, remissiuè.*

6 *Excommunicatus maiori excommunicatione testificari non potest.*

7 *Excommunicatus potest facere testamentum.*

8 *Instrumentum factum à Notario publicè excommunicato est nullum, valet tamen quandiu eius excommunicatio est occulta, vt n.* 9.

10 *Gesta per excommunicatum occultum existente communi errore valida sunt.*

Cap. Decernimus. VIII.

Alexand. IV.

1 IVdices Ecclesiastici compellere debent per censuram Ecclesiasticam iudices sæculares præmissâ canonica admonitione, vt repellant excommunicatos ab agendo, patrocinando, testificando in suis Curiis, & iudiciis. Colligunt ex Ordin. Lapus, Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach Franch. Steph. Costa, Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 312. Alagona *in compend. p.* 778. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 *Vt iudices seculares, &c.*] Notatur ad hoc, quòd iudex Ecclesiasticus compellit iudicem laicum repellere excommunicatum ab actibus iudicialibus eidem prohibitis, vt per Aloysium Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 214.

3 *Repellere excommunicatos ab agendo*] Notatur ad hoc, quòd exceptio excommunicationis maioris non tantùm in foro ecclesiastico, sed etiam sæculari actorem à iudicio excludit, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1 *gloss.* 9. *n.* 281 Couar *var. lib.* 1. c. 18. *n.* 5. vide quæ latè dixi *in collect. ad c. intelleximus de iudic. in Decretalib.*

4 *Patrocinando.*] Ergo Aduocatus esse non potest in iudicio qui fuerit excommunicatus, vt per Abb. *in d. c. intelleximus num* 2. vbi Barbat. *num.* 1. Dec. *num.* 6. & 7. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 16. *sect.* 7. *num.* 1. Sayr. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. Anton. Ricciul. *de iure personarum lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 2. vbi *n.* 6 post. Arch. *in princ.* Ioan. Andr. *ante num.* 1. *vers. repellere, in præsenti*, extendit vt nisi excommunicatus ab aduocationis exercitio se abstineat, possit, & debeat repelli à iudice coram quo litigatur, siue sit iudex ecclesiasticus, siue secularis, additque stante notoria excommunicatione debere iudicem repellere excommunicatum ex officio, nullo opponente, & etiam partibus inuitis, & contradicentibus. & *n.* 8. similiter extendit per hunc text. vt si iudex secularis negligat repellere excommunicatum ab exercitio aduocationis, quòd poterit ipse cogi à iudice ecclesiastico per censuras ad repellendum.

Verùm autem iudex secularis cognoscere possit de quæstione facti circa excommunicationem, an scilicet comparens in iudicio fuerit declaratus pro excommunicatio per iudicem ecclesiasticum, vel non fuerit, vel non pronunciata contra aliquem excommunicationis sententia. Vide Morl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *in præind. num.* 133. D. Barbos. *in leg. Titian.* 26 *ff. soluto matrimon.* 5

In gloss. *Et testificando.* ibi, *excommunicatus ergo maiori intelligas, testificari non possit.* Ita Gabr. *com. tit. de testib. concl.* 19. *num.* 1. Viuian. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 153. Mascard. *de probat. concl.* 705. *num.* 1. & *concl.* 1356. *n.* 26. Rebuff. *in tract. de reprob. testium n.* 202. Sayr. *de censur. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 1. Amat. Roderic. *in pract. de modo. & forma examinandi processum c* 9. *n.* 40 latè Farin. *in praxi crimin. p.* 2 *q.* 56. *num.* 240. *cum seqq.* vbi *n.* 263. subdit procedere in excommunicato maiori excommunicatione, & *n.* 237 limitat in crimine hæresis, 6

In ead. gloss. ibi, *Sed nunquid excommunicatus poterit testari*, &c. Tenet hæc gloss. excommunicatum non posse testamentum condere; sed contrariam sententiam quòd immo testamentum valeat sustinent Duen. *reg.* 272. *vers. licèt*, Rojas *sing.* 61 Clar. *in* §. *testamentum. q.* 4. Couar. *in rub. de testamen. p.* 2. *num.* 18. Ant. Gom. *lib.* 3. *Tauri n.* 15. Spin. *in speculo testament. p* 11. *rub. n.* 57. Soar. *tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 9. *num.* 1. Sayr. *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. latè Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 58. *à num.* 17. vbi *numeris sequentibus*, multipliciter ampliat, & limitat. 7

In ead. gloss. ibi, *Quid dices de tabellionatu*, &c. Notatur ad hoc, quod instrumentum confectum à notario publicè excommunicato est nullum, vt per Gemin. *numero* 8. *vers. sed Innocent.* & Franc. *sub numero* 8 Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 16. *sect.* 5. *numero* 2. Gam. *Lusit. dec. s.* 133 Sayr. *d. lib.* 2. *cap.* 8. *numero.* 4. Farinac. *d. quæst.* 56 *numero* 258. Mar. Alter. *de cens. lib.* 2. *disput.* 3. *cap.* 4. *vers. hæc secunda responsio*, latè Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 30. *num* 9. 8

In ead. gloss. ibi, *Quandiu eius excommunicatio est occulta, valet instrumentum ab eo confectum, vel si sit manifesta, nec potest probari.* Ita Ricciul. *d. l.* 4. .30 *n* 11. 9
dixi antem. Omnia enim gesta per excommunicatum occultum existente communi errore valida sunt, vt tradunt Tiraquel. *de iure mariti glos.* 8. *n* 150. Sanch. *de matrimon. l.* 3. *disp.* 22. *n.* 31. 10

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in participantes non valet nisi fuerint moniti nominatim.*

2 *Monitio canonica dicitur, quæ habet dierum interualla nisi necessitas facti aliud suadeat.*

3 *Monitione canonica requiritur quod nominatim exprimantur qui monentur.*

4 *Monitio*

4 *Monitio vnica, quæ tres complectatur, sufficit vt feratur excommunicatio comminatoria.*

5 *Monitiones illæ tres, siue vna pro omnibus, quæ facienda sunt in excommunicatione comminatoria, continere debent congruum tempus per aliquot dierum interuallum.*

6 *Interuallum inter monitionem, & monitionem est iudicis arbitrarium.*

7 *Excommunicationem minorem incurrit quis mittendo nuncium, vel litteram excommunicato.*

8 *Nominatim id fieri dicitur cùm vel nomen proprium exprimitur, vel aliis circumstantiis, quibus vice nominis vtimur.*

9 *Monitio dicitur nominatim facta ad hoc, vt possit excommunicari, qui participat cum Excommunicato si dicatur, moneo filium Petri, si ipse Petrus vnicũ filium habeat.*

Cap. Constitutionem. IX.

Gregor. X.

1 PArticipantes cum excommunicato quando excommunicatur præmissa canonica monitione, & seruatis seruandis, debent etiam exprimi nominatim hi, qui monentur. Iudices verò quando faciunt ca-
2 nonicas monitiones siue citent tribus, siue vna pro tribus, interualla competentia aliquorum dierum obseruare debent, nisi necessitas facti suaserit aliter illa esse moderanda. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Stephan. Costa, Viuian. *in ration. l. 5. p. 312.* Alagona *in compend. pag.* 778. remissiuè Casal. *in ann.* & Xuneo. *in concord. p. 2.*

3 *Eos, qui monentur, exprimat nominatim.*] Ergo requiritur canonica monitione quòd nominatim exprimantur qui monentur, vt per Bellet, *disquisit. clerical. p. 1. titul. de fauore clericorum can. 15 §. 4. n. 42*

4 *Siue vna pro omnibus, &c.*] Sufficit igitur vnica monitio, quæ tres complectatur, vt per Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 9. n. 5.* Bellet. *d. §. 4. n. 21.*

5 *Obseruent aliquorum dierum competentia interualla.* Notatur ad hoc, quòd illæ tres monitiones siue vna pro omnibus, quæ faciendæ sunt in excommunicatione comminatoria, continere debent congruum tempus per aliquot dierum interuallum, vt per Couar. *d. §. n. 5.* Grauat. *ad Vestrium in pract. ciuili lib. 7. c. fin. num. 39.* Sayr. *de censur. lib. 1. c. 12. n. 32. & 33* Bellet. *d. §. n. 39.*

6 Huiusmodi autem tempus, siue interuallum inter monitionem, & monitionem est arbitrarium iudici, vt tradunt Hostien. *in cap. reprehensibilis n. 2. de appellat.* Bellet. *dicto §. 4. n. 39. vers. huiusmodi*, Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos n. 256. C. de reuocand. donat.* vbi ait quòd licèt text. hic loquatur in plurali de dierum interuallis, tamen non est necesse duos dies pro quolibet termino assignari, sed vel vnum, vel duos, vel plures vt iudici videbitur.

7 In gloss. *Participatione.* ibi, *incurrit quis minorem excommunicationem mittendo nuncium, vel litteram excommunicato.* Ita Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 2. n. 1.* Soar. *tom 5 de censur. disp. 15. sect. 1. n. 2.* Sayr. *in simili tract. l. 2. c. 13. n. 2.* Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. l. 4. c. 46. n. 5.*

8 In gloss. *Nominatim.* ibi, *scilicet propriis nominibus expressis, vel aliis indubitabilibus circũstantiis.* Notatur ad hoc quod nominatim id fieri dicitur cùm vel nomẽ proprium exprimitur, vel aliis circumstantiis, quibus vice nominis vtimur, res designatur, per Menoch. *cons. 3. n. 27. & 29.*

In ead. gloss. ibi, *Item si dicat, moneo filium Petri, &c.* Notatur ad hoc quòd monitio dicitur nominatim facta ad hoc, vt possit excommunicari qui participat cum excommunicato, si dicatur, moneo filium Petri, cùm ipse Petrus vnicum filium haberet, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss. 7. n. 129.*

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio ad cautelam in generali interdicto non habet locum, & n. 2.*

3 *Excommunicatio non potest suspendi nisi in totum relaxetur.*

4 *Episcopi an interdictum suspendere possint ad tempus vel ad certum effectum, remissiuè.*

5 *Excommunicationis sententia in quibus casibus dicatur ipso iure nulla, remissiuè.*

6 *Excommunicatio nulla est quando lata fuit post interpositam appellationem legitimam.*

7 *Excommunicatio est nulla quando in sententia expressus est error intolerabilis.*

8 *Excommunicationis sententia est nulla quando eam ferens est excommunicatus denunciatus.*

9 *Excommunicatio nulla est, quæ fertur à suo iudice, sed intruso.*

10 *Excommunicatio nulla est quando iudex communicat exemptum, aut habentem priuilegium in contrarium.*

11 *Interdictum speciale potest bene ad cautelã relaxari.*

12 *Verbum*, habere, *negatiuè prolatum est latæ sententiæ.*

Cap. Præsenti. X.

INterdictum positum generaliter in ciuitates, castra, 1
vel alia loca, seu terras, non relaxatur ad cautelam. Colligunt ex Ordinar. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Stephan. Costa, Viuian. *in rationali l. 5. pag. 312.* Alagona *in comp. pag* 778.

Hanc eandem concl. firmant Henriq. *in. sum. l. 13. c.* 2
31. § 4. lit. R. Sayr. *de censur. l. 5. c. 15. n. 7* Bonacin. *in simili tract. disp. 5. punct. vlt. n 9.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l. 3. c. 66. n. 13.* vbi subdit dari tamen absolutionem ad cautelam ab interdicto personali, & speciali.

In gloss. *Declaramus.* ibi, *excommunicatio non potest* 3
suspendi nisi intotum relaxetur. Ita Couar. *in cap. alma mater p 1. §. 11. n. 6.*

In ead gloss. ibi, *interdictum potest suspendi*, &c.
Vtrùm autem Episcopi, & alij inferiores Romano 4
Pont. Interdictum suspendere possint ad tempus, vel ad certum effectum, latè disputaui *in tract. de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 28.* quam me tacito transcripsit Aloys Ricc. *in decis. Curia Archiepis. Neapol. p. 4. decis. 123.*

In gloss. *Ad cautelam.* Hæc gloss. enumerat plures 5
casus, in quibus excommunicationis sententia dicitur ipso iure nulla, quos percurrunt Couar. *in cap. alma mater part. 1. § 7. num. 7 conc. 4.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 16. §. 1. lit. A.* Farin. *fragment. crimin. part. 1. lit. E. n. 35.* Syluest. *in summ. verbo. excommunicatio 1. 2. n. 1.* Viual. *in candel. aureo tit. de excommunicat. n. 58.* Spin. *in speculo testament p. 11. rub. num. 29. vers. & plures casus.* Cened. *ad Decretal. collect. 25. n. 5.* Sayr. *de cens. l. 2. c. 16. n. 12. cum seqq.* Anton. Ricc. *d. lib. 4. c. 66. n. 29. cum seqq.*

In ead. gloss. ibi, *vt si post appellationem legitimam* 6
Notatur ad hoc quòd excommunicatio nulla est quando

quando lata fuit post interpositam appellationem legitimam, nempe post appellationem interpositam ex causa rationabili, & possibili, vt per Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 18. *cum seqq.* Ricc. *d. cap.* 66. *n.* 29. vbi *n.* 30. extendit vt procedat siue quis ante excommunicationem appellauerit, siue adhæsisset appellationi interpositæ per aliũ, dummodo probet adhæsisse intra decem dies concessos ad appellandum, & appellationem iudici debito tempore intimasse.

7 In ead. gloss. ibi, *Secundò si continet intolerabilem errorem.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio est nulla quando in sententia expressos est error intolerabilis, vt per Abb. *in c. per tuas sub num.* 11. *vers. aut causa non est impossibilis, hoc tit.* Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 31. *cum seqq.* Ricc. *d. c.* 66. *n.* 32.

8 In ead gloss. ibi, *Quintò si à iudice suo lata est, sed excommunicato*, Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententia nulla est, quando qui eam fert est excommunicatus denuociatus, vt per Sayr. *d. c.* 16. *n.* 12.

9 In ead. gloss. ibi, *Septimò si ab intruso*, &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatio nulla est, quæ fertur quidem à suo iudice, sed intruso, vt per Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 13.

10 In ead. gloss. ibi, *Nonò vbicunque Prælatus subditum excommunicat contra priuilegij sui tenorem.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio nulla est quando iudex excommunicat exemptum, aut habentem priuilegium in contrarium, vt per Sayr. *d. c.* 16. *n.* 17.

11 In gloss. *Generaliter.* ibi, *quid si feratur non generaliter in loca, sed specialiter in personam*, &c. Notatur ad hoc quòd interdictum speciale bene potest ad cautelam relaxari, vt per Couar. *in c. alma mater p.* 2. §. 2. *num.* 6. Ricc. *d. c.* 66. *n.* 13.

12 In gloss. *Non habere.* Notatur ad hoc, quòd verbum, *habere*, negatiuè prolatum est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. vnquam verbo reuertatur n.* 223. *C. de de reuocandis donat.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & n.* 2. *referuntur Doctores de eius materia agentes.*
3 *Consanguineum clerici offendens æquè punitur ac si ipsum clericum offendisset.*
4 *Ordinarius Regis est is Episcopus in cuius Diœcesi domicilium habet.*

Cap. Quicunque. XI.

1 Excommunicati sunt omnes, qui dant licentiam molestandi, vel grauandi in personis, vel in bonis illorum, qui excommunicauerunt, interdixerunt, vel quorum occasione hæ sententiæ sunt prolatæ, vel obseruantes illas sententias, vel eos, qui nolunt communicare cum prædictis, nisi re integra liceotiam reuocauerint, vel re non integra si occasione licentiæ sit processum ad bonorum captionem, nisi infra octo dies restituant, vel satisfaciant. Item sunt excommunicati, qui ausi sunt vti dicta licentia, vel qui sine liceotia suo motu aliquid prædictorum prohibitorum committunt. Ille verò, qui in hac excommunicatione manserit per duos menses, non poterit deinde absolui nisi per Sedem Apost. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan Andr Anchar. Domin. Monach. Franch. Steph. Costa. Viuian, *in rationali l.* 5. *pag.* 313. Alagona *in compend. pag.* 779.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 43. §. 3. *lit. F.* Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *disp.* 4. *num.* 8. Filliuc. *tractat.* 14. *num.* 54. *versic. secundo, & num.* 60. Iul. Laurc. *de Indulgent. p.* 2. *c.* 21. *num.* 16. latè Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 15. Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap.* 9. *excom.* 7. vbi cum Soar. *tom* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. *num.* 2. *cum seqq.* obseruat huiusmodi grauamen debere esse per actionem iniuriosam, & contra iustitiam vt incurratur censura, siue illud fiat contra iudicem, qui sententiam tulit, siue contra eum, qui dedit occasionem ferendæ censuræ, siue contra illum qui talē sententiam obseruat, vel non vult communicare cum tali excommunicato, refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 50. *num.* 94. secundum Lugdunen. impress.

In bonis suis, vel suorum. Paria ergo sunt aliquem vexare, opprimere, grauare, aut consanguineos ipsius, & æquè punitur offendens consanguineum clerici, ac si ipsum clericum offendisset, vt per Tiraq. *de pœnis temperand. causa* 51. *num.* 67. & 74. Hippol. *sing.* 204. *num.* 1. & alios citatos per Cened. *ad Decretum collect.* 24. *num.* 15. 3

In gloss. *Regis.* ibi, *est autem Ordinarius Regis is Episcopus in cuius Diœcesi domicilium habet.* Ita Boër. *decis.* 69. *n.* 5. 4

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Clericus an quis sit prima Tonsura, vel minorum Ordinum, deferátque habitum, & cæteras qualitates obtineat necessarias, spectat ad Iudicem ecclesiasticum, & non ad secularem, & n.* 3. *reprobantur contrarium tenentes, nisi accedat Papæ priuilegium.*
4 *Clericum quando notoriè constat per iudicem seculare deprehensum esse beneficiatum, seu in Sacris Ordinibus constitutum, statim remitti debet ad iudicem ecclesiasticum absque alia cognitione.*
5 *Iudex ecclesiasticus potest petere vt sibi remittatur clericus detentus à iudice seculari etiam ipso clerico inuito, & contradicente.*
6 *Clericus coniugatus vt priuilegio fori fruatur, necessariũ est vestes omnes induere clericales, & honestas.*
7 *Clericatus non probatur ex eo quòd quis incedat in habitu & tonsura, nisi doceat de titulo.*
8 *Iudex ecclesiasticus dum cognoscit de clericatu debet secularis supersedere.*
9 *Clericatus probatur per famam, vel communem existimationem.*
10 *Clericatus qualitas non præsumitur, & propriè qui dicitur se clericum probare debet.*
11 *Clericatus probatur per litteras Episcopi attestantis se contulisse Ordines illi, qui se clericum asserit.*
12 *Clericatus potest per testes probari deficiente, seu deperdito Ordinationis instrumento.*
13 *Testis vnus probat clericatum si non agatur de alicuius præiudicio.*

Cap. Si iudex laicus. XII.

Bonif. VIII.

Si iudex laicus detineat captum malefactorum, dicit se esse clericum, ideo petat remitti ad ecclesiasticum, vel iudex ecclesiasticus illum repetat, & laicus neget esse clericum, cognitio huius causæ spectat ad iudicem ecclesiasticum, id est, an ille sit clericus, vocato tamen iudice seculari. Verùm si notorium sit, vt est fama publica quòd ille sit clericus, vel si pro clerico communiter habetur, tunc statim in continenti 1

etiam

etiam ante cognitionem an ille sit clericus, debet reddi Curiæ ecclesiasticæ: similiter debet statim remitti si ante capturam reus non gerebat se vt laicum publicè, & fuit captus vt clericus, id est, in tonsura, & vestibus, quia status alicuius videtur esse in quo ipse deprehenditur donec contrarium constet, sicut qui est in possessione ingenuitatis. Si verò antequam caperetur, publicè se pro laico gerebat, & pro tali communiter habebatur, quamuis in tempore capturæ fuerit inuentus in habitu clericali, tunc non est statim restituendus, quousque ipse probet de titulo, est enim præsumptio contra ipsum, tamen contra eum iterum non procedatur, Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Steph. Costar. Viu. *in rationali lib. 5. pag.* 313. Alagona *in compendio pag.* 779. remissiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Probat hic text. quòd quando reus per iudicem secularem est captus, & controuertitur an sit clericus primæ Tonsuræ, vel minorum Ordinum, deferatque habitum, cæterasque qualitates obtineat necessarias, ad iudicem ecclesiasticum pertinet prædictorum cognitio, & non ad secularem, vt docent Clar. *§. fin. quæst.* 36. *num.* 21. Couar. *practic. cap.* 33. *à n.* 1. Rebuff. *in tractat. except. num.* 200. *& in declarat. arbor. except. n.* 5 Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 76. *num.* 34. Mascard. *de probat. concl.* 689. *n.* 7. Azeued. *l.* 1. *num.* 53. *v. debet tamen tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recopil.* Gam. *de Sacrament. præstandis vltimo suppl. damnatis q.* 5. *n.* 26. *&* 29. D. Barbos. *in l. Titia n.* 26. *&* 28. *cum seqq. ff. soluto matrim.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 190. *num* 13. *cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcopi. part.* 1. *verbo clericus, vers. ad tertium* Morl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.* 135. Ioseph Sesse *de inhibit. cap.* 5. *§.* 6. *num.* 78. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 48. Ioan. de la Cruz. *in direct. Conscient. p.* 2. *de Sacram. Ordinis q.* 5. *dub.* 8. *tom.* 1. Molin. *de iust. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 49. *nume o* 6. *&* 11. Laymann. *in Theolog. mor. lib.* 4 *tract.* 9. *cap.* 7. *n.* 6. Diana. *resolut. mor. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 27. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 8. *num.* 33. vbi *num.* 34. ampliat procedere non solùm quando quæstio est super clericatu, an scilicet captus sit clericus, sed etiam quando est super vestibus, ac scilicet in habitu incesserit, & tonsura.

3 Verùm contra hanc resolutionem est Ord. Regia Lusit. *lib.* 2. *tit.* 1. *§.* 22. *&* 27. quam defendunt D. Barbos. *in d. l. Titia num.* 34. Thom. Valasc. *allegat. iuris tom.* 1. *alleg.* 24. *num.* 10. *&* 12. Et apud Gallos contra illam communiter obseruari testantur Guid. Papæ *decis.* 138. Rupelan. *forens. inst. lib.* 4. *cap.* 6. *ad finem,* Ruff. *ad leges Galliæ tom.* 1. *tit. de litteris oblig. art.* 11. *gloss.* 3. *n.* 15. Et apud Hispanos hoc ipsum esse praxi receptum asserunt Couar. *pract. cap.* 33. *v.* 1. Perez *ad l.* 2. *v. item probatur tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 466. Et in Regno Neapolitano practicari referunt Vincent. de Franc. *Neap. decis.* 329. *n.* 9. Camil. Borrel *de præstantia Regis Catholici c.* 72. *à n.* 304. *& summa omnium decis. tit.* 44. *de citat. n.* 425. ea ratione comprobantes, quia huiusmodi quæstio facti est, & in facto consistit, cuius cognitio ab omni iuris spiritualis cognitione remota est. & consequenter cessat reg. *cap.* 2. *de iudic.* vnde recepta est conclusio iudicem laicum de his quæstionibus facti circa ecclesiastica, seu spiritualia negotia posse cognoscere, veluti si circa filiorum legitimitatem dubium sit non de viribus matrimonij, sed an de facto matrimonium fuerit contractum, & in multis aliis similibus, quæ explicant Bart. *in l. omni nouatione C. de sacr. eccles. & in l. quoties C. de iud.* atque aliis comprobat D. Barbos. *in d. l. Titia n.* 22. *vers. secunda concl.* Menoch. *concl.* 366. *n.* 11. Ioseph. Sesse *d. cap.* 8. *§.* 1. *num.* 23. Cabed *p.* 1. *decisionem Lusit. aresto* 202. Mart. *de iurisd. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 19 *& cap.* 16. *n.* 8. *&* 10. Quare omissis quamplurimis distinctionibus, quas refert, & comprobat D. Barbos. *in d. l. Titia à num.* 26. & citati per Sanch. *lib.* 7. *de matrimon. disp.* 46. *num.* 7. non est recedendum à supradicta decisione ex hoc text. desumpta, & ad contrariam obseruantiam, si verum est quod adsit in Regnis suprà adductis, responderi potest id fortasse tribuendum alicui speciali Summi Pont. priuilegio, vel consuetudini immemorabili, quam in hoc proposito tribuere posse iurisdictionem laico iudici, contra reg. *cap. clerici, de iudic.* lurij et criminibus clericorum in tumoribus multis latè adductis comprobat D. Barbos. *in d. l. Titia n.* 32.

Et si notorium fuerit, &c. Notatur ad hoc, quod 4 quando notoriè constat clericum per iudicem secularem deprehensum esse beneficiatum, seu in Ordinibus sacris constitutum, statim remitti debet ad iudicem Ecclesiasticum absque alia cognitione, vt docent Boss. *de delict. tit. de foro compet. n.* 151. Couar. *pract. c.* 33. *n.* 3 *vers. fortassis in hac materia,* Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap* 9. *num.* 25. *&* 59. Fului. Pacian. *de probation. cap.* 34. *n.* 2. Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *n* 36.

Etiam ipse clerico inuito, & contradicente, secundum 5 Sbroz. *de officio Vicarij l.* 2 *q.* 191. *n.* 13. Decian. *in tract. crimin. l.* 4. *c.* 116. Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effect.* 1. *n.* 329.

Idem esse censemus, &c. Notatur ad hoc, quod vt 6 clericus coniugatus priuilegio fori vtatur, necessarium est vestes omnes induere clericales, & honestas, illas saltem, quæ facilè videri possunt, vt per Couar *pract. c.* 31. *n.* 7. *vers. secundo.*

Quousque fidem de titulo fecerit clericali. Notatur 7 ad hoc, quòd clericatus non probatur ex eo quòd quis incedat in habitu, & tonsura, nisi doceat de titulo, vt per Mascard. *de probat. concl.* 302.

Contra eum tamen, &c.] Notatur ad hoc, quòd dum 8 iudex ecclesiasticus cognoscit de clericatu, debet secularis supersedere, vt per Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 62. *n.* 21. Farin *d. q.* 8. *n.* 35.

In gloss. *Cognitione.* ibi, *scilicet cùm est fama, vel communis existimatio.* Notatur ad hoc quòd clericatus 9 probatur per famam, vel communem existimationem, vt per Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *n.* 70. *& lib.* 10 *quæst.* 3. *num.* 34 Mart. *de iurisd. p.* 2. *cap.* 31. *num.* 6. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap* 1. *num.* 140. Rot. *decis.* 257. *n.* 6. *decis.* 613. *num.* 4. *part.* 1. *recent. & decis* 99. *n.* 4. *& decis.* 116. *num.* 3. *& decis.* 736. *n.* 4 *p.* 2. *recent.*

In gloss. *Fecerit.* ibi, *coram iudice,* &c. Notatur ad hoc 10 quòd clericatus qualitas non præsumitur, & propterea qui dicit se clericum, probare debet, vt per Azeued. *l.* 10. *num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Menoch. *de præsumpt. l.* 6. *præsumpt.* 76. *n.* 1. Mascard. *de probation. concl.* 30. *n.* 13. *& concl.* 963. *num.* 1. Fului. Pacian. *in simili tract. l.* 2. *c.* 74. *n.* 9.

In ead. gloss. ibi, *Hanc autem fidem faciet per publicum instrumentum suæ ordinationis.* Notatur ad hoc 11 quòd clericatus probatur per litteras Episcopi attestantis se contulisse Ordines illi, qui se clericum asserit, vt per Mascard. *conclus.* 505. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 10. *quæst.* 3. *numero* 30. *d. quæst.* 8. *numero* 40 Rot. *decis.* 101. *n.* 1. *& decis.* 248. *num.* 2. *& decis.* 321. *num.* 5. *& decis.* 700. *num.* 5 *& decis.* 715. *num.* 3 *part.* 1. *recent. & decis.* 171. *n.* 1. *& decis.* 312. *n.* 1. *& decis.* 401. *n.* 4. *& decis.* 523. *num.* 1. *& decis.* 699. *n.* 1. *p.* 2. *recent.*

In ead. gloss. ibi, *Per testes poterit etiam probare.* 12 Ergo deficiente, seu deperdito ordinationis instrumento clericatus potest per testes saltem duos probari,

vt

vt docent Couar. *pract.cap.33.num.3.* Salzed. *ad Bernard.in pract. cap. 62. à num.16.* Mascard. *concl.303. n.6.* Iacob. de Graff. *in aureis decis.part.1.lib.4.c.18. num.155.* Farin. *d.q.8.num.41.* Marc. *de iurisdict.p. 2. cap.3.n.5.* Rot. *dec.509.num.2.part.x. recent.* etiam singulares ex Farin. *in praxi crimin. part.2. q.64.n.*

13 x81. Et sufficit vnus tantùm si non agatur de alicuius præiudicio, vt docent Rebuff. *in tract.nominat.q.xx. n.14.* Zerol. *in praxi Episcop part.1.verbo Bulla.vers. ad tertium.* Marc. *d.c.31. n.6.* Farin. *in d.praxi crimin. part.3.q.87.n.42.* Camill. Borrell. *in summ. omnium decis.tit.7. num.2x.* qui deponant vidisse clericum celebrantem, & quòd communiter, & publicè pro clerico habebatur, Mascard. *d.concl.303.n.1.& 2.* Surd. *cons.369.n.13.* Flamin. *d.q.3.n.33.* Rot. *decis.629.n.3. p.1.recent.& dec.252.n.6.p.2.recentt.*

Cap. Statutum. XIII.

1 Suspensio, vel interdictum lata in participantes non tenet nisi præmissa monitione canonica. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gem. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Steph. Cost. Viuian. *in ration. lib.5 pag.314.* Alagona *in compend.pag.780.* remissiuè Ximen. *in concord.part.2.*

2 *Et interdicti sententiis,*&c. Notatur ad hoc, quòd interdictum ecclesiasticum ferri non potest nisi canonica monitione præmissa, vt per Vgolin. *de censur. tab.1.q.13.cap.18.in princ. num.1. in fine*, Sayr. *in simili tract.lib.5.cap.11.n.x5.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio post appellationem lata non conualescit per negligentiam non prosequentis illam debito tempore, sed eo elapso est publicè denunciandus & vitandus.*
2 *Contra conclusionem ex text.desumptam opponitur.*
3 *Declaratur text.in præsenti.*
4 *Respondetur obiectis.*

Cap. Licèt. XIV.

1 Excommunicatus post legitimam appellationem si per negligentiam non fuit eandem appellationem prosecutus post tempus elapsum, non ideo conualescit excommunicatio lata, sed elapso tempore est publicè denunciandus excommunicatus, & est vitandus in iudicio, & extra illud, & remouendus ab actibus legitimis donec doceat quod fuit excommunicatus post appellationem, vel alias de nullitate excommunicationis. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franc. Steph. Costa. Viuian. *in ration.lib.5 pag.315.* Alagona *in compendio pag.780.* remissiuè Ximen. *in concordant. part.1.& 2.*

2 Text. hic in prima eius parte reputatur difficilis à Doctoribus; difficultas autem ex eo oritur, quia ille, qui debito tempore appellationem non prosequitur, proinde habetur ac si à principio non appellasset, vt probat text. *in cap. personas 4. & in c.cum sit Romana 5. de appellat.* sed non data appellatione excommunicatio absque dubio valet. Igitur, &c. Confirmatur hæc dubitatio, quia sublato impedimento resistente actui nihil proponitur quod impediat illius validitatem. vt in proposito aduertit gloss. *verbo prouocationes in l.furti 6.ff.de his,qui notantur infam.* cùm ergo lex appellationem remouerit, quæ impediebat excommunicationis validitatem, omnino debuit conualescere. Sic aliàs damnatus furti si appellet, & postea appellationem deserat, retro infamis efficitur, *d.l. furti,vers.si autem,iuncta d.gl.verbo prouocationis,* quæ textum intelligit de tempore lapso ad prosequendam appellationem; ergo similiter excommunicatus, qui appellationem non fuit prosequutus, retro excommunicatus debuit censeri, vt per gl. *hic verbo conualescat & gl. verbo sententia in cap.sæpe 44.de appellat:* quæ sic contra text. *in præsenti,* opponunt.

Circa intellectum laborant glossæ proximè citatæ, & Doctores *ibidem*, Lap. *alleg.1.num.10 & alleg. 47. n.5.* Domin. *cons.99. n.4.* Cou. *in c.alma mater.part.1. §.10.n.6.* Nauar. *in c.cum contingat, de rescript.remed. 2.num.10.* Quare reiecta communi, & gloss. *d verbo sententia* distinguente inter excommunicationem, & inter alias sententias, quæ licèt forsan sustinere posset, attamen rem non aperit, nec prædictas tollit difficultates, ideo in proposito idem in excommunicatione, & in quacunque alia sententia datis paribus terminis dicendum esse arbitror, idque facile deprehenditur si consideremus per appellationem legitimè interpositam, 3 de qua agitur in hoc text. suspendi iurisdictionem iudicis à quo, vnde durante ea suspensione actus quicunque ab eo iudice gesti nullius sunt momenti. iuxta doctrinam gl. *verbo suspecti in c.cum bona 8.* per text. *ibi de ætate, & qualit. cap.cum dilectus 8. vers.quia nobis,* vbi gl. *verbo cessauimus, de consuetud.* ac subinde tam excommunicatio, vel quæuis alia censura, quàm cæteri actus gesti ab eodem valere non possunt. & per consequens neque ex postfacto conualescere, vt habetur in hoc text. iuncta *d.reg. non firmatur*, & hic verus est sensus huius text. absque vlla speciali ratione, vt satis voluere gl *hic d.verbo conualescat, & d. verbo sententia,* & DD. communiter *ibid.* Lap. *cit.loco,* Præpos. *in d.cap. sæpe n.36.* & est de mente Nauar. *vbi proximè.* Quamuis Couar. *d.n.6.* alium esse velit intellectum affirmans ex eo ibidem excommunicationem non conualescere, quia excommunicatio sicut aliæ retrotrahi non possunt per fictionem, cùm in spiritualibus sola veritas præualeat, neque vlla fictio, aut retrotractio possit considerari. Conuincitur enim manifestè ex eo quia *ibid.* censura non voluit propter defectum iurisdictionis in excommunicante, vtpote lata à iudice suspenso iuxta modò resoluta; quòd autem censura non patiatur fictionem retro, vel patiatur, ad propositum non facit.

Neque iam adducta in contrarium multum obstant 4 si respondeatur non esse sublatum impedimentum quando appellatio deseritur, quamuis enim sublatum fuerit respectu primæ sententiæ, à qua appellatum est non tamen respectu illorum, quæ iudex a quo ex postfacto iam suspensus temere gessit in præiudicium appellationis, quam legitimè interpositam fuisse supponimus. Similiter nobiscum non pugnat difficultas ex *d.l.furti.* fatemur enim damnatum furti si appellauerit, & postea appellationem deseruerit, retro infamem fieri quia infamia illa à principio simul cum ipsa condemnatione iniuncta est, in quibus terminis proinde habetur ac si non appellasset, ex eo quod appellationem deseruerit, in quibus terminis minimè loquimur, sed in excommunicatione, quæ non à principio, sed post appellationem legitimè interpositam ex postfacto fuit prolata, vt habetur in hoc text.

Cap. Si clericos. XV.

Prælatus capi faciens suos clericos propter excessus commissos, etiamsi capiat per laicos ne fugiant, 1 & custodiant in carcere, quamuis nondum constet illos esse incorrigibiles, non est excommunicatus, nec

capientes sunt excommunicati, quia non adest temeritas nec iniuria, nisi ex proposito excedant. Item si clerici dant cautionem fideiussoriam Episcopo de parendo iuri, Prælatus non debet eos detinere, nisi enormitas excessus, vel alia causa rationabilis persuaserit illos esse detinendos, Colligunt ex Ordin. Lap. Abbas, Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Stephan. Costa, Viu. *in ration. lib. 5. pag. 316.* Alagona *in compend. pag. 780.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 *Eosdem quoque clericos* &c.] Notatur ad hoc, quòd clericus carceratus vbi agitur de pœna corporali, non est fideiussoribus relaxandus, vt per Duen. *reg. 331. vers. tertiò fallit,* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 33. n. 58.*

SVMMARIVM.

1 *Interdicto clero non est interdictus populus, nec è conuerso. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipsam audiunt Diuina. Interdicto populo singulares de populo censentur interdicti, & num. 2.*
3 *Populi appellatione clerus non continetur in odiosis.*
4 *Interdictum ligat etiam non culpabiles.*
5 *Ciuitate interdicta singulares ex ea persona interdictæ censentur.*
6 *Verba vt aliquid operentur, debent potiùs ad impropriam trahi significationem, quam vt sint superflua.*
7 *Clero alicuius Ecclesiæ interdicto non propter hoc intelligitur Ecclesia interdicta.*
8 *Clerus sub interdicto generali populi non comprehenditur.*
9 *Interdictum si latum sit ob culpam domini, aut populi, non ligando singulares illius personas, possunt non culpabiles Diuinis interesse.*

CAP. Si sententia. XVI.

1 INterdicto Clero non intelligitur populus interdictus nec è conuerso, quare alter potest interesse Diuinis. Cùm propter delictum domini, vel Rectoris ciuitas est interdicta, ciuesque non sunt culpabiles, nec interdicti, possunt extra ciuitatem interesse Diuinis. At interdicto populo, singulares de populo sunt interdicti, nec possunt audire Diuina, vel accipere Sacramenta, nisi in casibus à iure concessis. Collig. ex Ordin. Lap. Abb. Archid. Gemin. Io. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Stephan. Costa, Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 316.* Alagona *in compendio pag. 781.* remissiuè Ximen. *in concordant. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Nau. *in man. c. 28. n. 167.* Vgolin. *de censur. tab. 5. cap. 6. & c. 11.* Couar. *in c. alma mater p. 2. §. 1. à n. 6.* Henriq. *in sum lib. 13. cap. 42. per totum,* Sayr. *de censur. lib. 5. c. 2. n. 6. & 7. & c. 3. à n. 2.*

3 *Non intelligitur interdictus populus.*] Ergo in odiosis appellatione populi Clerus non continetur, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 8. n. 32.*

Cæterùm cùm propter delictum, &c.] Notatur ad hoc, quòd dans causam interdicto locali personale interdictum incurrit, & non solùm in eo oppido interdicto diuina audire non potest, verùm neque alibi, vt per Sylest. *in summ. verbo interdictum 4. q. 2.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 169.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 37. sect. 1. n. 15.* Sayr. *in simili tract. lib. 5. c. 12. n. 11.* Alter. *eod. tract. tom. 1. disp. 12. de interdicto c. 1. col. 3.* Filliuc. *tract. 18. cap. 6. q. 7. n. 144.* Bonac. *de interdictis in particulari disp. 4. q. 1. puncto 1.*

Qui culpabiles non existunt, &c. Notatur ad hoc, quòd interdictum non culpabiles etiam ligat, vt per Couar. *in cap. alma mater p. 2. §. 1. à n. 6. & var. lib. 2. c. 8. n. 10.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 36. sect. 3. à n. 2.* Sayr. *in simili tract. lib. 5. c. 4. n. 12. & c. 10. n. 4. & 7.* 4

Cùm verò alicuius terra, &c.] Notatur ad hoc, quòd interdicta ciuitate singulares ex ea personæ interdictæ censentur, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 10.* 5

Ne sententia effectu careat.] Notatur ad hoc, quòd verba vt aliquid operentur debent potius ad impropriam trahi significationem, quàm vt sint superflua, vt per Surd *de alimentis tit. 2. q. 1. n. 39. & decis. 195. n. 2.* Chald. Pereira *de resol. emphyt. c. 7. n. 33.* 6

In gl. *In clerum* ibi, *interdicto clero alicuius Ecclesiæ non propter hoc intelligitur Ecclesia interdicta.* Ita Sayr. *d. lib. 5. c. 4. n. 24.* 7

In gloss. *E conuerso.* Notatur ad hoc quòd clerus sub interdicto generali populi non comprehenditur vt per Sayr. *d. cap. 4. n. 15.* 8

In gloss. *Domini* ibi, *nota quia si propter delictũ ciuium* Hæc gloss. quatenus probat non culpabiles Diuinis interesse non posse si interdictum latum sit ob culpam populi, siue ciuium, displicuit Angel. *verbo interdictum 2. in princip.* quem sequitur Sayr. *d. lib. 5. cap. 2. num. 5.* nam si interdictum loci solius esse proponamus, non verò populi, ita vt personas non liget, siue ob culpam domini, siue ob culpam ipsius populi prolatum sit, semper culpabiles tantum comprehendit, vt concludunt expressa verba huius text. ibi, *dummodo & ipsi propter dominum,* &c. *non fuerint interdicti.* 9

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Ciuitate interdicta intelliguntur etiam interdicta suburbia, & continentia ædificia.*
3 *Arbitrium concessum in ciuitate ex iusta causa ad suburbia extenditur.*
4 *Ciuitatis appellatione propriè non veniunt suburbia, sed id solum, quod murorum ambitu terminatur.*
5 *Ecclesia interdicta intelliguntur interdicta capellæ, & cœmeteria contigua Ecclesiæ.*

CAP. Si ciuitas. XVII.

CIuitas, castrum, vel villa si interdicatur, intelliguntur etiam interdicta suburbia, & continentia ædificia, ideo enim hæc interpretatio fit latiùs ne contemnatur interdictum. si verò interdicatur Ecclesia. sunt interdictæ capellæ & cœmeteria contigua, & sic non potest in eis sepeliri, secus si non sunt contigua. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Steph. Costa, Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 317.* Alagona *in compend. pag. 781.* remissiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Illorum suburbia, & continentia, &c.] Notatur ad hoc quòd interdicta ciuitate intelliguntur etiam interdicta suburbia, & continentia ædificia, vt per Fr. Emman. *q. Regularium tom. 2. q. 108. art. 1.* Bonac. *de censuris disp. 5. puncto 1. n. 20.* Sayr. *in simili tract. lib. 5. cap. 3. num. 3.* vbi *n. seqq.* explicat quid in hac materia suburbiorum, & continentium ædificiorum nomine intelligatur, pluraque alia adducit circa materiam huius textus. 2

Vnde arbitrium concessum in ciuitate ex iusta causa ad suburbia extendi tradit Menoch. *de arb. Lib. 1. q. 99.* 3

*lib.1.q.99, num.*10. vbi *num.*11. subdit quòd morbo affecti prohibiti esse in ciuitate, prohibentur etiam esse in suburbiis.

4 *Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari,&c.*] Ergo ciuitatis appellatione propriè non veniunt suburbia, sed id solùm, quod murorum ambitu terminatur, vt per Cott. *in memorab. verbo ciuitatis pag. mihi* 107. Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.2.cap.5.num.3.*

5 *Ratione quoque simili,* &c.] Notatur ad hoc quòd interdicta Ecclesia intelliguntur interdictæ capellæ, & cœmeteria contigua Ecclesiæ, vt per Nau. *d.c.*27. *num.*167. Henriq. *in summ. lib.*13 *cap* 42 § 4 Sayr. *d. cap* 3. *num.*16. Bonac. *d. puncto* 1. *num.* 22. vbi subdit quòd cœmeterium dicitur contiguum Ecclesiæ quando inter parietem Ecclesiæ, & ipsum cœmeterium non interponitur aliquid aliud.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans scienter in Ecclesia sanguinis, vel seminis effusione polluta irregularitatē nō cōtrahit.* & *n.*2.

3 *Celebrans scienter coram interdicto, vel excommunicato irregularitatem non incurrit.*

4 *Irregularitas non incurritur nisi in casibus à iure expressis.*

5 *Celebrans scienter coram excommunicato fit interdictus ab ingressu Ecclesia, & si iterum celebret fit irregularis.*

6 *Suspensio, quæ à Confessario in foro pœnitentiæ infligitur, quamuis seruari debeat, contrauenienda tamen non incurritur irregularitas.*

7 *Celebrans scienter in loco interdicto in casibus non permissis irregularis, & ineligibilis est.* & *n.*8.

9 *Laici priuilegium habentes possunt tempore interdicti Diuinis interesse dummodo interdicto causam non dederint.*

10 *Beneficium non potest conferri irregulari.*

11 *Irregularitas non incurritur ex celebratione in loco interdicto, nisi per scientem locum esse interdictum.*

CAP. Is cui. XVIII.

1 CEle[b]rans scienter in Ecclesia sanguinis, vel seminis effusione polluta, vel præsentibus maiori excommunicatione nodatis, licèt temerariè agat, tamen irregularis non fit, quia hoc non est expressum in iure. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchatan. Dominic. Monach. Franch. Steph. Costa, Viuian. *in rational. lib.5.pag.* 317. Alagona *in compendio pag.* 781. remissiuè. Ximen. *in concordant. part.1.* & 2.

2 Hanc eandem concl. quoad primam eius partem firmant Couar. *in Clem. si furiosus in initio p.1. n* 3. Villadieg. *de irregul. c.5. n.2 vers. item quia irregularitas,* & plures citati per Cened. *ad Decretal. collect.* 135. *num* 5. quibus addo Azor. *inst. moral p.1 lib.1*. *c.26.q.16* Sayr. *de censur. lib.5.c.14 n.36.*

3 *Præsentibus maiori excommunicatione nodatis,* &c.] Notatur ad hoc quòd scienter celebrans coram interdicto, vel excommunicato irregularitatem non incurrit, vt per Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.33. litt. A. vers. clericus vero, in nouiss. impre.* Vgolin *de censuris tab.5. cap.17.§.1.n.5.* Henriq. *in sum lib* 14. *cap.7.§. statim in princ.* Sayr. *in simili tract. lib.2.* 1. *n.*6 Squillante *de oblig. Cleric. p.3.n.42.* vbi intelligit de vitando post *extrauag. ad euitanda*, & post Tolet. *lib.1.cap.12.n.5* & Soar. *tom.5. disp* 9. *sect.4.* 8. addit posse Sacerdotem celebrare coram excommunicato propter vrgentem necessitatem mortis, vel grauissimi scandali, aut infamiæ vitandæ nisi comminatio mortis fieret in odium Religionis Christianæ, vel in contemptum Ecclesiæ, & *n* 46 cum Sayr. *de censur. lib* 2 *cap.3. num.*22. aduertit quòd si plures Sacerdotes celebrant in eadem Ecclesia, excommunicatus verò in vna capella missam audiat, tunc tales Sacerdotes extra capellam celebrantes non dicuntur communicare in Diuinis cum excommunicato.

4 *Cum id non sit expressum in iure.*] Notatur ad hoc, quod irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis, vt per Couar. *in d. Clem. si furiosus p.1 in initio a num.3.* Villadieg. *de irregularit. c.1. a* 16. & *cap.*2. *a n.*11. Castr. *de lege pœnali lib.2 cap vltim.* Nauar. *in manuali c.27.num.19.* & *in cap. si quis autem num.39. de pœnitent. dist.7.* Azeued. *l.2. vers.* *xta regula tit.1. lib.2. noua recop.* *pag* 137. Henriq. *sum. lib.14.cap.1.§.3. litt.* Q. Soar. *tom.5. de censur. disp.40. sect.4. a n.8.* Cardos. *in praxi iudicum verbo irregularitas num.2.* Sayr. *de censur lib.6 cap* 2. *num.*14 Vnde pœnam priuationis beneficij non imponi nisi in casibus à iure expressis resoluit Gonzal. *ad reg.8. Cancel.* 15. *num* 136. *cum seqq.* Quia casus omissus inducens pœnam non debet extendi ad alias personas præter enumeratas in lege, vt ait Perez 3. *vers. sed est dubium* *lig.5.* Cram. *pag.*45.

5 In gloss. *Nodatus.* ibi, *quia proximus est irregularitati.* Postquam quis coram excommunicato semel celebrauerit cùm fiat interdictus ab ingressu Ecclesiæ per *c. sp.* *coporum, de priuileg. lib.* si iterum celebret, fieri irregularem notant Couar. *in cap. alma mater p.2.§.6.n.9. vers. qui verò,* & constanter Sayr. *de censur. lib.2.cap.15.n.6.* & *lib.7.c.9.num.*11 Henriq. *d.cap.7.§.3. litt. R.*

6 In gloss. *In iure.* Notatur ad hoc, quòd suspensio, quæ à Confessario in foro pœnitentiæ infligitur, quamuis seruari debeat, contrauenienda tamen non incurritur irregularitas, vt per Sayr. *de censuris lib.4. cap.16. num.4*

§. Is verò.

7 Celebrans scienter in loco interdicto nisi in casibus permissis, vel ex priuilegio, fit irregularis, in quo nemo potest dispensare nisi solus Papa, & non potest eligere, nec eligi. Colligunt DD. *in princ. text. citati.*

8 *Irregularitatem incurrit.*] Notatur ad hoc, quòd celebrans in loco interdicto fit irregularis, vt per Cou. *in c. alma mater p.2 §. 2. à num.2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.33. lit. B* Henriq. *in summ. lib* 13. *cap.43. §.3. litt. F.* Nauar. *cons.2. sub hoc tit. in antiq.* Vgolin. *de censuris tab.5.* 11. *§* 1. Sayr. *in simili tract. lib.5.c.14. n.18. cum seqq.* & *c.17.* 9. Auil. *in eod. tract. part 5. disp.5. dub.4. concl.* 4 Cardos. *in praxi iudicum verbo interdictum num* 7. Paul. Layman *in Theolog. morali. lib.1. tract.5 p.3.* 3. *n.1.*

9 *Nisi super hoc priuilegium exstat.*] Notatur ad hoc, quòd quamuis regulariter laici omnes tempore interdicti diuinis Officiis interesse prohibeantur, qui tamen priuilegium habent (dummodò illi causam interdicto non dederint) eis licitè interesse possunt, vt per Sayr. *d. lib.5.c.5 num.*29.

10 *Efficitur ineligibilis,* &c.] Collige ex text. quòd clericus personale aut locale Interdictum violans exercendo actum sacri Ordinis, vel celebrando Officia diuina fit ineligibilis, vt per Syluest. *verbo interdictum 6. quæst. 2. vers. secundùm,* Soar. *tom.5. disput.* 34. *sect* 4 *num.*28. Azor. *institutionum moralium part* 2. *lib.6.cap.14.q.8. vers. ins item.* Sigism. à Bononia *de*

*elect.dub.68. num.*1. Auil.*p.*5. *disp.*5. *dub.*4. *concl.*3. Paul.Layman.*d.c.*3.*num.*3.*vers. secunda*, quos refero *de iure eccles.lib.*1.*cap.*19.*n.*63.Notatur ad hoc. quòd irregulari non potest conferri beneficium. vt per Flamin Paris. *de resign.benef.lib.*5.*q.*3. *num.*180. Sayr.*d. lib.*5.*cap.*14.*num.*9.

31 In gloss.*Scienter.*ibi. *secus ergo si ignoranter*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ex celebratione in loco interdicto non incurritur irregularitas nisi per scientem locum esse interdictum, vt per Perez *tit.*1.*lib.*5.*Ordin. pag.mihi.*27.

S V M M A R I V M.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Sacramenta Baptismi & Confirmationis licitè administrari possunt etiam adultis tempore interdicti iuxta ritum ab Ecclesia præscriptum.*
3 *Chrisma confici potest tempore interdicti in die Cœnæ Domini.*

Cap. Quoniam. XIX.

1 QVando terra est interdicta licitè potest fieri Chrisma in die Cœnæ Domini, quia est necessarium in Baptismo, & Confirmatione quæ tempore interdicti licitè dantur pueris, & adultis, Colligunt ex Ordin.Archid.Gemin.Ioan.Andr.Anch. Dominic. Monach Franch.Steph. Costa, Viuian.*in ration.lib.*5. *pag.*244 Alagona *in compend pag.*782.

2 *In Baptismum,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Sacramenta Baptismi, & Confirmationis licitè administrari possunt etiam adultis tempore interdicti iuxta ritum ab Ecclesia præscriptum Baptismum scilicet cum exorcismo, vnctione, oleo & Chrismate, vt per Cou. *in cap. almamater p.*2. §.2. *num.*7. Nauar.*in man.c.*7. *num.*178. Henriq *in summ.lib.*2. *cap.*16 §.3. *& lib.*3. *cap.*6. §.7. Vgolin. *de censuris tab.*5. *cap.*7. § 4. *&* 5. Auila *in simili tract.p.*5. *disp.*4. *sect.*1. *dub.*4. Sayr. *eod.tract.lib.*5.*c.*7. Bonac.*disp.*5.*puncto* 2.§.1. Soarez *tom.*5. *disp.*26. *sect.*1.*à n*7. cum aliis per me citatis *de officio,& potest.Episc.p.*2.*alleg* 31.*n.*22.*&* 23.

3 *Chrisma die Cœna Domini*, &c.]Notatur ad huc, quòd Chrisma confici potest tempore interdicti in die Cœnæ Domini, vt per Couar.*d.*§.2. *num.*8. Fr. Emman.*quæst. Regul.tom.*2.*q.*109.*art.*3. Sayr.*d.lib.*5. *cap.*6.*n.*5. Benzon.*de iustitia. Pontificij interdicti c.*6. *vers.præterea, cum seq.*vbi intelligit si Episcopus non sit interdictus specialiter, Mar.Alter.*de censuris tom.*2. *disp.*4 *c.*2.*vers.communis.* Bonac.*in simili tract.disp.*5. *puncto* 2.§.1.*n.*2. intelligendo tamen prout ego intellexi *d.alleg.*31.*num.*25.

S V M M A R I V M.

1 *Suspensus ab ingressu Ecclesia in ea Diuina celebrans est irregularis & moriens impœnitens suspensione illa durante caret Ecclesiastica sepultura.*
2 *Suspensio ab ingressu Ecclesia, vel officio per appellationem sequentem non suspenditur,*
3 *Suspensio ab ingressu Ecclesia quos effectus operetur, remissiuè.*
4 *Ecclesia ingressu cui est interdictus poterit extra Ecclesiam celebrare diuina Officia.*
5 *Suspensio ab ingressu Ecclesia non prohibet omnem introitum in Ecclesiam, sed tantum eum, qui est ad celebrandum diuina Officia.*
6 *Sacramenta in Ecclesia quando in ea non celebrantur diuina Officia, potest recipere ille cui est ingressus Ecclesia interdictus.*
7 *Suspensi ministrando fiunt irregulares.*
8 *Interdictus ab ingressu Ecclesia non potest in Ecclesia, vel cœmeterio sepeliri, nisi fortè dederit signa contritionis.*
9 *Excommunicationis sententia non suspenditur per appellationem.*

Cap. Is cui. XX.

SVspensus ab ingressu Ecclesiæ cùm sibi per consequens censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta, sit irregularis si agens in suo officio, vt priùs se ingerat Diuinis in illa Ecclesia, & si moriatur in tali suspensione non potest sepeliri in Ecclesia, vel cœmeterio Ecclesiastico nisi priùs pœnituerit. Et suspensio ab ingressu Ecclesiæ, vel officio sicut excommunicatio, per sequentem appellationem non suspenditur. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb.Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Domin. Monach. Franch. Stephan. Costa Viuian.*in ration.lib.*5. *pag.*318. Alagona *in compendio pag.*782. remissiuè Ximen.*in concordant.p.*1.*&* 2. 1 2

Est Ecclesia interdictus ingressus.] Suspensio ab ingressu Ecclesiæ quos effectus operetur differunt Cou.*in cap. alma mater part.*2. §.1. *num.*3.*cum.seqq.* Nauar.*in man. cap.* 27.*n.* 170. Henriq. *in sum.li.*13. *cap.*32. §.2. Soar. *tom.*5. *de censuris disp.*35. *sect.*4. Auil.*in simili tract p.*3. *disp* 2. *dub* 1. *conclus* 13. *& part.*5. *disp.*4. *dub.*5. *conclus.*3.6.*&*7. Sayr.*eod.tract. lib.*4.*cap.*7.*n.*11.*cum seqq.& lib.*5.*c.*9. *à num.*14. latè Bonac *in eod.tract.disp.*5.*puncto* 4.*à n.*18. 3

Censeatur in ipsa diuinorum celebratio interdicta. Ergo is, cui est interdictus Ecclesiæ ingressus, poterit extra Ecclesiam celebrare diuina Officia, vt per Cou. *in cap.alma mater p.*2.§.1.*n.*3. Fr. Emman.*in explic. Bulla Cruciata in addit.ad* § 5. *num.*14. *pag.*20.*verso*, Auil.*de censur.part.*5.*disp.*4.*dub.*5. *concl.*3. *vers. præterea*, Bonac. *eod.tract.disp.*5.*puncto.*4.*n.*13.*vers.primò*, Paul.Comitol.*respons.moral.lib.*6.*q.*49. 4

Si cetera interdictum huiusmodi Diuinis in ea se ingerat.] Notatur ad hoc, quòd suspensio ab ingressu Ecclesiæ, non prohibet omnem introitum in Ecclesiam, sed tantùm eum, qui est ad celebrandum diuina Officia. vt per Fr. Emman.*quæst. Regul.tom.*3. *q.*10. *art.*14. & non prohibet quin recipiantur Sacramenta in Ecclesia quando in ea non celebrantur diuina Officia, ex Soar *d.sect.*4.*num.*5. Bonacina *d.puncto* 4. *num* 12. 5 6

Irregularis efficitur.]Notatur ad hoc quòd suspensi ministrando fiant irregulares, vt per Flamin. Paris. *de resignat.benef.lib.* 5.*q.*6. *n.*83. *& n.*202.*cum seqq.* Fr.Emman.*in sum.tom.*2.*c.*68.*n.*5.& plures quos refert Cened.*ad Decretal.collect.*13.*n.*1. 7

Non debet in Ecclesia, vel cœmeterio,&c.] Notatur ad hoc, quòd interdictus ab ingressu Ecclesiæ, non potest in Ecclesia, vel cœmeterio sepeliri, nisi fortè dederit signa contritionis, tunc enim potest absolui, & sepeliri in loco sacro, vt per Sayr.*d.lib.*4.*c.*7.*n.*20. *& cap.*9.*num.*24.Soar.*tom.*5.*disp.*38. *sect.*2. *num.*20. Auil.*d.disp.*4.*sect.*3.*dub.*5.*concl.*5. Bonac.*d puncto* 4 *num.*11.*in princ.* 8

Sanè sicut excommunicatio, &c.] Notatur ad hoc, quòd sententia excommunicationis non suspenditur per appellationem, vt per Capell. Tholos.*decis.*299. Rebuff.*in concord.tit.de excommun.non vitan.vers.*54. Humad.*l.*41.*gl.*1.*à n.*1.*tit.*9.*partita* 2. Garc. *rep.*173. 9

Azeued.

Azeued.*lib.*12. *num.*3. *tit.*5 *lib.*3 *noua recop.* Cened. *ad Decretal.collect.*42.*num.*1.

SVMMARIVM.

1 *Religiosum clericum verberantem absoluit Episcopus eo casu, quo absoluerat clericum, & n.*2.
3 *Nouitium Religionis percutiens est excommunicatus, &c. num.*4.
5 *Nouitius propriè Religiosus appellari non potest.*
6 *Nouitius non ligatur casibus in Religione ab Abbate, vel aliis Superioribus reseruatis.*
7 *Nouitius fori priuilegio, & aliis gratiis, & absolutionibus gaudet.*

Cap. Religioso. XXI.

1 Religiosus quando percutit clericum secularem, potest Episcopus absoluere Religiosum in eo casu in quo posset clericum secularem, qui alium percussisset. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Steph. Costa, Viuian. *in rational. lib.* 5. *pag.* 319. Alagona *in compendio. pag.* 782. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Fr. Emman. *quaest. Regular. tom.* 1. *q.* 20. *art.* 12. Soar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 74. ego ipse *de officio, & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 41. *num.* 18. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Canonis* §. 3. *n.* 7. Ascan. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 17. *q.* 10. *n.* 3.

§ Quamuis.

3 Nouitium Religionis percutiens est excommunicatus, licèt antequam fecerit professionem Religiosus censeri non possit. Colligunt DD. *in princ. text.* citati.

4 Hanc eandem conclus. ex hoc §. desumunt Duen. *reg.* 99. *vers. amplia nonò,* Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 8. *n.* 21. & *de iure mariti gl.* 2. *n.* 9. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 2. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp.* 11 *dub.* 10. *n.* 1 *in med.*

5 *Religiosus censeri cum effectu non possit*] Notatur ad hoc, quòd nouitius propriè Religiosus appellari non potest vt per Honded. *cons.* 94. *a num.* 3. *volum.* 1. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ* §. 9. *pag. mihi* 88. Magon. Florent *decis.* 141. *num* 1. *cum seqq.* Fr. Barthol. de Vecchis *citato loco.*

6 Intellige in oneribus, & odiis, & ideo non ligari casibus in Religione ab Abbate, vel aliis superioribus reseruatis resoluunt Iacob. de Graff *in append. ad lib.* 1. *decis. aur. cap.* 7. *n.* 69. Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.* 1. *q.* 21. *art.* 11. Azor. *d. lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 10. Ioan à Cruce *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 10. *concl.* 1. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 34. *art.* 16. Coriolan. *de casibus reseru. part.* 1. *sect.* 4. *art.* 18. quicquid dicat Fr. Barth. à Vecchis *d. disp.* 9. *dub.* 26. *à num.* 2. gratiis etiam & priuilegiis Religionis concessis gaudere possunt, ex adductis per Henriq. *in sum. lib.* 7. *c.* 22. §. 7. Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 6. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 139. *col* 3. *vers. præter hos,* Azor. *d. lib.* 12. *c.* 2. *quaest.* 10. *ad fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 17. & *lib.* 6. *cap.* 10. *in fine* Soar. *tom.* 3 *de Relig. lib.* 5. *c.* 16. *n.* 17. *in fine,* Fr. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 11. *dub.* 10. quicquid dicant Mandos. *de priuil. ad instar. gl.* 7. *n.* 34. Fr. Emman. *quaest. Regular. tom.* 3. *q.* 51. *art.* 12. Vnde pariter fori priuilegio gaudere resoluunt per me citati *de offic. & potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 37. & aliis gratiis, & absolutionibus, quas latè prosequitur Fr. Barth. de Vecchis *in d. praxi disp.* 9. *dub.* 5. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, à quo aliàs non poterat, si cessante impedimento se non præsentat cùm commodè potest ei à quo aliàs absolui debet, reincidit in eandem excommunicationem, & n.* 2.
3 *Mortis periculum, & articulus à pari procedunt.*

Cap. Eos. XXII.

Qui est in aliqua censura, à qua non potest absolui nisi à Papa, & propter mortis periculum, vel aliud impedimentum legitimum, absoluitur ab alio, si deinde cessante periculo, vel impedimento, quàm citò commodè poterit, contemnit se præsentare illi, à quo erat absoluendus ad recipiendum mandatum, & satisfaciendum, reincidit in eandem censuram. Item qui absoluti à Sede Apost. vel ab eius Legato cum hoc vt se præsentent superiori immediato ad accipiendam pœnitentiam, & satisfaciendam passis iniuriam, si hæc non implent cùm commodè possunt, reincidunt in eandem pœnam. Colligunt ex Ord. Archid. Gemin. Io. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Stephan à Costa, Viu. *in ration. lib.* 5. *pag.* 320. Alagona *in compend. pag.* 783 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclus. firmant Couar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 11. *n.* 9. *col.* 4. *ad finem,* Henriq. *in sum. lib.* 3. *cap.* 29. §. 9. *litt. T. & V.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 24. *cum seqq.* Soar. *tom.* 4. *de pœnit disp.* 30. *sect.* 3. Melch. Zambran. *in decis. pro mortis articulo cap.* 4 *de pœnit. dub.* 4. Bonac. *de censur. extrà Bullam disp.* 3. *q.* 3. *punct.* 13. ego ipse *de officio, & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 25. *n.* 80. & secundùm Lugd. impress. 2

Propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum, &c.] Ergo eadem est ratio de probabili periculo mortis, & de articulo, vt per Henriq. *lib.* 6. *cap.* 11. §. 3. *in commento litt. Q.* Articulus mortis quando dicatur dixi *d. alleg.* 25. *n.* 81. 3

In eandem sententiam, &c] Vide Azeued. *l.* 1. *n.* 151. *cum seqq. tit.* 5. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi extendit ad quamcunque excommunicationem. 4

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem incurro si percussionem in clericum, sine meo mandato tamen, nomine meo factam, ratam habeam, secus si meo nomine non sit facta, & n.* 2.
3 *Ratificans tunc punitur eadem pœna, qua punitur delinquens, dummodo delictum sit commissum nomine ratificantis, aliàs secus.*
4 *Ratificatio in criminalibus obligat ratificantem à die ratificationis, non à die commissi delicti.*
5 *Ratificatio delicti inducitur ex receptatione, & occultatione delinquentis, qui delictum nomine receptantis commisit.*
6 *Clericum percuti mandans si ante percutionē reuocat mandatum, licèt reuocatio ad mandatariū non perueniat, non incidit in excommunicationem in foro animæ, bene tamen quoad forum exterius.*
7 *Clerici percussionem solo corde ratam habentes ligantur quoad Deum, etsi non quoad Ecclesiam.*

8 *Delicti ratificatio non inducitur ex receptatione delinquentis, & auxilij praestatione, quando delictum non est gestum nomine receptantis, & praestantis auxilium.*

Cap. Cùm quis. XXIII.

1 CLericum quando quis percutit nomine meo, sed sine meo mandato, si postea ago ratum habeo, sum excommunicatus, quia ratihabitio retrotrahitur, & debet mandato comparari. Si verò percussio non fuit facta meo nomine, & ego deinde ratum habeam, non sum excommunicatus, licèt peccem, quia nullus potest habere ratum, quòd suo nomine non est factum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioann. Andr. Anchar. Dominic. Monach. Franc. Steph. Costa, Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 311.* Alagona *in compendio pag. 783.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. quoad primam partem eius firmant Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. 135. n. 55. cum seqq.* Paul. Comitol. *respon. moral. lib. 6. q. 63. num. 4.* vbi ait quod is, qui aut verbo, aut signo minimè falláci probauit scelus homicidij suo nomine facti, est irregularis: in delictis enim ratificatio aequiparatur mandato, secundùm Farin. *d. q. 135. n. 43. cum seqq.*

3 *Cùm quis ratum habere nequeat*, &c.] Notatur ad hoc quòd tunc demum ratificatio aequiparatur mandato, & ratificans punitur eadem poena, qua punitur delinquens, si delictum fuerit commissum nomine ratificantis, aliàs secus, vt per Farin. *d. quaest. 135. num. 84. cum seqq.*

4 In gl. figurationis casus, ibi. *Sed quid in primo casu*, &c. Notatur ad hoc, quòd in criminalibus ratificatio obligat ratificantem à die ratificationis, non à die commissi delicti, vt per Farin. *d. q. 135. n. 74.*

5 In ead. gloss. ibi, *Quaeritur de qua ratificatione*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ex receptatione, & occultatione delinquentis, qui delictum nomine receptantis commisit, eiusdem delicti inducitur ratificatio, vt per Farin. *d. q. 135. num. 48.*

9 In gloss. *Mandato.* Notatur haec gl. ad hoc quòd mandans clericum percuti, si ante percussionem reuocat mandatum licèt reuocatio ad mandatarium non perueniat, non incidit in excommunicationem in foro animae, bene tamen quoad forum exterius, vt per, Felin. *in cap. sicut dignum n. 14. fallent. 1. de homicid.* Ioan. Valer. *de differ. inter vtrunque forũ, verbo mandatum, differ. 1. num. 1.* sicque intelligenda est alia gloss. *verbo auctoritate in cap. mulieres, hoc tit.* vbi plura iura allegat in argumentum ad probandum quòd mandans incidit in excommunicationem, nisi reuocauerit mandatum: nam procedit quoad forum exterius, vt tradit Hippol. *sing. 181. incip. mandans*, quem refert. Ioan. Valer. *d. differ. 1. num. 1. in fin.* vbi *num. 2.* subdit quòd irregularitatem incurrit in foro animae, & dat rationem diuersitatis.

7 In gloss. *Tuo nomine.* ibi, *sed tamen in veritate ratum habuit in corde*, &c.] Notatur ad hoc quòd habentes solo corde ratam percussionem clerici, ligantur quoad Deum, quamuis non quoad Ecclesiam, quae de occultis non indicat, per Sanch *in praecepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 1.*

8 In gloss. *Non sit facta.* Ex receptatione tamen delinquentis, & auxilij praestatione non inducitur ratificatio delicti, quando delictum non est gestum nomine receptantis, & praestantis auxilium, vt per Farin. *d. q. 35. num. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Interdicti ecclesiastici prohibitione per viam regula, certis casibus exceptis, Sacrificium Missae, & alia Ecclesiae sacramenta continentur.*

3 *Poenitentiae sacramentum tempore interdicti tam morientibus, & infirmis, quàm etiam sanis, & beneuolentibus concedi debet.*

4 *Declaratur text. in praesenti in illis verbis*, dum tamen excommunicati non fuerint.

5 *Interdicto causam dantes, vel consilium, auxilium, seu fauorem delicto propter quod latum est, non debent admitti ad Poenitentiae sacramentum, nisi prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem.*

6 *Cautionis idoneae appellatione non venit nuda.*

7 *Missa atque alia diuina officia celebrari possunt tempore interdicti generalis loci singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs submissa voce, ianuis clausis, campanis non pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis.*

8 *Laici non interdicti an diuinis officijs possint interesse, eisque praesentibus celebrari valeat tempore interdicti ostenditur.*

9 *Clerici, & reliqui omnes priuilegiati tẽpore interdicti Missam audire tenentur sub peccato mortali.*

10 *Clerici omnes quamuis prima tonsura etiam extranei admittendi sunt ad diuina tempore interdicti localis generalis.*

11 *Campana tempore interdicti pulsari non debent.*

12 *Campanas magnas, aut paruas pulsare non licet tempore interdicti, exceptis festiuitatibus, quibus publicè celebrare conceditur.*

13 *Interdicti tempore loco campanarum instrumento tabula, aut simili vtendum est ad clericos conuocandos.*

14 *Campanae laicorum pulsari possunt ac etiam clericorum tempore interdicti, vt moneantur laici de horis, quibus ire solent.*

15 *Text. in praesenti in §. Adijcimus, solùm procedit quando locus generaliter interdicitur, non in Ecclesia specialiter interdicta.*

16 *Cessationis a diuinis etiam generalis tempore licitum non est diuina celebrare cum moderationibus §. adijcimus, huius text.*

17 *Festiuitates, in quibus tantùm pulsatis campanis, & ianuis apertis alta voce diuina Officia solemniter interdicti tempore celebrari possunt, quot & quae sint, ostenditur.*

18 *Festiuitates, quibus licet publicè diuina Officia tempore interdicti celebrare, incipiunt a primis vesperis & finiuntur in secundis.*

19 *Cessatio a diuinis suspenditur, & diuina Officia celebrari possunt in festiuitatibus, quibus publicè & solemniter diuina Officia tempore interdicti celebrari possunt.*

20 *Interdicti prohibentur Altari appropinquari.*

21 *Sacramenta quae celebrari permittuntur tempore interdicti, remissiuè.*

22 *Matrimonium contractum tempore interdicti tenet.*

23 *Chrismatis confectio permittitur tẽpore interdicti.*

24 *Missa non solùm ordinaria, sed etiam extraordinaria in festiuitatibus exceptis in hoc text. publicè celebrari possunt tempore interdicti.*

25 *Dies ecclesiasticus quantum ad indulgentias, & caetera priuilegia, constituitur à vesperis in vesperas inclusiuè.*

26 *Priuilegia Praedicatoribus, & Minoribus ad celebrandum*

brandum tẽpore interdicti, ante hunc text. concessa hic reuocata sunt, non autem quæ deinde concessa reperiuntur.

26 *Priuilegia Regularibus concessa post hunc text. decisionem ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laicos ad Diuina eodem tempore an reuocata sint per Concil. Trid. ostenditur.*

Cap. Alma mater. XXIV.

1 INterdicti tempore siue ab homine, siue à iure omnes tam infirmi, quàm sani admittuntur ad sacramentum Pœnitentiæ, dummodo non sint excommunicati, hi non enim admittuntur nisi in mortis articulo; nec etiam admittuntur hi propter quorum culpam, dolum, vel fraudem fuit positum interdictum, nec qui ad talem culpam interdicti dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, nisi pro ipso delicto priùs satisfaciant, si possunt, vel dent idoneam cautionem de satisfaciendo, vel si non possunt, iurent quòd satisfacient quando potuerint, & laborabunt pro posse dando consilium, auxilium, vt qui debent satisfaciant, non tamen ideo relaxatur interdictum, sed tantùm conceditur eis pœnitentia. Item tempore interdicti in Ecclesiis, & monasteriis singulis diebus Missæ, & alia diuina Officia celebrentur vt priùs; submissa voce, ianuis clausis exclusis excommunicatis, & interdictis, & non pulsatis campanis, ita vt Canonici, & alij clerici, qui horis diuinis non intersunt, amittant distributiones, sicut quando non est interdictum. In festiuitatibus verò Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis B. Mariæ Virginis pulsentur campanæ, & ianuis apertis, & alta voce solemniter celebrentur diuina Officia exclusis excommunicatis, sed admissis interdictis, illi verò interdicti pro quibus expresse fuit positum interdictum nullatenus appropinquent Altari, cum derogatione Bullarum prædecessorum in hac materia, remanentibus cæteris circa obseruantiam interdictorum in suo robore, non obstantibus quibuscunque. Colligunt ex Ordin. Lap. Ab. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Domin. Monach. Franch. Stephan. Costa, Couar. qui amplam repetitionem super hunc text. edidit, Viu. *in ration. lib. 5. pag. 321.* Alagona *in compend. pag. 783.* remissiuè Ximen *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Nulla diuina celebrentur Officia, &c.*] Notatur ad hoc quòd interdicti ecclesiastici prohibitione per viam regulæ certis casibus exceptis Sacrificium Missæ, & alia Ecclesiæ sacramenta continentur, vt per Nau. *in man. cap. 27. n. 171.* Henriq. *lib. 13. summ. cap. 45. per totum.* Vgolin. *de cens. tab. 5. cap. 7.* Sayr. *in simili tract. lib. 5. cap. 5. in princ. & c. 7.* Auila *eod. tract. p. 5. disp. 4. sect. 1. in princ. & dub. 3. cum seqq.* latè Soar. *tom. 5. disp. 33 sect. 1. à princ.* Paul. Laymann. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 4. c. 2.*

3 *Concedimus quòd tempore interdicti, &c.*] Notatur ad hoc quòd Pœnitentiæ sacramentum tempore interdicti tam morientibus, & infirmis, quàm etiam sanis, & beneualentibus concedi debet, vt per Couar. *hic p. 2. §. 2. n. 7* Vgolin. *d. c. 7 §. 7* Card. Tolet. *in instr. Sacer. lib. 1. c 53.* Soar. *tom. 5. disp. 34. sect 1. à num. 23.* Sayr. *d. lib. 5. c. 7. n. 8.* Fr Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ, §. 5. n. 21. & q. Regul. tom. 2. q. 109. art. 3.* Auil. *d. p. 5. quæst. 4. sect. 1 dub. 3.*

4 *Dum tamen excommunicati non fuerint.*] Super intellectu horum verborum non mediocris est inter scribentes varietas: Angel. enim, Syluest. & alij Summistæ, quibus magis assentire videtur Soar. *d. sect. 1. n. 16. in fine*, iuncto præcedenti existimant intelligenda esse de solis excommunicatis propter causam interdicti. At verò Vgolin. *d. cap. 7. §. 7.* quem sequitur Sayr. *d. cap. 7. num. 9.* contendunt textum generaliter esse intelligendum de excommunicatis quocunque alio nomine, etiam extra causam interdicti ex generalitate text. qui violenter restringitur ad excommunicatos ob solam interdicti causam: & quia inquiunt absolutionem excommunicati fieri non posse nisi adhibitis precibus, & orationibus, de quibus *in cap. a nobis 28. in fin. hoc tit. in Decretalib.* iunctis multis, quæ latè de hac absolutionis forma tradunt Nau. *in man. cap. 26. n. 8.* Vgolin. *tab. 2. cap. 31. à princ.* Sayr. *lib. 2. c. 17. num. 17.* Soar. *tom. 5. disp. 19. sect. 2. à n. 10.* quas preces, & orationes cum Officium Ecclesiasticum importent, tempore interdicti prohiberi non est dubium. Verùm hæc ratio Vgolin. minimè concludit, si aduertimus text. agere de absolutione excommunicati ad effectum consequendi sacramentum Pœnitentiæ, ad quem effectum constat satis esse absolutionem præstitam in foro conscientiæ, etiamsi non fiat in forma Ecclesiæ solemni, vt idem proximè citati Doctores fatentur. Quare verius censeo esse quod auctores prioris sententiæ resoluunt, quòd scilicet text. hic vel debet intelligi de absolutione excommunicationis reseruatæ, vel de absolutione solemni, vel quod magis litteræ textus adaptatur, de excommunicatis ob causam interdicti, & secundùm hunc sensum erit differentia inter hunc vers. & sequentem, in quo agitur de interdictis, qui causam interdicto dederunt, vt hi admittantur si excommunicati non sint præstita cautione, vt statim explicandum est, si verò vltra interdictum sint excommunicati, absolui non possunt nisi in mortis articulo.

5 *Illi etiam propter quorum culpam. &c.*] Notatur ad hoc quòd interdicto causam dantes, vel consilium, auxilium, seu fauorem delicto, propter quod latum est, non debent admitti ad Pœnitentiæ sacramentum nisi priùs satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, vnde pignoratitiam, aut fideiussoriam necessariam esse, nec nudam sufficere; rectè notat gloss. *hic verbo idoneam*; licèt enim quando 6 cautionis simpliciter fit mentio, nuda sufficiat, iuxta text. *in l. sancimus, C. de verb. sign.* non ita tamen quando idonea requiritur, vt per text *in l. si mandato 59. §. vlt. ff. mandati*, pluribusque alijs post gloss. *verb. idoneam inc. quanquam, de vsuris hoc lib.* communiter receptum testatur Couar. *lib. 3. var. c. 3. num. 6.* & post Bernard Diaz *reg. 73.* Duen *reg. 86.* Garc. Falcon. *reg. 162.* planè relati per Sanch. *de matrim. lib. 10. disp. 18. à n. 35.*

7 *Adijcimus prætereà &c.*] In hoc §. concessum est vt tempore interdicti generalis loci singulis diebus in Ecclesiis, & Monasterijs Missæ celebrentur, atque etiam alia diuina Officia sicut priùs, cum modificationibus tamen de quibus *hic*, scilicet submissa voce, ianuis clausis, campanis non pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis, de quibus omnibus explicandis agunt Nauar. *d. c. 27. n. 173. cum seqq.* Cou *d. p. 2. §. 4* Henriq. *d. lib. 13 cap. 46* Vgolin. *d. tab. 5 c. 8. §. 1. cum seqq.* Sayr. *d. l. 5 cap. 5 à n. 18.* Auil. *d. d. [?]. 4 sect. 2. dub 2. cum seqq.* Soar. *d. tom. 5. disp. 34 sect. 1. n. 3. cum seqq.*

8 *Excommunicatis, & interdictis exclusis.*] Ergo à contrario sensu colligi videtur reliquos omnes non interdictos, nec excommunicatos, atque ita etiam laicos diuinis posse Officiis interesse, eisque præsentibus posse celebrari tempore interdicti. quod tamen est contra receptissimam omnium scribentium sententiam, & gloss. *verb. interdictis, hic*, quam sequuntur Domin. Anchar. Franch. & alij, *in præsenti*, & Couar. *d. p. 2. §. 4. num. 4.* Nauar. *d. cap. 27. num. 174.* Vgolin.

d.§.4.num.1. Henriq.d.c.46.§.3. Sayr. d. lib.5. cap.5. num.24.Soar.d.sect.1. à num.21. Auil.d. sect.2. dub 4. concl.1.ampliantes non solùm ab integris Officiis diuinis, sed etiam à qualibet eorum parte laicos esse excludendos, ita vt, nec ad faciendam oblationem in medio Missæ, nec extra Ecclesiam ad pacem sint admittendi tempore, quo in Missa dari solet; quorum sententia vera est; argumentum verò a contrario sensu ex hoc text. deductum non procedit quando contrarium iure reperitur expressum, vt latè dixi *in tract. de loci communibus argument. iuris.* Contrarium autem probat text.*in cap. licèt 11. in princ. de priuil. hoc lib* & expressiùs *in Clem.3. hoc tit.de sent.excomm.* & deducitur ex hoc eodemmet text. nostro in illis verbis, *ianuis clausis, submissa voce*, &c. quæ alium finem non respiciunt, nisi hunc, vt laici non priuilegiati ad diuina audienda minimè admittantur, vt bene aduertit Auil. *d disp.4. sect.2. dub.4.* Nec otiosa manent verba supradicta, *excommunicatis, & interdictis exclusis*, operantur enim quoad excommunicatos, & interdictos, qui aliàs essent admittendi, vel quia super hoc habent priuilegium, vel clerici sunt, qui cùm regulariter aliàs interdicti tempore diuinis possint interesse, non ita admittentur si excommunicati, aut personaliter fuerint interdicti.

9 *Missa celebrentur.*] Quam sub præcepto peccati mortalis audire tenentur clerici, & reliqui omnes priuilegiati tempore interdicti, vt tenent plures, quos refero ego ipse *de offic.& potest. Episc.p.2. alleg 38. n.12* secundùm Lugdun.impress.contra alios contendentes nullam culpam committere habentes priuilegium interessendi diuinis tempore interdicti si Sacrum omittant diebus festis, quorum sententiam improbaui *citat. loco.*

10 *Et alia dicantur diuina Officia sicut priùs.*] Ergo omnes clerici etiam extranei admitti debent ad diuina tempore interdicti localis generalis, quia hoc est eorum officium, vt docet Couar.*dicto §.4. num.4. versic. nonò*, & consuetudine generali Hispaniæ, & Lusitaniæ receptum testatur Nauar.*dicto cap.27. num. 174.* Vgolin.*dicta tab.5.c.8.§.5. n.5.* Henriq. *dicto lib.13. cap.44.§.7.lit.I.* Auil. *dicto dub.4. concl. 3.* multiplicique ratione confirmat Sayr. *lib.5. cap.5. n. 35.* Soar. *tom.5.disp.34.sect.1. n.10.* qui omnes explicant hanc resolutionem procedere in omnibus clericis etiam minorum Ordinum, & primæ Tonsuræ, non ita si fuerint coniugati, argum. text. *in c.unic.de clericis coniugatis, lib.6.* & Conc. Trident. *sess.23.de reformat. c.6.* vt præ omnibus meliùs explicat Sayr. *dicto c. 5. n.34.* & Paul.Laymann.*d.part.4.c.2.n.2.vers. quartè.*

11 *Et campanis etiam non pulsatis.*] Notatur ad hoc quòd tempore interdicti campanæ pulsari non debent, cùm enim pulsentur veluti signa, vt populus conueniat ad diuina audienda, & interdicti tempore licèt Missas fieri, & diuina celebrari clericis permittatur, populum tamen, laicósque omnes excludi oportet, vt *suprà* diximus meritò sequitur campanas pulsandas non esse; quam rationem bene *hic* tradit Steph. Costa *n.12* & Couar. *part.2 §.4 num.5. versic. 13.* & post eum, Nauar. Vgolin. latissimè prosequitur Sayr. *de censur.lib 5.c 9.à princ.* quibus addo Auil.*eod. tract. p.5.disp 4 sect.2.dub.8.* Soar.*tom.5.d.34. sect.1 à n.15.*
12 cum quibus aduertere oportet exceptis festiuitatibus quibus publicè celebrare conceditur, licitum non esse pulsare campanas magnas, aut paruas etiam cùm eleuatur Hostia, vel etiam vt signum fiat clericis venien-
13 di ad horas, quibus interesse tenentur, sed instrumento tabulæ, aut simili vtendum est ad clericos conuocandos, vt bene probat Soar. *num.16. loco proximè citato*, licèt cum Vgolin. & aliis contradicat Sayr. *d.*
c.9.num.3. quamuis *num.2.* rectè doceat pulsari posse 14
campanas laicorum, atque etiam clericorum, vt moneantur laici de horis, quibus ire solent, & debent ad sua exercitia, dummodo fraus cesset ex parte clericorum, quæ etiam cessante fraude fieri posset ad denotandum interdictum, prout Salamanticæ fieri consueuit, duo tamen supersunt circa prædicta adnotanda.

Primò aduertere oportet concessionem huius §. 15
Adiicimus, solùm procedere quando locus generaliter interdicitur, non ita Ecclesia specialiter interdicta, vt probatur ex littera huius text.*in princ.* ibi, *in terris, & locis*; & deinde quia rationes, quas subiungit *in §. quia verè*, vigent, & militant tempore interdicti generalis loci, non ita efficaciter in particulari interdicto, siquidem si in hac parte ciuitatis, quæ interdicta est, fideles diuinis interesse non possint, sin altera non ita & consequenter nec indeuotio populi crescit, nec hæreses pullulant ex Sacramentorum, & diuinorum omnimodo defectu, quemadmodum in generali considerat Pontifex, & experientia compertum fuisse notauit gloss. *verbo insurgunt hic*, licet figmentum esse historiam, quam narrat in Marchia contigisse, post Viuald. scribat Sayr.*dicto cap.5.n.3.* ex quibus hanc declarationem quòd concessio *dicti §. Adiicimus*, non procedat in Ecclesia specialiter interdicta, notauit gloss. *hic verbo Ecclesiis*, vt testatur Cou.*dicto §.4.n.1.* Nau. *dicto c.27.n.175.in fin.* & post illos Sayr. *dicto c.5. n. 20.* Soar.*dicto tom.5.disp.34. sect. 2.num.1.* Auil. *dict. disput.4.sect.2.dub.3.concl.2.*

Secundò obseruandum duximus tempore cessatio- 16
nis à diuinis etiam generalis licitum non esse diuina celebrare cum illis moderationibus *d. §. Adiicimus.* prout respondit grauissima Congregatio Doctorum Salmanticensium facta hac de re anno 1566. vt paucis verbis expressit Nau. *d.c.27.num.189.* & latè disputans concludit Couar.*d. part.2. §.2. num.7.* & post eum Henriq *d.lib.13.cap.53.§.2.* Gutier. *canon. lib.1. c.10 per totum.* Viuald. *in candel.aureo tit. de cessatione à diuinis, num. 6.* Sayr. *d.lib.5. cap.19. n.2.* Auil. *de cens.p.6.disp.1.dub.3.* latè Soar *d.tom.2. disp.39. sect.2 à num. 3.*

In festiuitatibus verè, &c.] Licèt hîc quatuor tan- 17
tùm festiuitates, videlicet, Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis, Virginis numerentur, in quibus tantùm pulsatis campanis, & ianuis apertis alta voce diuina Officia solemniter celebrari possunt, nouiorum tamen Pontificum priuilegiis aliæ superadditæ reperiuntur, festum scilicet Corporis Christi cum suis octauis, per Martinum V. & Eugenium IV. & prædixerat gloss. *verbo reuelatum in Clem.1.de reliq.& vener.SS.* notant statim referendi, & præ cæteris Vgolin.*d.cap 8.§ 6. num.2.* atque etiam Conceptionis Immaculatæ Virginis cum sua octaua per Leon X. vt testatur post alios antiquiores Couar. *d.§.5.num 5.cum seqq.* Nau *d.c.27. num. 182.* Henriq. *d lib.13.cap.47.§.4* Auil.*d.sect.2. dub 9.vers. secundò notandum*, Soar.*d.disput.34. sect.1. à num 41.* Paul. Laymann.*d part 4.cap.2. num.2. vers. quarta exceptio.* Sayr.*d.lib.5. cap.13. à num.16.* vbi *à num.5.* explicat
in proposito incipere festum à primis Vesperis, & fi- 18
niri in secundis, dicto tamen Completorio, licèt aliqui contradixerint quos refert *num. 8.* quos etiam improbat Viual. *tit.de interdict. § 5. num. 13.* Sicut etiam idem Sayr.*dicto loco, n.13.* contra Sot. & alios, quos sequitur Auil.*vbi proximè, vers.in explicando*, benè resoluit festiuitatem Natalis, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis, intelligi de primis diebus tantùm, non de duobus, vel tribus sequentibus, & hanc testatur esse communem sententiam ex Nau. Henriq. Vgolin. & aliis, quos refert, & sequitur Soar, *vbi proximè,*

ximè, n. 38. Quamuis autem Palud. vt refert Viuald. *d.* §. 5. *n.* 12. addans his festiuitatibus diem omniuio Sanctorum, & dimidium omnium defunctorum, loquuntur sine iuris fundamento, vt sentit *proximè* citatus *c.* 13. *num.* 20. nec Palud. affirmat quod ei imponit Viuald. sed solùm quòd illum vehementer desiderabat, interim tamen legem quamuis duram seruandam esse subdit ex reg. *l. prosperis, ff. qui, & à quibus*. Sicut etiam quod aliqui scribunt de primo Regis aduentu iure non probari contra alios, quos refert Henriq. *dicto cap.* 47. *in fin. litt.* S. bene aduertit Vgolin. *dicto* §. 6. *n.* 2. & fatetur Sayr. *dicto cap.* 13. *num.* 19. licèt addat probabile esse non videri intentionem Pontificis in hoc casu communem ciuitatis lætitiam velle turbare, aut impedire

19 In festiuitatibus prædictis cessatio à diuinis suspenditur, & diuina Officia celebrari possunt, non ex concessione huius text. qui solùm de interdicto loquitur, & ideo secundùm rigorem ad cessationem trahi non poterat, sed ex consuetudine, & auctoritate grauissimorum Doctorum Academiæ, & Religiosorum Salmaticen. & sic practicatum fuisse in festo Corporis Christi de anno 1584. testantur post Couar. *d.* §. 5. *num.* 3. Henriq. *dicto lib.* 13. *cap.* 53. §. 3. Viuald. *dicto tit. de cessat. a diuinis, n.* 9. Sayr. *dict. lib.* 5. *c.* 19. *n.* 6. Auil. *p.* 6. *disp.* 1. *dub.* 6 qui omnes fatentur hanc resolutionem procedere ex vi consuetudinis, non ex concessione aliqua iuris scripti, quia in hoc text respectu cessationis nihil concessum reperitur, & ad hæc reducenda sunt omnia, quæ latè in hoc articulo scribit Soar. *d. disp.* 39. *sect.* 2. *a n.* 12.

20 *Altari nullatenus appropinquent.*] Vide Sayr. *de censuris lib.* 5. *c.* 13. *n.* 13. *cum seqq.* vbi ait interdictos prohiberi Altari appropinquare, & eorum oblationes accipi.

21 In gloss. *Sacramentis*. ibi, *permittebatur enim Baptisma paruulorum, pœnitentia morientium, & viaticum, Confirmatio in fronte*, &c. De his omnibus dixi *in collect. ad c. non est vobis, de spons. & ad c. quod in te, de pœnit. & remission.*

22 In ead. gloss. ibi, *tenet etiam matrimonium contractum tempore interdicti* latè probans *de offic. & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 32. *à n* 198. *cum seqq.*

23 In ead. gloss. ibi, *permittebatur etiam confectio Chrismatis*. Vide quæ notaui *supr. in collect. ad c. quoniam, n.* 3. *hoc eod. tit. & lib.*

24 In gloss. *Sicut prius*. ibi, *& per hoc dic quòd non solùm Missæ ordinariæ poterunt dici, sed etiam peculiares.* Notatur ad hoc quòd in festiuitatibus exceptis licèt honestius, & iustius sit saltem quantum ad principalem Missam, quæ in Ecclesia celebratur, vt de festo ipso proprio dicatur, nihilominus tamen alia quæcunque Officia diuina, tam publica, quàm priuata, tam ordinaria, quàm extraordinaria, siue coniuncta sint cum benedictionibus, siue absque benedictionibus fiant, publicè celebrari possunt, vt per Sayr. *dicto l.* 5. *c.* 13. *n.* 10.

25 In gloss. *Assumptionis*. ibi, *ad vesperas, quia tunc quoad Officiorum celebrationem incipit dies*. Notatur ad hoc quòd dies Ecclesiasticus quantum ad Indulgentias, & cætera priuilegia constituitur à vesperis in vesperas inclusiuè, vt per Tiraquell. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 11. *n.* 13.

26 In gloss. *Concessis* ibi, *Erant Fratres Minores, Prædicatores, & quidam alij priuilegiati, vt certis suis festiuitatibus celebrari possint tempore interdicti, hæc & similia priuilegia sunt reuocata.* Intellige de priuilegiis, quæ ante hunc text. non verò quæ postea concessa sunt, ac proinde hîc reuocata esse solùm ea priuilegia celebrandi actiuè, non verò illa passiuè audiendi Diuina tempore interdicti, vt colligitur ex fine huius text. ibi *sufficere debeat, vt tempore interdicti modo præmisso diebus celebrent supradictis*, & ita explicant Henriq. *d. lib.* 13. *c.* 48. §. 1. latè Sayr. *d. c.* 13. *a n.* 22. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 112. *art.* 1. qui bene aduertunt Sixtum IV. & alios recentiores Pontifices post Bonifacium omnia priuilegia Prædicatoribus, & Minoribus antea concessa ad celebrandum tempore interdicti confirmasse, & de nouo, si opus esset, concessisse. vnde claus. *Non obstantibus priuilegiis*, de qua *in hoc text.* non operatur respectu sequentium priuilegiorum, quominus vel ipse Pontifex, vel sequentes successores per clausulas speciales, vel generales modo prædicto contrarium valeant concedere, neque enim ipse sibi, nec etiam successoribus suis potuit legem imponere à qua non possint recedere, iuxta text. *in l. si quis, in princ.* ibi, *nemo enim sibi potest eam legem dicere.* &c. iuncto *cap. innotuit, versic. quamuis, de elect.* cum multis, quæ post Gabr. *commun. tit. de iure quæsito conclus.* 9. tradit Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gl.* 35. *a n.* 31.

Verùm autem hæc priuilegia Regularibus concessa post huius text decisionem ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laicos ad diuina eodem tempore, reuocata sint per Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 12. & 22. quæstio est dubia. Partem negatiuam, quòd scilicet non sint reuocata, tuentur Henriq. *d. lib.* 13 *c.* 48. § 1. Fr. Emman. *d. tom.* 2 *q.* 112. *art.* 1. Sayr. *d cap.* 13. *num.* 24. & 25. Contrariam tamen sententiam affirmatiuam constanter tuetur Nau. *dicto c.* 17. *num.* 190. & latiùs *cons.* 7. *sub tit. de priuilegiis in nouis*, cuius sententiam verissimam esse contendit Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 278. *cum seqq.* & ita consultos ab Episcopo Abulensi respondisse illustrissimos Cardin. S. Concil. Trident. interpretes testis est ipse Garc. *p.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. *vers. ad octauum.* 27

De Verborum significatione.

TIT. XII.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Papa non ideo videtur exemisse si aliquos recipiat in filios.*
3 *Exempti subiecti sunt iurisdictioni Legati de latere.*
4 *Papa eximendo a iurisdictione cuiuslibet Ordinarij non videtur eximere à potestate Legati de latere.*

CAP. Veniens. I. *Innoc. IV.*

PEr illa verba, posita in priuilegiis, v. g. Hospitalariorum, *Recipimus vos in proprios filios Romanæ Ecclesiæ*, non fiunt exempti à iurisdictione Ordinarij, tamen non possunt excommunicari, suspendi, vel interdici ab aliquo nisi à Papa, vel eius delegato. Quando autem datur priuilegium, v. g. ædificandi Ecclesias sine licentia in locis desertis, per loca deserta intelliguntur illa, quæ non fuerunt culta à Christianis vltra hominum memoriam; per hanc tamen declarationem non intendit Papa derogare defensionibus, & aliis iuribus partium. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan Andr. Anch. Dom. Monach. Fr. Viu. *in ration. lib.* 5. *pag.* 340. Alag. *in compend. pag.* 794. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 2. 1

Dictos

2 *Dictos Fratres exemptos non intelligi*,&c. Notatur ad hoc quòd non ideo Pontifex videtur exemisse si aliquos recipiat in filios. vt docet Erasm. a Cochier *de iurisd. Ordin. in exemptos*, *p.1.q.9.n.2.*

3 *Reuocare, & suspendere valeant*.&c. Ergo aliud est suspendere, aliud reuocare, vt per Bald. Angel. Imol. & alios *in l. illa institutio, §. fin. de hared. instit.* Anch. *cons.* 339 *col. fin.* Butatt. *decis.* 452. *n.* 2.

4 *Vel Legato ab eius latere*, &c.] Ergo exempti subiecti sunt iurisdictioni Legati de latere, vt per Felin. *in c. graue, n.3. de offic. Ordin.* Abb. *in c. 1. n.8. de offic. Leg. Rom. cons.* 398. Villadieg. *in tract. de Legato*, *p.1. quest.8.n.20.* latè Paris *cons.28.n.31. cum seqq. vol.4.* Erasm. à Cochier *dicto tract. part.2.q 2.n.7* Nam Papa eximendo à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij non videtur eximere à potestate Legati de latere, vt tradit Nau. *de datis, & promissis pro iustitia notab. 4. n. 19. vers. secundo per ea, qua.*

Cap. De Constitutione. II.

Nicol. III.

1 IN *cap. si fortè, de elect.* manifestum, & euidens sunt synonyma. Item Canonici alicuius Ecclesiæ, qui statuunt non recipere in Canonicum aliquem mandante Papa, sunt conspiratores, & coniuratores contra sanctam Ecclesiam Ramanam, ac libertatem, obedientiam, & auctoritatem ipsius, & vt tales sunt puniendi secundùm ius. Item statutum de non recipiendo aliquem ad mandatum Papæ est conspiratio, & coniuratio contra libertatem. & auctoritatem Sedis Apost. & est detestabile, & illicitum. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dominic. Monach. Franch. Viuian. *in rationali l. 5. pag.* 340. Alagona *in compend pag.* 794. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Professores regulæ S. Francisci non ita Deo obligantur vt compellantur ad omnia Euangelica Christi consilia exequēda, sed solùm ad vota emissa seruāda.*
3 *Fratres Minores sunt incapaces bonorum in proprio, & in communi.*
4 *Fratribus Minoribus nullum ius, aut obligatio pro re temporali acquiritur.*
5 *Legari an possit Religioni Minorum, ostenditur.*
6 *Dominium pecuniarium, quæ Franciscanis in eleemosynas dantur, remanet apud donantem, aliorum verò omnium apud Papam.*
7 *Donanti pecunias in vsum Fratrum Minorum integrum est illas liberè, & absque vlla causa sibi reuocare antequam alienatæ in alium sint.*
8 *Reuocandi ius expirat donantis morte, nec transit ad eius heredes.*
9 *Legatum factum Fratribus Minoribus valet quando in legando modum licitum testator expressit, & tunc res est vendenda, vt Fratribus æstimatio detur.*
10 *Legatum non valet quando Fratribus Minoribus legatur domus ad habitandum, aut ibi construendam Ecclesiam si non egeant ea domo.*
11 *Legatum rei immobilis quando fit absolutè, Fratribus Minoribus, valet. & debetur æstimatio.*
12 *Legatum Fratribus Minoribus relictum non valet si in eo exprimatur modus non illis permissus.*
13 *Legatum annuorum redditnum Fratribus Minoribus relictum an valeat? remissiuè.*
14 *Index tam Ecclesiasticus quam secularis potest ex suo mero officio neminem petere nec pellere hæredem, vt adimpleat legatum Fratribus Minoribus relictū.*
15 *Fratribus Minoribus illicitum est deinuciare iudici, vt ex officio compellat hæredem adimplere legatum ei relictum.*
16 *Verba in statuto debent fideliter sicut prolata sunt, & ad litteram expeni.*
17 *Nouitios ad professionem admittere in Religionibus Minorum est primariò, & originaliter apud Generalem, & secundario apud Prouinciale*

Cap. Exijt. III.

CONstitutio hæc amplissima multa dubia declarat, quæ possunt occurrere circa regulam S. Francisci, præcipuè an Fratres Minores illius Regulæ professores sint ad omnia Euangelij consilia obligati, & vtrùm aliquid proprium habere, & pecuniam recipere, legataque sibi relicta agnoscere valeant, cum multis alijs hîc luculentissimè resolutis. 1

In primis quia, &c. Notatur ad hoc quòd professores regulæ. S. Francisci non ita Deo obligantur, vt compellantur ad omnia Euangelica Christi consilia exequenda, sed solùm ad vota emissa seruanda, & ad ea, quæ in regula tanquam præcepta, prohibita exprimuntur, vt docet Azor. *instit. moral. p.1. lib. 12. c.24. quæst. 1* 2

Porro cum ipsa regula, &c. Notatur ad hoc quod Fratres Minores sunt incapaces bonorum in proprio, & in communi vt per Nau. *commento 2 de Regularib. n.3.* Peregr. *de iure fisci, lib.3. tit.14.n.1* Fr. Emman. *quæst. Regular tom.3.q.29.a.8.* Azor. *instit. moral. p.1. l.12.c.9. col. mihi* 107. 3

Si tamen ipse, &c.] Ex hoc vers. ibi, *in ipsa pecunia nihilominus Fratres iuris habeant*, &c. colligitur pro re temporali nullum ius, aut obligatio Fratribus Minoribus acquiri, vt per Bart. *lib.2. Minoritarum dist. 7. c.2.n.38* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7.c.26. num.58.* 4

Ad hæc quia Fratribus, &c. Notatur ad hoc quòd potest Religioni Minorum legari, vt per Sanch. *d. cap.26. num.9.* vbi *num. 10.* limitat modò id legatum non sit tantæ quantitatis, vt præsumatur fieri in fraudem, id est, relinqui hæreditatem sub nomine legati. 5

Cæterum cùm in eadem regula, &c. ibi, *ita tamen quòd penes ipsum dantem dominio*, &c. Colligunt ex his verbis Doctores dominium pecuniarum, quæ Franciscanis in eleemosynas dantur, remanere apud dantem, aliorum verò omnium siue vnico, siue pluribus vsibus consumptibilium, & aliorum omnium vt domorum, & Ecclesiarum, quas Franciscani habent, dominium esse penes Pontificem. Ita Sot. *lib.4. de iust. quæst. 1. art.1. col. antepen. vers. hisce tamen minimè obstantibus.* Alcoz. *lib de Indo, c.17. ad fin.* Salon. 2. 2. *q.62. in init. tract. de dominio quæst.1. art. 2. concl.1.* quod infert ex conclus. vnica, Rebell. *de obligat. instit. part. 1. lib. 1. quæst.7. sect. 4. num. 33.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst.125. art.6.* quos refert, & sequitur Sanch. *dicto tom.2. lib.7.c.18. num* 15. Quamuis Nauar. *in apolog. de redditibus quæst. 1 toto num* 17. indistinctè tenuerit dominium rerum donatarum Franciscanis esse apud Pontificem, & quicquid Mench. *illust. lib.1. cap.17. num.10.* & Azor. *instit. moral. part.1 lib. 12.c.24 q.5.* dicant omnium rerum, quæ in numero, pondere, & mensa consistunt, & vsu ipso consumuntur dominium esse penes eos, qui eas donant, donec illas ipsi Franciscani consumpserint, donando, vendendo, & permutando; aliarum verò rerum dominium esse penes 6

nes Sedem Apostolicam, Nec obstat Ioannem XXII. *in Extrauag. ad conditorẽ. de verb. signif.* abdicasse à se, & à Sede Apost. totum dominium rerum Fratrum Minorum, quia postea Alex. VI & alij Pontifices idem dominium recepere, vt habetur in priuilegiis Fratrum Minorum *verbo Paupertas*.

7 Vnde deducitur integrum esse donanti pecunias in vsum Fratrum Minorum eas liberè. & absque vlla causa sibi reuocare antequam alienatæ in alium fine, quia remanet verus illorum dominus, sicuti bene docent Bart. *in tract. Minoricarum, lib. 2. dist. 3. cap. 2.* Mench. *d. cap. 17.* Azor. *d. lib. 12. cap. 24. q. 5.* ac proinde Pontifex poterit ad libitum reuocare omnia alia Fratrum Minorum bona, quorum dominium diximus *supra* ad Pontificem transferri, quia eadem est ratio cùm sit verus eorum dominus, ita Sotus, & Salon *citatis locis*, Less. *de iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 19. vers. contra quia Sedes.*

8 *In eo verò casu* &c. ibi, *non obstante concedentis morte.*] Ex his verbis colligitur huiusmodi reuocandi ius expirare donantis morte, nec transire ad eius hæredes, ita Cordub. *in reg. sancti Francisci c. 6. q. 11. punct. 4.* Cou. *lib. 1. var. cap. 14. n. 16. immediatè ante, vers. Lis equidem*, Fr Emm. *q. Regul. tom. 2. q. 126. a. 1.* Sanch. *d. l. 7. c. 18. n. 18.*

9 *Si vero modum licitum*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando modum licitum Fratribus minoribus in legando testator expressit, tunc valet legatum, & res est vendenda, vt Fratribus æstimatio detur, vt per Sanch.
10 *d. c. 26. num. 16* vbi *n. 22.* post Cordub. *in reg. D. Francisci cap. 6. q. 11. punct. 2. dub. 1. ad finem*, resoluit quòd non valet legatum quando Fratribus Minoribus legatur domus ad habitandum, aut ibi construendam Ecclesiam, si Minores non egeant ea domo, vt propriam domum, aut Ecclesiam extendant, & vt cum illa continuent, vel vt inhabitent, aut Ecclesiam in ea ædificent. contra Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 126. a. 1. ad finem.*

11 *Absque modi expressione.* &c.] Notatur ad hoc quòd quando legatum rei immobilis fit absolutè Fratribus Minoribus, nempe nullum explicando vsum, valet tale legatum. & debetur æstimatio, vt per Bart. *in tract. Minoricarum lib. 2. dist. 4. c. 1. n. 19* Sorb. *in compend. priuil. Mendicant. verbo legata, in suis annot. vers. idem dicendum*, Spin *in speculo testament. gloss. 12. in princ. n. 39.* Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 126. a. 1.* Sanch. *d. cap 26. num. 28.*

12 *A tali legato. & eius receptione per omnem modum Fratres abstineant.*] Probat hic §. quòd si in legato Fratribus Minoribus relicto exprimatur modus non illis permissus, vt si legetur vinea, vt ab eis excolatur, vel alia res immobilis vt ab ipsis retineatur. debent per omnem modum abstinere à receptione talis legati, vt colligit Sanch *dicto c. 16. num. 17.* vbi *num. 18.* post Bart. *d. lib. 2. dist. 2. cap. 1. num. 9.* & Sorb. *d. vers. idem dicendum*, ac Fr. Emman. *d. artic. 1.* subdit tale legatum prorsus non valere. nec tunc deberi æstimationem, nec eam posse recipi à Fratribus tanquam debitam.

13 Vtrùm autem & quando legatum annuorum redditum Fratribus Minoribus relictum valeat, latè disserit Sanc. *d. c. 26. n. 33. cum seqq.* & diximus *in collect. ad Clem. exiui, §. cùmque annui redditus, hoc tit.*

14 *Etiam Prelati, & seculares*, &c. Notatur ad hoc quod potest iudex tam Ecclesiasticus, quam secularis ex suo mero officio nullo petente compellere hæredem, vt adimpleat legatum Fratribus Minoribus re-
15 lictum, vt per Bart. *in tract. Minoricarum, lib. 2. dist. 7. cap. 3. num. 41.* Sanch *d. cap. 26. num. 61.* non ideò illicitum est ipsis Fratribus denunciare iudici, vt ex officio compellat. quippe hoc non faciunt quasi habentes aliquid iuris in tale legatum, sed admonendo iudicem extraiudicialiter, vt ille ex officio suo cogat: ita Syluest. *in summ. verbo hereditas 1. q. 7. dub. 1. n. 10.* Redoan. *de spoliis clericorum, quæst. 8. princ. num. 47.* Cordub. *in reg. D. Francisci cap. 6. q. 11. punct. 4.* Fr. Emman. *d. quæst. 126. art. 4. in fin.* Sanch, *dicto cap. 16. num. 62.*

Itaque sub pœna,] Ex hoc text. ibi, *sicut prolata est, sic fideliter exponatur ad litteram*, colligitur quòd in statuto verba debent fideliter sicut prolata sunt, & ad litteram exponi quadam grammaticali intelligentia, vt per Çott. *in memoralib. verbo statuta, pag. 786.* 16

Sed quoniam, &c. ibi, *licere non solum Generali, sed etiam Prouincialibus Ministris personas fugientes à seculo Fratres recipere.*] Ex hoc text. colligitur in Religionibus Minorum ius admittendi nouitios ad professionem esse primariò, & originaliter apud Generalem, & secundariò apud Prouinciales, vt post multos à se relatos docet Fr. Barth. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis d. 11. dub. 1. n. 13.* vbi *n. 14.* ampliat ad Fratrem laicum in Ministrum electum. 7

Cap. Priuilegium. IV.

Bonif. VIII.

PRiuilegium quando conceditur vt Monachi, vel Fratres habitantes in cellis spectantibus ad monasterium non possint excommunicari ab Ordinario, nec cellæ interdici, nomine cellæ intelliguntur tantùm loca solitaria, & secreta ab hominum conuersatione separata ad Deo vacandum, non Prioratus Ecclesiæ, nec capellæ, nec in eis commorantes. Colligunt ex Ordin. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Anchar. Dom. Monach Franch Viuian, *in ration lib. 5. pag. 341.* Alagona *in compend. pag. 795.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

SVMMARIVM.

1. *Priuilegiato aliquo vt possit conferre beneficia clericorum, appellatione clericorum suorum qui contineantur, ostenditur.*
2. *Familiares vere dicuntur illi, qui expensis alicuius continuè domestici commensales existunt.*
3. *Familiaritas vt contrahatur requiritur mens, & dons.*
4. *Familiaris de præterito præsumitur familiaris in futurum nisi probetur contrarium.*

Cap. Sicut nobis. V & vlt.

PRiuilegium quando conceditur alicui, vt possit conferre beneficia suorum clericorum cedentium, vel decedentium, tunc in hoc, vel similibus casibus nomine suorum clericorum intelliguntur illi clerici, qui sunt familiares, & viuunt expensis priuilegiati continuè domestici commensales, etiamsi contingat aliquando aliquos ex illis abesse pro negotiis gerendis priuilegiati. Colligunt ex Ordinat Lap. Abbas, Archidiac. Gemin. Ioan. Andr. Anch. Dom. Monac. Fr. Viu. *in ration. l. 5. pag. 341.* Alagona *in compend. pag. 796.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* 1

Verè tui clerici familiares existunt, & in tuis expensis, &c.] Notatur ad hoc quòd familiares vere dicuntur illi, qui expensis alicuius continuè domestici commensales existunt, vt per Gom. *in reg. de impetr. benef. vacans.* 2

vacant.q.13. Boër.decis.213.n.13.& 15. Mascard. de probat.concl.755.Fr.Emm.quæst.Regul.tom.2.q.67.a.1. Surd.decis.35.n.16. Gonzal.ad reg.8. Cancel. gloss.51. à n.16. Ad contrahendam enim familiaritatem requi-
3 ritur mens,& dens, &sic præstatio victus, vt per Menoch.de arbitr. casu 552.n.2.& 5 Rot. in Hispalen. portionis 2. Martij 1614.coram Andrea,impressa per Farin. dec.584.n.3.part.1.recent. cuius memini de offic.Episc.p.2. alleg.5.n.20.

4 Et sic familiaris de præterito præsumitur etiam familiaris in futurum nisi probetur contrarium, vt per ni Gom.d.q. 13.n.5.fin.vers. est tamen verum, Simonet de reseruat.q.36.n.4. Gambar.de officio Legati, lib.3. num.164. Rot. decis.584. num.2. vbi num.3. subdit quòd familiaritas cessat vbicunque familiaris fuit licentiatus,& dimissus; & quòd familiaritas plenè probetur per testes deponentes de scientia, & communi reputatione censuit eadem Rot.decis 116. num.1. apud Farin p.2.recent.

DE REGVLIS IVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Regula in dubio inhærendum est donec exceptio probetur.*
2 *Iudicandum est semper secundùm regulam.*
3. *Intentionem suam fundatam habet, qui habet regulam pro se.*

1 N gloss. rubr. ibi, *potior est eius causa pro qua facit regula*, &c. Notari solet, ad hoc quòd regulæ in dubio inhærendum est donec exceptio probetur, sequuntur omnes hic gloss. & Doctores in l.omnis definitio,ff.eod. Bart.in l.quoties, ff.si quis caution. Ias.in l.cætera,num.9.ff.de legat.1. Tiraquel. de retractu lig.§.1.gloss.9.num 11. Paris.cons.11. num.17. lib.2. Aym.cons.25. num.8. Roland. cons.81.n.4. lib.1. Molin. de primog.lib.3. cap.4. num. 33. Burg. de Pace l.3. Tauri,num.84 Menoch. remed.14. recup.num. 32. & cons.88. num.61. & cons.187.n.25. Couar. variar. lib.2.cap.12.num.4 Rumnald.in §.vlt.num.77. Instit. quibus alienare licet, Surd.decis.255.n.2. & decis.322. num.40.cum seqq.& cons.356.num.18. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib 5. tit. 15.n. 31. Brunor. à Sole in locis communib.verb.regula, Chald. Pereira. de extinct. emphyt. cap.2.n. 26 Gonzal.ad reg.8. Canc. gloss.8.n.70.cum seqq. Monet. de distribut. quotid.p.1. q.9.n.56.& part.2.q.10.n.25. Aloys. Ricc.in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.138. n.1.p.2.& regulæ est standum donec probetur limitatio, idem Aloys. Ricc. d.p.2.decis.107. n.2.

2 Et secundùm regulam semper est pronunciandum, vt per Tiraq.de retractu lig.§.1.gloss.9.n.211. Mendez à Castro in praxi Lusit.lib.3.c.15.n.9 ita vt ab ea non sit recedendum, nisi contrarium expressè; reperiatur in iure, Bertazol in repet.l. si quis maior, numero 604.C. de transact.

Et qui habet regulam pro se, habet intentionem
3 suam fundatam, secundùm Gutier. de iuram. confirm. p.1.cap.1.num.64.& pract.lib 3.q.4.n.13.& q.76.n.8. Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl. 36.consid.1. Cardin Tusch.tom.6.litt.R, conclus.94 Mar.Anton.variar resolut.l.2.resol.59.casu 12.ita vt ab onere probandi releuetur, ex Mascard. de probat. conclus.1261.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri.*
2 *Beneficium ecclesiasticum qui sine canonica institutione obtinet an sit verus beneficij possessor, ostenditur, n.3.& 4.*
5 *Beneficium largo modo sumptum comprehendit dignitates, personatus, & Ecclesias omnes cum cura, & sine cura.*
6 *Beneficium ecclesiasticum non præscribunt a principio canonicam institutionem non habentes, quamuis cum titulo colorato, & bona fide possideant.*
7 *Verbum*, potest, *negatiuè positum necessitatem importat.*
8 *Posse id dicimus quod licitè possumus.*
9 *Posse quis non dicitur, quod inhonestè potest.*
10 *Clericus possessor beneficij tenetur titulum suæ possessionis ostendere si requiratur ab ordinario Superiore.*
11 *Ordinarius non excluditur per regulam de triennali possessore, licet excludatur tertius inquietans in beneficio.*
12 *Princeps ad ostensionem titulorum cogere potest Magnates Regni obtinentes iurisdictionem, & alia iura Regalia super quibus habet fundatam intentionem iure communi.*
23 *Emphyteuta compellitur à domino directo ad ostendendum titulum.*
14 *Vasallus compelli potest à domino ad ostendendum titulum inuestituræ.*

REGVLA I.

Beneficium Ecclesiasticum non licitè sine institutione Canonica obtineri.

DEsumitur ex cap.3.de instit.& exc.relatum 21. 1
de iurepatron & tradunt multipliciter explicantes Duen.reg.77. Ioan. Selu. de benefic. part. 3.q.25.à princ. Rebuff. in c.postulastis in gloss. verbo pertinere, n.12.cum seqq de cleric.excomm. minist. Lambertin. de iurepatron.part.3.l.2.in 2.a.3.quæstion.u princip.a n.4. Brunor. à Sole in quæst.legal.q.38.a num.1. Aloys. Ricc. in collect.decis.part.5.collect.1814.& ad beneficia Regularia ampliat Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloss. 8.n.18. vbi gloss.15.§.1.n 14 per hanc reg. tenet vacationem beneficij dici per obitum ius habentis & non possessionem solam obtinentis.

Hinc illum, qui beneficium ecclesiasticum sine ca- 2
nonica institutione obtinet, verum beneficij possessorem dicendum non esse resoluunt Oldrad. consil. 1. num.4. Panorm.in cap. pastoralis, n.27. de causa possess. Cosmas in pragm.sanct. tit.de pacificis possess.§. Ordinarij verbo inquirant, col.6.in paruis,& verbo possideat ad fin.ex ea ratione, quia vbi ius resistit, possessio dari non potest, l.qui vniuersis 30.§.1.vers. namque locum ff.de acquir.possess atqui ius resistit,& prohibet ne beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineatur, patet ex hac reg ibi, *non potest*, quod verbum manifestam denotat legis resistentiam, ex citatis infra num.7. Igitur, &c. Deinde probatur quia id, quod non potest obtineri nisi habito respectu ad certam causam si sine illa obtineatur, verè, & propriè non possidetur, cap ex transmissa 8.vbi gloss.verbo. & ab eo,de restitut. spoliat. atqui beneficium ecclesiasticum non potest obtineri nisi habito respectu ad certam causam, nempe ad canonicam institutionem, quæ

quæ nihil aliud est quàm prouisio superioris, ex Dyn. *hi ai* 17. & Rebuff. *in praxi tit. quot modis beneficia acquiruntur, ti. canonica institutio.* Igitur, &c.

3 Verùm contrariam sententiam probarunt Anchar. *in pri* Innoc. Butr. & Panorm. sibi contrarius *n.* 21. Bero. .8 *in cap. in litteris* 5. *de restit. spoliat.* Pro quibus facit, quia regula est, quòd proprietas, & possessio longè differunt, & ita vnum sine altero haberi possũt, *naturaliter* 12. *ff. de acq. poss. in §. nihil commune*; sed hęc regula in beneficio Ecclesiastico immutata non reperitur: ergo beneficium Ecclesiasticum sine canonica institutione verè, & propriè non possideretur, nec daretur spoliato de illo restitutio, nisi priùs probaret canonicam institutionem: patet, quia spoliatus non aliter restituitur ad beneficium, quàm si probet se de illo tempore spoliationis possedisse, *c. consultationibus* 10. *ad fin.* ibi, *posse ionem de offic. deleg.* atqui spoliato de beneficio datur restitutio absque eo quòd probet canonicam institutionem, *d. c. in litteris*, ibi, *prius de violenta electione, quam de canonica institutione.* Igitur &c. Iuuat text. *in cap. cùm nostris vers. auditor*, ibi *quia talis possessio*, vbi expendit Panor. *n.* 6. *de conce. prab.* text etiam *in c. licèt* 28. *iuncta gloss. verbo te non vocato, de prabend, hoc lib.*

4 Qua sententia retenta non obstant quæ pro prima *supra* expendimus nam text. *in præsenti* respondetur non simpliciter resistere cuicunque acquisitioni beneficiorum, sed resistere tantùm licitæ acquisitioni, vt patet ex verbo, *licitè* quasi sit census, beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine canonica institutione obtineri, non tamen negat Pontifex quod illicitè etiam sine canonica institutione obtineri, & consequenter possideri potest, vt considerant Panorm. *d. n.* 21. Cosm. *de verbo possideat, ad fin.* quicquid hoc non aduertat gl. ill. *hic verbo licitè* Ad secundum antequam respondeamus, notanda est differentia inter ea, quæ simpliciter, & absolutè obtineri possunt, & inter ea, quæ obtineri non possunt nisi habito respectu ad certam causam, quòd priora non sint simpliciter, & absolutè possibilia, vt sic loquamur, si cum animo possidendi simpliciter, & sine respectu ad illam causam apprehendãtur, verè & propriæ possidentur, iuxta reg. *l.* 6 *§. qui nundinas, in fine*, ibi *intelligitur possidere ff. de acquir. poss.* posteriora verò non ita, sed oportet quòd apprehendantur per respectum ad illam causam ex qua obtineri possunt; nam cùm simpliciter, & absolutè possibilia non sint, *d. vers. namque locum*, sed tantùm possideri possint per respectum ad aliquam causam, iuxta supradicta si absque illo respectu apprehendantur, nõ dari potest animus possidendi rem eo modo, quo possideri potest, vt patet subindéque deficit possessio arg *l.* 3. *in pri* ibi, *animo. &* *l. quemadmodum* 8. ibi, *nisi animo ff. eod tit. de acquir. possess.* Ad argumẽtum igitur in forma negamus maiorem, nam etiamsi ea, quæ non possunt obtineri nisi habito respectu ad certam causam si sine respectu ad illam obtineantur, non dicontur verè, & propriè possideri iuxta modo dicta, si tamen per respectum, ad illam, hoc est, habita ratione illius causa acquirantur, etiam sine illa causa, quia forrassè a parte rei nulla est, verè & propriè possidentur, nec contrarium probat *d. c. ex tra mi a*, etenim text. ille ad probandam mariti possessionem non requirit desponsationem legitimam in particulari, id est validam, & canonicam in illo casu; patet, nam quamuis matrimonium de nullitate in illo casu arguatur, nihilhominus maritus dicitur verè & propriè possidere. *ex coniunctione* 10. *eod. tit.* sed requirit desponsationem legitimam, id est, apparentem seu coloratam, vt appellant, quæ legitima dicitur quia ex se secundùm leges in communi non consideratis impedimentis in particulari valere poterat, & satis est ad ostendendum quòd maritus vxorem aliquando liberam & vti talem simpliciter impossibilem per respectum ad causam, nempe matrimonium, & ita verè, & propriè possidebat, iuxta supradicta.

5 In gloss. *Beneficium*. ibi, *sumitur hic beneficiũ largo modo, vt comprehendas dignitates personatus, Ecclesias omnes cum cura & sine cura* Ita Rebuff. *in tract. nominat q.* 9 *n.* 5. Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 6 *n.* 37

6 In ead. gl. ibi, *& sic nota casum in quo non currit præscriptio*, &c. Notatur ad hoc quodà principio canonicam institutionem non habentes beneficium Ecclesiasticum non præscribunt, quamuis cum titulo colorato, & bona fide possideant, vt tenet gloss. magna *ad med. inc. continois. de dolo.* communis, vt per Balb. *de præscr.* 1. *part.* 5. *princ. n.* 8. Bero. *in c. cura, n.* 11. *de iure patr.* Cou. *in reg. possessor. p.* 1. *§.* 10. *n.* 9. Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 15. *n.* 22. mouentur, quia si beneficium Ecclesiasticum præscriberetur, per præscriptionem, & ita sine canonica institutione, posset licitè obtineri; patet, nam ea, quæ præscribuntur post impletam præscriptionem absque vllo alio titulo ex vi præscriptionis licitè obtinentur, gloss. *verbo noueris, in c. vigilanti* 3. *de præscr. & in c. vlt. verbo nulla, eod. tit.* Anton. Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 125. Mench. *illustr. c.* 74. *a princ.* Perez *lib.* 5. *Ordin. col.* 2. *ad fin. pag.* 140. Atqui beneficium Ecclesiasticum non potest sine canonica institutione obtineri, vt dicit hæc reg. Igitur, &c. Secundò pro hac parte adducitur text. *in c. vnic de eo qui mittitur in possess. hoc lib.* vbi in beneficiis Ecclesiasticis prohibetur missio in possessionem ex primo, & secundo decreto, propter contumaciam rei absentis, ne (inquit Pont.) ad ea ingressus patere valeat vitiosus, atqui si præscriptio admittatur, patebit vitiosus ingressus ad beneficia, vt palàm est. Igitur, &c. Tertiò probari solet hæc sententia ex eo, quia iura publica non præscribuntur, *l. præscriptio* 5. ibi, *iuri publico non debet obsistere. C. de operib. public.*

7 In gl. *Non potest*. ibi, *hac dict. potest negatiuè posita, vt hic, necessitatem importat.* Ita Auil. *ad c.* 3. *Prætorum in gloss. puedan.* Lancell. Gallia *in consuetud. Alex in gl. nõ possit, in princ.* Fusc. *litt. P. sing.* 57 Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 12. Bernard. *reg.* 487. Tiraq. *de iure mariti, gloss.* 4. *n.* 1. & 11. Couar. *in c. quamuis pactum, part.* 2. *§.* 4. *n.* 4. Mẽch. *quæst frequent. c.* 14. *n.* 3. Hippol. *cons.* 65. *n.* 17. *vol.* 1 Azeued. *l.* 1. *n.* 1. *tit.* 5. & *l.* 4. *n.* 2. *tit.* 6. & *l.* 8. *num.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *noua. recopil.* Gutier. *in repet. l. nemo potest, n.* 145. *ff. de legat.* 1. Chal. Pereira *de potest. eligendi, cap.* 10. *n.* 1. & *num.* 42. & *de resolut. emphyt. cap* 2. *n.* 1. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disp.* 38. *n.* 20. Cened. *ad Sextum collect.* 18. *n.* 4. Petr. Henriq. *resp. apusc.* 2. *n.* 33. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 41. *n.* 31. Rot. *decis.* 515. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* quorum plures refero ego ipse *in tract. de dictionib. vsu freq. dict.* 26 *n.* 3. secundum Lugdun. impress.

8 In gloss. *Licitè* ibi, *id enim dicimus posse quod licitè possumus.* Ita Alciat. per text. *ibi in l. Nepos Proculo, ff. de verb. sig.* Bertaz. *de clausulis instrum. l. iu. f.* 27. *glo.* 13. *n.* 3. Ego ipse *d. dict.* 267. *n.* Hinc è contrario posse quis non dicitur quod inhonestè potest, *d. l. nepos Proculo.* Surd. *cons.* 203. *n.* 44. Menoch. *cons.* 901. *num.* 61

10 In gloss. *Obtineri*, vlt. ibi, *& nota quòd hac regula est in argument. contra clericum, qui est in quieta possessione beneficij sui, & petitur ab eo titulus possessionis*, &c. Notatur ad hoc quòd clericus possessor beneficij tenetur titulum suæ possessionis ostendere si requiratur ab Ordinario superiore, vt per Couar. *in reg. possessor. part.* 2. *§.* 10. *num.* 9. *col.* 2. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 13. *num.* 4. Caputaquen. *decis.* 116. *part.* 3.

Nau.conf.4.sub tit.de offic. Ordinar Selu.de benef. 3. quæst.25.vers.& concludendo, Cosm.in prag. sanct. tit.de pacificis possessoribus in v. Ordinarij in gl. verbo inquirant. Duen.reg.77. Valasc.de iure emph. quæst.8. num 6. Bernard. reg. 236. vbi Salzed. additio Fulc. lib. C. sing.88. Menoch.de præsumpt.lib. 3 præs.132. n.46. cum seqq. Perez l.3.tit.1 lib.8. Ordi. aut par. 327. vbi ait quod licèt per regulam de triennali possessore excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius Mascard. de probat. concl.172. Azeued l.2. num.5.tit.1 lib.4 nouæ recopil. Zerol.in praxi Episc.part.1. verbo Bulla. vers.ad quintum. Aloys.Ricc.in collect decis.p.5.collect.1817. Mar. Anton.var reso.lib 2.resol.90.n.7.

11 Amplia in profanis & primò vt possit princeps ad ostensionem titulorum cogere Magnates Regni obtinentes iurisdictionem, & alia iura Regalia super quibus habet fundatam intentionem iure communi, vt post multos receptum asserit Valasc.de iure emph. q. 13 lib 1.quæst.8 n.11 Secundo vt possit emphyteuta compelli à domino directo ad ostendendum titulum secundùm Corbul de iure emphyt.sub tit.de causa priuationis ex eo. quod emphyteuta non ostēdit domino instrumentū renouationis, Bellug.in Speculo Principis rub.28. §.præterquam durum, n.19. Stephan. Gratian discept. forens cap.188. n.31 cum seqq. Tertiò amplia in vassallo ex Mascard.d.concl.13 2. n.36 Steph. Gratian. proximè citato loco, quicquid dicat Bernard. Græu.ad pract.Cameræ Imper.lib.2.concl.69 in cōsiderat

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit, & num.2. & ratio præstatur, num 3.*

4 *Possessor malæ fidei, nec immemoriali tempore præscribit.*

5 *Bona fides in dubio in omni præscriptione præsumitur præsumptione iuris.*

6 *Bona fides in præscriptione immemoriali præsumitur præsumptione iuris, & de iure.*

7 *Præscriptione immemoriali mala fides probari non potest nisi illis modis, quibus aliquid probatur contra præsumptionem iuris, & de iure.*

8 *Leges Ciuiles præscriptionem cum mala fide admittentes sunt abrogatæ, itaque etiam in foro Ciuili vim non habeant.*

9 *Iuri Canonico non vero legi Ciuili standum est in materia peccati,*

10 *Consuetudines iniustæ, & peccati nutritiuæ inter laicos, & in foro Ciuili ex Pontificum auctoritate per Canones abrogantur.*

11 *Lex peccatis voluntariis subditorū vti potest in bonum commune, nunquam tamen poterit ob aliquam causam boni publici præstare auctoritatem peccatis.*

12 *Præscriptione completa si quis incipiat habere malam fidem, an teneatur rem restituere, remissiue.*

REGVLA II.

Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit.

1 DE materia, & intellectu huius reg. vide Balb. *de præscript. part. 3. quæst* [illegible] *num.2 cum seqq.* Couar. *in reg. possessor, part.2.§.8. n 4.* [illegible] *11. num.3. cum seqq.* Cab. Illm. *miscell.* 7. Bernard. *reg.* 78. Craue. *de antiq. tempor par.4. §. materia illa n.16. & cons.146. à princ.* Ludouic. Mexia *in ratif. tassæ panis conclus.1.* [illegible] *n.14.* Lel.de Zanch. *de priuileg.* *eccles.quæst.priuileg.21. num 1* [illegible] *incip.* Anton. [illegible] *de* [illegible] *cum* [illegible] *3.* M[illegible] *6. num.* [illegible] *cum seq.* Menoch. [illegible] *22.* [illegible] *ad Decreta* [illegible] *num.2.* Valasc [illegible] *8 num.25.* Bonacos[illegible] *verbo* [illegible] *ipti. fol 62.* Mascard *de probatio.* [illegible] *concl.1213. num.20* Beneuent. Æ[illegible]d. [illegible] *hoc iure, ff. de instit.* [illegible] *n.14* C[illegible]q. *decis.* [illegible] *4.n.1. & 2* Rot. [illegible] *decis 221.* [illegible] *apud* Farin. *part.1.recent.*

Licet autem circa [illegible]tionem [illegible] scribentes tam 2 *in cap. vlt. de præscript.* [illegible] *Anchar.* [illegible] *quæst 3* Dyn. M[illegible] *lustr. cap.32* [illegible] tamen ex mente [illegible], [illegible] *lib.4* [illegible] *1.4.&* [illegible], præsertim ex mente [illegible] potest rationem [illegible] esse, quia [illegible] per suum peccatum, & [illegible] retenta- te acquirit præmium [illegible] colligitur, tum ex legi[illegible] . & ex [illegible] *de reg.* [illegible] idum, 3 & omnino [illegible] iustum est præ[illegible] quæ [illegible] propria sunt [illegible] fundum [illegible] debent [illegible] bo[illegible], vel [illegible] ex legis [illegible] iniquus [illegible] cia prom[illegible], & ita quod [illegible] sit nutritiu[illegible] totum. quibu[illegible] & [illegible] quibus pro supplicis præm[illegible] pro [illegible]commodis, quæ promerebantur con[illegible], [illegible] defert contr[illegible] *autem l.* [illegible] *4.* [illegible] *quæ contra mores* [illegible] *cap.* [illegible] *de* [illegible] *bona fides* [illegible] *mal* [illegible] *§ 1. ibi, quid* [illegible], constat autem quòd si malæ fidei possessor vllo tempore præscribat iam delinquens ipse per suam malitiam, nequitiam, & peccatum etiam continuatum, contra omnem iustitiam retinens alienam rem, præmium & commodum acquirit, scilicet dominium eiusdem rei vel ius alienum, quod præscri[illegible], *l. 3. ff. de* [illegible] Igitur, &c.

V[illegible] tempore. Et ita nec immemoriali vt intendit 4 *d cap. vigila* [illegible] *nulla antiqua,* & docent Cou. *r d part 2.§.8. num.4.* Valasc *de iure emph.* [illegible] *8.n.25 & cons.* [illegible] *8.* [illegible] *num 23.* Gabr. [illegible] *de præscript.* [illegible] *num.55. ver* [illegible], Molina *de primog lib 2.c.6 num 67.* Pinel [illegible] *14. c.de bonis matern.* Menchaca [illegible]. Menoch. [illegible] *num 41.* [illegible] *lib.2.* [illegible] *225.* [illegible] card. *de probat.* [illegible] *1121.* [illegible] *num.45* [illegible] detur quia ratio supra addu[illegible], [illegible] quam [illegible] cum mala fide prohibe[illegible], n[illegible] in præ[illegible] ptione immemoriali [illegible] in q[illegible] fidei possessoris co[illegible], [illegible] num retinens commoratur, *cap.* [illegible] *de* [illegible] *suetud.* quamuis contradicant. S[illegible] *l.* [illegible] *num.8.* [illegible] *de seruitut.* & alij citati per Cou. Gabr. & Mench *citat. loc.* Ve[illegible] ex mente De[illegible] *additione* [illegible] *num.11. C. de pat.* [illegible], & Alciat *de præsumpt.p.* [illegible] *24.* ac aliorum prædictæ opiniones ad concordiam reduci possent ita vt iuxta communem nec[illegible] sit bona fides ad effectum vt si mala constiterit, præscriptio etiam immemorialis locum non habeat [illegible] verò iuxta sententiam S[illegible] & [illegible] di bona fides in præscriptione eti[illegible] adeo iure præsumit[illegible] dum [illegible], hoc est, non sit proba[illegible] ab eo [illegible] 5 titur, quamuis ab aduer[illegible] legi[illegible] præscriptionum inficiat, & [illegible]

licèt autem in omni præscriptione bona fides in dubio præsumatur, vt per *gloss. pen. in c. Sanctorum. gloss. verbo bona in c. si diligenti, de præscript.* Tiraq. *de præscr. gloss.* 2. *vers. bona autem*, Cou. *in reg. possessor, p.* 2. §. 8. *n.* 2. præsumptione scilicet iuris tantùm, ita, vt mala fides ex aduerso legitimis modis, vel etiam indiciis probari possit, iuxta tradita per Gam. *Lusit. decis.* 290. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 225. *à princ.* nihilominus tamen in præscriptione immemoriali præsumitur bona
6 fides præsumptione iuris, & de iure, vt intendit Brutic. quem refert Salicet. *in l.* 2. *num.* 8. *C. de seruitut.* post alios Alciat. *d. num.* 14. Bursat. *cons.* 41. *num.* 9. *lib.* 1. Gabr. *d. tit. de præscript. concl.* 1. *numero* 50. vnde consequitur in præscriptione immemoriali malam fidem
7 probari non posse, nisi illis modis, quibus aliquid probatur contra præsumptionem iuris, & de iure, iuxta gloss. & communem *in c. is, qui fidem, de sponsal. & in l. contractibus, verbo nullo modo, C. de non, n. pecun.* Tiraquel. *de retract. lig.* §. 4. *gloss.* 1. *à n.* 37. Cou. *de sponsal. p.* 1. *c.* 4. §. 1. *n.* 3.

8 In gloss. *Possessor.* ibi, *nisi velis dicere leges esse correctas* &c. Iniustæ igitur, & vt tales meritò abrogantur leges Ciuiles præscriptionem cum mala fide admittentes, ita quòd etiam in foro Ciuili vim non habeant, vt per Cou. *hic. p.* 2. §. 11. *num.* 3. & 5. Fortun. *de vltimo fine illat.* 4. *à princ.* Tiraq. *de præscript. gloss.* 2. *à princ.* Padil. *in l.* 2. *à num.* 78. *C. de seruitut.* Perez *ad rubr. tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin.* Auendan. *de exequend. mandat.*
9 *lib.* 2. *cap.* 11. *col.* 2. Etenim in materia peccati (de qua *hic* agitur propter malam fidem præscribentis) in vtroque foro standum est legi Canonicæ, non verò Ciuili, quæ tanquam iniusta etiam in suo foro per illam reprobatur, ex resolutis per Surd, *decis.* 158. *n.* 9. & *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 29. *n.* 11. Azeued. *ad tit.* 1 *num.* 17. *lib.* 2. *nouæ recopil.* Rebuff. *in proœm. ad leges Galliæ gloss.* 5. *num.* 120. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 13. *de legibus, n.* 82. Sic decisio *authen. ex complexu, C. de incestis nupt.* abrogata est per *cap. cùm haberet, in fine, de eo qui duxit in matrimon.* Sic. *l. eos C de vsuris* cum similibus probans vsuras, & ad illas actionem, & iuris remedia concedens, indistinctè in vtroque foro abrogatur per *Clem* 1. *de vsuris.*
10 Sic similiter etiam inter laicos, & in foro Ciuili consuetudines iniustæ, & peccati nutritiuæ ex Pontificum auctoritate per Canones abrogantur *in c. ex parte, de consuetud. in c.* 2. *de probation. & in cap.* 1. *de torneam.* Non obstat quod vti iustæ in suo foro seruantur leges Ciuiles, quæ publico bono prouidentes mala aliqua permittunt, & subditorum peccata impunita relinquunt ad vitanda maiora mala, sic deceptio intra dimidiam iusti pretij ex *l.* 2. *C. de rescind. vendit.*
11 *cap. cùm dilecti, de empt.* Sic etiam meretrices passim tolerantur, & permittuntur impunè, ne adulteria, & grauiora carnis peccata insurgant, iuxta ea, quæ dixi *in collect. ad c. inter opera, de sponsalibus*, quia respondetur legem humanam iustè posse peccata aliqua permittere, impunita relinquendo, vt in prædictis exemplis, & aliis, quia punitio neque semper, & indistinctè est in præcepto, sed ex causa pro loco, & tempore attentis circunstantiis secundùm prudentiam iustè omittitur. Sic etiam potest lex peccatis voluntariis subditorum vti in bonum commune, nunquam tamen poterit ob aliquam causam boni publici præstare auctoritatem peccatis, & illa fouere præmiis propositis ad delinquendum inuitando, quia hoc semper, & omni casu, est illicitum, & contra iustitiam legis naturalis & diuinæ, secundùm quam non licet facere malum, vt inde sequatur bonum, ex D. Paulo *ad Rom.* 3. Sanè lex Ciuilis admittens præscriptionem cum mala fide non permittit aut dissimulat, neque peccatis voluntariis subditorum vtitur, sed magis auctoritatem præstat, fouet, & ad peccandum inuitat subditos aliena retinentes, propriis præmiis, scilicet acquisitione rei, vel iuris præscripti; vnde licèt lex illa bonũ finem intenderet, medium tamen, quo vtitur ad illum finem consequendum, est omnino ineptum & illicitum, ac subinde omnino fugiendum vtpote magis nociuum, & periculosum, quàm sint reliqua omnia, quæ euitare intendit, vt in simili docet text. *in c. de hoc, de celebrat. Missar.*

In ead. gloss. ibi, *si autem quæratur de eo, qui completa* 12 *præscriptione incipit habere malam fidem an teneatur rem restituere?* De hac quæstione vide Guid. Pap. *sing.* 836. Alciat. *in c. nouit. de iudic. n.* 31. Sot. *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 5. *art.* 4. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum. & vxor.* §. 65. *num.* 28. & *l.* 63. *Tauri, n.* 39. Balb. *de præscript. part.* 3. *quæst.* 9. *in princ.* Tiraq. *de præscript.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 13. & *in tract. cessante causa limitat.* 12. *n.* 6. *cum seqq.* Boër. *decis.* 211. *num.* 13. *cum seqq.* Medin. *in C. de restitut. quæst.* 18. Anton. Gom. *lib.* 3. *Tauri, n.* 135. Rebuff. *in repet. cap. postulastis in gloss. verbo retinere à numero* 25 *de cleric. excomm. minist.* Couar. *hic, part.* 3. §. 2. *à princip.* Mench. *illustr. lib.* 2. *cap.* 74. Sarmien. *lib.* 2. *select. cap.* 10. *à princip.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 33. *princ. num.* 70. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.. à n.* 24. Castr. *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 5. Menoch. *remed.* 16. *recup. num.* 17. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 6. *dub.* 17. *n.* 50. & *seq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verbo præscriptio, differ.* 6. Ioan. Sanct. *in select. disp.* 48. *num.* 58.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non procedit sine possessione.*
2 *Possessio est corporalis rei detentio animo, & opinione domini, vel secundùm alios, corporalis rei detentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente.*
3 *Possessio duplex est naturalis, & ciuilis*
4 *Possessio naturalis ad vsucapiendum non sufficit, quã habet ille, qui absentis, & ignorantis possessionem ingreditur, sed requiritur ciuilis, quam ipse absens animo retinet.*
5 *Possessionis veræ ad similitudinem introducta est pro iuribus incorporalibus quasi possessio, quæ eosdem, vel similes effectus operatur ac vera possessio.*
6 *Furiosi, infantes, & similes, qui intellectu carent. possessionem acquirere, seu incipere, possidere non possunt.*
7 *Possessio vera non transfertur quoties res traditur ex causa, vel titulo non habili ad dominij translationem.*
8 *Locatio dominium non transfert.*
9 *Possessio non transfertur in eum apud quem res deponitur.*
10 *Possessio transit in sequestrem quando sequestratio fit voluntate, & consensu partium, secus verò si sit necessaria, iubente scilicet iudice.*
11 *Creditores, quibus ad securitatem debiti res pignori traditur, minimè possident, sed potiùs debitor qui tradit.*
12 *Possidere verè non dicuntur illi, qui in possessionem mittuntur causa custodiæ ex iudicis decreto.*
13 *Precario rem accipiens verè, & propriè non possidet.*
14 *Commodatariæ rei possessio in commodatarium non transit.*
15 *Vsufructuarius rem, in qua habet vsumfructum, non possidet.*
16 *Possessio non acquiritur ex actibus, qui iure amicitiæ & familiaritatis fiunt.*

17 *Præscribi non possunt ea, quæ consistunt in mera voluntate.*

REGVLA III.

Sine possessione præscriptio non procedit.

1 DEsumitur ex *l. sine possessione, ff. de vsucap.* cum aliis citatis à gloss. *hic* exornant Balb. *de præscr. 2. part. 4. princ. n.* 8. Honded. *cons.* 82. *n.* 4. *lib.* 1. Anton. Monach. *Lucensi decis.* 14. *n.* 59. & hinc vulgò dicitur, præscriptum tantum censetur, quantum possessum, *lib.* 1. §. *si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuato.* Abb. *in cap. accedentibus, in fin. de priuileg. & cons.* 101. *num.* 7. *vol.* 1. Octau. Glorit. *resp.* 1. *part.* 3. *num.* 147. *cum seqq.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. q.* 323. Paris. *consil.* 27. *n.* 150. *vol.* 1. *& cons.* 73. *num.* 13. *vol* 4. Put. *decis.* 107. *lib.* 1. Capyc. *decis.* 209. *n.* 32. Boër *decis.* 58. *n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 14. *n.* 23. *& concl.* 946. *n.* 8. Honded. *cons.* 79. *n.* 47. *lib.* 1. Mat. Anton. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 70. *n.* 20. Anton. Monach. *d. decis.* 14. *n.* 56. Ioseph. Aldrete *in allegat. pro omnimoda Regularium exempt. part.* 2. *cap* 4. *n.* 12.

2 Possessio, quæ secundùm Duaren. *lib.* 1. *disputat. c.* 18. *& ad tit. de acquir. possess. cap.* 1. VVezembec. *in paratitl. sub tit. de acquir. possess. num.* 2. & Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 5. *c.* 6. *col.* 1. *vers. sit ergo*, est corporalis rei detentio animo & opinione domini. Vel meliùs forsan corporalis rei detentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente, vt definiunt Canis. *in reg.* 3. *lib.* 6. §. *is autem*, Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. Azor. *institut. moral. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 31. Molin. *de iustit. tom.* 1. *disput.* 12. Less. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 40. Rebello *de obligat. iustit. part.* 1. *quæst.* 8.
3 *sect.* 3. duplex est, naturalis scilicet, id est, quæ corpore; & ciuilis, id est, quæ iure consistit, ita gloss. 1. Cuiac. & alij *in l. nemo* 10. *C. de acquir. et d. possess. gloss. in l.* 1. §. *deiecitur, ff. de vi arm. & in l.* 1. *verbo naturaliter, & verbo ait, ff. de acquir. poss.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 19. Couar. *in reg. possessor, part.* 2. *in initio, n.* 4. Vacon. *declarat.* 34. *à princ. & declar.* 36. *in fin.* Fachin. *controu. iuris l.* 8. *c.* 5. Peregr. *lib.* 3. *var. à n.* 22. *&* 41. Ant. Fab. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 7. *definit.* 24. *n.* 8. Marescot *var l.* 2. *cap.* 74. *à num.* 6 Valasc. *de iure emphyt. quæst* 18. *num.* 5. Ceuall. *commun. contra commun. contra commun. q.* 640. *vers. sed contrarium*, Gilchen. *de præscr. part.* 2. *memb.* 2. *c.* 3. *n.* 34. qui omnes resoluunt possessionem ciuilem à naturali differre, quia hæc corpore tenetur, in præsentia rei, illam tenet absens in ipsius rei absentia.

4 Circa materiam vsucapionis non sufficere dictam possessionem naturalem, quam habet ille, qui absentis & ignorantis possessionem ingreditur, sed requiri ciuilem, quam ipse absens animo retinet, resoluunt gloss. magna *in fin. in l.* 1. *C. de seruis fugit.* Gom. *d. lib.* 45. *Tauri, n.* 105. Balb. *de præscript.* 2 *p.* 3 *princ. q. vlt.* Cou. *in reg possessor, part.* 2. *in initio, n.* 7. & plures alij. quos refert, & sequitur Gilchen *d. p.* 2. *memb* 3. *c.* 2. *n.* 6. arguentes ab absurdo, quia cùm certum sit ciuilem sufficere, ex text. *in l.* 1 §. *per seruum, qui in fuga ff. de acquir. possess.* dum probat seruum, qui in fuga est, à domino vsucapi posse, vnde dicere non possumus habentem naturalem etiam vsucapere propter absurdum, quod sequitur si vterque vsucapione eiusdem rei dominium acquirat, contra vulgarem reg text. *in l. si vt certo*, §. *si duobus, ff. commodati.*

5 Ad similitudinem veræ possessionis introducta est pro iuribus incorporalibus quasi possessio, quæ eosdem, vel similes effectus operatur, ac vera possessio, de qua facit mentionem text. *in l.* 3. §. *vlt.* ibi, *quasi in possessione, ff. de vi, & de vi armata, & in l. quis diuturno* ibi, *longa quasi possessione, ff. si seruitus vend.* & docent Couar. *in reg. possessor. part.* 2. *in princip. num.* 6. *&* 8. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 1. *c.* 13. *num.* 12. Gilchen. *de præscript. part.* 2. *memb.* 3. *cap.* 12. Fachin. *controuers. lib.* 3. *cap.* 20. *à n.* 22. Ideo pro hac quasi possessione tuenda interdicta velut, seu quasi possessoria constituta esse ait text. *in l. pen. ff. de seruitut.* aliàs *l. vlt.* secundùm Anton. August. *lib.* 1. *emendat. cap.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 1. *ad med.* prosequuntur eandem materiam quasi possessionis multis adductis ex antiquioribus & recentioribus, Castill. *lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 12. *à princip.* & omnino, *à numero* 6. Peregrin. *variar. lib.* 3. *a numero* 48.

Primò ex dictis infertur furiosos, infantes & similes, qui intellectu carent, possessionem acquirere, seu incipere possidere non posse, vt per text. *in l.* 1. §. *adipiscimur, ff. de acquirend. possessione, & l quamuis* 32. §. *infans, ff. eod. tit.* docent Conan. *comment. l* 3. *c.* 8. *n.* 4. Donel. *comment. l.* 5. *c.* 11. Menoch. *remed.* 4. *adipisc. a num.* 296. 6

Secundò infertur veram possessionem minimè transferri quoties res traditur ex causa, vel titulo non habili ad dominij translationem, vt resoluunt Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia tit. de materiis possessor. in præfat. à num.* 29 Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri*, *a num.* 6. Peregrin *lib.* 4. *var. à num.* 44. Vnde euenit eo quòd locatio dominium non transfert, *l. non solet, ff. locati*, per eam in conductorem non transire possessionem, sed illum à domino locante retineri, vt probat text. *in l. qui vniuersas.* 30. §. *vlt. ff. de acquir. possess.* comprobant. Donel. *comment. lib.* 5. *c.* 13 *vers. sed in hac*, Menoch. *remed* 3. *retin. à num.* 46. Valasc. *de iure emphyt. q.* 20. *num.* 10. Caroc. *de locato, part.* 2. *tit. vnde vi, pag.* 173. intellige procedere in locatione ad modicum tempus, non verò in ea, quæ fit ad vitam, vel ad longum tempus decennij, & vltrà, vt docuit gloss. magna *in d. l. si vt certo.* § *si duobus. ff. commodati*, quam receptam testatur Valasc. *de iure emphyt q.* 18. *n.* 2. 7 8

Tertiò infertur minimè transferri possessionem in eum, apud quem res deponitur, vt probat *l. licèt* 17. §. *rei deposita. ff. depositi. l. qui vniuersas*, § *vlt. ff de acquir. possess.* Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 7. *num.* 2. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 23. *c.* 3. *n.* 4. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia tit de sequestris art.* 1. *gl.* 1. *n.* 13. Donel. *comment. lib.* 12 *c.* 13. Caroc. *de deposito, part.* 1. *q.* 60 Azor. *instit moral part.* 3. *lib.* 7. *tit. de deposito*, *c.* 1. Rebello *de obligat. iustitiæ, part.* 2 *lib.* 16. *q. vnica*, *num.* 1. *pag.* 830. Cenitol. *de contract. lib. p.* 3. *cas.* 8. *n.* 5. Quidam verò distinguunt inter sequestrationem voluntariam, quæ scilicet fit voluntate, & consensu partium, in qua inquiunt possessionem transire in sequestrem, iuxta *d.* §. *rei deposita*, & necessarium, quæ ubente iudice fit, in qua negant possessionem transire in sequestrem, nisi id expressè actum sit & procedere text. *in l. interesse* 39. *ff. de acquir. posse* ita distinguit Bart. & esse communem profitetur Abb. *in c. examinata*, *n.* 14. *de iudic.* Cortas. *l.* 3. *miscel. c.* 2. *n.* 12. Greg. Lop. *ad l. gl.* 2. *tit.* 9 *part.* 3. & post Card. Felin. Graua & Menoch. *d. remed.* 3. *retin. à n.* 86. & plures alios, quos refert, & sequitur Caroc. *de sequestr. dicta part.* 1. *q.* 4. *à n.* 2. Gam. *Lusit. decis.* 277. *n.* 3. *& decis.* 331. *n.* 3. Azeued. *tit.* 12. *in princip n.* 7. *cum seqq. l.* 4. *noua recopil.* & ab hac minime esse recedendum concludit Chald Pereira *quæst. forens. l.* 1. *q.* 21. *n.* 3. sequitur Rota apud Seraph *decis.* 756. *n.* 3. 9 10

Quartò infertur creditores, quibus ad securitatem debiti res pignori traditur, minimè possidere, sed potiùs debitorem, qui tradit, vt probat text. *in l. creandũ.* 15. §. *creditor. ff. qui satis. l. cogantur. C.* & *l. qui pignoris* 36. *ff. de acquir. possess.* docent Balduin *in tract.* 11

de

de pignorib. cap. 15. per totum, Anton. Fab. in ration. ad dictum §. creditor, distinguendo tamen cum Menoch. remed. 3. retin. n. 160. & Gilchen de præscript. part. 3. c. 12. n. 8. & 25.

12 Quintò infertur illos, qui in possessionem mittuntur causa custodiæ ex iudicis decreto, verè possidere dici non posse, cùm animo, & opinione domini rem non teneant, sed custodiæ causa, l. cum legati 12. ff. quibus ex causis eatur, Neguz. de pignorib. p. 3. membr. 2. à n. 6. Anton. Gom. in d. l. 45. Tauri, n. 9. & latissimè Menoch. remed. 3. retin. à n. 163. Scac. de appellat. q. 17. limit 6. membr. 4. à n. 123.

13 Sextò infertur eum, qui precario rem accepit propriè, & verè non possidere, vt probat l. si seruus 22. §. 1. ff. de noxalib. action. l. certè 6. §. is, qui rogauit, ff. precario, docent Conan. comment. iuris Ciuilis, l. 3. c. 10. num. 6. Donel. comment. lib. 5. cap. 14 ad fin. Concinac. lib. 4. quæst.... cap. 21. n. 8.

14 Septimò infertur rei commodatariæ possessionem in commodatarium non transire, l. rei commodata, 8. ff. commod. in l. d. l. qui vniuersas, §. vlt, ff. de acquir. possess. notant Anton. Gom. d. l. 45. Tauri, n. 8. & to. 2. var. c. 7. n. 1. Conan. l. 7. c. 3. n. 1. ad fin. Petr. Gregor. syntagm. iuris, l. 23. c. 1. n. 6. Azor. instit. moral. p. 3. l. 7. c. 6.

15 Octauò infertur vsufructuarium rem, in qua habet vsumfructum, non possidere, vt probant l. sciendum, §. item qui ff. qui satisdare cog. l. 1. §. per eum, ff. de acquir. possess. l. 1. §. quod ait Prætor, ff. quorum legatorum, cum similibus, docent Cujac. in l. naturaliter, ff. de acquir. possess. & l. 9. obseru. 33. Couar. in reg. possessor. p. 2. in initio, n. 5. Vacon. declar. 38. n. 4. Duaren. in l. 1. in princ. col. 3. ff. de acquir. possess. Iacob. Concenac. d. c. 21. num. 5. Fachin lib. 8. controu. cap. 18. Donel. comment. lib. 5. c. 6 col. 2. vers. in omnibus; ac proinde ipsum vsufructuarium non verè, neque sibi, sed domino proprietatis possedere, solamque habere possessionem non aliter quàm colonum, quem in eodem proposito vsufructuario æquiparat text. in l. certa 6. §. is qui rogauit, ff. precario, tradunt Valasc. de iure emphyt. q. 13. n. 3. Gilchen de præscript. memb. 3. c. 2. n. 3. & 4 Molin. de iustit. tract. 2. disp. 12. vers dubium. Quamuis contrariam sententiam, quòd vsufructuarius sibi, & nomine proprio naturalem, & veram possessionem habeat ipsius rei in qua vsumfructum habet, teneant Ias. in d. l. naturaliter, n. 5. cum seqq. Valasc. de iure emphyt. q. 18. n. 6. Anton. Gom. d. l. 45. Tauri, n. 100. Menoch. remed. 1. recup. num. 7. Boër. Tiraquel. Villalob. Surd. Sfort. & plures alij, quos refert, & sequitur Castill. controu. lib. 1. de vsufructu, cap. 6. à numero 28. vsque ad finem.

16 Nonò infertur ex actibus, qui iure amicitiæ & familiaritatis fiunt, possessionem non acquiri, vt in eo, qui ortum, aut fundum amici ingreditur, vel similem actum exercet leuandi animi causa & iure amicitiæ, probat text. in l. qui iure 41. ff. de acquirenda possess. simile exemplum de eo, qui hospitem iure amicitiæ sæpiùs recepit probat text. in l. & habet, §. hospites, ff. precario. & in rustico, qui singulis annis solet ad amicum afferre par caponum, tradit gloss. verbo qualitatem in l. solet, ff. de offic. Proconf. multisque aliis exemplis exornant Rip. in cap. 3. n. 39. cum sequentib. de causa possess. Rebuff. tom 3. ad leges. allia, tit. de modis possess. in præfat. à n. 37 Tiraquel in tract. de mort. part. 3. declar. 3. Couar. in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 6. Menoch. de arbitr. casu 160. Mascard. de probat. concl. 1184. n. 12.

17 Chald. Pereira consil. 2. n. 17. cum seq. & ideo ea, quæ consistunt in mera voluntate, præscribi non possunt, l. Proculus, ff. de damno infect, l. 1. §. denique, & l. si in meo, ff. de aqu. pluuia arc. Tiraquel. de retract. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 21. Cou. lib. 1. var. c. 9. num. 1. & 2. Menoch. de arbitr. casu 44. à n. 6. & consil. 143. num. 3. & 29. Mench. vsufreq. c. 4. num. 9. Clald. Pereira de renouat. emphyt. q. 15. num 41. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 6. num. 37. Stephan. Gratian. discept. forens. cap 88. num. 15. & cap. 89. num. 13. Monet. de option. Canon. cap. 8. num. 21. nec etiam consuetudo, quamuis immemorabilis, potest cadere super ea, quæ sunt facultatis, Surd. decis. 127. n. 81. cum seqq. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 1. c. 87. n. 14. & cap. 297. n 10. Card. Tusch. litt. C. concl. 802. & concl. 709. ex num. 59. Beltramin. in annot. ad decis. 162. regentis XV. litt. C. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. n. 39. in fin. Rot. decis. 778. num 5. p. 1. diuers. & decis. 536. sub n. 4. part. 1 recent. Quando verò concurrit actuum pluralitas per longum temporis interuallum gestorum excluditur præsumptio facultatis, & dici debet actus esse gestus ex necessitate, ex traditis per Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina, n. 75. de causa possess. Cæl. de Grassis decis. 5 n. 3. eod. tit. Seraphin decis. 112. n. 2. & decis. 323. n 4. Beltramin. in annot. ad d. decis. 162. litt. C. nouissimè Ioseph Ramon. cons. 65. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum.*
2 *Reatus ad pœnam æternã, qui insurgit ex violatione iustitia cõmutatiua, non aliter adimitur quàm si id, quod verè, aut virtualiter ablatum est restituatur.*
3 *Peccatum mortale duplicem continet deformitatem, pro qua duplex quoque pœna illi debetur.*
4 *Peccatum quomodo dicatur in præsenti esse reatus ad pœnam æternam, ostenditur.*
6 *Peccatum, id est, reatus pœnæ æternæ de quo hic, non est simpliciter & absolutè quicunque actu, sed est ille tantùm, qui insurgit ex alicuius rei ablatione.*
6 *Iustitia commutatiua offenditur vbicunque aliquid verè, aut virtualiter aufertur.*
7 *Anima defuncti propter dilationem restitutionis ab herede faciendæ, in Purgatorio non detinetur.*
8 *Declaratur text.* in cap in litteris, de raptoribus.
9 *Peccatum, & delictum, & crimen inter se differunt.*
10 *Furto, vel rapina, seu alia iniusta acceptatione rem alienam acquirens, tenetur restituere, etiamsi res sic ablata perires casu fortuito, & etiam sine culpa eius leuissima.*
11 *Satisfactum intelligitur, si is, cui facienda erat restitutio, liberaliter remittat, nisi remissio aliquo modo inuoluntaria sit.*
12 *Restitutio facienda est expensis eius, qui iniustè rem accepit, & mittenda ad dominum vbicunque fuerit.*
13 *Restitutio vbi nescitur cui sit facienda, res sic iniustè possessa prouidentia Episcopi pauperibus debet erogari.*
14 *Restitutio non competit, sed pauperibus erogabitur vbi turpitudo versatur ex parte vtriusque.*
15 *Restituenda non sunt danti, sed pauperibus eroganda data ob turpem causam.*
16 *Verbum,* restitutio, *latè sumpto vocabulo acceptum satisfactionem comprehendit.*

REGVLA IV.

Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum.

DEsumitur ex S. Augustini *epist. 54. ad Macedon.* 1
cuius verba habentur *in cap. si res 14. quæst. 6. & in cap. cùm tu 5. de vsuris*, latè de materia restitutio-

nis agunt D.Thom.2.2.q.62.Medin. *per aliquot quæstiones de rebus restituen.* Sot.*l.4.de iustit. q.6. &* -.D. Antonin.*part.2.tit.2.à c.1.vsque ad* 8. Couar. *in repet. huius reg.*Nau.*in man.c.17.n.6.cum seqq.*Azor. *instit. moral.part.3.l.4.de restitut.*Gabr.Vasq. *in opusc. moral. tract.de restit. in foro conscientiæ.*

2 Ratio decisionis est, quia reatus ad pœnam æternam, qui insurgit ex violatione iustitiæ commutatiuæ, nòn aliter admittitur quàm si id, quod verè, aut virtualiter ablatum est, restituatur, vt constat ex septimo præcepto Decalogi, de quo Exodi 20. *non furtum facies*, in eo enim implicitè, & reductiuè continetur aliud præceptum licèt formaliter sit distinctum, de restituendo ea, quæ contra iustitiam commutatiuam verè, aut virtualiter auferuntur, vt per D.Thom.2.2.*q.66. art.3.* Sot. *de iustit. lib.4. q.6. art.2.* Ledesma 2.4.*q.18. art.2. post. princip.* Sed hîc agitur de reatu ad pœnam æternam, qui insurgit ex
3 violatione iustitiæ commutatiuæ. Igitur, &c. Ad probationem minoris aduertendum est peccatum mortale duplicem continere deformitatem, altera est auersio à Deo summo atque incommutabili bono, in qua consistit ratio formalis peccati; altera est inordinata conuersio ad bonum commutabile, nempe ad creaturas: propter hanc duplicem deformitatem duplex quoque pœna peccato debetur; vna est, quæ respondet auersioni à Deo, & dicitur damni, nimirum carentiæ visionis diuinæ, altera est, quæ respondet inordinatæ conuersioni ad creaturas, & dicitur pœna sensus, nimirum ignis, & cruciatus: colliguntur hæc ex D.Thom.1.2.*quæst.78.art.4.& part.3.q.86. art.4.* Vtraque autem pœna quandiu peccator ad Deum non conuertitur est æterna. prior quia respondet culpæ infinitæ, nempe auersioni à Deo, & conueniens est, vt qui in bonum æternum peccauit, in æternum quoque puniatur; posterior verò, quia etiamsi respondeat culpæ finitæ, nempe inordinatæ conuersioni ad creaturas, quæ in vnoquoque vitio certos mali gradus habet, & ita ex parte obiecti & secundùm se, sit pœna temporalis; nihilominus tamen ex parte peccantis quandiu ille ad Deum non conuertitur, est æterna, patet quia non solùm respondet inordinatæ conuersioni ad creaturas, secundum se, sed etiam inordinatæ conuersioni ad creaturas prout est causa durationis prioris deformitatis, nempe auersionis à Deo. Vnde cùm inordinata conuersio ad creaturas, prout est causa durationis prioris deformitatis, nempe auersionis à Deo, quodammodo contineat culpam infinitam, vt patet, meritò etiam pœna, quæ respondet huic culpæ, quamdiu peccator ad Deum non conuertitur, in hunc sensum æterna est, & vti talis in inferno luenda, iuxta illud Matt. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, significat Conc.Trid.*sess.6.de iustific.can.* 30.& ad hæc reducenda sunt quæ tradunt S. Thom. *d.q.87. art.6.* Magist.& communis *in* 2.*disp.* 42.

4 In hunc igitur sensum dicimus peccatum de quo *hic*, esse reatum ad pœnam æternam. Probatur, quia in hac reg. agitur de peccato, id est de macula, seu labe peccati ante dimissionem, & ita antequam peccator ad Deum conuertatur; constat ex verbis text. ibi, *non dimittitur*, atqui macula, seu labes peccati ante dimissionem importat reatum ad pœnam æternam, scilicet damni, quæ æterna est, iuxta supradicta. Igitur, &c. Addimus postquam peccator ad Deum conuertitur, tollitur omnino reatus ad æternam pœnam damni, & reatus ad æternitatem pœnæ sensus. Patet, nam quemadmodum hæc per auersionem à Deo tanquam per malum infinitum incurruntur, & sunt veluti consequentia inimicitiæ Dei, in qua qui est necessariò pœnas æternas luere debet, ita etiam per conuersionem, qua peccator reoducatur in Deum, tanquam per bonum quoddam infinitum, omnino tolluntur & illorum sublato est etiam veluti consequens amicitiæ Dei, cum qua non est compatibile vt quis sit reus pœnarum æternarum, quare in his terminis tantum manet in peccatore reatus ad pœnam sensus secundum se, & ita temporalem iuxta supradicta, qui compatibilis est cum conuersione, & cum amicitia Dei quousque in hoc sæculo, vel in purgatorio per opera pœnalia luatur.

Peccatum namque, idest, reatum pœnæ æternæ de 5
quo *hic* non est simpliciter & absolutè quicunque actus, sed est ille tantum, qui insurgit ex alicuius rei oblatione, patet ex hac reg. ibi, *ablatum*, quod in hac materia dicitur omne illud, quod verè & virtualiter aufertur, verè vt si quid furto, rapina, & similibus auferatur, virtualiter vt si quid iniustè retineatur, *c.sæpè* 13.*de restit. spoliat.* vel si debitum purum & simplex non soluatur, iuxta modos de quibus per Nau.*in man.c.17. à n.12.* vel tandem si aliquod ius probabiliter speratur, & ita in re, vel ad rem impediatur, vt *in c.vlt.de sepulr. & in c.in litteris 5.de raptorib.*& in aliis speciebus, de quibus per Nau.*d c.17.n.69.& 71.* Vbicunque autem aliquid verè, aut virtualiter aufertur, offenditur iustitia commutatiua, Caiet.2.2.*q.62.art.6.*Sot.*de iustit. l.4.q.
6.art.1.in corpore*, Cou.*in præsenti, p.2. in princ.* Et ex 6
tali offensione, seu violatione procedente ex alicuius rei ablatione insurgit peccatum, seu reatus ad pœnam æternam, quod non aliter deletur quàm si id, quod vere, aut virtualiter ablatum est, restituatur: hæc verò restitutio dupliciter consideratur, scilicet, vel ratione iniustæ acceptationis, vt quia quis iniustè abstulit, vel ratione solius rei acceptæ, vt quia quis rem ab alio ablatam possidet, inter vtramque vltra alias differentias illa principalis constituitur quòd restitutio; quæ fit ratione solius rei acceptæ, tantùm est propriè restitutio, quando res ablata, quæ ad tertium peruenit, ad illum scienter & iniustè retinetur, & ita iam virtualiter aufertur ex dictis, vnde restitutio iam non est ratione solius rei acceptæ, sed ratione iniustæ acceptationis, seu retentionis, vt patet; cæterum si tertius ille quamprimum scit rem alienam esse, statim domino restituit, non dicitur verè & propriè restituere, nec enim aliquid contra iustitiam commutatiuam commisit. sed potiùs dicitur rem reddere, vt etiam de eo, qui debitum statuto tempore soluit, quod scilicet propriè restituere non dicatur, aduertit Sot.*de iustit.l.4.§ 6.art.2.*

Nisi restituatur ablatum.] Intellige quoad hoc secu- 7
lum, restitutio enim post mortem pœnitentis non liberatà pœna in alio sæculo purganda, nec propter ipsius restitutionis dilationem anima in purgatorio detinetur, ex multis quæ adducit Sot. *lib.4. de iustit.q.6. art.1.* ad conuincendam ineptam vulgi opinionem contrarium sentientis, idem tenent etiam Nau. *in man. c.17.n.68.*Card.Bellarm.*de Purgat.lib.* 2 c.16. & est vulgaris Theologorum traditio *in* 4.*disp.* 16 quicquid Anan.Abb & alij ex nostris diuersum videantur sentire, arg.text.*in c.in litteris.de raptorib* ibi, vt *sic à peccato valeat liberari*; cùm tamen satisfactio, prout est tertia pars Pœnitentiæ, & in hoc seculo, & in futuro, nempe in purgatorio, locum habeat, id quod euidenter patet, aliàs enim iniqua esset lex Diuina, quæ statueret animam defuncti in gratia decedentis ex culpabili mora hæredum in non restituendo in purgatorio detineri: insuper ex eadem mora culpabili pœna purgatorij temporalis natura sua fieret æterna, non ex propria defuncti, sed hæredum culpa, & consequenter purgatorium eidem animæ redderetur infernus, cùm præcipua inter vtrumque differentia ex perpetua, vel temporali temporis diuturnitate quod

attinet

attinet ad pœnalitatem, desumatur, vt est de fide, & colligitur ex Concil. Trid. *sess.6.can.* 30. tradit Bonauen. *in 4.dist.20.n.34.* vbi Ouand. *prop.4.& dist.44. prop.18.* Hæc autem consideratio non solùm obtinet in eum sensum ne restitutionis dilatio hæredibus iniunctæ animæ defuncti, noceat, sed ad effectum etiam vt nec prosit, quasi sit in causa, vt citiùs, vel tardiùs à pœna purgatorij eripiatur. Aduertimus namque restitutionis opus ab hærede præstitum non posse considerari satisfactorium tanquam gestum a defuncto, cùm defunctus sit extra viam merendi: vnde nullo modo ad hos terminos adaptari potest *reg. qui per alium, & reg. potest quis per alium, hoc tit. & lib.* quatenus verò restitutio opus consideratur ipsius hæredis, iustitiæ opus est, quod licèt moraliter sit bonum, ac proinde habeat rationem meriti, hoc tamen quoad ipsum hæredem considerari debet, non verò quoad defunctum, cui in alio seculo existenti sola opera fidelium charitatis, per modum suffragij opitulantur, iuxta illud 2. Mach. *c.12. Sancta, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur,* iuncto illo Danielis, *peccata tua eleemosynis redime, cap. medicina, de pœnit. dist.1.* in quem sensum Sacrificia, & oblationes pro defunctis continent satisfactionis rationem, de quo Conc. Trid. *sess.25. in decreto de purgat. & sess.14.c.8. c. anima defunctorum* 13.*q.2.* At dici nequit quòd restitutio cùm sit merus actus iustitiæ ab hærede gestus tendens in propriam ipsius deobligationem, per modum suffragij in commodum defuncti offeratur, tenetur enim hæres ciuiliter, & naturaliter ex delicto defuncti ad damnum datum; etiamsi nihil ad ipsum ex delicto perueniat, nec lis cum defuncto fuerit contestata, inspecta, æquitate canonica, vt notant Doctores omnes *in d. cap. in litteris, cap. fin. de sepultur. cap. una nos, de vsuris, cap. Episcopus qui filios* 12.*q.2.*

8 Ad text. verò *in d. cap. in litteris, de raptoribus,* respondetur dupliciter intelligi posse, primò legendo iuxta veriorem litteram prædicta verba non in numero singulari, nempe *valeat,* ita vt ad defunctum, sed in plurali, nempe *valeant,* ita vt ad ipsos hæredes referantur, quibus Pontifex iubet, vt compellantur restituere, in quem sensum non impropriè accipitur verbum *peccatum,* pro reatu ad pœnam æternam, quo hæredes tenentur ex culpa mortali interim dum non restituunt, iuxta verba D. August. *in c. si res aliena* 14. *q.6* & in hac nostra reg. quæ similia sunt, & in eundem sensum accipienda, quam litteram esse efficaciter in originali, & antiquioribus codicibus contentam aduertit Abb. *in eodem cap. in litteris num.4.* licèt vulgatem magis communem dicat. Potest etiam intelligi text. ille retenta vulgari littera referendo prædicta verba in numero singulari ad defunctum, ita vt opus restitutionis prosit eidem, vt citiùs liberetur à reatu pœnæ temporalis, non per se directè & immediatè, sed per accidens, seu per indirectum, quia cùm in eò text. corpus defuncti si non de iure, vt text. indicat *in v. in mandamus.* saltem de facto careret ecclesiastica sepultura, idque non sine colore fundamenti, cùm agat text. de defuncto incendiario manifesto, qui regulariter, absque præuia satisfactione non absoluitur, nec potitur ecclesiastica sepultura, ex text. *in cap. super eo, eodem tit.* iunctis notatis per Doctores *in cap. ex parte* 13. *de verborum signif. cap. venerabilibus §. porrò vers. secus autem, de sent. excom. hoc lib.* atque ita denegata interim ecclesiastica sepultura priuaretur precibus, suffragiis, & oblationibus in funere fieri solitis & in posterum, iuxta *d.c. super eo, Clem.1. de sepul.* meritò præcipit Pontifex vt hæredes restituant, quia licèt opus tertij per se directè ad satisfaciendum pro defuncto non tendat, est tamen in causa, vt corpus sepulturæ restituatur, & ex consequenti anima defuncti suffragiis, & oblationibus iuuetur, quæ continent rationem satisfactionis natura sua, atque ita possunt, vt citius anima à reatu pœnæ temporalis liberentur, vt text. habet.

In gloss. *Peccatum.* ibi, *quid est peccatum, delictum, & crimen, inter hæc secundum Aug. est differentia. &c.* Vide Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib.14.c.14. num.2.* 9

In ead. gloss. ibi, *Etiamsi res illa casu perierit sine culpa sua, &c.*] Notatur ad hoc, quòd ille, qui furto, vel rapina, seu alia iniusta acceptione rem habuit alienam, cuius dominium non acquisiuit, tenetur eam domino restituere, non tantùm ratione rei acceptæ, sed ratione iniustæ acceptationis, adeò quòd si res illa sic ablata pereat, etiamsi sine leuissima culpa eius, qui eam detinet sed fortuitò, tenetur nihilominùs restituere, quia qui sic accepit à die acceptationis dicitur esse in mora, vnde ei imputatur omnis casus fortuitus: ita docent S Thom. 2.2.*q.62. art.6.* Sot. *de iust. lib.4.q.7. art.2* Syluest. *in sum. verbo furtum q.16.* Medin. *in C. de restit. q 6.* Couar. *hic p 2 §.6. num.1.* Nauar. *in man. cap 17. num. 26.* bene Vasq. *in opusc. de restit. cap.5.§. dub 11. num.64. & 65.* vbi *num.66.* subdit quòd si res perit eo modo, quo erat peritura apud dominum, & ita moraliter intelligeretur futurum, tunc non tenetur fur, vel alius, qui iniustè acceperat, & detinebat aliquid, domino satisfacere pro re perempta. 10

In gloss. *Restituatur.* ibi *quod dicit de restitutione, intellige, nisi is, cui facienda restitutio, liberaliter remitteres, quia satisfactum intelligitur.* Ita Mex. *in tract. tasse panis concl.6. num.59.* Tiraq. *de retract. lin. tit 1. ad fin. num.153.* Couar. *hic. part.2. in princ. num. 5. & p.3.§ 1. num.2* Nauar. *in man. cap.17. num.75* vbi *num.66.* ampliat etiamsi pecunia, seu ablatum remittenti præsentialiter non offeratur. Limita nisi remissio aliquo modo inuoluntaria sit, vt si quis fraudulenter paupertatem simulet, aut impotentiam, debitum neget, aut soluere recuset, nisi pars aliqua remittatur, tunc enim talis remissio tanquam non spontanea, sed quodammodo coacta à restitutione non excusat, vt per Caiet 2.2.*q.26. art.5.* Sot. *lib.4 de iustit. quæst.6. art. vlt.* Mercad. *de contract. lib. cap.12. ante fin.* Sic sanè remissiones, & pacta per quæ decoctores foro cedentes conficta paupertate cùm possint solidum, vel aliquid ampliùs soluere, partem debiti consequuntur, in foro conscientiæ nihil prosunt, vt per Mercad. *vbi sup.* quinimmo & in foro exteriori detecta fraude ad partem taliter remissam agi potest, Alex. & Ias. per text. *ibi in l. vlt ff. de condict. ob turpē causam,* Strach *de mercat. tit. de decoctorib. p.6.n.1.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. vendit. part.2. c. vltim. n. 7.* Mench. *vsufrequent. c.93. num.13.* 12

In ead. gl. ibi. *Cuius autem expensis mitti debeat ad eos si sint remoti, &c.* In hac q. ex sententia Caiet. 2.2.*q.62 art.5. circa solut. ad 3.* & Sot. *de iustit. lib.4. q.7. art.3. circa solutionem tertij argum. D. Thom.* quos refert & sequitur Vasquez *d. opusc. de restitut. cap.10. dub.10. num.26.* dicendum est quòd expensis eius, qui iniustè rem accepit, & detinet restituenda est, & remittenda ad dominum vbicunque fuerit, additque Couar. *hic p.1. in initio num.7.* quòd in hac restitutione absenti facienda illud certum est quòd quando debitor è loco recessit, vbi creditor erat, & mansit, cui restitutio erat facienda, tunc simpliciter tenetur in omni euentu suis sumptibus debitor rem restituendam ad dominum mittere, cùm ipse recesserit à loco vbi facere debuit restitutionem; sed quid dicen- 12

dum quando creditor ipse recessit è loco in quo res sublata est, & erat antea restituenda, distinctione rem componit Vasq. *d. cap. 10. dub. 1. num. 28.*

13 In ead. gloss. ibi, *si verò nescitur à quo, pauperibus erogabitur prouidentia Episcopi.* Ita Couar. *hic part. 3. §. 1. n. 2.*

14 In ead. gloss. ibi, *Item dico id verum cùm turpitudo versatur ex parte recipientis tantùm; si verò ex parte vtriusque, & transfertur dominium nec restitutio competit nec restituetur danti, sed pauperibus erogabitur.* Ita

15 Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 5.* Vnde data ob turpem causam, veluti ob homicidium perpetrandum, &c. non esse danti restituenda, sed pauperibus eroganda, tenent Cou. *hic p. 2. §. 2. num. 7. vers. ex tertia,* Sanch. *de matr. lib. 6. disp. 20. n. 7.*

16 In ead gl. ibi, *quia satisfactum intelligitur qualitercunque satisfaciat,* &c. Notatur ad hoc, quòd verbum *restitutio, in hoc text.* & iuribus similibus non propriè, sed latè sumpto vocabulo acceptum satisfactionem comprehendit, vt per Cou. *hic p. 2. in initio n. 2.* Nau. *in man. c. 17. n. 12.* Ledesm. *in 2. 4. q. 18. in princ.* Sot. *de instit. lib. 4. q. 6. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Peccati venia non datur nisi correcto.*
2 *Peccatum in hac reg. accipitur pro reatu ad pœnam æternam.*
3 *Reatus ad pœnam æternam, prouenit ex peccato actuali in terminis huius reg.*
4 *Peccatum originale non est voluntarium voluntate personæ, sed tantùm voluntate primi parentis.*
5 *Reatus insurgens ex peccato originali saltem in adultis lapsis absque correctione, id est, absque pœnitentia, non remittitur.*
6 *Venia multipliciter accipitur.*
7 *Remissio culpæ id est, reatus ad pœnam æternam, non datur sine gratiæ infusione.*
8 *Lapso necessaria est gratia actualis, excitans atque adiuuans.*
9 *Gratia gratis data, seu proueniens, & gratia excitans atque adiuuans secundum suam essentiam non sunt plures, sed vna tantum, quæ distinguitur per diuersos effectus.*
10 *Gratia gratum faciens, est habitus quidam supernaturalis, quem Deus infundit animabus nostris, per quem grati sumus, vnimur, & quasi consubstantiamur Deo per charitatem.*
11 *Lapso nulla dari potest conueniens præparatio per motum liberi arbitrij in ordine ad veniam, seu remissionem culpæ consequendam, nisi ipsiusmet lapsi correctio.*
12 *Culpæ venia, seu remissio non datur sine infusione gratiæ gratum facientis in qua nostra iustificatio consistit.*
13 *Correctio, seu pœnitentia duplex est, altera formata & perfecta, quæ appellatur contritio, altera informis, & imperfecta, quæ dicitur attritio.*
14 *Correctio, seu pœnitentia quando charitate perficiatur, & ita quando sit contritio, & quando sine charitate sit, ac proinde sit attritio, ostenditur.*
15 *Contritio sine Confessione sacramentali saltem in voto non sufficit ad consequendam veniam, seu remissionem culpæ.*
16 *Baptismi copia vbi deest applicatio Passionis Christi in ordine ad remissionem culpæ originalis, quamuis sine Sacramento, non tamen sine voto Sacramenti, fieri potest.*
17 *Attritio cum aliquo impedimento seu obice ad gratiam ex parte pœnitentis, adiuncta Confessione sacramentali, an sufficiat ad remissionem culpæ, ostenditur, & n. 18.*

REGVLA. V.

Peccati venia non datur nisi correcto.

DEsumitur ex *cap. legatur 24. q. 2.* cum aliis exor- 1
nant Sot. *in 4. dist. 17. q. 2. art. 6.* Vega *in Concil.*
Trident. lib. 15. cap. 19. Ledesm. *1. p. q. 26. art. 5. col.*
antepenult. Ratio est, quia venia reatus ad pœnam
æternam insurgentis ex peccato actuali de quo *hic,*
non datur nisi ei, qui ex sua parte conuenientem ad-
hibet præparationem per motum liberi arbitrij: at
solus correctus, seu pœnitens ex sua parte conue-
nientem adhibet præparationem per motum liberi
arbitrij. Igitur, &c. Probatur ex *infra* dicendis.

Pro totius igitur materiæ cognitione, & huius re- 2
gulæ intellectu primò præmittendum est, quòd pec-
catum in hac regul. accipitur pro reatu ad pœnam
æternam, vt *in reg. præcedenti* notauimus. Patet, nam
reatus ad pœnam temporalem si insurgit ex peccato
veniali absque correctione, de qua *hic*, id est, absque
pœnitentia pro qua correctio accipitur in hac regul.
ex *infra* dicendis, remitti potest, D. Thom. *3. p. q. 83.*
defendit, & declarat Sot. *in 4. dist. 15. q. 2. art. 1.* Si ve-
rò insurgit ex ipsomet peccato mort. nec etiam per
correctionem, id est, per pœnitentiam semper remit-
titur, vt probant text. *in cap. si peccatum, & in cap. nul-*
lus, & in cap. sicut, de pœnit. dist. 1. Conc. Trid. *sess. 6. de*
iustific. can. 30. D. Thom. *vbi sup. q. 86. art. 4.* Sot. *d.*
loco q. 1. art. 4. cum seqq. Vasquez *de pœnit. q. 87. art. 3.*
Valent. *tom. 4. disp. 7. quæst. 4. puncto. 2.* alij apud Bo-
nac. *de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 1. puncto 4.* Adde quòd 3
reatus ad pœnam æternam, de quo *hic* agitur, iuxta
supradicta, intelligendus est de reatu proueniente ex
peccato actuali, nam reatus proueniens ex peccato
originali, id est, ex eo quòd ex labe primi parentis
per quandam generatiuam motionem in nos transit,
D. Thom. *2. 2. q. 8. art. 1.* cùm non sit volunta- 4
rium voluntate personæ, sed tantùm voluntate eius-
dem primi parentis per regenerationem, id est, per
Baptismum absque correctione, id est, absque pœni-
tentia, de qua in hac regula, remittitur, *cap. firmissi-*
mè, cap. ex quo, cum multis aliis *de consecr. dist. 4.*
Nec ad rem facit quòd reatus insurgens ex peccato 5
originali saltem in adultis lapsis absque correctione,
id est, absque pœnitentia, non remittitur, iuxta illud
Act. *pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque ve-*
strum, probat text. *in cap. omnis cum seq. eadem dist. 4.*
resoluit D. Thom. *dicto loco q. 69. art. 7.* Sot. *vbi suprà*
dist. 6. q. 1. art. 7. respondetur enim id per accidens
contingere; quia scilicet implicat contradictionem
quod reatus insurgens ex peccato originali remitta-
tur, & maneat reatus ad pœnam æternam insurgens
ex peccato actuali, vt egregia ratione ostendit Pont.
in cap. 3. §. sed adhuc de Baptismo. Vnde in ordine ad
reatum ex peccato actuali quasi ad antecedens per ac-
cidens necessario correctio, seu pœnitentia requiritur:
at verò per se & in ordine ad ipsum reatum, qui pro-
uenit ex peccato originali, correctio, seu pœnitentia
non requiritur, immo reatus ille sola virtute Sacra-
menti regenerationis, nempè Baptismi remittitur,
d. cap. firmissimè, d. cap. 3. §. verum, Rofens. Castr. &
Sot. citati per Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 10. c. 15.*
Luys. Turrian. *de Gratia opusc. 8. disp. 3. dub. vlt.* &
alios, quos refert & sequitur Bonacin. *in suo nouissimo* 6
tract. de Gratia q. 4.

Secundò præmittendum est quòd licèt veniam mul-

tipliciter

tiplicitet accipiatur, scilicet pro impunitione pœnæ in foro exteriori *in cap. denique dist.* 4. de quo *gloss.* 1. & Doctores *hic* pro remissione reatus ad pœnam temporalem in hoc seculo, vel in purgatorio luendam *Extrau.* 2. ibi, *plenissimum, veniam de pœnit. inter communes*, & passim alibi, nihilhominus tamen in præsenti accipitur pro remissione culpæ, idest, reatus ad pœnam æternam, diximus *supra*. Notandum est au-
7 tem quòd remissio culpæ, id est, reatus ad pœnam æternam, non datur sine gratiæ infusione. Patet, nam remissio culpæ, id est, maculæ, & reatus ad pœnam æternam, præsupponit eum, quem antea Deus oderat, & qui pœna æterna dignus erat, ex dictis in reg. præcedente, nunc ab ipso Deo iam diligi, & iam vita æterna dignum esse, vt inter omnes conuenit; at hoc non potest esse nisi per gratiæ infusionem, per quam homo fit gratus Deo, & dignus vita æterna, vt statim explicabitur. Igitur, &c. atque ita in specie D. Thom. 1. 2. *q.* 113. *art.* 4. huiusmodi verò gratiæ infusio, quæ est iustificatio, seu reparatio lapsi, quamuis sit opus Dei, non hominis, iuxta illud Pauli ad Roman. 3. *Vnus est Deus, qui iustificat*, & rursus cap. 9. *Non volentis, nec percurrentis, sed miserentis est Dei*, nihilominus tamen ex parte ipsius lapsi necessaria est conueniens sui ipsius præparatio per modum liberi arbitrij, Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 5. explicat D. Thom. *vbi suprà q.* 112. *art.* 2. iuuat illud *Prouerb.* 16. hominis est animam reparare, & sententia D. Augustin. de verbo Apostol. serm. 13. *Qui fecit te sine te non iustificat te sine te.*

8 Ad hanc conuenientem præparationem necessaria est ipsi lapso in primis gratia actualis, quæ est specialis quidam concursus, seu auxilium, & dicitur gratia gratis data, id est, nullis meritis præcedentibus concessa, D. Thom. *vbi suprà q.* 111. *art.* 1. dicitur etiam gratia proueniens, quia præparationem ipsam singulari Dei beneficio antecedit, Concil. Trident. *dicto loco*, D. Thom. vbi *proximè art.* 3. Deinde necessaria est ipsi lapso gratia excitans, atque adiuuans, quæ est etiam quidam concursus, seu auxiliũ, quod, postquam à gratia proueniente moti sumus, voluntatem nostram confirmat, & facultatem operandi præbet. Dicitur gratia excitans atque adiuuans quia nos excitat, atque adiuuat ad progrediendum in dicta præparatione, Concil. Trident. *vbi suprà*. Dicitur etiam gratia co-
9 operans, quia nobiscum in ordine ad illum effectum cooperatur, id est, simul operatur. Hæc autem gratia gratis data, seu proueniens, & gratia excitans atque adiuuans secundùm suam essentiam non sunt plures, sed vna tantùm, quæ distinguitur per diuersos effe-
10 ctus, percutiendi scilicet, & cooperandi, ex D. Thom. *d. art.* 3. *ad* 2. Post hanc igitur præparationem, seu in ea ipsa infunditur gratia gratum faciens, quæ est habitus quidam supernaturalis, quem Deus infundit animabus nostris, per quem grati sumus, vnimur, & quasi consubstantiamur Deo per charitatem, D. Thom. *vbi suprà art.* 1. August. & Vega, quos citat Couar. *in cap. alma mater* 1. *part.* §. 4. *num.* 2. & in hac consistit lapsi iustificatio, seu reparatio, quæ est venia, id est, remissio culpæ, de qua *hic*, Concil. Trid. *dicta sess.* 6. *cap.* 7. Coloniens. Concil. *in tract. de sacrament. Pœnit. fol.* 91.

11 Tertiò præmittendum est quòd nulla dari potest in lapso conueniens præparatio per motum liberi arbitrij in ordine ad veniam, seu remissionem culpæ consequendam, nisi ipsiusmet lapsi correctio. Patet, nam correctio in lapso per motum liberi arbitrij duo importat, scilicet detestationem peccatorum, & propositum ampliùs non peccandi. Sic aliàs correctio generaliter, & in quocunque actu importat status, qui corrigitur improbationem, seu detestationem, & propositum ampliùs non faciendi, &c. vt patet, atqui nulla dari potest in lapso conueniens præparatio per motum liberi arbitrij in ordine ad veniam, seu remissionem culpæ consequendam, nisi detestatio 12
peccatorum, & propositum ampliùs non peccandi. Probatur, quia venia, seu remissio culpæ non datur sine infusione gratiæ gratum facientis, in qua nostra iustificatio consistit, ex dictis in præmisso præcedenti & constat quòd nulla dari potest in lapso conueniens præparatio per motum liberi arbitrij in ordine ad infusionem gratiæ gratum facientis, quàm detestatio peccatorum, & propositum ampliùs non peccandi; patet, nam per peccatum lapsus ad creaturas in ordinatè conuersus est, & à Deo auertit, ex dictis *reg. præcedenti*, & nullus est conueniens modus, vt per gratiam gratum facientem gratus fiat, vniatur, & quasi consubstantietur Deo, quàm si per detestationem peccatorum à creaturis auertat, & per propositum non peccandi ad Deum conuertatur, vt patet, & ex August. probat D. Thom. 1. 2. *q.* 113. *art.* 5. Igitur, &c. Sic sanè correctio, de qua *hic* nihil aliud est quàm pœnitentia, quippe cum pœnitentia propriè nihil aliud sit, quàm detestatio peccatorum cum proposito ampliùs non peccandi, *c.* 1. *de pœn. dist.* 3. declarat Sot. *in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 1. *a.* 1. *col.* 3.

Correctio autem, seu pœnitentia duplex est, altera 13
formata, & perfecta, altera verò informis, & imperfecta. Formata, & perfecta dicitur illa, quæ charitate perficitur, & appellatur contritio, *cap. charitas. vers. item sine charitate. de pœnit. dist.* 2. docet Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 4. Informis verò, & imperfecta dicitur illa, quæ sine charitate est, & appellatur attritio, Concil. Trid. *dicto loco*. D. Thom. *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 2. *art.* 1. *& eo loco* Sot. *ead. q. art.* 5. Caiet *ad* 3. *part.* 1. *q. de contrit.* Victor. *de Sacram. num.* 110. Bonac. *de Sacram. disp.* 5. *q.* 3. *punct.* 4. *n.* 11. Ad cognoscendum autem quando correctio, seu pœnitentia charitate perficiatur, & ita quando fit contritio, quando sine charitate fit, & ita quando fit attritio, quinque differentiæ assignantur à Sot. *d. art.* 5. quatuor refert Ledesm. 1. *p. quæst.* 32. *art.* 3. sed duæ priores quæ tantùm nostro proposito deseruiunt, non satis rem absoluisse videntur, tertia ait attritionem ex viribus naturalibus elici posse, est contra Concil. Trid. *vbi suprà*, expressè docens attritionem donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum; duæ tandem posteriores distinguunt contritionem & attritionem circa ea, quæ sunt ex parte Dei, nẽpe circa gratiæ infusionem, nos verò agimus de distinguenda contritione ab attritione circa ea, quæ sunt ex parte pœnitentis. Dicendum tamen nobis est quòd correctio, seu pœnitentia formata, & ita con- 14
tritio in eo differt à correctione, seu pœnitentia informi, & ita ab attritione, quòd contritio tres habet speciales perfectiones, prima est circa detestationem peccatorum, hoc est, circa dolorem cordis, vt scilicet sit dolor maximus appretiatiuè, ita quòd pœnitens super omnia, quæ sunt odibilia, sua peccata detestatur, D. Thom. *quodlib.* 1. *art.* 9. Sot. *vbi proximè art.* 4. Vict. *vbi suprà num.* 100. Nauar. *in manual. c.* 1. *num.* 21. Secunda est circa obiectum, vt scilicet sit propter offensam Dei, ita quòd non metus pœnarum, non verecundia, aut peccati turpitudo, sed sola offensa Dei sit potissima causa illius doloris, Adrian. *in* 4 *de pœnit. q.* 1. *vers. sublatum*, Medin. *de pœnit. tract.* 1. *q.* 4. Sot. *d. art.* 5. Victor. *d. loco num.* 218. Tertia est circa propositum non peccandi, vt scilicet sit fortissimum, ita quòd pœnitens proponat se pro nulla re mundi peccaturum, D. Thom. *d. art.* 9. Nauar. *dicto loco*. Per contrarium verò correctio, seu pœnitentia, quæ charitate

ritate non perficitur, & ita attritio non habet illas tres perfectiones, nam etsi præseferat detestationem peccatorum, & ita dolorem cordis, iuxta supradicta; non tamen est appretiatiuè, id est, super omnia odibilia, nec est potissimum propter offensam Dei, sed propropter inferni pœnas, vel alia incommoda, cui sus etiāsi importet propositum non peccandi iuxta *supra* resoluta non tamen ita firmum, vt pro nulla re mundi, &c, sicut omnes fatentur. Hinc fit quòd licèt correctio, pœnitentia, seu contritio in cōmuni definiatur quòd sit detestatio peccatorum cum proposito ampliùs non peccandi, vt *suprà* notauimus, particulariter tamen correctio, pœnitentia, seu contritio formata, & perfecta definiri potest, vt sit detestatio peccatorum, maximè appretiatiuè propter offensam Dei, cum firmissimo proposito non peccandi; correctio verò pœnitentia, seu contritio informis, & imperfecta quamuis sit detestatio peccatorum, non tamen maximè appretiatiuè, propter pœnas inferni, vel alia incommmoda cum proposito, licèt non ita firmo, &c.

15 Ex quibus consequitur correctionem, seu pœnitentiam formalem, & ita contritionem sine Confessione sacramentali saltem in voto, non sufficere ad consequendam veniam, seu remissionem culpæ, nam quādo Confessio commodè adhiberi non potest, quāuis applicatio Passionis Christi in ordine ad veniam seu remissionem culpæ de qua *hic*, per correctionem, pœnitentiam, seu contritionem formatam sine sacramento in re fieri possit, fieri tamen non potest sine sacramento in voto, hoc ēst, sine voluntate, seu desiderio Con-

16 fessionis sacramentalis secundùm S. Thom. *3. p. q. 85. a. 5.* Sot. *vbi proximè concl. 1.* docet Conc. Trid. *sess. 6. cap. 14* Sic aliàs vbi deest copia Baptismi, appellatio Passionis Christi in ordine ad remissionem culpæ originalis quamuis sine Sacramento, non tamen sine voto Sacramenti, hoc est, sine voluntate, seu desiderio Baptismi, fieri potest, *cap. debitum 4* ibi, *propter Sacramenti fidem, de Baptismo*, D. Th. *vbi proxime. q. 68. a.* 2. Sot. *vbi sup. dist. 5. q. vnic. a.* & alij communiter, teste Bonac. *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 1. punct. 7. n. 1.*

17 Hinc etiam fit vt correctio, seu pœnitentia informis, & ita attritio cum aliquo impedimento, seu obice ad gratiam ex parte pœnitentis, adiuncta Confessione sacramentali sufficiat ad remissionem culpæ, de qua *hic*, vt tenent *gl. vlt. in c. vlt. de pœn. dist.* 3. D. Th. *in 4. disp. 17. q. 3. a. 4.* Caiet. *in opusc. de Confessione q. 5.* Sot. *in 4. cap. 18. p. 3 art.* 2. *&* 3. Martin. Ledesm. a. 4. *q. 8. art. 1.* Cou. *in c. alma p. 1. §. 4. n. 13.* Nauar. *in man. c. 9. n. 10.* Soar. Nugn. Pesant. & alij quos refert, & sequitur Bonac. *de Sacram. disp. 1. q. 6. art. 1. puncto 6.* Probatur ex eo, quia Confessio in prædictis terminis quoad sui substantiam, & essentiam valida fuit, etsi non statim, & præsenti, saltem ex postfacto, nimirum cessante impedimento, seu obice ad gratiam, & remissionem operatur. Patet, nam alioquin validitas nihil omnino operaretur, & Sacramentum otiosum esset, quod nullo modo dicendum est, igitur, &c. Deinde eadē ratio est in sacramento Confessionis in ordine ad culpam actualem, quæ in sacramento Baptismi in ordine ad culpam originalem, iuxta ea quæ resoluunt DD. per text. *ibid. in cap.* cum multis *ibid. de pœnit. dist. 1.* atqui Baptismus cum impedimento, seu obice ad gratiam susceptus, etsi non statim, & de præsenti, saltem ex postfacto, nimirum cessante obice, gratiam confert, & remissionem operatur, vt probat text. aliàs difficilis *in cap. tunc valeret, de consec. dist. 4.* Igitur, &c.

18 His tamen non obstantibus contrariam partem negatiuam tenent Card. S. Sixti, & communis *in d. c. vlt.* Mai. *in 4. dist. 17. q. 3. & 9.* Adrian. *q. 4. de Confess. dub. 9.* Medin. *in C. de Confessione p. de Confessione ficta*, Vasq. *de pœnit. q. 92. art. 3. dub. 4.* vbi alios refert, quorum sententia longè tutior est, & probatur, nam si correctio, seu pœnitentia informis, & ita attritio cum impedimento, seu obice ad gratiam adiuncta sacramentali Confessione saltem ex postfacto gratiam conferret, vel esset ex absolutione, quæ de præsenti, id est, tunc temporis fit, vel ex absolutione, quæ ex postfacto, id est, postquam impedimentum, seu obex ad gratiam cessauerit, indulgetur; atqui ex neutra, &c. de prima patet, quia absolutio sacramentalis est actus legitimus, id est, suam secum executionem trahens, Ioan. 20. *quorum remiseritis*, &c. & vti talis suum effectum, nempe gratiam ipsam suspensam habere non potest, *reg. actus 50. infrà hoc tit.* vbi notauimus; de secunda absolutione itidem patet, quia nihil potest operari circa remissionem culpæ, quam pœnitens tunc temporis non confitetur, iuxta reg. *l. de quare. ff. de iudic.* Igitur, &c. Ad argumenta verò in contrarium respondetur, & ad primam negando maiorem, nam in prædictis terminis Confessio quoad sui substantiam nulla est, nec fit cum vera detestatione peccatorum, nec cum vero proposito ampliùs non peccandi, neutrum enim habet ille, qui peccata non relinquit; sed in eorum occasionibus persistit. Ad text. verò *in d. cap. tunc valeret*, respondetur prout *in colle. ad eundem.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest ad impossibile obligari.*
2 *Impossibile quod dicatur, ostenditur.*
3 *Conditio impossibilis, qua vel natura, vel absolutè talis est, tam ab vltimis voluntatibus, quàm à matrimonio reijcitur, & declaratur n. 5.*
4 *Conditiones difficiles ab vltimis voluntatibus, & matrimonio an, & quando reijciantur, ostenditur.*

REGVLA VI.

Nemo potest ad impossibile obligari.

DEsumitur ex *l. si quis graui, in princ.* vbi Bart. *ff. ad Syllan. l. si stipuler. ff. de verbor. oblig. l. Paulus ff. quia sent. sine appell. rescind. l. impossibilium ff. de regul. iuris, § impossibilis, Instit. de hæred instit.* traduot Thom. de Thomasset *reg. 194.* Sutd *decis. 187. n. 21.* Flamin. Paris *de resign. benefic. tom. 2. lib. 11. q. 23. n. 8.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 1. n. 4.* Ratio est quia cùm omnis obligatio consistat in dando, vel faciendo, *l. 2. in princip. ff. de verb. obligat. l. 3. ff. de action. & obligat.* impossibilia autem de facto, vel de iure à nomine fieri possint, vt *infrà* ostenditur, meritò disponitur, vt nemo ad aliquod impossibile possit obligari, siquidem obligari & obligari ad impossibile sunt repugnantia, quam rationem ex Monacho intendit *glossa 1. hic*, & alij *in d. lege impossibilium.* 1

Impossibile iure nostro dicitur omne illud, quod inspecta humana potentia fieri nequit ab vllo mortalium, siue quia natura impedit ne fiat, *l. continuus 137. §. illud. ff. de verbor. obligat.* siue quia à iure prohibetur, id est, quia inspecto iure naturali, diuino vel humano: & ita moraliter fieri non potest, *l. si filius in fine, ff. de condit. instit. cap. faciat, & ibi gloss.* 22. *quæst. 2.* resoluit Gerard. *singul. 82.* Vnde licèt varias species impossibilium referant *gloss. 1. hic*, & Doctores *in dicto § impossibilis, Instit. de hæred. instit. & in princip. Instit. de inutilib. stipulat.* tamen omnes reducuntur ad 2

duas

duas species, scilicet ad impossibile de facto, sub quo impossibilia de natura, & perplexa continentur, & ad impossibile de iure, cuiusmodi est turpe, & inhonestum, vt probat *cap. vlt. de pactis. cap. scisсitantes, de rescriptis.* quo fit vt licèt, ea, quæ sunt difficilia dicantur in iure, *l. 2. vbi gl.* refert similes, *ff. de iis quæ vi*, cum aliis adductis per Castr. *de lege pœnali l. 1. c. 1. fol. 4.* tamen propriè iuxta hanc materiam impossibilia sunt illa, quæ in se sunt infactibilia, & ita quibus factum vel ius repugnat, nec ab vllo fieri possunt. Difficilia verò quæ licèt in se sunt factibilia, tamen propter defectum personæ fieri nequeunt, vt explicat Iureconsul. *in d. §. illud*, vbi Aret. *in princ. l. vlt. ff. de actionib. empti.*

3 Inter has autem impossibilium differentias illud obseruandum discrimen quòd impossibilis conditio, quæ vel à natura, vel absolutè talis est, tam ab vltimis voluntatibus, quam a matrimonio reiicitur sine controuersia ex coniectur ata voluntate disponentium *l. 3. ff. de cond. & demonstr. d. §. impossibilis, c. vlt. de condit. appos.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 12. num. 36.* alter Molin. *Theolog. de iustit. tract. 2. d. 266. concl. 2.* Sanch. *de matr. lib. 5. d. 4. num. 7.* quia in illis iusta impossibilitatis ignorantia dari non potest, tum quia earum euentus inanis est. Vnde matrimonium tali conditione impossibili reiecta statim valere resoluunt Sanch. *d. lib. 5. disp. 3.* Gutier. *de matrim. cap. 82. n. 83. cum seq.* Fr. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 26. n. 156.* quæ autem per suppositionem fuerit impossibilis, patitet vitiabitur si disponens impossibilitatis conscius eam adiecerit, vt *in l. multa, §. si seruos, ff. de cond. & demonstr. & in l. si Mænia 45. ff. de hered. inst.* Si verò possibilem credebat vbi manifestum defectum voluntatis depositio non vitiabitur, vt probat *l. seruo manumisso ff. de condict. indeb.* iuxta communem Doctorum interpretationem *ibid.* quod ipsum docet Bart. *in l. 1. num. 5. ff. de condit. & demonstr.* Imol. *ibi n. 11.* quam tamen communem sententiam post alios impugnat Costa *lib. 1. select. cap. 9.* aliter intelligens *d. l. seruo manumisso* & Sarmien. *lib. 2. select. 1.* cuius noua interpretatio manifestam vim infert verbis illius text. atque ideo cum ratio ostendat immeritò teneri conditionem, quam disponens probabiliter credebat possibilem, cùm eo animo apposita videatur vt adimpleri debeat, neque aliter videtur indicandum de voluntate partium, si in conditione verè possibili, ac de impossibili, quam possibilem credebat, text. verò *in l. ab om. 107. §. 1. testament. ff. de leg. 1* qui in contrarium adduci solet, cùm agat de facto testatoris, rectè cum Bart. & communi *vbi supra*, intelligi potest vbi ignorantia nulla fuerit, vel aliter cum Ias. *in d. l. seruo*, Aret. *in d. l. impossibilis ff. de verb. oblig.* Ex quibus inferes ad intellectum *d. c. vlt. de condit. apposit.* quem *ibi* præstiti *n. 12.*

4 Circa verò difficiles conditiones iam dicendum videtur illas ab vltimis voluntatibus, & à matrimonio non reiici, quia & cessat voluntatis coniectura. & illa dubia, ac difficilis iuris interpretatio in vltimis voluntatibus, & matrimoniis facta, cùm de impossibilibus conditionibus tantùm agat, non est ad difficiles trahenda, in quibus & ratio, & verba deficiunt, quod bene docet gl. recepta *in d. §. impossibili*, communis *in d. l. 1. ff. de cond. instit.* Costa *select. lib. 1. c. 8. n. 14.* sentit Cou *de spons. sal. p. 2. c. 3. 82.* Menoch. *de arb. casu 89. n. 8* Molin *d. lib. 2. c. 13. n. 8.* Vnde in his difficilibus constituendum est quòd si ita sint difficiles vt considerata qualitate personæ, cui iniunguntur, æquè pereat, manifestè non posse per eam aliquo modo præstari etiam ex amicorum auxilio, dispositio ab initio non valeat, iuxta text. sic intelligendum *in l. cum hæres, §. 1. ff. de statu lib.* sin autem difficultas talis est, quam persona, cui iniungitur, per amicos, per fidem atque æstimationem suam possit adimplere, tunc non valebit à principio dispositio, & expectabitur futurus euentus, vt si adimpleatur actus, valeat, si verò deficiat conditio non valeat, iuxta text. *in l. Arethusa ff. de stat. hom. & in l. Stichum 39. §. si Stichus ff. de stat. lib.*

Circa autem conditiones impossibiles de iure, quæ 5 propriè turpes appellantur, indistinctè reiiciuntur in vltimis voluntatibus in pœnam adiicientis; in matrimonio verò ex præsumpta voluntate, quæ omnia si non ex verbis, ex mente DD. colligi possunt, & Iureconsultorum auctoritatibus manifesta sunt, & faciunt quæ dixi *in collect. ad cap. vlt. de condit. apposit. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium personale personam sequitur, & cum persona extinguitur.*

2 *Priuilegia omnia, vel realia sunt, vel personalia, hæc vulgo dicuntur ea, quæ in personam, illa quæ in rem diriguntur.*

3 *Priuilegium personale censetur cum personæ conditio ei locum facit.*

4 *Filij priuilegijs, quæ parentibus personaliter conceduntur, gaudere non possunt.*

5 *Priuilegium marito personaliter concessum ad vxorē sine lege non extenditur.*

6 *Priuilegium personaliter dominis concessum, non extenditur ad eorum famulos, & familiares, nisi colligantur ex lege, seu forma priuilegij.*

7 *Exemptiones, seu priuilegia loco, aut rei concessa deperdito loco, vel perempta re amittuntur.*

8 *Lex omnia priuilegia, & exemptiones concessæ loco sublata sunt vbi locus fuerit destructus auctoritate Superioris sine spe refectionis.*

9 *Locus destructus ab hostibus retinet omnia sua priuilegia.*

10 *Ecclesiæ, ciuitates, castrum, collegium aliáue loca retinent sua iura, priuilegia, & exemptiones si Superioris auctoritate in alium locum transferantur.*

11 *Beneficium restitutionis in integrum ad hæredes transit.*

REGVLA VII.

Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

DEfinitur ex *l. in omnibus causis 68. & ex l. priuilegia 157. ff. hoc tit. l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua, l. quia tale ff. solut. matri. l. 3. ff. de censib. l. sordidorum, C. de excus. mun. l. 10.* cum multis aliis quæ post antiquiores adducunt & explicant Tiraq. *de retract. lig. §. 26. gl. 1. n. 6. & de iure primog. q. 37. n. 1.* Xuar. *ad l. quoniam in prioribus super leg. Regni limit. 11. d. l. 1. n. 1.* Menoch. *cons. 100. n. 95. & cons. 136. n. 2. & de præsumpt. l. 3. præs. 103. n. 46* Mari. Antonin. *var. resol. l. 1. res. 19. n. 6.* Gail *l. 2. obs. 144. n. 8. cum seq.* D. Barbos. *in d. l. quia tale*, Card. Tusch *tom. 6. litt. P. concl 646.* Soar. *de leg. l. 8. c. 10. & 11.* Salas. *in simili tract. disp. 17. sect. 6. n. 8.* Azor *institut. mor p. 1. l. 5. c. 22. q. 6.* Cardos. *verb. priuilegium. 4.* ego ipse in *tract. Axiom. & iur. vsufreq. axiom. 190. n. 5.* 1

Priuilegia omnia vel realia sunt, vel personalia, vt colligitur ex *d. l. priuilegia*; personalia vulgò dicuntur ea, quæ in personam, realia, quæ in rem diriguntur, *d. l. priuilegia, d. l. §. permittitur l. 1. §. personis, ff. de iure immun.* explicant. D. Barbos. *in d. l. quia tale n. 2. vers. sed* 2

sed distinctius, Card. Tusch. *d. litt. P. concl.* 744. Soar. *d.*
3 *lib.* 8. *c.* 3. Menoch. *d. præs.* 103. *à princ.* Clariùs tamen explicabitur si dixerimus priuilegium personale censeri, cùm personæ conditioni locum facit, itaut quamuis detur ob causam, aut rationem, quod motiuum dici solet, quæ in aliis quoque personis reperitur, non tamen eisdem priuilegium sit tribuendum; at vero reale est quando res, seu causa ei locum facit, id est, vt causæ ipsi tribuatur, & omnibus competat, qui in eadem causa sunt, & ad quos eadem causa pertinet, quamuis mortuum concedendi fuerit sola persona, vt præ omnibus meliùs explicat Donel. *comment. iuris Ciuilis l.* 21. *c.* 14. *à princ.* Soar. *d. c.* 3. *n.* 6. vbi *n.* 10. aduertit ad hoc, vt appareat quando personæ, an verò magis causæ priuilegium concessum videatur, in primis esse attendenda verba an in personam, an verò in rem ipsam dirigantur, deinde attendendam materiam subiectam, postea recurrendum esse ad speciales coniecturas.

4 His ita breuiter prænotatis primò ampliatur hæc regula, vt etiam procedat in filiis, vt scilicet priuilegiis, quæ parentibus personaliter conceduntur, gaudere non possint, vt ex *l. pen.* §. *si puellæ ff. de ritu nupt.* & *ex l. priuilegio in princ. l. in filiis, C. de decurionib. lib.* 10. resoluunt communiter D D. & præcipuè D. Barbos. *in d. l. quia tale n.* 36. subdens manifestissimum esse priuilegium simpliciter datum personæ filiis non communicari, sed tunc demum si adiciatur terminus aliquis ex quo colligatur filiis primi gradus, vel etiam vlterioris idem priuilegium communicare voluisse, quibus casibus asserit venire filios ex propria vocatione, non autem ex persona patris.

5 Secundò amplia, vt procedat etiam in vxore, ad eam enim itине lege extendi non posse priuilegium marito personaliter concessum tradunt D. Barb. *in d. lib. quia tale à n.* 22. *vers. vltima ampliatio*, Sanch. *de matr. l.* 7. *disp.* 47. *n.* 1. & 3. Soar. *d. l.* 8. *c.* 11. *num.* 1. Iura autem quæ in contrarium adduci solent procedunt vel ex tenore ipsius priuilegij, quia de certis personis & earum vxoribus expressam facit mentionem, vel ex vi aliorum iurium, quæ communicant mariti priuilegium eius vxori.

9 Tertiò amplia vt procedat etiam in famulis, & familiaribus, ad illos enim priuilegium personaliter eorum dominis concessum extendi non potest, vt probat text. *in cap. pen. vers. non sic, de priuil. lib.* 6. & *in l. scriniarios* 16. *C. de testam. militis* notat Dec. *in c. sanè* 9. *à n.* 13. *de priuil.* nisi colligatur ex lege vt *in auth. habita C. ne filius pro patre*, ibi, *tam ipsi, quàm eorum nuncij*, l. 3. *ad fin. de priuil. schol. l.* 12. *cap. magnæ ad fin.* ibi, *pro te, & famulis tuis, de voto*; seu ex forma priuilegij, vt ipsum priuilegium maxima ex parte maneret inutile nisi ad familiarem seu familiares extenderetur, vt notauit gl. *verbo non debent, in d. c. pen.* recepta secundùm Nauat. *in man. c.* 27. *n.* 181 & Sayr. *de censur l.* 5. *c.* 5. *à n.* 29. vnde si alicui concedatur, vt post meridiem licitè Sacrum faciat, vel recitet Matutinum, Ministrum ad Sacrum faciendum, atque etiam socium ad recitandum officium eodem priuilegio vti posse refert Soar. *d. l.* 8. *c.* 11. *n.* 7.

7 In gloss. *Priuilegium* ibi, *vt scilicet extincta re extinguatur priuilegium.* Notatur ad hoc, quòd destructo loco, vel perempta re amittuntur exemptiones, seu priuilegia loco, aut rei concessæ, vt Afflict. *in c.* 1. *n* 12. *cum seq. de capite Conradi*, Alex. *cons.* 43. *n.* 2. *vol.* 1. Curt. *sen. cons.* 29. *n.* 4. Albert. Brun. *in tract. de interitu, & perempt. conc.* 5. latè Erasm. à Cochier *de iurisd. Ord. in exempt. p* 3. *q.* 19. *à princ.*

In ead. gloss. ibi, *quod dic verum* &c. Notatur ad hoc, quòd omnia iura, priuilegia, & exemptiones concessæ loco sublata sunt vbi locus fuerit destructus auctoritate superioris sine spe refectionis nullis remanentibus reliquiis, vt per Felin. *in c. dilecta col. fin. vers. destructo monasterio, de rescript.* Bald. *in cap. imperialis num.* 10. *de pace Const.* & *in c.* 1. *col.* 1. *de elect.* Albert. Brun. *in tract. de mutat.* & *transformat. memb.* 2. *concl.* 10. *n.* 68. Petr. de Perusio *tract. de mutat. status Ecclesiæ in princ. n.* 3. & 4. & *c.* 3. Erasm. à Cochier. *d. p.* 3. *q.* 20. *num.* 5. vbi *n.* 6. post Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 16. subdit quòd si locus fuerit destructus fatali casu, seu à non habente auctoritatem, eo restaurato reuiuiscet etiam exemptio; est autem ratio differentiæ, quia quando de iure destruitur, titulus cassatur, at verò facti calamitas nec ius, nec titulum aufert, nec nomen, *l. seruitutes* § *si sublatum ff. de seruitu. vrban. præd.*

In ead. gloss. ibi, *si autem destruatur ab hostibus, retinet omnia sua priuilegia.* Ita Brun. *in tract. de refect. concl.* 9. *in fin.* Gail. *l.* 2. *obseru.* 61. Erasm. à Cochier. *d. q.* 20. *n.* 6. *in fine.* 9

In ead. gloss. ibi, *Item si auctoritate superioris transferatur in alium locum.* Notatur ad hoc, quòd Ecclesia, Ciuitas, & Castrum, Collegium, aliave loca retinent sua iura, priuilegia, & exemptiones si superiores auctoritate in alium locum transferantur, vt per Alexand. *cons.* 43. *vol.* 1. Gail. *l.* 2. *obser.* 61. *n.* 10. Albert. Brun. *in tract. de mutat.* & *reformat. memb.* 3. *concl.* 3. *n.* 78. VVames. *cons.* 63. *n.* 2. & *cons.* 64. *n.* 3. *de iudic.* Erasm à. Cochier. *d. p.* 3. *q.* 21. vbi *q.* 22. an exemptio amittatur si locus alteri vniatur. 10

11 In ead. gloss. in addit. ibi, *quod opponitur de in integrum restitutione minori*, &c. Beneficium restitutionis in integrum licèt personale sit cùm minorum personis personaliter concedatur, quia tamen principalis causa illud concedendi est læsio, iuxta text. *in l. non omnia*, & *in l. quod si minor* §. *non semper ff. de minoribus*, cum similibus, concludunt Doctores ideo ad hæredes transire, iuxta text. *in l. solum. ff. de restit. in integr.* & *in l. minor.* 19. §. *vlt. ff. de minorib.* quas sic interpretantur Dyn. *hic, num.* 7. & alij communiter secundùm Pechium *n.* 10. *in solut. secundæ difficult.* Ant Gom. *var. tom.* 2. *de contractib. cap.* 14. *n.* 6 Menoch. *d. præs.* 103. *à n.* 16. & alij citati à D. Barbos. *in d. l. quia tale n.* 49. & esse communem ex Gom. & aliis testatur Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus n.* 44. quod etiam videtur voluisse Mautir. *de restit. in integr. c.* 15. & eum sequutus Mynsing. *lib.* 4. *obseruat.* 19. & cæteri, qui dicunt huiusmodi beneficium restitutionis reale esse, & ideo ad hæredes transire quia scilicet causæ datur, seu læsioni, vt explicat Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 6. Ex qua etiam ratione inquiunt procedere text. *in l. hæredes, C. ad Velleian.* qum probat Velleianum, quòd mulieribus pro alio intercedentibus datur, transire ad hæredes, quia, scilicèt quamuis personæ mulierum ex ratione fragilitatis sexus concessum videatur, reale tamen est seu mixtum, & quatenus non tam persona, quàm causa illa in persona existens fuit principalis causa concessionis, quòd etiam simili ratione decisum esse aiunt in Macedoniano, quo filiisfamil. mutuum accipientibus succurritur, & ad hæredes transire, ac fideiussoribus prodesse probat text. *in l. exceptiones vers. intercessionis, iuncta gl. ff. de except.* & *in l. sed et si* §. *non solum ff. ad Macedon.* quæ ex illo eodemmet fundamento procedere aduertunt Pech. & Soar. *citatis locis*, Donel. *l.* 21. *comm. c.* 14. *vers. enim vero.* Menoch. *d. præs.* 103. *n.* 18. 12

SVMMARIVM.

1 *Malus semel sẽper præsumitur malus, de… vt n.* 8.

2 *Bonus*

2 *Bonus quilibet in dubio præsumitur, & non malus.*
3 *Natura humana per primum peccatum prona est ad malum.*
4 *Inclinatio naturalis ad malum non est peccatum.*
5 *Homo bonus à Deo creatus est, & potentiam, ac aptitudinem habet ad bonum.*
6 *Malus ex quo aliquis semel apparuit, non potest bonus fieri aliter quàm per pœnitentiam.*
7 *Accidens malitia semel commissa in esse productum durare præsumitur donec probatur sublatum.*
9 *Tabellio, qui falsarius conuincitur, licèt præsumatur in futurum talis, & propterea remoueri debeat, non tamen præsumitur retro falsarius.*
10 *Suspicione leui, non vrgenti semel malus, præsumitur semper malus.*

REGVLA VIII.

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

1
DEsumitur ex *l. filius §. 1.* vbi Bart. *ff. de accusat. & ex cap. scribam, de præsumpt.* cum aliis citatis à gl. *hîc*, tradunt Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7.* Hippol. *sing. 64. & 393. & in rubr. de fideiussoribus à n. 67.* Mantu. *dial. 89. & sing. 401.* Lanfranc. *in Clem. dispendiosa num. 26. de iudic.* Roland. *cons. 63. n. 3. cum seqq. vol. 2. & cons. 98. n. 56. vol. 4.* Corset. *sing. verbo præsumptio* 1. Euerard. *loco 90. de tempore ad tempus fol. 282.* Aym. *cons. 198. n. 6.* Paul. Granut. *theorem.* 23. Io. Roias *sing. 195. n. 9.* Iacob. Simanch. *de cathol. instit. c. 50. n. 15.* Guliel. Benedict. *in c. Raimutius verbo in eodem testamento il 2. n. 45.* Gig. *cons. 30. n. 9. & cons. 38. n. 77. cum seqq.* Hieron. de monte. *var. iuris quæst. 13. n. 17.* Cot. *in memorabb. verbo malus semel. pag. mihi* 559. Duen. *reg. 303.* Menoch. *de præsump. lib. 5. præs. 32.* Mascard. *de probationib. concl. 1003. n. 37. Fr.* Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 12. art. 3.* Cened. *ad Sextum collect. 29. num. 2.* Farinac. *in praxi crim. par. 1. quæst. 23. num. 21.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. M. concl. 28. per totam.* Ego ipse in *tract. Axiom. iuris vsufrequent.*
2 *axiom. 142.*

Quamuis in dubio quilibet regulariter præsumatur bonus, & non malus, vt latè ostendi *in collectan. ad c. vlt. de præsumpt.* nemo præsumatur delinquere, *l. merito ff. pro socio, cap. vnic. de scrut. in Ord. facien. reg. estote, hoc tit. in Decretalibus*, cum traditis per Alciat. *reg. 3. præs. 1.* Duen. *reg. 71.* Hippolyt. *in l. 1. à*
3 *num. 63. C. de sicar.* Mantu. *lib. 1. locorum cap. 3.* Tiraquel. *de pœnis. temper. cap. 3. à num. 18.* quia licèt per primum peccatum natura humana prona sit ad malum *Genes. 8. cap. omnis 12. quæst. 1.* vnde & fomes peccati ortum habet, Paul. *ad Rom. 7. cap. si Paulus 32.*
4 *quæst. 5.* latè Couar. *in c. alma mater part. 1. §. 10. n. 11.* tamen quia inclinatio, illa ex se Peccatum non est, vt
5 resoluit Sot. *l. 3. de Iustit. quæst. 4. art. 3.* Felin. *in dicto cap. vlt. n. 15. de præsumpt.* non tollit quominus homo, qui bonus à Deo creatus est, *cap. 1. post. princip.* vbi gloss. *verbo damnamus, de Sum. Trinit.* & qui potentiam, aptitudinem habet ad bonum, D. Thom. *1. 2. quæst. 62. art. 1.* & alij, quos sequitur Felin. *dicto n. 15.* ius habeat à natura, vt apud alios in dubio in bona sit opinione, ex D. Thom. *2. 2. quæst. 60. art. 3.* & Sot.
6 *dicta quæst. 4. art. 3.*

Attamen, quia ex quo aliqui semel, malus apparuit nec bonus potest fieri aliter quam per pœnitentiam, *reg. peccatum, sup. hoc tit.* meritò interim dum de illa non constat, præsumitur in eodem malo, quia mutatio non præsumitur, *cap. maiores § vlt. de Baptismo*, immo accidens malitiæ semel commissæ in esse productum (quippe quod non tollitur tempore, sed pœnitentia) durare, præsumatur donec probetur sublatum arg. *l. sine possidetis*, vbi gloss. & Doctores, *C. de probation.* docent Bart. *d. §. 1. n. 1.* Abb *in c. accedentibus num. 6. de priuileg.* & ita hanc rationem intendit Alciat. *vbi suprà iuncta reg. 2. in princip.* Mantu. *dial. 4.*
& satis Dyn. *hic n. 2. & 3.* & ideo semel malus sem- 8
per præsumitur malus existere in eodem malo semel commisso, vel in eadem voluntate respectu mali eiusdem speciei, non verò præsumitur malus respectu mali diuersi, quia quoad illud nulla adest coniectura, vnde succedit *reg. l. Papinianus ff. de minor.* & ita aduertit Bart. *in l. Cassius, in fine ff. de senatorib.* communiter receptus per Alciat. *de præsump. reg. 1. præs. 7. n. 2.* & docent Greg. *l. 1. verbo procurando tit. 18. par. 6.* Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 2. n. 215.* Grammat. *decis. 15. n. 7.* Hippol. *cons. 15. n. 9. & cons. 44. n. 18. cum seqq.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 21. n. 1. ad fin.* Thom. de Thomasset. *reg. 278.* Mascard. *de probat. concl. 222. n. 20. & d. concl. 1003. n. 38.* Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo præsumere*, Aloys Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 4. p. 2.* Farin. *d. q. 23. n. 30.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. M. concl. 28. num. 2.*

Semper.] Intellige ab eo tempore, quo semel ma- 9
lus extitit in futurum, in verò respectu temporis antecedentis, vnde licèt tabellio, qui falsarius conuincitur, præsumatur in futurum talis. & propterea remoueri debeat, *l. si aliquid, C. de susceptor. lib. 10. glos. 4. in l. si quis ex argentariis, ff. de edendo*, tradit Felin. *in c. fraternitatis num. 4. de hæret.* non tamen præsumitur retro falsarius quoad instrumenta confecta ante compertam falsitatem, vt resoluunt Innoc. & alij citati à Felin. *vbi proximè n. 5.* tradit in simil. Ias. *in l. prius. num. 45. ff. de noui operis nunciat.*

Præsumitur. Suspicione quadam leui, non vrgen- 10
ti, cùm non sit vrgens signum ex quo colligitur, vnde non sufficiet vt accusatus de crimine conuincatur ex eo quòd semel in eodem crimine malus fuerit, vt docet *hic* Anchar. *num. 4.* Alciat. *de reg. 2. præs. 5. n. 3.*

Intellige procedere in præsumptione definitiua, 11
per quam determinatè de actu iudicatur, illa verò præsumptio, per quam nihil definitur, sed solum supponitur possibile esse malum ab aliquo fieri ad effectum præcauendi non est illicita, quippè quæ non ex iudicio, sed ex prudentia procedit. D. Thom. *d. q. 10. art. 3. ad 3.* Sot. *d. q. 4. art. 4. vers. tertium.* pro quibus est text., qui in hac præsumptione suppositiua loquitur, *in c. 2. de elect.* vt patet ibi, *potuisse plures*, &c. vt bene aduertit ibi Dec. *num. 6.* sic procedit id, quod de filiis ob timorem incontinentiæ paternæ repellentis ab Ordinibus & officiis probat *c. 1. de filiis Presbyter.* iuncto *cap. 1. & cap. si gens 56. dist.*

SVMMARIVM.

1 *Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.*
2 *Fictio triplex est, inductiua, priuatiua, & translatiua.*
3 *Inductiua fictio est quando lex fingit esse, quod non est.*
4 *Priuatiua fictio est quando per contrarium lex fingit non esse, vel non existere, quod veritate existit.*
5 *Translatiua fictio est quando lex actum certo tempore vel modo factum, alio factum fingit.*
6 *Ratihabitio non aliter fieri potest quàm per translatiuam fictionem, ad quam spectat duo extrema iungere data vtrisque habilitate.*
7 *Ratihabitio non inducitur ex taciturnitate propter præiudicium quod continere potest.*

8 *Ratihabitio inducitur non tantum per verba, sed etiam per facta.*

9 *Consensus per ratihabitionem transire non potest in actum omnino alienum, qui nullam habet effigiem, vel symbolum actus mei, vt actus ille meus efficiatur.*

10 *Declarantur* text. in l. si fundus §. 1. ff. de pignorib. & in l. aliena 20. in princip. ff. de pignorat. act. & in l. mater 3. C. de rei vendicat.

11 *Ordinatio facta à non proprio Episcopo bene tenet quoad ordinationem, licet non quoad executionem.*

REGVLA IX.

Ratum quis habere non poterit quod ipsius nomine non est gestum.

1 DEsumitur ex *l. si pupilli 6. §. sed si ergo ff. de negot.*
gestis, c. pen. de senten. excom. hoc lib. cum aliis ci-
tatis à Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 247. & seq.*
Menoch. *cons. 105. n. 83. cum seq.* Surd. *decis. 33. n. 15.*
2 Circa fictionis diuisionem licèt certent DD aliter
atque aliter diuidentes, recepta est illa, quam docuit
Bart. *in l. si is qui pro emptore n. 25 ff. de vsucap.* quòd
scilicet triplex sit inductiua, priuatiua, & traslatiua,
quod etiam fatentur Philipp. *de fiction. p. 2 c. 4.* Mas-
3 card. *de probat. q. 16. à n. 15.* Industria est quando lex
fingit esse quod non est, veluti quòd mortuis in bello
viuit per gloriam *l. bello missi, ff. de excusat. tut.* vel
quòd in dote intercessit stipulatio, *l. vnic. §. accedit,*
4 *C. de rei vxoria act.* Priuatiua quando per contrarium lex
fingit nō esse, vel nō existere quod in veritate existit,
veluti quod Monachus, deportatus, aut seruus habea-
tur pro mortuo, iuxta *c. placuit 16. q. 1. l. 1. § 1. ff. de bo-*
nor. possess. contra tab. l. seruitutem ff. hoc tit. Translatiua
quando, lex actum certo tempore, vel modo factum,
alio factum fingit, quasi ad aliud tempus, vel ad aliam
5 formam trasferat in ratihabitatione actus gesti meo
nomine, fingit enim non modò quando ratum habeo,
sed à principio interuenisse, & tunc licèt actus gestus
fuerit sine mandato meo, per ratihabitionem cum illo
gestum fuisse fingitur.
6 Quibus præhabitis patet ratio huius reg. nam cùm
ratihabitio non aliter fieri possit quàm per translati-
uam fictionem, ad quam spectat duo extrema iungere
data vtriusque habilitate, tam in extremo à quo, id est
secundùm tempus præsens ex quo fictio inchoatur,
quàm etiam in extremo ad quod, id est. ad quod fictio
extenditur vel refertur, aliter enim deficiente extre-
morū habilitate fictio fieret super impossibili de se,
& operaretur plusquam veritas, ita ex multorum in-
riū auctoritate obseruat Bart. *in l. si is, qui pro emptore*
ff. de vsucap. n. 28. vbi Ias. *n. 105. & 128.* Abb. *in c. t. n.*
vlt. de conuers. infidel. cōmunis, vt per Couar. *de spor-*
lib. p. 2. c. 8. §. 2. n. 19. iunctis traditis per Philipp. *de fi-*
ctionib. p. 3. c. 3. cum seqq. Atqui habilitas in extremo
ad quod tantum datur in ratihabitione vbi negotium
gestum est nomine mei ratum habentis adest enim
tunc aliquid habens effigiem, & symbolum actus mei,
in quem consensus per ratihabitionem facilè transit
arg. *l. in rem 24. §. item vers. non idem ff. de rei vendica.*
cum latè traditis per Mantu. *lib. 1. locorum c. 22.* & ita
actus vel negotium efficitur illius, qui ratum habuit,
perinde ac si mandasset, vt colligitur ex *l. 12. vers. ratū,*
& ex l. Paulus, aliàs, *non tantū ff. rem rat. haberi, l. si pu-*
pilli 6. § itē quæritur; ff. de negot. gestis, intēdit Bart. *l. 1.*
§. sed etsi ff. de vi, & vi armata, Philip. *de fictionib. p. 4.*
7 *c. 3.* Vnde notabis quòd licèt ratihabitio non induca-
tur ex taciturnitate propter præiudicium, quod
continere potest, argum. *l. qui vos 49. vers. vetare ff.*
de furtis. obseruant. Dec. *cons. 98. in fine,* Menoch.
cons. 3. num. 24. inducitur tamen non tantùm per verba 8
& ita expresse, sed etiam tacitè per facta, *d. l. Paulus, c.*
vnic. in fine, de desponsat. impub. hoc lib. gloss. 3. in c. cum
insuper 22. de offic. deleg. tradunt Dec. *in l. semper, quia*
n. 8. ff. hoc tit. & Tiraquel. *de constituto p. 3. limit. 30. n.*
1. apud quos videbis varia exempla tacitæ ratihabiti-
onis, quæ ex facto inducitur.
Hæc autem ratio omnino deficit in gesto nomine 9
alterius; fieri non potest, vt in actum omnino alienum,
qui nullam habet effigiem, vel symbolum actus mei,
consensus per ratihabitionem ita transeat, vt actus ille
meus efficiatur, iuxta *l. verum 32. iuncta l. aliud est 121.*
in princ. hoc titulo.
Non obstant text. *in l. si fundus §. 1. ff. de pignorib.* 10
& in l. aliena 20. in princ. ff. de pignorat. act. & in l.
mater 3. C. de rei vend. vbi admittitur ratihabitio, & ta-
men actus, de quibus ibi, non sunt gesti nomine ratum
habentis, quia reiecta concordia Bart. *in dictis iuribus,*
& in l. 1. §. sed etsi ff. de vi, & vi armata. existimantis
regulam hanc tantum procedere vbi agitur de ratiha-
bitione in vtilitatem ratum habentis, vt actus ad il-
lum trahatur, & efficiatur ipsius, non verò vbi agitur
de ratihabitione in præiudiciū solius ratum habentis
quo casu procedere ait prædicta iura: meliùs responde-
detur hanc nostram regulam tantùm locum habere vbi
agitur de negotio, quod nullo modo meum, nec ad me
pertinere potest nisi ex voluntate agentis, tunc enim
oportet illud meo nomine geri, vt ratihabitio sequatur;
at verò vbi negotium à principio meum est, vel ad
me spectat re ipsa, id est, quia super re mea celebratur,
vel alio ex iis tribus modis, de quibus per gloss. *in d.*
l. si pupilli §. item verbo ipso gestu, vbi communis tunc
licèt non fiat nomine meo, ratihabitio locum habet,
nec procedit hæc reg. Sic intelligitur text. *in d. §.*
1. & in d. l. mater agitur enim *ibi* de ratihabitione ven-
ditionis, & hypothecæ rei meæ, vt intelligit Mudæ,
de pignorib. cap. quis possit hypothec. n. 9. Differentiæ
autem ratio illa videtur, quia primo casu ratihabitio
eò tendit, vt per illam actus alienus ex voluntate ge-
rentis efficiatur meus per ratihabitionem, iuxta su-
pradicta, & propterea oportet quòd præcedat aliquid
habens effigiem actus mei, super quo ratihabitio fun-
detur, & adsit habilitas in termino ad quem, vt ita
actus fiat mihi, id est meo nomine: at verò vbi nego-
tium ad me pertinet re ipsa, iam ex se habet effigiem
actus mei, & est habile. vt sequuta ratihabitio meum
verè efficiat, nec pendet à voluntate gerentis an fiat
mihi necne, & propterea non requiritur. quòd constet
illum facere meo nomine, immo præsumendum est
illum agere contemplatione mei, ne aliter delictum
præsumatur, hoc est, quòd animo deprædandi, & ac-
quirendi fecit aliquid in re mea, contra reg. *l. merito*
ff. pro socio, id quod non contingit vbi actus non est
meus, nisi ex voluntate gerentis, & proprius efficitur
per ratihabitionem.
In gloss. *Contradicit.* ibi, *versus dic quod ordinatio* 11
facta à non proprio Episcopo bene tenet quoad ordinatio-
nem, licet non quoad executionem, &c. Hic est verus in-
tellectus *c. cap. Lugdun. 9. q. 2.* quem sequuntur omnes
hi Innoc. *in c. prudentiam n. 4. de offic. deleg.* Mayn. *in*
l. hoc iure § decreit n. 3. ff. hoc tit. quicquid aliter intelli-
gant de ratihabitione gl. *in d. c. Lugdunen.* & Menoch.
vsufreq. cap. 49.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

2 *Intellige vbi mandatum ab initio potuit interuenire,*
limita

limitat ubi facta retrotractione non potuit ratum habens id ipsum mandare.

3 *Negotium infantis, vel furiosi nomine gestum non potest ab eisdem etiam, cessante impedimento, ratum haberi.*

4 *Ratihabitio cessat ubi negotium a principio nullum est, itaut non sit in potestate ratum habentis.*

5 *Ratihabitio ut sit legitima, & habilis in extremo à quo duo requiruntur.*

6 *Ratihabitio requiritur ut fiat eo tempore, quo actus principalis, de cuius ratihabitione agitur, fieri potuisset.*

7 *Ratihabitionis tempore ut ea legitimè fiat, debent omnia esse in eo statu quo fuerant tempore, quo negotium gestum est.*

8 *Ratihabitionis effectus cessat ubi per illam fieret praeiudicium tertio.*

9 *Fictio retrotractionem non operatur stante praeiudicio tertij.*

10 *Ratihabitio retrahitur non solùm ad tempus, sed etiam ad locum actus à principio gesti.*

11 *Contractum, vel delictũ ratũ habens non in loco ratihabitionis, sed in loco actus gesti forum sortitur.*

12 *Ratihabitio legitima aequiparatur mandato, immo inducit mandatum fictum, etiam in delictis ut num. 14.*

13 *Mandato speciali aequiparatur ratihabitio.*

14 *Restitutioni obnoxius est ille, qui ratum habet damnum suo nomine illatum ac si mandasset.*

15 *Ratihabitio mandato non aequiparatur in iis in quibus à principio mandatum pro forma requiritur.*

16 *Irregularitatem non incurrit ratam habens occisionem, vel membri mutilationem.*

REGVLA X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.

1 DEsumitur ex *l. si fundus 16. §. 1. ff. de pignorib. & ex l. 1. §. deiecisse ff. de vi, & vi armata, & ex l. ult. C. ad Macedon. cum citatis hic à gloss.* quae ostendit regulam obtinere in omni actu, similis gl. *verbo petere in c. quam sit 6. de elect. hoc lib.* tradit latè Felin. *in cap. sicut tuis n. 1. de simon* refert plures varia decidentes per hanc reg. addit. ad Dyn. *hic in princ.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 64.* Plac. *de delictis c. 18.* Couar. *in Clem. si furiosus p. 2. §. 1. n. 4.*

2 Ratio est, quia ratihabitio fit per fictionem translatitiam ex coniunctione duorum extremorum, per quam fingitur actum de cuius ratihabitione agitur fuisse à principio gestum ex mandato ratum habentis, ut *hic*, & dixi *in reg. praecedenti*; haec autem coniunctio fieri non potest nisi aliquod extremum trahatur ad aliud; unde oportuit ratihabitionem ipsam, quae est extremum à quo fictio inchoatur, trahi retro ad actum praecedentem, tanquam ad id quod per fictionem principaliter praetenditur, iuxta quae constat necessario requiri quòd utrumque extremum à quo & ad quod sit habile ad eliciendum actum de quo agitur & insuper quod nihil impediat utriusque coniunctionem, aliter enim ratihabitio nec retrotrahi, nec mandato comparari potest. Requiritur insuper quod actus ille potuerit fieri ex mandato ratum habentis, siquidem cùm ratihabitio retrotrahatur & mandato comparetur, in iis tantùm negotiis versatur, in quibus mandatum à principio potuit intervenire, cessabit tamen si facta retrotractione non potuit ratum habens ipsum mandato, ut aduertit Bald. *in l. 1. n. 19. C. qui admitt.* prosequitur post alios Ias. *in l. qui in aliena, in princip. num. 19. ff. de acquir. hered.* Unde negotium infantis, 3
vel furiosi nomine gestum non potest ab iisdem etiam cessante impedimento haberi ratum Abb. *in cap. ultim. de conuers. infidel,* sequitur Mayn. *in lib. hoc iure §. deiecit num. 3. ff. hoc tit.* Syluest. *in summ. verbo consensus 6. vers. 4.* Sic similiter ubi negotium à principio 4
nullum est, itaut non sit in potestate ratum habentis illud validum efficere, cessat ratihabitio, & retrotractio, cùm à principio ex mandato ipsius fieri nequiuerit, probat *l. observare, in fine ff. de officio Proconf.* ubi Bart. *num. 4.* Innoc. & Abb. *num. 19. in cap. prudentia, ff. de offic. delegat.* Dec. *l. semper qui in n. 16. ff. hoc tit.* communis ex Menoch. *remed. 15. recuper. num. 154. & 156.*

Ratihabitionem] Quae ut sit legitima, & habilis in 5
extremo à quo duo requiruntur, primò quod quis ratum habeat tanquam gestum suo nomine, aliter enim si gestum approbet, non tamen qualitatem illam, scilicet quòd suo nomine gestum sit, ratihabitio deficit, quia nihil est in extremo à quo, per quod etiam per retrotractionem actus efficiatur illius, qui ratum habet, idque docet gloss. *verbo ratum in lib. 1. §. deiecisse ff. de vi & vi armata,* ubi Bart. *num. 3.* & Bald. *num. 22. in l. non ideo C. de accusat.* Syluest. *in summa vera census numero 5.* Nauar. *in manuali cap. 17. num. 133.*

Secundò requiritur quòd fiat ratihabitio eo tem- 6
pore, quo actus principalis, de cuius ratihabitione agitur, fieri potuisset, *l. penul. in princ. ff. rem ratam haberi,* ubi Bart. & communis, *c. non solet 2. q. 6. gloss. verbo petere, in d. c. quam sit & verbo adhaerentes, in fine in c. ut circa 4. de electione. hoc lib.* communis, ut per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 89.* Anton. Gom. *lib. 45. Tauri num. 83.* Couar. *lib. 3. var. cap. 16. num. 5.* & satis iustat quòd haec reg. cum similibus satis probant quòd ratihabitio aequiparatur mandato; igitur oportet illam eo tempore fieri, quo res ex mandato ratum habentis perfici potuisset, quamuis contrarium contra communem intendant nonnulli, ut per Ias. *in l. si is qui n. 130 & 144. ff. de usucap.* Philip. *de fictionib. p. 4. cap. 4.* Non obstat quòd ratihabitio datur etiam in homicidio *c. pen. de sent. excommunicationis, hoc lib.* & tamen illud non potest committi tempore ratihabitionis cùm semel occisus iterum occidi nequeat, cui argumento non satisfacit Angel. *in d. l. pen.* nec etiam Paul. quem sequitur Menoch. *controuers. usufreq. cap. 40. num. 17.* & tandem illi succumbit Felin. *in cap. sicut tuis n. 5. de simon.* sed refellitur si intelligas cum communi oportere quòd actus praesenti tempore fieri possit non simpliciter, & rebus sic stantibus, hoc est supposito quod actus iam sit gestus, sed in hoc sensu, quòd scilicet nisi gestus ab alio meo nomine, posset modò fieri ex meo mandato, id quod etiam in actu homicidij reperitur.

Retrotrahi.] Intellige ubi nihil est quod impediat 7
retrotractionem, & utriusque extremi coniunctionem, unde oportet rem esse integram, id est, tempore ratihabitionis omnia esse in eo statu quo fuerunt tempore, quo negotium gestum est, Bart. in l. *si uxor. §. si quis uxorem num. ff. de adult.* Dec. in *l. semper qui n. 13. ff. hoc tit.* Menoch. *de success. ion. §. 18. n. 91.* Surd. *decis. 111. n. 1.* Sic similiter cessat effectus ratihabitio- 8
nis ubi per illam fieret praeiudicium tertio, cui vel medio tempore, vel aliter utrumque ius quaesitum est, arg. *l. si partem §. ult. ff. quemadm. seruitutes,* docet Bart. in *l. aliena in princip. ff. de pignorat. act.* communis, ut per Tiraquel. *de constitut. part. 2. ampliat. 17. num. 5.* Plac. *de delict. cap. 18. num. 3.* & satis voluit gloss. *hic in princ.* stante enim praeiudicio tertij minimè

tamè huiusmodi fictio retrotractionem operabitur, vt probat expressè text. *in c. si pro te, & in cap, quamuis, de rescript. hoc lib.* cum multis; quos copiosè refert Tiraq. *de primogen. q. 44. num. 19. & de retractu lig. §. 1. gloss. 10. num. 71.* Brunor. *in locis commun. verbo ratificatio 2.* Surd. *decis. 34. num. 8.* Vasq. *in opusc. de restitut. cap. 6. §. 2. dub. 5. num. 25.* iunctis iis quæ resoluunt Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 64.* & latè Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. part. 1. c. 2. per totum, præcipuè n. 8. & 17.* Non obstat *l. cum decem §. vlt. ff. de solut.* quia respondetur in ea non posse considerari præiudicium tertij respectu debitoris, cuius filio, vel seruo post solutionem factam procuratori creditoris ipse creditor ignorans solutionem, fecit acceptillationem.

10 Intellige ratihabitionem retrotrahi non solùm ad tempus, vt *hic, & in l. si fundus §. 1. ff. de pignorib.* & sic ad diem actus celebrari, vt docet Bertachin. *in reper. verbo ratificatio, pag. mihi, 264.* Surd. *decis. 70. num. 20. cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imper. lib. 1. concl. 47. consid. 1. n. 9.* sed etiam ad locum actus à principio gesti, in quo ratum habens id ipsum fingitur gessisse, vel mandasse, *d. l. cùm decē § 1.* ibi, *quasi tunc præsenti*; Card. *in Clem. 1. q. 28. vt lite pendente,* Felin. *in c. nonnulli num. 56. colum. 2. de rescript.* contra gloss. *verbo collato in d. Clem. 1.* quã sequuntur Abb. *ibi,* & Imol. *num. 20.* Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 1. gl. 10.*
11 *num. 68.* Vnde fit vt is, qui ratum habet contractum, vel delictum non in loco ratihabitionis, sed in loco actus gesti, forum sortiatur, iuxta *c. vlt. de foro compet.* obseruat Bart. *in l. si pecuniam C. de negot. gestis* vbi Fulgos. Placa *d. c. 18. n. 7.*

12 *Et mandato non est dubium comparari.*] Ergo ratihabitio legitima æquiparatur mandato, immo inducit mandatum fictum, secundùm communem ex Bart. *in l. si is n. qui 4. ff. de vsu cap.* Couar. *in Clem. si furiosus p. 2. §. 5. col. 3.* Bernard. Græuæ. *d. consid. 1. n. 9.* Fr. Anton. à Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ. 3. disp. 22. n. 4. & c. 12. disp. 64. n. 1. & 2.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 135. n. 84. cum seqq.*

13 Amplia primò etiam quoad ea quæ mandatum speciale requirunt, cui ratihabitio æquiparatur, *l. quod speciale, ff. de minorib. l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iuris, cap. vlt. de iureiurand. hoc lib.* communis, vt per Tiraq. *d. gl. 10. n. 64.* Couar. *lib. 3. var. c. 16. n. 1.* Surd. *decis. 159. num. 12. & decis. 231. num. 21* Flamin. *de resign. lib. 9. q. 8. n. 16.* quamuis contradicat gl. magna *in l. si per procuratorem, de acquirend. hered.* & Franch. *hic num. 5.* Communis tamen non procedit in specie *cap. nonnulli 28. §. sunt, de rescript.* vt aduertit gl. *ibi, verbo sine,* vbi Abb. *n. 4.* dicit communem gloss. *hic ante finem,* ex eo quia mandatum speciale in ea specie non requiritur propter grauitatem negotij, vel præiudicium partis, sed propter bonum publicum vitandi lites.

14 Secundò amplia æquiparationem, de qua hic, procedere etiam in delictis, vt probant text *in d. l. 1. §. deiecisse, & in cap. penult. de sentent. excommunic. hoc lib.* gloss. *verbo petere in c. quam sit, de elect. hoc lib.* Cou. *in d. Clem. si furiosus part. 2. §. 1. num. 4.* Plac. *d. cap. 18.* Intellige in illis tantùm delictis, quæ per alios committi possunt, secus in his, quæ consistunt in propria libidine committentis, tantum veluti adulterium & stuprum sicut enim hæc non nisi proprio instrumento fiunt, ita nec mandari, vel ab aliis gesta ratihaberi possunt, secundùm gloss. *verbo mandato in d. §. deiecisse,* declarando tamen, vt per Plac. *d. c. 18. n. 2.* & Philip. *de fictionib. 4. c. 9. ad finem.*

15 Tertiò amplia etiam ad effectum restitutionis, vt proinde quis teneatur ad illam si ratum habeat damnum suo nomine illatum, ac si mandasset, vt per hanc reg. post Palud. probant Syluest. *in summa verbo restitutio 4. §. .* Nauar. *in manual. cap. 17. num. 133.* quamuis contradicat Medin. *de restitut. quæst. 7. ad 4. argum.* cuius sententia ex ipsius fundamentis satis defendi posset, tum etiam ex aliis, quæ adducit Vasq. *in opusculo de restitut. cap. 9. §. 1. a num. 19.* vbi illum sequitur 16

Limita primò æquiparationem de qua hic, non procedere in iis, in quibus mandatum à principio pro forma requiritur, vel in vim auctoritatis, cui non satisfit per ratihabitionem, argum. *c. cum dilecta, de rescript.* cum traditis *ibi,* à Felin. *n. 6. vers. amplia primò, cum seqq.* Surd. *decis. 159. n. 16.*

17 Limita secundò non procedere æquiparationem quoad irregularitatem incurrendam ex homicidio, vel membri mutilatione, vt per gloss. *in c. si quis viduam 50. dist.* Couar. *in d. Clem. si furiosus p. 2. §. 1. n. 5.* Vgolin. *tractat. de irregularit. c. 15. § 2.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 44. sect. 3. n. 44.* Sayr. *eodem tractat. lib. 7. c. 4. n. 17.* Bonacin. *in simili tract. disp. 7. q. 4 puncto 8. n. 42.* Contra Nauar. *in manual. cap. 27. n. 233.* & Molin. *de iust. tom. 4. tr. 3. disp. 33. memb. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Reo fauendum est potius quàm actori cùm sunt partium iura obscura.*
2 *Sententia est ferenda pro reo data paritate probationis ex parte actoris & rei.*
3 *Declaratur l. si quis intentione 66. ff. de re iudic.*
4 *Actor vbi tuetur causam aliquam iure fauorabilem illi potius fauendum est quàm reo.*

REGVLA XI.

Cum sunt partium iura obscura, reo fauendum est potius, quam actori.

DEsumitur ex *l. fauorabiliores ff. hoc tit. & ex §. retinenda Instit. de interdict.* cum aliis citatis *gl. 1.* 1
hic. tradunt multa Hippol. *in l. verius §. in ea, a n. 6. ff. de quæst. & cons. 51. n. 4.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 44.* Menoch. *in simili tractat. lib 2 præsumpt. 90.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 9. n. 51.* ego ipse *in tract. Axiom. vsufrequent. axiom. 294. n. 1.* Facit etiam, quòd data paritate probationum ex parte actoris, & rei, 2
sententia est ferenda pro reo secundùm *gl. 2. in c. clerici 81. dist.* Hippol. *cons. 2. n. 12. & n. 18. cum seqq.* Duen. *reg. 313. lim. 2.*

Non obstat quòd obscura petitio actoris declaratur in fauorem ipsius, actoris, & non rei, *l. si quis intentione 66. ff. de re iudic.* cum aliis, quia reiecta solu- 3
tione *gl. hic verbo Actori,* & ... *cum ad Sedem de restit.* ... tentium hanc reg procedere in fine iudicij, hoc ..., in decisione causarum; in *d. l. si quis,* in princ. iudicij ... tempore magis fauetur actori, respon... tur sensum huius regul. & similium esse quod ... iura partium, id est, actoris, & rei, sunt obscura hinc inde, quia scil. cùm post discussionem eorum, quæ vtri... que ... ducta, & allegata sunt, res adhuc est obscur..., omniaque sunt paria, & necessariò facienda est inter... in fauorem alterius ex litigantibus, tunc po... us ... uendum est, tum propter conditionem ipsius miser... lei, secundùm quam cùm præsumatur eum non pl... è instructum accessisse, & tamen æqualiter docuit ... iure suo, plus aliquid egisse videtur quàm actor, & par est credere quòd si plenè esset

esset instructus, plenissimè suam innocentiam ostenderet: tum etiam propter causam absolutionis, quæ in re dubia securior, & fauorabilior est, *l.absentem, ff. de pœnis, cap. alleg. ant, vers. nonne 26. quæst. 7.* Vnde fit vt hæc regula non tantùm in fine respectu sententiæ ferendæ, sed etiam in principio, & in medio litis procedat, vt quia reus aliquid petit, quod re hinc inde discussa pro vtraque parte dubium est an concedi debeat. Vnde cum *in d.l. si quis*, non agatur de interpretatione eorum, quæ vtrinque sunt obscura, sed de declaranda petitione; quæ dubia proponitur per actorem, meritò tunc in ipsius fauorem fit interpretatio, quia non conuenit ea, quæ actor producit, retorqueri in eius odium, & in fauorem rei, cui sat est (seruata iustitiæ æqualitate, iuxta *reg. non licet inf. hoc eodem tit.*) idem conceditur vt videlicet exceptio, quam dubiam proposuit, in ipsius fauorem explicetur, iuxta *dictam l. si quis.*

4 Limita tamen regulam hanc non procedere si actor tueatur causam aliquam iure fauorabilem, ex quo enim tunc omnia ex parte ipsius, & rei non sunt paria, præponderat fauor causæ, & sententia pro actore fertur, *c. ex litteris, de probat. c. vlt. in princip. de re iudic. l. in pares 38. ff. illo tit.* resoluit Alciat. *de præsumpt. 44. num. 13.* Tiraquel. id extendens ad quamcunque causam piam, *de priuilegiis piæ causæ, priuil. 146. cum seqq.*

SVMMARIVM

1 *Acceptatio personarum in iudiciis non est habenda.*
2 *Personam hominis accipere, est hominem, non quia homo, sed propter aliquid quod circa ipsum est honorare.*
3 *Iudiciorum nomine quid veniat in præsenti materia ostenditur.*
4 *Acceptatio personarum tantummodo locum habet in his, quæ quis ex debito dare debet, non ex gratia distribuit.*
5 *Deus nemini est gratiæ debitor, sed ipse benignissimus, ac diues in misericordia singulis volentibus suam dat ipse gratiam affluenter.*

REGVLA. XII.

In iudiciis non est acceptatio personarum habenda.

1 Desumitur ex *Prouerb. c. 18. cap. nouit. vers. cæterum, de iudic.* cum aliis citatis *hic* à gloss. *verbo in iudiciis* tradunt D. Thom. 2. 2. *quæst. 63. art. vlt.* Sot. *de iustit. lib. 3. quæst. 6. artic. 5.* S. Antonin. *part. 2. tit. 1. cap. 19. & 20.* Aldobrandin. *in §. Iustitia n. 4. Instit. de iustitia, & iure.*
2 Personam hominis accipere, ait Gregorius, est hominem, non quia homo, sed propter aliquid, quod circa ipsum est honorare, proptereà iure dicitur personæ acceptationem quandam esse fatuam reuerentiam alicui non causa debiti, sed ex timore, vel propter vtilitatem exhibitam.
3 Iudiciorum nomine in præsenti intelliguntur illa omnia, in quibus de meritis qualitercunque iudicatur, & examinandæ sunt qualitates necessariæ secundùm iustitiam in ordine ad id, de quo agitur, & ita includuntur non tantùm iudicia inter actorem, & reum, sed etiam distributiones quorumcunque bonorum, quæ fiunt per modum definitionis, & iudicij. Excluduntur autem actus illi, in quibus non agitur de qualitatibus, nec oportet ad illas extendere, vt quia distributio non fit secundùm leges iustitiæ, sed ad voluntatem; prout contingit vbi quis bona propria ad suum arbitrium distribuit, cessat enim tunc acceptatio personarum, iuxta illud Matth. *Nonne licet mihi* &c. docet D. Thom. *d. quæst. 63. art. 1. ad vlt.* Sot *d. q. 6. art. 1. ad 1.* Syluest. *in summ. verbo acceptatio, in princip.* Et 4 ita acceptatio personarum tantummodo locum habet in his, quæ quis ex debito dare debet, quare si quis aliqua non ex debito, sed ex gratia distribuit magis vni quam alteri; non per hoc acceptor dicendus est personarum, vnde cùm Deus nemini sit gratiæ debitor, iam enim gratia non esset gratia si ex debito daretur, ideo nequaquam dici potest personarum acceptor quando vni gratiam communicat, quam alteri nequaquam impartitur, immo potiùs benignissimus, ac diues in misericordia singulis volentibus suam dat ipse gratiam affluenter, dicitur enim eleganti metaphora in Sacris litteris, vel gratia, vel Deus ipse fons hortorum, puteus aquarum viuentium; nam sicut hortorum aquæ in varios ductæ fontes ad singulas madefaciendas herbulas fluunt, e planta in plantam currunt, itaut placida irrigatione totus dicatur hortulus omninò madefactus, sic planè gratia diuina fons hortorum, puteus aquarum viuentium appellatur, vt siquidem agnoscatur nulli ipsam Diuinam denegari gratiam, at quemadmodum hortorum aqua fluens ibi manet vbi concauum, & bassum reperit, imminens verò non attingit, ita pariter diuina gratia in omnes ex se fluit, vult enim Dominus omnes homines saluos fieri, in humili verò firma consistit, Isai. 66. *Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, quietum, & timentem Deum?*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia est simplex, & imperfecta notitia, seu scientia, ac etiam cognitionis rei priuatio.*
2 *Ignorantia est actus priuatiuus habens annexam negatiuam de iure improbabilem.*
3 *Ignorantiam habere ille dicitur, qui nihil omnino sciuit, nec per famam, nec per aliam quamuis rationē.*
4 *Ignorantia an differat ab errore, & in quibus, ostenditur.*
5 *Ignorantia per se non est peccatum, nec importat culpam aliquam nisi vel malitia, vel negligentia præcedat.*
6 *Ignorantia alia iusta, & probabilis seu, vt Theologi dicunt, inuincibilis, alia crassa, seu supina, alia affectata.*
7 *Probabilis, & iusta ignorantia illa dicitur, quam nulla præcedit malitia, vel negligentia.*
8 *Crassa, seu supina ignorantia est nescire id, quod quis inuestigare, & scire tenetur.*
9 *Episcopus non præsumitur ignorare vacationem beneficij in sua diœcesi.*
10 *Iurispatronatus deuolutionem præsumitur scire Episcopus cum semel in anno Ecclesiam visitare teneatur.*
11 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*
12 *Affectata ignorantia est illa, quā habet is, qui cū posset, & deberet noluit scire, vt liberius peccaret.*
13 *Ignorantia considerata respectu rei ignoratæ diuiditur in ignorantiam facti, & ignorantiam iuris.*
14 *Factum prout opponitur iuri dicitur omne illud in quo consistit actus in se prout est ex parte agentis.*
15 *Ius prout opponitur facto est quicquid consistit in decisione, & auctoritate legum.*
16 *Iuris appellatione non tantum venit naturale, Diuinum, & commune, sed etiam statutarium, & municipale.*

17 *Ignorantia facti, quæ regulariter probabilis est, regulariter excusat.*
18 *Ignorantia affectata non excusat.*
19 *Ignorantia facti proprij non excusat tanquam crassa, & improbabilis.*
20 *Factum proprium quando est antiquum, in quo sit verosimilis oblinio, excusat illius ignorantia.*
21 *Ignorantia facti proprij excusat quando illud & intricatum, & obscurum, vel vbi ignorans multis negotiis implicatus est, aut in extremis laborat.*
22 *Ignorantia facti alieni in dubi præsumitur, & excusat, nisi sit publicum, graue, & ponderosum.*
23 *Ignorantia iuris non præsumitur, nec excusat. Intellige siue humani, siue communis, siue municipalis siue statutarij, vt n. 25.*
24 *Leges scire omnes debent, & lata culpa est iuris dispositionem ignorare.*
26 *Ignorantia iuris excusat quando habet admixtam ignorantiam, seu errorem facti.*
27 *Ignorantia iuris, an & quando excuset rusticum, militem, & minorem; remissiuè.*

REGVLA XIII.

Ignorantia facti, non iuris excusat.

1 ANtequam ad materiam huius reg. deueniamus.
pro faciliori illius declaratione aliqua à nobis
sunt præmittenda, & primò præmittendum ignoran-
tiam ex mente Azon. *in summ. C. de iuris, & facti ignor.*
Arch. *in c. quamuis 38. distinct.* Syluest. *in summ. verbo*
ignorantia in princip. D. Thom. 1. 2. q. 66. *art.* 2. nihil
aliud esse quàm priuationem scientiæ, quam quis po-
tuit adipisci, quod & alij clariùs protulerunt dum di-
cunt ignorantiam esse simplicem, & imperfectam no-
titiam, seu scientiam, aut etiam cognitionis rei priua-
tionem, cùm ignorare sit nihil approbare, vt per Ro-
land. *cons.* 36. *n.* 3. *lib.* 2. quem refert Mascard. *de prob.*
2 *conclus.* 45. *n.* 51. qui propterea ait ignorantiam esse
actum priuatiuum habentem annexam negatiuam de
3 iure improbabilem. Aliqui autem, vt refert Put. *decis.*
77. *n.* 4. *lib.* 2. *in vtraque edit.* dixerunt ignorantiam
habere dici illum, qui nihil omnino sciuit, nec per fa-
mam, nec per aliam quamuis rationem; simile est quod
scripsit Bertaz. *de claus. instr. caus.* 11. *gloss* 4. *n.* 1. &
Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 23. *n.* 3. dicentes
ignorantiam esse cùm quis de facto nihil scit sed nec
aliquid suspicatur, refert, pluraque in hac materia ad-
ducens Ioan. Bapt. Costa *de fa[illegible] scientia, & ignor.*
4 *insp.* 80. Licèt à nostris Iurisperitis ignorantia sumatur
pro errore, & è contra, vt obseruant Menoch. *d. præs.* 23.
num. 2. *cum seqq.* veritas tamen est quòd ignorantia dif-
fert ab errore, quia, vt dixit D. Thom. *in 4 sent. dist.*
30. *art.* 1. ignorantia de sui natura non ponit aliquem
cognitionis actum, error verò ponit iudicium peruer-
sum, & sic aliquam notitiam eius circa id quod erra-
tur, quod & idem in substantia voluerunt Azor. *in d.*
summ. C. de iuris, & facti ignor. n. 1. & 2. Arch. *in c. sin*
quibus 22. *quæst.* 2. Alberic. *in l. error. n.* 1. *C. de iuris, &*
facti ignor. scribentes ignorantiam esse cùm de facto
nihil scitur, nec inde aliquid suspicatur, & S. August.
in cap. quamuis 38. distinct. vbi præsertim Præpolit. &
Turrect. rectè propterea dicit errorem esse vera pro
falsis approbare, ignorare verò, nihil approbare, cùm
ignorantia sit vt dixi, simplex scientiæ priuatio, & in
summa plus est ignorare, quàm errare; ignorantia
enim nullam supponit scientiam, error verò aliquam,
vt per Seraph. *de priui. iuram. priuil.* 4. *n.* 125. vbi am-
pliùs licet errorem differre ab ignorantia tanquam
effectum à sua causa, & ignorantiam propriè consiste-
re in omittendo, errorem verò in committendo. Vnde 5
infertur ignorantiam per se non esse peccatum, nec
importare culpam aliquam, cùm enim scientia non sit
virtus aliqua moralis, vtique nec priuatio illius peccatū
esse potest, & præterea quia ignorantia est vitium in-
tellectus, non voluntatis, quam ignorans non habet
respectu rei ignoratæ *l. nihil,* 11. *ff. de re[illegible] iuris* & in
qua tantùm peccatum consistat, non vitio intellectu,
text. *in princip.* 15 *quæst.* 1. et soluit S. Thom. *d. quæst.* 0.
art. 2. *ad* 2. Durand. *in [illegible] sent. m. di[illegible]* 22. *q.* 3. Castr.
lib. 2. *de lege pœnali* [illegible] 14. *fo. mihi* 291. C[illegible] *in reg. poss.*
part. 2. §. 7 *n.* 7. & [illegible] significat text. *in d. princip.* In-
tellige nisi vel [illegible] tia, vel negligentia præcedat, tunc
enim ignorantia per accidens, & indirectè censetur vo-
lita, & consequenter peccatum importat secundùm
præcitatos, sic procedit [illegible] 1. *ff. de legib.* vbi gloss. refert
similes, *cap. excellentiss.* 11 *q.* 3. & illud Paul. 1. ad Co-
rinth cap 14. *ignorans ignorabitur,* cum alijs per Tiraq.
de pœnis temp. [illegible] 11 *in princip.*
Secundò præmittendum est ignorantiam aliam esse 6
iustam, & probabilem, seu, vt Theologi dicunt, inuin-
cibilem, aliam crassam, seu supinam, aliam autem affe-
ctatam, quas species declarant B. Ioan. à Capistr. *in*
spec. Conf. n. 145. & 186. Cardon. *in tract. de legib. l.* 8.
disput. 13. Iacob. Ayrer *in repet. l. vt vim part.* 3. *n.* 4. &
seq. ff. de iust. & iure, Cordub. *in sua quæst. lib* 2. *quæst.* 8.
Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 1. *c.* 12. Sayr. *in claui Re-*
gia lib. 2. *c.* 2. *n.* 15. *cum seqq.* & *c.* 9. *n.* 4. *cum seqq.* Fa-
rinac. *in praxi crimin part.* 3. *quæst.* 90. *insp.* 2. Sanch. *de*
matrimon. lib. 2. *disp.* 32. *num.* 23. *seqq.* & *in præcept.*
Decalogi tom. 1. *lib.* 1. *c.* 16. & *c.* 23. *à num.* 161. Paul. 7
Comitol. *respons. moral. lib.* 5. *quæst.* 2. Iusta, & probabi-
lis ignorantia illa est, quam nulla præcedit malitia, vel
negligentia, vt quia præmissa debita diligentia non
potuit quis scientiam adipisci, vt tenent D. Thom. &
alij *supra* citati. Crassa verò, seu supina ignorantia (à 8
Theologis improbabilis, vel vincibilis dicta) est ne-
scire id, quod quis inuestigare, & scire tenetur, & de-
bet, præsertim ratione officij, tunc enim ignorans ha-
betur pro sciente, vt per Lap. *alleg.* 51. *circa fin. n.* 17.
vers. ad tertium, vbi de Episcopo, quod non præsuma- 9
tur ignorare vacationem beneficij quia cùm debeat
visitare Ecclesias, præsumitur hoc scire, Bellam *cons.* 10.
1 *n.* 23. *vers. sed oportet,* vbi quòd Episcopus præsumi-
tur sciuisse collationem beneficij diu obtentam ab in-
feriore collatione in sui præiudicium, eo quia ex offi-
cio tenetur inquirere beneficiorum collationes, Rom.
cons. 481. *num.* 4. *vers. ad hoc,* & *n.* 8. vbi etiam de Epi- 10
scopo quòd præsumitur scire deuolutionem iurispa-
tronatus cùm semel in anno Ecclesiam visitare tenea-
tur, Gabr. *comm. sub hoc tit. concl.* 5. [illegible] & *num.* 31. &
seq. & *concl.* 6. *à n.* 40. Sfort. Odd. *de re[illegible] in integr. part.*
1. *quæst* 8. *num.* 48. *cum seqq.* [illegible] *n.* 66 Mascard. *de pro-*
bat. concl. 637. *n.* 13. & *conclu[illegible]* 9. *[illegible] cum seqq.*
Menoch. *d. præsumpt.* 23. *num.* 6. Seraph. *d. priuil.* 4 *à*
num. 115. Ioan. Bapt. Costa *de fa[illegible] scientia.* & *ignor.*
reg. 2. *per tot.* ac proinde huiusmodi ignorantia, crassa, 11
& supina non excusat, *cap.* 1. *de postul. Prælat.* & *cum*
in tua, qui matrimon. accus. [illegible] *l. nec supina, ff. de iuris,*
& *facti ignor* cum alijs citatis à Sfort. *d. quæst. num.* 57.
Gabr. *d.* [illegible] *s.* 6. [illegible] 43 Sebast. Medic *d. cas.* [illegible] *part.*
1. *quæst.* 3. *n.* 10 Ioan. Bapt. Costa *d. tract. inspect.* 81. *n.*
16. Affectata ignorantia est illa, quam habet is, qui cùm 12
posset, & deberet, noluit scire vt liberiùs peccaret,
iuxta illud Psal 35 *Noluit intelligere, vt bene ag[illegible]*
penult. 3. *dist.* de qua ignorantia habetur *in c. eos de*
temporibus ordin. hoc libro, Andr. Gail [illegible] 2. *ob[illegible]* 40.
n. 18. vbi alijs relatis dicit ignorantiam affectatam
esse quando quis per simulationem aliquid ignorat,
hoc est, quando scire potuit, sed noluit, quia dissimu-
lauit

latiæ, quod idem asserunt Mascard. *concl.879. n.33.* Sfort.Odd.*dicta quæst.8.num.58.* Ioan. Baptist. Costa *dicta inspect.*81. quæ quidem nullo pacto ignorantem excusat, Gail.*dicta obseruat.*48. *n.*18. Honded. *cons.*87.*n.*41.*lib.*1.Seraphin.*de priuil.4.* *n.*102.Ioan. Baptist.Costa *d. inspect.*82.*à n.9.cum seqq.*

13 Tertiò præmittendum quod etsi ignorantia multipliciter diuidatur vt latè per Syluest. *vbi supra,* Castr.*d.cap.14.per totum*, tamen consi[illegible]erata respectu rei ignoratæ, diuiditur in igno[illegible]tiam facti, & ignorantiam iuris, vt *hic*, [illegible] *de iuris, & facti ignor.* licèt autem valdè c[illegible]ntrouersum sit, quid factum, & quid [illegible]icatur, [illegible] dignoscantur [illegible] quæ vtrumque v[illegible]r, vt per Bald.*in princip.* *pace Constant.n.25.* Alciat.*lib.1.paradox.cap.vlt.* Philip.*de fictionibus p*[illegible]*.5.* Lotiot.*axiomate 14.cum seqq.*
14 tamen ex mente communis *in l.1. ff. de acquir.possess.* vbi Ias.*n.31.* Philip.*vbi proximè*, dici potest factum prout opponitur iuri, esse omne illud in quo consistit
15 actus in se, prout est ex parte agentis, ius verò prout opponitur facto, esse quicquid consistit in decisione, & auctoritate legum, vt patet ex l.1. vbi proponuntur exempla, *ff.de iuris, & facti ignor.* Vnde fit vt sicut appellatione facti quicunque actus continetur siue ab
16 homine, siue à Deo, vel à natura p[r]oueniat; si[c] sub iuris nomine non tantùm naturale, diuinum, & commune, iuxta *tit.Instit.de iure naturali*, sed etiam statuta locorum municipalia, vel synodalia, iuxta §.1. *Inst. de iure natur. & canis cum l.1 dist.* docent gloss.*verbo iuris in proœm.Clement.* Tiraquell.*in tract.de mort.in præfat.declar.7 n.5.*

17 *Ignorantia facti,* &c.] Intellige de sola ignorantia simplici, vel probabili, hæc enim solum excusat simpliciter, id est, in totum, & absolutè, iuxta ea quæ in secundo præludio dixi; & ideo hæc regula idem importat ac si diceret, ignorantia facti, quæ regulariter probabilis est, regulariter excusat, ignorantia verò
18 iuris non excusat regulariter, quia regulariter est improbabilis. Vnde constat primò regulam hanc non procedere in ignorantia affectata, quæ cùm habeat admixtam malitiam scire nolentis, vt liberiùs peccet, iuxta ea, quæ dixi in præcepto *prælud.*2. tantum abest vt excuset, vt immo ex ea delinquens magis incusetur, *cap.eos, de tempor.ordin. hoc lib.* vbi gloss.*cap.cùm inhibitio §.1. de clandestin.desponsat.* [illegible] *contra*, ibi, *affectato errore C.de incestis nupt.* Tiraq. *de pœnis tempor. cap.13. num.* 22. *& de retractu li*[illegible]*§.5.* [illegible] *4.n.28.* Castr.*d.c.*14. Gabr.*commun.*[illegible] *iuris concl.6. num.*43. Sebast. Medic.*de casibus* [illegible] *part.1.q 5. n.10* Sfort *de in integ. restit.p.1* *quæst 8.n.57.& 58.* ego ipse *in tract. Axiom.* [illegible] *Axiom.113. num.1.*

Secundò constat regulam non procedere in igno-
19 rantia vincibili, crassa, aut improbabili, quæ propter rationem præcedenti[s] negligentiæ volita censetur & ita culpam habet ex dictis in præcitato *prælud.*2. Vnde fit vt ignorantia facti proprij non excuset tanquam crassa & improbab[ilis] [illegible] *nunquam, ff.ad Vellean.cap. ab excommunicato,* [illegible] *de rescript.* Ias.*in §.si quis agens n.6 Instit.de* [illegible] Socin [illegible] 219. Mantu.*paralipomen.c.34.* Maran. *in repet.* [illegible] *potest n.*[illegible] *ff de acquirend.heredit.* Rum. [illegible] *n.16 lib* [illegible] Gail.*lib. 2.obseruat.48.n.19.* Sfort. [illegible] *q 8.* [illegible] Mascard. *concl.637.num.3.* [illegible] *8*[illegible]*9.n.20.* Menoch. *lib.6. præsumpt.23.n.3*[illegible]Card.T[illegible] *verbo ignorantia, concl. 22.n.1.& n.10.&* [illegible] 23. [illegible] ego ipse *d. Axiom.113.*
20 *num.*2. Intellige præt[er]quam in [i]is casibus in quibus ex circumstantiis negotij, & personarum etia[m] in factis propriis admittitur probabilis excusatio, v[t] [illegible] quando factum est antiquum in quo sit verosimilis obliuio, secūdùm Marant.*in dicta l.si potest n.227. in 3.limit.* Gail.*dicta obseruat.48.n.20.* Sebastian. Medic.*de casu fortuito part.1.quæst.3.n.17.* Menoch.*dicta præsumpt.23.n.28.* [illegible] *seq.* Cardin. Tuschus *verbo ignorantia, concl.22.n 15.* Vel quando factum est intrica-
tum, & obscurū, Marant.*in repet.dicta l.si post n.227. in 4.limit.* Gail.*dicta obseruat.48.n.207.vers.item si factum.* Sfort.*dicta quæst.8.n.28.* Menoch.*dicta præs.23. n.41.* Vel in eo, qui multis negotiis implicitus est, Marant.*dicto n.227.in 5.limit.* Sebastian. Medic.*dicta quæst.3.num.12.& n.18.* Hondel.*cons.55.n.57.&* 58. *lib.1.* Menoch. *dicta præsumpt.23.n.47.& seq.* aut in extremis laborat, Marant. *dicto n.227.in 2.limit.* Seraphin. *dicto priuil.4. n.28.* Mascard. *dicta concl.879. n.51.cum seqq.* Menoch.*dicta præs 25.n.49.* 21

Sic similiter, licet regulariter ignorantia facti alie- 22
ni in dubio præsumatur, & excuset, *l.verius, ff.de probation.l.hoc autem, ff.de administrat.tut.l.fin.in fine, ff.pro socio*, cum aliis citatis ab Honded.*cons.9. num.35.& cons.55. n.48. & cons.109. num.26.lib.1.* Gabriel *sub hoc titulo concl.5.n.11.* Gail.*dicta obseruation.48.à n.1. & n.19.vers.secus,* Menoch.*dicta præsumpt.23.à n.51.* Sfort.*d.quæst.8.à n.55.& num.60.& quæst.38. num.5.* ego ipse *d. Axiom.113.n.6.* non procedit hæc nostra regula in ignorantia facti alieni, vbi aliquid proponitur propter quod & potuit, & debuit sciri per mediocrem diligentiam vt quia factum vel est publicum, *c.1.de postulat. Prælat.cap.vlt.qui matrim.accus. pos*[illegible]*.cum illorum.de sentent.excomm.* Gabr.*d.concl.5.à n.18.* Mascard.*concl.879.sub.n.11.12.16.& 17.* Menoch.*de præsumpt.23.n.68.cum seqq.* Gail.*d obseru.48. n.16.* Sfort. *d.quæst.8.n.67.* Sebast. Medic.*d.quæst.3. n.4.vers.si erat publicè notum, & num.10.vers.octauo.* Vel notabile, graue, ponderosum, Mascard.*d.concl. 879.n.46.* Menoch.*d præsumpt.23.n.81.& seqq.* Card. Tusch.*verbo Ignorantia concl.21.n.16. & verbo Scientia concl.64.n.38.*

Non iuris excusat.] Probat hæc reg io hæc secunda 23
parte ignorantiam iuris non præsumi, ac proinde non excusare, vt per Gail.*d.obseruat. 48.n.22.* Gabr.*sub hoc tit.concl.7. n.1.* Paris.*cons.68. à n.302. lib.4.* Valasc. *de iure emphyt.q.38. num.15.* Sebastian. Medic.*d.q 3. num.1.* Menoch. *de præsumpt.23.à n.10,* Sfort.*d.q.8. n.39.& 40* Card.Tusch.*d. verbo Ignorantia, concl.11. num.1. & 2.* leges enim scire omnes debent, & lata
culpa est iuris dispositionem ignorare. *l. leges sacratis-* 24
sima, [illegible]*.de l*[eg]*ibus*, Socin.*cons.108. num.12. vers.& licet,* Aym.*cons.671.n.11.*

Amplia procedere non tantùm in ignorantia iuris 25
diuini, naturalis, vel gentium, *c.turbatur, §.notandum 1.q.4 l.2.* vbi gloss. *C.de in ius vocando* gl.*in sum.38. dist.* Ignut.*in l.5.si conditioni à num 3.ff.ad Syllan.* sed etiam in ignorantia iuris humani, siue communis, siue municipalis vel statutarij, vt per Gabr. *d.*[illegible]*cl.*[illegible]*n.12.* Sebast. Medic.*d. quæst.3.n.42. vers.item statuti ignorantia.* Gail.*d.obseru.48. n.26.* Mascard. *concl.879.n. 24.* Cardin. Tusch.*verbo ignorantia, concl.11.n.3.* nisi ciuis esset nouellus, in quo tunc statuti ignorantiam præsumi, & ipsum excusar[i] voluerunt Gail.*d.obseru. 48.n.28.* & Seraphin *d. priuil.4.num.177. cum seqq.* vbi etiam resoluit quod licèt ignorantia nedum iuris sed etiam statutorum, seu constitutionem non excuset, bene tamen excusat ignorantia alicuius Extrauagantis, nun positæ in librorum, statutorum, seu constitutionum corpore.

Limita tamen quando ignorantia iuris habet ad- 26
mixtá ignorantiam seu errorem facti, Socin.*cons.47. n.11.lib.1* Mascard.*concl.639. num.20.* Card. Tusch. *verbo Ignorantia concl 13.num.18.* Vel quando ius est dubium, obscurum, difficile, seu arduum, Sebastian.

Medic. *dicta quæst.3. n.1. vers. nisi esset*, Sfort. *d.q.8. n.44.* Seraph. *dicto priuil.4.num.16. & 17.* Mascard.
27 *concl.639. num.19.* Ignorantia iuris nunquid excuset rusticum, mulierem, militem, vel minorem? Vide Sfort. *d.part.1.quæst.9.* Card. Tusch. *dicto verbo Ignorantia, concl.13.* latè Farinac. *fragment.crimin.p.2.verbo Ignorantia n.27.cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iustam causam habere censetur cùm quis in ius succedit alterius.*
2 *Subrogatus Motu proprio in lite ab altero cœpta præsumitur ignorare sententiam contra suum antecessorem latam.*
3 *Successor in Ecclesia præsumitur ignorare gesta tempore sui antecessoris.*
4 *Successor singularis præsumitur ignorare factum defuncti.*
5 *Hæres regulariter præsumitur ignorare facti defuncti illiúsque testamenta, & omnia in eo contenta, quando agitur de damno vitando.*
6 *Filius hæres adhuc præsumitur ignorare factum patris defuncti.*

REGVLA. XIV.

Cùm quis in ius succedit alterius, iustam ignorantiæ causam censetur habere.

1 DEsumitur ex reg. *l. qui in alterius 43. ff. hoc tit.* vbi Dec. tradunt Tiraquel. *de retract.lutit. 2.§.4. gloss.6.n.5.* Rot. *Bononien.decis.69.* Cassad. *decis. 2. vt*
2 *lite pend.* vbi in specie quod subrogatus Motu proprio in lite ab altero cœpta præsumitur ignorare sententiam contra suum antecessorem latam, Ruin.
3 *cons.166. num.27.lib.1.* vbi de successore in Ecclesia quòd præsumatur ignorare gesta tempore sui antecessoris, & *consil.54.n.3. in suo lib.5.* Natt. *cons.506. num.19.lib.3.* Afflict. *decis.37.num.2.* Menoch *de præsumpt.lib.6.præsumpt.23.num 56.* Card. Tusch. *verbo Ignorantia concl.18.à n.1.* Ratio est, quia huiusmodi ignorantia versatur circa factum alienum *l.vlt.ff. pro socio*, & consequenter censetur iusta, *l.2.ff.de iuris, & facti ignorantia*, cum aliis adductis *in regula præcedenti.*

4 Intellige regulam non tantùm procedere in successione singulari declarando, vt per Menoch. *remed.*
5 *16.recuper.num.19. cum seqq.* sed etiam in vniuersali, qualis est hæres, ille enim regulariter præsumitur ignorare factum defuncti, illiúsque testamentum, & omnia in eo contenta, *d.l.vlt.* Menoch. *remed.10. recuper. num.52. & de præsumpt.23. n.55.* Sebastian. Medic. *de casu fortuito part.1. quæst.3. num.31. versic. item hæredes*, Cardin. Tusch. *verbo hæres conclus.73.* Chald. Pereira *de resolut.emphyt. cap.7.num.18. & de renouat. emphyt. quæst.5. num.28. & quæst.6 num.27.* quando scilicet agit de damno vitando, secus de lucro captando, tunc enim præsumitur scientia secundùm Dyn. *in regul.præsumitur, in fine infra hoc tit.* vbi Ioan. Andr. *sub.num.1.* Mascard. *conclus. 79.*
6 *num.37.* Cardinal, Tusc. *d.concl.73. num.43.* & amplia, quamuis hæres sit filius, adhuc enim præsumi ignorare factum patris resoluunt Duen. *reg.125 limit.5.* Honded. *cons.83.n.1 . lib.1.* Mascard. *concl.415. num.8 & conclus. 7 . à num.3.* Menoch. *dicta præsumpt.23.num.57.*

SVMMARIVM.

1 *Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.*
2 *Odium in hac reg. accipitur latiùs prout significat tædium, & molestiam.*
3 *Fauor in hac materia dicitur quicquid fauorem, & beneuolentiam prouocat.*
4 *Dispositio an censeatur fau[...], vel odiosa colligitur ex princip[...] [...] [...]ned sponentium.*
5 *Fauor in dubio considerandus est potius quam odium.*
6 *Extensio [...]n admittitur in odiosis etiam exidentitate rationis.*

REGVLA XV.

Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.

DEsumitur ex *l.cùm quidam, ff.de liberis, & post hum.c. renouantes 12. distinct.* tradunt Th. de Thomass. *in floribus legum reg.209.* Ioseph. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib.2. c.14. n.6.* Monet. *de distribut.quotid.p.1.q.10.n.1.* Ioseph. de Selle *Aragoniæ decis. 28. num.102. & decis.45.n.7.* Marc. Anton. Genuens. *in practica ecclesiast.q.541.* Menoch. *cõs.900. n.13.* Card. Tusch. *pract.concl.tom.5.lit.O.concl.67.per tot.* ipse ego *in tract. Axiom.iuris vsufr. Ax.166.n.1.* 1

Odium in hac materia non accipitur formaliter prout importat appetitum dissonantem à charitate, de quo S. Thom. *2.2.quæst.34. & c.1.* vbi gloss. *de re iudic. hoc lib.* sed accipitur latiùs prout significat tædium, & molestiam, in quo sensu reperitur passim apud bonos auctores, & ita comprehendit ea, quæ præstant materiam odij, id est, fastidij, cuiusmodi sunt omnia illa, quæ pœnam, vel dispendium alicuius continent & primo aspectu videntur acerba, & iniusta. Per contrarium verò fauor in hac materia dicitur quicquid fauorem, & beneuolentiam prouocat, & ita gratiam, vt vtrumque bene deducitur ex *l. qui exceptionẽ, in princ. ff.de cond.&. indeb. & l.quod fauore C.de legib.* iuncta *reg. quod ob gratiam inf. hoc tit.* An & quando dispositio censeatur fauorabilis, aut odiosa, colligitur ex principali intentione disponentium, Tiraq. *de retract.lig.§.30.gloss 2.n.5.* Sanch. *de matr.lib.1.disp.1.n.4.* In dubio verò potius est considerandus fauor, quàm odium, Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.6.proœm.n.37.* ego ipse *d.Axiom.166.n.6.* 2 3 4 5

Amplia vt in odiosis non admittatur extensio etiam ex identitate rationis, Cotsett. *in sing.verbo extensio n.2.n.1.* Tiraq. *de retract. in præfat.n.62.& 63* Honded. *cons.95.n.98.& 112.lib.1.* Farin. *fragment crimin. p.2.lit.E.num.115.* vbi *num.11*, subdit quòd extensio non conceditur ex identitate rationis, etiam quòd ratio sit expressa in dispositione quando sumus in materia odiosa, & odium est irrationabile: ego ipse *d. Axiom.166. n.* . 6

Quibus autem lex, vel alia dispositio dici possit fauorabilis, vel odiosa vide Mil. *in [...]epert. verbo lex dicitur fauorabi[...]*, Parisi. *cons.24.n.34.& cons.34.n.32.& cons.83.n.27. lib.2. & cons.44.n.21.& cons.46.n.24. & cons.69. num.5. lib.4.* Gom. *ad reg.de annali q.1 in princ.* Sarm. *sele[...] lib.1.c.12.n.1.* Paris. *de resign.lib.11. q.2.n.16.& seq.* Menoch. *remed.1.recup.n 17.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell.§.6.proœm.n.24.in fine*, Sot. *de leg. lib.5.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficiũ concessũ à Principe decet esse mansiturum.*

2 *Concessiones*

2 *Concessionis gratiæ per obitum Principis non expirant etiam re integra.*
3 *Dispensatio non corruit quando causa, quæ à principio fuit vera erat impulsiua, licet postea cesset.*
4 *Princeps potest etiam post ius quæsitum priuilegia per se, vel prædecessorem suum subditis concessa pro libito suæ voluntatis reuocare.*

REGVLA. XVI.

Docet concessum à Principe beneficium esse mansurum.

1 DEsumitur ex *cap. si super gratia 9. de officio deleg. hoc lib.* & ex *cap. si cui nulla 36. de præbend. hoc eod. lib.* cum aliis citatis *hic* à gloss. ex quibus colligi-
2 tur quæcunque Principũ beneficia secundùm honestatem debere esse permansura, nisi contrarium ex intentione, vel aliunde colligatur, etenim Princepes intendit beneficium quàm perfectum, & firmum conferre vt ita plenior sit liberalitas, *c. 1. de don.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 20.* Vnde infertur concessiones gratiosas per obitum Principis non expirare etiam re integra, iuxta hanc reg. quam sic interpretatur Pontifex *in d. cap. si cui in* c. p. probat. *d. cap. si super gratia*, Rot. *decis. 12. de officio del. in nouis*, Boer. *decis.* 346. Couar. *pract. cap. 11. num. 2.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 15. num. 36.* cum aliis adductis *in collect. ad d. cap. si super gratia, & ad cap. si gratiosè de rescript.*

3 In gloss. *Decet.* in addit ibi, *etiamsi cesset causa concessionis priuilegij, dummodo illa causa fuerit impulsiua.* Notatur ad hoc quòd dispensatio non corruit quando causa, quæ à principio fuit vera erat impulsiua, licèt postea cesset, ex adductis per Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 7.*

4 In gloss. *Mansurum.* ibi, *ipsum enim priuilegium per se concessum diminuere, vel moderare, & etiam in totum tollere potest.* Notatur ad hoc quòd Princeps potest etiã post ius quæsitum priuilegia per se, vel prædecessorem suum subditis concessa pro libito suæ voluntatis reuocare, vt per Cou. *lib. 3. var. cap. 6. n. 1.* Peregr. *de iure fisci, lib. 1. tract. 3. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium à iure indultũ non est alicui offerendum.*
2 *Intellige vbi beneficium aufertur à iudice, vel ab homine, qui non possunt legem tollere.*
3 *Legitima filiorum iure præscripta ab homine tolli, vel minui non potest, bene tamen minuitur à consuetudine, lege, vel Principis auctoritate.*
4 *Beneficia si concedantur à iure non simpliciter, sed in defectum prouisionis hominis, tunc si homo prouideat, cessat beneficium legis.*
5 *Dilationes à iure concessa non possunt per iudicem auferri.*

REGVLA. XVII.

Indultum a iure beneficium non est alicui auferendum.

1 DEsumitur ex *l. 1. vers. nec enim, ff. de feriis, l. adulter. C. ad l. Iul. de adult.* cum similibus, ex quibus colligitur quæcunque beneficia simpliciter alicui concessa à iure non posse inuito temerè per inferiorem auferri, quia dispositiones iuris communis, maximè in alicuius gratiam specialem, sine facto eiusdem per inferiores auferri nequeunt, iuxta regulam *cap. cum inferior, de maior. & obedient.*

Ex quibus infertur primò regulam tantùm proce- 2
dere vbi beneficium aufertur a iudice, vel ab homine qui non possunt legem tollere, secus si ab ipsa lege auferatur, quia par in parem, &c, *c. innotuit, de elect.* aduertit gloss. *hic*, per iura quæ citat, probat com-
munis, vt per Cuman. *in l. 2. num. 4. ff. de re iudic* Vnde 3
licèt legitima filiorum iure præscripta ab homine tolli vel minui non possit, vt per *totum tit. de inoffic. testam.* consuetudine tamen, lege, vel Principis auctoritate rectè minuitur. Dyn. *hic*, cõmunis, vt per Cou. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 6. n. 4.* Xuar. *in l. quoniam ad leges*
Regni limit. 2. à n. 6. Secundò infertur regulam non ob- 4
tinere in beneficiis, quæ à iure conceduntur non simpliciter, sed in defectum prouisionis hominis, tunc enim si homo prouideat, cessat beneficium legis, vt probat text. sic intelligendi *in l. ex hac, & in l. vlt. C. de pactis conuent. & in l. & habet, §. cum quis, ff. de precar.* cualiis, per quæ vulgò dicitur quòd prouisi hominis tollit prouisionem legis, scilicet introductam nõ simpliciter, sed in defectum hominis, de quo per gloss. magnam *ad med.* vbi post Bart. & alios tradit Ias. *à n. 143. in l. 2. C. de iure emphyt.* Palat. *in repet. rub. §. 14.* Rip. *in l. ita stipulatus à n. 82. ff. de verbor. obligat.*
Denique infertur dilationes à iure concessas non pos- 5
se per iudicem auferri, vt probat gloss. magna *in fin. in l. quod iussit. ff. de re iudic.* quam ibi sequuntur Doctores; Dec *in c. cum sit Romana, n. 23. & ibi* Felin. *num. 7. de appellat.* Rip. *d. l. 2. n. 18. ff. de re iudic.* & in notabili casu tradit Roman. *singul. 459. aliàs 465.*

SVMMARIVM.

1 *Tractatu temporis non firmatur quod de iure ab initio non subsistit.*
2 *Nullitatis effectus iam productus numquam cessat, etiam sublata causa.*
3 *Actu ab initio nullo existente si ex postfacto tacitè saltem superueniant ea omnia ex quibus ille constituitur, non habito respectu ad id quod processit nulliter, incipiet ex nunc actus nouus & validus.*
4 *Declaratur text. in c. auditis 29 de elect.*

REGVLA. XVII.

Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit.

DEsumitur ex *l quod* [illegible] *initio 30. & l. pen. ff. hoc tit. &* 1
ex c. auditis 29. de elect. cum aliis, per quæ iura ita tradunt, & varias quæstiones decidunt Imol. *in l. 1. §. vltim. ff. de verb. oblig.* Rot. *decis. 2. de procurator. in antiq.* Caldetin. *cons. de* 1. *elect.* Barbat. *cons.* 70. *col. 1. & 2. lib. 3.* Dec. *cons.* [illegible]5. *n. 14.* D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. p. 4. n. 95.* vbi *num. 96.* ait regulam non procedere in actu conditionali.

Licet autem non conualescat illemet actus, qui à 2
principio nullus fuit, quoniam affectus nullitatis iam productus nunquam cessat etiam sublata causa, *l. vlt. in princ. ff. vnde liberi*, cum aliis, vt per Tiraq. *in tract. ces-*
sãte causa limit. 12. in princ. & limit. 19. tamẽ si ex post 3
facto tacitè saltem superueniant ea omnia, ex quibus constituitur actus ille, de quo agitur, nõ habito respectu ad id, quod præcessit nulliter, incipiet ex nunc actus nouus & validus sic procedit *l. 1. §. 1.* ibi, *quasi nunc datũ. ff. de leg. 3. l. eos 65.* ibi, *efficit. ff. de ritu nupt. c. 2. de cõiug. seru.* cum aliis de quibus per *gloss. hic*, & in hoc sensu accipienda est sententia illorum, qui credunt,

actum

actum à principio nullum conualescere si superueniat causa confirmaos, id est, incipit actus valere si superueniat causa coofirmans, ex qua actus ille nunc constituitur,& de nouo conficitur, intellige esto quòd actus prior nulllus fuerit ipso iure, cùm enim non agatur de ipsius conualescentia, aut confirmatione de creatione alterius noui, oullitas prior quantumcunque efficax, & ipso iure inducta non obstat, id quòd satis probat text. *in l.3. §.1. ff. de legat.3.* cuio alus, quamuis *gloss. vlt. in fin. cap. cum nos 3. de iis, quæ fiunt à Prælatis*,& plures relati per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.415.* aliud innuere videantur, quorum sententia, vt ille explicat *n. seq.* procedit tantùm ad effectum, vt actus idem à principio nulliter gestus confirmetur,& valeat vt ex tunc.

4 Non obstat text. *in c. auditis 29. de elect.* vbi electio nulla propter defectum, consensus electorum non valet, vt ex nunc etiam eisdem consentientibus propter hanc reg. quoniam quicquid aliud intendant gloss. *ibi verbo ex postfacto*, gl. *verbo tractatus in cap.1. de rebus Eccl. non alien. hoc lib*, gloss *hic post medium*, & vtrobique Doctores, veriùs videtur electionem illam non constitui validam, etiam vt ex nunc, quia consensus ille superueniens non sufficiens fuit ad electionem nouam constituendam per se absque auxilio illorum, qui nulliter processerunt, & quæ oportuit de nouo iterari.

SVMMARIVM.

1 *Culpa obnoxius est qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.*
2 *Falcem in messem alienam quis ponere non debet.*
3 *Medicus imperitus,& culpabilis de damno sequuto tenetur, & aliquando punitur.*
4 *Iudex per imperitiam male iudicans de damno sequuto tenetur & punitur.*
5 *Nauis magister imperitus quando teneatur ad damna sequuta remissiuè.*

REGVLA XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

1 DEsumitur ex *l. culpa 17 ff. eod. tit. & ex c. tua, il.1. de homicid.* tradunt Thom. de Thomas. *reg. 203.* Cortas. *miscel. lib.4. cap.1. num.10.* Ego ipse *in tract.*
2 *Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 61. num.6.* nam falcem in messem alienam quis ponere non debet Bald. *consil. 396. Quod autem, n.1. lib.4.* Card. Tusch. *tom.1. litt. F. concl.35.* & facit illud vulgare. tractent fabrilia fabri, & quam quisque norit artem in ea se exerceat, de quo Strach. *de merc. 1. p.3. tit. de nautis, num.33* Cardin. Tusch. *tom.2. litt. F. concl.2.* Vnde colligitur non esse sine culpa omnes illos, qui absque competenti peritia artis eandem profitentur, immiscentes se officio non
3 pertinenti ad eosdem; Sic medicus imperitus vt culpabilis de damnu sequuto tenetur, & aliquando puniri potest, *l. idem iuris, §. vlt. ad leg. Aquil. l. illicitas. §. veritas ff. de officio Præsidis*, tradunt gl. & communis *in cap. ad aures, de ætate, & qualit.* Felin. *in d. cap. tua in princ.* latè Rip. *de peste, part 4. §. videamus a princ.* & citati per Farinac. *fragm crimin. p.2. litt. I, num.428.*
4 Sic similiter in iudice per imperitiam iniquè iudicaote probat text. *in l. 1 item. ff. de variis & extraord. cognit.* text. *in princ. I. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto*, Menoch. *de arb. cent.4. casu 339.* Valasc. *cons.16. n.4.* Mascard. *de probat. concl.332. n.20.* Farinac. *in praxi crimin. q.87. num.44.* D. Barbos. *in l. filiusfam, num.41. ff. de iudic.* Idque etiam in magistro nauis imperito per hanc regulam tradit Strach. *d. p.3. num.32.* Illa enim dicuntur non pertinere, vel impertinentia, quæ aliquo respectu indicuntur alicui, quia saltem propter circunstantias non conueniunt, sed repugnant personæ, officio, vel statui, vt *in d. cap. tua*, & ita perinde est immiscere rei, quæ ad eum non pertinet, vt hîc dicitur, ac immiscere se rei, quæ ponit aliquid contrarium & repugnans his, quæ ad illum, vel statum ipsius ob quamcunque circunstantiam pertinent, vt intendunt *gloss.2.* & omnes *in d. l. culpa.* 5

SVMMARIVM.

1 *Defensionibus pluribus nullus vti prohibetur.*
2 *Reus ad sui defensionem potest multiplicare titulos sui iuris.*
3 *Dominij seu iuris acquisitio semel ex certo titulo perfecta non potest ex alio fieri, secus quoad conseruationem iuris iam quæsiti.*
4 *Multiplicatio titulorum datur in beneficialibus.*
5 *Reo non licet vti pluribus exceptionibus, quæ necessariam, & ineuitabilem contrarietatem continent.*

REGVLA XX.

Nullus pluribus vti defensionibus prohibetur.

DEsumitur ex *l. is, qui 5. & l. nemo 8 ff. de except. l. nemo ex his 44. ff. hoc tit.* cum aliis citatis per Cou. *lib.1 var. c. 2. n.2.* Potest enim reus ad sui defensionem multiplicare titulos sui iuris, quia ex hoc nulla insurgit contrarietas, cùm possibile fuerit reum saltem ad cautelam vtrumque titulum de facto habuisse, veluti si dicat rem ad se pertinere ex titulo donationis, & ex titulo emptionis, & ex priuilegio, & præscriptione, vt satis insinuat *d. l. nemo*, & probat *c. auditis, de præscript. c. constitutus, c. per. de relig. domib. c. cum persona, vers. quod si, de priuileg. hoc lib. c. ip. post electionem de concess. præb.* & vtrobique Doctores, resoluunt Felin. *in c. inter dilectos, n.19. de fide instrum. & in c. in nostra, num.2. de rescript.* Ias. *in l.3. §. pluribus, n.13. ff. de acquir. possess.* Dec. *in d. l. nemo, §. quoties, n.2. ff. hoc tit.* Bellam. *in c. imputari a n.19. de fide instrum.* Nauar. *in c. accepta opposit. n.3.* 1 2

Nun obstat quòd dominium, vel ius ex pluribus titulis acquiri non potest, *d. §. ex pluribus*,& quod nostrum est, ampliùs nostrum effici nequit, *d. c. inter dilectos*, vnde sibi contrarius videtur qui plures titulos proponit, quasi id, quod per alterum acquisiuit, rursus ex reliquo de nouo acquisierit, ex qua ratione effectum est, vt non liceat actum titulos multiplicare, ex quibus multiplicatis ius prætensum acquirere non potuit, *cap. vt quis duas de elect. hoc lib* & est recepta sententia. Respondetur enim argumentum concludere quoad acquisitionem dominij, vel iuris, quæ perfecta semel ex certo titulo non potuit ex alio fieri, iuxta tradita *in d. §. ex pluribus*, non verò procedit quoad conseruationem iuris iam quæsiti, ad quem effectum potest quis dubius de iure sui tituli alios titulos multiplicare ad cautelam, argum. *l. testamentum C. de testament.* & vtrumque in iudicium deducere non simpliciter quasi ex vtroque simul ius acquisierit, vel vt ex vtroque simul obtineat, sed io eum sensum, vt si alter non sufficiat, ex altero tamen defendatur, vt docet Innocent. *in d. cap. auditis n.2.* communiter receptus ex Cagnol. *in d. l. nemo, n.3.* & ideo 3

in

4 in beneficialibus dari multiplicationem titulorum censuit non semel Rota, vt ipsa testatur *decis. 742. n. 3. apud Farin. p. 2. recent.* Nec item obstat quòd actor non potest vti pluribus actionibus, sed alteram eligere debet, *d. l. nemo ex his §. quoties.* cum aliis, quia respondetur aliud esse multiplicare actiones, aliud verò multiplicare titulos, quorum plures contineri possunt sub vna, & eadem actione, vt si quis agens rei vendicatione intendat rem ad se pertinere ex titulo damnationis vel emptionis, aut simili.

5 *Pluribus vti defensionibus.*] Etiam diuersis, hoc est, quibus nihil aliud obstat, quominus proponatur à reo, quàm earundem pluralitas, non verò vbi aliud obstat, nempe contrarietas, reo enim licet vti pluribus exceptionibus, quæ necessariam, & ineuitabilem contrarietatem continent, id est, quæ ad nullum rectum sensum possunt simul esse veræ, iuxta exemplum gl. *in d. cap. imputari,* & similia, & ita resoluunt Cum. & Soc. *in d. l. nemo* 8. Cagnol. *in d. l. nemo ex his n.* 8. Cou. *d. cap. numero* 3. Bellam. *in d. c. imputari numero* 18. qu[illegible] si rectè aduertas nec plures dici possunt ex[illegible] [illegible]ùm alia detrahat illi, cui repugnat, *cap.* [illegible]. Non obstant *d. l. nemo ex his, & l. cùm de in[illegible]ito, in princ. ff. de probation.* procedunt enim vbi negatio non est omnino contraria exceptioni secundo loco propositæ.

SVMMARIVM.

1 *Displicere amplius non potest quod semel placuit.*
2 *Perseuerantia in bono est tenenda.*
3 *Perseuerantiam si tollas nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam.*

REGVLA XXI.

Quod semel placuit ampliùs displicere non potest.

1 DEsumitur ex *l. sicut C. de actionib. & obligation.* cum aliis citatis per gl. *hic*, tradunt Mayn. *in l. nemo potest mutare ff. hoc tit.* gl. *verbo partibus, ad fin. in Clem. sæpè de verb. signif.* Mantu. *dialog.* 94 Surd *decis.* 265. *n.* 25. *& decis.* 288. *n.* 5. Chald. Pereira *de potestate eligendi c.* 16. *n.* 15. *& de resolut. emphyt. c.* 15. *n.* 7. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 6. *litt. Q. cõcl.* 48.

2 Perseuerantiam in bono docet hæc regula, quia, vt inquit Bernard. *epist.* 139. absque perseuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur, nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, constantiæ filia, amica pacis amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum; è contra, *Va tibi*, ais Bernardus, *qui reueris desideras ad vomitum redire ad luctum.* Nam sicut nauis quæ multos fluctus transit, multasque tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, ita inquit Chrysost. multi postquam sustinuere labores, ieiunia, aliasque virtutes, tunc autem quando in portu iam & magis securi esse possunt,
3 naufragium faciunt. Tolle per[illegible] erantiam inquit Bernardus, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo, sola est, cui æternitas redditur, vel potiùs quæ æternitati hominem reddit. dicente Domino, *qui perseue[illegible]it. que ad finem, hic saluus erit.* Refert Thom Boss[illegible] 3. *c.* 2. quod Theodoricus Imperator quamuis [illegible]reticus esset Arrianus, cùm seruum haberet, relicta Fide Catholica, vt ei placeret, Arrianus est factus, eum ipsemet pugione confodit, dicens esse non posse, vt qui Deo fidelis non fuit, homini seruet fidem.

SVMMARIVM.

1 *Odio alterius non debet aliquis prægrauari.*
2 *Regula hæc in quo differat à sequenti ostenditur.*
3 *Pœna æterna nunquam punitur vnus pro alio.*
4 *Pœnis temporalibus sæpe punitur quis pro alio.*
5 *Filius pro peccato patris non semper puniendus.*
6 *Filius iniustus nascitur nonnunquam ex patre peccatore.*
7 *Filius peccator, & vilissimus aliquando nascitur ex patre iusto, & illustri.*
8 *Romani plures inclyti, & illustres, vilissimos reliquerunt filios.*
9 *Filius alter optimus, alter pessimus ex eisdem parentibus aliquando surgit.*

REGVLA XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægrauari.

DEsumitur ex *l. non debet alteri* 75. *& ex l. factum* 1
197. *ff hoc tit.* exempla huius reg. constant. *in l. vltim. C. de acquir. possess. & in c.* 1. *de immu. hoc lib.* cum aliis adductis à gloss. *hic*, tradunt Rebuff. *ad l. Verbis appellatio* 2. *vers. in quantum. prope fin. ff. de verb. signif. pag. mihi* 29. Surd. *decis.* 102. *n.* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 4 *cons.* 40. *n.* 45. *& cons.* 65. *n.* 98 Palat. *in repet. c. per vestras. de donat. inter virum. & vxor.* §. 8. *n.* 6. 7. & 8. Tiraq. *de iure meriti glos.* 8. *n.* 141. ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. axiom.* 93. *n.* 21.

Vulgò creditur regulam hanc probare id ipsum 2
quod *in reg. sequenti* deciditur, scilicet neminem esse afficiendum pœna pro delicto alterius, sed minùs bene, quia non est verisimile Summum Pontif. Bonifaciũ VIII. vtramque regulam immediatè ad idem retulisse, quare dicendum est in hac regula non tractari de pœna alicui non inferenda pro delicto alterius, de quo *in reg. sequenti*, sed magis quòd nullus damnum pati debet ex pacto, contractu, vel odio alterius in se considerato. & cui nulla infligitur pœna à lege, vel à iudice, id quod denotat verbum. *prægrauari l. si quando §. illud C. de inoffic. testam.*

Intellige regulam hanc veram esse de pœna æterna, 3
pœna enim eterna nunquam punitur vnus pro alio *c.* 1. *c. iam itaq. & seq.* 1. *q.* 4. De pœnis verò temporalibus 4
sæpe puniri potest quis pro alio, & pœna spirituali, & pœna corporali; nam *Exodi* 20. ait Dominus, *Ego Deus Zelotes visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem* Vnde pro peccato Cam. Chanaam filius eius maledictus est, vt habetur *Genes.* 7. & pro peccato Achan, *Iosue* 7. populus Israel in manus traditus hostium; immo & bruta etiam animantia, quæ ratione carent, iussa sunt interfici pro Amalechitarum peccato 1. *Regum* 15. De qua re bene D. Thom. 2. 2. *q.* 108. *art.* 4. firmat hominem pœna mere spirituali, quæ scilicet animæ salutem directè concernat, nunquam puniri pro peccato alterius, bene tamen pœna temporali, triplici, ratione, primò quia vnus homo temporaliter est res alterius, & ita in pœnam eius etiam ipse punitur; sicut filij secundum corpus quædam res patris & serui quædam res dominorum alio modo in quantum peccatum vnius deriuatur in alterum. vel per imitationem, sicut filij peccata parentum imitantur, & serui peccata dominorum, vt audaciùs peccent, vel modum meriti sicut peccata subditorum merentur peccatorem

rem Prælatum secundùm illud *Iob.34.* qui regnare fecit hominem hypocritam propter peccata populi, vnde pro peccato Dauid populum numerantis, populus Israël punitus est. Secundò per aliqualem consensum, seu dissimulationes, sicut etiam boni interdum temporaliter puniuntur cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt, vt Augustinus 1. *de ciuitate Dei* dicit. Tertiò ad commendandum vnitatem humanæ societatis ex qua vnus debet pro alio solicitus esse ne peccet, & ad detestationem peccati, dum pœna vnius redundat in omnes, quasi omnes essent vnum corpus, sic docente Augustino de peccato Achan.

5 Verùm semper non est filius pro peccato patris puniendus, vt habetur *in cap. si habes 24.q.3.* vbi dicitur quòd non excommunicatur filius pro peccato patris, & Ezech. 18. *filius non portabit iniquitatem patris.* Non est vtique grauandus, aut culpandus filius propter peccatum patris, Ideo August. *super Matth.* ait, Nunquam de vitiis erubescamus parentum, sed vnum illud quæramus, amplectamur virtutem; non est addit ille, omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus quis, aut vituperandus, nemo inde verè, aut obscurus, aut clarus est. Et D. Hieron. *ad Pammach.* Nasci de adulterio non eius culpa est, qui nascitur, sed illius, qui generat.

6 Vidimus namque ex patre peccatore filium nasci iustum, vt eleganter ostendit D. Chrysost. *super illud Matth. 4. Patrem habemus Abraham.* Quid, inquit, Timotheo nocuisse creditur quod patrem habuit Tharam luteorum Deorum cultorem, nónne separatus à genere suo positus est in caput fidelium, vt non iam diceretur filius peccatorum, sed pater Sanctorum, nec potuerunt eius gloriatio sordidare paterni errores?

7 Per contrarium ex patre iusto, & illustri, aliquando nascitur peccator, & vilissimus filius, & est mirabile quod animaduertit Auidius Cassios *in vita Imp.*

8 *Seueri.* & refertur à Pogio Florentino *in lib. de infelicitate Principum,* nempè nullos ex magnis, & inclytis viris Romanis illustres reliquisse filios, sed vilissimos, quod etiam retulit Elius Spartianus Imperatori Diocletiano, & scriptum reliquit Petrus Crinit. *lib. 21. de honesta disciplina.* Sic Scipio Africanus filium procreauit tam excellenti indignum patre, vt Valer. Max. *lib. 3.* eum obscuritatem ex maximo splendore exortam iure appellet. Ita etiam narrat Quintus Fabius quòd de inuictissimo Imper. Marco Aurelio Commodus filius est ortus infamis penitus, ac deperditus.

9 Ex eisdem nonnunquam parentibus alter optimus, alter pessimus surgit filius. Ex Adam si nascitur Cain malus, probus quoque Abel producitur. Ex Abraham oritur Ismaël impius, oritur etiam Isaac pius. Ex Isaac venit Esau reprobus, venit ex eodem Iacob electus. Mundi igitur deliramentum est, & fallax omnino præsumptio si propter parentum peccata descendentes vsque ad septimam generationem sine personarum distinctione puniantur, & infamia notabili excludantur. Videant Principes quomodo hæc stare, & Deo placere possint.

REGVLA. XXIII.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

DEsumitur ex *l. si putator ff. ad legem Aquil. & ex c. cognoscentes, de constitut. ex cap. cum voluntate, de sentent. excomm.* tradunt Thom. de Thomásset. *in floribus legum reg. 283.* Barthol. Peretr. *ad Extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. pag. 94. num. 30.* Ioseph. Aldret *de relig. disciplinenda lib. 2. c. 10. n. 8.* Nam vbi non adest culpa propria respectu puniri cessat consideratio, & mensura supplicij, & deinde quia causa deficit, cessat ratio medicinæ, quæ sine causa, & necessitate non adhibetur, iuxta illud Matt. 9. *non est opus valentibus medico.* Necessitas verò boni publici potest esse iusta causa vt pœna innocentes comprehendat quatenus in illis, & delinquens condignè puniatur, & medicinæ ratio conseruatur; hæc enim necessitas boni publici est iusta causa, vt pœna delicti aliquando comprehendat omnes partes, & res delinquentes vt in illis omnibus condignè puniatur iuxta mensuram delicti, & insuper ratio medicinæ in Republ. conseruetur, vt constat ex leg. *l. item vulneratus, ff. ad legem Aquil.* contingit autem inter delinquentes, & innocentes eam esse connexionem, vt hic censeantur veluti pars, & res illius, vt est filius, respectu patris, *l. cum scimus ad fin. ibi, pars quodammodo, C. de agricol. lib. 11. l. vlt. C. de impub. & aliis,* subditus respectu Superioris in quibus veluti in partibus sui pater, & dominus delinquentes condignè puniuntur. *l. isti quidem, ad fin. ff. quod metus causa. cap. si sententia 16. de sentent. excom.* & simul medicinæ ratio conseruatur, dum enim parti proximiori applicatur, magis affligit, & citius medetur non solum delinquentibus, sed etiam partibus ipsis in quibus infirmitas magis timetur, *l. quisquis § 1. ibi, exemplo metuuntur, C. ad leg. Iul. maiest.* Hinc fit vt pœna spirituali nullus innocens pro delicto alterius puniri debeat, quia cùm pœna hæc animam afficiat, quoad illam innocens non potest considerari vt res, vel pars delinquentis, in qua delinquens ipse puniatur; & rursus non conseruatur medicinæ ratio, immo offenditur dum pro remedio boni temporalis fit priuatio in bono spirituali, quod est dignius, *c. solita, de maiorit. & obed.* & ita in pœna spirituali excommunicationis probat text *in c. non imputatur 1. quæst. 4. & in cap. 1. 24. q. 3. gloss. 4. in cap. si sententia, de sentent. excomm.* D. Th. 2. 2. q. 108. *art. fin.* Couar. *lib. 2. var. c. 8. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicis mandato quod quis facit dolo facere non videtur.*

2 *Agens ex mandato Superioris præsumitur facere ex necessitate obedientiæ.*

3 *Mandato Superioris iniusto contra legem diuinam, vel humanam, aut potestatem Superioris, non tenetur subditus parere.*

REGVLA XXIV.

Quod qui mandato facit iudicis, dolo facere non videtur,

DEsumitur ex *l. non videtur 128. § qui iussu ff. hoc tit.* cum aliis citatis à gloss. *hic, & gl. 4. in l. 4. ff. de aqua pluuia arc.* tradunt Greg. Lop. *l. 3. verbo por mandado tit. 16. p. 2.* Bonacos. *comm. crimin. p. 1. verb. mandatum pag. mihi 109.* Tiraq. *de pœnis temperand. causa 34. num. 4. & causa 35. num. 1.* Capyc. *decis. 132.* Grammatic. *decis. 36 num. 81. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. part. 3. q. 89. num. 126. & q. 97. num. 109.* Ratio est, quia agens ex mandato Superioris, cui parere tenetur, iuxta *c. de censib. & l. 2. ff. de iust. & iure,* præsumitur facere ex necessitate obedientiæ, & ita non habere animum machinandi, sine quo dolus non contrahitur, 1

trahitur, vt ſatis intendit text. in præſenti, vnde infertur hanc reg. procedere in iis, quæ licèt primo aſpectu, & regulariter ſint illicita, aliquando tamen cum cauſa, & ex auctoritate Superioris licita fiunt, cuiuſmodi eſt occiſio, vel verberatio alicuius, ad hunc enim in iis pro Superiore præſumitur; vt in dubio licita cenſeantur, & ſubditus parere teneatur, *cap. qui culpatur 23. quæſt. 5. gloſſ. in c. 2. de maiorit.* communis ex Cagnol. *in l. velle n. 15. ff. hoc tit.* Afflict. *lib. 1. conſtitut. rub. 8. n. 58.* & conſequenter ſubditus in iis dolo facere non videtur, ex ratione de qua *hic*, intendunt *gl. 1.* Dyn. & omnes *hic, & in d. §. qui iuſſu.*

3 *Mandato.*] Dummodo illud non ſit notoriè iniuſtum contra legem diuinam, vel humanam, aut poteſtatem ſuperiorem, quo caſu ſubditus non tenetur, nec debet parere, vt probat text. *in c. non ſemper, cum ſeqq. 11. q. 3. c. inter cæteros, de re iudic.* Abb. & communis *in cap. ſi quando, de offic. deleg.* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 64. art. 6. ad 4.* Cou. *lib. 1. var. c. 1. num. 10.* in qua ſpecie poteſt ſubditus violenter reſiſtere ſuperiori temerè perſiſtenti *l. prohibitum C. de iure fiſc. lib. 10.* vbi gloſſ. *verbo reſiſtentibus* poſt alios, Cou. *lib. 1. var. cap. 2. n. 12.* Menoch. *remed. 8. recuper. num. 9.* ac ſubinde cùm ceſſet neceſſitas in qua hæc reg. fundatur, vtique ceſſabit illius deciſio.

SVMMARIVM.

1 *Mora appellatur nonnunquam dilatio culpoſa circa debitum ſoluendum, vel creditum recipiendum.*
2 *Mora eſt culpa prætermittendi officij in ſoluendo, recipiendóve debito, quæ alteri damnoſa eſt.*
3 *Mora alia dicitur regularis, alia irregularis.*
4 *Mora regularis illa eſt quæ ex legitima hominis interpellatione, vel oblatione inducitur.*
5 *Mora in facto conſiſtit, ac proinde probari debet.*
6 *Mora irregularis eſt quæ re ipſa ſolummodo nulla interpretatione vera, vel ficta contrahitur, ſed fit abſque hominis facto legis miniſterio.*
7 *Mora omnis quoad ſuos effectus nocere debet moroſo, niſi ab illa per legitimam purgationem ex iuris æquitate liberetur.*
8 *Mora rei principalis quando noceat fideiuſſori oſtenditur.*
9 *Mora purgari non poteſt vbi obligatio in diem concepta eſt, adiecta pœna ſtatim incurrenda ex lapſu diei.*

REGVLA XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.

1 DEſumitur ex *l. in condemnatione 133. §. vnicuique ff. hoc tit. & ex l. emptor ff. de aqua pluuia arc.* cum aliis citatis à gloſ. *hic* Sed pro terminorum cognitione primò præmittendum eſt moram, de qua *hic*, importare tarditatem, quæ cum alicuius culpa coniuncta alteri damnoſa eſt, vnde dilationem culpoſam circa debitum ſoluendum, vel creditum recipiendum moram appellari tradunt Petr. Gregor. *ſyntag. iuris par. 3. lib. 21. cap. 14. à num. 1.* Maſcard. *de probationib. concl. 1070. n. 1. & 4.* D. Barboſ. *in l. mora 10. in princ. ff. ſolu. matr.* quos refert Pichard *in tract. de mora num. 10.* Definitur autem multipliciter, vt per gloſ. magnam *in l. mora ff. de vſur* Salicet. *in l. quod te n. 2.* vbi Alex. & alij, *ff. ſi certum petat.* Corraſ. *lib. 2. miſcel. c. 6.* Mayn. *lib. 3. actiona. c. 13.* Lotiot *de mora axiom. 1.* Cuiac. *in l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. oblig.* Mudæ. *in l. Iulianus §. 1. de action. empti.* Ferret. *in tractat. de mora col. 3.* Sapor. *eod. tract. cap. 1. num. 5.* Forcatul. *in ſimili tract. par. 1. n. 1.* breuiter definiri poteſt, vt ſit cul- 2 pa prætermittendi officij in ſoluendo, recipiendóve debito, quæ alteri damnoſa eſt, quam definitionem amplectitur, & declarat Pichard. *vbi ſupra num. 23. cum ſeqq.*

3 Secundò præmittendum eſt duplicem in iure moram reperiri, alia eſt ex perſona, quæ regularis à Doctoribus dicitur, quia regulariter in omnibus caſibus & modo ordinario ſecundùm regulas moræ inducitur; alia verò eſt ex re, quæ vulgò irregularis dicitur; tum quia procedit per modum irregularem, & extraordinarium, & inſuper quia in certis tantùm caſibus præter, vel contra regulas moræ inducitur; vt colligitur ex tex. ſic intelligendo *in l. mora in princip. & in l. ſed etſi Reipubl. §. vlt. ff. de vſur. & ex l. 5. ff. de minorib.* & paſſim fatentur Doctores, quos refert Pichard. *dicto tract. de mora n. 37.*

4 Mora ex perſona vel regularis illa eſt, quæ ex legitima hominis interpellatione inducitur, vt ſatis probat *dicta l. mora l. ſi ex legato 23. ff. de verb. oblig.* nam cùm mora in facto conſiſtat, iuxta ea, quæ adducit Pichard. *vbi ſuprà num. 13. cum ſequen.* probari omnino debet non aliter quam ex interpellatione, Maſcard. *d. concl. 1070. n. 7.* Pichard. *dicto loco n. 43.* quæ vnica ſufficit præcedere ex Menoch. *de arbitr. caſu 220. à n. 26.* Petr. Gregor. *d. part. 3. c. lib. 21. tit. 14. n. 4.* Maſcard. *d. concluſ. 1070. n. 11.* Garc. *reg. 118. n. 2.* D. Barboſ. *in d. l. mora num. 9.*

5 Irregularis verò mora eſt, quæ re ipſa ſolummodo nulla interpretatione vera, vel ficta contrahitur, ſed fit abſque hominis facto legis miniſterio. *l. in minorum. 3. C. in quibus cauſis in integr. reſtit.* Pichard. *vbi ſuprà n. 38.* Quibus autem caſibus contrahatur hæc irregularis mora tradunt Cuiac. *in dicta l. ſi ex legati cauſa lit. B.* vbi Segura *n. 185. cum ſequenti.* Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſæ priuil. 141.* Bauer. *in tract. de mora part. 2. à n. 1.* Salicet. *eodem tract. p. 1. n. 2. in præamb.* Ferret. etiam *in ſimili tract. col. 3. à n. 9.* Sapor. *c. 2.* Caballin. *de vſuris. q. 70. n. 537. cum ſeqq.* Lucan. *in tract. de fiſco par. 1. n. 34.* Menoch. *de arbitr. caſu 220. n. 8. cum multis ſeqq.*

7 His ita conſtitutis concluſio ſit quòd omnis mora quoad ſuo effectus nocere debet moroſo, niſi ab illa per legitimam purgationem ex iuris æquitate liberetur, nam cùm omnis culpa noceat delinquenti quoad pœnam niſi ab illa ex æquitate, vel iuſta cauſa liberetur, vt patet *in l. ſancimus C. de pœnis, & in cap. vt famæ 35. de ſentent. excommun.* iuncta *l. auxilium 38. §. in delictis ff. de minorib. l. ad ea 199. ff. hoc tit.* & omnis mora culpam, ac omnes moræ effectus contineant pœnam, ideo concluſio ſupradicta procedit. Dixi, *per legitimam purgationem*, &c. quia licèt mora, ſua natura inſpecto rigore iuris perpetuò nociua ſit moroſo, vt probatur *hic, & in l. Titia 89. §. vſuras,* ibi, *ſemel, ff. de legat. 2.* ex æquitate tamen inductum eſt, vt ſi moroſus legitimè ſatisfecerit ſuæ obligationi abſque detrimento creditoris, moram ipſam purget, & ab illius effectibus liberetur, *l. ſi cum is 91. §. ſequitur, & l. interdum 73. §. vltim. ff. de verbor. obligation.* hinc fit vt regula hæc generaliter procedat in omni mora, & quoad omnes illius effectus, dummodo hæc mora non alij noceat, quàm moroſo, quia nullum delictum quoad ſuos effectus pœnales nocere debet alij quàm delinquenti, *d. l. ſancimus, C. de pœnis, c. 2. de iis, quæ fiunt à Prælatis;* ſed omnis mora cenſetur delictum propter culpabilem dilationem, arg. *l. hominem 33. in fine, & l. ſi dolus 47. ff. mandati*, effectus autem illius cenſetur pœna, qua moroſus iure afficitur, *l. quod te ff. ſi. certum pet.* cum aliis,

quæ prosequitur glos. magna *in dicta l. mora 32. de vsur.* Igitur, &c.

8 Non obstat quòd mora rei principalis nocet fideiussori, *l. mora rei 88. ff. de verborum obligat.* siquidem fideiussor, quatenus ipsius obligatio se extendit velut accessorium repræsentans obligationes principalis, non censetur alius, immo ipse cum reo moroso, *§. fideiussores, Inst. de fideiussor.* iuncta *reg. accessorium hoc tit.* Vnde meritò mora rei nocet fideiussori quoad ipsam obligationem perpetuandam, non verò quoad augmentum eiusdem velut pœnam, seu interesse debitum à moroso, quia in his, in quibus se fideiussor non obligauit, cessat prædicta ratio, & mora rei censetur omnino aliena, nisi in omnem causam fideiussissent, *l. 2. ls. ff. de fideiuss. l. centum Capua ff. quod certo loco*, resoluunt glos. *in l. siue in duplum ff. qui satisdare cog.* omnes *in d. §. vnicuique*, communis secundùm Hippol. *in rub. de fideiussoribus n. 91 & 96.* Sic similiter eadem ratione mora tutoris pupillo, defuncti verò hæredi nocet; *l. sed si ex stipulatu 24 ff. de verbor. obligat. l. cum paterfam. ff. de vsuris.* Nec obstat. *l. pen. ff. de duobus reis*, ibi, *alterius factum*, quia cum Roncheg. *ibi n. 3.* respondetur illum text. agere de facto, vel mora vnius ex reis, vt noceat alij tantùm quoad effectum perpetuandæ obligationis, nam cùm illa inter ipsos vnica sic sit & vniformis, & insuper vnicus contractus, *l. 2. l. 3. §. vltim. ff. eodem tit. de duobus reis, l. vltim. C. eodem*, meritò propter hanc vnionem obligatio, quæ perpetuatur quoad vnum propter moram, quoad alium etiam perpetuari debet, ne aliter vna, & eadem obligatio maneat quoad vnum, dissoluatur verò omnino quoad reliquum, contra id, quod intendit text. *in l. vlt. ff. de duobus reis*, & contra reg. text. *in cap. cùm in tua 30 de decimis.* Nec item obstat *d. §. vnicuique*, quia dum dicit moram nocere solùm moroso, quod in duobus reis obseruatur, planè procedit in his, in quibus duo rei non censentur vnum, & idem, & considerantur vt diuersi, veluti quoad augmentum obligationis, interesse scilicet, vel pœnam, quoad hæc enim diuersa est cuiusque obligatio, & propterea mora vnius non nocet alij, vt diximus *supra* in fideiussore, secus verò quoad effectum obligationis perpetuandæ, iuxta supradicta, quicquid contradicat glos. *in præsenti.*

9 In glos. *Mora sua.* ibi, *dic quod vbi dies*, &c. Ergo mora purgari non potest vbi obligatio in diem concepta adiecta pœna statim incurrenda ex lapsu diei, similis glos. *in l. etsi post ff. si quis caut. glos. 5 in l. interdum 73. §. vlt. ff. de verborum obligation.* sequuntur Bart. *n. 5.* Bald. *in lect. n. 31. & in repet. num. 20.* Paul. *n. 4.* Alexand. *num. 9. & 14.* & Ias. *à num. 20. in l. si insulam 84 ff. eodem tit. de verborum obligat.* Lotior. *tract. de mora axiom. 26.* Fachin. *lib. 1. controuers. c. 98.* Couar. *lib. 3. var. c. 17. num. 4.* Gregor Lop. *l. 35. tit. 11. part. 5.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 5. num. 13.* Anton. Gom. *l. 33. Tauri num. 3.* Caroc. *in tract. de locato, & cond. par. 4. tit. de mora, num. 52. cum seqq.* Garc. *reg. 397. numero 1.* Matien. *l. 10. glos. 2. num. 3. tit. 17. lib. 5. nouæ recopilat.*

SVMMARIVM

1 *Facta à iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.*
2 *Facta per iudicem extra territorium, aut sine iuris ordine procedentem, vel quia omnino incompetens est, viribus non subsistunt.*

REGVLA XXVI.

Ea, quæ fiunt à iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

DEsumitur ex *l. factum à iudice 132 ff. hoc tit.* cum alijs citatis à glos. *hic.* & tradunt Cou. *lib. 1. var. cap. 17. num. 13. ad fin.* Aloysius Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1013.* Ratio est, quia officium iudicis fundatur in iurisdictione, hoc est, in potestate de publico introducta, à qua validitas gestorum per iudicem pendet, *l. forus, vers. iudex, de verb. signific.* iuncta *glos. 4.* communiter recepta *in l. 1. ff. de iurisd. omnium iud.* Vnde in his, quæ ad iudicis officium, & potestatem non spectant, priuatus censetur, *cap. conquerente, de restit. spoliat.* & consequenter gesta ab illo tanquam à priuato propter defectum publicæ potestatis nullius sunt momenti. 1

Vnde infertur primò, regulam procedere in omnibus actibus, qui quacunque via non pertinent ad iudicis officium, siue quia extra territorium ius dicit, *cap. vltim. de constitut. hoc lib.* siue quia est omnino incompetens, *cap. etsi clerici, in princip. de iudic. & per totum C. si à non compet.* vel tandem, quia licèt sit competens tamen sine iuris ordine procedit, *d. cap. conquerente, l. prolatam C. de sentent. & interloc.* tradit latè Menoch. *remed. 9. recup. à n. 8.* Secundò infertur procedere similiter in quocunque iudice, vel Superiore etiam supremo, cuiusmodi est Princeps secularis in iis, quæ pertinent ad officium, vel potestatem ecclesiasticorum, *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. glos. 1. hic.* Vel è conuerso *c. causam quæ, qui filij sint legit.* glos. *verbo vsuris in Clem. 2. de iudic.* docet Innoc. *in cap. inquisitioni, in fine, de sentent. excommun.* sequuntur & alij, vt per addit Abb *in fine*, Palat *in repet cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab. 1. §. 1. à. num. 16.* Tertiò infertur, regulam procedere tantùm in iis, quæ constat notoriè ad iudicis officium non pertinere, in quibus viget ratio superior, & locum habent verba huius text. ibi, *non spectat*; secus verò in iis de quibus an pertineant dubitatur necne, circa quæ pro iudice præsumitur, ad cuius officium spectat examinare ea, quæ ad ipsius iurisdictionem pertinent, *cap. super litteris, de rescript. l. si quis aliena 15. ff. de iudic.* & propterea interim gesta per illum valent mero iure, *glos. 2. hic*, & omnes. 2

SVMMARIVM.

1 *Scienti & consentienti non fit iniuria, nec dolus.*
2 *Iniustitia non fit nisi ei, qui ab alio illatam patitur.*
3 *Declaratur text. in* cap. quod verò 22. quæst. 2.

REGVLA XXVII.

Scienti, & consentienti non fit iniuria, nec dolus.

DEsuminur ex *l. nemo videtur 187. ff. hoc tit. cum donationis*, vbi Padil. *C. de transact.* cum alijs ve per glos. *hic*, tradunt Aristot. *lib. 5. ethicor. cap. 9. & 11.* S. Thom. *2. 2. q. 59. art. 3.* Sot. *lib. 3. de iustit. q. 3. art. 3.* Menoch. *cons. 98 num 39. cum seqq.* Thom. de Thomasseris *in floribus decis. reg. 275.* Surdus *decis. 194. n. 1.* Sebast. Naui *ad l. 1. n. 15 ff de iniur.* Ioseph Sesse *Aragon. decis. 189. n. 15.* Cyr. Argel. *de contrad. legit. quæst. 10. n. 66. & n. 97.* Ego ipse *tract. Axiom. iuris vsufreq. axiom. 126.* 1

Ratio est, quia iniustitia non fit nisi ei, qui ab alio illatam 2

illatam patitur *l. 3. in princ. & §. 1. ff. de iniur.* nec enim potest ab aliquo sibi ipsi fieri, secundùm S.Tho.
3 *2.2. quæst. 58. art. 2.* non obstante text. *in cap. quod verò 25. quæst. 2.* ibi, *iniuriam mihi facio*, quia intelligitur, scilicet per indirectum, & retorquutionem, secundùm Archid. & alios *ibi*, planè sciens, & consentiens non patitur ab alio; quia de natura patientis iniustitiam est quòd resistens, & inuitus patiatur, sunt de natura agentis quod sponte agat ex Arist. & Sot. *vbi suprà*, & ita qui consentit potius ex se sponte agit quàm ab alio patiatur, & consequenter eidem non fit iniuria, nec iniustitia.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio exorbitans dicitur quæ non in totum, sed in aliquo ius commune corrigit.*
2 *Statutum est correctorium iuris communis quando illud in totum corrigit, exorbitans verò quando illi in aliqua parte tantùm derogat.*
3 *Extensio regulariter non fit in exorbitantibus.*
4 *Extensio fit in exorbitantibus fauore piæ causæ, & fauore animæ, vt num. 5.*

REGVLA XXVIII.

Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

1 DEsumitur ex *l. quod contra rationem ff. hoc tit.* & ex aliis iuribus citatis à glos. *hic.* Dicitur autem dispositio exorbitans, quæ non in totum, sed in aliquo ius commune corrigit, vt per Aym. *de antiq. temp. p. 3. in princ. numero 75.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis num. 19.* Villag. *in tract. de extensione legum rub. de extensione legum exorbitantiũ, & in rub. de different. inter disposit. limit. & correct. num. 1.* Menoch. *remed. 1. recuper. possess. num. 20.* Honded. *cons. 95. n. 29. lib. 1.*
2 ex Corn. & *num. 29.* Rimin. subdit statutum esse correctorium iuris communis, quando illud in totum corrigit, exorbitans verò quando illi in aliqua parte tantùm derogat, refert Farin. *fragm. crimin. part. 1. lit. E, num. 120.*

3 Vnde extentionem regulariter non fieri in exorbitantibus; per hanc reg. resoluunt Tiraq. *de verbo, libertis sub num. 27.* Aym. *cons. 6 num. 10. in fine*, Ofasc. *Pedem. decis. 110. num. 8. & decis. 126. num. 12.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 27.* Honded. *d. cons. 86. num. 121. lib. 1.* Villag. *d. rub. de extens. legum exorbitantium n. 3.* vbi intelligit in odiosis, & pœnalibus, quem refert, & sequitur Farinac *d. lit. E. n. 124.* vbi *n. 125.* subdit extensionem fieri de casu ad casum, in quo adest eadem ratio quando dispositio non est contra ius, sed præter ius, & *num. 126.* quòd in exorbitantibus faciliùs admittitur extensio quàm in correctoriis, & ius correctorium difficilius extenditur, quàm ius exorbitans:

4 Limita vt in exorbitantibus fiat extensio fauore piæ causæ, vt per Aym. *de antiquitat. tempor. part. 4 in princip. n. 79.* vbi loquitur quando agitur de fauore Religionis, & de extensione facienda fauore relictorum pro anima, Villag. *in tract. de extens. legum rub. de extens. legum limitatiuarum num. 9. cum seq.* refert. Farin. *d. lit. E, num. 108.*

5 Item & fauore animæ, ex allegatis per Croc. *in repet. l. omnes populi num. 189. concl. 12. ff. de iust. & iure.* Aym *d. num. 79.* Villag. *d. rub. de extens. legum exorbitantium, num. 3. in fine in vlt. amplias.* Farin. *d. lit. E, num. 109.*

SVMMARIVM.

1 *Approbari ab omnibus debet quod omnes tangit.*
2 *Intellige in iis, quæ pertinent tanquam ad singulos, vel in speciali, secus in iis, quæ spectant tanquam ad vniuersos, vel in communi.*
3 *Pertinentia ad aliquos velut ad singulos, de quorum præiudicio principaliter agitur, debent ab omnibus approbari, nec sufficit maior pars, nisi ex iusta causa aliud expressum reperiatur.*
4 *Approbatio illorum de quorum præiudicio secundariò agitur, non est necessaria.*
5 *Verbum, tangit, per prius & non per posterius verificatur tantùm in iis, quorum detrimentum principaliter vertitur.*
6 *Pars maior etiam in iis, quæ tanquam ad singulos pertinent sufficit ex iusta causa, vel vbi sequeretur absurdum aliquod, aut iniquitas, quæ vitari debent, exiguum esset præiudicium.*

REGVLA XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

DEsumitur ex *l. 1. & vlt. C. de auctorit. præst. & ex* 1
per fundum 11 ff. de seruit. rustic. præd. cum aliis
vt per glos. *hic* Pro solutione autem multorum, quæ 2
solent obiici in contrarium, communis distinguit inter ea, quæ pertinent tanquam ad singulos, vel in speciali, & inter ea, quæ pertinent tanquam ad vniuersos, vel in communi, veluti ad collegium, vt in illis tantum procedat hæc reg. in iis verò sufficiat maior pars, *cap. 1. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Dyn. gl. & omnes *hic, gloss. 1. in c. cum omnes, de constit.* vbi Dec. *n. 5.* Felin. *à n. 15.* & Exea. *à num. 144.* Padil. *in l. aquam n 3. C. de seruitut.* Gom. *var tom. 2. cap. 3. num. 24.* Duen. *reg. 295.* Salzed. *ad Bernard. reg. 449.* Garc. *reg. 95. num. 4.* Azened. *ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 14. lit. B.*

Verùm quia adhuc huius distinctionis membra pe- 3
culiares habent difficultates, videtur melius dicendum quod ea, quæ pertinent ad aliquos velut ad singulos de quorum præiudicio principaliter agitur, debent ab omnibus approbari, nec sufficit maior pars, nisi ex iusta causa aliud expressum reperiatur. Dixi, *de*
quorum præiudicio, &c. tum ad excludendos illos, de 4
quorum præiudicio secundariò agitur, quorum approbatio non est necessaria, arg. *l. 1. §. denunciari*, ibi, *primo gradu ff. de ventre insp.* docet gl. *magistra 2. in l. de vnoquoque 37. ff. de re iudic. glos. vlt. in c. quamuis pactum de pactis l. 6.* communiter recepta, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios pag. 2.* Nau. *in c. si quando de rescrip. pag.*
77. tum etiam, quia verbum, *tangit*, de quo *hic*, per prius 5
& non per posterius verificatur tantùm in iis, quorum detrimentum principaliter vertitur, iuxta *d. l. vnoquoque iuncta gl. verbo singulorũ in l. 1. §. huius*, vbi Paul. & Bald *ff. de instit.* Tiraq. *vbi suprà pag. 5. vers. hinc.* Dixi insuper, *nisi ex iusta causa*, &c. quia per illam iure indici potest, vt maior pars etiam in iis sufficiat. *cap. 2. de iurepatron. ibi, plurimorum*, in quo speciale est, vt in negotio præsentationis, quæ ad singulos patronos pertinet, sufficiat maior pars, vt aduertit Roch *de iurepatron. verbo honorificũ n. 91.* vel quia aliàs sequeretur absurdum aliquod, vel iniquitas, quæ vitari debent, *l. nam absurdum ff. de bonis libert.* vel quia exiguum est præiudicium, *l. scio ff de in integr. restit.* vel tandem quia vtilitas, & bonum publicum maximè vrgent arg *l. Lucius 11. ff. de euiction.*

REGVLA XXX.

In obscuris minimum est sequendum.

1 DEsumuntur ex *l. semper in obscuris, & ex l. semper stipulationibus, ff. hoc tit.* cum aliis citatis à gloss. *hic*, tradunt Tiraquel. *de retractu lig. §. 30. gloss. 1. n. 27. & 29. cum seqq.* Roland. *cons. 16. n. 32. lib. 3.* Alciat. *resp. 492. n. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 106. num. 27.* Surd. *decis. 298.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. O. concl. 55. num. 3.* ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 265. num. 2.*

REGVLA XXXI.

Eum qui certus est, certiorari vlteriùs non oportet.

1 DEsumitur ex *l. 1. ff. de action. empti.* tradunt gloss. *verbo cognouerunt, in princip. in c. cùm inter 28. de elect.* Tiraquel. *de retractu lig. gloss. 2. §. 36. num. 24.* Gemin. *cons. 33. num. 5.* vbi ampliat in actibus de sui natura prohibitis, quia sufficit vt quis sciat quomodocunque, etiamsi non sequatur intimatio prohibitionis, & *n. 13. vers. item quando*, pariter ampliat, vt procedat etiam in casibus, in quibus requiritur insinuatio, & intimatio, quando quis habet plenam notitiam, quia non requiritur alia certioratio, & intimatio, Rimin. iun. *cons. 238. n. 37. vol. 3.* Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14. n. 117. cum seqq.* Thesaur. *Pedem. decis. 222. in fine*, Menoch. *cons. 825. n. 11. vol. 9.* Surd. *cons. 272. n. 12. & decis. 288. num. 44.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 1. litt. C. concl. 199. à princip.*

2 Declara multipliciter cum Alex. *con. 27. viso themate, in princip. lib. 6. & cons. 138. viso puncto lib. 7.* vt scilicet quando denunciatio, intimatio, vel certioratio, fit solùm ad finem vt quis sciat, tunc sufficiat quòd quis sciat, & isto casu certus non debet certiorari: si verò certioratio est de substantia, vel forma, prout quando lex mandat denunciari, aliàs actus sit nullus, tunc non sufficit scientia, sed debet fieri denunciatio ei, qui certus est. Vel aliomodo, vt scilicet quando notificatio, & intimatio fit, vt quis reddatur certus de aliquo, tunc si ipse, cui debet fieri, sciat aliunde, non sit necessaria alia notificatio, vel certioratio, si verò fiat ad incitandum notificatum vt aliud faciat, vel ad prohibendum ne aliquid faciat, tunc non sufficiat scientia, & quando res esset dubia an sit facienda ad effectum notificandi vt sit certus, an verò incitandi vt aliud faciat, vel non, in dubio præsumitur, vt certus reddatur, adeò quòd si sciat aliunde is, cui debet fieri notificatio, tunc non sit necessaria. Vel denique distingui potest, aut intimatio, vel denunciatio requiritur ad commodum denunciantis, aut requiritur ad commodum denunciati; primo casu si ad commodum denunciantis, & tunc si agitur vt ex notificatione notificans ius acquirat, vel vt notificatus pœnam, vel moram incurrat, non sufficit sola scientia notificati; si verò agitur solùm vt notificatus incidat in malam fidem; sola scientia sufficit; si verò agitur vt fiat denunciatio ad commodum eius, cui denunciatur, semper sufficit sola scientia, ex Card. Tusch. *d. concl. 196. num. 8. cum seqq.* refero ego ipse *in tract. Axiomat. iuris vsufreq. Axiom. 41. num. 2.*

REGVLA XXXII.

Non licet actori quod reo licitum non existit.

1 DEsumitur ex *l. non debet. ff. hoc tit.* tradũt Thom. de Thomasset. *in florib. legum reg. 204.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 18. lim. 7. n. 23.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. A, conclus. 119.* Dyn. *cons. 24. quæstio talis est.* Putc. *decis. 316.* aliàs *308. lib. 2. in correctis*, ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 10. n. 7.* Nam à pari procedunt actor, & reus, vt ex reg. *c. 2. de mutuis petit. & l. vltim. C. de fruct. & litium expen.* prosequuntur Anton. Gabr. *commun. opin. tom. 3. tit. de clausulis concl. 1. à n. 66.* Card. Tusch. *tom. 6. concl. 49.* Valasc. *consult. 25.* Et actor, & reus sunt correlatiua. Marc. Antonin *var. resolut. lib. 3. resolut. 9. n. 3.* refero ego ipse, *in nouissimo tractat. Axiomatum iuris vsufrequent. Axiom. 10. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Consilium mutare quis non potest in alterius detrimentum.*

2 *Intellige vbi ex consilio alicui ius quæsitum est.*

3 *Consilium mutare in melius sapientis est vbi iuri tertij quæsito non præiudicatur.*

REGVLA XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

DEsumitur ex *l. nemo potest mutare, ff. hoc tit.* tradunt Thom. de Thomass. *in floribus legum reg. 186.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 3. n. 39. & seq.* Chald. Pereira *de potest. eligen. cap. 5. num. 1. & de resolution. emphyt. c. 14. n. 5. cũ seqq.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 435.* ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 55. n. 3.* 1

Intellige vt procedat tantùm vbi ex consilio alicui ius quæsitum est, vt patet in electione, præsentatione vel sententia iudicis, & aliis per quæ ius acquiritur electo, præsentato, vel iis, pro quibus sententia fertur, *c. cùm inter, ibi, ius ex sententia factum, de sententia, & re iud. c. quàm sit 6. vers. electus, de elect.* tunc enim cùm ius alteri quæsitum nemo possit auferre inuito, *l. id quod nostrum, ff. hoc tit.* vtique nec consiliũ mutare, & ita interpretantur Archidiacon. *in c. certè, verbo nuto 12. quæst. 1.* Abb. *in c. bona il 2. n. 11. de postulat. Prælat.* post alios Tiraquel. *in l. boues §. hoc sermone limit. 23. à n. 2. ff. de verbor. signif.* & est de mente communis *hic*, cui satis consonant verba illa, *in alterius detrimentum*, quæ propriè respiciunt damnum iuris quæsiti, *cap. 2. de constit.* Vnde circumscripto hoc damno iuris tertio quæsiti consilium mutare in melius sapientis est, *l. nonnunquam*, vbi gloss. *ff. de collat. bonor. princ. Instit. de legatis*, Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 17. n. 4* Bertaz. *in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 282.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. M. concl. 435.* Surd. *cons. 167. num. 10.* Sigismund. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 33*, refero ego ipse *in nouis tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 55. n. 3.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Generi per speciem derogatur.*

2 *Dispositiones duæ vbicunque sibi aduersantur, debent ad concordiam reduci salua quoad fieri potest vtriusque natura, & verborum proprietate.*

3 *Limita regulam in specie subiectiua generi & aliis modis vt num. 4.*

5 *Legibus generalibus per sequentes specialis derogatur, & è conuerso.*

REGVLA

REGVLA. XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

1 DEsumitur ex *l. in toto iure* 81. *ff. hoc tit.* & *l. sanctio* 41. *ff. de pœnis*, *c.* 1. & *c. pastoralis §. quoniam, de rescript.* cum aliis, vt per gloss. *hic* tradunt Menoch. *cons.* 141. *num.* 26. *cum seqq.* & *n.* 37. Armendar. *in proœm addit. ad recop. legum Nauarræ num.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 130. vbi ampliat in legatis & *tit.* 9. *quæst.* 8. & *decis.* 255. *n.* 21. & *cons.* 352. *n.* 1. Thom. de Thommasser. *in floribus legum reg.* 132. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 24. *n.* 6. Cæs. Argel. *de contradict. legit. quæst. n.* 132. Aldrete. *de relig. disciplina tuenda lib.* 2. *c.* 7. *num.* 26. Card. Tusch. *practicarum cõclusion. tom.* 4. *lit. G. conclusion.* 32. & 36. Octau. Glorir. *resp.* 11. *n.* 31. Sanctarel. *var. resolut. quæst.* 14. *n.* 5. ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 197. *n.* 1. *cum seqq.* vbi multis ampliationibus, & limitationibus hanc regulam exornaui.

2 Ratio verò in eo consistit, vt genus, & species diuersa concordentur: nam vbicunque duæ dispositiones sibi aduersantur, debent ad concordiam reduci, salua quoad fieri potest vtriusque natura, & verborum proprietate, *cap. cum tu* 16. *de testib. c. cum expediat* 29. *in princip. de elect.* planè vbi genus, & species sibi inuicem aduersantur, possunt ad concordiam reduci, salua vtriusque natura, & proprietate si generi per speciem derogetur; igitur, &c. vt per Bald. *cons.* 292. *n.* 3. *lib.* 2. Perus. *hic in princip.* Mantu. *dialog.* 90. *vers. quia.* Castr. *lib.* 2. *de lege pœnali c.* 8. *fol. paruo* 101. *cum seqq.* & ad hoc reducendæ sunt rationes Monach. *hic num.* 7. Barr. *in l. si alij ff. de vsufr. leg.* quæ per se non concludunt, & ita intelligitur gloss. *in l. si domino* 107. *ff. de legat.* 1. dum inquit speciem derogare generi ex iuris interpretatione, sequuntur Bald. *ibi*, Mantu. *vbi supra, vers. gloss.* Sic cessat difficultas, quam contra hanc regul. mouet Gammar. *in topicis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. quia regula *l. semper in generalibus* 190. *hoc tit.* cum aliis non procedit in specie excepta, quæ generi aduersatur, vt *hic*.

3 Limita igitur regulam non procedere in specie subiectiua generi, veluti cùm genus, & species respiciunt idem, & possunt concurrere simul, cessat enim tunc contradictio, & necessitas concordiæ, & consequenter species non derogat generi, sed gratia exempli ad tollendam dubitationem; vel ex superabundanti censetur adiecta, sic procedunt text. *in l. quæsitum* 12. *§. vlt in princip. ff. de fundo instr.* vbi Barr. & communis, & *in l. legata* 9. *in primo casu ff. de suppellect. leg.* resoluũt Dyn. & Perus. *hic*, Paris. *cons.* 92. *a n.* 35. *lib.* 1. declarando tamen vt per eosdem, & per Abb. *in cap. sedes n.* 12. *de rescript.* vbi, Dec. *num.* 8. nisi ex mente disponentis vel aliunde colligatur speciem fuisse adiectam ad restrictionem generis præcedentis, *d. l. legata*, *in secundo casu, l. pediculis* 35. *§. l. abeo in princip.* & *in fine ff. de auro, & argento reg.* quod tamen non ex vi huius regulæ, sed aliunde ex mente testatoris procedit.

4 Limita etiam in iurisdictionalibus fauore publico ex Gutier. *d. quæst* 15. *n.* 6. vel quando genus est certum, determinatum, & præcisum, ex Surd. *d. cons.* 352. *num.* 11. Vel denique quando genus exprimitur per verba dispositiua, species autem per verba enunciatiua Surd. *eod. cons.* 352. *num.* 17.

5 *Per speciem.*] Siue illa sequatur, siue præcedat genus, vtrumque enim casum comprehendunt verba hæc, & ratio de qua *supra*, probat *l. seruo* 15. *ff. de pecul. leg.* cum aliis, vt post Dyn. resoluunt Dec. *num.* 7. & 14. *in l. in toto iure*, *ff. hoc tit.* idem Dec. *n.* 6. & Barbos. *num.* 45. *in cap.* 1. *de rescript.* Vnde sicut legibus generalibus persequentes speciales derogatur, ita & è conuerso, *l. sed* & 28. *ff. de legib.* docet gloss. *in l. sciendum, ff. qui satisd. cog.* cum aliis, quas communiter recipi testatur Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 24. *n.* 93. Sic etiam legi specialiter concedenti.

SVMMARIVM.

1 *Plus & minus multipliciter consideratur.*
2 *Plus in quantitate necessariò, & naturaliter continet id quod est minus, sicut & totum suas partes.*
3 *Intellige regulam procedere ex ipsa rei natura, non verò ex iuris interpretatione, item & in omni casu & in quacunque materia.*
4 *Dispositio concepta super summa, vel quantitate maiori, verificatur etiam in minori per se declarando vt num.* 6.
5 *Dispositio non verificatur nisi secundùm verba, vel mentem disponentis.*
6 *Declaratur l. in eo quòd plus* 111. *ff. hoc tit.*
7 *Declaratur l. si decem* 54. *in princ. ff. locati.*

REGVLA XXXV.

Plus semper in se continet quod est minus.

DEsumitur ex *l. in eo quod plus* 111. *ff. hoc tit.* cum aliis *hic* citatis à gloss. ad cuius veram intelligentiam præmittendum est plus & minus, quòd attinet ad hanc materiam multipliciter considerari, aliquando in quantitate, vt in maiori summa, mensura, vel pondere respectu minoris, de quo *hic*, & *in l.* 1. *§. si stipulanti*, *ff. de verb. obligat.* Aliquando in toto, & suis partibus, vt *in reg. in toto*, *infra eod.* cuiusmodi est domus, & partes respectu illius *eũ qui ædes* 23. *ff. de vsucap.* Aliquando in genere respectu specierum *l. si chorus* 87. *in princip. ff. de delegat.* 3. Aliquando tandem in qualitate, vt in obligatione pura, vel in diem respectu conditionalis, iuxta text. *in §. fideiussores*, ibi, *plus, Institut. de fideiussoribus*, tradit gl. *in § præterea Institut. de inutil. stip.* Vel etiam per comparationem duobus inter se comparatis, alterum plus, id est, maius, alterum verò minus apparet, vt *in reg. cui licet, inf. eod.* quæ omnia colligũtur ex traditis *in l. eum qui* & per Dec. & Cagnol. *in l. in toto* & *pars. ff. hoc tit.* gloss. *hic ad fin.* Mench. *de successiõn.* §. 13. *n.* 109. Euerar. *loco.* 8. *fol.* 49. *cum seqq.* vbi latè explicat, quo pacto procedit argumentum *d. l. in toto*; in hac vero regula tantùm agitur de eo, quod est plus quantitate, vel toto, quia in his tantùm, & non in aliis, plus semper continet sub se quod est minus. 1

Quibus præhabitis colligitur conclusio indubitabilis. Plus in quantitate necessariò, & naturaliter continet id, quod est minus, sicut & totum suas partes; idque patet omnino, quia impossibile est plus quantitatiuum, vel totum aliquod consistere, vel considerari absque eo quòd est minus, vel sine aliqua parte totius tradunt Card Tusch. *tom.* 7. *lib.* 8. *concl.* 885. 2

Vnde constat hanc regulam procedere ex ipsa rei natura, non verò ex iuris interpretatione, vt satis denotat verbum, *continet*, & text. *in d. l. in eo*, *verbo inest* resoluit Ias. *l.* 1. *§. si stipulanti num.* 4. vbi Alciat. *n.* 13. & communis ex Grot. *num.* 3. *ff. de verbor. oblig.* Dec. *in d. l. in eo num.* 2. Menoch. *de arbitrar. casu* 58. *num.* 6. quicquid contra communem intendat Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 5. *vers. in oppositum*, *ad fin.* Deinde constat regulam similiter procedere in omni casu, & in quacunque materia sine vlla exceptione, vt significat text tam *hic*, quàm *in d. l. in eo*, verbo *semper*. 3

quamuis vulgò Doctores *in d.§.si stipulanti*, vt per Iaſ. *ibi à num.9.* Crot.*num.5.* & Dec.*vbi ſuprà n.5.*gloſſ. *hîc ad finem.* perperam plures rèferant limitationes. Non obſtat quòd genus dicitur plus reſpectu ſingularium ſpecierum, quæ ſunt minus, & tamen genus in multis caſibus non continet ſuas ſpecies, vt *ſuprà* tetigi, quia reſpondetur ſi aduertas plus continere quòd eſt minus, ſicut & totum ſuas partes neceſſariò, & actualiter, vt in hac regula cum ſimilibus, genus verò comprehendit ſpecies habitu tantùm vnde ad deſtructionem vnius partis, vel membri contenti in toto, vel in eo quod eſt plus, deſtruitur totum ipſum, vel plus, *d.l.eum qui ædes ff.de vſucap.*ibi, *ſeparatis*, quod ſecus eſt ingenere ad deſtructionem ſpeciei, vt ex Agricola, & aliis hanc & alias differentias annotauit Euerard. *in topicis loco 6.ad fin.*

4 Quapropter diſpoſitio concepta ſuper ſummæ, vel quantitate maiori, verificatur etiam in minori per ſe, itavt ſuper ea diſponens tamen ſit contentus, id quod pro regula firmant Doctores, per text.*hic, & in l.1.§. ſtipulanti, ff.de verbor.oblig.* vbi Iaſ.*n.*8.Alciat. Crot. & nouiores *in l.debet cui,hoc tit.poſt princip.* omnes
5 *in l.eo quod plus,eod tit.*Bernard.*reg.* 718. Verù obſtat maximè quia diſpoſitio nõ verificatur niſi ſecundùm verba vel mentem diſponentis, *l.ſi ancillas 66. & l.ab omnibus,*105 *ff.de legat.*1.latè Tiraq.*in l.ſi vnquã.verbo Libertis n.*53.*C.de reuoc.donation.* Verba autem, quæ maiorem quantitatem ſignificant, vt putà viginti, non verificantur in decem tantùm, ſicut etiam nec mens, quæ (vt verbis colligitur, dum aliud non apparet, *l.non aliter* 63.*ff.de ſeg.*3.) ad integram ſummam, non verò ad partem aliquam per ſe attendit *l. Lucius §.tutor.ff. de vſuris.* Igitur, &c. Accedit quòd ſtipulatio omnis in qua aliquis ex contrahentibus expreſſit maiorem ſummam niſi aliud conſtet, non valet etiam in minori *§.præterea, Inſtit.de inutilib.* Vrgent text.*in l.diligenter verſ.nẽ ff.mandati, ſi decem* 54.*in 1.caſu, ff.locati.* Quare verius videtur regulam eſſe conſtituendam negatiuam, vt ſcilicet diſpoſitio ſuper maiori quantitate non verificetur in minori per ſe ſolam, nec diſponens ea tantùm ſit contentus, iuxta ſupradicta, niſi veroſimiliter aliud appareat de mente illius, cui ſtandum eſt, *d.l.non aliter*, & in hoc caſu procedũt text.*in l. qui quartã* 25. *in princip. ff.de legat.*1.*l.quotiens.9.§.1 ff.de hered.inſtit.l.ſi decem in 2.caſu ff.locati*
6 cum aliis, quæ pro communi citantur. Nec obſtat hæc reg. & *d.l.in eo*, quia ſolùm probant in eo quod eſt plus contineri minus, non quidem per ſe ſolùm, ſed velut mẽbrum & partem ad integrandum ipſum plus, vt patet, & intendit text.*in dd.in eo, & in d.§.ſtipulanti*, ibi, *& minus ineſt*, quaſi aliud etiam inſit, ſcilicet id quod deficit ad integrandum plus, vt aduertunt Dec.*num.*45. *& 9.ibi* Cagnol *in d.l.in eo*, Dec.*in l.nemo poteſt num.4.ff hoc tit.* Alciat.*num.*11. *in d.§.ſi ſtipulanti*, & ita hæc regula tantùm euincit eum, qui conſentit in maiori quantitate, conſentire etiam in minori, eo modo, quo hæc ſub illa continetur, id eſt. tanquam in parte illius, quod nemo negat, non verò euincit conſentire in minori per ſe, de quo eſt dubitatio. Cætera de matèria & intellectu *d.§. ſi ſtipulanti*, vide per Anton. Gom.*var. tom.*1.*c.*9. *num.*4. Mench. *de ſucceſſionib.§.*10 *n.*142.*cum ſeqq.*

7 Nec obſtat *d. l.ſi decem* 54.*in princip.ff.locati*, vbi diſpoſitio concepta ſuper maiori ſumma nõ verificatur in minori, quia communis reſpondit propterea diſpoſitionem conceptam ſuper maiori ſumma non verificari in minori; quia agitur de cauſa onerosa, in qua nõ procedit principium illud, ſed tantùm in cauſa lucratiua. ita Bart.*in d.l.ſtipulantis*, Anton.Gom.*d. c.9. num.*4. Conan.*comment.lib.*7. *cap.*11 *n.*4. Coſta *lib.1.ſelectar c.2. num.1.* Verùm. hinc intellectus coniungitur ex eadẽ *l.ſi decem, in 2. caſu*, vbi probatur maiorem ſummam prolatam à conductore verificari in minori per ſe. Quare reiecto prædicto Bart. & ſequacium intellectu conſidero depoſitionem conceptam ſuper maiori ſumma non verificari in minori, niſi appareat veriſimiliter diſponentem intendiſſe quamcũque ſummam cõtentam ſub maiori, cùm verò primò caſu dictæ *l. ſi decẽ* maior ſumma proferatur à petente, ſcilicet à domino rei locatæ, ideò non videtur conſentire in minori ſumma, quia eſt ei præiudiciale: attamen in ſecundo caſu maior ſmma profertur à promittente, ſcilicet cõductore, & ideo in minori cõſenſiſſe videtur: nam veriſimiliter præſumitur conductorem, qui in maiori ſumma conſentit, à fortiori conſentire in minori, ſi intelligeret locatorẽ minus velle locare, quia per hoc fit melior conditio ipſius.

REGVLA XXXVI.

Pro poſſeſſore habetur qui dolo deſiit poſſidere.

DEſumitur ex *l.qui dolo deſierit, l.non parẽ eſſe, l ad ea §.ſemper ff.hoc tit.* & ex aliis iuribus in gloſſ. 1
citatis, iunctis adductis per Menoch. *remed 1 adipiſc. poſſeſſ.num.65.cum ſequentib.* Maſcard.*de probat.concluſ.*532. *num.*100. & meipſum *in tract. Axiom.iuris vſufreq.Axiom.*182.*num.*5.

SVMMARIVM.

1 *Vtile non debet per inutile vitiari, in diuiduis & ſeparabilibus ſcilicet, ſecus in indiuiduis.*
2 *Teſtis in aliqua teſtimonij parte falſum dicens, in nulla fidem habet & totum corruit teſtimonium,*
3 *Fidei articulo vni non credens, in nullo retinet Fidem Catholicam.*
4 *Notarij fides & auctoritas vbi deficit, quia in aliqua parte inſtrumenti falſum dixit, totum corruit inſtrumentum.*
5 *Littera Apoſtol. habentes in aliqua parte vitium falſæ Grammatica, quare in totum corruant, oſtenditur.*
6 *Declaratur text.in* l. libertus 16.verſ. ſi quis plures de iure patron.

REGVLA. XXXII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

DEſumitur ex *l.§.ſed ſi mihi.ff.de verb.obligat.* cum 1
aliis, vt per gloſſ.*hic*, & per Rot.*deciſ.*299.*num.*6. impreſſa per Pacific. poſt ſuum tract. *de Saluiano interdicto*; vbi hoc format in ſpeciebus, & ſummis, contra quam tamen reg obſtant plura iura, vt per eandem gloſſ.*in præſenti, & in c.pura* 3.*quæſt.*9. vnde Doctores communiter aliam inſuper regulam contrariam adiiciunt, vt hæc negatiua in diuiduis, & ſeparabilibus, contraria affirmatiua in indiuiduis procedat, vt per gloſſ.*hic, & in c. vlt.in gloſſ. pen. de pœnit.hoc lib. gl.4.in l.pecuniæ 9.ff.de vſuris*, communis, vt per Anch. *conſ.*215.*n.*5. *& ſeq. verſ. ſeptimò inducitur*, Alexand. *conſil.*38.*Conſideratis iis, colum. fin.l.*2. Ægid. Bellam. *conſ.*41.*n.*11.Tiraquel.*de retract. tit.*1. *ad fin.num.*74. *& tit.*2.*ad fin.num.*145.Molin.*de primog. lib.*1.*cap.*2. *num.*28. *verſ. vt autem*, Viſcon. *in concluſ. quæ incip. Vtile per inutile. fol.* 291. Petrus *ad Capyc. deciſ.*44. *verſ.vtile*, Cartar.*deciſ.*39.*n.*11.Gizzarel. *deciſ.*22.*n.*29. Surd. *de aliment.tit.*7.*q.*27.*n.*17.*& deciſ.*7.*n.*35.
Seraphin.

Seraphin.*decis.*483.*num.*8. Chald. Pereira *de empt. & vendit.cap* 32. *num.*36. Cæs. Argel.*de contradict. legit.* *q.*10.*num.*149.Rot.*decis.*135.*n.*9.*& decis.*552.*n.*20. *part.*1.*recent.& ibid. decis.*949.*num.*4. Card. Tusch. *litt.V.conclus.*373.*per tot.*cum alijs per me plenè citatis *in tract. Axiom. iuris vsufreq. verbo Axiom.* 231. Sic intelligentes text. *in l. Padius* 7. aliàs incip. *parui*, §.1 *ff. de arbitr. & in cap. cum super* 23. *de offic. deleg. & in c. ad probandum* 24. *de re iudic.* in quibus propterea vtile vitiatur, quia agitur de sententia, quæ est quid indiuiduum, *l. in hoc iudicio* 28. *ff. familiæ herciscund.* sicut propter eandem indiuisibilitatem in negotio electionis procedit text. *in cap. Messana* 56. *de elect.* & satis hanc differentiam inter diuidua & indiuidua vltra alia, quæ citat gloss. *hic*, probat Iurisconſ. *in l.*1.*vers. item quæritur*, ibi, *non posse diuidi*, iuncto, *versic. seq.* ibi, *pecora separari possunt*, *ff. de aqua quotidiana & æstiua.*

2 Non obstat quòd vbi testis in aliqua testimonij parte falsum dixit, in nulla fidem habet, & totum corruit testimonium, vt probat text. *in cap. pura*, ibi, *aliquid*, & ibi, *totum testimonium fidem partis mendacio decolorat.* 3.*q.*9. iuuat *cap. si ad scripturas* 9. *distinct.* resoluunt *gloss.*2. *in cap. quid ergo*, iuxta veram litteram, ibi, *vel testimonium* 23.*q.*5. *gloss.*1. *in princ.* ibi, *idem videtur*, *in c. in nostra* 32. *de testib.* recepta communiter *ibi*, *& alibi*, vt per Bald. *in l. si ex falsis, num. vlt. C. de transact.* Bernard. & addit. *reg.* 348. communis ex Tiraq. *de pœnis temper. cap.*44. *num.* 42. consonat do-
3 ctrina D. Thom. 2.2.*q* 5.*art.*3. secundùm quam non credens vni articulo Fidei, in nullo retinet Fidem Catholicam, quemadmodum etiam litteræ Apostolicæ ob vitium constructionis, & falsæ Grammaticæ in aliqua parte repertum in cæteris omnibus fidem, & auctoritatem non habent, quoad omnia alia etiam separata, quæ in eisdem litteris absque aliquo vitio continentur, vt colligitur ex text. *in c. ad audientiam* 11. *de rescript.* dum simpliciter, & absolutè non vult fidem huiusmodi litteris adhiberi, resoluunt Bald. & Felin. *ibid.* Rebuff. *in praxi benefic. in opposit, quæ possunt contra Bullam*, *n.*20. sicut etiam vbi deficiat auctoritas & fides notarij, quia in aliqua parte instrumenti falsum scripsit, totum corruit instrumentum, etiam quoad alias partes, & capitula separata, arg. *l.*2.
4 vbi gloss. *verbo libri, C. de veteri iure enucl. cap. quanto, vers. absentium, de his quæ fiunt à Prælat.* gloss. *in d. c. si ad scripturas, in fine, d. gloss.*2. *in d. c. quid ergo*, Bart. *in d. l. si ex falsis*, vbi communis ex Padil. *n.*14. Bern. & add. *dictis locis.*

5 Non, inquam, hæc obstabunt, quia respondetur quòd cùm fides testimonij, & fides notarij sit omninò indiuisibilis, iuxta *d. cap. si ad scripturas, & d. cap. pura*, rectè fit vt falsitas in vna parte commissa, in totum reddat suspectum testimonium testis, & fidem notarij. Quod vero attinet ad litteras Apostolicas habentes in aliqua parte vitium falsæ Grammaticæ, vt in totum corruant, respondetur quòd ex illa insurgit vehemens quædam præsumptio per quam prædictæ litteræ non censentur à Sede Apost. emanasse, & ita absurdum erat, vt stante huiusmodi vitio quod aliquam partem litteræ Apostolicæ non censerentur, nec fidem facerent, iuxta *d. cap. ad audientiam*, & quoad alias & fidem facerent, & Apostolicæ censerentur.

6 Nec etiam obstat text. *in l. Libertus* 16. *versic. si quis plures, ff. de iure patron.* vbi alienatio plurium rerū in totum vitiatur, cùm tamen in aliquibus rebus potuisset valere, sufficiebat námque reuocare illas res per quas libertus minor centenario non maneret, quia respondetur ideo ibi vtile per inutile vitiari, quia cùm plurium rerum simul alienatio facta fuerit, non apparet cur magis hæc, quàm illa debeat reuocari, & ita non constat de parte vtili, quæ manere debeat, & suadetur ex *vers. si quis planè, infrà proximè*, vbi diuersum ius constituitur eo casu, quo plures res diuersis temporalibus alienantur, quia tunc de vtili constare poterit, quam resolutionem colliges eò las. *num.*7. Alciat. 36. *in l.* §. *sed si mihi. ff. de verb. obligat.* Alex. *in l. stipulatio hoc modo, num.*21. *ff. eod. tit.* Gom. *l.*69. *Tauri*, *n.*21.

SVMMARIVM.

1 *Approbare quis non potest quod semel reprobauit.*
2 *Approbatum semel non potest ampliùs reprobari.*
3 *Approbare & improbare potest quis diuersis respectibus.*

REGVLA XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.

HInc prouenit vt quis approbare non possit, quod 1
semel impugnauit, sicuti per *l. dispensatorem. ff. de solutionib.* tradunt Menoch. *cons.* 395. *num* 89. Surd. *cons.*157. *num.*10. *& cons.*196. *num.*2. *cum seqq. & cons.* 364. *num.* 27. Rot. *decis.*636. *num.* 8. apud. Farin. *p.*1. *recent.* Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 31. *n.*1.

Semel enim approbatum non potest ampliùs repro- 2
bari, *l. Pomponius, ff. de negot. gestis*, Surd. *cons.* 18. *n.* 2. *& cons.*351. *n.*41. *& decis.*132. *num.*4. Mantic. *decis.*274. *num.*2. *&* 3. Mar. Antonin. *var. resolut. l.*2. *resolut.* 30. *n.*25. Sanch. *de matrim. lib.*9. *disp* 6. *n.*9. Rot. *decis.*456. *n.*4. apud. Farin *p.*2. *recent.* Diuersis tamen respectibus potest quis approbare, & improbare, vt per Tiraquel. *de nobilit. c.*28, *n.*15. quem refert Cardin. Tusch. *tom.*3. *litt. E, concl.*54. *n.*6.

REGVLA XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

DEsumitur ex *l. oratio, ff. de sponsalib. l. pupillus, §.* 1
sed si per interpositam, ff. de auctorit. tutor. l. cos, in fin. C. de vsuris, l. legem in fin. C. de naturalib. liber. l. fin. C. de rebus alien. non alien. cap præterea, de offic. deleg. tradunt gloss. *verbo contrahere, in Clem.*1. *de consang. & affin.* Dec. *consil.*502. *num.*3. Vital. de Cambanis *in tract. claus. pag. mihi* 293, *n.*22. Surd. *cons.*301. *n.*74. latè Mascard. *de probat. concl.* 102. *per tot.* vbi diuersimodè limitat, & principaliter quando actus non esset perpetuò prohibitus, Franc. Galet *in margarita casuum conscientiæ, verbo prohibere*, Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part.*1. *cap.*15. *num.*20. Ego ipse *in tractat. Axiom. iuris vsufrequent. Axiom.* 193. *num.* 3.

Intellige in his per quæ necessariò peruenitur ad 2
rem prohibitam, non verò in illis, per quæ ad illam perueniri potest contingenter, aut possibiliter, iuxta tradita per Bart. *in l. ambitiosa, n.* 22. *ff. de decret. ab ord. facien. & in l.*2. *ad fin. ff. de iurisd. omn. iudic.* receptum communiter, vt ex Purpur. refert, & sequitur D. Barb. *in l.*1. *p.*3. *n.*57. *ff. soluto matrim.* Ego ipse *d. Axio.*193. *num.* 4.

REGVLA XL.

Pluralis locutio duorum numero est contenta.

1 DEsumitur ex *l. vbi numerus ff. de testib. & ex l. li-bertas, §. vlt. ff. de manum. testam. l. inter illa, §. fin. ff. de verb. obligat.* cum similibus, tradunt Oldrad. *consil. 215. Puncta breuia col. fin. n. 8. vers. deinde opponitur,* Ioan. de Imol. *cons. 101. num. 2.* Calderin. *cons. 438. in princ. aliàs 21. de iurepatron.* Euerard. *in topicis legalib. loco 54.* Mascard. *de probat. concl. 838. n. 12.* Escob. *de ratiocin. cap. 18. num. 43.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 109. n. 37.* Card. Tusch. *com. 2. litt. D. concl. 333. n. 1. & litt. P, concl. 367.* & latè Ego ipse *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. Axio. 179. à n. 1.* Fusar. *de substit. q. 358. n. 11.*

2 Pluralis tamen locutio verificatur in singulari quando est eadem ratio vnius, & multorum, vt per Rebuff *in l. non est sine liberis col. 3. vers. notandum est igitur, ff. de verb. sign.* Rustic. *ad l. cum auus, lib. 6. c. 7. num. 18. ff. de condit. & demonstr.* Steph. Grat. *discept. forens. cap. 621. num. 31. & cap. 741. num. 13.* vbi dicit quòd pluralitas resoluitur in singularitates quando concurrit mens contrahentis, & non sequitur absurdum, aut aliquid repugnans iuri naturali, aut Ciuili, iustitiæ, & æquitati.

REGVLA XLI.

Imputari non debet ei per quem non stat si non faciat quod per eum fuerat faciendum.

1 DEsumitur ex *c. vlt. de elect. & cap. quia diuersitate, de concess. præbendæ,* cum aliis citatis à gloss. *hic,* quæ etiam eleganter resoluit quòd quando culpa non est ordinata ad impedimentum, tunc ipsum impedimentum excusat etiamsi culpa impediti proueniat, at verò quando est ordinata, tunc non excusat, sequuntur Boui. *de prascr. statut. gl. 21. n. 92.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. q. 28. art. 6. n. 52.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de causis priuat. ob non solut. canon. limit. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
2 *Dispositio concedens aliquid principale, censetur etiam concedere id, quod accessoriè venit ad illud principale.*
3 *Sepultura concessa censetur concessa celebratio pro defunctis, & delatio mortui processionaliter,*
4 *Accessorium quando venit in necessariam consequentiam principalis, concesso principali censetur concessum accessorium, & alia sine quibus stare non potest.*
5 *Accessorium sequitur naturam sui principalis etiam in pœnalibus, correctoriis, & exorbitantibus.*
6 *Accessorium quamuis sit dignius ipso principali, sequitur ipsius naturam.*
7 *Ecclesia Parochialis si vniatur accessoriè beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficij simplicis assumit.*
8 *Ratio diuersa vbi militat accessorium non sequitur naturam sui principalis.*
9 *Accessorium non sequitur naturam sui principalis in actibus denotantibus translationem dominij.*
10 *Accessorium quando est arduum, & non fuit verosimiliter cogitatum à concedente, tunc illud non censetur concesso principali.*
11 *Principale illud dicitur quod per se stat, & in propria virtute subsistit.*
12 *Accessorium quot modis accipiatur, ostenditur, & qualiter interuenire possit in quacunque dispositione, n. 13.*
14 *Principale non regulatur secundum naturam accessorij.*
15 *Pignore remisso non censetur remissum debitum principale*
16 *Declaratur l. 2. ff. de pactis.*
17 *Declaratur regula de qua in præsenti.*
18 *Declaratur l. 2. C.* de licit pignor.
19 *Declaratur* auth. ex causa C. de liber. prær.
20 *Declaratur* cap. debitores, de iureiur.

REGVLA XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

DEsumitur ex *l. cùm principalis 139. & l. nihil dolo 172. vers. cum principalis, ff. hoc tit. l. etiam, C. de iure dot.* & ex aliis citatis à gloss. *hic,* tradunt gloss. *verbo neque in c. inter dilectos, de fide instr.* Soc. *reg. 5.* Put. *decis. 1. n. 2. lib. 1. in vtraque edit.* Menoch. *cons. 58. num. 43. cum seq.* Ias. *in l. eius qui §. quas, num. 3 ff. si certum petat.* Afflict. *lib. 3. constit. rubr. 5. à num. 40.* Mant. *dialog. 93.* Hippol. *in l. penult. à n. 67. ff. de quæst. & in pract. §. 2. à num. 3.* Tiraq. *de constituto p 3. limit. 7. à num. 24. & de retractu tit. 1. §. 2. gloss. 18. à n. 51.* Cou. *in cap. quamuis pactum part. 2. §. 3. num. 2. vers. tertiò.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8. cum seqq. & decis. 88. num. 10.* Picard. *ad §. si quis alium, num. 32. instit. de inutilib. stipulat.* Franc. Leo. *in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 16. n. 70.* Anton. Monach. *Bononien. decis. 27. n. 4. & decis. 28. num. 56.* Mar. Ant. *var. resol. lib. 1. resol. 72. num. 6.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. A, concl. 76.* Ego ipse *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 4.* vbi plura colligo notabilia, Rot. *decis. 97. n. 2.* apud Farin. *p. 2. recent.* 1

Dispositio igitur concedens aliquid principale censetur etiam concedere id, quod accessoriè venit ad illud principale, *cap. ad prudentiam, §. si verò, de offic. deleg.* vbi notant Doctores quòd delegata causa principali censentur etiam delegata omnia necessaria ad causam, quem text. ad id notauit Alberic. *ad l. cum principalis, ff. de reg. iuris,* & aduertit Euerad. *in loco à concessione antecedentis ad concessionem consequentis, post. n. 2.* Aym. *de antiq. tempor. p. 4. in princ. n. 67.* vbi propterea subdit quòd consuetudo, seu præscriptio etiã quòd sit stricti iuris, & de sui natura non extendenda, extenditur tamen ad accessoria, & præscribens fundum censetur etiam præscribere seruitutem fundo competentem. Hinc etiam concessa sepultura censetur concessa celebratio pro defunctis. Federic. de Senis *cons. 186. in princ.* & delatio mortui processionaliter. Oldrad. *cons. 225. n. 14. in fin. vers. vltimò videtur.* Card. Tusch. *d. litt. A, concl. 77. n. 9. & 10.* 2 3

Hinc etiam quando accessorium venit in necessariam consequentiam principalis, concesso principali, censetur concessum accessorium, & alia sine quibus stare non potest, *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* Feder. de Senis *cons. 163. in princ. vers. in contrarium, & cons. 176. in prin.* Aymon. *de part. 4. in princ. num. 64. cum seqq.* Villag. *in tract. de extensione legum rubr. de extens. legis correctoriæ, num. 17. in 9. fallent.* Card. Tusch. *d. litt. A. concl. 77. n. 1.* 4

Amplia primò hanc regulam vt procedat etiam in pœna 5

pœnalibus, correctorijs, & exorbitantibus, vt per Aym. *d.p.4.§. Videamus modo num.*37. Nicol. Euerard. *in loco a ratione legis larga, num.*35. Villagut. *d. rubr. de extens. legis correctoria, & pœnalis simul, num.* 266. *cum sequenti.*

6 Amplia secundò vt procedat etiamsi accessorium sit dignius quàm principale, Roman. *cons.* 330. *Circa primum, n.*13. *in fin. vbi Apostil. in verbo dignius*, Card. Tusch. *d. concl.*76. *n.*26. D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §. *fin. num.* 21. *ff. de iudic.* Et ideo ea, quæ habent diuersam naturam si annectantur accessoriè alteri rei diuersæ, tunc res annexa antequam accessoria perdit suam naturam, & recipit naturam principalis, cui fit
7 annexio, Roman. *d. cons.* 330. *n.*14. putà si Parrochialis Ecclesia vniatur accessoriè beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficij simplicis assumit, ex Nauar. *consil.* 10. *num.*3. *de maiorit. & obed. in nouis*, Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.*6. *cap.* 28. *quæst.* 20. *in fin.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *c.*5. *n.*195.

8 Limita primò vbi militat diuersa ratio, & in separatis, Alexand. *cons.*4. *Circa primum, n.*5. *lib.*1. Thom. de Thomass. *in florib. legum. reg.*8. *in declar.* Brunor. à Sole *in locis com. verbo accessorium*, Card. Tusch. *lit. A, concl.*76. *num.*39. *& concl.*79. *num* 4. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 12. *num.* 122 Vt quia in principali tractatur de damno, & in accessorio de lucro, Crauet. *in quæst. de indemnis, mul. n.*47. Menoch. *cons.*58. *in fin. vers. ita etiam non refragetur*, Card. Tusch. *d. concl.* 76. *n.*34.

9 Limita secundò in actibus denotantibus translationem dominij, quando omnino non cohæret principali, sed ab eo est diuisibile, Oldrad. *cons.*121. *num.*9. *vers. quartò in actibus*, Cardin. Tusch. *d. lit. A, concl.* 79. *n.*2. vbi *n.*3. subdit idem esse in adiacentiis ad ipsum principale, quia non censentur translatæ, nisi de illis sit dictum, & citat *l. si quoniam, C. de bonis vacant.* Oldrad. *cons.* 121. *num.* 11. *vers. sextò videtur expressum.*

10 Limita tertiò quando illud quod dicitur accessorium, est arduum, & non fuit verisimiliter cogitatum à concedente, quia tunc accessoria non censentur concessa concesso principali, Federic. de Senis *cons.* 191. *num.*3. *vers. & si opponatur* quem refert Cardin. Tusch. *d. litt. A, concl.*79. *n.*3.

11 Verùm quia obstant contra hanc reg. plura iura, quæ in contrarium solent per Doctores adduci, ideo pro eorum solutione, & totius materiæ cognitione præmittendum est primò quod licèt principale tam apud bonos Auctores quàm in iure nostro multipliciter accipiatur, vt per Bart. *in l. ambitiosa, num.* 19. *ff. de decret. ab ordin. facien.* Tiraq *de iure primog. q.* 12. *in princ.* tamen in hac materia dicitur principale illud quod per se stat, & in propria virtute subsistit; accessorium verò multipliciter quoque accipitur, vt per Bald. & Præpos. *in cap. dilectus, in princip. de appellat.* Anchar. *in præsenti, num.*1. Mant *d. dial.*93. *versic. longum*, sed in hac materia nihil aliud est quàm id, quod pendet à principali, & per se non subsistit, sed alteri inest, & accedit, sicut apud Philosophos accidens adhæret subiecto, colliguntur hæc ex *c. super gratia, de*
12 *offic. deleg. hoc lib.* Hoc autem accessorium quatuor modis potest accipi, primo modo dicitur id, quod ita rei prodest, vt sine eo res vel nulla, vel inutilis reddatur, *d. c. si super gratia*, *text. in l. cum fundus* 21. *ff. de fund. instr. ibi, paucis exceptis*, quasi dicat exceptis paucis sine quibus fundus maneret inutilis, quæ cùm accessoriæ sint, fundo legato cedunt. Secundo modo dicitur accessorium id, quod alicui rei inest, ita vt sit portio, vel pars illius text. opt. *in l. etsi non sunt* 21. §. *prænenianus. ff. de auro & arg. leg. d. l. cum fundus*, ibi, *& quæcunque infixa, & e. l. in rem.* 24. §. 1. *&* 2. *ff. de rei vendic.* Tertio modo dicitur accessorium, quod vel ex natura rei, vel legis dispositione, aut tuente partium ita aliquid concomitatur, vt semper illud sequatur, *l. hæres meus* 98. §. *pen.* §. *liberorum* 50. §. *chartis ad fin. ff. de legat.*3. Quarto tandem modo dicitur accessorium id, quod pendet ex aliqua re immediatè tanquam effectus à causa, talis enim effectus suæ causæ inesse videtur, secus si non immediatè dependeat, text. sic intelligendus *in l. verum* 40. *ff. de furtis.* Intellige autem per naturam in hac reg. sumi vim, conditionem, & qualitatem rei, vt notat Brisson. *verbo natura.*

Secundò præmittendum est accessorium duplici- 13
ter posse in quacunque dispositione interuenire, vel tanquam tale verè & propriè, scilicet aliqua ex modis, de quibus præludio præced. vel non tanquam tale, id est, quod licèt vt accessorium constitui videatur, & illius figuram habeat, verè tamen, & propriè est principale, & per se subsistit in sua propria virtute, prout in specie *cap. debitores, de iusiur.* vbi iuramentum de soluendis vsuris accedens illarum promissioni non vt accessorium, sed vt principale iudicatur, vt infrà ostendetur, iuxta quem etiam sensum accipienda est *l. ex placito, C. de rerum permutat.* vbi simuliter stipulatio per se subsistit, licèt figuram accessorij habere videatur. Inter vtrumque accessorij genus illa est differentia, quod prius sui principalis naturam & conditionem sequi debet, cùm per se non possit subsistere, iuuat illud Philosophicum maxioma *propter quod vnumquodque tale, & illud magis, auth. multo magis, C. de sacros. Eccles. Clem.* 1. *in princ. de reliq. & ven. Sanctor.* posterius autem non ita, cùm tanquam principale consideretur, ac per consequens propria virtute nitatur, iuxta supradicta.

Tertiò, & vltimò præmittendum est quòd licèt ma- 14
ximè congruum, & conueniens sit vt accessorium principalis naturam sequatur, secus tamen è conuerso, quia non conuenit principali regulari secundùm naturam accessorij; quod cùm sit accidens, potest adesse, & abesse sine principalis corruptione. Hinc fit quòd quemadmodum ex accessorio legitimo principale vitiosum non sustinetur, *l. ex pupillari* 44. vbi Ias. *ff. de vulgari*, sic per contrarium nec ex accessario vitioso principale legitimum vitiatur, *l. fundi* 8. *ff. qui-*
bus modis vsufr. q. amit. quicquid *gloss. vlt.* vbi rationem 15
Iurisconsulti non percipiat. Fit item quòd remissio pignore non censetur remissum debitum principale, iuxta *l.*3. *ff. de pactis*, *l. seruo* 25. *C. de pignor.* sequuntur citati à Negusant. *de pignorib. part.* 6. *memb.*3. *an.*9. Conan. *lib* 4. *comment. cap.*13. cuius ratio patet ex supradictis, cùm enim pignus sit accessio inducta ad securitatem debiti principalis, *l. in omnibus* 43 *ff. de solut.* rectè fit, quòd eo remisso, vel extincto, non re-
mittatur, vel extinguatur debitum principale. Non 16
obstat text. *in l.*2. *ff. de pactis*, cum aliis, quibus habetur quòd si creditor reddat debitori instrumentum debiti, videtur debitum remisisse, quia respondetur diuersam esse rationem in vno ac in alio casu, nam in instrumento debiti ipsum debitum continetur, & ideo eius traditio remissionem præseferre videtur, iuuat *l.*1. *C. de donat.* vbi traditio instrumenti, traditionem importat eius, quod in instrumento continetur. latè Gom *l.*45. *Tauri, num.*59. at verò pignus non ipsum debitum, sed tantùm debiti accessionem continet sicut & fideiussio, iuxta *d. l. in omnibus*, ac proinde reddito pignore debitum non censetur remissum sicut nec liberato fideiussore, *l. fideiussoris* 34 *ff. de pactis*, facit quòd in dubio donatio non præsumitur vbi

alia

alia interpretatio commodè fieri potest. *l. cùm de indebito ff. de probat.* constat autem pignoris redditionem posse debitori vtilitatem afferre, scilicet vsum ipsius pignoris, ex redditione autem chirographi nulla vtilitas potest debitori resultare, & ita fit ex remissione pignoris debitum principale non censeri remissum, iuxta *d. l. 3* quia non congruit vt principale sequatur naturam accessorij, iuxta supradicta.

17 Ex quibus patet vera ad nostram reg. intelligentia vt procedat in quocunque accessorio, quandiu tale verè & propriè permanet, non autem in eo, quod licèt illius figuram habere videatur, verè tamen non est; insuper nostra regula non procedit è conuerso, non enim conuenit principale secundùm naturam accessorij regulari, qui intellectus quoad omnia membra euidenter deducitur ex præmissis, & ita in effectu hanc regulam interpretantur plures ex Doctoribus in principio citati.

18 Non obstat *l. 2. C. de luit. pignor.* dum probat sublata actione personali, & ita extincto debito principali pignus stare posse, cùm illud ad prædictum debitum sit accessorium, iuxta *l. in omnibus 43. ff. de solution.* ac per consequens illius naturam sequi debebat, iuxta regulam *in præsenti.* Omissis namque pluribus, quæ ad ius intellectum cumulant Alex. *in l. debitor num. 59. ff. ad Trebel.* Fab. *in d. l. cùm principalis, in fine*, Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 1. glos. 2. n. 41.* Sarmien. *lib. 2. select. cap. 9* Padil. *in l 3. num. 34. cum seqq. C. de fideicomm.* Balb. *de præscript. 4. par. quarta q. 3.* quorum nonnulli illum tex. exemplificant cum *glos. fin. ibi vers. tu dic*, quando videlicet actio personalis extinguitur præscriptione 30. annorum, tunc enim adhuc durat hypothecaria per decem annos sequens, quia scilicet non minus quàm 40. annis illa extinguitur, iuxta *l. cùm notissimi §. 1. C. de præscript. 30.* quod quidé exemplum licèt in se verissimum sit, quippe quòd expressè probatur ibi, nihilominus dicendum videtur text. *in d. l. 2.* non potuisse habere respectum ad constitutionem *d. l. cùm notissimi*, quia ille text. *in d. l. 2.* fuit conditus à Gordiano Imp qui regnauit anno Dom. circiter 240. at verò hic text. *in d. l. cum notissimi*, fuit conditus à Iustino, Arcadio, & aliis Imper. qui regnàuerunt multò pòst, scilicet post annum Domini circa ter 400. vt notat glos. *in l. qui occiderit 30. ff. ad leg. Aquil.* Respondetur igitur iuxta ea, quæ tradunt glos. & Bart. *in l. debitor ff. ad Trebel. & in l. fideiussor in princ. ff. de fideiuss.* Alex. *cons. 47. n. 5. lib. 3.* Imperatorem *in d. l. 2.* habuisse respectum *ad l. 1. eod. & ad l. 1. & 2. infr. tit. proximo, si vnus ex pluribus hæredibus*, &c. quibus iuribus probatur quòd si debitor hypothecarius decedat duobus hæredibus relictis, & vnus ex iis debitum pro sua parte soluat, liberatur ab obligatione personali, qua tenebatur creditori, cùm illa inter hæredes debitoris pro portionibus hæreditariis sit diuersa, 1. *C. si certum pet.* & tamen vinculum pignoris, quod erat obligatum creditori, adhuc durat etiam pro parte illius hæredis soluentis, quia scilicet pignus indiuiduum permanet vsque ad totam debiti solutionem, iuxta text. *in l. in executione §. pen. ff. de verb. oblig.* & ideo meritò inquit text. *in d. l. 2.* actione personali remota pro parte alicuius hæredis soluentis adhuc durare vincula pignoris, quia videlicet est indiuiduum, neque soluitur nisi toto debito soluto, iuxta *d. l. 1. C. de luit. pign.*

19 Nec etiam obstat *auth. ex causa §. cætera C. de liber. præter.* dum probat quòd si testamentum ex causa præteritionis, vel exhæredationis filij irritum fiat; non proinde inualida erunt legata, fideicommissa, libertates tutorum dationes, & cætera testamenti capitula, respondetur enim ideo prædicta deberi à venientibus ab intestato, quia ab ipsa lege grauati censentur, sequuta in hoc præsumptam patris voluntatem, idque ex noua Imperatoris decisione, qui irrito testamento voluit vt legata deberentur, cuius constitutionis ea potuit esse ratio, nam cùm filius præteritus, vel exhæredationis solùm agat ad impugnandam hæredis scripti institutionem in eo, quod sibi præiudicium, & iniuriam inferebat, & ita solùm intendat reponi in eum statum, quem remota tali præteritione, vel exhæredatione habuisset, meritò testamentum fit irritum quoad institutionem in eo, quod sibi nocet, non autem quoad legata, libertates, & cætera testamenti capitula, propter quæ nec damnum, nec iniuriam patitur cùm parens relicta debita portione posset de cæteris bonis ad libitum disponere, & ita limitata causa limitatum producet effectum, *l. in agris 16. ff. de acquir. rerum domin.*

Nec denique obstat *cap. debitores, de iureiur.* dum 20
probat vsurarum promissionem nullius esse momenti, & iuramentum de illis soluendis obligare ipsum iurantem ad illarum solutionem, quia omissa responsione quòd hæc reg. non procedat in iuramentis accessoriis, quia iuramenta valent, licèt non teneat principale propter diuersam vtriusque rationem, meliùs respondetur hanc reg. non habere locum in iis, quæ licèt habeant figuram accessorij, verè tamen sunt principalia, quippe quæ nulli accedunt principali, sed per se subsistunt, vt docent Cyn. *in l. eos numero 3. C. de vsur.* Salicet. *in l. 2. numero 7. C. de luit. pign.* Dec. *in d. l. cum principalis num. 10. & seq. ff. hoc tit.* vnde cùm in specie *d. c. debitores*, promissio vsurarum sit nulla, & per consequens nullum detur principale, cui possit accedere iuramentum, quippe quod & principale est, & per se subsistit, cùm in eius obseruantia nullum detur peccatum, meritò in hac specie cessat reg. *in præsenti*, vt post Fortun. quem refert, resoluit Cou. *in c. quamuis pactum p. 2. §. 3. n. 2. vers. tertio*, & iuxta hunc sensum procedit similiter *l. ex placito C. de rer. perm.* sicut etiam *l. stipulatio 37. §. alteri vers. planè ff. de verb. oblig.*

SVMMARIVM.

1 *Tacens consentire videtur.*

2 *Legi, vel simili dispositioni, in qua expressus consensus requiritur, non satisfit per illum, qui ex taciturnitate colligitur.*

3 *Iura plura referuntur in quibus ex sola taciturnitate, nisi aliud addatur, non præsumitur consensus.*

4 *Regulam hanc non affirmatiuè, vt hic, sed negatiuè esse concipiendam tenuerunt aliqui.*

5 *Tacens quod regulariter non consentiat si agatur de amittendo rei propriæ dominio, tenuit* gloss. in cap. nòimic, de præsumpt.

6 *Tacens quòd consentire præsumatur in actibus, quos poterat contradicendo impedire, non ita in illis, qui eo inuito, & contradicente validè celebrantur, fuit communis DD. opinio.*

7 *Pignoris constitutio in re aliena absque domini consensu non valet.*

8 *Venditio rei pignori obligatæ si fiat præsente creditore, & tacente, consentire præsumitur in liberatione pignoris.*

9 *Præsens, & tacens quòd in fauorabilibus præsumatur consentire, non ita in præiudicialibus, tenuit communis Doctorum opinio, quæ confutatur, n. 10.*

11 *Tacens si ignoret actum fieri, nunquam censebitur consentire.*

12 *Consensus ferri non potest in illud, quod est omnino ignoratum.*

13 Tacens

13 *Tacens præsumitur consentire quando res hinc inde est æqualiter dubia, & legitima in contrarium non datur conIectura.*

14 *Tacens præsumitur consentire in sibi vtilibus, & in illis circa quæ dubium est an sint vtilia, an præiudicialia.*

15 *Sciens, & præsens si tacet ipsa taciturnitate ostendit proprium consensum, nisi legitima in contrarium detur conIectura, vel nutu, aut signo ostendat contradictionem.*

16 *Declaretur text. in* l. 2. C. si res aliena.

17 *Declaratur* l. filiusfam. 8. §. inuitus ff. de procurator.

18 *Declaratur* l. si filiusfam. 18. ff. ad Macedon.

19 *Declaratur* l. fideiuss. 26. §. patet ff. de pign.

20 *Declaratur. text. in* l. qui vas 49. vers. vetare ff. de furt.

21 *Declaratur text. in* l. inuitum 4. ff. de seruitut.

REGVLA. XLIII.

Qui tacet consentire videtur.

1 DEsumitur ex *l. 2. § voluntatem ff. soluto matrim. l. qui tacet.* vbi Dec. & Cagnol *ff. hoc tit. l. 2. C. de acquir. possess. l. si sine C. ad Velleian. l. si hypothecas C. de remiss. pignor cap. nonne, de præsumption.* cum similibus citatis à glos. *hic*, tradunt gl. *in l. quoniam*, vbi Bart. *ff. rem ratam hab.* glos. *in l. filiusfam. §. inuitus ff. de procuratoribus*, Gerard. *sing. 36.* Corset. *in sing. taciturnitas*, Caballin. *mill loq. 453.* Anton. Scapp. *de iure non scripto lib. 5. n. 101* Sebast. Medices *in tract. mors omnia soluit. part. 2. concl. 5. n. 21.* Ioseph Lud. *Perus. decis. 9. n. 22. cum sequentibus*, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. num. 20* Mascard. *de probation. concl.* 1218. Aloys Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect.* 1040. Mari. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 92. n. 6.* Ego ipse *in tract. Axiom iuris vsufreq. axiom* 217. .1.

2 Verùm obstat quòd vel consensus collectus ex taciturnitate est expressus vel præsumitur, vt constat à sufficienti partium enumeratione. Primum non dabis qui legi, vel simili dispositioni, in qua expressus consensus requiritur, non satisfit per illum, qui ex taciturnitate colligitur, vt videre licet in terminis *cap. statutum* 11. *§. in nullo, de re ... pt. lib. 6.* iuncta glos. *verbo expressus in l. 3.* vbi glos. *verbo probare ff. de auctorit. tut r. c. pen. de re iudic. lib. 6* & *ibi* glos. *... bo mandantibus*. Secundum si intelligas de consensu præsumptum videtur falsum, quia præsumptio fundatur in signis verosimilibus, planè in dubio non est verosimile quòd tacens in sibi præiudicialibus consentiat, arg. *l. cum de indebito 25. vers. qui enim. ff. de probation. cap. super hoc 5. de renun. ciat.* Vnde est quòd Doctores communiter in sibi nociuis regulam constituunt negatiuam. vt *infra* dicemus.

3 Rursus obstant plura iura citata à *glos. vlt. in d. cap. nonne*, in quibus ex sola taciturnitate, nisi aliud addatur, non præsumitur consensus, *l. 3. C. si res aliena, l. filiusfam. 8. in fine princip. ff. de procurator. l. si filiusfam absente 18. ff. ad Macedon. Clem. 1. vbi gloss. ... de procurator, l. fideiuss. 26. §. patet ff. de pignoribus, l. qui vas 49. vers. vetare ff. de furtis, l. in eo 45. vers. inuitum ff. de ritu nupt. l. inuitum 4. de seruitut. vrban. præd.* cum aliis citatis à gloss. *hic. & in d. l. qui tacet.*

4 Propter quorum aliqua nonnulli mole difficultatum succumbentes, opinantur regulam circa consensum ex taciturnitate collectum non affirmatiuè vt *hic*, sed negatiuè concipiendam esse ita ex aliis refert Abb. *in dicto cap. nonne, num. 1. vers. & sic*, Cyn. *in l. inuitus num. 7. C. de procurator. & in l. si sine C. ad. Velleian.* Socin. *reg.* 488. Sed loquuntur contra hanc regulam vbi expressè illa ponitur affirmatiuè.

Ideoquè *glos. vlt. in dicto cap. nonne*, intelligit quòd 5
se agitur de amittendo rei propriæ dominio tacens regulariter non consentiat, quasi in tacente tunc solùm præsumatur consensus quando rei suæ dominiũ non amittit; ratio est, quia in dubio nemo præsumendus est ita supinus, vt res suas quarum dominium multis fortasse laboribus comparauit, velit profundere, *d. l. cum de indebito. vers. qui enim, in cap. super hoc*. Sed confunditur per text. *in l. si seruus communis 39. ad fin. ff. de donation. inter virum*, vbi ex præsentia, & taciturnitate inducitur donatio pro parte dominij, quod dominus habet in seruo, & per text *in cap. si seruus sciente 54. distinct.* vbi agitur inter extraneos. de dominio serui amittendo, & tamen tacens habetur pro consentiente.

Quamobrem exploso primo intellectu dictæ *glos.* 6
vlt. in dicto cap. nonne, eadem gloss. in ... e s. vel me ius Abb. *dicto loco*, & alij statim citandi, qui rem altiùs tetigisse putarunt, distinguunt inter actus, quos tacens poterat contradicendo impedire, & inter illos, qui eo inuito, & contradicente validè celebrantur, vt in prioribus tacens consentire præsumatur, iuxta hanc regulam, & ita procedat *dicta l. 2. §. voluntatem ff. soluto matrim. d. l. cap. si seruus, 2 de iis, quæ fiunt a Prælat* cum similibus Non sic dicendum in posterioribus, v. g. in venditione, & legato rei alienæ, quorum vtrumque de re aliena validè fieri potuit, *l. rem alienam 28. ff de contrah. empt. § non solum Instit. de legat* & iis, ac similibus rectè procedere aiunt *l. ... 8. §. non videtur in princip. ff qu bus modis pignus l. Caius 39. ff. de pignorat. act.* Ratio differentiæ est, quia priores, vt supponimus, omnino pendent à consensu tacentis, ita vt liberum foret, ac facillimum contradicendo impedire, vnde si tacet imputet sibi si præsumatur consentire Iuuat maximè naturalis hominum propensio ad contradicendum illis, quæ fieri nolunt, quando negotium ab ipsorum libero pendet arbitrio, vt experientia docet, quæ ratio prorsus cessat in posterioribus, qui inuito & contradicente, & tacente fieri possunt & quos, licèt maximè vellet, nõ poterat contradicendo impedire. vt supponimus, ita obseruant, & distinguunt sic intelligentes hanc regulam cum concordantiis *suprà* citatis *dict. glos.* Abb. *num.* 1 Felin. *num.* 11. & communis *in dicto c. nonne gl. 3. in cap. 2. 29. dist. l. vlt. post med. in dicta l. Caius*, *gl. verbo non probatur, in vers item is eo, qui impedire non potest, in dicta l. filius .8 § inuitum*, Bart. *in l. qua dotis n. 22.* vbi Ias. *n. 76. ff. soluto matrimon.* communis ex Ias. *7. in l. si fundum per fideicommissum in princip. ff de legat. 1.* Tiraquel. *de retractu tit. 1. §. 1 glo. 9. n. 149.* omnes vt per Menoch. *consil. 11. n. 10* Surdus *decis. 294. n. 13. & decis. 302. n. 2.* Couar. *practi. cap 1. 5 vers tertio*, Gam. *Lusit. decis. 215. num. 6* communis vt per
D. Barbus. *in d. l quæ dotis num. 152. ff. solut. matrimon.* Stephan. Gratian. *discept forens. cap. 38. n. 21. & cap. 68. num. 16.* Chald. Pereira *de empt. cap. 39. num.* 81.

Verùm si exactè rem consideremus, adhuc communis non omni ex parte satisfacit, & plures contra 7
se patitur instantias, esto prima etenim pignoris constitutio est de illis actibus, quos dominus præsens poterat contradicendo impedire; patet quia in re aliena absque domini consensu non valet pignoris constitutio, *l. aliena res 20. ff. de pignorat. act. l. quæ prædium C. si aliena res pignori, l. si sine 5. in princ. C. ad Velleian.* Neguzan. *de pignor 2. p. 5. memb. 3. num* 4. & tamen licet dominus præsens sit ac taceat, non præsumitur consentire, nisi aliud addatur, de quo *in l 2.*
C. si

C. si aliena rei pignori, ibi, in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti, d. l. si sine, vers. quod si patientiam.

8 Altera sit instantia. Venditio rei pignori obligatæ, sicut & venditio rei alienæ, est actus qui à creditore, vel à domino prohiberi non potest, d. l. rem alienam. 8. & tamen si venditio fiat præsente creditore. & tacente, consentire præsumitur in liberatione pignoris, cùm ius pignoris remisisse censeatur, l. 2. C. de remiss. pig. l. si debitor 4. §. 1. ff. quibus modis pignus, Bart. qui rationem reddit, in l. qui Romæ §. duo fratres num. 5. ad fin. ff. de verb. oblig. D. Barbos. in d. l. qua dotis num. 151. agnoscimus enim circonstantiam illam quòd tacens possit actum contradicendo impedire, vel non possit, alicuius esse considerationis, non tamen sufficere, vt tacens consentire, vel dissentire præsumatur.

9 Quare Doctores magis communiter vulgò distinguunt vt in fauorabilibus præsens, & tacens præsumatur consentire, atque ita procedat hæc regula cum concordantiis, l. qui patitur 18. ff. mandati, l. si absentis 4. C. si certum pet. Bart. n. 21. ad fin. in d. l. qua dotis, & ibi Ias. n. 70. Abb. in c. non inniste n. 5. de procurat. glos. magna in fine in illud 17. C. de sacrosanct. Eccles. quam sic intellexit communis, vt per Cou. in rub. de testam. part. 3. n. 13. verb. verum, Mench. illustr. c. 62. à n. 8. Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. n. 76. Clar. §. donatio p. 14. n. 5. Cust. in l. si ex cautione fallent. 4. n. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 42. n. 11. & n. 24. & lib. 6. præs. 99. n. 11. Mascard. de probation. concl. 1158. num. 25. D. Barbos. in l. qua dotis num. 153. & 164. ff. soluto matrimon. Sanch. de matrimon. lib. 1. disp. 5. num. 5. Card. Tusch. pract. concl. tom. 8. litt. T. cõcl. 2. Ego ipse d. Axiom. 217. n. 2. In præiudicialibus verò non pro consentiente, sed pro dissentiente regulariter habeatur ita gloss. in tertio intellectu in reg. 43. qui tacet infra hoc tit. glos. 2. in cap. sicut 21. de elect. hoc lib. communis vt per Couar. practic. cap. 15. n. 5. vers. quinto deinde, Felin. in d. c. nónne num. 3. Philip. de fictionib. part. 4. cap. 3. Castr. lib. 1. de iuxta heret. punit. c. 4. Menoch. dicta præsumpt. 99. num. 53. Fachin. controuers. lib. 8. cap. 64. Surd. decis. 302. num. 3. & cons. 349. num. 4. Chald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 31. num. 11. & de empt. c. 33. n. 81. & seq. D. Barbos. in l. 2. §. vlt. à num. 6. ff. soluto matrim. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 38. num. 20. & cap. 68. num. 16. Sanch. d. disput. 5. num. 5. Benedict. Ægid. in repet. l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure tom. 1. c. 9. n. 81. Card. Tusch. d. lit. T. concl. 3. per tot. Ego ipse d. Axiom. 217. n. 3. per text. quem sic intelligunt in l. filiusfam. 8. §. inuitus ff. de procurat. l. qui vas 48. vers. vetare ff. de furtis, l. in eo 43. vers. inuitum. ff. de ritu nupt. l. inuitum 4. ff. de seruit. vrbanor. & argumento à speciali per text. in d. c. si seruus, d. c. 2. de iis, quæ fiunt à Prælat. Clem. sæpe, ad fin. ibi, non contradicentibus, de verborum signific. l. 4. §. vlt ff. de fideiussor. tutor. l. 1. §. 2. vers. cæterum ff. de exercitor. in quibus Felin. in d. cap. nónne num. 7. & Ias. d. loco num. 80. constituunt speciale esse vt in præiudicialibus tacens præsumatur consentire, quasi Regula in eisdem in contrarium sit statuenda.

10 Sed hæc vulgatis opinio quamuis magis communiter recepta, improbabilior est, & confutatur primò ex text. in d. cap. nonne, de præsumpt. vbi D. Gregorius regulam statuit affirmatiuam, ibi, tacendo consensit, nempe distinguit inter fauorabile, & præiudiciale, quinimo si ad originale recurratur, saltem ad nefandam, & impiam Pharisæorum intentionem secundùm sensum litteralem, deprehendetur agi, ibidem, de præiudicialibus. Deinde Bonifacius in hac nostra reg. indistinctè affirmat, tacentem videri consentire, planè si regula in solis vtilibus verificaretur, facillimum foret illud exprimere, quinimo cùm experientia doceat longè frequentiùs contingere præiudicialia quàm vtilia, oportebat potius regulam negatiuam concipere in præiudicialibus, quia frequentiora, arg. l. iura 3. & l. nam ad ea 5. cum multis ibidem ff. de legib. gloss. verbo placere, post princ. in c. alterius 4. de desp. impub. D. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. Igitur, &c. Deinde confutatur ex plerisque iuribus in quibus agitur de materia præiudiciali, & tamen tacens præsumitur consentire, bonus text. in d. l. 4. §. vltim. d. cap. si seruus, d. cap. 2. cum aliis citatis à glos. verbo non probatur in d. §. inuitum.

Idcircò vt Pontificium, & iurisconsultorum regulam tueamur retenta sermonis proprietate absque eo quòd suppleamus, vel restringamus, sciendum est primò quòd si tacens ignoret actum fieri, nunquam censebitur consentire. Ratio est, quia consensus ferri non potest illud, quod est omninò ignoratum, nec dicitur volitum nisi illud, quod vel aliquo modo scimus, vel scire tenemur, l. nihil. 117. in fine ff. hoc tit. notant Doctores in l. reg. 9. ff. de iuris & facti ignor. & in cap. turbatur §. notandum 1. q. 4. D. Thom. 1. 2. quest. 76. art. 2. ad 2. Castro lib. 2. de leg. pœnal. cap. 14. Cou. in reg. possess. part. 2. §. 7. num. 7. Card. Tusch. tom. 2. lit. C. concl. 754. magis in specie l. in eo 45. §. deinde ff. de ritu nupt. ibi, nec si ab ignorante diuerterit. 11 12

Secondò sciendũ est in dubio siue agatur de amittendo rei dominio, siue non, siue de vtilibus, aut præiudicialibus, & tandẽ siue actus validitas possit impediri per contradictionẽ, siue non, illum qui tacet præsumi consentire præsũptione de qua infra n. 15. dummodo tamen res hinc inde sit æqualiter dubia, & legitima in contrarium non detur coniectura, constat ex text. in d. c. nónne, secundum communem literam, ibi, tacendo consensit, & ex tex. in præsenti, si consideremus vtrobique solam taciturnitatem expendi, vt in dubio consensus ex illa præsumatur, l. 2. §. voluntatem, ibi, nisi euidenter contradicat videri consentire ff. soluto matrim. c. 2. ibi, sciente, de his, quæ fiunt à Prælat. vbi gl. 1. Doctores vtrobique nouiores, qui regulã agnoscunt, quamuis diuersos cogatur assignare intellectus, consonat d. c. si seruus, cum similibus suprà citatis. Iuuat ratio, etenim in dubio nulla proponitur coniectura impediens facultatem contradicendi, vt supponimus, & ideo facillimum foret vnicuique contradicendo ostendere proprium dissensum, & voluntatem, cùm ergo sit nobis omnibus natura insitum contradicere illis, quæ fieri nolumus nisi aliàs impediamus, sit consequens in dubio indistinctè præsumendum tacentem consensisse propter naturalem in nobis ad contradicendum propensionem: sic aliàs in dubio dum aliud non constat in nobis præsumuntur illa, ad quæ nos ducit naturalis propositio, l. isti quidem ff. de eo quod metus causa, c. 2. de præsumpt. sic in dubio nemo præsumitur velle suum patrimonium iactare, c. quia verisimile 10. eodem tit. l. cùm de indebito 25. ff. de probat. cap. super 5. de renunciat. Sic neque in iudicem suspectum in dubio quis consentire præsumitur, Clem. pastoralis §. cæterum. ibi, ac abhorret natura, de iudic. 13

Quibus primò consequens est & satis probabiliter hoc ipsum procedere in vtilibus respectu tacentis, d. l. qui patitur, d. l. si absens cum aliis, gloss. Bart. Ias. & nouiores citati supra num. 9. quibus addantur Couars. de iure ciuili p. 3. cap. 8. Clar. §. donatio q. 14. Mench. vsufrequent. cap. 23 num. 3. & illustr. cap. 64. num 3. & apud omnes in confesso est: iuuat maximè naturalis hominum inclinatio, quia sibi vtilia amplectuntur, d. cap. quia verisimile. 14

Secundò consequens est illum, qui tacet, etiam præsumi consentire in illis circa quæ dubium est an

sint

sint vtilia, an præiudicialia, l. item quæritur 14. §. qui impleri, ff. locati, l. in adoptionibus 5. ff. de adoptionibus, l. si vt proponis, C. de nupt. c. 1. §. vlt. de desponsat. impub. lib. 6. cum iis, quæ Tiraquel. de nobilit. c. 6. num. 31. Sot. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. Couar. de sponsalib. part. 2. c. 4. num. 4. Anton. Gom. tom. 2. variar. c. 3. num. 16. Gam. Lusit. decis. 57. num. 4. Iuuat maximè d. §. voluntatem, vbi habetur familiam tacentem videri consentire, nisi euidenter contradicat, planè quando dubium an res sit vtilis, vel præiudicialis nisi aliud addatur, non proponitur euidens contradictio, vt patet. Igitur, &c. Tertiò consequens est quòd licèt materia sit merè præiudicialis, adhuc tacens præsumitur, dummodò in contrarium nulla detur fortior coniectura, l. 4. §. vlt. ff. de fideiussorib. tutor.

15 Tertiò sciendum est illum, qui sciens, & præsens tacet, ipsa taciturnitate ostendere proprium consensum, nisi legitima in contrarium detur coniectura, arg. cap. vlt. 23. q. 3. cum suprà adductis; ratio est quia qui tacet cùm posset dissentire ipsa taciturnitate, ostendit se simul sentire, vt suprà probauimus, idque ex verosimili iuris præsumptione, quam satis significat verbum, videtur, de quo in d. reg. qui tacet, quod sanè vtplurimum ad præsumptionem refertur, l. sciendum 30. vbi gl. ff. de verb. oblig. cap. quod quis mandato, sup. hoc eod. tit. consonat maximè dicta l. qui patitur, ibi, intelligitur, id est, presumitur, gl. verbo intelligitur, id est, præsumitur, & verbo intellige, id est præsume, in c. ex studiis 3. de præsumpt. & ideo data in contrarium legitima, fortiorique coniectura cessabit, arg. c. litteras 14. c. licèt causam, de probat. Vnde est quòd si nutu, vel alio signo ostendat contradictionem, cessabit omnino præsumptio, quia nutu, vel gestu contraria voluntas ostenditur, l. si tamen 48. §. et qui, ff. de ædilit. edicto, l. Paulus respondit 5. in princ. ff. rem ratam haberi, l. reprehenda 5. in princ. C. de instituт. & substitut. gloss. 1. & 2. in cap. 1. 74. dist. post. Roman. quem citat Felin. in d. cap. nonne, num. 20. ex quibus colligitur consensum in proposito non fictum, sed præsumptum ex verosimili iudicio collectum iudicandum esse, vt per Cotras. de iure Ciuili in methodo part. 3. c. 7. D. Barbos. in l. 2. §. vlt. num. 29. ff. soluto matrimon. ac proinde ex omnibus supradictis iam deprehenditur quòd in dubio præsens, & sciens si taceat, regulariter, & indistinctè præsumitur consentire, dummodo nullatenus contradicat, vel alia fortior coniectura non detur, quæ faciat præsumptionem euanescere.

16 Non obstat d. l. 2. C. si res aliena dum probat mulierem non præsumi consentire in hypotheca rei suæ, nisi quando sciens hoc agi per fraudem dissimulauit in præiudicium creditoris, ergo cessante fraude quamtis præsens, & tacens, non præsumitur consentire, eo maximè cùm in manu sua esset impedire hypothecam protestando res illas suas esse, non hypothecantis, ac subinde minimè consentire, l. 1. C. illo tit. l. aliena res 20. ff. de pignorat. act. l. fideiussor 26. §. 1. vbi gloss. verbo manifestum, ff. de pignorib. & esse magis receptum ex Neguzant. & Curt. iun. quos refert, & sequitur, fatetur D. Barbos. in d. l. qua dotis, n. 159. in fin. ff. soluto matr. Respondent enim Alex. in d. l. qua dotis, num. 28. & Doctores communiter ibid. Ludou. Gom. in §. item Seruiana, num. 24. Instit. de actionib. Gam. Lusit. decis. 245. n. 3. & hoc verius & receptius esse affirmat D. Barbos. vbi proximè, n. 162. quòd mulier de qua ibi, tacens, & præsens, si aliud non addatur, non præsumitur consentire, quia in præiudicialibus (vt illi credunt) non procedit hæc nostra regula, quia tamen ibid. per fraudem dissimulauit, reputatur consentire in hypotheca rei suæ, per text. in l. si fine 5. vers. quod si patientiam, C. ad Velleian. l. mulier, 11. C. de distract. pignor.

Verùm hæc solutio offendit generalia verba huius reg. & resolutionem suprà positam, quæ indistinctè procedit tam in vtilibus, quàm in sibi damnosis, vt suprà resoluimus. Idcircò cum Imp. in d. l. fine, vers. quod si consensisti, & vers. sequenti, salua manebit nostra resolutio si distinguantur sequentes casus. Primus erit; Pignoris, vel hypothecæ constitutio in re vxoris absque illius voluntate nulla est, d. l. si fine, in princip. d. l. aliena res, cum suprà citatis. II. Si tacente & præsente muliere res ipsius pignori obligantur ex tacito mulieris consensu, mero iure sustinetur obligatio, sed auxilio Senatusconsulti Velleiani vti poterit, d. vers. quod si consensisti, si intelligas de mulieris consensu expresso, vel præsumpto, ex text. in præsenti, & l. 4. C. ad Velleiam. III. Si mulier tacens, vel aliter patientiam prestans, vt maritus quasi suas res pignori dedisset, voluit decipere ignorantem creditorem, auxilio Velleiani minimè iuuabitur, d. l. mulier, d. l. si fine, ibi, decipere voluisti mutuam pecuniam dantem, & ideo tibi non succurretur, &c. & in his terminis rectè procedit d. l. 2. ibi, si non sciens hoc agi in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti. Sensus ergo ille erit quòd licèt pignoris restitutio in re mulieris præsentis & tacentis consistat ex præsumpto illius consensu, vt probat nostra reg. iuuabitur tamen Velleiano, nisi hoc sciens agi in fraudem creditoris ignorantis dissimulauerit, vt ex iuribus modò citatis satis probabiliter deprehenditur, quidquid aliter intelligant, & limitent nouiores modò citati.

Nec obstat d. l. filiusfam. 8. §. inuitus, quia quicquid respondere conentur plures, quos refert, & sequitur D. Barb. d. loco, n. 159. vers. tertia limitatio, distinguentes inter casum in quo agitur de obliganda persona præsentis & tacentis, & inter illum, quo agitur de iure reali, vt in primo præsens & tacens minimè præsumatur consentire, & ita procedit d. §. inuitus, vbi agitur de iure personali, nempe de obliganda persona procuratoris; in secundo autem sub distinctione iterum resoluendũ arbitrantur, sed nullam differentiæ rationem proponunt, & manifestè pugnant cum aliquo responso eiusdem Vlpian. in l. si defunctus 15. ad fin. princip. ibi, sciente procuratore, & non contradicente, ff. illo tit. Respondetur enim, (reiecto supradicto intellectu, & altero gl. ibid. verbo non probatur, quæ putat in eo casu taciturnitatem consensui non æquiparari) facillimè intelligi si series expendatur, prædixerat enim Vlpianus procuratorem inuitum dari non solere, explicat deinde quando inuitus debeat censeri in hunc modum, vt non tantùm ille, qui contradicit, verùm & ille, qui consensisse non probatur, atque ita solus inuitus dicitur ille qui vel contradicit, vel non probatur consensisse, nec verè, nec præsumptiuè. planè cùm ille, qui presens est & tacet, præsumptiuè consentiat, vt satis ostensum est, & ea stante præsumptione probetur consensisse, fit consequens ibid. non contineri nec pro inuito accipiendum, ac subinde nihil ibid. proponi contra eam, quam sequimur, resolutionem. 17

Nec item obstat d. l. si filiusfam. 18. ff. ad Macedon. dum probat patrem præsentem ac tacentem non presumi consentire, nisi vlterius litteras in quibus agitur de eo obligando, recipiat absque vlla protestatione contrariæ voluntatis, responderi namque potest satis nobiscum conuenire dum inquit, in dubio patrem recipientem filij literas in quibus agitur de eo personaliter obligando si taceat videri consentire, quamuis actus sit tantoperè nociuus, id quod satis deprehenditur ex verbis text. ibi, debet pater si actum improbat continuo testationẽ imponere cõtrariæ voluntatis, quasi sit sensus patrem in dubio tacentem & litteras filij recipientem obligari, quòd si non taceat, sed contradicendo actum improbet, debet statim protestari de contraria 18

voluntate, vnde *gloss. vlt. ibid.* rectè aduertit etiam in præiudicialibus eum, qui non improbat, approbari censeri. Quòd si vlteriùs aliquis vrgeat iuribr non solùm præsentiam, & taciturnitatem, sed insimul cum facto tacentis in litterarum receptione consensum inducere, *Clem. 1. à re sciente receptus, de procurat.* adhuc respondendum erit in prædictis iuribus factum recipientis cum taciturnitate insimul concurrere, & ex illis insimul à fortiori consensum præsumi, sed huiusmodi præsumptionem potissimum resultare ex taciturnitate illius, qui cùm posset non contradicit, patet in audiente nuncium, & tacente, qui absque vllo facto interueniente præsumitur consentire, Bald. *in l. 1. col. 2. ff. mandati,* fatetur D. Barbos. *in d. l. qua dotis, num. 1.9.* propter eandem in vtroque casu rationem, itaque si vltra taciturnitatem illius, qui non contradixit, concurrat aliquod ipsius factum consensui adæquatum, à fortiori præsumetur consensus, sed ex eo non sequitur præsentiam & taciturnitatem non sufficere si aliud non impediat, arg. *d. l. filiusfam,* expensæ vt *supra.*

19 Nec item obstat *d. l. fideiuss. 26. §. pater, ff. de pignorib.* quia quicquid respondere conatur gl. *ibi, verbo manifestum,* quam magis communiter receptam ex Neguzant. & Curt. iun. affirmat D. Barbos. *vbi supra, num. 159. propè fin.* propterea *ibid.* patientiam, & taciturnitatem filio præiudicare, quia agebatur de obliganda re propria filij, cuius validitatem ipse contradicendo poterat impedire, protestando rem suam esse, non hypothecantis, cuius solutionem *supra* impugnauimus, respondet Alexand. *in d. l. qua dotis, num. 27. in fin.* præsentiam filij, & taciturnitatem minimè sufficere ad præsumendum consensum, nisi insuper concurrisset actus subscriptionis, qui plus operatur, *l. sicut 8. §. non videtur vers. sed si subscripserit ff. quibus modis pignus,* Bart. *in d. l. qua dotis, num.* 23. vbi Ias. *n. 94.* Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. à n. 142.* Sed adhuc non declarant quæ fuerint in causa cur *in d. §. pater,* ex sola filij præsentia, & taciturnitate non præsumatur consensus in hypotheca rei propriæ. Idcirco omissis multis, quæ congerunt modò citati circa illius text. interdictum, probabilius dicendum videtur in dubio dum ex coniecturis aliud efficaciter non apparuerit, si quis præsens sit, & taceat in hypotheca rei propriæ absque protestatione præsumendum esse consentire, sicut in quacunque alia re, quamuis præiudiciali, vt *suprà* probauimus, quòd si vltra præsentiam & taciturnitatem tanquam principalis persona subscribat; tunc à fortiori id ipsum resoluendum erit propter coniecturam subscriptionis, quam fecit tanquam principalis persona, vt statim clariùs apparebit. Si verò vlteriùs replicetur, multò maiorem coniecturam ad consensum præsumendum dari in illo, qui præsens est, & tacet, & insimul se vt testis subscribit, quàm si sola præsentia & taciturnitas detulit, quippe cùm vltra præsentiam & taciturnitatem concurrunt subscriptio, cui Iureconsulti tantopere detulerunt circa consensum præsumendum, *d. §. pater.* Respondendum erit negando maiorem dari coniecturam quinimò nec æqualem, etenim qui cùm præsens sit, ac tacens se vt testis subscribit, ex tali subscriptione significat se non aliter consentire quàm sub ratione testis, ad illius officium exercendum, non autem tanquam principalis persona, propria obligatio consistat, ac subinde ex coniectura limitatæ subscriptionis limitatus sequitur effectus, *arg. l. in agris 16. in princ. ff. de acquir. rerum domin.* Contrà verò in illo, qui simpliciter & absolutè præsens est ac tacet absque vlla potestatione, vel qui se subscribit absque aliqua restrictione, vt in iuribus modò citatis, ex quibus deprehenditur rectè procedere responsum Iureconsulti *in l. Titia 35. §. Lucia, ibi, quasi testis adfuit, ff. de legat. 2. l. Caius 39. ff. de pignor. act. l. si pater 6. C. de fideiuss.* Bart. & Doctores communiter vtrobique plures, vt per Tiraquel. *de retractu tit. 1. §. 1. gloss. 9. n. 142.* expendens illud vulgare, officium suum nemini debet esse damnosum, *l. sed & si quis 7. ff. quemadmod. testam.* Quòd si quis adhuc vrgeat acriter de text. *in cap. ex litteris 6. de transact. ibi, & testis inscriptus fuerat, &c.* reiecto intellectu gloss. *ibid. verbo testis, & verbo inficeretur,* & Abb. *num. 5.* qui rem satis inuoluit, & aliorum, vt per Tiraq. *vbi proximè,* respondebitur *ibid.* propterea silentium imponi testi, qui se transactioni inscripserat, quia subreptionem commisit in impetratione, tacendo transactionem, cuius scientiam habebat, ex eo quòd eidem tanquam testis interfuerat, & insuper, quia tempore impetrationis nondum habebat primam Tonsuram, vt text. habet, in ratione, quam reddit, non verò ex eo quòd testis subscribendo qua talis suo iuri præiudicet contra iura modò citata.

20 Nec item obstat text. *in l. qui vas 49. vers. vetare, ff. de furtis,* respondetur namque cum D. Babos. *in d. l. qua dotis, num. 152. vers. prima sit conclusio,* procedere in tacente, qui ignorat actum fieri, is enim qua talis nunquam censetur consentire, sic intelligendo *l. in eo 45. § inuitum, ff. de ritu nupt.* cuius rei totalis ratio in eo est quòd ignorans non consentit, vt notatur *in reg. ignorantia. supra hoc tit.* qui quidem intellectus, etsi nullam inuoluat nec dirimat controuersiam, litteræ tamen vtriusque textus non parum consonat, quamuis aliter intelligant Doctores *hic* vbi Dyn. *n. 4.*

21 Nec denique obstat text. *in l. inuitum 4 ff. de seruitutib. vrban* dum probat in seruitutibus vrbanis inuitum censeri illum non solùm, qui non contradicit, sed etiã qui non consentit, quia respondetur textum illum cum similibus, qui tali verborum tenore vtuntur, in nihilo nobiscum pugnare, si attentè legatur absque vlla verborum iniuria, non enim probat eum qui presens est, & tacet, censeri inuitum contra *suprà* resoluta, sed solùm inuitum accipi illum, qui contradicit, & illum, qui non consentit, vt ita excludatur omnis ille, qui vel expressè, vel tacitè & iuris censura præsumitur consentire, quibus est præsens, & tacens absque vlla protestatione, vt *suprà* ostendimus.

SVMMARIVM.

1 *Tacens non fatetur, sed nec vtique negare videtur.*

2 *Intellige vbi absolutè tacet absque aliqua coniectura extrinsecus adueniente, quæ confessionem, vel negationem suadeat, aut coniectura in contrarium proponatur.*

3 *Præsens & tacens cur regulariter præsumatur consentire, non verò præsumatur fateri, vel negare ostenditur.*

REGVLA LIV.

Is qui tacet non fatetur, sed nec vtique negare videtur.

DEsumitur ex *l. qui tacet 185. ff. hoc tit. l. 1. §. scientiam, ff. de tribut. act.* cum alijs citatis à gloss. *hic,* tradunt gl. *verbo non contradicentibus, in fin. in Clem. sæpè, de verbor. signif.* Bart. *in l. qua dotis, num. 21. ff. solut. matrimon.* Sot *in 4 dist. 47. q. 1. art. 3.* Lanfranc. *de arbitr. part. 1. n. 41.* Ratio est, quia tacens medium 1

tenet

tenet inter confitentem, & negantem; ergo non eligit aliquid ex prædictis extremis.

2 Verùm obstat maximè *reg. qui tacet, suprà proxima,* cum *ibi* adductis, sed pro materiæ explicatione sciendum est illum, qui præsens est, & tacet dupliciter posse considerari, vel enim simpliciter, & absolutè tacet absque aliqua coniectura extrinsecus adueniente, quæ confessionem, vel negationem suadeat, aut coniectura in contrarium proponitur, vel si ex duobus illatis alterum neget, vel fateatur. Primo casu medium datur inter confessionem & negationem, ita vt tacens neque fateri, neque negare videatur, & ita procedit hæc reg. *& d. l. qui tacet.* cum similibus. In secundo verò aduersatiuè ex sibi illatis alterum fatetur, vel negat *d. cap. nónne, de præsumpt. cap. 1. de postulat. Prælat.* ibi. *non negauit in Fratrum nostrorum præsentia requisitus, cap. qualis,* ibi, *de vno negatur consequens est, &c. 25 dist. l. tribunus 21. §. vl. vers. amplius, ff. de milit. testam.* Ratio differentiæ est, quia in primo casu quando aliquis simpliciter & absolutè tacet, nihil affirmat verum vel falsum; deinde nihil negat quod hoc, vel illo modo acciderit, & subinde neque confitetur, iuxta illa, quæ de confessione, vel negatione veri, aut falsi boni auctores, & Philosophi docent. Contrà verò in secundo si ex duobus illatis alterum fatetur, vel negat ex eo quòd vnum negauit, alterum tacendo fateri videtur, text. *in dicto cap. nónne,* cum *suprà* citatis, & vice versa si vnum fatetur, alterum tacendo negat, ex coniectura enim quòd sese ad vnum restrinxerit, in aliis oppositum significat approbando vel negando, *d. l. cùm prætor, d. vers. amplius, d. c. qualis.* ibi, *consequens est, &c.* iuncta gloss. *in fine in casus positione,* quæ coniectura restrictionis in primo casu non reperitur, vt supponimus.

3 Si verò vlteriùs illud difficile perquiratur quid sit in causa cur præsens & tacens regulariter præsumatur consentire ex eo, quia liberum erat contradicere, non verò præsumatur confiteri, vel negare cùm liberum sit alterum eligere, eo maximè cùm is, qui consentit, in effectu fateri, seu approbare videatur. Dubium excitant Doctores *in præsenti.* vbi Franc. *num. 1.* sed insolutum relinquunt, neque sanè nodus dissoluitur si Doctores communiter sequamur qui inter consensum, & dissensum, inter confessionem, & negationem non distinguunt, & dictam *reg. qui tacet,* cum hac nostra reg. ad idem reducunt: offendunt enim manifestè verba, & mentem vtriusque regulæ, cùm hæc nostra aduersatiuè ad priorem *reg. qui tacet,* illum sensum faciat, quòd licèt tacens in dubio consentire præsumatur propter rationes expensas *suprà in reg. præcedenti,* non tamen confiteri, vel negare, vt modò considerauimus. Ratio igitur est, quia cùm consensus sit actus voluntatis eligentis, hæc datur vbi quis cùm posset verbis, vel signis contradicendo contrariam voluntatem ostendere, non contradicit, iuxta ea, quæ *suprà* diximus reg præcedenti. At verò confessio, vel negatio in affirmatione veri, vel falsi consistit, vt modò tetigimus planè qui simpliciter, & absolutè tacet, non ostendit, neque affirmat quodnam sit verum, vel falsum, cùm neque vllum verbum, aut signum protulerit veritatis, aut falsitatis à se significatæ. vt supponimus. Igitur, &c. Vnde est quòd licèt regulariter per partis negationem res efficiatur dubia *l. 3. vbi gloss. verbo dubium, C. quibus ad libertatem procl.* cum concordantiis citatis à Felin. *in cap. super eo, numero 2. de testib. cogen.* vbi regulam ponit cùm sex fallentiis; per solam tamen taciturnitatem, nisi aliud concurrat, res non efficitur dubia, *l. nego 10. C. de acq. possess.* Felin. *n. 3. in cap. vlt. de probation.*

Regvla XLV.

Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consueuit.

Desumitur ex *l. in obscuris inspicimus, ff. hoc tit.* & alus citatis à gloss. *in præsenti,* Roman. *cons. 355. in casu præsenti, n. 5.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. litt. O, conclus. 55. n. 4.* Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 165. num. 5.* Verosimile autem dicitur quod vel iuri, vel naturæ rei conforme est, vt scripserunt Gozad. *cons. 13. n. 26.* Aym. *cons. 75. n. 24.* Menoch. *cons. 191. n. 85.* & ideo verisimilitudo dicitur naturæ cognata, idem Menoch. *cons. 114. n. 12.* & *n. 13.* subdit quòd habetur pro lege, Mascard. *de prob. concl. 1402. num. 2. 5. & 6.* vbi quod est omnium interpretationum caput, & dispositiones omnes ab illa regulam accipiunt; vide quæ cumulaui *in collect., ad cap. quia verisimile, de præsumpt. & in tract. Axiomat. iuris vsufreq. Axiom. 223.* 1

Regvla XLVI.

Is qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.

Desumitur ex *l. qui in ius, & l. aliud, §. fin. & l. non debeo, ff. hoc tit.* tradit Rebuff. *in tract. nominat. q. 8. n. 12. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. §. 1. n. 79.* Aloys. Ric. *in collect. decis. part. 5. collect. 1784.* Monet. *de decimis c. 8. q. 4. n. 50.* 1

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præsumitur vbi scientia non probatur*
2 *Ignorantia dicitur probata eo ipso quòd non probatur scientia.*
3 *Ignorantia facti alieni regulariter in dubio præsumitur, & excusat.*
4 *Scientia præsumitur circa ea, quæ publicè fiunt.*
5 *Scire quis id præsumitur quod aliàs indagare tenetur.*
6 *Nescire id, quod quis inuestigare & scire tenetur, est ignorantia crassa, & supina.*
7 *Episcopus non præsumitur ignorare vacationem beneficij.*
8 *Hæres conficiens inuentarium præsumitur scire bona defuncti.*
9 *Episcopus præsumitur scire deuolutionem beneficij iurispatronatus cùm quolibet anno Ecclesiam visitare teneatur.*
10 *Tutor præsumitur scire facta pupilli, cuius bona administrat.*
11 *Ignorantia iuris naturalis, vel quasi, nec minorem, nec mulierem, nec militem excusat.*

Regvla XLVII.

Præsumitur ignorantia vbi scientia non probatur.

Hanc regulam exornant Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opinion. lib. 6. tit. de regulis iuris concl. 5. per tot.* Menoch. *de interdict. remed. 16. recuper. poss. n. 28. & de præsumptionib. lib. 6. præs. 23. num. 51.* Mascard. *de probat. conclus. 879.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo ignorantia, num. 5.* Azeued. *l. 2. num. 10. cum seqq. tit. 20. lib. 6. nouæ recopil.* Ioseph. Ludouic. *Perus. decis. 19. num. 22.* Magon. *Lucen. decis. 49.* 1

*num.*12. Sutd. *decis.*221. *in princip.* & *n.*14. Sayt. *in clavi Regia, lib.*3.*cap.*5.*n.*4.*cum seqq.* Flores de Mena *var. lib.*1.*q.*3.*n.*5. Octauian. Gloric. *resp.*10.*num.*109. Sanch. *de matrimon. lib.*9.*disp.*32.*n.*4. Aloys. Ric. *in collect. decis. part.*4. *collect.* 1015. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.*4 *lit. I, concl.*23. Octau. Glorit. *resp.*6.*n.*76. & *resp.*10.*n.*109. Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 113. *n.*12.

2 Satis igitur ignorantia dicitur probata eo ipso quòd non probatur scientia, secundum glos. *verbo edocere potes in l.*1.*C. ad Maced.* & *verbo ostenderis in l. si tutor petitus, C. de perit. tutor.* *Nouell. reg.* 145. *in princ.* Menoch. *remed.*16.*recup.n.* 28. Sebast. Medic. *de cas. fort. p.*1.*q.*3.*n.*16. Gail. *lib.*2.*obseru.*28.*post, n.*22. *vers. probatur autem ignorantia*, Honded. *cons.*52. *n.* 50. & *cons.*55.*n.*75.*lib.*1 Mascard. *concl.*880.*n.*3.

3 In glos. *Præsumitur, in addit. margin.* ibi, & *vt dicit Dyn. ad ignorantiam facti restringitur hæc regula.* Ergo ignorantia facti alieni regulariter in dubio præsumitur, & excusat, vt per Roman. *concl.*54.*n.*3. *in fin. vers. contrarium puto verius*, & *cons.*59.*n.*5. *versic. primò ex regula* Roland. *cons.*36. *n.*1 *cum seqq. lib.*2. Honded. *cons.*9.*num.*35. & *cons.*55.*n.*48. & *cons.*109.*n.* 26.*lib.* 1. Grammat. *decis.*37.*n.*16. Viu. *opin.*835.*n.*1. *cum seqq.* Anton. Gabr. *d. conclus.*5.*num.*11. Honded. *cons.*9. *n.*35. & *cons.*55.*num.*48. & *cons.* 109. *n.*26. *lib.*1. Mascard. *concl.*879. *n.*1. & 2. & *concl.* 880. *n.*3. Sfort. Odd. *de restitut. in integr. part.*1.*q.*8.*num.*55. & 60. & *q.*38.*n.*5. Card Tusch. *d. verbo ignorantia concl.*18.*n.*9. & 11. & *concl.*23.*n.*1. & 24. Polyd. Rip. *de nocturno temp. cap.* 64. *num.*1.

4 In ead gl. ibi. *circa ea, quæ publicè fiunt, præsumitur scientia*, &c. Ita gloss. *verbo publicè in cap. cùm tua. qui matrim. accus. pos.* & *verb. ostenderis, in princ. in l. si tutor C. de peric. tutor.* & *verbo publicè in cap.*1.§. *verum, de postulat. Prælat.* Marsil. *in l. qui ignorans. n.*24. & *in l. qui falsam. n.*94.*ff. ad leg. Cornel. de falsis*, Roman. *cons.* 227 *in fine*, & *cons.*340 *post. n.*11. *in fin.* Ioan. de Anania *cons.*70. *in fine.* Nouell. *reg.*145. *vers. fallit in notoriis*, Cephal. *cons.*147. *n.*9. Soc. *reg.* 176. *in* 2. *fallent.* Roland. *cons.*54.*num.*3. *lib* 1. Grammat. *decis.*36.*n.*16. Gabr. *d. concl.*5.*num.*18. *cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.* 23. *n.*68. *cum seqq.* & *remed* 16. *recup. n.*34. Mascard. *concl.*6.7.*n.*14. & *concl.*879. *sub num.*11. 12. 16. & 17. Sebast. Medic. *de casib. fort. part.*1.*q.*3.*n.*4. *vers. si erat publicè notum*, & *num.*10. *vers. octauò*, Anton. Maria Corat. *in tract. commun. opin. lib.*3. *tit.*13. *n.*14. Andr. Gail. *d. obseru.*49.*n.*16. Viu. *opin.*695.*n.*1.2. & 5. & *opin.*835.*n.*10. & 11. Sfort. Odd *de restit. in integr. part.*1.*q.*8.*n.*67.

5 In ead gl. ibid. *in his autem quæ quis scire, vel indagare tenetur, non habet locum*, &c. Notatur ad hoc quòd quis id scire præsumitur, quod aliàs indagare tenetur, vt per Ioan Garc. *de nobilit. gloss.*42.*n.*29. Nescire au-
6 tem, id, quod quis inuestigare & scire tenetur, est ignorantia crassa, & supina & nunc ignorans habetur pro sciente, sicuti docent Socin. *reg.* 176. *in prima fallacia*, Lap. *alleg.*51. *circa finem, num.*17. *vers. ad tertium* vbi
7 de Episcopo quòd non præsumitur ignorare vacationem beneficij, quia cùm debet visitare Ecclesias, præsumitur hoc scire, Crescent. *decis.*10. *n.*11. *de dolo*, & *contum.* Gramm. *decis.*103.*n.*36. & *seq.* Abb. *cons.*73. *Circa primum, n.*7. *in fin. vers. præterea non fuerunt, lib.*2.
8 vbi loquitur in hærede conficiente inuentarium, qui præsumitur scire bona defuncti ex quo illa indagare tenetur. Bellam. *cons.* 10. *num.* 23. *ver. sed oportet.* vbi
9 quòd Episcopus præsumitur sciuisse collationem beneficij diu obtentam ab inferiore collatore in sui præiudicium ex eo, quia ex officio tenetur inquirere beneficiorum collationes, Roman. *cons.*481.*n.*4. *vers. ad hoc*, & *n.*8. vbi etiam de Episcopo quod præsumitur scire deuolutionem iurispatronatus, cùm semel in anno Ecclesiam visitare teneatur, & *cons.*342. *Quoad primum, n.*4. *vers.* & *huius est ratio*, Aym. *cons.* 225. *n.*8.
Alba *cons.*18.*n.* 4. & *addit. lit. D*, vbi quòd tutor præsu- 10
mitur scire facta pupilli, cuius bona administrat, cùm ratione officij illa perquirere teneatur, Roland. *cons.* 72.*n.*20. *cum seq. lib.*3. Gabr. *d. concl.*5.*n.*11. & *à n.*31. & *concl.*6. *à n.*40. Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.* 23.*num.*66. Mascard. *concl.*638.*n.*13. & *conclus.* 879. *num.*- *cum seqq.* & *conclus* 881.*n.*17. Sebast. Medic. *d. p.*1.*q.*3.*n.*29. Sfort. Odd. *de in integr. restit. part.*1. *q.*8. *n.*48. *cum seqq.* & *n.*69. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.*64 *n.*98. & 99. Baptista Costa, *in tract. de facti scient.* & *ignor. reg.*2. *per tot.*

In ead gloss. ibi. *quia ignorantia iuris præcipuè naturalis non excusat*, &c. Notatur ad hoc quòd ignorantia iuris naturalis, vel quasi nec minorem, nec mulierem, nec militem, nec rusticum excusat, vt per Tiraq. *de pœn. temper. causa* 11. *num.*7. Sebast. Medic. *de casib. fort. part.*1.*q.*3.*n.*1. *vers. iuris tamen naturalis ignorantia non excusat*, & *n.*4. Stephan. Lamberteng. *de contract. eorum*, &c. *gloss.*1. *num* 358. *cum seqq.* Plot. *de in litem iurando, n.*259. Menoch. *remed.*9. *recuper. n.* 18. *cum seqq.* & *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.* 23. *num.* 23. Mascard. *de probat. concl.*639. *n.* 14. & *concl.*640. *n.*4. & *seq.* Ludou. Peguer. *crimin. decis.* 34.*n.*3. *vers. neque huius iuris*. latè Sfort. Odd. Perus. *d. part.*1.*q* 8. *n.* 80. & *q.*9.*n* 4. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. part.*3.*q.* 98.*num.*49. 11

Regula XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura.

DEsumitur ex *l. iure naturæ* 206. *ff. hoc tit. l. nam hoc natura, l. naturaliter, §. fin. l. hæc condictio* 66. *ff. de cond. indeb. l. vlt. C. de vsucap. pro emptore*, tradunt. Natt. *cons.*384.*n.*13. Vital. *de Campan. in tr. clausular. pag. mihi* 15.*n.*1. Cæs. Angel. *de contradict. legit. q.*20.*n.*48. Thom. de Thomass. *reg.*24. Pichard. *ad §. sed naturalia, Instit. de iure naturali, n.*3. & *in disp. de nobilitate communic. n.*73. Anton. Monach. *Lucen. decis.*2.*n.*23. Mar. Anton. *var. resolut. lib* 1. *resol.*23.*n.*3. & *lib.*2. *resol.*41. *n.*13 Vgolin. *de offic* & *potest. Episcopi*, *c.*18. §.2. *n.*4. latè Ioan. Bapt. Costa *de facti scien.* & *ignor. dist.*28. *per tot. cent.*1. Cardin Tusch. *pract. conclus. tom.*5. *lit. L. concl.*438 *per tot.* Rot. *decis.*47.*n.*3. & *decis.*524.*n.* 4. *part.*2. *recent.* Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.*139.*n.*1. 1

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio benignior facienda est in pœnis.*
2 *Pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ.*
3 *Iudex debet imponere pœnam secundum qualitatem loci, temporis, & personæ, & durius, ac remissius, secundum quod magis videbitur Reip. expedire.*
4 *Verba huius regulæ non important necessitatem.*

Regula XLIX.

In pœnis benignior est interpretatio facienda.

DEsumitur ex *l. factum cuique; §. in pœnalib. hoc tit. l. pen. ff. de pœnis, cap. pœna de pœnit. dist.*1. *cap. ex litteris, de constitution.* tradunt Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg.*158. Tiraquell. *in l. si vnquam*, 1

verbo

verbo reuertatur, n. 246. *C. de reuocan. donation.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut.* 303. *n.* 2. *in* 2. *edit.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. cap.* 6. §. 1. *num.* 3. Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufrequent. Axiom.* 181. *num.* 12.

2 Vnde pœnæ non sunt extendendæ, sed restringendæ secundùm Burg. de Pace *cons.* 8. *n.* 2. Thom. de Thomass. *reg.* 227. Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 51. *n.* 12. etiamsi extensio fiat ex similitudine rationis, Imol. *in l. si verò, §. de viro col.* 8. *ff. solut. matrimon.* Duen. *reg.* 287. Garc. Gironda *de priuilegiorũ explicat.* 540. Ego ipse *d. Axiom.* 181. *n.* 9. nisi detur omnimoda æquiparatio secundum gloss. *verbo prorogamus in c. constitutus, de Regularib. & verbo sanè in c.* 1. *de voto lib.* 6. Gironda *vbi suprà, n.* 539. *& n.* 561.

3 Illud tamen aduertere oportet iudicem esse ministrum legis, ac proinde debere imponere pœnam secundùm qualitatem loci, temporis, & personæ, & durius, ac remissiùs agere secundùm quod magis videbitur Reipub. expedire ad *l. respiciendum, in princ. & l. aut facta in fi. ff. de pœnis,* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.*
4 85. *in princ.* vbi dicit quòd fuit traditum per modum consilij, non autem per modum necessitatis, vt in pœnis alternatiuis iudex eligat mitiorem, & respondet ad text. in præsenti cum similib. concordant vt eius verba non importent necessitatem, refert. Buccaron, *de different, inter iudicia ciuilia, & criminalia differ.* 207. *num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diẽ.*
2 *Actus legitimi à legibus sunt instituti vt statim suum effectum consequantur, ac proinde conditio suspendens aduersatur ipsorum substantia.*
3 *Conditio est qualitas dispositioni adiecta, vel inhærens eandem dispositionem in dubium futurum euentum suspendens.*
4 *Conditio expressa actum suspendit, tacita verò potiùs suspendit executionem & effectum obligationis, quàm obligationem ipsam.*
5 *Actus omnes, qui a nostra voluntate procedunt, regulariter conditionem & diem recipiunt.*
6 *Actus legitimi illi solum dicuntur quoad effectum huius reg. qui vel ex rei natura repugnante conditionem non recipiunt, vel aliqua specialis legis prohibitio efficit ne conditio eis apponatur.*
7 *Declaratur hæc reg.*
8 *Matrimonium conditionem propriam & suspensiuam recipit.*
9 *Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ conditionem propriam suspensiuam non recipiunt.*
10 *Declaratur text.* in cap. 2. de Baptismo.
11 *Absolutio in sacramento Pœnitentiæ an, & quando sub conditione præstari possit, ostenditur.*
12 *Excommunicationis sententia, seu quæuis alia censura non est propriè & verè actus legitimus.*
13 *Actus legitimi recipiunt modum.*
14 *Actus legitimi recipiunt conditionem, quæ inest ex natura rei, & actus de quo agitur.*
15 *Declaratur text.* in l. qui hæredi, §. 1. ff. acquir. hæred.
16 *Tacitè quod inest si exprimatur, nihil operatur.*
17 *Tutoris datio licet sit actus legitimus, ac proinde apposita conditione vitietur, potest tamen sub conditione tolerari si satis dederit, ex eo quia talis conditio iam tacitè à iure inerat.*
18 *Beneficij collatio potest fieri sub conditione si vacat, quippe quæ intrinseca est, & à iure inest.*
19 *Conditionis tacitæ in futurum conceptæ duplex species assignatur.*
20 *Conditio resolutiua non repugnat actui legitimo.*

REGVLA L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

DEsumitur ex *l. actus legitimi, ff. hoc tit.* exornant 1
Romant. *cons.* 403. *n.* 19. *&* 20. Cardin. Tusch. *tom.* 1. *litt. A, concl.* 129. Sanch. *de matrim. l.* 3. *disp.* 1. *à n.* 5. Ego ipse *in tract. de Axiomat. iuris vsufrequent. Axiom.* 12. *num.* 13. Rot. *decis.* 638. *n.* 2. apud. Farin. *part.* 2. *recent.* Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufrequent. Axiom.* 12. *n.* 13. Sunt enim huiusmodi actus à legibus 2
instituti vt statim suum effectum consequantur, ac proinde conditio suspendens aduersatur ipsorum substantiæ, sicuti docent Sot. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 2. *a.* 1. *ante* 2. *concl. vers. rursus,* Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. *in init. n.* 4. quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disp.* 1. *n.* 5. *vers. & hinc.*

Verùm, quia hæc reg. varios patitur intellectus, & 3
difficilis solet reputari, vt verus pateat omissis aliis qualitatibus & adiectionibus, quæ quibuscunque humanis actibus adiici possunt, prout est modus, de quo *in l.* 1. *& per tot. C. de condit. quæ sub modo, l. quib. diebus §. Termilius, l. Titio centum, §. Titio centum, l.* 1. *ff. de condit. & demonstrat.* & notant scribentes per text. *ibi in c. verum, de condit. appos.* demonstratio, de qua *in l. demonstratio falsa, & in l. falsa, demonstratio. & per tot. ff. illo tit. de condit. & demonstrat* & insuper ea, de qua *in d. l. demonstratio falsa, §. tot. tit. C. de falsa causa adiecta leg.* dicendum est duas esse potissimas & principales, quibus appositis in quibusuis actibus, vel ipsa obligatio, vel saltem eiusdem effectus & executio suspenditur, prout est conditio, & dies, de priori adest prædictus *tit. ff. de condit. & demonst.* de posterioribus totus *tit. ff. de in diem adiectione, l. in diem, ff. de condict. indeb. l. cedere diem, ff. de verborum signif.* Licèt autem definiat aliter Bart. communiter receptus *in l. cum ad præsens, ff. si certũ petatur* Alciat *in l. debitor, n.* 2. *ff. de pactis,* conditio legitimè definiri potest vt sit qualitas dispositioni adiecta, vel inhærens eandem dispositionem in dubium futurum euentum suspendens. Ponitur verbum, *qualitas,* loco generis, quia conuenit cæteris qualitatibus de quibus suprà, quæ conditiones non sunt. Diximus, *dispositioni adiecta vel inhærens,* ad comprehendendas tam expressas, quàm tacitas conditiones de quibus *in l.* 1. *in fin. ff. de condition. & demonstr. l. conditiones quæ extrinsecus, ff. eod.* Diximus: *in futurum euentum:* ad excludendas conditiones de præsenti, vel de præterito, quæ cùm actum non suspendant in futurum euentum, propriè conditiones non sunt *d. l. cum ad præsens, ff. si certum petat.* text singularis *in l.* 3. *vers. si tamen, ff. de bonis libert.* Posuimus verbum *dubium,* ad excludendas conditiones necessarias, & quæ licèt in futurum concipiantur, non tamen pendent ex dubio euentu, sed necessariò debent existere, veluti si cras sol orietur, & similes *l. illa, §. vltim. de verborum oblig. l. si pupillus, §. qui sub conditione, ff. de nouation.* Bart. *in dicta l.* 1. Ripa. *in l. hæc verba, n.* 1. *ff. de legat.* 1. Ponitur denique verbum, *suspendit,* ad excludendam conditionem resolutiuam, quæ non suspendit actum, sed potiùs illum purum, & perfectum resoluit, de quo *in l.* 1. *& per tot. ff. de lege commiss.* text. singularis *in l.* 2. *ff. de in diem adiect.*

Secundò præmittendum est inter vtrasque suprapositas conditionum species eam esse differentiam 4

quòd

quòd expressa conditio actum suspendit, ac proinde ante adimplementum licèt obligatio oriatur vt stetur pactioni. nec licita sit pœnitentia pendente conditione. text. sic intelligendus *in l. si vsufructus*, ibi, *ex præsentis die vices accipit, ff. stipulat. seru.* cùm tamen ea apposita, actus & illius obligatio sint in suspenso, non debitum, sed spes tantùm consideratur, vt *in d. l. cedere diem ff. de verb. sign.* vnde & in vltimis voluntatibus talis expressa conditio transmissionem impedit, *l. vnica, §. sin autem aliquid, C. de caduc. tollen.* secus dicendum in conditione tacita, quæ inest ex rei natura, qua extante potius executio, & effectus obligationis, quàm obligatio suspenditur, nec transmissio impeditur, vt *in d. l. conditiones quæ extrinsecus*, præterquam si insunt ex voluntate testatoris, veluti si legatum purè relictum postea sub conditione relictum censetur, quo casu sub contraria conditione relictum censetur & ita non ex rei natura simpliciter, sed potiùs ex expressa mente, & voluntate testatoris, quo casu vera datur conditio actum suspendens, text. singularis *in l. si legatum, ff. de adimend. leg.* idem dicendum nempe tacitam conditionem non suspendere etiamsi eo modo exprimatur, quo inest, secus si diuerso, de quo *in l. si ita legatum, §. illi si volet, ff. de legat. 1. l. si ita expressum 68 ff. de condit. & demon. d. l. actus, vers. nonnunquam, iuncta l. expressa nocent. ff. hoc tit.* declarant Iason *in d. l. §. si ita legatum, n. 5. & 8.* Alex. *in l. 1. n. 17. ff. de vulgari*, communis ex Alciat. *in l. 3. n. 18. ff. de legat. 1.* Insuper eadem est differentia inter conditiones de futuro, certas tamen, & conditiones dubias, cùm illæ propriè conditiones non sint, nec actum suspendunt iuxta præcitata iura.

5 Tertiò & vltimò præmittendum est omnes actus, qui à nostra voluntate procedunt regulariter conditionem & diem recipere, sicut quamcunque aliam ex prædictis qualitatibus, exceptis illis actibus, in quibus vel rei natura repugnat, vel specialis aliqua legis prohibitio reperitur. Patet hoc, nam cùm omnes actus humani à nostra voluntate proueniant & consensu vero, vel interpretatiuo, qui habet se in eisdem actibus per modum substantiæ *l. consensu, l. obligationum substantia, ff. de actionib. & obligat. §. per traditionem*, ibi, *nihil enim &c. Instit. de rerum diuis.* Sic naturalis libertas voluntatis petit vt quilibet possit hoc, vel illo modo licito & honesto contrahere, ac proinde modum, conditionem, & quicquid aliud adiicere, facit text. *in c. intelligentia, de verbor. signif.* iuncta reg. *l. in re mandata C. mandati*, confirmatur insuper ex vulgari axiomate, quòd omnia licent, quæ non prohibentur, de quo *in l. necnon, §. quod eis, ff. ex quibus causis maiores l. ab ea*
6 *parte, cum similibus ff. de probat.* Inde fit, vt solùm illi actus legitimi dicantur quoad effectum de quo in hac nostra regula, qui vel ex rei natura repugnante conditionem non recipiunt vel aliqua specialis legis prohibitio efficit ne conditio in eisdem apponatur. Ad priorem speciem pertinent actus, qui certam habent verborum formam, sub qua concipiuntur, cuius est natura per conditionem, aut diem vitiari, iuxta reg. *d. §. qui rem, & d. l. Iulianus, c. cum dilecta, de rescript. d. l. cum hi, §. si prætor, ff. de transaction.* Ad posteriorem speciem pertinent non solùm actus, de quibus *in d. l. actus*, fit mentio, sed cæteri quicunque in toto corpore iuris reperiantur, in quibus specialis prohibitio reperitur ne conditionem recipiant; quibus adde vtramque actuum legitimorum speciem in eo conuenire, quòd omnes per temporis, aut conditionis appositionem vitiantur, vt de posterioribus patet *in d. l. actus*, ibi, *vitiantur in totum per temporis, aut conditionis adiectionem.*

7 Ex quibus ita præmissis iam primò infertur intellectus ad nostram regulam in priori parte, quatenus de actibus legitimis agit, vt intelligatur de illis qui vel ex rei natura, vel ex speciali legis prohibitione prohibentur conditionem recipere, & verba quæ sequuntur, *conditionem non recipiunt*, idem important ac si Pontifex diceret, vitiantur per conditionis, aut diei appositionem, id enim importat verbum *non recipiunt*, hoc est, non sunt capaces conditionis, vel diei, vt sic reducatur hæc reg. ad sensum, & dispositionem *d. l. actus*, quæ non eò tendit vt ostendat, quinam sint actus legitimi, sed vt ostendat actus legitimos, quicunque illi sint, illos esse, nempe qui vel ex rei natura, vel speciali legis prohibitione prohibentur conditionem recipere per temporis, aut conditionis adiectionem vitiari, non obstante reg. *c. ad Apostolicam, de Regul. c. biduum 2. q. 6.* in specie text. *in l. obtinuit, ff. de cond. & demonst. c. fin. de condit. appos.* quibus, & aliis iuribus constat sæpè actus contra legis prohibitionem celebratos obtinere, vbi non simplex, & absoluta proponitur prohibitio, sed secundum quid, & conditiones adiectas contra iuris prohibitionem nullatenus dispositionem vitiare.

Secundò infertur matrimonium conditionem pro- 8
priam, & suspensiuam recipere Probatur primò, nam illi tantùm actus dicuntur legitimi ad effectum, vt conditionem non recipiant, & eadem apposita vitientur, qui vel ex rei natura, vel ex aliqua speciali legis prohibitione conditionem recipere prohibentur, sed in matrimonio neutrum datur, propterea quòd non habet à lege diuina, aut humana certam verborum formam, neque lex aliqua est, que directè, aut indirectè prohibeat sub suspensiua conditione contrahi, vt patet ex *toto tit. de condition. appos.* Igitur, &c Secundò probatur. Vel matrimonium non recipit conditionem, quia Sacramentum est, vel quatenus contractus; sed nihil horum impedit conditiones. Ergo, &c. Maior patet. Prior pars minoris probatur ex eo, quia Sacramentum hoc matrimonij ab aliis ex eo differt quòd alia à Christo Domino etiam quoad materias, & formas de nouo instituta sunt; hoc autem ita factum est, vt naturalis eius ratio, materia, & forma non fuerit immutata, sed id, quod erat contractus, inter Catholicos Sacramenti excellentiam recepit, atque ideo rectè sequitur quòd si quatenus contractus conditionem admittit, quatenus Sacramentum nihil prohibet, cùm tunc temporis Sacramentum sit, cùm verus, & purus est contractus: posterior pars minoris vel ex eo manifesta est quòd neque ratione, atque lege aliquid habet contractus iste, quod conditionem excludat quemadmodum excludunt actus legitimi, qui sub conditione fieri prohibentur, quinimmò naturalis, & ciuilis ratio dictat, vt vnusquisque in traditione, & conuentione rei suæ liberam habeat facultatem vbi expressè non prohibetur, iuxta *l. in re mandata, C. mandati, §. per traditionem. Instit. de rerum diuis.* & omnia iure licent, que non prohibentur, *l. necnon, §. quod eis, ff. ex quibus caus. maior.* Tandem hoc idem probatur *in c. super eo, & in c. de illis, de condit. appos.* in quibus eodem modo conditiones recipiuntur, & interpretantur in matrimonio, quo in cæteris contractibus. Quo fit vt hanc sententiam probauerint meritò gloss. Card. Abb. præpos. *in d. c. 1. de cond. appos. Magistr. in 4. disp. 28. c. 3. cum seqq.* vbi S. Thom. *dist. 29. q. 2.* Durand. *dist. 28. q. 2.* Banau. *q. 3.* Palud. & Ricard. *ibid. art. 2. q. 2.* Quare otiosa est distinctio Soti *in 5 dist. 29. q. 3. a. 1.* & Con. *dict. loc. 3. in initio, n. 3.* ac Sanch. *d. l. 5. disp. 2. n. 5.* asserentium consensum recipere conditionem, non verò matrimoniũ, quia in omnibus contractibus conditio ideo actũ suspendit sicut consensum, neque enim aliter volt ille qui conditionem adiicit quàm si illa adimpleatur, vnde semper illa respicit immediatè consensum, & in consequentiam impedit perfectionem actus, & ideò

ineptè

inepte specialiter in hoc contractu ponont conditionem in consensu, quasi in aliis diuersum.

9 Vnde his consequens est sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ conditionem propriam suspensiuam non recipere, secundùm S. Antonin. *part. 3. tit. 24. c. 77. §. 1.* Nauar. *in man. cap. 16. n. 12.* patet ex dictis, nam ille actus legitimus censetur, & vt talis conditionem non recipit, nec diem, & insuper ea apposita vitiatur, quæ vel certam habet verborum formam, vel quando aliqua datur specialis legis prohibitio conditionis impeditiua; atqui prædicta Sacramenta certam habent verborum formam ex ipsa diuina institutione, vt constat *Math. vlt. & ad Ephes. cap. 5.* Circa sacramentum Baptismi colligitur ex *cap. detrahe 1. quæst. 1.* latè Henriq. *in summ. lib. 2. c. 9.* Victor. *de Sacrament. tit. de Baptismo quæst. 23.* Matth. *c. 18.* Ioan. *c. vlt.* Alopha, idem dicendum in cæteris Sacramentis præter matrimonium, quorum forma licèt in Euangelio non reperiatur expressa, est tamen de Fide omnia indistinctè à Christo Domino instituta, vt colligitur ex Concil. Trid. *sess. 7. de Sacrament. in ge-*
10 *nere can. 1.* Non obstat text. *in cap. de Baptismo*, vbi quando proponitur dubium facti, vel iuris an quis fuerit baptizatus, præscribitur forma ab Ecclesia sub qua talis debet baptizari ad vitandam Baptismi reiterationem, quia respondetur quòd conditio, de qua *in eo text.* non subintrat, nec introuertit formam verborum præscriptam ex ipsa diuina institutione, quia illam antecedit, & insuper, quia non mutat sensum eorundem verborum, cùm sit de præsenti, seu de præterito, quæ non suspendit, arg. text. *in l. cum ad præsens ff. si cert. pet. d. l. 3. §. si tamen, ff. de bon. libert. l. institutio talis, a fin. ff. de cond. instit.* id quod à fortiori dicendum est si adiiciatur quæuis alia conditio de eo, quod tacitè inest, veluti si dicatur, si es viuus, si es animal rationale, si non contradicis, ego te baptizo, &c. arg. text. cum *ibi* notatis per Doctores *in l. si ita legatum §. illi si volet, ff. de legat. 3.* non obstante *d. l. actus legitimus, in vers. nonnunquam*, iuncta reg. *l. expressa ff. hoc tit.* quæ procedunt quando conditio tacita exprimitur, quæ tamen de futuro est, & actum suspendit, vt patet in exemplis
11 per Iurecons. adductis *in eadem l. actus.* Quod idem ex eadem ratione sacramentum Pœnitentiæ procedit, veluti si Sacerdos dicat, *si es contritus, si habes votum satisfaciendi, ego te absoluo, &c.* cū talis conditio, quæ de præsenti est, id solum contineat, quòd tacitè inest, nempe contritionem, & satisfactionem in voto, quæ insimul cum Confessione necessariò requiruntur ex parte pœnitentis, & habent se vt materia proxima sacramenti Pœnitentiæ. Concil. Trident. *sess. 14 de sacram. Pœnit. can. 4.* Vnde fit quòd si Sacerdos in absolutione sacramentali pœnitentiam iniungat per modum conditionis, veluti si dicat, *Ego te absoluo si ieiunaueris tot diebus, vel si tot eleemosinas erogaueris, vel quid simile feceris*; quod attinet ad validitatem absolutionis, sic distinguēdum est. Vel enim profert talia verba in vim exhortationis, & monitionis tãtùm, quia intendit pœnitentem obligare, vt *in l. muto § sub conditione, ff. de tutel.* gloss. notabilis *in c. non potest, de elect. hoc lib.* itaut non intendat absolutionem suspendere donec pœnitens satisfaciat, sed tantùm illum ad satisfaciendum exhortare. Vel è conuerso profert prædicta verba in vim propriæ conditionis, itavt non aliter intendat absoluere quàm si pœnitens satisfaciat, & pœnitentiam adimpleat; priori casu manebit absolutus si tempore absolutionis habebat satisfaciendi votum, quantumuis postea non satisfaciat, cùm absolutio sacramentalis puta semel præstita suum effectum operetur, nec sit in suspenso, licèt pœnitens ex postfacto non satisfaciens mortaliter peccauerit: in posteriori verò casu absolutio non valebit propter conditionis adiectionem, quam non recipit cùm sit actus legitimus.

Tertiò infertur sententiam excommunicationis, & 12
quamuis aliam censuram non esse propriè, & verè actum legitimum, quippè quòd nec sub certa verborum forma concipitur, nec datur legis prohibitio conditionis impeditiua, immò approbatio, de quo latè egi *in collect. ad cap. Romana, vers. caueant, de sent. excomm. hoc lib.* vbi vide.

Quartò infertur, actus legitimos, de quibus *in d. l.* 13
actus, licèt conditionem, aut diem non recipiant, recipere tamen modum, quia licèt conditio, & dies suo modo dispositionem suspendant, quæ suspensio repugnat actui legitimo, quem lex voluit purè, & perfectè celebrari, secus tamen dicendum est in modo, qui nequaquam dispositionem, aut illius effectum suspendit quando data cautione de eodem modo adimplendo statim suum effectum sortiatur, *l. quibusdiebus §. Terminus*, vbi Bart. *n. 1.* Socin. *n. 7. ff. de condit. & demonstr. l. cum ab eo, ff. de contr. empt.* Hinc fit vt licèt acceptilatio actus legitimus sit, nec conditionem recipiat, *d. l. actus*, possit tamen sub modo celebrari ex prædicta ratione, iuncta *l. 4.* vbi notant Paul. Alex. & Ias. *ff. de condict. ob causam*, quod intelligitur, & declaratur itavt quando actus talis est, quòd semel perfectus reuocari, aut inualidari nequit, provt sunt Sacramenta nouæ legis non solùm purus, & perfectus, etiam adiecto modo consideretur, sed etiam postea non adimpleto modò minimè dissoluatur aut retractetur prout aliàs in conditione resolutiua alibi diximus. Vnde si quis Baptismi, aut Pœnitentiæ sacramentum ministrauerit sub hac forma, *Ego te baptizo, vel absoluo, &c. vt tale quid facias*, absolutus, sicut & Baptismus valebit, itavt quantumuis postea non adimpleto modo nullatenus inualidetur nisi aliàs aliunde nullitas proueniat, velut quando modalis vel pecuniam continet, vel aliquid aliud temporalè pecunia æstimabile, quod in materia Sacramentorum simoniam inuoluat, veluti si Minister dicat, *Ego te absoluo, &c. vt centum mihi des, vel vt tale quid facias*, quod sit pecunia æstimabile, nō aliter intendens absoluere, seu baptizare, quo casu actus tanquam simoniacus non valebit, ex reg. text. *in c. quam pio, & per tot. 1. quæst. 1. c. ad Apostolica, & per tot. de simon.* Non obstat quòd modus, & conditio æquiparantur, ex *l. 1. C. de condit. quæ sub modo*, vnde sicut conditionem, sic etiam modum actus legitimus recipere non debuisset, quia respondetur æquiparationem tantùm procedere quoad necessitatem adimplementi, quæ in vtraque dispositione tam conditionali, quàm modali eadem est, non verò quoad suspensionem eiusdem dispositionis, vt aduertit gloss. *in eadem l. 1.* communis, vt per Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 1. num. 34.*

Quintò infertur hanc nostram reg. non procedere 14
in conditione de præsenti, seu de præterito, vel etiam de futuro, quæ tamen inest ex natura rei, & actus de quo agitur. Ratio prioris membri est, quia conditio de præterito, seu de præsenti cùm non prodeat ex dubio rei euentu, sed statim de præsenti, & à parte rei certa sit, *l. cum ad præsens, ff. si certum petat. l. institutio talis, ad fin. ff. de condition. instit. l. 3. vers. si tamen, ff. de bonis lib.* conditio propriè dici non potest & ideo prædictorum iurium argumento illationem tenent Fab. *in §. pen. Instit. de verb. obligat.* Anton. Gom. *de contract. lib. c. 11. n. 37. vers. quarto infero*, Nauar. *in man. c. 26. num. 12.* iuuat text. *in cap. 2. de Baptismo.*

Non obstat difficilis text. *l. qui heredi §. 1. ff de ac-* 15
quir. hæred. vbi aditio hæreditatis, quam constat esse actum legitimatum, ex *d. l. actus*, non substinetur, immo

vitiatur apposita conditione de præsenti, nempe si hæreditas est soluendo; respondetur enim quòd prædicta conditio licèt quoad figuram verborum videatur de præsenti, resoluitur tamen in conditionem de futuro ex mente adeuntis, cui cùm possit deliberare an velit adire, ex l. 1. & per tot. ff. & C. de iure delib. nó tamen aliter vuult adire quàm sub prædicta conditione, quæ in effectu in illam resoluitur si postea apparuerit quòd hæreditas quoad omnia debita sit soluendo. Vel meliùs, & veriùs dici potest ex ea ratione conditionem de qua ibi, vitiare aditionem, quia repugnat substantiæ eiusdem, iuxta quam qui adit hæreditatem ex quodam quasi contractu sicut tenetur, ita intendit se obligare ad omnia debita defuncti, etiam vltra vires hæreditarias, & ideo ius deliberandi ei competit antequam adeat, §. heres, Instit. de oblig. quæ ex quasi contract: vnde cùm tali obligationi repugnet conditio, si hæreditas est soluendo, per quam qui adit non simpliciter, sed intra vires hæreditarias seipsum obligare intendit necessariò talis aditio vitiari debet, iuxta rotata in c. fin. per text. ibi, de condit. appos. l. cum manu sata, ff. de contrah. empt. sic similiter licèt copula non sit de substantia matrimonij, est tamen de substantia obligatio ad eandem, & ideo matrimonium contractum sub conditione, si copulam euitaueris, vtpote contra substantiam vitiat matrimonium. iuxta text. in dicto cap. final. Sic similiter licèt translatio dominij non sit de substantia contractus emptionis, l. rem alienam. ff. de contrah. empt est tamen de substantia obligatio ad illud transferendum quando venditor est dominus, ideo conditio apposita ad impediendam translationem dominij reddit contractum nullum, d. l. cum manu sata.

16 Posterioris verò membri ratio est, quia quod tacitè inest si exprimatur, nihil operatur. ex regula l. cũ quid ff. si certum petatur, l. conditiones quæ extrinsecus. ff. de condit. & demonstr. l. 3. ff de legat. 1. c. significasti, de elect. atque ita resoluunt Dec. in d. l. actus, Tiraquel. in l. si vnquam, verbo deratione largitus n. 307. C. de reuocand. donat. Rimin Hippol. in §. item vobis n. 66. Instit. per quas person. obseruat gloss. in l. iudex C. de sent. interlocut. Vnde fit vt licèt tutoris datio actus legitimus sit, & apposita conditione vitietur ex no-

17 stra reg. iuncta l. mutuo 6. §. 1. ff. de tutel. potest tamen sub conditione celebrari si satis dederit, ex eo, quia talis conditio iam tacitè à iure inerat, l. 1. & 2. C. de tutor. vel curat. atque ita potius monitionem quàm

18 conditionem inuoluit, iuxta text in d. §. Hinc etiam fit vt collatio beneficij fieri possit sub conditione si vacat quippe quæ intrinseca est, & à iure inest. argum text. in c. 1. & 2. de concess. præbend. gloss. verbo incerta in c. 2. de elect. hoc lib. communiter recepta ex Couar. lib. 3. var. c. 16. n. 2. licèt in electione contrarium teneat in quo, & communiter recepta est, secundùm Couar. d. loco, idque ex eo procedit non quòd conditio vitiet electionem ex capite actus legitimi, sed potiùs quia in electione suffragia electorum non solùm pura, & sine conditione, sed etiam certa præstari debent, ex eodem cap. 2. ibi, conditionalia. quæ certitudo non datur qualis requiritur apposita conditione etiam de præsenti sub prædicta forma, vt post Paol. aduertit Mayner. in d. l. actus, n. 18.

19 Non obstat quòd tacita conditio in futurum concepta propriè, & verè suspendit, & quoad effectum suspensiuum vera est conditio, l. 1. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. interdum 3. ff. de verb. oblig. l. sub conditione 16. ff. de solut. glos. recepta, verbo mala in l. item quia. ff. de pactis, & in l. 2. §. creditum verbo post. ff. si cert. pet. Respondetur enim si aduertatur duplicem esse tacitæ conditionis speciem, vna, quæ ex ipsa rei seu actus natura principaliter prouenit, veluti quando partus ancillæ vel fructus nascituri in obligationem deducuntur, quo casu tacita conditio intelligitur si nascantur, ex d. l. 1. ff. de condit. & demonstr. l. nonnunquam, ff. de verb. oblig. Altera verò, quæ non ex rei, seu actus natura principaliter, sed potiùs extrinsecus aduenit, nẽpe ex voluntate disponentis, prout quando legatũ purè relictum sub conditione admittitur, quo casu censetur sub contraria conditione relictu, tacita quidem, non tamen ex natura actus, sed extrinsecùs adueniente, de quo in l. si legatum, ff. de adimend. leg. exemplum etiam est in d. l. actus vers. nonunquam, ff. hoc tit. Inter has species ea est differentia. quòd prior conditio sicut tacita non vitiat, sic etiam expressa vitiare non debet actum legitimum, quo pacto procedit reg. text. in l. cùm quid. ff si certum pet. posterior verò licèt tacita non vitiat, vitiat tamen quando exprimitur, iuxta tex. in d. l. actus, vers. nonunquam, iuncta reg. l. expressa ff. hoc tit. Nec intelligi potest id procedere ex eo quòd data expressione talis conditionis vitietur forma actus legitimi, quasi lex, quæ prohibet eidem actui conditionem adiici, certam formam præscripserit, quæ per conditionis oppositionem vitietur. ex reg. text. in cap. cùm dilecta, de rescript. l. Iulianus §. qui rem, ff. ad exhibendum id enim falsum est & absurdum, primò, quia ex tali prohibitione forma non inducitur, deinde quia etiamsi induceretur ea quidem non vitiatur per expressionem conditionis, quæ tacitè inest. iuxta supra resoluta. Vnde meliùs dici potest in specie d. l. actus, vers. nonnunquam, propterea acceptilationem vitiari per conditionem expressam, quia quæ tacitè inerat, per accidens inerat, quatenus scilicet ab antecedenti obligatione conditionali debitor non aliter liberatus dicitur per acceptilationem nisi adimpleta conditione stipulationi adiecta, cùm antea debitum non consideratur, ex vulgata l. cedere diem, ff. de verb. signif. §. ex conditionali, Instit. de verbor. obligat. quando verò eadem conditio acceptilationi adiicitur expressè, non per accidens, iam tunc ex voluntate disponentis adiici censetur, ac proinde sicut quæuis alia actum legitimum vitiat iuxta nostram reg. operatur enim eo casu plus natura, & rei veritas, & tanquam magis dignum attrahit ad se minus dignum, nempe id, quod per accidens contingit, argum. text. in l. 3. ff. de tutel. l. quæritur, ff. de statu homin. cap. quod in dubiis, de consec. Ecclesiast.

Sextò infertur regulam nostram limitari quoad 20 conditionem resolutiuam, quæ cum non habeat effectum suspensiuum, sed tantùm resolutiuum, actui legitimo non repugnat, de qua in l. 2. ff. de in diem adiect. l. 1. & per tot. ff. de lege commiss. cap. ilo vos, de pig. obseruat. Alciat. lib. 3. parerg. cap. 8. Vnde fit vt licèt emancipatio vtpote actus legitimus conditionem non recipiat suspensiuam, recipit tamen resolutiuam. arg. text. in l. vnic. C. de ingrat. lib. Sic etiam licèt tutoris datio sub conditione suspensiua constitui non possit, de quo est text. in d. l. mutuo § 1. ff. de tutel. recipit tamen resolutiuam, argum. text. in §. 1. & per tit. Instit. quibus modis tutor.

REGVLA LI.

Semel Deo dicatum non est ad vsus humanos vlteriùs transferendum.

AD comprobandam hanc regulam allegatur tex. 1
in cap. quæ semel. 19. quæst. 3. & in c. ligna. & in cap. vestimenta, de consec. dist. 1. & in c. mancipia, de rerum permut. & illius materiam prosequere cum Brunno lib. 3. de cærem. c. 2. Remig. in tractat. de immunit.

Eccles.

*Eccles.ampl.*20. Petr.de Peruf. *de permut. status Ecclesia col.*2. Nauar.*de spoliis clericorum* §.18.*n.*7. *&* 8. Intellige regulam in rebus inanimatis, secus autem in animatis, vnde seruus Sacris initiari contradicentibus dominis & nescientibus Episcopo ordinante, ac præsentantibus ad Ordines ipsis dominis restituuntur, ita Campan. *in diuers.iuris Canon.rub.* 11. *cap.*8. *n.*11.*vers postremo,* Illustriss.D.meus Roder.à Cunha. *in comment.ad.c.*11.*n.*2.*in fine dist.*54.

1 Ex hoc text. infert D.Thom.2.2. *quæst.*88.*art.*11. non posse Papam dispensare cum Monacho professo, vt contrahat matrimonium, & illum sequuntur Sot. *de Iustit.lib.*8.*q.*4.*art.*2.& alij citati per me *in collect. ad c.cùm ad monasterium n.*12. *de statu monach.* vbi tamen *num.* 13. contrariam opinionem sequutus sum multis ad id ductus rationibus, & authoritatibus, vt *ibi* videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum non præstat quod de iure non sortitur effectum.*
2 *Nullum quod est nullum producit effectum.*
3 *Paria sunt nullum, esse vel esse sine effectu.*
4 *Paria sunt non fieri, vel non sortiri effectum.*

REGVLA LII.

Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.

1 HAnc regulam exornant Thom.de Thomass. *in floribus legum reg.*205.Chald.Peteita *de potestate eligendi cap.*13.*n.*5. Cardin. Tusch.*pract.concl.tom.*1. *lit.A,concl.*139.*n.*2.*&* *tom.*5.*lit. N,concl.*140. Sanch. *de matrim.lib* 8.*disp.*22.*n.*21.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloss.*57.*n.*30. *cum seqq.* Stephan. Gratian.*discept.forens.c.*58. *n.*6. *cum seqq.* cum alijs per me citatis *in tr.Axiomatum iuris vsu frequentior. Axiom.*115.*n.*1.

2 Quod enim nullum est, nullũ producit effectum, *l.*4. §. *condemnatum, ff.de re iudic.l. non putauit,§.non quenis, ff.de bonorum possess contra tab.l.*2 *ff.de auctor. tutor.l.si aut nullum,C.de legit.hered.l.non dubium,C.de legib.l.fin. C. de sent.ex breuic.recit.c.illud.de iurepatr.* Barthol.Peret.*in extrauag.ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienan.verbo infringere num.*4. Cort.*in memorab. verbo actus nullus,* Sued *decis.*40.*n.*8.*&* *cons.*3.*n.*11.*&* *cons.*373.*n* 24. Flamin. Paris.*de resignat.lib* 7.*quæst.*1. *n.*26. Aloys. Riccius *in collectan.decis.p.*3.*collect.*623. Cæsar. Argel.*de contradict.legis.quæst.*7.*n.*146. Mendez à Castro *in praxi Lusit.lib.*3. *cap.*21. *n.*43. Rot. *decis.*572.*n.*9.*part.*1.*recent.*

3 Paria enim sunt nullum esse vel esse sine effectu, Sued.*decis.*51. *n.*21.*&* 22.*&* *cons.*3. *à num.*8. *& cons.* 157.*à n.*13. *&* *cons.*179.*à n.*49. *&* *cons.*381. *à n.*13. Anton. Monach.*Bononien.decis.*40.*puncto* 7. *num.*20. Mari. Antonin. *var.resolut. lib.*1. *resol.*61.*n.*24. ego ipse *Axiom.*147.*n.*23.

4 Sic & paria sunt non fieri, vel non sortiri effectum, *l.*1.§. *nihil ff.de inoffic. testam l.si quis sub conditione, ff.de testament. tutel.l.ex consensu* §.1.*ff.de appellat.* Sued.*cons.*245.*n.*14. Anton. Monach.*dicto puncto* 7.*n.*18.ego ipse *Axiom.*174 *n.*20.

SVMMARIVM.

1 *Plus cui licet vtique quod est minus licere debet.*
2 *Argumentum de maiori ad minus validum est.*
3 *Intellige regulam procedere in iis tantum, quæ propriè, & absolutè à iure communi conceduntur.*
4 *Argumentum de maiori ad minus non habet locum in dispensationibus ab homine scilicet concessis, non verò à lege, vt n.*10.
5 *Declaratur text.* in cap. per venerabilem, qui filij sint leg & num.6.7 & 8.
9 *Maius minus quando sunt in eodem genere, tunc dispensatio in maiori verba prægnantia habens, extenditur ad minus.*
11 *Declaratur tex.*in c.ex parte 17.de decimis.
12 *Dispensatio ad Sacerdotium extenditur ad omnes Ordines inferiores.*
13 *Minus cui non licet, nec licere debet quod est plus.*

REGVLA LIII.

Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.

DEsumitur ex *l. non debet, ff.hoc tit.* facit text. *in l.* 1
in suis,ad fin.ff.de liberis, & posthum. dum inquit licitum esse exhæredare quos lex occidere permittebat, *l.nec in ea* 22.ibi, *qui occidere potest adulterũ, multò magis contumelia afficere, ff.ad leg.Iul.de adulter,* Sanch.*de matrim.lib* 8.*disp.*2 *n.*15. vbi ait hanc regulam locum habere quando minus continetur in maiori tanquam pars in toto, vel species in genere. Et summæ maiori inest minor, *c.*1.*de arbitr.lib.*6 *l.*1.§.*si stipulanti,ff.de verbor.obligat.* Bald.*cons.*307.*vers.in contrarium lib.*1.Seraph.*decis.*267.*n.*4.Menoch.*cons.*265. *n* 3.Cardin. Tusch.*pract.concl.tom* 7. *li* [illegible], *concl.*885. latè ego ipse *in tract. Axiom.iuris vsu freq Axiom.*215.
Vnde fit vt validum sit argumentum de maiori ad minus, 2
*auth.multò magis, C.de sacros. Eccles.cap.si erga*8. *quæst.*1 *c.si Paulus,* & ibi gloss. 32.*quæst.*5.*cap.per venerabilem,qui filij sint legit.*cum alijs adductis per Euerard.*in topicis legalibus loc.*66.Petr.Andr. Grammar.*in dialeg.legali lib.*2.*loco à maiori ad minus,*Roland.*cons.* 15.*n.*41.*vol* 1. Aym.*cons.*290. *n.*7. *&* *cons.*326.*n.*10. Flamin. Paris. *de resignat.lib.*1. *quæst.*13. *n.*19. *& de confident. quæst.*1[illegible]. *n.*4. vbi *num.*6. subit quòd valet in statutis, & etiam in correctorijs quando verba possunt trahi ad casum in quo concluditur maioritas, vel paritas rationis, Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gloss.*9.§.2. *n.*24.Card. Tusch.*pract.concl.tom* 1.*lit.A.concl.*501. *per tot.* vbi *n.* 10. declarat quòd valet etiam affirmatiuè quando maius, & minus sint eiusdem qualitatis, secus si diuersæ, latè ego ipse *in tract.de locis communibus argument. iuris loco* 67. *à n.*1.

Intellige regulam hanc procedere in iis tantùm, 3
quæ propriè, & absolutè à iure communi conceduntur, secundùm Ias.*in l.*3. *n.*43. *ff.de constit. Princip.* Felin.*in cap postulasti num.*9. *de rescript.* Paul. Æmil. *decis* 8.*n.*6 *part.*1. Rebuff.*in praxi tit. de dispens.ad plura num* 64. Campan.*in diuers iuris Canon.rubr.*11. *cap.*13.*num* 92.

Vnde in dispensationibus non habet locum argu- 4
mentum de maiori ad minus, ac proinde in eis fallit regula *in præsenti,* ex reg. *quæ à iure, sup.hoc tit.& c.fin. de translat. Episcopi,* vbi dispensatio vt quis ad Archiepiscopatum promoueatur non extenditur ad Episcopatum, *& c.cui non de* [illegible]*acerdotali, de preb.i* [illegible] 6. vbi deciditur eum, cui integram præbendam conferri mandatur, non posse accipere dimidiam, licèt in ea Ecclesia sint integræ, & dimidiæ præbendæ, & si mandatur conferri præbendam certi valoris non posse minoris recipere. Et ideo hanc partem tenent Gig.*de pension. quæst.*18.*ad fin.* Couar.*de sponsalib. part.*2. *cap.*8. .8. *num.* 11. Maiol. *lib.*5 *de irregul.c.*51.*num.*1[illegible]. Molin.

de

de primog.lib.2.cap.4.n.48.& 49. Gutier.*canon.lib.2. cap.15.n.124.&* 126. Brunor.à Sole *in locis communibus verbo dispensationes sunt odiosa,* Surd.*decis.*268. *n.*20.*&* 21. Chald. Pereira *de nominat.emphyt.q.*21. *n.*65. Rendina *in prompt.recept. sentent.tom.*1. *tit.*29. *num.*12. Molin. *de iustit.tract.*2. *disp.*491.*n.*2. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch.*de matrimon. lib.*8.*disp.*24.*n.*32.*& disp.*24.*num.*17.

5 Non obstat difficilis tex. qui loquitur in dispensatione, *in c per venerabilem, qui filij sint leg.* ibi, *quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori,* quia multipliciter responderi potest. In primis sunt qui distinguant inter dispensationes odiosas, & fauorabiles, vt in iis posterioribus procedat *dictum c. venerabilem,* qui de ligitimatione agit, quam inquiunt ea ratione fauorabilem, quia per eam fit regressus ad ius naturale secundùm quod omnes homines legitimi nascebantur *auth. quibus modis naturales efficiantur sui §.illud,* iuncta regula tex. *in l.si vnus §.pactus in fine. ff. de pactis,* notat gl.*verbo alpha in c.ab exordio* 35 *dist.* recepta vt per Mantu. *dial.*82. At verò in prioribus scilicet odiosis procedit communis sententia, quam sequuntur & iura pro ea adducta, ita Abb. *in cap. ad aures n.*8. *de rescript.* Decan *c.at si clerici §.de adulteriis à n.*91. *de indic.* quorum sententiam videtur secutus Soar.*de legib.*8 *cap.*27.*à n.*2.

6 Sed contra hanc distinctionem multis insurgit Felin. *in c.postulasti n.*9.*vers. limita secundò, de rescript.* tum quia omnis dispensatio eo ipso quòd à iure communi recedit odiosa censeri debet, & exorbitans ac restringenda, *l. singulare, ff. de legibus, reg. quæ à iure cõmuni suprà hoc tit.* tum quia omnes resoluunt fauorabilem, non censeri concessionem, quæ tertij odium, seu præiudicium continet, ex reg. *c.super eo, de offic. deleg.* Abb.*in cap.certificari n.*9.*de sepult.* & post alios Soar.*dicto cap.*27.*num.*9. legitimatio autem quamuis personæ legitimatæ fauorem respiciat odium tamen continet respectu eorum ad quos deficiente legitimatione hæreditas debuit peruenire: tum denique, quia falsò supponitur *in dicto cap. per venerabilem,* agere Pontificem de legitimatione fauorabili, per quam fit regressus ad ius naturale, cùm potiùs agat de dispensatione, quia cùm in matrimonij radice legitimi fieri non potuerint filij de quibus illic, neque ad omnia simpliciter legitimentur, sed quoad aliqua tantùm, scilicet spiritualia, minimè legitimatio dici potest, iuxta differentias dispensationis, & legitimationis, & confirmatur ex verbis *dicti cap. per venerabilem, in princip.* ibi, *cùm adulterinis etiam dispensauit,* & meliùs ex *vers. videbatur,* ibi, *cùm tuis videbatur ex benignitate Sedis Apostol. dispensandum,* quibus verbis clarè probatur de dispensatione agere Pontificem, non de legitimatione.

7 Alij igitur distinguunt inter legitimationem, quam fatentur odiosam & restringendam sicut dispensationem & inter potestatem legitimandi, seu dispensandi, de qua intelligunt *dictum cap. per venerabilem* quam inquiunt esse fauorabilem, & extendendam iuxta *c. vlt. de simon.* ita Couar.*d.§.* 8.*num.*6. & alij de quibus Sanch. *d.lib.*8.*disput.*2.*num.*1. Sed non satisfaciunt, quia text. non solum de potestate agit legitimandi, sed etiam de ipsa legitimatione facta, vt patet *ibi, cùm in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum,* & deinde quia, vt benè Alciat.*lib.*1.*paradox.c.*16. frustrà distinguitur inter potestatem legitimandi, & ipsam legitimationem, verùm enim potestas illa fauorabilis sit, vel odiosa, non aliunde expendi potest, quàm ex fine, seu effectu propter quem conceditur, & in quem dirigitur, & denique quia ex hac distinctione probat ille text. Pontificem, qui potestatem habet legitimanddi ad spiritualia, legitimare ad temporalia, quæ sunt minora, quod tamen est falsum ex dictis.

Quare his & aliis intelligendi modis reiectis facilis & verus sensus est argumentum illud de spiritualibus ad temporalia, & ita de maiori ad minus *in dicto c.per venerabilem,* non esse Pontificis, sed partis petentis ad temporalia legitimationem, quam Pontifex ibidem negauit, & ita nihil nobiscum pugnat. 8

Intellige limitationem suprapositam, quam in dispensationibus ad nostram regulam adduximus, procedere quando maius, & minus sunt in diuersis generibus, secus verò si vtrumque sit in eodem genere, quia tunc dispensatio in maiori verba prægnantia habens extenditur ad minus, ita Felin.*in dicto c.postulasti n.*13.*in fine limit.* 8. Borgas. *de irregularit. part.*2. *tit. de interpretat. dispensat. n.*17. quos refert & sequitur Sanch. *d.lib* 8. *disp.*1. *num.*37. vbi *num.*38. post multos quos ibi refert, hinc infert Episcopum, aut Monachum, cui concedit Pontifex testandi facultatem posse quoque codicillum facere, aut causa mortis donare, quia hæc sunt partes vltimæ voluntatis, quæ concesso testamento conceduntur. 9

Intellige etiam procedere eandem limitationem in dispensationibus ab homine concessis, secus in iis, quæ à Canone, vel lege indicuntur, qua illæ strictè, hæ verò largè interpretandæ sunt, ita Couar. *d.§.*8. *n.*11. Sanch.*dicto lib.*8.*disp.*1.*num.*36. 10

Vnde patet intellectus *ad cap. ex parte* 27. *de decimis,* quod non agit de priuilegio, aut concessione speciali circa decimas recipiendas, sed magis de concessione iuris communis, per quam eodem attento poterat Abbas, vel Parochus ille percipere decimas de laboribus terræ Parochiarum suarum, & ita illius textus sensus est, *cùm tibi concessum sit,* similiter à iure communi de quo *in cap. cùm contingat vers. vnde, de decimis quod maius est,* nempe vt percipias decimas de laboribus, *& minus concessum esse videtur,* nempe vt eas percipias de noualibus. 11

Declara tamen eandem limitationem non procedere quando id minus est annexum, vel inclusum in maiori tanquam pars eius, tunc enim dispensatio in casu maiori extenditur ad minorem, vt dispensatio ad Sacerdotium extenditur ad omnes Ordines inferiores, vt per Sarmien.*de reddit.ecclesiast.p.*4 *cap.*4. *num.*5. Maiol.*lib.*5. *de irreg.cap.*51. *num.*10. Sayr. & alios quos refert, & sequitur Sanch. *de lib.*8.*disput.*1. *num.*35. 12

Nota validam esse hanc regulam negatiuè conceptam, putà cui non licèt quod est minus, nec licere debet quod est plus, vt per Ferr.*in constitutiones Catalon.gl.*4.*num.*53. Surd.*decis.*254.*num.*15. Farinac. *cons.*65.*n.*84 *tom.*2. Mascard.*de probation.concl.*1252. *num.*2. vbi ait locum habere in delictis. Limita in mandatis, in quibus hæc nostra reg. tam affirmatiuè, quàm negatiuè concepta locum non habet, ex Tiraquel.*in l.si vnquam, verbo libertis n.*59. *C.de reuocand. donat.* Nauar.*de redditibus ecclesiast.quæst.*3. *mon.*10.*num.*2. 13

REGVLA LIV.

Qui prior est tempore, potior est iure.

DEsumitur ex *l.qui balneum in princ.& ex l.potior in princ. ff. qui potiores in pignore habeantur l.si fundum, C.eod.tit.l. distractus cum seq. C.de pignoribus,* exornant Duen.*reg.*198. Cassan.*in catalogo gloriæ mundi p.*12. *consider.*99. Balb.*in tract.de pignoribus. c.*19. Neguzant. *in simili tract. part.*5. *princ.memb.*2.*n.*11. 1

&

& n.39. Rebuff.*tom.2. ad leges Galliæ tit.de constitut. redditunm gloss.8.* Felician.*tom.1.de censibus lib.3.c.5. n.12.*Cæpol.*caut 122.& 124.*Cott.*in memorabil.verbo creditor.7.* Mascard.*de probat.concl.1228.* Ioseph. Ludouic. *Perus.decis.45.n.6.* Matien.*l.7.gl.5.n.3.tit. 16.lib.5.noua recopilat.* Surd.*de aliment.tit.1 quæst.94. n.15.& decis.255.n.1.* Gom.de Leon.*in centur.c.85. & 86.* Bertazol.*in tractat.clausul. instrument.claus.1. gloss.5.n.42.*Garc. Gironda *de priuileg.seu exempt.explicat.n.357.*Seraphin.*decis.187.n.1.* Cardos *in praxi iudicum, & aduocat.verbo ius n.11.& verbo pignus n.26.* Mari. Antonin. *var.lib 1. resol.81. n.7.& lib.2. resolut.50.n.82.* latè Card. Tusch *practic.concl.tom.6. litt.P.concl.465.* Flores de Mena *var.quæst.6. art.3. num.24.* Donel.*de pign.c.12. & comment.iuris Ciuilis lib.23.c.15.* latè Aloys. Ricc.*in collect.decis.p.3.collect. 473.*Card. Mantic.*de tacitis, & ambig.conuent.lib.11. tit.22.n.1.* latè ego ipse *in tract. Axiom.iuris vsufreq. Axiom.184. à princ.* vbi *num.2.* amplio procedere etiam si prioritas sit in hora, & in puncto, & *num.3.*etiam amplio vt procedat tam in agendo quam in excipiendo, & replicando.

Regula LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra.

1 DEsumitur ex *l.secundum naturam, ff.hoc.tit.*cum aliis citatis à *gl.1. in præsenti*, exornant Thom. de Thomass *in floribus legum reg.15.* Alex *consil.46. Perspectus,col.pen.n.4 lib.5.*Anchar.*cons.217. Dubium facit,num.4.* vbi ait quod non est ferendus is qui vult commodum, & non vult sentire onus, Menoch. *cons.738.n.9.* Bellet *disquis.clerical.part.1.tit.de fauore cleritor.canonis § 2.num.28.* latè Cardin. Tusch. *practic.concl. tom.5. lit. O.concl.144* Ferret.*in constit. Cathalonia gloss.2.n.89.* vbi quòd incommoda eum sequi oportet, quem commoda, & vtilitates sequuntur Roman.*cons.477. In casu num.19. vers quartò.*vbi quòd à quo remouetur officium oneris, debet remoueri officij præmium,& *cons.514. In quæstione,in princ.* vbi quòd Episcopus qui non sustinet onera iurisdictionis, non debet habere emolumenta eiusdem iurisdictionis, cum aliis per me citatis; *in tract. Axiom. iuris vsufreq.verbo damnum Axiom.63.n.2.& Axiom. 169.n.3.* Castill.*controuers.iuris lib.2.c.5.n.56.*vbi ait procedere in iis,quæ obueniunt ex ipsius actus natura,non verò in iis,quæ ex accidenti contingunt.

SVMMARIVM.

1 *Prohibentis conditio potior est in re communi.*

2 *Commodum, & incommodum alicuius negotij aut respicit plures primò, & principaliter, & tunc omnium consensus requiritur aut minus principaliter, & secundariò, & tunc sufficit maioris partis.*

3 *Sententia lata contra hæredem institutum nocet substituto non vocato, & lata contra possessorem maioratus omnibus sequentibus non vocatis præiudicium infert.*

4 *Declaratur text.in* l.duo ex tribus 39.vers. sed si, ff.de re iudic.

5 *Declaratur text.in* l. & suum §. hodie ff.de pactis, *& num.6.*

7 *Declaratur text.in*cap.3. de iurepatron.

8 *Declaratur text.in*cap.vlt. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.

Regula. LVI.

In re communi potior est conditio prohibentis.

DEsumitur ex *l. Sabinus, ff.communi diuid.l.in concedendo, ff.de aqua pluu.arc.*cum similibus, de quibus gloss. *hic, & in reg.quod omnes tangit 18.sup. hoc tit.* vbi rationem præstiti quare in negotiis tangentibus plures in singulis concors requiratur omnium consensus, vt *hic*, & *ibi*.in tangentibus verò plures vt vniuersos, sufficiat maior pars, prosequuntur citati ad *d. reg. quod omnes in princ.* 1

Pro resolutione materiæ,& difficultatum,quæ contra hanc regulam solent adduci, aduertere oportet commodum & incommodum alicuius negotij aut respicere plures primò, & principaliter, aut minus principaliter & secundariò, in prioribus procedit hæc reg. omniúnque consensus est necessarius,nisi lex ex iustis rationibus aliter disposuerit ex *infrà* resoluendis, in posterioribus verò eorum scilicet, quos secundariò tes tangit, consensus non spectatur, vel non est necessarius, probat text.elegans *in l.1.§ pen.vers.denunciari, ff.de ventre in sp. c.* notat glos.*vlt.in c.quamuis pactum, de pact.hoc lib.gl ff.2. in l.de vnoquoque, ff.de re iudic.* cum multis aliis, quæ congerit Tiraq.*in tract.tres inter alios acta limit.1.* Cou.*in c. Raynutius §.3.n.10.de testam. & in d.cap.quamuis pactum part.3.§.3. n.7.ad* 2
fin & aliis de quibus Alphan. *collect.688.* Vnde no- 3
tant scribentes sententiam latam contra hæredem institutum nocere substituto non vocato, & latam contra possessorem maioratus omnibus sequentibus non vocatis præiudicium inferre arg *l. ex contractu, ff.de re iudic.* prosequuntur Couar. *practic. c.13. n.6.* Ant. Gom.*l.40. Tauri n.73.* Pinel. *in l.1. C.de bonis mat. part.3.a n.48.* Molin. *de primogen. lib.4.cap.8. à n.3.* Gutier.*canon.lib.1 cap.34.a num.34.*

4 Ex quibus iam primò colligitur facilè procedere decisionem Iureconsulti *in l.duo ex tribus 39.vers.sed si ff. de re iudic.* dum probat sententiæ latæ à maiori parte iudicum standum esse: quamuis enim iudicandi officium singulos respiciat, atque ita videretur concors omnium consensus necessarius, iuxta hanc reg. quia tamen diximus illam procedere vbi commodum & incommodum negotij omnes,& singulos tangit primò,& principaliter, planè officium iudicandi, & illius commodum, & incommodum non ipsos iudices principaliter respicit, sed vel litigantes, vel publicum fauorem; publicum enim munus est, & inde ad aliud acceptandum quis cogi potest, *l.vlt.ver.iudicandi,ff.de mun. & honor.c.pastoralis, in princ.de offic. deleg.* notat. Boer.*decis.222.à n.2.* Menoch *de arbitr. lib.1 quæst.41.n.3.*Et constat deinde, quia cùm ius dicere ad Iustitiam pertineat,*l pen.ff.de iustitia, & iure* & Iustitia virtus sit non ad se,sed ad alios, vt docent D. Th 2.2. *quæst.58.art.3.* Sot.*de iustit.lib.3.quæst.2. art.2.* sequitur manifestè commodum, & incommodum iudicandi principaliter non respicere ipsos iudices, & per consequens omnium consensum non esse necessarium; quia verò certius est iudicium, quod plurimorum arbitrio comprobatur; *cap.prudentiam 21 in fine princip.de offic. deleg.* meritò maioris partis consensus requiritur,

5 Secundò colligitur contra strictum iuris rigorem procedere decisionem text.*in l.& suum 8.§.hodie, cum seqq.ff.de pact.*dum probat quòd si plures sint creditores,& dissentiant circa partem debiti remittendam debitori sequendam esse maiorem partem; facit in simili circa spacium.seu inducias debitori concedendas, decisio text. *in l. vlt.vers.pen i C. qui bonis cedere pos.*notant.*ibi* scribentes omnes, Tiraquel.*in tract.res inter*

alios

*alios limit.*34.Afflict.*decis.*288.Sanch.*de mercat.tit.de decoctor.part.6. à n.*5. plures de quibus Alphan.*collect.*39.Duen.*reg.*294. Rot. Genuens.*decis.*17. *n.*12. quod tamen omnibus supradictis videtur repugnare. cùm enim in iis, quæ singulorum commodum vel incommodum principaliter respiciunt, requiratur omnium consensus, & constet commodum, & incommodum ex debiti remissione singulos respicere principaliter, iam secundùm iuris rigorem videbatur dicendum maiorem partem creditorum non sufficere, neque aliis non consentientibus præiudicium inferre, atque ita contra iuris rigorem hoc introductum fuisse ex speciali Imperatoris Diui Marci rescripto colligitur ex *d.§.hodie*, iuncta *l.rescriptum* 11.*ff.de pactis*, atque ita intelligendus est Bald.*in d.c. cum omnes de constitut.n.*20. *ad fin.*& *ibi* Abb.*num.*5.*circa fin.*dum hoc tribuuot fauori liberationis, vt dicamus propter fauorem liberationis legem id induxisse, non autem quòd fauor ille absque lege sufficeret, vt bene sentit Dec.*in dicto cap cum omnes num.* 24. & *ibidem* Bero. *à num.*63. & post Paul.de Castr. Strach. *vbi suprà num.*8.

6 Vnde iam fit consequens decisioni illorum iurium locum non esse, neque maiori parti creditorum standum esse extra casus illis legibus specialiter expressos, scilicet quando pactum de remittenda parte debiti fit hæredibus defuncti debitoris, qui aliter nolunt adire hæreditatem, in quibos terminis loquitur text. *in l.iurisgentium § fin.ff.de pactis*, cum similibus Vel si debitor paratus sit bonis cedere si creditores dilationem concedant, iuxta terminos *d.l.vlt.C. qui bonis cedere pos.* Addunt DD. tertium casum, scilicet quando debitor aufugit, & ita non est qui conueniatur, quo casu inquiunt vigere etiam rationem, *d.§.hodie*, atque ita extra hos tres casus non esse trahendam decisionem illorum iurium iudicauit Senatus Neapolitanus, teste Afflict. *d.decis.*288.*n.* 4. & notat Dec.*vbi proximè*, quamuis post Angel. Strach *vbi supra n.*21. contendat ad omnes debitores esse trahendam æquitatem illorum iurium.

7 Tertiò ex dictis consequitur non sine maxima difficultate procedere decisionem text. *in c.* 3. *de iurepatron.* dum probat quòd si plures fundatores Ecclesiarum, aut hæredes earum, atque ita patroni, quibus non iure Collegij, sed vt singulis ius competit patronatus, dissentiant plurimos præsentantes, is præficiendus est Ecclesiæ, qui plurimorum approbatur assensu. Dixi in his, quæ pertinent ad plures vt singulos maiorem partem non sufficere, sed omnium concordem consensum esse necessarium in iis autem terminis proponebatur iuspatronatus ad plures vt singulos pertinere; ergo videbatur maiorem partem non sufficere iuxta *d.reg.quod omnes*, & *ibi* notata, atque ita iure nouo hoc inductum fuisse videtur comprobari ex verbis ipsius text.ibi, *præsenti decreto statuimus*, notat Cardin. Imol. & alij de quibus Decian. *in d cap cum omnes num.*26. Sed melius cùm eodem tentari potest textum illum nihil noui in eo induxisse, patétque ex nostra resolutione si aduertas regulam hanc & *d. reg. quod omnes*, procedere vbi negotium commune singulos principaliter tangit quoad ipsius negotij principale commodum, vel incommodum, non ita si principaliter alium tertium respiciat. Planè præsentationis commodum non principaliter ipsos patronos respicit, sed vel Ecclesiam, cui prouidetur, vel præsentatum ipsum, nihil ergo mirum si omnium consensus necessarius non sit, vnde iam sequitur legem non de nouo induxisse vt maior pars sufficiat, sed vt esset necessaria, quia scilicet lex magis fidit plurimorum iudicio, iuxta regul. *d.cap. prudentiam, in princip.* & quæ circa iudices *suprà* resoluimus.

8 Quartò ex dictis consequitur non sine maxima ratione Doctores admodum defatigari circa interpretationem text.*in cap.vlt.de iis, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, agitur *ibi* de certa parte fructum præbendarum deputanda à Canonicis ad fabricam Ecclesiæ reparandam, & inquit text. quòd si aliqui duxerint resistendum, obtineat sententia plurimorum, cum tamen agatur de fructibus singularum præbendarum, quorum commodum principaliter singulos respicit in particulari: vnde per consequens dicendum videbatur meliorem esse prohibentis; vel etiam vnius contradictionem iuxta nostram reg. Sed reiecta communi interpretatione, quæ firmabat hanc reg. & nostram resolutionem procedere in tangentibus plures vt singulos iure singulari, secus si singulos tangat iure Collegij, de qua per Abb.*in d. c. cùm omnes n.*5.*vers. item procedit*, Felin *n.*15. *vers.fallit sexto*, & *ibi* Bero.*n.*60. Maynet.*in l aliud § referetur n.*69 *ff.hoc tit.* Sarmien. *de reddit.part.*3.*cap.*3. *num.*8. Dicendum est contra strictum iuris rigorem statuisse Pont.*in d. c. vlt.* suadente æquitate atque fabricæ necessitate, quod confirmatur ex verbis eiusdem text.ibi *statuimus*, ratio verò deducitur ex illis verbis, *operi tam pio & necessario.*

9 Limitatur tamen hæc nostra reg. plerisque casibus, in quibus contrarium iure expressum est, veluti fauore fisci, vt *in l.*2.*commun.rerum alien.*cum aliis, de quibus Duen.*reg.*295.*limit.*3.*& reg.*375. atque etiam fauore libertatis, vt *in l.*1. *C. commum seruo manum.* cum aliis de quibus Anton. Gom. *l.*40. *Tauri num.*9. Couar.*lib.*3.*var.c.*14.*n.*7.*& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Lex id noluisse præsumitur cum facilè id exprimere potuisset, neque expressit.*
2 *Verba dubia contra proferentem sunt interpretanda*
3 *Testis verbum ambiguum contra producentem interpretatur.*

REGVLA LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertiùs, est interpretatio facienda.

1 DEsumitur ex *l.in contrahenda venditione, ff.hoc tit.*& aliis citatis à glos.*in præsenti.* Lex enim id noluisse præsumitur, cùm facilè id exprimere potuisset neque expressit Menoch.*cons.*30. *n.*8. Armendar. *in proœm. addit. ad recopil.legum Nauarra num.*150. Gonz.*ad reg.*8 *Cancel.gloss.*9.§.1.*n.*33.

2 Vnde verba dubia contra proferentem esse interpretanda, probant text.*in l.veteribus* 40 vbi Bart.*ff.de pact.l.quicquid astringendæ,ff.de verb.oblig. l.Labeo,ff. de contrah.empt.* exornant Menoch.*cons.*110. *n.*31.*& cons.*179.*n.*19. Surd.*decis.*322. *n* 63. *& de alim.tit.*6. *q.*1.*n.*26.D Barbos.*in l.si quis intentione ambigua* 66. *n.*28.*ff.de iudic.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib.*1.*c.*3.*n.*41. Cardos. *in praxi iudicum, verbo Verbum n.*9. latè Card.Tusch.*tom.*8.*lit.V. concl.*107. Cardin. Mantic *de tacitis, & ambig.convent.lib.*2.*tit.*9 *n.*99. *cum seqq.* vbi rationem reddit quare in contractibus fiat interpretatio contra proferentem, non sic in iudiciis.

3 Eodem modo verbum ambiguum testis contra producentem interpretari per gloss. *hic* tradunt Tiraq. *de retract.lig.§.*1.*gl.*16.*n.*4. Bellacomb.*tom.*1.*commun. opin.lib.*4.*tit.*10.*n.*389. Surd. *decis* 260 *n.*2 plures refert Farinac. *in praxi crimin. part.*2.*quæst.*60. *n.*60. vbi *num.*61.limitat.

REGVLA

Regvla LVIII.

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.

1 EXornant Menoch. *de successiõn. creat. lib. 3. §. 28. n. 7. iuncto n. 10. & 17.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 40. n. 4.* Marches. *de commissionib. p. 3. §. 1. n. 44. pag. 193.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 511. n. 29.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 151. col. 6. in solut. ad 1. & disp. 271. col. 6. vers. ad id vnde,* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. c. 6. ad fin. & c. 8. à princ.* Soar. *tom. 2. de Relig. tract. de iuram. l. 2. c. 21. per tot.* Rebell. *de obligat. iust. part. 2. lib. 1. q. 9. n. 1.* Chald. Pereira *de empt. c. 30. n. 18.* Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 17. dub. 7. n. 50.* D. Barbos. *in l. cùm prætor. §. vlt. n. 266. ff. de iudic.* quorum plures asserunt hanc reg. esse intelligendam de iuramento contra bonos mores naturales, qui scilicet retrahunt nos à via recta, & optimo modo viuendi, non autem contra ciuiles.

2 Vnde cùm pactum affirmatiuum de succedendo, quãdo scilicet quis promittit alteri se cum hæredẽ instituturũ, iuxta *l. stipulatio hoc modo 61. ff. de verb. oblig. l. pactum, quod dotali 15. C. de pact.* bonis moribus naturalibus aduersetur, & turpitudinem contineat, vt probant *d. l. stipulatio, & d. l. pactum,* quia scilicet liberam standi facultatem aufert contra naturam vltimæ voluntatis, quæ est vsque ad mortem deambulatoria, *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* ideo tali pacto non potest accedere iuramentum, ac proinde succedit hæc reg. Ita resoluunt cõmuniter Doctores *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & in d. l. pactum quod dotali,* communis ex citatis ab Anton. Gom. *l. 22. Tauri à n. 18. cum seq.* Couar. *in cap. quamuis pactum part. 2. in princip. num. 3.* Menoch. *de success. creat. §. n. 17. & §. 18. à num. 181.* Canon. *commen. lib. 6. c. 4. post princ.* communem etiam dicit Valasc. *cons. 130. n. 12. vers. sed neque;* quamuis in puncto iuris contrarium longè verius sit, vt per Couar. *in rub. de testam. part. 2. ex n. 5.* Cuiac. *in l. generaliter, ff. de verb. oblig.* Menoch. *de success. creat. §. 3. num. 22.*

Regvla LIX.

Dolo facit qui petit quod restituere oportet eundem.

1 DEsumitur ex *l. in condemnatione §. dolo facit, ff. hoc tit.* cum aliis citatis à gloss. *in præsenti,* exornant Duen *reg. 209.* Mascard. *de probation. concl. 531. n. 81.* Menoch. *de præsumption. lib. 5. præsumpt. 3. n. 88.* Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo dolus n. 8.* ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. verbo dolus Axiom. 67. num. 3.*

Regvla LX.

Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri.

1 DEsumitur ex *l. nulla intelligitur, ff. hoc tit.* refert Pichard. *in disput. de mora num. 29. prope fin.* Ratio est quia mora dici non potest, quæ inculpata inuenitur, *l. pecunia fœnebris 9. §. fin. ff. de vsur.* & sic in mora non constituitur debitor qui iustam causam habuit ignorandi se debere, *l. qui sine dolo malo, ff. hoc tit. l. ff. qui 24. vers. vtique si iustè. l. paratum 47. ff. de vsuris,* & qui iustam causam litigandi habere etsi retardetur, non tamen moram facit, vt ex Tiraq. colligit Pichard. *d. disp. de mora num. 33.*

Regvla LXI.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

DEsumitur ex *l. nulla iuris ratio 24. ff. de legib. & ex l. quod fauore C. eodem tit.* exornant Thom. de Thomass. *in floribus legum reg. 143.* Surd. *decis. 195. n. 5.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. num. 27.* Monac. *de optione can. cap. 3. num. 142.* ego ipse *in tractat. Axiomatum iuris vsufreq. Axiom. 96. n. 2.* Gloric. *resp. 1. p. 3. num. 39.* 1

Regvla LXII.

Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non sit, obligatur.

DEsumitur ex *l. cõsilij 48. ff. hoc tit. & ex l. 2. in fin. §. mandati.* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 2. c. 8. n. 9.* Cuius rationem *gl. 1. hic,* ex eo deducit, quia consilium non inducit necessitatem, nec cogit illum, cui datur, sed magis vt deliberet, & ita liberum est ei acceptare, vel non, *d. l. 2. c. vlt. infr. 4. dist.* cum aliis *infrà* citandis, quam rationem sequuntur Doctores *hic,* Dec. & Cagnol *in dicta l. consilij* sed non placet, tum quia obligatio cuiusque non pendet à necessitate quam alius imponit, sed ab ea, quam ipse sibi per propriam voluntatem imponit, *l. sicut C. de action. & oblig. cap. licet, de voto,* & tam in donatione patet, quàm in aliis contractibus, in quibus consentiens obligatur, & tamen alij necessitatem non imponit. tum etiam quia consilium fraudulentum obligat, vt habetur in hoc text. & tamen in eo viget ratio gloss. quia non imponitur necessitas ei, cui præstatur, & tandem quia licet cõsilium necessariò sit obseruandum, aliquando adhuc non obligat, vt *infrà* dicetur. nec contrarium probat, *d. l. 2. in fine,* ibi, *quia liberum,* quoniam illa verba tantùm reddunt rationem propter quam non obligatur quis ex consilio, quod non expedit ei, cui datur, cùm tamen obligetur ex mandato. Dicendum ergo rationem esse, quia cùm consilium procedat à dictamine rationis, & iudicio intellectus circa ea, quæ agenda sunt ex Diuo Thom. *2. 2. q. 14. art. 1. cum seq.* sua natura non habet consensum sine quo obligatio non cõtrahitur, quia nulla obligatio contrahi potest absque, consensu & complacentia voluntatis vera vel interpretatiua, per quam quis applicat appetitiuum motum; *l. 1. §. 1. in fine ff. de pactis, l. obligamur, ff. de action. & oblig.* vnde sequitur regulam procedere etiamsi consilium ex necessitate sit obseruandum, vt in specie *cap. vlt. vers. iubemus, ibi, consilij, de hæret.*

Declara regulam nostram non procedere in eo, qui vt peritus in arte officium profitetur, & ita ratione talis officij, vel artis tenetur ad aliquod opus consilij, id est, procedens per modum consilij ab intellectu, vt sunt Assessores Aduocati, Iudices, & alij qui obligantur ex iniquo consilio etiam per imperitiam præstito, *l. 2. in fine, ff. quod quisque iuris,* Butr. Abb. & Felin. *in cap. sua de homicid.* Nauar. *in man. cap. 25. n. 15.* 2

In gl. *Nullus ex consilio,* ibi, *nullus enim tenetur consilium sequi, immo explorare, & deliberare debet apud semetipsum an sibi expediat necne.* Notatur ad hoc quòd consilij natura est, vt quamuis excitet ad deliberandum, non tamen obliget ad sequendum, *l. cùm pater 77. §. mandato & ibi* Bart. *ff. de legat. 2. l. 1. §. idem Pomponius,* vbi gloss. *ff. depositi* Couar. *in cap. quamuis pactum part. 2. §. 2. n. 6. & 7. vers. secundum, & de sponsalib. part. 2. cap. 1. §. 8. n. 3.* Garc. *reg. 10. num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. n. 25. cum seq.* Gonzal. 3

ad reg.8. Caneel.gloss.46.n.36.cum.seq. Sanch.*de matrim.lib.1. dispnt.34.n.* 24. cum aliis per me citatis *in tract. Axiom.iuris vsufreq. verbo consilium Axiom.* 55.*num.*2.

REGVLA LXIII.

Exceptionem obiiciens non videtur de intentione aduersarij confiteri.

1 EXornant Couar.*var.lib.1. c.1. num.2.vers. eodem iure*, Anton. Gom.*var.tom.3.cap.12.num.16.* Cacheran.*Pedem.decis.*178.*n.*9. Franc. Milanen. *Sicilia decis.3.num.46. lib.2.* Bellon. *Gennen.decis.38.n.8. & decis 91.num.1.* Petr. Greg.*syntagm.iuris lib.21. c.17. num.7.* Surd. *decis.24.n.5.* Alexand. Trentacinq.*var. resolut.lib.2. tit.de except.resol.2.n.1.* Cardos.*in praxi iudicum, & aduocat.verbo exceptio num.*26.Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 19. *num* 19. Mati. Antonin. *var. resolut.lib.2.resolut.50.num.31.* Cardin. Tusch. *practic.conclus. tom.3.lit. E, conclus.*427.ego ipse *in tract. Axiom.iuris vsufreq. Axiom.*85.*n.*9.vbi *n.*10 intelligo procedere quoad fundandam intentionem actoris.

REGVLA LXIV.

Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

1 EXornant Cardos.*in praxi iudicum, & aduocat verbo factum num.2.* Azor. *instit.moral. part.1.lib.5. c.16.quæst.17.* Brunor.à Sole *in locis communib. verbo factum* 12.Paria enim sunt inualidè fieri, & non fieri, *l.non putauit §.non quanis*, vbi Bart.*ff.de bonor. possess. contra tab.* Surd.*cons.*157.*n.*13. Rot.*decis.* 345. *n.3. p.2.recent.*ego ipse *in tract. Axiom iuris vsufr. Axiom.* 174.*n.*20. Actus enim corruit omissa forma legis, *l. cum hi §. si prætor. ff.de transact. l. traditionibus C. de pact. c. cùm dilecta, de rescript. cap. quia propter, de elect. c.1. de rebus Eccles.non alien.lib.6.* Tiraquel.*de retract. conuent §.4.gl.6. n.31.* Surd.*decis.*268. *n.*8. Chald. Pereira *de potest eligen.c.7 n.13.* Anton. Monach. *Lucæ .decis.53 n.35.* Ioseph Selle *Aragon .decis.30 n.10.* Escob. *de ratiocin.cap.* 11.*num.* 10. Ferrer. *in constit. Catalonia gl.1.num.*350. plures per me citati *in tract. Axiomatum iuris vsufreq.verbo actus Axiom.12 n.24.*

SVMMARIVM.

1 *Possidentis potior est conditio in pari delicto, vel causa.*
2 *Procedit in materia iustitiæ, & aliarum virtutum.*

REGVLA LXV.

In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis.

1 DEsumitur in quantum agit de delicto, ex *l.cùm par.delictum, ff.hoc tit.* & in quantum dicit de causa ex *l.in pari causa, ff.eod.* exornant citati per me *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.182. n.5.* Sanch. *in præcepta Decalogi tomo 1.lib.1.cap.10.num.10. ad finem.*

2 Et hæc regula quòd in dubio, & pari causa melior est conditio possidentis, non solùm procedit in materia iustitiæ, vt tenent Maiol. *de irregul lib.3.c.51.n.10.* Anton. Perez *certamine 20. scholastico dub.2. n.132.* Azor.*instit.moral.part.1.lib.2.c.19. quæst.10.& lib.11. c.15.quæst.2.* Vasq.*1.2.quæst.19.art.6.disp.65.c.3.n.36. & dispnt.66. cap.1.* Salas etiam *1.2.quæst.21.tract.8. disput.vnica, sect.17.n.152.* Sayr.*de censur.lib.1.c.16. num.30. casu 1. & inclaui Regia lib.1.c.13.n.36.* sed etiam in materia aliarum virtutum secundùm Soar. *tomo 5.de censur.disp.40.sect.5.n.15. & tomo 2. de Relig.tractat.4 lib.2.cap.33.num.2. & tractat.6. de voto lib.4.c.5.a n.7.cum seqq.* Sanchez *de matrimon. lib.2. disp.41.n.32.& d.c.10.n.1.*

REGVLA LXVI.

Cùm non stat per eum ad quem pertinet quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

DEsumitur ex *l.in iure Ciuili 24 ff.hoc tit.* & aliis citatis à gloss. *in præsenti*, exornant Cumah. *cons.38.circa fin.* Angel.*cons.*501. *Factum tale, n.7.* Cephal.*cons.8.n.6.* Put.*decis.19.lib.1.in correctus*, vbi ait, quòd hæc reg non habet locum in conditione potestatiua. Stephan. Gratian.*discept. forens.cap.223. num.* 41. vbi declarat dummodo non simus in conditione dependente à mera potestate promittentis, Cardos.*in praxi iudicum, & aduocat. verbo conditio n.7.* Card. Tusch.*practic.concl.tom.2.lit. G.concl.595. n.32.cum seqq.* Rot apud Farinac *decis.493. .3. & 6. p.1. recentior.* ego ipse *in tractat. Axiom.iuris vsufrequent verbo conditio Axiom.48.n.4.* 1

REGVLA LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

VIde ad materiam huius reg. Menoch. *de arbitr. casu* 459.

SVMMARIVM.

1 *Facere quis potest per alium quod potest facere per seipsum.*
2 *Facere per se videtur qui per alium facit.*
3 *Professio Fidei potest fieri per procuratorem.*
4 *Professio in religione fieri potest per procuratorem.*

REGVLA LXVIII.

Potest quis per alium quod potest per seipsum.

DEsumitur ex *l.1.deiecisse, ff.de vi, & vi armata, l.ita §.quod si quis, ff. de administr. tutor. l. si per alium ff.ne quis eum, l.si damn. n dat.* vbi Dec. Cagnol. *ff.de regul.iuris l.non ideo C. de accusat. c.mulieres §.illo vero, de sent. excomm.* ex quibus iuribus vulgò colligitur quòd per se facere videtur, qui per alium facit, exornant Duen.*reg.378.ampl.3.* Corras.*lib.2.miscelan. cap.22.* Clar.*§.vlt.q.38.num.6.* Plac.*de delictis lib.1. cap.15.num.17.* Anton. Gom.*var.tom.3.c.3.num.39.& l.45. Tauri n.91.* Menoch.*remed.1.recuper.n.407.& cons.1.num.304.* Flamin.Paris.*de confiden.q.28 num.83. & quæst.31.n.12.* Decian.*in tract.crimin.lib.4. cap.17. num.2.* Surd.*cons.360.num...* latè Cardin. Tusch.*pract. concl.tom.3.lit.F, concl.7.* 1 2

Vnde prouenit vt etiam Fidei professio, quam prouisi de beneficiis quibuscunque curam animarum habenti

habentibus, ac de dignitatibus, & Canonicatibus in Ecclesiis Cathedralibus emittere tenetur iuxta terminos Concilij Trident. *sess. 24. de reform. c. 12. vers. promissi*, per procuratorem præstari possit, prout arg. huius regulæ resoluunt Nauar. *cons. 11. n. 2. de iure iur. in ar. seq. alias cons. 4. n. 2. sub tit. de summa Trinit. in nouis*, Petr. de Ledesma *in summ tom. 2. tract. 1. c. 4. post 20. concl. diffic.* Azor. *instit. moral part. 2. lib. 9. c. 2. q. 6.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo fidei professio*, Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 8. cap. 3. num. 19.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 5. n. 7.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremiũ Ecclesiæ existent. lib. 1. c. 23. n. 21. cum seq.* Rot. *in vna Vermien. Canonicatus 13. Iunij* 1608. coram Card. Sacrato quorum opinionem sequutus fui *in tract. de officio, & potest. Episcopi par. 2. alleg. 69. n. 20.* Quicquid absque bono fundamento contrarium tenuerint Nicol. Garc. *de benefic. part 3. c. 3. n. 75.* Vgolin. *de officio Episcopi cap. 50. §. 16. n. 1.* & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 166. n. 22.* & acriter nimis Fr. Sigismund. à Bononia *de elect. dub. 26.* quorum fundamentis optimè satisfecit me. à cuiusdam cauillationibus defendens Massobrius *in tract. de Synodo Episcopi cap. 40. dub. 40.* Secundùm Romanam impress.

4 Hinc etiam infertur professionem in Religione per procuratorem fieri posse, vt per hanc reg. resoluunt Syluest. *verbo Religio 3. p. 15.* Sanch. *in præcep. Decal. tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 8.* vbi refert. quinque conditiones, quæ desiderantur vt procurator nomine absentis profiteri valeat, Fr. Barth. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib. 5. q. 217.* Fr Barthol de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 13. dub. 3.*

Regvla LXIX.

In malis promissis fidem non expedit obseruare.

1 EX hac reg. iuncto *cap. in malis 22. quæst. 4.* probari videtur promissiones malas, & turpes validas esse ex se, & in illis fidem præstari, & accipi, & obligationem producere, id enim importat *in hoc text.* verba *fidem non expedit, & in d. cap. in malis*, ibi, *rescinde fidem*, argum. *l. decem. 116. ff. de verb. obligat. cap. ad dissoluendum, de desponsat. impub.* ac per consequens quòd dabatur fidei violatio in actionibus, qui deuiant à virtute, nisi horum iurium auctoritate contrarium statueretur. In cuius rei confirmationem expendi potest *d. cap. in malis.* cùm enim textus ille retulisset duas turpium promissionum classes, alteram illarum, quæ inter homines fiunt, alteram verò illarum earum, quæ Deo præstantur, prout sunt turpia vota, in prima in quit text. illam rescinde, in secunda vtitur alia phrasi, scilicet, *muta decretum, quod incautè vouisti ne facias*; igitur vt thematis mutatio aliquid operetur, dicendum videtur quòd licèt promissiones de re turpi factæ Deo nullam producant obligationem, in his tamen, quæ fiunt hominibus, secus dicendum sit.

2 Verùm in contrarium est veritas, quia non potest dari periurium in transgressione iuramenti promissorij quando res sub iuramento promissa deuiat à virtute: patet hoc si expendas has transgressiones non alio ex capite esse periuria quando ob violatam fidem sub iuramento præstitam, ac subinde cùm non sit dabilis fidei violatio in iis, quæ deuiant à virtute, fides enim est virtus. D. Thom. *2. 2. q. 80. a. 1. ad 3.* latè Caiet. *2. 2. q. 113.* rectè fit quòd quicquid deuiat à virtute, nequit esse actus fidei, immo cesset eo casu eiusdem fidei violatio & consequenter periurium. Et ideo iuramentum promissorium de actu qui sine peccato mortali fieri non potest, nullam inducere obligationem per *c. si verò. de iureiuran*, tenent D. Thom *2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. & q. 98. art. 2. ad 1.* Cou *in c. quamuis pactum p. 1. §. 6. n. 6.* Nau. *in man. c. 12. n. 15. vers. 16.* Sayr. *in clau. Regia lib 5. c. 6. n. 2. & cap. 7. n. 2.* Soar. *de Relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 2. c. 14. per tot.*

Quare omissis his, quæ tradant Abb. *in c. vlt. de pact.* Rip. *in l. si plagij ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. generaliter ff. eod. tit.* D. Thom. *2. 2. quæst. 88. art. 2. ad 2.* respondetur regulam nostram, & *d. c. in malis*, procedere in malis promissis iniquo modo extortis cum turpitudine illius, qui fiunt, non autem promittentis, videlicet per dolum, metum, vel similem modum peccaminosum, licet enim huiusmodi promissiones valeant mero iure, iuxta text. *in princip. Instit. de except.* ibi *palam est ex iure Ciuili obligatum esse non tamen expedit. Reip. fidem. datã obseruari*; vnde meritò promissoribus iure succurritur per exceptionem, vel alia opportuna remedia, iuxta d. princip. ibi, *sed iniquum est te condemnari*, probat *rub. ff. doli mali, seu metus except.* & ita ad argumentum in forma respondemus, quòd quamuis verum sit nullam obligationem oriri ex malis promissis; quæ ex se, & in sui substantia talia sunt, veluti promissio de homine occidendo, vel de mentiendo, aut similis & in his nulla dabilis sit fidei violatio, vt euincunt quæ dixi *in vers. Verum.* Secus tamen dicendum est in malis promissis quæ ex se talia non sunt, sed supposita turpitudine acceptantis, in quibus tamen licèt mero iure fides data valeat, expedit tamen illam non seruari, iuxta hanc reg. & *d. cap. in malis.* 3

Svmmarivm.

1 *Debitoris est electio in alternatiuis.*
2 *Interpretatio in obligationibus sæpe fit in dubio contra debitorem.*
3 *Alternatiuarum plures species recensentur.*
4 *Eligendi facultas in alternatiuis non solum debitori competit, sed etiam ad ipsius hæredes transit.*
5 *Ius declarandi defuncti voluntatem non transit in hæredem.*
6 *Legatarius legati alternatiui si pendente conditione decedat, electio non transit ad hæredes.*
7 *Debitori alternatiuo non solum in soluendo, sed etiam in repetendo competit electio.*
8 *Electio in alternatiuis debitori competit etiam perempta alia re ex alternatiuè debitis itavt vel superstes, vel perẽpta æstimatio ab eodem præstari possit,*
9 *Debitori in alternatiuis ita electio competit vt etiam facta electione licitum ei sit variare quoties voluerit, declarando, vt num. 12.*
10 *Declaratur text. in* l. huiusmodi 86. §. Stichum ff. de legat. 1.
11 *Declaratur text. in* l. si quis stipulatus 112. in princip. ff. de verb. oblig.
13 *Eligendi ad emphyteusum nominationes alternatiue si expressa facultas concessa sit, putà in vita, vel in morte, facta semel nominatione per actum irreuocabilem an variatio licita sit remissiuè.*
14 *Legatis alternatiuis electio est legatarij, & ita creditoris, declarando vt num. 15.*
16 *Principium in gratiis, & beneficiis non est concedentis electio quam gratiã velit concedere, sed potius recipientis arbitrium, declarando vt num. 17.*
18 *Actorum, seu remediorum in alternatiua, electio creditoris est, cui prædicta actiones competunt, vt scilicet qua voluerit experiatur, non verò debitori tribuitur.*

10 *Promittens in certo termino centum soluere, vel pignora, aut fideiussores dare, electio spectabit ad creditorem, vt possit vel pignora suscipere, vel si voluerit debitorem præcisè ad debitum soluendum compellere.*
20 *Pœnis alternatiuè impositis an electio ad reum, vel potius ad iudicem spectet ostenditur, & n. 21.*
22 *Reo electio tribuitur in pœnis alternatiuè impositis etiam casu, quo verba ad illum passiuè referantur.*
23 *Promittens Romæ, vel Neapoli soluere, electio non ad promissorem, sed ad creditorem spectabit.*
24 *Alternatiua ordinis, summarum, temporum, ac similium, & personarum, non procedit hac reg. & n. 25. & 26.*
27 *Alterum adimplere sufficit in alternatiuis.*
28 *Conditionibus disiunctiuo modo comprehensis sufficit altera tantum pars adimpleri.*
29 *Alternatiuis non solum affirmatiuè, sed etiam negatiuè conceptis sufficit alterum adimpleri.*
30 *Alternatiua personarum in coniunctiuam resoluitur.*
31 *Alternatiua vbi concipitur per particulam, seu, non sufficit alterum adimpleri, declarando vt ibi.*
32 *Alternatiua quoties ponitur inter genus, & speciem partem, & totum non sufficit alterum adimpleri.*
33 *Alternatiua legis non sufficit alteram adimpleri.*
34 *Alternatiuis non sufficit alterum adimpleri, quoties lex, verisimilis mens disponentis, seu materia subiecta contrarium suadet, vel aliqua insurgit iniquitas si alternatiua in coniunctã non resolueretur.*
35 *Alternatiua ordinis non procedit hac reg. sed necessariò ordo scripturæ seruandus est.*
36 *Alternatiua apposita inter personas honoratas licèt in coniunctam resoluatur, non ita dicendum si inter illas detur disparatio affectionis, quia tunc inspicitur ordo literæ.*
37 *Maioratus institutio cũ clausula, vt succedat filius, aut filia maior, est ex ordine scripturæ præferendus filius, licèt iunior, existente filia etiam maiori.*
38 *Maioratum instituendi in filio aut filia Regiam facultatem obtinens si instituat in filia existente filio an valeat? remissiuè.*
39 *Repræsentatio excluditur quoties ad maioratum alternatiuè vocati fuerint filij, vel nepotes.*
40 *Testator si substituat Titium, aut Seium, tunc censetur prius vocatus Titius, postea Seius.*
41 *Declaratur text. in* cap. mandato in fine, de præbend. hoc lib.

REGVLA LXX.

In alternatiuis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

1 DEsumitur prima pars huius reg. ex *l. plerumque 8. vers. vlt. ff. de iure dot. l. si emptione 34. §. si emptio, l. si ita 25. ff. de contrah. empt. l. si quis, pen. C. de condict. in deb. §. hinc autem.* vbi Corras. *num. 3. Instit. de actionibus*, cum multis aliis concordantibus, de quibus gloss. *in d. §. vers. vlt.* gloss. & Doctor. communiter in dictis iuribus, *& in l. Lucio 23 ff de legat. 2. & in cap. inter cæteras 4 de rescript.* notant post antiquiores plura adducentes Euerad. *in loco à natura alternatiua, in princip.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 11. n. 38.* Chald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 10. n. 52. & de renouat. quæst. 18. n. 24. de potest. elig. cap. 11. n. 29.* Surd. *decis. 318. num. 3. & cons. 225. n. 6.* Cott. *in memorab. verbo Alternatiuarum*, Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 2. n. 22.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo debitor num. 62.*

Ratio verò ex eo deducitur, quia cùm in obligationibus in dubio sæpe fiat interpretatio contra debitorem, ex ratione regulæ *l. veteribus 39. ff. de pact. l. quicquid. adstringendæ, l. stipulatio 38. §. in stipul. ff. de verbor. oblig.* & alternatiua dispositio dubia sit, cum incertum continere dicatur, *l. vbi autem 75. §. qui illud ff. eod. tit.* ideo censetur debitor in dubio electionem sibi concessisse, & ita minus quàm ei sit possibile se obligasse, iuxta reg. *l. cum de indebito. ff de probat.* 2

Alternatiuarum plures species à Doctoribus annumerantur habito respectu ad materiam in qua singulæ versantur, septem autem, aut sex post antiquiores constituit Ias. *in l. 3. § non vtique n. 1. ff. de eo quod certo loco. & in §. huic. n. 4.* vbi Fab. Plat. & Angel. *Instit. de actionib.* sequitur Mantu. *lib. 2. obseru 11. in fine*, Chald. Pereira *d. quæst. 10. n. 51. in fine*, ex quorum tamen dictis resoluere oportet omnes alternatiuarum species à Doctoribus traditas ad quatuor principales reduci, scilicet personarum, quando inter plures personas alternatiua ponitur, de qua *in l. cum quidam. C de verb. signif.* rerum, cùm inter plures vt *in d. l. cum quidam §. sin autem, l. cum res 48. vers. sed si Stichus, ff. de legat. 1.* Locorum vbi, inter diuersa loca, vt *in d. §. non vtique.* & denique temporum cùm inter plura tempora disiunctiua constituitur, vt *in l si ita stipulatus. 109. de verbor. oblig. l. si ita relictum §. fin ff. de legat. 2.* secundùm quas species totidem aliæ mixtæ, nempe locorum, & rerum simul, vt *in d. §. non vtique, vers. pœnide;* locorum, rerum. & personarum, sic de cæteris constitui poterunt; similitérque iuxta materiam subiectam plures aliæ poterunt reperiri alternatiuarum species, videlicet alternatiua pœnarum, cùm plures pœnæ alternatiuè pro eodem delicto imponuntur, vt in terminis *l. quicunque*, vbi notatur, *C. de seruis fugit.* alternatiua remediorum, seu actionũ, de qua *in l. rescriptũ §. si pacto, ff. de pactis*, & similes, quibus adde alternatiuam ordinis, quam ponit Chald. Pereira *d. q. 10. num. 52.* vt in specie *l. cum pater 79. §. a te peto, ff. de legat. 1. & in l. hæredes mei § vlt. ff. ad Trebell.* quæ tamen omnes ad prædictas quatuor reducuntur, vt recte intuenti perspicuum apparebit. 3

His ita præmissis iam amplia primò facultatem eligendi in alternatiuis non solùm debitori competere, sed etiam ad ipsius hæredes transire, similitérque ad hæredes legatarij, vel similium, vbi ad illos electio spectauerit, vt ex text. *in l si stipulatus fuerim 76. in princ. ff. de verb. oblig. l. illud 19. ff. de opt. leg.* notãt. Doctores *ibidem* in specie Anton. Gom. *d. cap. 15. n. 41.* Chald. Pereira *d. q. 10 n. 82. in fine*; quamuis enim facultas eligendi competens nomine alieno, vel in vtilitatem alterius, veluti in fidei commisso, aut aliis bonis relictis vni ex certis personis, quem hæres elegerit, personalissima sit, neque ad hæredes transitoria, vt in terminis text. *in l. vnum ex familia 67. §. rogo, ff. de legat. 2.* nec similiter ius declarandi defuncti voluntatem iuxta gl. *pen. in fine*, quam Doctores reputant singularem *in l. idem Pomponius scribit 5. §. vlt. ff. de rei vend* & vtrobique DD. plures, de quibus Tiraq. *de retract. tit. 1. 26. gl. 1. n. 76. & gl. 3. n. 33.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 4. n. 62.* & in notabili casu Gam. *Lusit. decis. 18.* vbi Flores de Mena *in addit.* plures refert, nihilominus tamen quando electio venit in consequentiam alicuius iuris præambuli iure proprio competentis, seu in proprium commodum, & vtilitatem, vt in nostris terminis sine dubio in hæredes transmittitur, iuxta text. *in d. l. si ita, & in d. l. illud*, qui in hoc casu procedunt declarant Gom. Molin & Flores *citatis locis.* Limitatur tamen hæc ampliatio, vt non procedat in legato alternatiuo, quando altera illius pars conditionalis fuerit, tunc enim si pendente conditione legatarius decedat, 4 5 6

decedat, sicut nec legatum, ita nec electio ad hæredes transibit iuxta text. *in l. cum illud 25. in fine princ. ff. quando dies leg.* quem extollunt Rom. *sing.* 89. Euerard. *in loco à natura alternatiua limit.* 5. Corn. *in l. vnica §. in nouissimo num.* 3. *C. de caduc. tollend.*

7 Amplia secundò vt non solùm in soluendo, sed etiam in repetendo debitori alternatiuo competat electio, ita vt si vtrumque per errorem ab eo solutum, & alterum repetere possit, ac in repetitione eius, non creditoris sit electio, ita probat text. elegans *l. pen. C. de condict. ind.* & *ibidem* Salicet. Bald. & cæteri scribentes, Bart. *in l. planè 21. & in l. si non sortem §. si decē ff. de condict. indeb.* Fulgos. *in l. si pœna 19. vlt. n. 2. ff. eod. tit.* Felin. *in c. inter cæteras n. 3. in fine,* post. Ioan. And. & Imol. *ibi, de rescript.* Duen. *in tit. de condict. indeb. cap.* 9. Cuiac. *lib.* 8. *obseru. cap.* 35. Non obstant *d. l. planè. 21. vers. igitur, & d. l. si non sortem §. si decem vers. vlt. ff. de condict. indeb.* vbi prædicta specie creditori retinendi, & soluendi quod velit, non verò debitori electio tribuitur, quia omissa distinctione Accursij *in d. l. planè, verbo creditoris,* quem *ibi* sequuntur Bart. & Fulgos. *d. num.* 2. responderi potest non dubitari *in d. l. planè,* an si duo rei debendi alternatiui. Stichi v. g. aut Pamphili vtrumque seruum per errorem soluant, in repetitione electionem habeant ad repetendum scilicet Stichum, vel Pamphilum, an verò creditoris sit electio, vt quem maluerit restituat, (quæ nostra est huius amp. disputatio) sed solùm in specie illius *l. planè,* agitur de duobus reis debendis alternatiuis (neque enim aliter dici potest propter exempla, & rationem Iureconsulti, quæ in obligatione alternatiua locum habet, iuxta text. *in l. in executionem 85. §. pro parte ff. de verbor. oblig.*) qui rei cum in effectu vnum tantùm seruum, seu vnam drogam, vel denaria mille soluere tenerentur, iuxta reg. *l. 3. §. vlt. ff. de duobus reis* pariter duos seruos Stichum scilicet, & Pamphilum seu drogas duas, aut denaria duo millia per errorem soluerunt, vt satis colligunt ex littera text. & ex text. immediatè præcedenti, ad quem *d. l. planè,* se refert, & principium est quæstionis *in l. si pœna 19. vlt. eodem tit.* vbi similiter agitur de duobus reis quantitatis, qui cùm decem tantùm deberent, viginti persoluerent, vnde quia in prædicta specie ambæ partes repetere non poterant, sicut *in d. §. vlt.* ex ratione de qua in eandem *l. planè,* videlicet quia ab initio partes soluere non poterant, cum obligatio alternatiua indiuidua sit solutione *d. l. in executione §. pro parte, l. 2. §. & harum in fine de verb. obligat.* Nec insuper cū pariter & eodem tempore soluissent, locum habere poterat decisio text. *in l. cum duo 25. l. vlt. §. Titius ff. de condict. indeb.* vbi pluribus idem debitum soluentibus vltimo soluenti conceditur repetitio, atque ita cùm mutuo se inuicem impedirent, neutri conditio dabatur, meritóque decidit Iureconsl. eo casu creditoris, esse electionem, non quòd velit soluere, scilicet, vnum vel alterum seruum (de hoc enim, quod est nostra quæstio, non agitur, ac subinde iuris dispositioni relinquitur) sed cui velit soluere, hoc est cui reo, quia videlicet nec ambo ad partes repetendas, vt *in d. §. vlt.* nec vnus tantùm ad totum condicendum poterat admitti, iuxta supradicta, & hæc videtur mens, & sensus Iureconsl. *in d. l. planè,* licèt Doctores communiter aliter intelligere nitantur.

8 Amplia tertiò electionem in alternatiuis debitori competere etiam perempta alia re ex alternatiuè debitis, ita vt vel superstes, vel perempta æstimatio ab eodem præstari possit, vt probat Iureconsl. *in l. cùm res 47. ad finem principij, vers. sed si, Stichus, & vers. qua ratione ff. de legat.* 1. notant gl. & Doctores *ibi, gloss. 3. in l. si Stichum 16. in princ. ff. de verbor. oblig.* Paul Barr. & Imol. *in l. Stichum 95. in princip. & §. 1. ff. de solution.* Paul. *in d. l. cum res n.* 7. Anton. Gom *tom. 2. var. cap. 11. n.* 40. Cuiac. *in comment. ad Papinian. lib. 28. quæst. ad l. 95. de solution.* qui optimè respondent ad plures textus iuris Ciuilis, qui huic resolutioni obstare videntur & præcipuè Gom. *relato n.* 40. subdit ideo in specie *l. electio 46. §. si is quem ff. de noxalib. action.* seruo, & ita re noxali perempta neque æstimationem deberi, & obligationem in totum extingui, quia æstimatio debetur ratione serui principaliter, & ab eo fuit causata, vnde seruo extincto extinguitur etiam altera pars alternatiuæ, nempe æstimationis, quæ ab eo causam, & originem habuit; secus verò quando vtraque res, seu pars alternatiua est in obligatione principaliter & de per se, vt in nostris terminis, quia tunc altera extincta manet præcisè obligatio in alia iuxta. *d. l. Stichum, in princip. & §. 1. l. si Stichum 16. in princ. ff. de verb. oblig.*

Amplia quartò in alternatiuis ita debitori electionem competere, vt etiam facta electione licitum ei sit variare quoties voluerit, ita probat text. notabilis *in l. cum qui 138. §. 1. ff. de verb. oblig.* text. similis loquens de obligatione generis *in l. qui ex pluribus 106. ff. eod. tit.* notant vt vbique Doctores, post Bart. Paul. Imol. Aretin. Duaren. *in d. l. cum qui §. 1.* plures de quibus Tiraq. *de retract. in tit. 1. §. 24. gloss. vnica num. 7. & in l. bonos §. hoc sermone limit. 29. & limit. 9. num. 9. ff. de verb. signif.* 9

Non obstant text. *in l. huiusmodi 86. §. Stichum ff. de legat. 1. & in l. statu liberum §. 1. in fine ff. de legat. 2.* vbi in legato alternatiuo facta semel electione non licet debitori, hoc est hæredi, sententiam mutare, quia procedunt in legato, seu quacunque alia vltima voluntate alternatiua, tunc enim neque hæredi, hoc est, debitori, neque legatario, hoc est, creditori facta semel electione licitum, esse variare, siue tacitè, siue etiam expressè, quibuscunque verbis electio competat, probant iura proximè citata, sequitur dicens communem Costa *l. 2. select. cap. vlt. n.* 7. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. num.* 35. Aurel. *lib. 1. sent. cap.* 9. 10

Nec etiam obstat text. *in l. si quis stipulatus 112. in princ. ff. de verb. oblig.* vbi si in stipulatione alternatiua electio competat creditori, tunc solum permittitur variatio quando concessa fuerit electio per verbum, *volam,* & tunc vsque ad litem contestatam, quia procedit ex eo quòd alternatiuus libellus non admittitur tanquam incertus. iuxta *cap. 2. de libellis oblat.* iuncta reg. *l. prætor 7. § quod autem ff. de inium.* Vnde postea litem super illa re contestando nouum negotium super eadem contrahere censetur ex reg. *l. 3. § idem scribit. ff. de pecul.* ac subinde variationi locus non relinquitur, iuxta reg. text. *in l. sicut C. de action. oblig.* ita in specie declarant Iaf. *n. 7. in d. l. si stipulatus,* vbi Alciat. *etiam n.* 7. Duaren. *in d. l. cum qui §. 1. eod. tit.* 11

Quod tamen vt melius percipiatur aduertere oportet stipulatione, seu quacunque alia obligatione alternatiua contractus celebrata circa facultatem variandi differentiam esse constituendam inter eum casum, quo potestas eligendi expressè competit ex partium conuentione, & illum in quo tacitè, scilicet ex iuris dispositione; in primo casu quando scilicet expressè competit si talis potestas detur per verbum *volueris*, electione semel facta, amittitur, si verò per verbum *volo,* variatio licita est, vt probat *d. l. si stipulatus vers. an autem, vbi gloss.* 2. cuius differentiæ ratio deliminit ex verborum vi & proprietate, quæ in contractibus maximè attenditur *l. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig.* ita explicat Cuiac. & Alciat. *in d. l. si quis stipulatus,* Costa *d. n.* 7. Aurel. *d. cap. 9. ad fin.* Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 7. cap. 3 numero 2. in fine.* In secundo 12

verò casu quando neutro ex his verbis, sed tacitè competit electio, prout in debitore alternatiuo, cui etiamsi id non exprimatur à iure, tamen electio conceditur iuxta nostram regulam, & tunc decidit Iureconsul. *in d. l. cum quis* 138. §. 1. *ff. de verb. oblig.* posse debitorem indistinctè variare reddens rationem, quia diuersa causa est voluntatis expressæ, & eius quæ inest, quasi apertiùs diceret quòd quamuis si debitori expressè electio daretur, distinctio esset facienda inter verbum *voles*, & *volueris*, tamen si id non exprimatur, quo casu facultas eligendi tacitè inest, vacatio indistinctè licita erit. Cuius decisions, & differentiæ licèt plures rationes assignent Doctores, quas *ibi* post alios tradit Alciat. *numero* 14. vnamque satis congruam censeat Conan. *d. cap.* 3. *numero* 2. ea tamen potior videtur quòd cùm in dubio illa sit interpretatio facienda per quam debitor minus obligetur *d. l. quicquid* 99. *ff. de verb. oblig.* cum similibus, & electio tacitè competens debitori possit intelligi concessa, vel per verbum, *voles*, vel per verbum *volueris*, potiùs per verbum *voles*, concessa intelligitur, vt sic iuxta verbi proprietatem variatio admittatur, & debitori minùs præiudicetur, quam resolutionem præsentit Aurel. *d. cap.* 9. *ad fin.* licèt aliàs tex. illum interpretetur Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 22. *n.* 14. Verùm autem si expressa facultas eligendi ad emphyteusim nominationes alternatiuè concessa sit, putà in vita, vel in morte facta semel nominatione per actum irreuocabilem variatio licita sit? vide Peralt. *in l. cùm pater §. à filia num.* 89. *ff. de legat.* 2. Valasc. *cons. vlt. num.* 32. *&* 33. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 4. *à num.* 35. Flores de Mena *d. q.* 22. *n.* 32. *& in addit. ad* Gam. Lusit. *decis.* 36. *n.* 1. Chald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 10. *n.* 83. *& seq. & de potest. elig. cap.* 2. *&* 3. *à princip. & cap.* 4. *à num.* 20. *cum multis sequentibus.*

14 Limita primò regulam non procedere in legatis alternatiuis, in quibus electionem esse legatarij, & ita creditoris, probant manifestè tex. *in l. planè* 34. §. *pen. ff. de legat.* 1. *& in l. si is cui* 19. *in.* 1. *& in l. Lucio* 23. *ff. de legat.* 2. *& in l. si Titio* 10. iuncto summario Bartoli *ibi. ff. de vsuf. leg.* notant plures de quibus Euerard. *in loco à natura alternatiuæ limit.* 1. & alij citati à Chald. Pereira *d. q.* 10. *n.* 62. In contrarium tamé vrgét maximè tex. *in d. l. si is cui in 2 part. l. si ita relictum* 43. §. *vlt. in fine ff. de legat.* 2. *l. Titio* 21. *ff. de vsuf. leg. l. cum res* 49. §. *sed si Stichus, vers. toties, l. si quando* 109. §. *vlt. in princip. ff. de legat.* 1. *l. qui concubinam* 29. §. 1. *in fine de legat.* 3. in quibus ferè iuribus agitur de legatis alternatiuis, & tamen electionem hæredis esse, & ita debitoris apertè probant.

15 Vnde in hoc iurium conflictu rem ita componit Accurs. *in d. l. Lucio ff. de legat.* 2. *verbo vendicare*, vel si verba testatoris legantis ad hæredem referantur, ipsius sit electio, & ita procedant *d. l. is cui in 2. par. d. l. si ita §. vlt.* cum aliis *suprà* in contrarium adductis; si verò versùs legatarium dirigantur, ad illum spectet electio, & ita intelligatur *d. l. planè §. pen.* cum similibus de quibus *supra*. Denique si sumus in dubio, vt si testator simpliciter legauerit electionem legatarij esse, & ita creditoris, iuxta *d. l. Lucio*, & in hoc tantùm casu discrimen constitui putat inter legata, in quibus in dubio ad creditorem, & contractus in quibus in dubio electio ad debitorem pertinet iuxta hanc reg. cuius discriminis rationem desumit idem Accurs. ex reg. tex. *in l. ex testamento ff. d. reg. iuris*, aliámque subtiliorem ex Fulgos. ponit. Cnen. *in d. l. pen. num.* 3. *C. de verb.* [illegible] scilicet quòd lex præstans legatario actionem personalem, vel rei vendicationem pro legato prout magis elegerit iuxta tex. *in l. cum filius* 76. §. *varus ff. de legat.* 2. quæ rei vendicatio necessariò in rem certam dirigitur *l. si in rem* 6. *ff. de rei vendic.* per consequens eidem legatario electionem etiam circa res alternatiuè legatas concessisse intelligitur, vt ita possit in rem certam, quam voluerit, prædictam rei vendicationem intentare, quod non potuisset, prædictamque electionem eidem abstulisse videretur, si electio hæredi competerit & in manu eius esset quam velit præstare, quam rationem sentit in proposito Iureconsult. *in l. seruus* 108. §. *cùm homo in fine ff. de legat.* 1. atque ita prædictam Accurs. distinctionem sequuntur Doctores communiter *ibi*, Bart. *num.* 1. Paul. *num.* 2. Cuman. *in princip.* Peralt. *n.* 4. *in fine cum seqq.* Dyn. & Ioan. Andr. *in præsenti*, post Imol. Felin. *n.* 4. *in c. inter cæteras, de rescript.* testatur receptam Igne. *in l.* 3. §. *si cum omnes num.* 73. *ff. ad Syllan.* Roman. *in l.* 2. §. *ex his n.* 9. *ff. de verb. oblig.* tradunt Barbat. *n.* 11. & *ibi* Cou. *n.* 3. *in cap. indicante, de testam.* Alex. *n.* 3. *& alij in l. qui duos* 20. *ff. de legat.* 1. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 43. Medera *animaduersionum iuris cap.* 23. *num.* 4. & alibi latiùs explicabimus.

Limita secundò hanc regulam non procedere in gratiis, seu Principum beneficiis alternatiuè concessis, 16
in quibus non concedentis electionem esse quàm gratiam velint concedere, sed potius recipientis arbitrium quam velit eligere, notant omnes Doctores per text. *in l.* 2 *C. de castrensib. & min. lib.* 12. ibi, *vltimus forma tertia*. iuncta explicatione glossæ, quam sequuntur & indocunt Platea, & Rebuff. *ibi*, tradunt Bald. Alberic. *num.* 3. & alij *in l. beneficium ff. de constitution. Princip.* Alex. *num.* 4. Imol. *num.* 2. *in l. cui duos* 20. *ff. de leg.* 1. Felin post alios *in cap. inter cæteras, num.* 4. *vers. fallit quarto, de rescript.* Euerard. *in loco à natura alternatiuæ limit.* 5. & plures, quos sequuntur Peralta *in l. Lucio num.* 10. *ff. de legat.* 2. Chald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 10. *num.* 61.

Quamuis autem prædicta limitatio non ita suffi- 17
cienter probetur ex tex. *in d. l.* 2. secundùm explicationem Cuiac. *ibi*, in se tamen vera videtur, ex reg. *d. l. beneficium*, cum similibus, in quibus habetur in beneficiis Principum plenissimam semper in fauorem partium esse interpretationem faciendam, ac subinde cessat ratio in qua regula nostra nititur, vt *suprà* in principio ad illam notauimus. Vnde hanc limitationem declarant nonnulli locum habere tantùm in gratiis motu proprio factis, non ita in iis, quæ ad partis petitionem conceduntur, in quibus non recipientis, sed potiùs concedentis electionem esse putaut per tex. *in cap. si pluribus* 24. *de præbend. hoc lib.* iunctis traditis per Ias. *in l. imperium numero* 13. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* addit. *ad Bernard. reg.* 579. *vers. quarto*, generaliter contendentes quòd in Principum beneficiis ad partis petitionem concessis non lata, sed stricta debet fieri interpretatio, ac subinde cessat ratio *d. l. beneficium*, de qua *suprà*, sequuntur in specie Imol. *d. n.* 2. Aretin. aliter subdistinguens in eadem *l. qui duos ad fin.* Verùm prædicta differentia generaliter vera non est, immo videtur contra tex. *in d. l.* 2. *C. de castrens. lib.* 12. ibi, *valuit impetrari*. vbi tex. loquitur gratia ad impetrationem partis facta, prout eleganter dictam differentiam reprobans expedit Alex. *d. n.* 4. sequuntur Peralt. & Chald. Pereira *locis proximè citatis*; indistinctè tenentes in vtraque gratia tam Motu proprio, quàm petitione partis concessa electionem ad recipientem pertinere nec obstat text *in d. cap. si pluribus*, inuocta resolutione Iasonis, de qua *suprà* quia respondetur tex. specialiter procedere in gratiis ad beneficia Ecclesiastica; cùm enim in illis strictè, vel latè interpretandis distinctio fiat inter eas gratias, quæ Motu proprio & illas, quæ ad postulationem emanant, itavt in posterioribus, quia ambi-

tiosæ

tiofæ sunt,& præferunt quandam petentis ambitionem, itacta hic interpretatio. *cap. quamuis, in princip.eod.tit.de præbendis, hoc lib.* non ita in prioribus, in quibus ob defectum postulationis prædicta cessat ambitio, sic etiam ex eadem quoque ratione distinctio circa facultatem eligendi erit admittenda, quando tales gratiæ ad beneficia alternatiue fuerint concessæ, iuxta *d.cap.si pluribus*, cuius distinctio ex prædicta ratione debet explicari. Secus dicendum in aliis gratiis, seu beneficiis, quæ fiunt nulla facta distinctione latè interpretanda sunt ex generalitate *d.l. beneficium*.& bene probat *d.cap. quamuis*, si rectè expendatur in regula, quam proponit, & exceptione, quam facit *c.ad audientiam c 2.de decim.* cum aliis, quidquid contradicant Ias.& alij de quibus *supra*; sic etiam in illis alternatiuè factis electio indistinctè ad accipientem pertinere debet, iuxta supradicta. Nec obstat text.*in cap. mandato* 10. *illo tit. de præbend. hoc lib. in princ. & vers. si vero*, vbi in gratia alternatiue ad beneficia ecclesiastica electio non datur, quia respondetur text.præcedere in alternatiua ordinis, iuxta ea, quæ *infra* dicemus.

18 Limita tertio locum non habere regulam nostram in alternatiua actionum, seu remediorum, in qua electio, creditori, cui prædictæ actiones competunt, vt scilicet qua voluerit, experiatur, non verò debitori tribuitur, probant limitationem tex. *in l. seruus* 108. *§ cum homo, in fine, ff de legat.1.l.cum filius 76.§. varias, & ibi gl verbo electa, ff. de legat.2.l. scriptura* 10. *§.si pacto ff.de pactis, l. quod in haeredem 9.§. eligere ff. de tributor.l.nemo* 43.*vers.quoties, vbi gloss. pen. in fine vers.item dic. ff hoc tit.* cum similibus, deducitúrque primò ex eo, quia cùm alternatiua actionum competat pro maiori securitate creditoris, & in eius fauorem, eidem etiam electio competere debebat, deinde comprobatur ex ratione text *optima in l.2.§. Scæuola, in fine; alias l.3.vers.alioquin ff. de eo quod certo loco*, ne scilicet aliàs si debitori electio relinqueretur, in manu ipsius maneret ius, & intentionem actoris perpetuò eludere notant Franc. *in præsenti n.* 1. Bald. *num. vlt.* Paul. 4. Curt.sen. 8. *& iun.* 7.& alij, quos refert & sequitur Padil. *num.8.in l.cum proponas post gl. ibi.C. de transact.* Anton. Gom.*tom.2.var.cap.* 11.*num* 42. gloss.& scribentes *in d.§.eligere, & in d.l. nemo vers. quoties, & in reg.nullus* 20.*sup. hoc tit.* infiniti, de quibus Anton.Gabr.*commun. tit. de action. concl.* 1. *princ.* latè disputantes an & quando actor, seu creditor nantantùm ex pluribus actionibus sibi competentibus teneatur eligere, vel possit plures insimul cumulare, vel denique vna electa ad aliam regressum habere, ad intellectum tex. *in d.§.eligere, & in d illo vers. quoties*, cum similibus; de quo vltra præcitatos (quia ad præsens non attinet institutum) vide Dyn. & omnes *ibi in d.regul.nullus, gloss. vlt.*& communem *in cap. pen. de relig.domib.* Marian.*in c.vlt. de libells oblat. n.* 12. *&* 17. *cum seqq.* Loriot. *de regulis iuris axiom.* 181. *cum seq.*Mayn.*lib.2 actionum c.*34.*& lib.*4.*c.*8.

19 Ex quibus illud Doctores ad praxim deducunt quòd si quis alternatiuè promittat in certo termino centum soluere, vel pignora, seu fideiussores dare, electio similiter ad creditorem spectabit, vt possit, vel pignora suscipere, vel si voluerit debitorem præcisè ad debitum soluendum compellere, quod ex dictis rationibus manifestè sequi putant; cùm enim altera pars alternatiuæ de præstandis pignoribus solùm in fauorem creditoris videatur adiecta pro maiori ipsius securitate, non deber in illius odium retorqueri, quod planè contingeret si debitori electio competeret, in cuius potestate maneret pignora præstando debitum nunquam persoluere contra *reg.d. vers. alioquin in d.l.3.ff.de eo quod certo loco*, prout ex his & aliis tradunt Paul.*num.*4. Curt.seo.9.Ias.6.*in d. l. cum proponas*, vbi Padil.*n.*9.& fuit originalis doctrina Bart. per text.*ibi in l.1.quamuis num.*2.*&* 3.*ff de pignorat.act.* quam sequuntur Doctores *ibi*, plures de quibus Tiraq. *de retract. lig.§.3.glos.3. num.*16.Gom.*d num.*42. Padil. *vbi proxime*. latè Chald. Pereira *de nomin. emphyt.q.*10. *num.* 53.sic generaliter limitantes regulam nostram, vt non procedat quoties altera pars alternatiue non fuerit in obligatione, sed tantùm in fauorem creditoris adiecta, prout in proposito. Verùm licèt prædicta communis sententia in praxi omnino sequenda sit, nec ab ea ausus fuerit recedere Alciat. *resp.* 109. in rigore tamen vera non videtur, neque enim prædicta alternatiua fauore creditoris, sed potiùs debitoris videtur adiecta, qua ratione de prædicta communi dubitaunt Ias. *in l.1.numero* 6. *ff. qui satisdare cog.* & arg. text.*in l.4.§.ait prætor ff. de re iudic.* contrarium constanter tenuere Rip.*ibi in §.si ex conuentione numerò* 4. vbi prædictum textum inducit Dec. *num. vlt. in cap. inter cæteras, de rescript.* Chald.Pereira *num.* 54. *cum seq.dicto loco*, quicquid communem sententiam defendere, & explicare nitantur Negusant *de pignorib membr.* 1.*pag.*5.*num.*3.*cum sequen.* cuius resolutio confunditur ex adductis per Ias. Rip. & Chald.Pereira *dictis locis*, cum quibus satisfieri potest fundamentis in contrarium adductis.

Limita quartò regulam nostram locum non habere in pœnis alternatiuè impositis, in quibus electionem non ad reum, scilicet debitorem, sed potiùs ad iudicem spectare contendunt ex decisione tex.*in c.quoniā frequenter §.vlt.vers.si autem, et hoc non concessit.l.* 1.*C. de his qui latrones*, & ex eo, quia iudex legis minister censetur, pœnamque delicto commensuratam imponet, reus autem semper minorem eliget; ex quibus hanc limitationem probant *gloss vlt. in c.sicut, de Iudæ. & in c.à crapula, de vita, & honest. cleric. & in cap. si aeternitatis* 34.*dist.*& vtrobique scribentes, Franc. *in præsenti num.*1. Felin.*num.*5 & Dec.*n.*9. *in c inter cæteras, de rescript.* plures de quibus Chald. Pereira *de nominat. emphyt.q.*10 *n.*81. & alij citati à Cened. *ad Decretal. collect.*59.*n.*4. 20

Verùm hæc limitatio indistinctè vera non est, vt etiam supracitati fatentur, ideoque ex doctrina Bart. *in l.1.vers. explicatores num.*2.*ff. de effractorib* quam sequuntur Abb Felin & Dec.*dictis locis*, Clar. *in pract. §.fin.q.*85.*n.*6. Menoch. *de arbitrar.q.*94 *num.*1.*cum seqq.* & aliis de quibus Cened.*vbi sup.* ex planè Buccaron.*de differ.inter iudicia ciuilia, & crimin.differ.* 107. *per tot.* distinguendum est quòd si verba legis pœnas alternatiuè irrogantis ad iudicem referantur, ipsius erit electio, & ita procedant *d.l.*1.*C.de his qui latrones, dict. cap.quoniam frequenter §.vlt. si fugitiui*, vbi Bal. *num.*8.*C.de seruis fugit.* cum similibus. Si verò reum respiciunt, veluti soluat centum vel recedat à ciuitate, ad illum electio spectabit, & ita intelligatur *l.quicunque in princ.* iuncta *gl.*1.*C.de seruis fugit.* in dubio autem electio sit delinquentis, ex reg.*l.si præses in fine, l. interpretatione ff. de pœnis*, & in decisione nostri text.iuncta reg.*l.omnem ff.de iudic.* lex enim duas, vel plures pœnas alternatiuè imponens, altera licet minori, quàm in dubio reum electurum præsumit, contenta esse videtur, & ita cessat argumentum de quo suprà, quod tamen non procedit quando vtraque pœna fuerit corporalis, arg.text.*in l.aut damnum, in princ. vers. proinde ff. de pœnis, l.liber homo ff ad leg. Aquil.* latè Dec.*n.*10. *dicto loco*, omnibus satisfacit. quæ in contrarium poterant adduci. 21

Ampliatur autem supradicta vt reo electio tribuatur etiam casu, quo verba ad illum passiuè referantur, 22

veluti patiatur hanc, vel illam pœnam, vt per Dec. *d. num.* 10. *& in d.l. si fugitiui num.* 96. Menoch. *num.* 5. *vbi supra*, quicquid contradicat Abb. *d. loco per text. in d. cap. sicut, iuncta glos. vlt. de Iudæ.* quod tamen nihil obstat, quòd cùm in altera parte alternatiuæ agat de excommunicatione, quæ à iudice imponi debet, eodem etiam modo altera pars est intelligenda, nempe quòd à iudice priuatio de qua *ibi* fiat arg. *l.* 1. cum *ibi* notatis, *ff. de rebus dub.* declarat Dec. *d. n.* 10. Menoch. *n.* 6. *vbi proximè.*

23 Limita quintò regulam nostram non procedere in alternatiua locorum, cùm videlicet quis promisit Romæ, vel Neapoli soluere, tunc enim electionem vbi petatur non ad promissorem, sed potiùs ad creditorem spectare probat expresse text. *in l.* 2. *§. Scæuola vers. quia, alias l.* 3. *in princip. ff. de eo quod certo loco*, reddens rationem, quia aliàs concessa electione debitori in manu ipsius esset an deberet, quod iura non permittunt, notant latè explicantes Batt. *ibi num.* 7. Salicet. 1. *&* 2. Ias. & Paul. 4. Fulgos. 1. *in fine*, Socin. post alios *in cap. dilecti n.* 28 *de foro compet.* Duaren *in d. tit. de eo quod certo loc. cap.* 3. May. *lib.* 4. *action, cap.* 3. Quæ quidem limitatio procedit etiam in alternatiua mixta rerum & locorum, itaut si quis promittat soluere Romæ, vel Neapoli decem, vel Stichum, non tantùm loci vbi petatur, sed etiam rerum electio ad creditorem spectet *d. l.* 3. *vers. proinde*, vbi notant Paul. *num. vlt.* Ias. 5. dicentes esse singulare, vt in consequentiam electionis loci creditor etiam rerum electionem habeat ex ratione de qua Iureconsul. *ibi*, tradit Mayn. *d. cap* 3. *vers. idemque iuris.* Vnde si creditor in proposito alteram tantum rem præcisè petat, non dicitur plus petere, sic limitato text. *in §. plus autem Instit. de action.* quæ tantùm procedunt in simplici alternatiua rerum, cuius diuersitatis rationem nititur assignare Mayn. *vbi proximè.* Illud tamen aduertere oportet quod licèt creditori detur electio locorum vbi petat, debitori tamen competit, electio vbi soluat ante petitionem creditoris, id est, antequam creditor petendo in altero loco eligat, *d. l.* 3. *vers. & generaliter*, vbi Batt. *n.* 9. Bald. 6. Duaren. & Mayn. *d. c.* 3 *in princ.*

24 Limitae sextò regulam nostram non procedere in alternatiua, quam vocant ordinis, vt dicam commodiùs *infrà n.* 25.

25 Limita septimò in alternatiua summarum, & temporum, ac similium, in quibus affectio non datur, vt per text. *in l. si ita relictum* 43. *§. fin. ff de* [illegible]. 2. resoluit Chald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 10. *numero* 80. in illis enim cùm vnum tantùm, scilicet quod minus est, in obligatione esse censeantur, iuxta *l. si stipulatus* 12. *l. inter stipulantem* 83. *§. si stipulantem, l. si ita* 69. *ff. de verb. oblig.* nullatenus alternatiua suum effectum operari, aut electio propriè verificari potest, quæ non nisi inter duas saltem res versatur. ex reg text. *in l. si tibi* 8. *§.* 1. *ff. de opt. leg.* Roendan. *de exequend. mand. p.* 1. *c.* 19. *numero* 22.

26 Limita octauò in alternatiua personarum, de quo latiùs dicemus *infra n.* 36. *cum seq.*

27 *Sufficit alterum adimpleri.*] Desumitur ex *l. in eo* 111. *§. vbi verba ff. illo tit.* idemq; probant *l. si heredi* 5. *vers. si disiunctim ff. de condit. instit. l. cum pupillus* 78. *§.* 1. *ff. de condition. & demonstrat. c. inter cæteras* 4. *de rescript. §. pen. Instit. de hered. Instit.* cum aliis citatis à glos. *hic*, *& in d. §. vbi verba*, & vtrobique scribentes, tradunt Doctores *in l. si is, qui ducenta §. verum ff. de rebus dub. & in l pen. C. de verb. signif.* Rebuff *in l. sæpè* 53. *ff. illo tit.* vbi Alciat. *num.* 10. *cum seqq.* Cott. *in memorabil. verbo alternatiuarum electio*, & alij plures de quibus Gar. Falcon. *reg.* 22. *in princ.* Duen. *reg.* 435. Accedit & illa ratio quòd vbi in alternatiua dispositione altera tantùm pars adimpletur, & verborum proprietas sustinenit, & natura eiusdem dispositionis seruatur.

Amplia primò hanc regulam in hac secunda parte vt procedat in conditionibus disiunctiuo modo comprehensis, in quibus vt dispositio verificetur sufficere alteram tantùm adimpleri, siue casuales, siue potestatiuæ sint, probant *d. l. si heredi* 5. *ff. de condit. institut. l. cum pupillus* 78. *§.* 1. *ff. de cond. & demonst. d. §. pen. Inst. de hered. instit.* notant gl. & Doctores *eisdem locis.* Non obstant *l. sub diuersis* 51. *in princ. vers. legato, l. quod traditum* 86. *ff. condit. & demonstr.* vbi conditionibus separatim & disiunctim eidem legato adscriptis non sufficit alteram, sed necessarium est nouissimam conditionem adimpleri. quia respondetur non agere de conditionibus disiunctiuo, seu alternatiuo modo in legato conceptis, de quibus *hic*, sed potiùs de diuersis conditionibus separatim, id est, in diuersis testamenti partibus eidem legato adscriptis, sic explicandum est verbum *disiunctim*, hoc est, separatim, de quo *in d. l. sub diuersis.* 28

Amplia secundò regulam procedere in alternatiuis non solùm affirmatiuè, sed etiam negatiuè conceptis, vt exempla tradendo probat text. *in l. si quis ita stipulatus* 129. *vers. at si sit, de verb. oblig.* notantque Doctores communiter *ibi* ex Ias. *num. vlt.* Dyn. *num.* 5. & Franc. *num* 1. Ioan Andr. *hic*, quicquid in alternatiuis negatiuis hanc regulam limitent Aret. *num.* 12. Abb. *n.* 2. Bellam. *in fine in d. cap. cæteros*, Cagnol. *in d. §. vbi verba num. vlt.* existimantes in illis oportere vtrumque non fieri. Nec pro illis facit text. *in l. si is qui ducenta §. cum ita, & §. verùm ff. de reb. dub.* quia omissa resolutione Zaz. *in d. §. ea lege à num.* 2. distinguendum est quòd si agatur de obligatione inducenda, & stipulatione committenda, quemadmodum in affirmatiuis sufficit alteram fieri, ita in negatiuis sufficit alteram non fieri. *d. vers. at si sit, d. §. cum ita, in princip. d. §. verum, vers. nam cùm ita* Si verò de obligatione non inducenda & stipulatione non committenda tractetur, sicut in affirmatiuis requiritur quòd vtrumque fieri oporteat, & hoc intendunt text. *in d. §. cùm ita, & in d. §. verum*, exemplisque propositis clarum erit, quicquid hac in re Doctores illi iuribus suis scriptis tenebras potius quàm lumen addiderint, tradit post Imol *ad fin.* Felin. *n.* 16. Dec. *n.* 6. *in d. c. inter cæteras.* eleganter Madeira *animaduersionum c.* 24. *per tot.* 29

Limita primò hanc regulam non procedere in alternatiua personarum, quæ in coniunctiuam resolui probat expresse text. vbi exempla referuntur, *in l.* 1. *C. de verb. signif.* post alios Ias. *ibi n.* 2. plures de quibus Euerard. *in loco à natura alternat. vers. secundo limit.* 1. Garc. Falcon. *d. reg.* 22 *num.* 1 Mayner. *in d. §. vbi verba n.* 3. Rebuff. *in d. l. sæpe vers. secundo ff. de verb. sign.* & alij quibus Crass. *receptarum sent. §. legatum q.* 66 *n. vlt.* 30

Limita secundò non procedere quoties alternatiua concipitur per particulam *seu*, quam non distinguendi, sed potiùs copulandi, & augendi vim habere probari videtur, ex tex. *in l. si quis ita* 32. *in illo vers. hoc enim ff. de auro & arg. leg.* vbi glos. & scribentes, *gl.* 4 *in c. Ego Ludouicus* 63. *dist.* plures de quibus Cou. *in d. §. legatum q.* 66. *n.* 2. Mayner. *in d. l. in eo §. vbi verba n.* 8 *ff. hoc tit.* Verùm quia hæc limitatio secura non est multis de quibus post alios Cou. *vbi proximè*, Madeira *animaduersionum c.* 22. dici potest dict. *seu in d. l. si quis ita*, ideo non distinguere, sed copulare, quia non inter res legatas, sed potiùs inter demonstrationes legati gratia ampliandi à testatore fuit interposita, vt intelligit Madeira *vbi supra* & videtur sentire Menoch. *de succes. progressu §.* 27. *n.* 21. 31

Limita

32 Limitat tertiò, vt locum non habeat quoties alternatiua apponitur inter genus & speciem, partem & totum, vt per text. in l. sæpe §3. vers. & cùm diximus, ff. de verbor. signif. tradit Bart. communiter receptus in l. ff. de rebus dub. & plures de quibus Euerard. in dicto loco à natura alternatiuarum limit. 3.

33 Limita quartò in alternatiuis legis, vt sunt illæ, quibus in progressu suorum responsorum Iureconsulti vtuntur, vel quibus aliquando leges, vel statuta concipiuntur, has enim sæpè in copulam conuerti, & sæpe non posse in alterutra parte effectum sortiri contenduot, vt patet ex text. in l. pen. vers. quemadmodum, C. de verb. signific. l. vbicunque, in fin. de fideiussoribus expendúntque etiam text. in l. Quintus 1. vers. planè, iunctâ gloss. verbo que, ff. de auro, & arg. leg. cum aliis, de quorum tamen intellectu, & vera resolutione in hoc articulo post Cyn. in d. l. penult. num. 4. agunt Bart. in dicta l. si is qui ducenta. §. vtrum, n. 1. & 3. ff. de rebus dub. Mayner. in dicto §. vbi verba, n. 17. latè Madeira animaduers. c. 21.

34 Limita quintò, vt non procedat quoties lex, verisimilis mens disponentis, seu materia subiecta contrarium suadet, vel aliqua insurgeret iniquitas si alternatiua in coniunctam non resolueretur, vt videre licet in specie l. generaliter in princ. C. de instit. & substitut. l. Lucius, la 2. ff. de hæred. instit. tradunt latè hanc limitationem, illorumque iurium intellectum disputantes vltra scribentes ibid. Socin. in l. si is qui ducenta, §. vlt. col. 1. & 2. ff. de rebus dub. & cons. 52. col. 1. & 2. vol. 1. Alex. in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 6. ad fin. vbi Bart. n. 4 & Ias. 23. ff. de liber. & posthum. Mayner. in d. §. vbi verba, n. 18. & 19. Tiraquel in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n. 42. de reuocand. donat. Xuar. ad leges Regni alleg. 27. vers. sed audio, Mench. de successio. progressu, §. 4. n. 7. in fin. & 8. Bellon. lib. 3. supput. c. 9. Madeira animad. cap. 33. per tot. & alios citatos à Garc. Falcon. reg. 22. n. vlt. apud quos videbis an prædictæ leges fauore tantùm liberorum, vel etiam in extraneis locum habeant, quibus adde Peregr. de fideicom. a. 13. n. 31. & 34. & a. 57. num. 8.

35 In gloss. In alternatiuis ibi, sunt tamen quædam, &c. Probat gloss. iuncto text. quem citat in alternatiua ordinis (quæ tunc dicitur quando apponitur inter plures res, seu personas inter quas cadit ordinata affectio) non esse locum huic regulæ tam in prima quàm in secunda parte, sed necessariò ordinem scripturæ seruandum esse, idem probant text. in l. hæredes mei, § vlt. ff. ad Trebell. & alij, de quibus gloss. notant Felin. num. 4. & Rip. n. 50. in cap. inter cæteras, de rescript. Euer. dict. loco à natura alternatiuarum limit. 4. Chald Pereira de nomin. emph. q. 10. n. 52.

36 Vnde licèt aliàs alternatiua apposita inter personas honoratas in coniunctam resoluatur l. pen. C. de verb. sign. non ita dicendum si inter illas detur dispar ratio affectionis quia tunc inspicitur ordo litteræ l. cùm pater, §. pen. ff. de legat. d. l. hæredes mei, §. vlt. tradunt latè scribentes vtrobique, Bald. in d. §. pen. Rip. in d. §. vlt. col. 3. Fortun. in l. Gallus, §. quidam rectè col 6. Alexand. ead. l. §. etiam si parente col. pen. ad fin. ff. de liberis, & posthum. Ias. in d. l. pen. n. 2. Pelaez de maiorat. part. 2. in initio. n. 34. & seq. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. c. 6. n. 7. & quoad substitutionem notant, & declarant Peregr. de fideicom. art. 18. n. 24. nouissimè Fusar. de substit. q. 476. n. 77. & 78.

57 Indéque inferunt Doctores ad maioratum in quo si dicatur, succedat filius, aut filia maior, asserunt exordine scripturæ præferendum esse filium, licèt iuniorem existente filia etiam maiori, de qua quæstione latè Anton. Gom. in l. 40. Tauri, num. 62. Conar. lib. 3. var. cap. 5. num. 5. Gam. Lusit. decis. 337. num. 11. cum seq. vbi Flores de Mena in addit. Idémque etiam admittendum putant in emphyteusi concessa pro filio, aut filia nominanda, cuius tamen contrarium in Portugalliæ regno seruari asserit Gam. decis. 160. num. 2. quicquid aliud scotire videatur Chald. Pereira d. n. 52. in fine.

38 Inferunt etiam ad resolutionem quæstionis vtrum vigore regiæ facultatis instituendi maioratum in filio, aut filia, valeat in filia existente filio instituere, de qua latè Pelaez de maiorat. p. 1. q. 16. n. 4. & q. 15. n. 20. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 1. n. 35. cum multis sequent.

39 Sic illorum iuriuin decisionem notant Doctores ad excludendum repræsentationem quoties ad maioratum alternatiuè vocati fuerunt filij, vel nepotes, iuxta celebrem doctrinam Cumani per text. ibi, in l. hæredes mei, §. vlt. quam post Conar. & ab eo citatos præd. c. 24. num. 4. vers. septimo probat Valasc. de iure emph. q. 50. num. 29.

40 Quid autem dicendum sit quando testator vocat alios per alternatiuam, hoc modo, substituo Titium, aut Seium, & tenendum est Titium censeri priùs vocatum, postea Seium, l. cùm pater §. pen. ff. de legat. 2. l. hæredes mei, §. vlt. ff. ad Trebell. Roman. cons. 35. n. 1. Ruin. cons. 162. num. 8. cons. 193. n. 9 lib. 1 quos referunt. & sequuntur Cephal. cons. 656. n. 35. Fusar. de substit. q. 476. n. vlt.

41 Io ead. gloss. ibi, eo lib. de præbendis, cap. mandato in fine, Intellige hunc textum procedere ex eo, quia similiter ordo litteræ seruandus est quando alternatiua ponitur inter personas inter quas verosimiliter maior datur ratio grauaminis in prioces, quam in posteriores, ex doctrina Ias. in l. pen. n. 2. vers. tertio, C. de verb. signif. quæ coniectura in proposito reperitur eo ipso, quòd mandatum ad ipsum Episcopum dirigitur, & prius in sua collatione grauatus proponitur, quod amplabis cum gl. vlt. ibi.

REGVLA LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

1 Desumitur ex l. nemo, §. cui damus, ff. hoc tit. & ex l. 1. §. qui superficiem, ff. de superficieb. extenat Palatin repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor §. 8. n. 2. vbi limitat, Surd cons. 377. n. 45. Federic. de Senis cons. 90 n. 3. ver. dixi, Alexand. cons. 62. In causa, n. 6. & 7. lib. Card. Tusch. pract. concl tom. 3. litt. E, concl. 374. per tot. Vnde qui habet actionem et aliquid consequatur, multo magis habet exceptionem vbi liberetur, Fulgos. cons. 186. col. pen. vers. postremo, Alexand. cons. 47. Visis instrumentis, in fin. lib. 3. cum aliis per me adductis in tract. Axiom. iuris. vsufreq. Axiom. 85. n. 2. & 2.

REGVLA LXXII.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum.

1 Desumitur ex l. quod iussu alterius ff. hoc tit. exornant Menoch. remed. 1. recup. possess. n. 407. Sord. cons. 360. n. 19. Tusch. pract. concl. litt. F. concl. 7. Quod enim facimus per nostros procuratores, per nos metipsos facere videmus, Roman. cons. 94. Visis, n. 3. vers. tamen, Card. Tusch. d. conc. 7. n. 3.

2 Io gloss. Perinde. Notatur ad hoc quòd consensus per procuratorem præstitus non est propriè, sed fictè, & interpretatiuè consensus contrahentium, vt per Dyn.

Dyn.*hîc*,*num*.6. Bart. *in l.si is,qui pro emptore à n.* 57. *ff.de vsucap.*& plures alij,quos refert,& sequitur Tiraq. *ad leges connub.gloss.6.verbo consentement,n.*27. & ideò Ziler. *in consiliis matrimonial. cons.*83.*n.*13. ait quodammodo videri præsentes, qui per procuratorem adsont.

REGVLA LXXVIII.

Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari.

1 DEsumitur ex *l. in ambiguis*, §.1.*ff.hoc tit.* & aliis iuribus citatis à gl. *in præsenti*, exornant Tiraq. *in tract.cessante causa limita.*12.*n.*15.*cum seqq.* Couar. *in cap.quamuis pactum,p.*2.§.1. *num.*7. *versic. quartò*, Bene Bald.*in l.si Gaudentius* 6. *C.de contrah. empt.* vbi cum Bart.*in l.pluribus*,§.*et si placeat*,*ff.de verb.oblig.* distinguit, quòd vel res deducitur ad impossibile tempus fiendi,& non vitiatur si erat perfecta per priùs, vt *in l.patre furioso*, *ff.de iis, qui sunt sui*, aut euenit ad possibile tempus essendi, & vitiatur ad not. *in l. Vranius.ff.de fideiuss.* refert. Butar.*decis.*106. *num.*11. & 12.

REGVLA. LXXIV.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

1 EX hac reg. vulgò colligitur quòd priuilegia, & dispensationes per quas dum aliquid gratiosè conceditur,ius commune pro parte corrigitur, de casu ad casum similem, de persona ad personam, & ita in exemplum, vel consequentiam non trahuntur, iuxta reg. *quæ in argumentum*, *hoc tit. cap.* 1. *ad fin.de filiis presbyt.hoc lib.c.sanè* 9.*de priuil.l.*1.*in fin.ff.de constit. princ.*tradunt Alex.*in l.non tantum,ff. de re iud.* Ias. *in l.vlt.à n.*38.*ff.de constit.princ.* Rebuff. *in praxi tit. de differ.inter rescriptum,& priuilegium à n.*6. iunctis iis, quæ dixi *in collect.ad d.cap.sanè,& ad reg.priuilegium, sup.hoc tit.& ad reg.cuilicet* 53.*eod.tit.*Ratio est, quia cùm priuilegia, & dispensationes præmissa per superiorem causæ cognitione concedantur, *gl.* recepta *in cap.requiritis.*§.*nisi rigor* 1.*q.*7.& ius singulare constituant *l.ius singulare*, *ff.de legib.* meritò superior, qui causæ cognitionem præmisit tantùm super casu expresso voluit in eo solùm ius singulare constituere,& consequenter deficit omnino voluntas illius quoad casus similes eandem,vel maiorem rationem habentes, inde contra superioris intentionem nequeunt inferiores super aliis causæ cognitionem adhibere, nec ius illud singulare velut ius commune extendere, idque intendit text. *in d. cap. sanè.*

REGVLA LXXV.

Frustrà sibi fidem quis postulat ab eo seruari cui fidem à se præstitam seruare recusat.

EXornant Panorm. *cons. Videtur primò col.* 2. *lib.* 2.Rom.*cons.*104.*pro discutienda veritate col.* 2. *v. secundo,& idem probatur,& cons.* 517.*In casu propositæ quæstionis col.*1. Barbat.*cons.* 36.*Sapienter scripsit Propheta,col.*12.*versic.præterea pondero*,Corn.*consil.*243. *In causa vertente col.* 2. *vers.his tamen non obstantibus*, Tiraquel.*l.*13. *connub.gloss.*1.*part.* 13.*n.*42.

In gloss. *Frustrà*. Notatur ad hoc quòd fides non seruatur ei,qui eandem fidem infrangit,*l. eum qui*, §.1. *ff.de inoff testam.l.quæro* 56.§.*inter locatorem.ff. locati, l.qui fidem,ff.de transact.l.cum proponas* 21. *ad fin.* vbi *gloss.vlt.*Bartol.Bald.& Alexand.*C.de pactis*, cum aliis adductis per Roland. *cons.*57. *n.*21.*& seq.lib.*1. Tiraq. *de retractu tit.*2.§.3.*gloss.vnica. n.* 19. Ioseph. Ludou. *tom.*3. *commun.opinion.tit. de probat.concl. vnicà, vers. qualibet enim*, *pag.*473. Menoch.*cons.*1. *n.*364. Surd. *cons.*359. *num.*9. Christoph. de Pace *in schol. ad leges stylt,l.*41.*n.*26.Seraphin.*de priuileg. iuram.priu.*74.*n.* 154.Cardos.*in praxi iudicum,& Aduocat. verbo fides, n.*2. Farin. *in praxi crimin. p.* 1.*q.* 29.*n.*65. Cardin. Tusch.*pract.concl.tom.*3.*litt.F*, *concl.*337. Alex Trentacinq. *var.resol.lib.*3.*tit. de verb.oblig.resol.*2. iunctis iis, quæ cumulaui *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. verbo fides.* 2

REGVLA LXXVI.

Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.

PEr hanc reg. vulgò tradi solet monasterium non teneri de deposito illo, quod culpa Religiosi est deperditum, aut deterius effectum, nisi quatenus res deposita in monasterij vtilitatem conuersa fuerit,quod scilicet ex illa factum est locupletius, vt per Molin. *de iustit.tract.*2.*disp.*525.*col. antepen.vers. non solùm*, Less.*de iustit. lib.*2.*cap.*27.*dub.*5.*n.*12. qui benè addit idem dicendum esse si depositum sit apud Abbatem, quia neque ex delicto peculiaris Abbatis tenetur monasterium, refert Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.*2.*c.*14. *n.*29. 1

REGVLA LXXVII.

Rationi congruit vt succedat in onere, qui substituitur in honore.

ERgo à contrario sensu quem quis non honorat grauare non potest, vt per text.*in l.ab eo*, *C. de fideicom.*tradunt. Molin. *de primoge. lib.*1.*cap.* 1. *num.*8. & *lib.*2.*c.*4.*n.*15.*cum seqq.*Peregr. *de fideicom. a.*33.*n.* 3.Card.Mantic.*de coniect. vltim. volunt. lib.*8.*tit.*1. *n.* 33.Menoch.*cons.*707.*n.*1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.*14.*n.*1.*& cons.*236.*n.*16 Benedict. Pinel.*select. iuris interpret. lib.*1.*c.*1.*n.*13. Chald. Pereira *quæst. forens. cons.*31. *n.*3. 1

REGVLA LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.

DEsumitur ex *l.quæ propter necessitatem*, *ff.hoc tit.* & faciunt multa,quæ tradidi *in tract. Axiomatum iuris vsufreq.verbo necessitas,Axiom.* 157. *n.*1. 1

In gloss. *In argumentum*. ibi, *& nota ex hac regula illud generale*, &c. Notatur ad hoc quòd necessitatis causa cessante cessat quod ob causam statutum est, vt per Tiraquel. *cessante causa, part.*1. *num.* 184. & 185. 2

In eadem gloss. ibi. *quod verum est circa facienda*, &c. Notatur ad hoc quòd regula hæc procedit circa facta non facienda, vt per Tiraquel. *d. tract. limit.*12. *num.*3. 3

REGVLA

REGVLA LXXIX.

Nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

1 DEsumitur ex *l.nemo plus, ff.hoc tit.* & ex aliis citatis à gl.*in præsenti* exornant Ioseph.Sessè Aragoniæ *decis.*188.*n.*15.*&* 23.Picard. *ad princ.Instit.ad acquisit.per arrogat.num.*49.Surd.*cons.*126.*n.*31. Cæs. Argel. *de contradict. legitimo quæst.*9.*n.*58. Rot. *decis.* 686.*num.*1.*p.*2.*recen.* Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axio.*160. *num.*2. Nemo enim dat quod non habet, vt per hanc reg. tradunt Ioan.de Imola *cons.*8. *num.*6.*& cons.*40.*per tot.* Anchar.*cons.*318. *In quæstione num.*4. *&* 5.Thom. de Thomass. *in florib. legum reg.* 191. Surd. *cons.*194.*n.*17. *& cons.*247. *n.*10.*& cons.* 265.*n.*6.Cæs. Argel.*de contradict. legitimo q.*5.*n.*28. Anton.Monach *Bononien. decis.*19.*n.*4. Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.*3.*quæst.* 10.*n.*19. Card. Tusch. *pract.concl.tom.*2.*litt.D,concl.*17. & alij per me citati *in tract. Axiomatum iuris vsufreq.verbo dare. Axiom.* 64.*à n.* 1.*cum seqq.*

REGVLA. LXXX.

In toto partem non est dubium contineri.

1 DEsumitur ex *l.in eo quod plus*, 111. *& ex l.in toto* 114.*ff. hoc tit.* cum aliis citatis à gloss. *in præsenti, & in reg.plus,semper,hoc eod.tit*, vbi latè dixi, exornant Couar.*lib.*1.*var.cap.*2.*ex num.*5.*& cap. vlt. num.*7.citati ab Alphan.*collect.*82. Anton.Gom. *var. tom.*2.*c.*9. *num.*4. Menoch. *de arbitrar.casu* 47. *num.*6. Cardin. Tusch.*pract.concl.tom.*8.*litt.T, concl.*336. *per tot.* vbi *num.*6. limitat quando totum constituens in partes diuersa est diuisum, & distinctum, quia tunc vnaquæque pars per se stat, secus quando sunt indiuisæ, vide quæ latè resolui *in tract. Axiom.iuris vsufrequent. Axiom.* 215.

REGVLA LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

1 EXornant Corn. *cons.*89. *Viso prædicto,n.*12. *lib.*3. *& cons.*83.*Circa primum,n.*2.*lib.*4.*cons.*181. *n.*11. *lib.*3.vbi loquitur in generali commissione,Surd.*cons.* 73.*num.*17.Card.Tusch.*pract.tom* 3 *litt.G. concl.* 31. *n.*2.vbi cum Corn. *cons.*176.*num.*22. *lib.*2. extendit in generali mandato. Ego,ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 106. *num.* 14. Nunquam enim quis præsumitur velle comprehendere sub generali dispositione illud de quo specialiter disponere non potuisset, Romanit.*cons.* 155. *n.*2. *vers.nec. refragatur.* Card. Tusch.*d.litt.G,concl.* 41.*n.*16.

REGVLA LXXXII.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

1 VVlgò allegatur hæc reg.ad hoc quòd contrahens sine solemnitatibus à iure requisitis, & in dolo præsumpto, & mala fide, vt per Menoch. *remed.* 15. *recup.possess.n.*179.*& de præs.lib.*3.*præsumpt.*130 *n.*33. *& lib.*5.*præsumpt.*3.*num.*76.*& cons.*314.*n.*6. Menoch. *illustr.cap.*81.Farinac. *in praxi crimin.par.*3. *quæst.*89. *num.*83.

Notari etiam solet ad hoc quòd errans in iure præsumitur in dolo,vbi ius contrauenit, vel actui resistit vt per Mascard.*de probat.concl.*640.*n.*2.

REGVLA LXXXIII.

Bona fides non patitur vt semel exactum iterum exigatur.

DEsumitur ex *l.bona fides, ff.hoc.tit.*cum aliis citatis à gloss.*in præsenti*,exornant *l.*6.*in fin.tit.*3.*p.* 5.Tiraq.*de retractu lig.§.*29.*gloss.*4.*n.*13. Afflict. *Neapol.decis.*150.*n.*19.*&* 20. 1

REGVLA LXXXIV.

Cum quid vna via prohibetur alicui,ad id alia non debet admitti.

ALlegari vulgo solet hæc regula ad hoc quòd prohibitum vna via non censetur alia permissum,*l.quod dictum.ff.de pactis,l.cum hi, §.si cum iis.ff. de transaction.l.athletas, §.ait prætor,ff. de infam.l.si quis,§.minor,ff. qui,& a quibus,l.illud.ff.ad leg. Aquil.* Surd.*cons.*301. *n.*75. D. Barb.*in l. cùm prætor,§.vlt. n.* 235.*ff.de iud.*Menoch.*cons.*285.*n.*41. Ego ipse *in tract. Axiom.iuris vsufreq.Axiom.*193.*n* 1.Prohibitum enim directè non potest fieri per interdictum,*l.Seius.& Angerius*,vbi Bart.*ff.ad leg.Falc.l.scire oportet,§.si mater, ff.de tutor. & curat.* Menoch. *de præs.lib.*4. *præs.*189.*n.* 82. Surd. *decis.*21.*n.*4. Bellet. *disquis.cler.p.*1. *tit.de exemptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis,§.*7.*n.*6.Ego ipse *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom.*193. *n.*5. 1

REGVLA LXXXV.

Contractus ex conuentione legem accipere dignoscuntur.

DEsumitur ex *l.contractus, ff. hoc tit, & ex l. §. si conuenerit,ff.depositi,l.lege,ff.de pactis conu.l.*1. *C. commodati*,exornant Castr.*cons.*472.*Viso supradicto, in princ.lib.*1.*& cons.*145. *Videndum est,in fine, & cons.* 219.*in causa quæ vertitur,col.* 2. *vers. contractus autem lib.*2.Petr de Gregorio *de concess.feudi p.*3.*q.*1.*vers.ex præmissis*,Menoch.*cons.*52. *n.*58.*& cons.*477.*n.*3. Pichard. *ad §.si quis alium. n.*2. *Inst. de inutilib. stipulat.* Surd.*cons.*383.*n.*6.Ghald.Pereira *de renouatione emph. q.*11.*n.*19.*quæst.forens.cons.*18.*n.*1. Ottau. Glorit.*resp.* 7.*n.*61.Seraph.*decis.*787.*n.*2.Cardos.*in praxi iudicum, & Aduocat.verbo contractus,n.*12 Tusch. *pract. concl. tom.*2.*litt.C,concl.*980.Rot.apud.Farin. *decis.*669. *n.*4. *p.*1.*recent.*vbi quòd à partium conuentione recipit formam contractus,*& decis.*315.*n.*4. *ead.p.*1. *recent.* vbi amplia etiamsi fuerit conuentum vltra, vel præter naturam contractus,refero ego ipse *in tract.Axio.iuris vsufreq.verbo contractus Axiom.*57.*n.*1. 1

REGVLA LXXXVI.

Damnum quod quis sua culpa sentit,sibi debet,non aliis imputari.

DEsumitur ex *l.quod quis ex sua culpa,ff.hoc tit.*casum ponit gl. *ex l.emptor fundi, C. de euict.* vbi dicitur 1

dicitur quòd si emptor in iudicio non fuit, re euicta de euictione non agit contra venditorem, quia sua culpa res euicta videtur, de quo Marant *de ord. iudic. p. 6. memb. 5. in princ.* Perez. *ad tit. 5. Ordin pag* 194. Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 9. in prelud. n. 40. vers. septimus.* D. Barb. *in l. 2. §. fin. n. 41. ad fin. & n. 42. ff. solut. matrim. & in l. venditor. n. 7. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Infamibus porta non pateant dignitatum.*

2 *Infamia quid sit, & quomodo contrahatur, & de multiplici eius genere, remissiuè.*

3 *Infamia iuris non solum impedit praefici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis.*

4 *Infamia facti licèt repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit ab obtentis.*

5 *Infames iuris vt patiantur eosdem effectus, quos ipsamet iuris infamia parere solet, oportet quod sint de crimine in iudicio confessi, aut conuicti, & sententia declaratoria condemnati.*

REGVLA LXXXVII

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

1 EXornant Gregor. Lop. *per text. ibi in l. 7. tit. 6. p. 7.* Cou. *in c. quamuis pactum, p. 1. §. 7. n. 4.* & alij plures per me citati *de offic. & potest. Episc p 2. alleg. 43. per tot.*

2 In glog. *Infamibus.* ibi, *de infamia autem quid sit, & quomodo contrahitur, & de multiplici eius genere,* &c. De his omnibus latè egi *d. alleg. 43.*

3 In gloss. *Dignitatum.* ibi, *non solum impedit, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis,* &c. Ita de infamia iuris tradunt Cou. *pract. cap. 19. num. 5. concl. 5.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 8. n. 33.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 8. n. 7. & cap. 15. num. 30.* D. Barb. *in l. cùm praetor, §. vlt. n. 182. ff. de iudic.* Sanch. *in praecepta Decalogi. tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 27.* Ego ipse *d. alleg. 43. n. 19.* Nam
4 infamia facti licèt repellat quem à dignitatibus habendis non tamen repellit ab obtentis, vt obseruant Henriq. *in sum. lib. 13. c. 38. § 3. in med* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rubr. 18. n. 5. in fine,* Nicol Garc. *dicto c. 8. n. 37. & 36.* vbi *n. 7.* subdit id procedere in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales, quia in eis non est text. hoc dicens.

Illud autem aduertere oportet, quòd vt iuris infames patiantur eosdem effectus, quos ipsamet iuris infamia parere solet, oportet quòd sint de crimine in iudicio confessi, aut conuicti, secundùm Farin. *in praxi crimin. part. 2. quaest. 59. num. 5. & 18.* Suar. *tom. 5. de censur. d. 48. sect. 1. n. 8 & 9* Sayr. *de censur. lib. 7. c. 11. num. 3.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 6. cap. 8. num. 12.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 86. num. 1. vers ad hanc,* ac proinde sententia declaratoria de crimine famoso quod infamet, condemnati, vt ex Rotae decisione dixi *d. alleg. 43. num 14.* & me citato in illo loco tradiderunt Homobon de Bonis *de examine Eccles. tract. 12. c. 3. quaest. 7. supposit. 2.* Fr. Sigism. à Bononia *dicto dub. 86. num. 6.* de qua tamen sententia vbi infamia praetextu illius incursa praetenditur, constare debet, ita vt non sufficiat si testibus probaretur latam fuisse secundùm Lanfranc. *in c. quoniam contra n. 71. de probation.* 5

REGVLA LXXXVIII. & vlt.

Certum est quòd is committit in legem, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem,

DEsumitur ex *l. non dubium, C. de legib.* vbi habentur hæc eadem verba, Ratio est, quia mens magis debet attendi quàm verba, *l. 3. C. de liber. praeter. l. quoniã indignum, C. de testam. c. quanto 26. de priuil.* Sigism. Scac. *de appellat. q 4. n. 21.* Armendar. *in proem. addit. ad recop. legum Nauarra. n. 19.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 11.* Verba enim se habent vt corpus, & superficies, ratio verò ac mens, vt spiritus & anima, Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 48. n. 56.*

FINIS

ADDENDVM

CAP. Fideli, vnic. de Summa Trinit. *post num. 1. supr. pag. 3.*

Hanc Decretalem celebrem, contra errorem potissimum Græcorum, qui negant Spiritum sanctum à Filio quoque procedere, dicit Pegna *ad Eymeric. in Direct. Inquisit. part. 1. comment. 2.*

COLLECTA

COLLECTANEA DOCTORVM

Tam veterum, quàm recentiorum, qui super singulos Textus, & Glossas Clementinarum ex professo, vel incidenter scripserunt.

IN PROOEMIVM CLEMENTINARVM.

SVMMARIVM.

1 *Clementinarum libros quis ediderit, & Glossis illustrauerit, ostenditur.*
2 *Iuris appellatione venit ius municipale.*
3 *Partium ex conuentione quando aliquid fieri debet secundum ius, intelligitur secundum leges Regni.*
4 *Consuetudo venit appellatione iuris.*
5 *Arbiter si habeat potestatem terminandi causam de iure, potest pronunciare secundum consuetudinem.*
6 *Fieri dicitur de iure, quòd fit secundùm consuetudinem.*
7 *Papa vnde dicatur.*
8 *Papa dicitur quasi Pater patrum.*
9 *Priuilegia, quæ per se dantur, id est non per viam legis non promulgantur.*

1 LEMENS Papa V. natione Gallus, prouincia Vasconia diœcesis Burdegalensis anno 1305. Romanus Pontifex creatus non modo in Concilio Viennensi, sed etiam ante, & post ipsum Concilium plurimas Constitutiones edidit, quas cùm & assidua occupatione, & morte præuentus in vnum collectas volumen, & sub congruis titulis collocatas edere, vt decreuerat, non potuisset, illas Ioannes XXII eius successor promulgauit, & deinde ipsas Ioannes Andreas Bononiensis glossis illustrauit.

2 In gloss. *Vel municipale* Notatur ad hoc quòd iuris appellatione venit ius municipale vt per Menoch. *cons.95. num.93.* Peregrin. *de fideicomm. art.25. n.53.* Fusar. *de substit. q 477. num. 53.* quos refero ego ipse *in tract. de appellat. verbor. vtriusque iuris significat. ap-*
3 *pellat.123. num. 2.* & ideò quando ex partium conuentione aliquid fieri debet secundùm ius, intelligitur secundùm leges Regni, ac proinde secundùm ius municipale, vt per Mart. *in votis nouiss. decis. voto 154. n.4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.99.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd appellatione iuris venit consuetudo, sicuti docent Menoch, *vsufrequent. c.3. n.2.* Bertaz. *de clausulis instrum. claus.4. gl. 35. n. 1.* Vnde euenit vt si arbiter habeat potestatem terminandi causam de iure potest pronunciare secundùm consuetudinem, vt docent Duen. *reg. 57. in princip.* Mich. grass. *tom.1. commun. opinion. lib. 3. tit. 26. n.85. pag.355.* De iure enim dicitur fieri quod fit per consuetudinem, Tiraquel. *in tract. le mort, in præfat. declar.7. num.5.*

In gloss. *Papa.* ibi, *id est, admirabilis*, Notatur ad 7
hoc quòd Papa deriuatur a dictione Græca Papè, quod est interiectio admirantis, & verè admirabilis, quia vices Dei in terris gerit; ita Archid. *in cap. quia Sacerdotes, num.2. 10. q.1.* Syluest. *in summ. verbo Papa*, Petrarch. *de vita sollicit. lib.2. sect. 3. c.18.* Nau. *de spoliis c. clericor. §.2. n.1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss.1 num.33.* Isidor. Moscon. *de maiestat. milita t. Eccles. part.1. cap.1. pag. 22.* Ego ipse *in tract. de iure ecclesiast. lib.1. c.2. n.1.*

In eadem gloss. ibi, *etymologia verò nominis. id est.* 8
Pater Patrum. Ita Azor. *institut moral. part.2 lib.4. cap.4. quæs.1.* Gonzal. *dicta gloss 1. n.49. & seq.* Isidor. Moscon. *citato loco.* Ego ipse *d. cap.2 n.3.*

In gloss. *De catero.* ibi, *nisi dicas aliud in priui-* 9
legio simpliciter dato, &c. Notatur ad hoc quòd priuilegia, quæ per se dantur id est, non per viam legis, non promulgantur, vt per Bart. *in l. leges, numero 2. C. de legibus* Felin. *in cap.2 numero 7. versic. tertia limitatio, de constitut.* Fr. Emmann. *quæst. Regular. tom. 1. quæst.7. art 6.* Azor. *institut. moral. part 1. lib.5. cap.23. q vlt.* Salas *de legib. disput. 17. sect. 5. à numero 31. & 34.* Soar. *in simili tract. lib. 3. cap. 24.* Vtrùm autem scientia aliorum, quibus præiudicat, necessaria sit? vide scribentes *in cap.2 de constitut. lib.6.* vbi Felin 7. Dec. *à numero 17.* aliàs *à numero 42. in 1. lect.* Bero *à numero 48.* Ias. *in l. vltim. a num 39. ff. de constitut. princip.* Molin. *de primog. lib 2. cap.5. num.68.* Menoch. *de arbitrar. casu 185 à n 30.* Salas *d. sect.5.* Sanch. *de matrimon. lib.3. disp.36* vbi plenissimè ad hoc sex refert opiniones.

In Librum I. Clementinarum.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Mysteria Christi fatetur Pont. & approbat Euangelium Ioannis.*
2 *Anima intellectiua est vera, & propria hominis forma.*
3 *Paruulis in Baptismo infunduntur gratia, & virtutes.*

4 *Anni inchoantur, & computantur secundum loci consuetudinem.*

5 *Perusii, & Padua anni à Natiuitate Domini inchoantur.*

6 *Crux an habuerit quatuor genera lignorum? remissiuè.*

Clem. Fidei. Vnic. *Clem V.*

1 FAtetur mysteria Christi, & approbat Euangelium Ioannis, reprobatque ac hæreticam iudicat doctrinam, quæ habet quod substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ verè, & per se hu-
2 mani corporis non sit forma. Hanc Decretalem commentatur eleganter Pegna *ad Eymeric. in directorio Inquisit. comment. 3. part. 1.* vbi citat plures Doctores.

§. Ad hoc.

3 Probat paruulis in baptismate infundi gratiam, & virtutes, ita Petr. Ledesma *in sum. part. 1. vbi de sacramento Baptismi, c 9. concl. 3.* Chamerot. *de Baptismo, c. 6. dub. 2. & 3.* Azor. *instit. moral. part. lib. 4. cap. 34. q. 1. vers. octaua, & lib. 8. c. 2. q. 2.* Bonac *de Sacram. disp. 2. q. 2 punct. 7. num. 2. cum seqq.*

4 In gloss. *Et tempore.* ibi, *& ab hac Incarnatione computant quidam annos Domini,* &c. *alij à Natiuitate.* Ideo seruandam esse consuetudinem loci, & secundùm eã annos inchoandos esse meritò dicit Specul. *in §. 2. de instr. edit. in vers. subsequenter,* sequitur Bart. *in auth.*
5 *vt prap. nomen Imper. num. 12.* dicens in Tuscia annos computari ab Incarnatione, Perusij verò à Natiuitate, Imol. Alex. & Ias. *in l. de diuisione in princ. ff. solut. matr.* Dec. *in cap. 1. de relig. domib. lib 6.* quo loci ait Paduæ esse cõsuetudinem annos à Natiuitate inchoari, prout eos refert Bertaz *de claus. instrum. Claus. 1. gloss. a.* & latè Camill. Borrell. *in summ. omnium decis. tit. 14. de consuetud. n. 103.*

6 In gloss. *Crucis.* ibi, *fertur etiam Crucem quatuor genera lignorum habuisse,* &c. De hoc vide latè Fr. Iayme Bleda *in libro, quem inscripsit Hispanico sermone, milagros de la Cruz en el tratado de la Cruz, c. 1.* Iacob. Gretser *de sancta Cruce, tom. 1. lib. 1.*

De Rescriptis.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Abbates, & Præsidentes alicui administrationi quando possint auctoritate litterarum Apostolicarum, vel Legati conuenire reos sibi subditos occasione beneficiorum.*

2 *Iudex delegatus cognoscere potest vtrùm sua sit iurisdictio si opponatur nullam habere iurisdictionem in causa.*

3 *Constitutio pœnalis sapè extenditur ex eadẽ ratione.*

4 *Frequentioris vsus ratione posita non restringunt dispositionem, nec excludunt similes casus minus frequentes.*

Clem. Abbates. I. *Clem. V.*

1 ABbates & Præsidentes alicui administrationi ad tollendas fraudes contra *cap. statutum, de rescript. in 6.* non possunt auctoritate literarum Apostolicarum, vel Legati conuenire reos sibi subditos occasione beneficiorum, nisi vbi, & coram quibus sunt subdit immediatè, vel nisi vbi conuenirent, si haberent specialem administrationem talium beneficiorum, quamuis illa beneficia sint de mensa Abbatis; si verò aliquem contra dispositionem huius text. vexauerint, iudex apud quem vexatur, condemnabit Abbatem in expensis, & omnis processus contra præmissa habitus est ipso iure irritus. Colligunt ex Ordin. Lap. Panorm. Paul. de Eleazariis, Anch. Zabar. Bonif. de Vitalin. Viuian *in ratio tali lib. 1. pag. 78.* Alagona *in compend, pag. 29.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1 & 2.*

Coram quo vexatio fiet, &c.] Notatur ad hoc quòd 2
iudex delegatus cognoscere potest vtrùm sua sit iurisdictio, si opponatur nullam habere iurisdictionem in causa, vt per Surd. *cons. 286. n. 6.* Cabet. *Lusita decis. 41. n. 2 part. 1.* D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n. 112. ff. de iudic.*

In gloss. *Præsidentes.* ibi, *idem si denominetur,* &c. 3
Ergo constitutio pœnalis sæpe extenditur ex eadem ratione, secundùm Tiraq *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 303. C. de reuoc. donat.*

Et in ead. gl. ibi, *sed quia id rarum, hoc frequentatum,* 4
ideò de Religiosis loquitur. Notatur ad hoc quòd posita ratione frequentioris vsus non restringunt dispositionem, nec excludunt similes casus minùs frequentes, vt per Tiraq. *de retract. lign. §. 20. n 6.* Surd. *decis. 19. n. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 14 n. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 121. n. 20.* D. Barbos *in l. cum prætor. in princ. n. 51. ff. de iudic.* Flores de Mena *var. l. 1. q. 4 n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis principalis Episcopi, & Prior Conuentualis licèt obedientiarius, delegari possunt à Papa, non autem officialis foraneus, & Prior claustralis.*

2 *Vicarius generalis Episcopi potest a Sede Apostol. dari delegatus, idem in Vicario Episcopi electi, & confirmati, licet nondum consecrati, & in Vicario Capituli Sede vacante.*

3 *Prior Conuentualis potest dari delegatus à Sede Apost.*

4 *Prior Conuentualis quis dicatur, ostenditur.*

5 *Vicarius foraneus Episcopi non potest esse delegatus Apost.*

6 *Priori claustrali delegatio fieri non potest.*

7 *Prior claustralis quis dicatur, ostenditur.*

8 *Religiosus Canonicus Ecclesia Cathedralis an possit a Sede Apostol. dari delegatus. & n. 9. & 12.*

9 *Monachis ne iudices esse possent prohibitum erat ante cap. statutum.*

10 *Qualitates dua quando concurrunt, quarum vna nocet, altera prodest, ea qua nocet debet præualere.*

11 *Canonicus Cathedralis propter maximam praeminentiam dignitatem habere censetur.*

13 *Monachus ex legitima dispensatione factus Canonicus Ecclesia Cathedralis non potest esse delegatus Pontificis.*

14 *Officiales duo Episcopi vbi sunt, & delegatio fit simpliciter officiali, & alter ex illis est principalior, illi soli censetur facta commissio.*

15 *Commissio vbi fit Archidiacono, & sunt plures, intelligitur de principaliori.*

16 *Vicarius Episcopi dicitur Officialis.*

17 *Vicarij Prælatorum habentium iurisdictionem quasi episcopalem non possunt esse delegati Papa.*

18 *Vicarij generales à Capitulo Sede vacante nominati possunt*

possunt iudices esse delegati, & constitui executores gratiarum beneficialium.

19 *Vicarius Episcopi confirmati nondum tamen consecrati, capax est delegationis, Apost.*

20 *Beneficium Regulare collatum a Pralato potest ab eo ad illius nutum & libitum reuocari.*

21 *Vicarius Episcopi potest in Conseruatorem deputari.*

22 *Priores, & Guardiani Conuentuales non possunt in Conseruatores deputari & num. 23.*

24 *Subscriptiones faciunt ius.*

25 *Papa ex certa scientia Monacho causam committit, expresso scilicet nomine monachatus.*

26 *Principis de certa scientia an necessarium sit quòd constet in rescripto, vel sufficiat quod aliunde probetur per testes? remissiuè.*

Clem. Et si principalis. II.

1 Officiales principalis Episcopi, & Prior Conuentualis, licèt obedientiarius, delegari possunt à Papa, Officialis verò foraneus, seu Prior claustralis non. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleazariis, Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 79.* Alagon. *in compend. pag. 30.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Principalis Officialis Episcopi*, &c.] Notatur ad hoc quòd Vicarius generalis Episcopi potest à Sede Apost. dari delegatus, ac proinde, mandatorum & gratiarum Apostolicarum deputari executor, vt per Steph. Gratian. *discept. foren. cap. 106. n. 28.* Menoch. *cons. 51. n. 33.* Sbroz *de officio Vicarij lib. 1. q. 23. n. 6.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. num. 6.* vbi *a num. 14. cum seqq.* ampliat in Vicariis nominatis à Prælatis inferioribus habentibus Episcopalem, & ordinariam iurisdictioné, & latè ego ipse *de officio & potestate Episcopo part. 3. alleg. 54. num. 132. cum seqq.* vbi *n. 137. & seqq.* amplian ad Vicarium Episcopi electi, & confirmati, licèt nondum consecrati, & ad Vicarium Capituli Sede vacante, refert me citato, Mallobr. *de Synodo diœcesana cap. 4. dub. 13. à num. 10. vsque ad n. 16.*

3 *Aut Religiosus Conuentualem*, &c.] Notatur ad hoc quòd Prior Conuentualis potest dari delegatus à Sede Apostolica, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 20. prope fin.* Mallubr. *dict. tract. de Synodo diœces.*
4 *cap. 4. dub. 13. num. 40.* hic enim propriè dignitatem habere dicitur, & est ille, qui Conuentui Religiosorum præficitur cum administratione bonorum, iurium, & iurisdictionis in iis quæ regulam concernunt de quibus agit text. *in cap. nullam 18 p. 2.* vbi Nau. *à num. 4. & in cap. nisi essent. de præbend. & in Clem. 1. §. cæterum. de statu monach.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. Regularia benef. num. 4.* Corras. *de Sacerdot. part. 4. cap. 3. num. 4.* Per Greg *syntag. lib. 18. cap. 18.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 8. n. 13.*

5 *In Officiali tamen foraneo*, &c.] Notatur ad hoc quod Vicarius foraneus Episcopi non potest esse delegatus Apostolicus, vt docent Sbroz. *de Vicario Episcopi l. 2. q. 22. num. 13.* Flores de Mena *d. q. 4. num. 6. cum seqq.* Ego ipse *d. alleg. 54. num. 138. cum seqq.* & me citato Mallobr. *d. cap. 4. dub. 13. à num. 18.*

6 *Aut Religioso monasterij sui Priore claustrali*, &c.] Notatur ad hoc quòd Priori claustrali delegatio fieri non potest, vt per Azor. *citato loco* & Mallob. *d. dub. 13. n. 40* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 13.*
7 *num 75.* Sunt enim illi, quos Subpriores, vel Vicarios nuncupamus, quia monasterio, & claustro præficiuntur cum administratione iurisdictionis tantùm circa ea quæ ad claustrum, & regulam monachalem spectant, de quibus agit text. *in cap. cum ad monasterium vers. Prior, de statu monach. glos. verb. Prioratus in Extrauag. Execrabilis, de præben. inter communes,* Selu. *de benef. part. 1. q. 2. à num. 41.* Rebuff. *d. tit. Regularia beneficia num. 5.* Petr. Greg. *rei benef. cap. 10. num. 22.* Azor. *d. cap. 20.* Gonzal. *d. glos. 8. num. 114.*

8 Quæstio est autem controuersa vtrùm Religiosus Ecclesiæ Cathedralis Regularis possit à Sede Apost. dari delegatus? non enim agimus quando Summus Pont. ex certa scientia id facit, quia tunc etiam simplici monacho potest causa à Sede Apost. committi, seu delegari, vt constat ex text. *in cap. cùm olim 14 ibi. Abbatibus, & F. Monacho, de priuileg.* & ex resolutis per Vant. *de nullitatibus, tit. ex defectu iurisdictionis delegata num. 79.*

9 In qua Doctores communiter post Calderin. resoluunt commissionem non valere, vt multis probant Archid. *n. 1. in fin.* Ioan. Andr. *statim in princip.* Anchar. *num. 2. quæst. 2.* Franc. *in princ. num. 5.* & Domin. *num. 3. in d. cap. statutum, de rescript. in 6.* Felin. *in cap. causam quæ num. 4. de iudic.* Ludou. Gom. *in d. cap. statutum n. 32. de rescrip. lib. 6.* Duen. *reg. 78.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 270. num. 6.* Mallobr. *de Synodo diœces. cap. 4. dub. 13. n. 30.* Ex pluribus rationibus, eàque præcipuè, quia ante dictum *cap. statutum*, prohibitum erat Monachis, ne iudices esse possent, iuxta *cap. de præsentium, & ibi glos. verbo defensor 16. quæst. 1.* iuncta generali reg. text. *in cap. 1. & in cap. clericis, vers. iubemus, ne clerici vel monachi*, quia mortui sunt mundo, & velle non habent, nec nolle, & sine Prælati sui licentia actum aliquem legitimum, aut ciuilem exercere non possunt, nec consentire electioni, *cap. si Religiosus 27. de elect. lib. 6.* nec suscipere executoris officium, *cap. 2. de testam. eod. lib.* aut procuratoris, *Clem. Religiosus, de procurat.* cum multis aliis, quæ latè prosequitur Iacob. de Graff *in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. à num. 112.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11.* Quare noua Constitutio *d. cap. statutum* quæ facta est ad restringendas iudicum à Sede Apost. delegatorum commissiones, requirendo in eis plures qualitates, non sustulit prohibitionem, seu impedimentum procedens in monachatu, quemadmodum etiam in habente dignitatem non sustulit impedimentum minoris ætatis, vt omnes notant *in eodem cap. Statutum*, vt vltra illos resoluunt Stephan. Gratian *discept. forens. cap. 270. num. 7.* D. Barbos. *in lib. cum prætor, §. vlt. num. 60. ff. de iudic.* Mallobr. *de Synodo diœces. cap. 4. dub. 11.*
10 Facit etiam, quia quando concurrunt duæ rationes, quarum vna nocet, altera prodest, ea quæ nocet debet præualere, iuxta text. *in l. si quis in grani §. vlt. cum seq. ff. ad Syllan. l. 3. ff. de suspect. tutor.* & in impedimentis si duo concurrant, vnu sublato alterum remanere optimè probat text. *in §. affinitatis, ibi. alia ratione, &c. Instit. de nupt.* commendat Valasc. *cons. 60. num 6.* & multi citati à Garc. Falcon. *reg. 78. num 2.* licèt igitur in Religioso Canonico Cathedralis concurrat ratio Canonicatus, quæ potens est vt ei fieri possit delegatio, cùm tamen in eo reperiatur altera monachatus, quæ impedit, hæc attenditur & præualet.

11 Contrariam tamen sententiam tenet Abb. *in d. cap. cùm olim 14 n. 13. priuil.* & latiùs *in d. c. causã quæ n. 9.* & in eius sententiam videtur magis inclinare Dec. *ibi à n. 4.* sequitur Vant. *d. tit. ex defectu iurisdictionis delegata n. 82.* Fr. Eman. *quæst. Regul. tom 2. q. 124. a. 1.* & hanc esse veriorem profitetur Lud. Gom. *in d. c. statutũ n. 32.* & tenet Sanch. *in præcep. Decal. tom. 2. l. 6. c. 13. n. 83.* mouentur ex auctoritate huius Clem. dum decidit sufficere vt valeat commissio facta Religioso à Sede Apost quòd in eo reperiatur qualitas, quæ sufficit

in clerico seculari, veluti quòd Prior sit Conuentualis, atque ita dignitatem habeat, iuxta text. *in d. cap. statutum*; sed Religiosus Canonicus Cathedralis habet dignitatem, quæ sufficit, iuxta eundem tex. ergo etiam illi fieri potest commissio: & facit quia Canonicus Cathedralis propter maximam præeminentiam, dignitatem habere censetur, vt argum. text *in cap. quamuis, de præbend. in 6.* multis adductis probat Gom. *in d. c. statutum a num. 24.* Rot. & plures alij; de quibus Gonz. *ad reg. 8. Cancel. glos. 2. n. 39.*

12 Verùm à communi recedendum non existimo, & ad oppositionem Abb. respondetur cum Felin. & aliis pro communi adductis negando in proposito argumentum de Abbate, aut Priore Conuentuali ad Canonicum: nam Abbatibus, & aliis administrationem plenam habentibus iure communi prohibitum non erat, quod iudices esse possunt, vt docuit *glos. 1. in d. c. de præsentium 16. q. 1.* ex ratione, quam reddit, quod alteri subiecti non sint, & consequenter ad Canonicum Regularem, vel aliàs Monachum, qui iure antiquo prohibitus erat, & superiori subiectus est, sine cuius licentia velle non habet, nec nolle, trahenda non est, vt benè resoluit communis.

13 Ex quibus deducitur Monachum ex legitima dispensatione factum Canonicum Ecclesiæ Cathedralis secularis non posse esse delegatum Pontificis, vt tenent Felin. *in d. cap. causam quæ num. 5.* Rimin. iun. *cons. 403. num. 9. vol. 4.* quicquid dicant. Gamb. *de offic. Legati a latere lib. 8. cap. vltim. à num. 31.* & Sanch. *d. cap. 13. n. 83.*

14 In gl. *Principalis.* ibi, *quid ergo si plures Officiales in solidum habet Episcopus*, &c. Notatur ad hoc quòd vbi sunt duo Officiales Episcopi delegatio fiat simpliciter Officiali, & alter ex illis est principalior, illi soli censetur facta commissio, vt per Squillante *de privileg. cleric. cap. 1. num. 201. in princ.* Sbroz. *de offic. vicar. lib. 2. q. 62. n. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 27. n. 96.* vbi etiam ex Bellam. *in cap. quoniam Abbas num. 4.*
15 & *ibi* Imol. *num. 5. de offic. deleg.* tradit in simili quòd vbi fit commissio Archidiacono, & sunt plures, intelligitur de principaliori.

16 In gl. *Officialis*, ibi, *alibi Vicarius.* Notatur ad hoc quòd Vicarius Episcopi dicitur Officialis, secundùm Menoch. *cons. 51. num. 38.* Sanch. *d. disp. 27. num. 29.* & alios quos citaui *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell. 174. n. 1.*

17. In gl. *Episcopi.* ibi *ergo secus in Officiali Archidiaconi, vel inferioris ab Episcopo.* Notatur ad hoc quòd Vicarij Prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem non possunt esse delegati Apost. sequuntur *hic* Cardin. 14. q. 12. Imol. *num. 19.* Bonif. *n. 30.* & resoluunt. Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. q. 23. n. 8.* Ego ipse *de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 54. n. 141.* & me citati *in illo loco*, Massobr. *de Synod. diœces. c. 4. dub. 13. n. 20.* quidquid dicant Sanch. *d. lib. 8. disp. 27. num. 34.* & Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. num. 14.*

18 In eadem glos. ibi. *Sed quid de Officiali, quem dat Capitulum Episcopali sede vacante*, &c. Notatur ad hoc quòd Vicarij generales à Capitulo Sede Vacante nominari possunt iudices esse delegati, ac proinde exequutores gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Romana Curia, vt per Menoch *cons. 320. num. 4.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. n. 11.* Sanch. *d. disp. 27. num. 32.* Ego ipse *d. alleg. 54. n. 137.* & me citato Massobr. *d. dub. 13. num. 16.*

19 In ead. glos. ibi, *& idem puto de officiali electi confirmati nondum consecrati.* Notatur ad hoc quòd Vicarius Episcopi confirmati nondum tamen consecrati, capax est delegationis Apostolicæ, vt per Pauin. *de potestate Capituli sede vacat. part. 2. q. 10. n. 6.* Sbroz. *de Vicario Episcopi part. 2. q. 23. n. 4.* Sanch. *d. disp. 27. n. 55.* Ego ipse *d. alleg. 54. n. 138.* & me citato Massob. *d. dub. 13. n. 15.*

In gl. *Per electionem.* ibi, *qui remoueri potest ad nutum sui maioris*, &c. Notatur ad hoc quod beneficium Regulare collatum à Prælato potest ab eo ad illius nutum & libitum reuocari, vt per Nauar. *comm. 4. de Regular. num. 22. vers. ex quibus facilè, & n. 23.* Azor. *institut. moral. parte 1. lib. 12. cap. 9. quæst. 8. & parte 2. lib. 3. cap. 27. quæst. 12. 13. & 14.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 34. art. 2.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 111.* 20

In gloss. *Delegatus.* ibi, *quid dices de Conseruatore*, &c. Hæc gloss. videtur tenere Vicarium Episcopi posse in Conseruatorem deputari, quæ licèt in hoc dubia resideat, cùm in fine dicat quòd eius dictum eget declaratione, tanc partem sustinent *hic* Abb. *n. 17.* Ioan. Picard. *cons. 52. num. 33. inter consilia Menochij*, Pauin. *dict. quæst. 10. num. 6.* Sbroz. *dict. lib. 2. quæst. 27. num. 4. cum seq.* Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordin. in exemptos parte 1. quæst. 39. num. 4.* Massob. *d. dub. 13. n. 11.* declara tandem iuxta ea, quæ dixi *de officio, & potestate Episcopi parte 3. alleg. 106. num. 13.* vbi etiam *num. 15.* ex decreto Sacræ Congregat. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, resoluo Priores, 22 & Guardianos Conuentuales minimè in Conseruatores deputari. 21

In gloss. *Foraneo.* De materia huius glossæ dixi latè *ad cap. 2. limit. 3. & per tot. de consuet. lib. 7.* 23

In gloss. *Claustral.* ibi, *ex quarum subscriptionibus patet*, &c. Notatur ad hoc quòd subscriptiones faciunt ius, vt per Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 48. §. 3. num. 33.* 24

In gloss. *Obseruari.* ibi, *nisi id fieret ex certa scientia Principis*, &c. Ergo Summus Pontifex ex certa scientia monacho causam committit, expresse scilicet nomine Monachatus, vt fecit *in d. cap. cum olim 14.* ibi, *Abbatibus, & F. Monacho, de privileg.* comprobat Ludou. Gom. *in d. cap. statutum num. 53.* & Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis delegata n. 79.* Sicut quando inhabilitas non fuit expressa in litteris promotionis, sed fuit adiecta clausula, ex certa scientia, tunc præsumitur dispensatum, & sufficit tacita expressio inhabilitatis, vt ex hac gloss. colligit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 20. n. 2.* 25

Verùm autem necessarium sit quòd in ipso rescripto constet de certa scientia Principis, vel sufficiat, quòd aliunde probatur per testes? Vide Anton. Gabr. *commun. tit. de clausulis num. 65. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 282. a princip.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 20. n. 19.* 26

SVMMARIVM.

1 *Auditor in Romana Curia deputatus à Papa de beneficio, quod pronunciabit alicui de iure fore debitu, poterit eidem absque commissione alia prouidere.*

2 *Reseruatio reg. 8. Cancel. ligat etiam Auditorem Rotæ, vt de beneficio reseruato conferre non valeat vigore huius text.*

3 *Circuitus sunt vitandi.*

4 *Auditores Rotæ sunt iudices delegati.*

5 *Doctores referuntur de Auditoribus Rotæ, & eorum institutione agentes.*

6 *Beneficij appellatione largè sumpto vocabulo venit dignitas.*

7 *Extensio ex identitate rationis in materia odiosa admittitur ad casum, qui sublata vocabuli significatione contineri potest.*

8 *Extensio*

8 *Extensio, quæ fit in correctoriis ex lata verborum significatione ad casus, quos ratio legis correctoriæ comprehendit, dicitur intellectiua, & virtualis.*
9 *Lex generaliter concepta comprehendit non solum casus expressos, sed & omnes alios, quibus eius ratio adaptari potest.*
10 *Aliud est esse beneficium collatum, & aliud dicere sibi debitum.*

Clem. Auditor. III.

1 AVditor in Romana Curia deputatus à Papa de beneficio, quod pronunciabit alicui de iure fore debitum, poterit eidem absque commissione alia, vt euitetur circuitus, prouidere. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 80. Alagon. *in compend. pag.* 30. remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Selu. *de benef. p. 2. q. 13. per tot.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 23. num. 14.* vbi *gloss. 31. n. 51. cum seqq.* tenet reseruationem dictæ regulæ ligare etiam Auditorem Rotæ, vt de beneficio reseruato conferre non valeat vigore textus *in præsenti.*

3 *Vt euitetur circuitus.*] Notatur ad hoc quòd circuitus sunt vitandi, vt per Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 2. gloss. 1. num. 24. & 71.* Vincent. de Franc *decis. 273. ad fin.* Menoch. *cons. 68. n. 19. cum aliis per me citatis Axiomate 43.*

4 In gloss. *Auditor*, ibi, *de aliis Auditoribus causarum non*, &c. Notatur ad hoc quòd Auditores Rotæ sunt delegati, vt per Specul. *in tit. de iudice deleg. §. nunc dicendum n. 9.* Card. *q. 2.* Imol. *n. 15.* & Sicul. *col. 3. in præsenti*, Alciat. *in rub. de officio Ordin. num.* 20. Anton. Natt. *cons. 51. n. 14. lib. 1.* quidquid dicant Ias. Purpurat. & alij, de quibus D. Barbos. *in l. cum prætor, §. 1. n. 75. ff. de iudic.*

5 De Auditoribus Rotæ, & eorum institutione latè agunt Octauian. *de stylo Curiæ lib. 2. c. 17.* Lal. Zechi. *de Republica ecclesiast. c. 11.* Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 5. c. 41.* Lotter. *de re benefic. in apparatu.*

6 In gloss. *Beneficio*, ibi, *largè sumitur vt comprehendat etiam dignitates.* Notatur ad hoc quòd beneficij appellatione largè sumpto vocabulo venit dignitas, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 9. num. 5.* & alios, quos citaui *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris significat. verbo beneficium.*

7 Vnde colligi videtur, quòd in materia odiosa ex identitate rationis admittitur extensio ad casum, qui sublata vocabuli significatione contineri potest, vt obseruat D. Barbos. *ad rub. ff. solut. matr. p. 4. num.* 51.

8 Extensio enim, quæ fit in correctoriis ex lata verborum significatione, ad casus, quos ratio legis correctoriæ comprehendit, dicitur intellectiua, & virtualis, secundùm Ferret. *in constit. Catalonia gloss. 2. num.* 33.

9 Hinc etiam prouenit, quòd si lex generaliter concepta sit, & ratio etiam generalis existat, vt postea lex aliquos casus particulares enumeret, lex illa non solùm casus expressos, sed & omnes alios, quibus eius ratio adaptari potest, videtur comprehendere quando verba legis possunt saltem secundùm largam significationem illos comprehendere, vt per D. Barbos. *in l. si constante in princ. n. 103. ff. soluto matrim.*

10 In gl. *Debitum*, ibi, *est ergo differentia inter suum, & debitum*, &c. Notatur ad hoc quòd aliud est esse beneficium collatum, & aliud dicere sibi debitum; vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 2. proœm. n.* 68.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatem, vel beneficium Curatum expectans si antequam gratia habeat effectum, obtinet pacificè aliud beneficium incompatibile cum præmisso, non potest ampliùs expectatiua vti gratia, etiamsi renunciauerit beneficio obtento, & n. 2.*
3 *Liti renunciatur per assecutionem incompatibilis.*
4 *Beneficij appellatione latè sumpto vocabulo venit Curatum, dignitas, vel personatus.*

Clem. Gratiæ. IV.

EXpectans dignitatem, vel beneficium Curatum si antequam gratia habeat effectum, obtinet pacificè aliud beneficium incompatibile cum præmisso, non potest ampliùs expectatiuæ vti gratia, etiamsi renunciauerit beneficio obtento. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panor. Paul de Eleaz. Boniff. de Vital. Viuian. *in ration. l. 1. part.* 80. Alagon. *in compend. pag.* 30. remissiuè Casil. *in annot.* & Xim. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Duen. *reg. 71.* & Azor. *instit. moral p. 2. lib. 6. cap. 13. q. 9.* & aliqua de vi & effectu tacitæ renunciationis super hunc text. tradit Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 4. collect.* 1427. 2

In gloss. *Renunciare*, ibi, *per hoc renunciat liti.* Notatur ad hoc, quòd liti renunciatur per assecutionem incompatibilis, vt per Flamin. Paris. *de resign. benef. c. lib. 1. quæst. 1. num.* 20 Aloys. Riccius *d. collect. 1427. vers. secundo.* 3

In gloss. *Beneficium*, ibi. *Curatum scilicet, vel dignitatem*, &c. Notatur ad hoc, quod beneficij appellatione, latè sumpto vocabulo, venit Curatum, dignitas, vel personatus, vt per Selu. *de benef. part. 1. q. 3. a princip.* & plures quos retuli *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verb. beneficium.* 4

SVMMARIVM.

1 *Litteræ super conferendo beneficio vacaturo beneficium post ipsarum datam creatum non comprehendunt.*
2 *Beneficiorum sub reseruationibus per regulas Cancellariæ, vel Constitutiones Apost. factis non comprehenduntur beneficia postea instituta, & creata.*
3 *Litteræ beneficiales sunt odiosa, & præsentia tantum comprehendunt.*
4 *Iura, quæ obstant referuntur.*
5 *Indefinita ex additione signi particularis in particularem resoluitur.*
6 *Principum in concessionibus non est lata interpretatio adhibenda quando ex tali interpretatione aliquod nocumentum tertio resultare posset.*
7 *Verus intellectus ad hunc text. præstatur.*
8 *Decisio huius text. non est iuris noui inductiua.*
9 *Vicarius, cui ab Episcopo facta fuit facultas conferendi beneficia suæ diœcesis an possit virtute huius facultatis beneficia nouiter creata conferre, ostenditur.*
10 *Nouum non censetur quod reficitur.*

Clem. Litteras. V. & vlt.

LItteræ super conferendo beneficio vacaturo beneficium post ipsarum datam creatum non comprehendunt. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zab. 1

Panor. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 81. Alagon. *in compend. pag.* 31. remissiuè Ximen. *in concord. pag.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Azor. *institutionum moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 33. *q.* 13. *&* *cap.* 34. *q.* 13. *in fin.* vbi subdit quòd sub reseruationibus beneficiorum per regulas Cancellariæ, vel Constitutiones Apost. factis, non comprehenduntur beneficia postea instituta, & creata, idem dicit Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloss.* 9. § 5 *in princ.*

3 Ratio est, quia litteræ beneficiales sunt odiosæ, & vti tales restringendæ, vt probat text. *in cap. quamuis* 4. *de praben. lib.* 6. *c. cum in illis* 16 *eod. tit.* vbi Anchar. *num.* 3. & Franch. *num.* 4. Staphil. *de litteris gratia tit. de modo, & forma impetrandi a princ.* & *tit. de dispensat. ad plura num.* 66. ergo mirum videri non debet si præsentia tantùm comprehendant, nec ad futura trahantur, vt notant Menes *in l. non modus n.* 5. *C. de seruitut.* Afflict. *lib.* 3. *constitut. rub.* 4. *num.* 10. Albert. Brun. 1. *p. statutorum q.* 116. Petr. Antib. *in tract. de muneribus* §. 4. *inc. de pluribus quæstionibus à n.* 140. Mandos. *ad reg. Cancell. reg.* 3. *q.* 7. D. Barbos. *in l. diuortio* §. *in anno n.* 18. *ff. soluto matr.* Valasc. *cons.* 58. *a n.* 7. *tom.* 1. Gabed. *Lusit. decis.* 22. *in fin. p.* 2.

4 Verùm prædictæ resolutioni multa, eàque grauissima obstant, & præcipuè text. *in cap. quia circa* 22. *in fin. de priuil.* vbi probatur, quòd in gratiis ac beneficiis non solùm præsentia, sed etiam futura veniunt, *& in cap. cum M.* 9. *de constit. & in c. dilectus* 19. *de praebend.* vbi quòd habens expectatiuam ad proximam vacaturam præbendam, potest ex vi ipsius consequi præbendam de nouo ordinatam, ac constitutam, *& in l. si seruitus* 22. *vers. quod si ff. de seruit. vrb.* quo loci Iureconsultus decidit stipulationem illam ne luminibus officiatur, non solùm ad præsentia, sed etiam ad futura trahi, *& in l. placet, de liber. & posthum.* vbi institutio posthumi, non solùm comprehendit eum, qui in vtero est, sed qui post testamentum factum suscipitur, de quo memini *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell.* 209.

5 Propter quæ sunt qui existiment ex eo in specie huius text. mandatum de prouidendo non comprehendisse beneficia nouiter creata, quia scilicet erat conceptum per verba particularia, id ipsum probantes, quia licèt verbum, *beneficium*, de quo *in hoc text.* simpliciter prolatum sit indefinitum, cùm ex sua natura aptum sit quodlibet comprehendere beneficium, vt dixi *d. tract. verbo beneficium*, tamen cùm restringatur ac denominetur per verbum, *vacaturo*, quod ad certum, videlicet quod priùs vacauerit, tantum refertur, particulare redditur, iuxta illud tam Philosophorum, quàm nostrorum axioma, indefinita ex adiectione signi particularis in particularem resoluitur, secundùm Aristotel. *in princ priorum*, Titelm. *in lib. Dialectica lib.* 3. *c.* 7. Teixeira *in l. si is qui*, §. *vtrum ff. de rebus dub.* latè Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 1. *cum seqq.* ita in effectu Card. *hic col.* 5. *ad med.* Bellapert. *in l. non modus n.* 3. *C. de seruitut.* quorum sententia non displicuit D. Barbosa *in d. l. diuortio*, §. *quod in anno*, *n.* 7. *ad fin.*

6 Alij verò, ex quorum numero sunt Mendos. *ad reg.* 3. *Cancell. q.* 7. Roc. *decis.* 33. *num.* 4. *vers. secunda ratio, de præb.* Fortun. *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum n.* 16. *ff. de li[...] posthum.* Rebuf. *in praxi benef. tit. de forma Vicariatus n.* 124. & alij quos refert Valasc. *cons.* 58. *num.* 11. arbitrantur ex eo mandatum de prouidendo de quo *in hoc text.* nouiter creata beneficia non comprehendisse, vt ita per illud omnis præiudicium inferatur Ordinariis, ad quos aliàs spectat prouisio omnium beneficiorum in sua diœcesi existentium, iuxta reg. *cap. omnes Basilica* 16. *q.* 7. cum similibus, quia licèt in concessionibus Principum regulariter latissima sit interpretatio adhibenda, ex reg. text. *in l.* 3 *ff. de constit. princ.* cum similibus, tamen quando ex tali interpretatione aliquod nocumentum tertio resultare posset, illa restringenda est, & verba ita interpretanda, vt ius tertij saluum maneat, vel saltem minus lædatur, vt probat text. *in cap. super eo* 14. *de offic. deleg. c.* 2. *de relig. domib. cap. super iis, de priuileg. l.* 2. §. *si quis à principe ff. ne quid in loco publico*, notant Rojas *in epitome successionum c.* 23. *n.* 41. Capic. *decis.* 194. *In causa n.* 3. Sarmien. *lib.* 1. *select. c.* 8. *n.* 16. *cum seqq.*

Ego verò dicendum puto ideò Clementem V. decidisse in hoc text. mandatum de prouidendo beneficium, nouiter creatum non comprehendisse, quia in litteris expressus fuit certus vacationis, ac prouisionis modus, scilicet beneficij vacaturi, qui quidem verificari non potest in beneficio de nouo creato, cùm illud vacasse minimè dici possit ex eo, quòd nunquam fuerit prouisum, ex vulgari regula text. *in c. ad dissoluendum, de despons. impub. & l. decem* 116. *ff. de verb. oblig. cum similibus*, tum quia noua beneficij creatio, vel erectio non est modus, per quem beneficium vacare dicatur, sed potiùs per quem ipsum beneficium in esse producatur, duo enim in iure nostro præcipui sunt modi per quos beneficium vacare censetur, per resignationem scilicet, & per obitum obtinentis, *cap. quamuis, cap. vlt. de præbend. lib.* 6. Flamin. *de resignat. benef. cior. lib.* 1 *q* 4. *n.* 12. *& q.* 6. *n.* 15. Bursat. *cons.* 362. *num.* 1. 7

Ex quibus primò respuenda venit opinio glos. *in præsenti, verbo statuimus, in princip.* existimantis huius text. decisionem iuris noui esse inductiuam, contrariamque antiqui iuris regulis, pro qua non facit, quòd verbum, *statuimus*, quo Pontifex vtitur, natura sua noui iuris constitutionem inducit, vt notat glos. *verb. decernimus in Clem. per litteras, de præbend.* iunctis iis, quæ dixi *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 384. quia respondetur, quòd licèt regulariter verbum, *statuimus*, prout etiam verbum, *decernimus. præcipimus*, & similia ius nouum importent, tamen multoties ex materia subiecta solùm antiqui, & eius, quod iam erat, declarationem significant, vt notant Abb. *num. vlt.* & Rip. *n.* 2. per text. *ibi in c.* 2. *de iudic.* 8

Secundò ex dictis infertur veram non esse opinionem Rebuffi, qui *in praxi benef. sub tit. forma Vicariatus n.* 114 *vers. item non poterit*, asserit Vicarium, cui ab Episcopo facta fuit facultas conferendi beneficia suæ diœcesis, non posse virtute huius facultatis beneficia nouiter creata conferre, per text. *in præsenti*, quia vt *supra* dixi, in specie huius text. non fuit gratia indefinitè concepta, sed restrictè limitata per verbum, *vacaturum* cùm tamen in beneficiis, quæ vacant per resignationem, aut mortem, verificetur iuxta supradicta: igitur nil mirum videri debet, si ad nouiter creata non referatur, at verò in casu, de quo loquitur Rebuf. facultas non fuit restricta ad beneficia vacatura, sed concessa ab Episcopo indefinitè ad conferendum beneficia suæ diœcesis, in qua concessione iuris communis dispositioni non derogatur, quia licèt Vicarius de iure, & ratione proprij officij prohibeatur beneficia conferre, non tamen prohibetur, quinimò expresse ad hoc admittitur, accedente Episcopi commissione, vt est text. expressus *in c. vlt. de offic. Vicarij lib.* 6. item nec alicui præiudicium infertur præterquam ipsi Episcopo concedenti, in cuius tamen manet arbitrio talem facultatem quoties voluerit reuocare, vt probat text. *in cap. dudum* 14. *vers. considerantes, de præbend. lib.* 6. 9

In glos. *Creatum.* ibi, *& de creato tantùm loquitur*, 10

non

non de renouato. Ergo nouum oon censetur, quod reficitur, vt per Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 153. *num* 23.

De Electione, & electi potestate.

T i t. III.

S V M M A R I V M.

1 *Religiosus eligi non potest in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, & si contra fiat, electio est nulla, in Episcopum tamen secularis, vel cuiuslibet Regularis Ecclesiæ licite eligi poterit, & n. 2.*

3 *Minister Fratrum Minorum Prælatus nuncupatur.*

4 *Dispositio ex ratione, expressa in lege, vel alia Constitutione extenditur in correctoriis, & exorbitantibus.*

Ratio ampliat extendit dispositionem.

6 *Ratio expressa a lege habetur pro lege.*

7 *Extensio in materia odiosa ex identitate rationis admittitur ad casum qui sub lata vocabuli significatione contineri potest.*

8 *Nouitius venit appellatione Religiosorum.*

Clem. Cùm rationi I. *Clem V.*

1 Religiosus eligi non potest in Abbbatem, vel Prælatum alterius Religionis, & si contra fiat, electio est nulla, in Episcopum tamen secularis, vel cuiuslibet Regularis Ecclesiæ licitè eligi poterit. Colligunt ex Ord. Lap Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 221. Alagon. *in compend. pag.* 79. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord. part* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Fr Emmanuel. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 52. *a.* 8. *in fine*, Zerol. *in praxi Episcopali p.* 1. *verbo Abbatissa vers. quartum*, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 8. *n.* 78. Soar *de Relig. tom.* 5. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 6. *num.* 3. *cum seqq.* & *cap.* 3. *num.* 11. Iul. Lauor. *variat. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap* 16. *num.* 127. & *seq.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 60. *num.* 4. Ascan. Tamburin *de iure Abbatum tom.* 1 *disput.* 5. *q.* 11. Paul. Laymon. *quæst. de Præl. Ecclesiast. elect q.* 192. *resp.* 2. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 13. *q.* 11. Mirand. *in Man. Prælat. tom* 2. *q.* 23. *a.* 11. *concl* 4.

Eiusdem Religionis, professionis, & habitus, &c.] Tria hæc verba an æquipolleant, solúmque sint posita ad maiorem rei declarationem, vel expressionem, an verò singula aliquid addant, vide Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 4. vbi *num.* 7. resoluit decisionem huius text. locum habere etiam in Monialibus.

3 In glos. *Prælatum.* ibi, *Ministrum*, &c. Notatur ad ad hoc quòd Minister Fratrum Minorum Prælatus nuncupatur, vt per Rebuf. *de pacificis possess. n.* 95.

4 In glos. *Eligatur.* ibi, *probationem hic expressam, quæ communis est.* Notatur ad hoc quòd in correctoriis, & exorbitantibus extenditur dispositio ex ratione expressa in lege vel alia constitutione, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa num.* 157. Chald. Pereira *de empt.* & *vendit. cap.* 33. *num.* 52. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. idem rescripsit n.* 43. *ff. de liber agnosc.* Surd. *de aliment tit.* 1. *q.* 44. *n.* 15. *vbi quòd ratio ampliat, & extendit dispositionem.* Mench. *illustrium quæst. cap.* 37.

5 *num.* 4. & *cap.* 57. *num.* 15. & *cap.* 76. *num.* 1. & *cap.* 87. *num.* 27. vbi ratio expressa in lege habetur pro lege. Maschard. *de probat. concl.* 312. *num.* 10. vbi quòd ratio generalis efficit, vt dictum extendatur ad casum ad quem aliàs non adaptantur verba etiam in materia stricta. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. vbi quòd ex ratione expressa in lege, vel quacunque alia constitutione licita est extensio ad casum omissum vbi eadem ratio concurrit, ac militat etiam in correctoriis, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 4. *num.* 51. vbi quòd in materia odiosa ex identitate rationis admittitur extensio ad casum, qui sub lata vocabuli significatione contineri potest, & *in l. si constante, in princ. num* 102. *ff. eod. tit.* vbi quòd si in lege correctoria ratio sit expressa, admittitur extensio ad omnes casus, quibus ea ratio adaptari potest, quasi tunc præcipuè non dicatur extensio, sed magis comprehensio, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verbo lex differ.* 5. 7

8 In glos. *Religiosus.* ibi, *etiam nouitius.* Ergo nouitius venit appellatione Religiosorum, de quo dixi latè *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. appellat.* 233. *n.* 16. *cum seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Cardinalium cœtus Sede Apost. vacante iurisdictionem Papalem non exercet nisi in quantum permittit Concil. Lugdunen. & n.* 2.

3 *Lex Superioris per inferiorem tolli non potest.*

4 *Constitutiones Summorum Pontificum per Collegium Cardinalium Sede vacante corrigi, immutari, vel moderari non possunt.*

5 *Cardinales creare non potest Collegium Cardinalium Sede Apost. vacante*

6 *Legatos Sedis Apost. non potest mittere, non reuocare transmissos Collegium Cardinalium Sede vacante, nisi vrgeret necessitas.*

7 *Lex Superioris per pœnæ adiectionem potest iuuari ab inferiore.*

8 *Princeps secularis potest pœnæ constituta à Papa contra hæreticos pœnam addere.*

9 *Vsurarios punire possunt Principes seculares addendo pœnas, & adiuuando ius Canonicum.*

10 *Cardinales eligere [illegible] creare solius est Romani Pont.*

11 *Camerarij & Pœnitentiariorum Officia durant eo mortuo, qui si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.*

12 *Pœnitentiariorum Papæ officium extra forum conscientiæ conquiescit eo mortuo.*

13 *Officia omnia præter expressa, in Vrbe Romana suspenduntur Sede Apost. vacante vsque ad electionem noui Pontificis.*

14 *Auditor Cameræ Apostolicæ est iudex Ordinarius.*

15 *Papa eligendus est in ciuitate, in cuius districtu, seu territorio moritur.*

16 *Districtus à ciuitate distinguitur.*

17 *Curia Romana ibi est, vbi est consistorium, & litterarum Apost. audientia, quamuis ibi non sit Papa.*

18 *Papam obiisse, vel Papatui renunciasse paria sunt.*

19 *Iurisdictionis diuisio nō importat diuisionē territorij.*

20 *Vidua retinet omnia priuilegia, honores, & dignitates viri mortui.*

21 *Cardinales omnes si Romano Pont. non electo exiuerint simul de Conclaui quid faciendum.*

22 *Papæ electio ad quos pertineat si omnes Cardinales mortui fuerint, & n.* 23. 24 & 25.

26 *Electio Papæ spectabit ad vnum Cardinalem si ille tantùm remanserit in Conclaui.*

27 *Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti ab electione Papæ non repelluntur, & n.* 28.

Clem. Ne Romani. II.

1 COEtus Cardinalium Sede vacante iurisdictionem Papalem non exercet, nisi in quantum permittit Concil Lugdunen. nec illud vel eius partem alterare potest. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 225. Alagona *in compend. pag.* 79. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concl. firmat ad multa inferens Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 3. *de conclaui, & conclauistis cap.* 3. *num.* 10. *cum multis seqq.* Azot. *instit moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *p.* 1.

3 *Lex superioris per inferiorem tolli non potest.*] Ita Menchaq. *illustrium quæst. cap.* 35. *n.* 10. *cum seq.* Surd. *consil.* 58. *num.* 6. Azeued. *l.* 2. *num.* 56. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ recop.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo inferior,* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell gloss.* 45. §. 1. *n.* 69.

4 *Modificari possit, corrigi,* &c.] Notatur ad hoc quòd
per Collegium Cardinalium Sede vacante non pos-
sunt corrigi, immutari, vel moderari constitutiones
Summorum Pont. nec eis quicquam oddi, vel detrahi,
præsertim circa illa, quæ de electione futuri Pont.
dispoount, ita Barbat. *consil.* 1. *num.* 1. Henrich. Boich.
de simon. part. 3. *num.* 124. Manfred. *decis.* 261. quos
5 refert, & sequitur Iul. Lauor. *d. tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 10. vbi
numero 11. quòd nec potest creare Cardinales, & *num.*
13. quòd nec potest mittere Legatos Sedis Apostol.
nisi vrgeat necessitas, & *numero* 14. quòd è conuer-
6 so nec potest reuocare Legatos transmissos à Ponti-
fice defuncto, nisi similiter vrgeret necessitas *num.* 15.
quòd nec potest dare pileum, vel alia insignia Cardi-
nalitia, & similiter nec claudere, nec aperire os Car-
dinalibus de recenti creatis.

7 In gl. *Tolli. ibi, innouari posset per pœnæ adiectionem.* Notatur ad hoc, quòd lex Superioris per pœnæ adiectionem potest iuuare ab inferiore, vt docent Gutier. *practic. lib.* 1. *q.* 1. *numero* 14. Perez, *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 23. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 47. *numero* 12. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 7. *n.* 63.

8 Vnde per hanc *gl.* tenet Cordub. *in l. si quis a liberis* §. *si mater n.* 19. *ff. de liber. agnosc.* quòd Princeps
secularis potest pœnæ constitutæ a Romano Pontif.
contra hæreticos pœnam addere, & D. Barbos. *in l.*
9 *Titia num.* 59. *ff. soluto matrim.* dicit, quòd seculares
possunt addere pœnas, & punire vsurarios adiuuando
ius Canonicum.

10 In glos. *Potestatis.* Notatur ad hoc quòd solius Romani Pont. est Cardinales eligere, & creare, vt per Azot. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *q.* 7. Camill. Borrell. *in summa decis tit.* 5. *n.* 1.

§. Eo tamen.

11 Camerarij, & Pœnitentiariorum Papæ Officia durant eo mortuo, qui si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare. Colligunt Doct. *in text.* citati, & latè Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit. de conclaui, & conclauistis cap.* 3. *n.* 26. *cum seqq.* & aliquid Azot. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 37. *a princ.*

12 De Pœnitentiariis id solùm intelligit Lauor. *vbi sup. num.* 39. quoad forum conscientiæ ad vitandum periculum animarum, ac proinde *num* 40. subdit extra forum conscientiæ eorum officium conquiescere, veluti in dispensationibus matrimonialibus, absolutionibus, necnon quibuscunque aliis expeditionibus, forum, vt aiunt *fori* mixtum, vel separatum quomodolibet concernentibus, vt statutum reperitur à Pio IV. *in const. sua incip. in eligendis.* §. *ver. Pœnitentiarios vero,* quæ est *in Bullario nouo in ord.* 63. Subiungit idem Lauor, *citato loco num.* 41. quod nec in foro conscientiæ Summus Pœnitentiarius posset aliquid expedire dum manet inclusus in conclaui, quia licèt retineat iurisdictionem, non tamen retinet exercitium, cùm sit impeditus extrà negotiari, quo impedimento cessante, veluti si vellet manere extra Cooclaue (prout fecit Cardinalis Tusculanus) benè posset concernentia conscientiam expedire, prout etiam posset intra Conclaue quoad illos, qui in eodem Conclaui existunt.

Quorum officium, &c.] Ergo non in vrbe Romana 13
omnia alia officia præter expressa suspenduntur vsque ad electionem noui Pontificis, vt obseruant D. Barbos. *in l. quia tale n.* 84 *ff. soluto matrim.* & Lauor. *d. c.* 3. *n.* 51. *cum seqq.*

In glos. *Expirare. ibi, & Auditor Cameræ habet Or-* 14
dinariam, &c. Notatur ad hoc, quòd Auditor Cameræ Apostolicæ est iudex Ordinarius, vt per Ias. Purpur. & alios, de quibus D. Barbos. *in l. cum prætor,* §. 1. *n.* 75 *ff. de iudic.* Flores de Menavar. *lib.* 1. *q.* 12. *n.* 6. Iul. Lauor. *d. c.* 3. *n.* 49.

§. Sanè.

Papa eligendus est in ciuitate, in cuius districtu, 15
seu territorio moritur, id est, in diœcesi, nisi in certo loco causarum, & litterarum Apost. audientia remanente, Papam alibi mori contingat, quia in eo electio fieri debet, dummodo ante mortem Papa de Curia transferenda nihil ordinasset. Colligunt ex Ordin. Doctores principio *in text* citati.

In ciuitate in cuius districtu, &c.] Ergo districtus à 16
ciuitate distinguitur, vt per Bonacos. *commun. crimin. p.* 2. *verbo districtus fol.* 23. *vers. & fol.* 120. *verso n.* 62.

Causarum & litterarũ Apost. audientia, &c.]Notatur 17
ad hoc quòd ibi est Curia Romana vbi est causarum, & litterarum Apost. audientia, quamuis ibi non sit Papa, vt per Cou. *pract. cap.* 4. *num.* 10. Perez. *l.* 39 *tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin pag.* 389. & alios, quos refert Nicol. Garc. *de benefic p* 5. *c.* 1. *n.* 388.

In glos. *Moriente. ibi, vel cedente.* Notatur ad hoc 18
quòd paria sunt Papam obiisse, vel Papatui renunciasse, vt per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 5. *proœm n.* 27. Mors enim ciuilis æquiparatur naturali quando vtraque eundem operatur effectum, iuxta ea, quæ latè dixi *in tract de appellatiua verborum vtriusque iuris significatione appell.* 156. *n.* 4.

In glos. *Diœcesim.* Notatur ad hoc quòd diuisio iu- 19
risdictionis non importat diuisionem territorij, vt per Cou. *pract. c.* 37. *vers. primus si eidem casus,* Vincent de Franch. *decis.* 23. *& decis.* 306. *n.* 4. à Ponte *cons.* 51. *n.* 6. *tom.* 1. Gloz. *resp.* 10. *n.* 104.

In gl. *Vacare. ibi, ita mulier vidua vacans denomi-* 20
natur a dignitate prioris mariti, &c. Notatur ad hoc quòd vidua retinet omnia priuilegia, honores, & dignitates viri mortui, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 18. *n.* 5. Garc. Girond. *de priuileg. & exemp. explicat. numero* 175. *cum seqq.*

§. Porrò

Cardinales omnes si Romano non electo Ponti- 21
fice simul vel successiuè exiuerint de Conclaui executores constitutionis Gregorij X. illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excusationem non dabit, idem Conclaue, quàm citò poterunt, reintrare compellant, pœnas in dicta Constitutione

com

contentas nisi hoc fecerint, incursuri. Cardinales reintrantes ad electionem procedant, & constit. præfatam obseruent secundùm statum, in quo erant in eodem Conclaui, quando ipsum exiuerunt. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

22 Ad quem autem spectabit electio Pontificis, si omnes Cardinales (quod Deus auertat) mortui sint, & nullus extaret, solet ab aliquibus in dubium reuocari.

23 Quidam tenent electionem hoc casu spectare ad Canonicos Lateranenses, quorum Ecclesia est propria Sedes Pontificis super omnes Orbis & Vrbis Ecclesias, ita S. Antonin. *part. 3. sum. tit. 22. §. 2. num. 4.* Siluest. Aldobrandio. *in schol. ad Philipp.* Dec. *in cap. licet de vitanda, de elect. sub. num. 52. alias 31. in verbo altera opinio,* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. c. 16. n. 13* Iul. Lauor. *vari. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 6. n. 27. in princip.*

24 Alij verò affirmant spectare ad Concilium generale, quia Pontifex non solùm vrbis Romæ, sed totius Ecclesiæ vniuersalis est Pastor, ita August. de Ancona *in sum. q. 3. art. 3.* & Host. *in d. cap. licet.*

25 Nonnulli tamen aiunt tunc temporis electionem pertinere ad Patriarchas, vt per Bald. *in l. vbi absunt ff. de tutor. & curat.* Lancell. Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. §. 2. in princ. num. 6.* Sed priores opiniones magis probabiles dicit Azori. *instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 2. quæst. 11.* & ego primam probabiliorem doceo.

26 In glos. *Omnes.* ibi, *in illos, vel illum resideret ius eligendi.* Notatur ad hoc quòd si vnus Cardinalis tantùm remanserit in Conclaui, ad illum spectabit electio, Lauden. *de Cardin. q. 14.* Pauin. *de officio Capituli Sede vacante præl. 5. n. 8.* Manfred. *decis. 196.* An autem dictus Cardinalis solus possit seipsum eligere? negat Abb. *in cap gratum, de postulat. Præl.* qui tamen *in d. c. licet, in fine,* dat remedium, quo possit seipsum eligere, vt scilicet is totum Sacri Collegij nomine alteri eligendi potestatem demandet, qui velut compromissarius ipsum eligat; Alban. verò *q. 24.* dicit opinionem Abb. procedere quando ille solus remansisset cæteris exeuntibus, vel absentibus, non autem mortuis.

§. Cæterùm.

Cardinales per exceptionem excommunicationis,
7 suspensionis, vel interdicti ab electione Papæ non repelluntur. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

28 Hoc idem statutum fuit à Pio IV. *in sua Constit. incip. In eligendis sub dat. 9. Octob. 1562. in vers. & ne dissensiones,* & à Greg. XV. *in sua Bulla incip. Greg. Episc. in vers. volumus etiam, & decernimus, sub dat. 17. Kal. Decemb. anno Incarn. Dom. 1621.* confirmata per Sanctiss. D. N. VRBANVM VIII. *in sua Bulla incipit. Ad Romani Pont. prouidentiam sub dat. 5. Kalend. Febr. 1625.* refert Iul. Lauor. *vari. lucubrat. tom. 1. tit. 3. de Conclaui c. 3. n. 18. & tit. 4. de elect. c. 6. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Electionis, postulationis, seu prouisionis causa per appellationem ad Sedem Apost. emissa non intelligitur ad illam deuoluta nisi infra mensem, vel post mensem, quàm citò commodè fieri potest ab interpositione ipsius legitimè intimata.*
2 *Dispositio huius text. procedit tantùm in beneficialibus.*
3 *Præsentia habet vim citationis.*
4 *Mandatum speciale requiritur in denunciatione.*
5 *Commodè viuere quando dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
6 *Intimantis expensis debet intimatio fieri.*
7 *Dictio, videlicet, est de sui natura præcedentium declaratiua.*
8 *Citatio fieri potest ad domum habitationis citati, etiamsi non sit eius propria, sed conductitia.*
9 *Habitare quis dicitur vbi pro maiori anni parte habitat.*
10 *Publicum dicitur, quod fit solemniter inter Missarum solemnia, & n. 11.*
12 *Denunciatio simplex non sufficit, sed fieri debet cum protestatione, & requisitione venditori præmissa, vt liti mota assistat.*

CLEM. Causam. III.

Causa electionis, postulationis, seu prouisionis per 1
appellationem ab ipsa, vel occasione ipsius ad Sedem Apostol. emissa non intelligitur ad illam deuoluta nisi infra mensem, vel post mensem, quàm citò commodè fieri potest ab interpositione ipsius legitimè intimata, & qualiter intimatio fieri debeat multipliciter declaratur. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 229.* Alagona *in compen. pag. 80.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Dispositionem huius text. procedere tantùm in be- 2
neficialibus censuit Rot. apud Seraph. *decis. 1123. n. 2.* & sic hospitale religiosorum gaudere hoc priuilegio dicit Mascar. *de probation. concl. 869. n. 26.*

Præsentia interposita, &c. Notatur ad hoc quòd præ- 3
sentia habet vim citationis, vt per Cott. *in memor. verbo citatio il 3. vers. fallit tertio,* Fichat. *tom. 2. commun. opinion. lib. 2. tit. 2. n. 6.* Rutg. Ruland. *de commissionib. lib. 2. c. 3. n. 1. part. 1.* Vant. *de nullitat. tit. qualiter sententia, & processus, n. 116.* Menoch. *consil. 100. n. 11.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 133. n. 12.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo citatio 7.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. *glos. 9. §. 1. in annot. num. 158.* Amat. Roderic. *in pract. videndi, seu examinandi processum. c. 4. n. 19.* D. Barbos. *in l. si mora, n. 53. ff. soluto matrim.* Cabed. Lusit. *decis. 15. n. 13. part. 2.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 3. cap. 1. n. 1.* Et sic à nullitate saluatur citatio si postmodum procurator citatus compareat, vt per Roman. *cons. 410. n. 2* Rot. *decis. 11. & decis. 17. de dolo, & contum. in nouis,* Ægid. *decis. 364. & 539.* Sarnen. *in reg. de annal. quæst. 65. & 76.* Achil. *decis. 7. n. 1. de dolo, & contum.* Cæs. de Grass. *decis. 15. de fide instr.* si duo copulatiuè accedant, primò quòd procurator post citationem sit constitutus ad illam causam, & quòd in dicta causa compareat, Achil. *d. decis. 7. num. 3.* Sarnen. *in compend. vtriusque signat. n. 68.* Vestr. *in praxi, lib. 7. cap. 1. numero 6.* Lancel. *de attent. lite pend. in præf. n. 121.* Seraphin. *decis. 1366.* Rot. *in Ianuen. separationis thori 16. February 1632.* coram R. D. meo Coccino Decano.

In gloss. *Specialiter.* Notatur ad hoc quòd in denun- 4
ciatione requiritur speciale mandatum, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 36. gloss. 2. n. 22. cum seqq.*

In gl. *Commodè.* ibi, *veniet hoc in arbitrativ boni vi-* 5
ri. Sequitur Tiraq. *de retractu lig. §. 9. gloss. 3. n. 26. & in l. si vnquam verbo omnia. n. 31. C. de reuocand. donation.* Menoch. *de arbitrar. casu 227.*

Gloss. *porrectio* ibi, *per hoc patet quòd expensis inti-* 6
mantis habet hoc fieri. Vide Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 10. n. 107.* Boët. *decis. 303. n. 7.*

In gloss. *videlicet.* ibi, *declarat verbum legitimè, quod* 7
præmisit. Notatur ad hoc quòd dictio, *videlicet,* est de

de sui natura præcedentium, declaratiua, vt docent plures Doctores, quos citaui *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 423. *n.* 1.

8 In gloss. *Habitare.* ibi, *etiamsi sit inquilinus.* Notatur ad hoc quòd denunciatio, siue citatio fieri potest ad domum habitationis citati, etiamsi non sit eius propria, sed conductitia, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §.9. *gloss.* 2. *n.* 33.

9 In gloss. *Communiter.* ibi, *ex quo tamen ibi habitat plus*, &c. Notatur ad hoc quòd dicitur quis habitare vbi pro maiori parte anni habitat, vt per Afflict. *decis.* 384. *numero* 11. Et ideo si citandus habeat plura domicilia, in quibus habitet, nunc hîc, nunc illic, illud, quod frequentiùs habitare consueuerit, inspiciendum est, secundùm Chald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 6. *num.* 11.

10 In gloss. *Solemniter.* ibi, *in publica Missa.* Notatur ad hoc quòd publicum dicetur, quod fit solemniter inter Missarum solemnia; vt per Ludou. Gom. *de publicand. quæst.* 9. *col. pen. vers. tertius casus*, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 17.

11 In gloss. *Plena.* De materia huius gloss. vide Beër. *decis.* 347. *n.* 14. *&* 15. Tiraq. *de retractu lig.* §.9. *gl.* 2. *n.* 16. *&* §.36. *gloss.* 2. *n.* 30. Anton. Gabr. *de commun. lib.* 7. *tit. de crimin. concl.* 8. *n.* 59.

12 In gloss. *In aliis casibus.* ibi, *tenetur quis non solum intimare, sed requirere.* Notatur ad hoc quòd non sufficit denunciatio simplex, sed fieri debet cum protestatione, & requisitione venditori præmissa, vt litti moræ assistat, causamque defendat, sicut docet Couarr. *var. l.* 3. *c.* 17. *n.* 3. *vers. secundo.*

SVMMARIVM.

1 *Declaratur cap vt circa, hoc tit. in 6.*
2 *Constitutio quando requirit expressionem per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere.*
3 *Tertius comparens in iudicio prosequitur causam in statu, quo reperitur.*
4 *Casus omissus à Canone habetur pro omisso.*

CLEM. Constitutionem. IV.

1 CONstitutio, *vt circa, hoc tit. in* 6. non habet locum quando quæ opponuntur directè respiciunt ius Ecclesiæ, vel opponentis personæ, sed quando per competitorem quemlibet appellantem in formam, aut personas, defectus, vel crimina opponuntur, & in hoc casu si omittit specificationem circunstantiarum, non est amplius audiendus, etiamsi sciret de nouo illas accepisse. Si verò aliquis habet interesse proprium contra appellatum, potest illud prosequi, sed non debet admitti pro interesse communi contra appellatum, non seruata forma circa eosdem articulos, licet possit appellanti assistere. Qualiter autem appellans possit agere per viã simplicis querelæ vide *hic.* Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 233. Alagon. *in compend. pag.* 80. remissiuè Ximen. *in concor. part.* 1. *&* 2.

2 *Specificationem prædictus omittit*, &c.] Notatur ad hoc quòd cum Constitutio requirit expressionem per verba geminata, tunc non sufficit expressio in genere, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 117.

3 *Licet appellanti possit assistere*, &c.] Notatur ad hoc quòd tertius comparens in iudicio prosequitur causam in statu, quo reperitur, vt per Surd. *decis.* 50. *n.* 6. *&* *decis.* 147. *n.* 6.

4 *Præterquam in casibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd casus omissus à Canone pro omisso habetur, vt per Tiraquel. *de iure primog. q.* 40. *n.* 194. Ferrer. *in constit. Catalon. gloss.* 1. *n.* 140. & alios quos retuli *Axiomate* 39. *num.* 1. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Cathedrali Ecclesiæ, quæ clero caret, & populo Christiano sibi subiecto nullus sine speciali licentia Papæ prouidere potest de Pastore, & n.* 2.
3 *Populi appellatione an comprehendatur clerus, remissiuè.*

CLEM. In plerisque. V.

NVllus sine speciali licentia Papæ prouidere potest Ecclesiæ Cathedrali sibi subiectæ de Pastore, quæ clero caret, & populo Christiano. Religiosus igitur per Prælatum licentiari non debet, vt tali prouisioni consentiat, consentiens enim quamuis fuerit consecratus, non recipitur in Episcopali honore, & in pœnam manet subditus in sua Religione, nec ad aliquem illius gradum, seu dignitatem ascendere valet; circa prouisionem verò aliarum Ecclesiarum, id est, habentium populum, & Clerum, Cathedralium, & non Cathedralium, nihil coarctar, vel limitat. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 236. Alagon. *in compend. pag.* 80. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Communiter allegari solet hic text. ad hoc quòd non potest aliquis Religiosus præfici in aliqua Ecclesia, quæ Clero careat, & populo Christiano, vt per Micand. *in man. Pral. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 14. *conclus. vnica in fine.* 2

In gloss. *Vt populo.* An & quando populi appellatione comprehendatur Clerus, vide quæ dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusq; iuris significat. appell.* 204. 3

CLEM. Quod circa VI.

CAp. *quorundam hoc tit. in* 6. quoad discordiam & minoritatem numeri, intelligitur de discordia, & numeri minoritate, quæ in facto, non in fictione, vel iuris effectu consistunt. Colligunt ex Ord. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. l.* 1. *pag.* 237. Alagon. *in compendio pag.* 80. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

SVMMARIVM.

1 *Declaratur cap. quia sæpè, hoc tit. in* 6.
2 *Bona relicta à Prælatis Cathedralium, seu Collegiatarum Ecclesiarum, vel obuenientia tempore vacationis ad futurum successorem pertinent.*
3 *Consuetudo de relictis, vel obuentionibus tempore vacationis non reseruandis futuro successori, est specialiter reprobata quando vacat Cathedralis, Collegiata, vel Regularis Ecclesia, secus in aliis.*
4 *Fructus percipiens in omni casu non potest excusari ab impensis factis in illis colligendis.*
5 *Lex prohibens consuetudinem vult etiam nouam, & futuram improbare, & concorda vt n.* 6.

CLEM. Statutum. VII.

CAp. *quia sæpè, hoc. tit. in* 6. dum dicit quòd bona Sedis vacantis non occupentur, extenditur ad emolumenta, quæ proueniunt ex iurisdictione, & sigillo Curiæ 1

Curiæ Ecclesiasticæ, vel secularis, & ad omnia, quæ spectarent ad Prælatum Sede non vacante, non obstante consuetudine contraria, quæ omnia deductis rationalibus expensis reseruanda sunt successori, nisi tunc certæ dignitati competat iurisdictio cum ipsius emolumento. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabr. Parnormit. Paul. de Elcazar. Bonifac de Vital. Viu. *in rationali lib. 1. pag.* 238. Alagona *in compendio pag.* 81. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 *Futuris successoribus fideliter reseruandis.*] Notatur ad hoc, quòd bona relicta à Prælatis Cathedralium, seu Collegiatarum Ecclesiarum, vel obuenientia tempore vacationis ad futurum successorem pertinent, vt per Boër. *decis.* 340. *n.* 2. *cum seqq.* Couar. *in cap. relatum il* 2. *n.* 3. *de testament.* D. Barbos. *in l. diuortio part.* 2. *n* 59. *ff. soluto matrimonio.*

3 *Consuetudine qualibet contraria non obstante.*] Intellige quando vacat Ecclesia Cathedralis, Collegiata, vel Regularis, quia hoc casu consuetudo de relictis, vel obuentionibus tempore vacationis non reseruandis futuro successori est specialiter probata, vt reprobat text. *in præsenti, & in c. quia sæpè, vers. non obstantib. hoc tit. lib.* 6. Secus autem erit quando vacat Ecclesia, quæ talis non est, tunc enim valet consuetudo, & admittitur, & procedit text. *in cap. præsenti vers. nisi, & vers. porro, de officio Ordin. lib.* 6. vbi Franc. *n.* 2.

4 *Rationabiles deducantur expensæ.*] Ratio est, quia fructus percipiens in omni casu non potest excusari ab impensis factis in illis colligendis, *l. fundus* 52. *in fin. princip. ff. familiæ hercisc.* Tiraquel. *de retractu lign.* §. 15. *gloss.* 1. *à princip.* Alphan. *collect.* 386. Duen. *reg.* 387. Garc. Falcon. *reg.* 183. Ioan. Garc. *de expens. c.* 1. *n.* 11. *cum seqq.* Valasc. *cons.* 83 *n.* 5.

5 In gloss. *Consuetudine*, ibi, *tollere noluit*, &c. In aliquibus Codibus affirmatiuam litteram reperiri, scilicet, *tollere voluit*, asserit Azeued. *l.* 3. *n.* 19. *tit.* 1. *lib.* 2. *nouæ recop.* & in hunc sensum glossam hanc communiter approbari vt scilicet lex prohibens consuetudinem, velit etiam nouam & futuram improbare, tenuit *gloss. vlt. in l. de quibus, ff. de legib.* & Doctores communiter ex Ias. *num.* 11. Orol. & aliis *ibi*, & citati à Duen. *reg.* 144. & in hanc videtur inclinare Couar. *lib.* 3. *var. cap* 13. *n.* 4. Mench. *vsufreq. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 10. Armendar *in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ num.* 186.

6 Verùm contraria littera negatiua, scilicet, *tollere noluit*, habetur in omnibus libris, quos vidi, & testantur auctores grauissimi, & ideò in hunc sensum sequuntur hanc gloss. Abb. *in c. vlt. col. vlt. de consuetud.* Azeued. *d. l.* 3. *n.* 20 *cum seqq.* Gutiër. *pract. lib.* 3. *q.* 31. *num.* 2. Pro conciliatione tamen vide ea, quæ latè dixi *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 87. *n.* 12. secundùm Lugdun. impress.

SVMMARIVM.

1 *Concessio licentiæ generalis datæ Religioso à suo Superiore, vt possit consentire electioni, vel prouisioni si quam de ipso fieri contigerit, non valet.*

2 *Verbum, prouisio, comprehendere potest nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem.*

CLEM. Cùm concessa. VIII. & vlt.

1 CONcessio licentiæ generalis datæ Religioso à suo Superiore, vt possit consentire electioni, vel prouisioni, si quam de ipso fieri contigerit, non valet. Colligunt ex Ordinar. Anch. Imol. Zabel. Panorm. Paul. de Elcazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 239. Alagona *in compendio pag.* 81. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 56.

In gloss. *Prouisioni*, ibi, *latum verbum, quod comprehendere potest nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem*, &c. Ita Rebuff. *in concord. rub. de collat.* §. *præfati Ordinarij in gloss. verbo prouisionem, & in praxi benef. tit. de forma Vicariatus n.* 5 Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 17. *n.* 1. Rot. *decis.* 791. *n.* 9. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 638. *n.* 4. apud Farin. *in prima collect. nouissimarum, alias part.* 4. *diuers.* & plures alij, quos refero ego ipse *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell.* 227. *n.* 1. 2

De Renunciatione:

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio dignitatis, vel beneficij potest fieri per procuratorem ad hoc constitutum, licèt priùs ipse procurator fuerit reuocatus, ipso tamen & Superiore, cui fiebat cessio, ignorante, nisi per malitiam ipsorum, vel aliorum reuocatio ipsis fuerit occultata.*

2 *Episcopatus, & omnia beneficia simplicia, & Curata per procuratorem resignari possunt.*

3 *Procurator datus ad resignandum potest reuocari.*

4 *Reuocatio procuratoris constituti ad resignandum debet intimari.*

5 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum ante intimationem reuocationis est valida, nisi ageretur de reuocatione procuratoris metu constituti.*

6 *Intimatio sufficit deduci ad notitiam Superioris.*

7 *Procuratoris reuocatio an sufficiat intimari resignatario absque eo quòd intimetur procuratori constituto ad resignandum.*

8 *Resignatio facta per procuratorem reuocatū, non antè intimatam minimè valet quoties per malitiam illius, aut Superioris, in cuius manibus renunciatio erat facienda, nō potuit fieri intimatio ante cessionē.*

9 *Laicus potest constitui procurator ad resignandum beneficia ecclesiastica.*

10 *Procuratoris constitutio vbi esset facta per metum, tunc tenet reuocatio etiamsi non peruenerit ad notitiam procuratoris.*

11 *Procurator constitutus ad negotia certior faciendus est de reuocatione, vt eā prosit.*

12 *Mandatum datum ad resignādum benef. cessat morte ipsius mandantis, & declaratur multipliciter.*

14 *Dominium nusquam transfertur à procuratore, cuius mandatum reuocatum est, etiamsi ipse bona fide rem tradiderit minimè certus de reuocatione.*

CLEM. Cùm illusio. Vnic.

RENVNCIATIO dignitatis, vel beneficij potest fieri per procuratorem ad hoc constitutum, licèt priùs ipse procurator fuerit reuocatus, ipso tamen & Superiore, cui fiebat cessio, ignorante, nisi per malitiam ipsorum, vel aliorum reuocatio ipsis fuerit occultata. Colligunt ex Ordin. Anch. Zabarel. Panorm. Paul. de Elcazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 266. Alagona *in compendio pag.* 92. remissiuè Cassal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Ve

2 *Vt si quis adcedendum Pontificali*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Episcopatus, & omnia beneficia simplicia & Curata per procuratorem resignari possunt, vt resoluit Flamin Paris. *de resign. benef. lib. 9. quæst. 2. per tot.* Interueniente scilicet speciali mandato, sicut docent Rebuff. *de nominat. quæst.* 14. *n.* 112. Flamin. *dicto lib. 9. quæst. 7. n. 9.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo Procurator, n.* 40.

3 *Duxerit quomodolibet reuocandum.*] Ergo procurator datus ad resignandum potest reuocari, vt per Flamin. Paris. *d. lib. 9. quæst. 25. a principio*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 22. q. 14.*

4 *Tenet cessio facta per eum antequam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd reuocatio procuratoris constituti ad resignandum debet intimari, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de procur. ad resign. reuoc. n. 2. & cons. 90. n. 13. vers. tertiò*, Flamin. *d. lib. 9. quæst. 25. n. 12.* vbi *num.* 29. subdit quòd non sufficit scientia reuocationis, sed requiri-

5 tur intimatio; & ideò resignatio facta per procuratorem reuocatum ante intimationem reuocationis est valida, vt tenet idem Flamin. *d. lib. 9. quæst. 25. n. 17. cum seqq.* Nisi ageretur de reuocatione procuratoris metu constituti, quia tunc non requiritur intimatio, sicut docet idem Flamin. *lib. 13. q. 1. n.* 48.

6 *Ad ipsius, vel alterius notitiam*, &c.] Ergo sufficit intimationem deduci ad notitiam superioris, vt per Flamin. Paris. *d. lib. 9. quæst. 26. n. 2. cum seqq.*

7 Vtrùm autem sufficiat reuocationem procuratoris intimare resignatario absque eo quòd intimetur procuratori constituto ad resignandum? Vide latè Flamin. *d. lib. 9. q. 27. per tot.* & de intimatione vide multa apud Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 191. num. 20. cum seqq.*

8 *Nisi fortè*, &c.] Notatur ad hoc, quòd resignatio facta per procuratorem reuocatum, non autem intimatum, minimè valet quoties per malitiam illius, aut superioris in cuius manibus renunciatio erat facienda, non potuit fieri intimatio ante cessionem, vt per Ioan. Selu. *de benefic. part. 3. q. 16. num. 2. versic. & præmissa.* Flamin. *d. lib. 9. q. 25. n. 39. &* 53

9 In gloss. *Procuratorem.* ibi, *Laicum, vel clericum*, &c. Notatur ad hoc, quòd laicus potest constitui procurator tot ad resignandum beneficia ecclesiastica, vt per Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14 num. 96.* Flamin. Paris. *d. lib. 9. q. 3. n. 12.* Azor. *institut. moral. part. 2 lib. 7. c. 20. q. 3. & c. 22. q. 2.*

10 In gloss. *Liberè.* ibi, *potest respicere libertatem constituentis.* Notatur ad hoc, quòd vbi constitutio procuratoris esset facta per metum, tunc tenet reuocatio, etiamsi non peruenerit ad notitiam procuratoris, ita Ioan. Selu. *de benefic. part. 3. quæst. 16 num. 1.* Reboff. *in praxi benefic. tit. de reuocat. procur, num.* 10. Paris. *d. lib. 9. q. 25. n. 34.*

11 In gloss. *Ignorante.* ibi. *quia talis procurator censetur constitutus ad negotia*, &c. Notatur ad hoc, quòd procurator constitutus ad negotia certior faciendus est de reuocatione, vt ea prosit, sicut docet Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 11. n. 6.*

12 In gloss. *Quomodolibet.* ibi. *si verò mortuus fuisset*, &c. Notatur ad hoc, quòd mandatum datum ad resignandum beneficium cessat morte ipsius mandantis, vt per Azor. *d. part. 2. lib. 7. cap 22. quæs. 13.* Flamin. Paris. *d. lib. 9. quæst. 24. per tot.* vbi *a num.* 3 ampliat procedere etiam procuratore ignorante ipsam mortem, & *a n.* 14. limitat quoties procurator constitutus ad resignandum beneficium porrexit supplicationem, quæ fuit signata, & data viuo resignante, namque si postea moriatur resignans & sic ante præstitum consensum formalem poterit procurator illum præstare post mortem ipsius constituentis, nisi principalis porrexerit supplicationem, & postea constituerit procuratorem ad consentiendum resignationi, quia si moriatur principalis, iste procurator post eius mortem non potest præstare consensum, prout sublimitat idem Flamin. *d. q. 24. n.* 8.

In gloss. *Teneat.* ibi, *exemplum in translatione domini rei meæ*, &c. Notatur ad hoc, quòd dominium nusquam transfertur à procuratore, cuius mandatum reuocatum est, etiamsi ipse bona fide rem tradiderit minimè certus de reuocatione, sicuti docet Couar. *practic. c. 11. n. 2.* 13

In gloss. *Manibus.* Renunciatio beneficiorum in cuius manibus sit facienda, quæ latè dixi *in tract. de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg.* 69 14

De supplenda negligentia Prælatorum.

TIT. V.

SVMMARIVM.

1 *Regularium Prælatorum negligentiam in beneficiis prouidendis quis supplere possit.*
2 *Episcopus potest conferre beneficia Regularia, quæ spectant ad collationem Prælatorum Regularium, si Prælatus Regularis infra semestre non prouiderit.*
3 *Legatus non potest conferre beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopus confert auctoritate Apost.*
4 *Delegata magis, quam Ordinaria videtur concessa iurisdictio quando constat ex verbis quòd non auctoritate officij, sed auctoritate concedentis quis cognoscit.*
5 *Superior ad quem conferendi potestas deuoluta est, adstringitur ad obseruationem eiusdem ordinis & formæ, quæ ab inferiore erat obseruanda.*
6 *Regularia beneficia à Prælato collata possunt ab eo ad solum eius nutum, & libitum, etiam absque iusta causa reuocari, seu conferri.*
7 *Abbas non potest monacho beneficia Regularia, aut Ecclesiæ administrationem perpetuam, hoc est ad vitam eius, conferre.*
8 *Beneficia Regularia manualia sunt, atque ad nutum Abbatis reuocabilia.*
9 *Beneficium Regulare obtinens ad libitum Abbatis quandocunque, & quomodocunque amoueri potest.*
10 *Verbum*, dispositio, *latissimam habet significationem, & omnem modum includit prouidendi.*
11 *Patronus Regularis quando neglexerit ad beneficium ecclesiasticum præsentare intra tempus sibi præstitutum, tunc collatio deuoluitur ad institutorem, etiamsi non sit Episcopus, sed eius inferior.*
12 *Collationis in materia attenditur locus vbi situm est beneficium, & non locus vbi est persona ad quam spectat collatio.*
13 *Monachi Regularem præsentare non possunt ad Ecclesiam, quæ consueuit regi per clericos seculares.*
14 *Abbates, & alij Superiores Regulares nequeunt ad beneficia consueta regi per seculares, præsentare, aut prouidere Regulares.*
15 *Beneficia de mensa nondicuntur vacare. ac proinde in illis non datur negligentia in prouisione.*
16 *Beneficium manuale vacat per obitum, & reuocationem Superioris.*
17 *Beneficia manualia, siue secularia, siue Regularia non includuntur sub reseruationibus.*

18 *Papa*,

18 *Papa, aut Episcopus quando confert per deuolutionem beneficium aliquod Regulare manuale, nullatenus censetur alterare naturam illius.*

Clem. Quia Regulares. Vnic.

1 REGVLARES Prælati, qui possunt beneficia conferre, si illa intra sex menses non conferant, tunc diœcesani locorum in exemptis, propria, in exemptis verò Apostolica auctoritate conferre possunt, dummodo Regularia Regularibus, secularia secularibus conferant, nec permittant illa incorporari mensæ, nec augeri, vel imponi pensionem. Hoc autem intelligi debet de beneficiis, quæ non sunt de mensa Prælatorum, sed de aliis, quæ habent suos Rectores, ad quæ beneficia extenditur Constitutio Bonifacij de qua *in cap. præsenti, de offic. Ordin. lib.* 6. Prohibetur denique Regularibus quòd non possint præesse pluribus Prioratibus, aut Ecclesiis curam animarum habentibus, etiamsi cura per alium exerceatur. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paol. de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 273. Alagona *in compend. pag.* 95. remissiuè Xim. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Diœcesani locorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus potest conferre beneficia Regularia, quæ spectant ad collationem Prælatorum Regularium, si Prælatus Regularis infra semestre non prouiderit, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo beneficia, vers. ad tertium.*

3 *In exemptis verò Apostol. auctoritate*, &c.] Notatur ad hoc quòd Legatus non poterit conferre beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopus confert auctoritate Apostol. vt per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 12.

4 Notatur etiam ad hoc quòd quando constat ex verbis quòd non auctoritate officij, sed auctoritate concedentis quis cognoscat, magis delegata, quàm Ordinaria, hoc casu videtur concessa iurisdictio, vt per D. Barbosam *in l. cum prætor,* §. 1. *num.* 33. *ff. de iudic.*

5 *Illa videlicet quæ consueuerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd Superior, ad quem conferendi potestas deuoluta est ad stringitur ad obseruationem eiusdem ordinis, & formæ, quæ ab inferiore erat obseruanda, vt per Chald. Pereira *de potest. eligendi, c.* 1. *n.* 58.

6 *Liberè possint ad claustrum, cùm oportuerit, reuocari.*] Notatur ad hoc quòd beneficia Regularia à Prælato collata possunt ab eo ad solum eius nutum, & libitum, etiam absque aliqua iusta causa reuocari,
seu auferri, vt per Nauar. *comm.* 4 *de Regular. num.* 22.
7 *versic. ex quibus*, Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 9.
quæst. 9. *& cap.* 22. *quæst.* 10. *& part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *q.* 12.
13. *&* 14. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 29.
num. 11. & ideò Abbas non potest monacho beneficium Regulare, aut Ecclesiæ administrationem perpetuam, hoc est, ad vitam eius, conferre. ita Azor.
8 *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *quæst.* 8. Nam Regularia beneficia manualia sunt, atque ad nutum Abbatis reuocabilia, Ioann. Seln. *de benefic. part.* 3. *q.* 68. Cassad. *decis.* 4. *num* 3. *de præbend.* Mandos. *ad reg.* 3.
9 *Cancell. q.* 11. *num* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 5. *& gloss.* 8. *num.* 7. Campan. *in diuers. iuris Canonic. rubr.* 12. *cap.* 7. *num.* 21. ac proinde illud obtinens ad libitum Abbatis quandocumque, & quomodocunque amoueri potest, Azor. *dict. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quæst.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 46.

In gloss. *Dispositionem.* ibi, *id est, collationem, vel prouisionem.* Notatur ad hoc quòd dispositionis verbum latissimam habet significationem, & omnem modum includit prouidendi, vt per Selu. *de benefic. part.* 3. *p.* 1. *num* 36. Mandos. *reg.* 32. *Cancel. q.* 4. *n.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 20. *n.* 1. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 47. 10

In eadem gloss. ibi, *quia si ad solam præsentationem*, &c. Notatur ad hoc quòd quando patronus Regularis neglexerit ad beneficium Ecclesiasticum præsentare intra tempus sibi præstitutum, tunc collatio deuoluitur ad instituentem; etiamsi non sit Episcopus, sed alius ipsi inferior, vt per Imol. *num.* 33 & Cardin. *num.* 5. *in præsenti*, Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num.* 26 quos refero *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 126. *num.* 66. secundùm Lugdun. impress. 11

In gloss. *Locorum.* ibi, *ergo non personarum*, &c. Notatur ad hoc quòd in materia collationis attenditur locus, vbi situm est beneficium, & non locus vbi est persona, ad quam spectat collatio, ac proinde attenditur beneficium, non persona negligens, vt per Simonet. *de reseruat quæst.* 75 Tiraquel *de retractu lig.* §. 36. *gloss.* 3. *num.* 27. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 3. *num.* 28. Chald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 14. *num.* 14. 12

In gloss. *Secularibus.* ibi, *vbi dicitur quòd ad Ecclesiam, quæ consueuit regi per seculares clericos, monachi regularem præsentare non possunt*; sequitur Gonzal. *ad* 13
reg. 8. *Cancell. gloss* 8. *num.* 39. vbi loquitur è conuerso, 14
videlicet, quòd Abbates, & alij Superiores Regulares nequeunt ad beneficia consueta regi per seculares, præsentare aut prouidere Regulares. & .40. *& seqq.* subdit quòd si de facto prouiderentur Regulares, esset prouisio ipso iure nulla, nec excusaret negligentia habentis præsentare, vel conferre quominus locum habeat deuolutio ad superiorem.

In gloss. *De mensa.* ibi, *illa ergo non intelligerentur vacare*, &c. Notatur ad hoc quòd beneficia de mensa non dicuntur vacare, ac proinde in illis non datur negligentia in prouisione vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 63. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 14. 15

In gloss. *Reuocari, in vers. Et scias.* ibi, *& temporales Procuratus vacant per mortem*, &c. Notatur ad hoc quòd beneficium manuale vacat per obitum, & reuocationem Superioris, vt tenent *in præsenti* Cardin. *in* §. *præmissa quæst.* 5. *num.* 8. Imol. *num.* 44. *post med. versic. redeo ad gloss.* Abb. *num.* 17. Et Vitalin. *num.* 9. Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *regularia, n.* 16. Rot. *decis.* 739 *num* 4 *part.* 1 *diuers.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 4. *& lib.* 11. *quæst.* 3. *num.* 94. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 14 15

In eadem gloss. *in fine.* ibi. *Et ob hanc causam.* &c. Notatur ad hoc quòd beneficia manualia, siue secularia, siue regularia non includuntur sub reseruationibus, vt per Gonzal. *d. gloss.* 5. §. 6. *num.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 510. vbi plures refert Doctores. 17

In ead gloss. ibi, *quia nec plus, nec aliter confert supplens, quàm negligens*, &c Notatur ad hoc quòd quando Pontifex ipse, aut Episcopus confert per deuolutionem beneficium aliquod regulare manuale nullatenus censetur alterare naturam illius, sed postea integrum erit Abbati reuocare, ac si ipsemet contulisset, vt per Lap. *alleg.* 9 *num.* 4. vbi Mandos. *lit. E.* eundem Mandos. *de priuileg. ad instar gloss.* 6. *n.* 4. Selu. *de benef. part.* 3. *q.* 69 *num. vlt.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 233. 18

De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

TIT. VI.

CLEM. Cùm Ecclesiæ. I.

DIOECESANI locorum diligenter seruare debent, à suis subditis seruari facere statuta Canonica circa præficiendos Ecclesiis sub pœna diuinæ offensæ, & Apostolicæ vltionis. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 306.* Alagon. *in compend. pag. 108.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2*

SVMMARIVM.

1 *Vocem nullus habet in Capitulo nisi sit Subdiaconus.*
2 *Dignitatem, personarum, officium, vel præbendam obtinens, cui certus Ordo annexus est, nisi infra annum ad illum impedimento cessante promoueatur, in Capitulo vocem non habet, & dimidiam perdit distributionum partem.*
3 *Cathedralibus in Ecclesiis omnes Canonicatus, ac portiones habere debent annexum Ordinem presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus.*
4 *Canonicus, qui non est Subdiaconus, non habet vocem in Capitulo.*
5 *Canonicus etiam Subdiaconus, cuius Canonicatui annexus est Ordo superior, nisi ad eum infra annum promoueatur, statim post annum amittit vocem in Capitulo.*
6 *Dispensatus à Papa vt in minori ætate fiat Subdiaconus, ille talis sic factus habet vocem in Capitulo.*
7 *Canonicus in Sacris minimè constitutus collegiales actus exercere potest, ac proinde ea omnia, quæ extra Capitulum fiunt.*
8 *Canonicus in Sacris præbendam, & domum optare potest.*
9 *Subdiaconatus Ordinem sufficit habere Canonicum tempore electionis ad hoc vt in ea vocem habeat.*
10 *Habilitas quoties à principio requiritur, non sufficit quid postea interueniat.*
11 *Canonicus in Sacris non constitutus si velit promoueri intra quatuor tempora proxima, non erit expectandus si immineat tempus electionis.*
12 *Prælatus principalis Ecclesiæ quamuis non sit in Sacris, habet vocem in Capitulo.*
13 *Capitulum conuocare de consuetudine Ecclesiæ spectat ad Archidiaconum, etiamsi non sit in Sacris.*
14 *Prælatus, & Capitulum sunt diuersa.*
15 *Collegij, vel Capituli appellatione non comprehenditur Prælatus.*
16 *Prælatus de quadam longissima verbi significatione nomine Capituli comprehenditur.*
17 *Lex pœnalis simul, & correctoria non potest extendi etiamsi habeat expressam rationem, quamuis si esset solùm pœnalis, vel correctoria extenderetur.*
18 *Dictionis*, donec. *vis, & effectus remissiuè.*
19 *Dictio*, nullo modo, *quam vim, & effectum habeat remissiuè.*
20 *Portio debet fieri pro qualibet hora.*
21 *Alimenta non dantur ex fructibus beneficij clerico suspenso propter contumaciam, a qua parendo exire potest.*
22 *Distributiones quotidianæ clerici suspensi, vel excommunicati accrescunt aliis.*

CLEM. Vt ij. II.

IN Capitulo Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ etiam Regularis, nullus habet vocem, nec illi concedi potest nisi sit Subdiaconus; obtinens verò dignitatem, personarum, officium, vel præbendam, cui certus annexus est Ordo, nisi infra annum ad illum impedimento cessante promoueatur in Capitulo vocem non habet, & interim dimidiam perdit distributionum partem, aliis tamen pœnis contra tales in suo robore permansuris. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 307.* Alagon. *in compend. pag. 109.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. pars. 1. & 2.* 1

De materia text. dixi latè *in tract. de Canonic. & Dignitat. cap. 37.* vbi plures citaui Doctores, & ibi adductis addo Soar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num. 5.* vbi ait comprehendere monasteria Regularium, qui ad diuina Officia destinati sunt, & coram Capitulo. 2

Ad suscipiendos sacros Ordines, &c.] Sacrum Conc. Trident. *sess. 24. de reform. c. 12.* circa idipsum ita nouissimè disponit, *In omnibus verò Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus; Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire quibus quisque Ordo ex Sacris annexus in posterum esse debeat, ita tamen vt dimidia saltem pars Presbyteri sint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, vbi verò consuetudo laudabilior habet vt plures, vel omnes sint Presbyteri, omnino obseruetur.* Hactenus Trident. cuius decisionem referunt Flamin. Paris. *de resignat. lib. 4 quæst. 9. num. 10.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 238.* illam tamen in Collegiatis Ecclesiis locum non habere tradunt Nauar. *cons. 3. de temp. ordin. in antiq. alias cons. 51. de ætate, & qualit. in nouis,* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo beneficia §. 1.* 3

Statuimus vt nullus, &c. Notatur ad hoc quòd Canonicus, qui non est Subdiaconus, non habet vocem in Capitulo, innouatur, & ampliatur per Conc. Trident. *sess. 22. de reform. cap. 4.* & docent. Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 8. num. 3.* Fr. Emman. *quæst. Regular tom. 2. quæst. 61. art. 5.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 20.* latè Monet. *de distribut. quotid. part. 2. cap. 20. num. 3. cum seqq.* Villar. *del patronado de Calata, ud. parte 7. §. 1. num. 15.* Vgolin. *de officio, & potestate Episcopi, cap. 19. §. 3. n. 1.* Piasec. *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num 7.* Paul. Laym. *canon. quæst. de Prælatorum Ecclesiastic. elect. q. 181. resp. 3. & q. 28. resp. 2.* Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 23. art. 5. concl. 5.* Rota apud Farinac. *decis. 600. num. 4. in 1. collect. nouiss. alias parte 4. diuers.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. c. 4. num. 24.* Raguc *de voce Canonicorum in Capitulo q. 24.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 15. ex num. 33.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesi. hierarch. disp. 12. §. 1. n. 22.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1 disp. 5. q. 8. n. 8.* Ego ipse *de Canonicis cap. 37. a princ. & de iure Eccles. 1. c. 19. n. 51. cum seq.* 4

Illi verò, &c.] Notatur ad hoc quòd Canonicus etiam Subdiaconus, cuius Canonicatui annexus esset Ordo superior, nisi ad eum infra annum promoueatur, statim post annum amittit vocem in Capitulo, ita vt nullo modo, nec ex Capituli concessione, nec ex Episcopi dispensatione post annum eam habere possit, donec ad illum requisitum Ordinem fuerit promotus, vt per Monet. *de distribut. quotid. p. 2. c. 20. n. 9.* 5

Illud

6 Illud aduertere oportet quòd si Pontifex dispenset in ætate cum Canonico, vt fiat subdiaconus, is sic ex dispensatione factus Subdiaconus vocem haberet in Capitulo, vt resoluunt Felin. *in c. postulasti. num.* 11. *de rescript.* Sanch. *de matrim. l.* 8. *disp.* 1. *n.* 23. Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo quæst.* 5. *n.* 7. Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *l.* 2. *c.* 4. *num.* 7. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 8. *n.* 10. Ego ipse *d. c.* 37. *num.* 9. Et procedere etiam in Canonico dispensato à Papa vt in ætate sexdecim annorum possit obtinere Canonicatum in Cathedrali censuit S. Congr. Conc. *in Reatina* 10. *Iuly* 1627. & *in Montis Politiani* 13. *January* 1629 & *in S. Miniati* 15. *Septembris* 1629. intelligendo prout dixi *d. c.* 27. *n.* 13.

7 In gloss. *In Capitulo.* Notatur ad hoc quòd Canonicus in Sacris minimè constitutus, collegiales actus exercere potest, ac proinde ea omnia, quæ extra Capitulum fiunt, vt per Bonifac. *hic, num.* 16. & 17. Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 29. vbi *num.* 3. subdit ex decisione Rotæ quòd Canonicus etiam in Sacris non constitutus ad effectum conferendi suam hebdomadam habere debet, & ratione suæ hebdomadæ potest conferre, & *num.* 31. subiungit quòd. Capitulum potest committere collationem, vel nominationem beneficij ad illud pertinentis Canonico, qui non sit in Sacris.

8 In ead. gloss. ibi, *quod talis Canonicus non in Sacris prebendam, & domum optare potest.* Ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 34 *à num.* 128. Nicol. Garc. *dicta part.* 3. *cap.* 4 *num.* 31.

9 In gloss. *Constitutus.* ibi, *Sed pono*, &c. Notatur ad hoc quòd sufficit, vt Canonicus habeat Ordinem Subdiaconatus tempore electionis ad hoc, vt in ea vocem habeat, sic docet Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *q.* 20. *num* 6. quamuis tempore vacationis non erat ordinatus in sacris, Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 6.

10 In eadem gloss. ibi, *Si ponderemus initium*, &c. Notatur ad hoc quòd quoties à principio requiritur habilitas, non sufficit quòd postea superueniat, vt per Flamio. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 14.

1 In ead. gloss. ibi, *Sed fortius quere*, &c. Notatur ad hoc quòd Canonicus in Sacris non constitutus si velit promoueri intra quatuor tempora proxima non erit expectandus si immineat tempus electionis, vt per Monet. *d. q.* 20. *n.* 5.

12 In gloss. *In eisdem.* ibi, *Sed mihi remanet dubium an hoc cap. in vtroque responso locum habeat in principalibus Prælatis*, &c. Notatur ad hoc quòd principalis Prælatus Ecclesiæ quamuis non sit in Sacris vocem habet in Capitulo, vt per Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo quæs.* 24. *n.* 3. Ego ipse *d. cap.* 27. *n.* 11. Vnde

13 Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat, absente Decano, conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest etiamsi non sit in Sacris, cùm iste sit actus iurisdictionis, qui competit Archidiacono, etiam in Sacris non constituto, & ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis ita per sacram Congregationem decisum fuisse refert Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 26. & *in addit.* hoc ipsum multis rationibus confirmat.

In ead gloss. ibi, *vnde potest dici quòd cùm Prælatus,*
14 *& Capitulum sint diuersa*, &c. Ita Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gloss.* 45. *num* 54. Non enim Prælatus Collegij, vel Capituli apellatione comprehenditur, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 51. *artic.* 8.
15 & citatos per me *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo Capitulũ*, quibus addo Paul. Laym. *quæst. canon. de Præl. ecclesiast. elect. quæst.* 18. *vers. quia.*

In ead. gloss. ibi, *Etsi dicatur quòd de quadam lar-* 16
gissima verbi significatione Prælatus nomine Capituli comprehendatur. Ita Rebuff. *in tractat. nominat. quæst.* 8. *num.* 34.

In ead. gloss. ibi, *Mihi satis est*, &c. Notatur ad hoc 17
quòd lex pœnalis simul & correctoria non potest extendi, etiamsi habeat expressam rationem, quamuis si esset solùm pœnalis, vel correctoria extenderetur, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa part.* 1. *n.* 162. Fario. *in praxi crimin. part.* 4. *cons.* 65. *n.* 524. & *fragment. crimin. p.* 1. *litt. E. n.* 77.

In gloss. *Donec.* De hac dict. dixi *in tract. de dictionib.* 18
vsufreq. dict. 93. secundùm Logdun. impress.

In gloss. *Nullo modo. De vi, & effectibus horum ver-* 19
borum dixi in dicto tract. dict. 228.

In gloss. *Certis horis.* ibi, *vt per omnes horas fieret ip-* 20
sarum compartitio, &c. Notatur ad hoc quòd pro qualibet hora debet fieri portio, vt per Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo distributiones vers. ad quartum.*

In gloss. *Pars dimidia.* ibi, *& imputent sibi.* &c Nota- 21
tur ad hoc quòd clerico suspenso propter contumaciam, à qua suspensione parendo exire potest, non dantur alimenta ex fructibus beneficij, vt per Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 36. *n* 4.

In ead. gloss. ibi, *& sciat quòd ista dimidia substracta* 22
accrescit aliis interessentibus, &c. Notatur ad hoc quòd distributiones quotidianæ clerici suspensi, vel excommunicati accrescunt aliis, vt per Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 82. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Ætas ad Ordines sacros de iure communi requisita quæ ostenditur, & n.* 2 *& quæ ex noua dispositione Conc. Trid. refertur n.* 3.

4 *Verbum*, decernimus, *inducit ius nouum, & non declarat antiquum.*

5 Liberè *significat idem quod sine dispensatione.*

7 *Anno certo, qui debet facere actum, sufficit facere in quacunque anni parte.*

8 *Annus inceptus an, & quando sufficiat, & habeatur pro completo, ostenditur.*

9 *Verba*, cùm peruenerit ad 25. annum, *ex proprietate non verificantur in 25. anno cœpto.*

CLEM. Generalem. III. & vlt.

AD Subdiaconatum promonetur quis in 18. anno, 1
ad Diaconatum in 20. ad Presbyteratum in 25. Colligunt ex Ordinat. Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. l.* 1. *pag.* 308. Alagon. *in compend. pag.* 109. remissiue. Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 26. Menoch. *de arbitr. casu* 427. *numero* 15. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 6. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi. part.* 2. *alleg.* 16. *n.* 1.

Attenta verò noua dispositione Concilij Trident. 3
sess. 23. *de reform. cap.* 12. nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatum ante vigesimum tertium, ad Presbyteratum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueri potest, ex quo ita tradunt Gutier. *d. cap.* 26. *num.* 8. Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 19. §. 2. Zerol. *in praxi Episcop part.* 1. *verbo Ordo.* §. 1. Piasec. *in simili praxi. p. c.* 1. *sub rub. de requis. ætatis, n.* 23. Fr. Emman. *quæs Regul.*

tom.3.q.23.art.6.Galganet.de iure publico.lib.3.tit.24.25.& 26. Monet.de destribut. quotid.p.2.q.19. n.12. Nicol. Garc.de benefic.p.7.cap.4. num. 21. Valer. Reginal.in praxi fori pœnit.lib.30.tract.3. num.166.Fr. Ludou.Miranda in manuali Prælat.tom.1.q.39.artic.2. Carol. de Graffis de effectib.cler.in prælud.n.289.291. & 295.Stephan. Quarant.in summa Bullarij,verbo ordo vers.colliguntur, Armendar.in addit.ad recopil. legum Nauarræ,l.1.tit.2.l.1.de ætate in declar.n.4.Ægid. de Coninck de Sacram. tom.2. disput. 20. num. 102. Zip.in analytica posteriori iuris Ecclesiast. enarratione sub tit.de elect.n.11.Campan.in diuersorio iuris Canon. rub.7.c.3.Vgolin.de offic.& potestate Episcop.c.26.§.6. n.4. & 5. Homobon. de Bonis de examine ecclesiast. p.1. tract.1. cap.10.q.60 vers.ad maiores. Ego ipse d. alleg.16.n.1.

4 In gloss. *Decernimus*. ibi, *non dicit declaramus*. Notatur ad hoc quòd verbum, *decernimus*, inducit ius nouum, non declarat antiquum, vt per Flamin. Paris.de resignat.lib.13.q.2.n.3. Sanch.de matrim. lib. 7.disp.82.num.18.cum aliis, quos refero ego ipse in tract.de dictionib.vsu freq. dict.79. secundùm Lugdun. impress.

5 In gloss. *Liberè*.ibi,*id est,sine dispensatione*.Ita hanc dictionem interpretatur Gonz.ad reg.8.Cancell.gl.53. n.9.& faciunt,quæ dixi dicto tractat. de dictionib. vsu freq.dict.190.

6 In gloss. *In decimo octauo*. ibi,*intelligo inchoato*. Ita Perez.ad tit.2.Ordinam.pag.409. Fr.Emman.d.q.23. art.7.

7 Et notatur etiam ad hoc quòd in quacunque parte anni sufficit actum facere,qui debet facere certo anno, vt per Surd. decis.178.n.2.

8 Controuersum est in iure an & quando annus inceptus sufficiat, & habeatur pro completo? de quo agunt gloss. & Doctores per text.ibi, in l. ad Remp. ff. de muner.& honor.& in l.3.§ minore.ff.de minorib.& in l.si cui.fi. ff.de legat.1. gloss. in cap.subdiaconus, 77. dist.gloss.1.in cap.ad nostram,de regular.Felin.num.7.in cap.cum vigesimum,de offic. deleg. Conan.lib. 3. comm. c.14.n.7.Nau.in man.cap.25.n.117.vers.ad 9.communiter distingui solet inter dispositionem fauorabilem,& odiosam,sed cum annus secundùm veritatem, & proprietatem sermonis completus intelligatur,iuxta l.anniculus.134.ff.de verb.signific. & cœptum haberi pro completo procedat ex fictione, & mente disponentis, planius videtur semper attendenda esse verba dispositionis, quæ si expressè ad annos perfectus, & consummatos vel simpliciter ad tot annos referantur non sufficiet annum inchoari;si verò ad solam existentiam in tali anno,& ingressu illius referantur,sufficiat inchoasse, vt sic, si aliud ex mente disponentis non colligitur,verborum proprietas attendatur,tam in materia fauorabili,quàm in odiosa iuxta l.non aliter.67.ff. de legat.3. iuncta l.cum lege 24.ff.de testa. Sic verba hæc,*post vigenti annos post vigesimum,cum expleuerit*, & similia procul dubio annum completum prærequirunt.l.si ita 41.vers.& inter.ff.de man.testã.l.2.in princ. ff.de excus.tutor.c.cùm in cunctis,in princ. de elect. Sic etiam dispositio *cũ quis fuerit viginti annorũ*, *vel habuerit viginti annos*,completos exigit, quia antequam compleantur verum non est esse quẽ viginti annorũ,vel illos habere,arg.d.l.anniculus. sic procedit text. in d.l. si cui,vbi gloss & Doct.communiter, intẽdit glos.hic recepta ab omnibus,vt per Tross.de vero,& perfecto clerico.l.2.c.17.n.2. Con.de sponsal.p.1.c.2.n.2. Per contrarium, verò ad annum inceptum referuntur verba illa,*cùm fuerit in vigesimo anno, cùm attigerit*, vel quæ prohibent,*ne qui ante vigesimũ annum faciat*,qui propriè loquendo qui iam incepit,attingit,& qui iam est in vigesimo anno, ante illum non facit,sed potius in illo,d.c.cùm in cunctis,§. inferiora.text.& gloss. in præsenti, d.l.si ita in princ. Concil. Trident.sess.23.de reform.c.12.resoluunt gloss.in d.l.si cui,vbi communis, Nauar.& alij, vbi suprà.

Vnde infertur verba hæc,*cùm peruenerit ad 25. annum*,ex proprietate non verificari in 25.anno cœpto, sed completum requirere,vt est de natura illius dict. per l.vrbana,198.ff.de verb.signif.gloss.verb.per nocturnis in cap.si constiterit,de accusat.latè Tiraq.in l.si vnquam verb.reuertatur,à n.194.C.de reuoc.donat.probat in specie text.in l.non putaban.47.ff. de condit. & demonstr.quamuis aliter intelligat Conan.vbi suprà.Nec obstat text.in l.qui filium 73.§. ad Trebell.ibi, *cùm ad annum vigesimum peruenisset*, per quem Conan. à loco recedit à communi,quia reiecto intellectu glos & Doctorum ibi,& in dictis locis,qui existimant textum illum procedere simpliciter fauore filij,cui intellectui repugnat idemmet text.dum probat Imperatorem motum fuisse verbis testamenti,dici potest testatorem illic non tantùm dixisse, *cùm filius ad annum vigesimum peruenerit*,sed adiecisse, *quod si ante vigesimum annum decesserit*,&c.quæ verba sequentia iuxta supradicta significant testatorem non accepisse verbum *peruenerit*, in proprio significatu,immò sensisse de anno inchoato, vel saltem res erat dubia,ita vt in hoc dubio Imperator motus verbis, quæ ad vtrumque sensum referri poterant, ex æquitate in fauorem filij pronunciauerit. 9

In gloss. *Diaconatus*. Hæc gloss. communiter recipitur secundùm Con.de sponsal.part.1.c.2.n.2. 10

De Officio Vicarij.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Iura loquentia de Ecclesiis Curatis per receptionem aliarum similium amittendis, ac ipsarum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, ac de eorum ætate, habent locum in perpetuis Ecclesiarum Parochialium Vicariis, & n.2.*

3 *Vicariæ perpetuæ sunt vera beneficia ecclesiastica.*

4 *Vicarius perpetuus in Ecclesia parochiali intra annum Sacerdos fieri debet.*

5 *Beneficium simplex quando vnitur non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis.*

CLEM. Quæ de Ecclesiis. Vnic.

IVRA loquentia de Ecclesiis Curatis per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsorum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, necnon de eorum ætate, in perpetuis Ecclesiarum Parochialium Vicariis locum habent. Colligunt ex Ordin Lap.Abb. Anch. Imol. Zabar.Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif.de Vitalin. Viuian.in ration. lib 1.pag. 356. Alagon.in compend.pag.130. remissiuè Ximen. in concord.part.1.& 2. 1

2 Hanc eandem conclus.ex hoc text. desumunt Rebuff.in tract.nominat.quæst.9.num.7.& q.16. num.15. Flamin.Paris.de resignat.benef.lib.3.q.1. num.315. cum seqq.Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloss.5.§.3. num.21. Vicariæ enim perpetuæ sunt verè beneficia ecclesiastica, 3 vt per Flam.d.tract.lib.2.q.1.num.112 Gonzal d.§.3. à num.19.Azor.instit.moral.part.2.lib.3.cap.6. quæst.5. vbi

4 vbi *cap. 8. quaest. 5.* obseruat Vicarium perpetuum in Ecclesia Parochiali intra annum Sacerdotem fieri debere.

5 In gloss. *Parochialium.* ibi. *quia solum in Ecclesiis Parochialibus annexis perpetua Vicaria videtur permissa.* Ergo quando vnitur beneficium simplex, non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis secundum Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicaria perpetua, num. 5.* Rota *decis. 758. nu. 2. part. 1. diuers.* Gonzal. *d. §. 2. n. 15.* Hic autem Vicarius temporalis, seu ad nutum amouibilis, an habeat actualem curam, siue habitualem, aut solum exercitium, latè disputauimus *in collect. ad cap. vlt. hoc tit. in Decretalib.*

De Officio, & potestate iudicis delegati.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices super receptione testium in causa ciuili, necnō executores ad prouidendū aliquibus si per inquisitionem solertem eos esse vitae laudabilis, & conuersationis honestae repererint à Sede Apost. deputati alij possunt cōmittere licitè vices suas, & n. 2.*
3 *Testes quando iurarunt in die iuridico possunt tunc examinari in die feriato.*
4 *Rubrica ostēdit potestatē eius, de quo in titulo agitur.*
5 *Iudex delegatus potest testem etiam exemptum, vel clericum punire propter crimen, quod in ferendo testimonio commiserit.*
6 *Clausula, si persona sit idonea, sonat in monitionem, non in conditionem.*
7 *Beneficia conferri debent magis incolis, quàm exteris.*
8 *Examinatio quando fit super idoneitate nominati, vel alterius, illa fieri potest absente eo, cuius interest.*
9 *Iuris communis forma quoties exprimitur in commissione eo modo, quo iure inest, non est intentio committentis inducere nouam formam, & conditionem, sed est admonitio quaedam, vt seruetur forma.*

Clem. Iudices. Vnic.

1 IVDICES super receptione testium in causa ciuili, necnon executores ad prouidendum aliquibus si per inquisitionem solertem eos esse vitae laudabilis, & conuersationis honestae repererint, à Sede Apost. deputati aliis possunt committere licitè vices suas. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Ancharan. Imol. Zadarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 411.* Alagona *in compend. pag. 149.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt D. Barbos. *in l. cum praetor. §. 1. num. 113. cum seqq. ff. de iudic.* & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 60. num. 33.*

3 In gloss. *iudices.* ibi, *& talis actus fieret die feriato,* Notatur ad hoc quòd quando testes iurarunt in die iuridico, possunt tunc examinari in die feriato, vt per Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 294. pag. 544.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quaest. 30. num. 15.* Mascar. *de probat. in prooem. quaest. 5. num. 91.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. quaest. 80. num. 56.*

In ead. gloss. ibi, *& not. hoc principium,* &c. Notatur 4
ad hoc quòd rubrica ostendit potestatem eius, de quo in titulo agitur, vt per Mascard. *de probat. concl. 1284. num. 3.*

In ead. gloss. ibi, *punit testem*, &c. Notatur ad hoc, 5
quòd iudex delegatus potest testem etiam exemptum, vel clericum punire propter crimen, quod in ferendo testimonio commiserit, vt per Couarr. *practic. cap. 18. num. 8.*

In gloss. *receperint.* ibi, *quòd sunt clausulae, quae so-* 6
nant in monitionem, non in conditionem, putà, si persona sit idonea, & similia. Vide quae dixi *in tract. de clausulis vsufrequent. claus. 151. num. 1.* secundum Lugdunen. impress.

In ead. gloss. ibi, *si de tali vico sit oriundus.* Notatur 7
ad hoc quòd beneficia conferri debent magis incolis quàm exteris, vt per Zerol. *in praxi Epis. p. 1. verbo beneficia vers. ad octauum*, Flamin. Paris. *de resigna. benef. lib. 4. quaest. 7.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 4. quaes. 25.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. *gloss. 9. §. 1. n. 37.*

In ead. gloss. ibi, *& non vocatis iis, quos res tangit.* 8
Notatur ad hoc quòd quando fit examinatio super idoneitate nominati, vel alterius, illa fieri potest absente eo, cuius interest, vt per Tiraq. *in tr. res inter alios acta, vers. limita quarto pag. mihi 20.* Rebuff. *in tract. nominat. quaest. 13. num. 3.*

In ead. gloss. ibi, *dicit demum Innocent.* &c. Notatur 9
ad hoc quòd quoties exprimitur in commissione forma iuris communis eo modo, quo iure inest, non est intentio committentis inducere nouam formam, & conditionem, sed est admonitio quaedam vt seruetur forma iuris communis, quare ea praetermissa non irritatur actus qui alias validus esset, nisi vt commissione ea forma exprimeretur, vt docent *in praesenti* Imol. *num. 20. & 21.* Cardin. *q. 13.* & Bonifac. *num. 36.* Nau. *in man. cap. 27. num. 37.* Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 9. n. 8.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 33. n. 3.*

De Officio iudicis Ordinary.

Tit. IX.

Clem. Vt Clericorum. I.

EPISCOPI ita debent diligenter corrigere scandalosos clericorum excessus, vt ipsi Clerici metu poenae arceantur ab insolentiis, & alij eorum exemplo timeant similia perpetrare. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 465.* Alagon. *in compend. pag. 163.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.* 1

Ad materiam huius text. conducunt plura quae dixi *de off. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gloss. 12.* 2

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta à collatore quolibet citra Legatum Apost. valet non facta mentione de beneficio, quod priùs habebat, cui fit, & num. 2.*
3 *Mentionem de obtentis facere non tenetur impetrans in prouisione facta ab Ordinario.*
4 *Episcopi & Ordinarij intelliguntur prouidere Ecclesiis Motu proprio.*
5 *Iurisdictio Ordinaria dicitur naturalis & fauorabilis.*

Clem. Etsi ab Apost. II. & vlt.

1 Etsi ab Apostolicæ Sedis Legato de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, nisi de illo, quod obtinet facta fuerit mentio specialis, in alijs tamen quibuslibet collationem beneficiorum habentibus hoc non obseruatur. Colligunt ex Ordinar Lap. Abb Anch. Imol Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac de Vital. Viuian. *in rat. lib. 1. pag. 466.* Alagon. *in compend pag. 163.* remissiuè Xim. *in concord. pag 2.*

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text desumūt Tiraq. *de iure maritis glos. 7. n. 114.* Azor. *instit. moral pag. 2 lib. 6. cap. 10. quæs. 5. & 6.* & citati per me *in collect. ad cap. si motu proprio, de præb. lib. 6.*

3 *In alijs tamen*, &c.] Notatur ad hoc quòd in prouisione facta ab Ordinatio non est opus impetranti facere mentionem de obtentis, vt per Azor. *d. cap. 10. q. 4.* Nicol. Garc. *de benef. pag. 11. cap. 4. num. 99.* Sanct. *var. resol. q. 50 num. 5.* Nam Episcopi, & ordinarij in-
4 telliguntur prouidere Ecclesiis Moni proprio cùm ad hoc teneantur, sed Papa, & Legati prouident personis, & non Ecclesiis, vt dicit Card. *in præsenti sub num. 13. q. 7.* quem sequuntur Fel. *in cap ad aures n. 15 vers. vnde dicit Card. de rescript.* Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 154. & seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 6. proœm. n. 10. & gloss. 5. num. 173. & 184.*

5 In glos. *Nolumus*. ibi, *Ordinariorum verò collatio vt naturalis, vel fauorabilis*, &c. Notatur ad hoc quòd iurisdictio Ordinaria dicitur naturalis, & fauorabilis, vt per Gonzal. *ad reg 8. Cancell §. 6. proœm. n. 7.*

6 In eandem glos. ibi, *nec sunt collatores ordinarij*, &c. Notatur ad hoc quòd Capitulum prouidens ex iodulto non est Ordinarius, vt per Felin. *in cap. cum olim num. 1. vers. & adde, de præscript.* Seraphin. *decis. 980. num. 3.* Buratt. *decis. 484. n. 4.*

De Procuratoribus.

Tit. X.

Svmmarivm.

1 *Instrumentum, vel litteras suæ procuratoris scienter sine protestatione recipiens, quibus constituens pro ipso cauebat super inclusis in procuratorio dominum descendere cogitur.*

2 *Mandatum datur per litteras missiuas, seu epistolas.*

3 *Procurator constitutus si recipiat litteras mandati, & taceat, videtur consentire.*

strumentum procuratoris scienter sine protestatione recipiens, videtur acceptare. & certus de suo iure potest substituere, si potestatem habeat substituendi.

5 *Debiti confessionem per epistolam missiuam quomodo quis extorquere possit, ostenditur.*

6 *Præsens, & tacens sibi præiudicat etiam in præiudicialibus, quando vltra taciturnitatem concurrit aliquis actus positiuus.*

7 *Litteras recipiens, scienter præsumitur approbare actum in contentum, secus si ignoranter.*

Clem. Instrumento. I.

1 Procuratorem, quando quis eligit, & misit ei instrumentum, in quo cauet de iudicato soluendo, si procurator simpliciter, & scienter acceptat litteras, nulla facta protestatione, non potest retrocedere, sed tenetur, & potest cogi defendere reum. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Pan. Paul. Eleaz Bonif. de Vital. Viuian. *in ratio. lib. pag. 533.* Alag *in compend. pag. 186.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Vel litteris.] Ergo per litteras missiuas, seu epistolas 2
datur mandatum, Achil. *decis. 17. num. 2. de procuratoribus.* Caputaq. *decis. 183. num. 1. & decis. 185. num. 8. pag. 2.* quos refert, & sequitur Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 63. n. 20.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. l. 9. q. 6. n. 3.*

Simpliciter nulla facta protestatione a se scienter recep- 3
ptis.] Notatur ad hoc quòd si procurator constitutus recipiat litteras mandati, & taceat, videtur consentire, vt per D. Barbos. *in l. qua dotis num. 258. ff. sol. matrim.*
ac proinde mandatum acceptasse, & certus de suo iure 4
potuisse substituere, si potestatem habeat substituendi, vt per Mil. *repert. verbo procurator non dicitur, nec censetur, n. 41.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, n. 103.* quos refert, & sequitur Rot. *decis. 451. n. 2.* apud Farin. *pag. 2. recent.*

Ex verbis *suprà* relatis bona desumitur cautela ad ex- 5
torquendam confessionem debiti, cuius creditor probationem non habet, vt scilicet epistolam, in qua debitum narretur, debitori mittat quam priùs coram testibus legat qui postea præsentes sint receptioni talis epistolæ, quia recepta, si debitor tacuerit, sibi præiudicat, ita Bart. per text. *ibi in l. si filius fam. 18 ff. ad Macedon.* addit. *ad Alex. lit. B. in l. qua dotis, num. 34 ff. soluto matrim.* Marhesil. *notab. 22.* Pola *cautel. 9.* plures vt per Hippol. *in rub. de probationibus n. 246. & in pract. §. si diligenter, n. 138.* Cou *in cap. Ioannes, n. 4 de testam.* Menoch. *de arbitr. casu 23.* Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumptionibus concl. 2* Brunor. *in locis cōmunib. verbo littera, n. 6.* D. Barb. *in d. l. qua dotis n. 158.* vbi, *n. 159.* ex alijs idē affirmat resoluendum in audiente nuncium alterius, & tacente, vt nisi statim arbitrio boni viri contradicat, similiter præsumatur consentire, sicut quando litteras recepisset, vt *in d. l. filius fam.* quinimo vlteriùs addit idem D. Barbos. quòd siue in litteris contineatur quòd recipiens aliquid soluat tanquam debitor, vel contineatur aliquid nociuum, & præiudiciale recipienti, nisi recipiens de contraria voluntate protestetur, consentire præsumatur, idque ex taciturnitate, tosimul cum facto accipientis, arg *d. l. si filius fam.* & text. *in præsenti.*

Non potes postea recedere, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
præsens, & tacens sibi præiudicat etiam in præiudicialibus quando vltra taciturnitatem concurrit aliquis actus positiuus, vt per Mascard. *de probat. conclus. 1218. n. 51.* Surd *decis. 23. n. 11. & decis. 264. n. 8*

In gloss. *Scienter.* ibi, *Secus ergo si ignoranter*, &c. 7
Notatur ad hoc quòd litteras recipiens scienter præsumitur approbare actum in eis contentum, secus si ignoranter, vt per Anton. Gabr. *lib. 1 commun. opin. tit. de præsumpt. concl. 2.* Mascard. *de probationibus conclus. 380,* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 65. n. 13.*

Svmmarivm.

1 *Procurator habens mandatum iurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt speciale mandatum, contra electum, vel prouisum opponere non potest crimina, vel defectus, & n. 2.*

3 *Generalis facultas cum expressione aliquorum casuum exigentium speciale mandatum, non extenditur ad speciales casus maiores expressis.*

4 *Minor non est restituendus ad opponenda crimina, vel defectus contra electum.*

5 *Renuntians generaliter casibus fortuitis non videtur renunciare grauioribus, & maioribus.*

Clem

Clem. Non potest. II.

1 PRocurator generaliter constitutus ad agendum, defendendum, iurandum de calumnia, vel veritate dicenda, & ad omnia. quæ speciale mandatum exigunt, oon potest opponere in personam electi nisi specialiter hoc in mandatis habeat, quia cum illa generaliter non veniunt maiora, vel grauiora, quæ in procuratorio sunt expressa. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul de Eleaz. Bonifac de Vital. Viuian. *in ration. lib.1.pag.*134. Alagon. *in compend pag.*189. remissiuè Ximeo. *in concord. pag.1.& 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant Perez *l.1. tit.4.l.3. Ordinam. pag* 556. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.*808 *n.*47.

3 *Cum sub generalitate tali*, &c.] Notatur ad hoc quòd generalis facultas cum expressione aliquorum casuum exigentium speciale mandatum non extenditur ad speciales casus maiores expressis, vt per Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.1.n.*253. Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. quæst.*65. *num.*12. vbi citat Paris. *consil.* 40. *num.1.& 2.lib.4.* Crauett. *consil.*95. *n.* 10. *volum.*1.

4 In gloss. *Grauiora*. ibi, *in tantum quod Ecclesia exclusa per peremptorium non restituatur ad ista proponenda.* Notatur ad hoc quòd minor non est restituendus ad opponendum crimina, vel defectus contra electum, vt per Couarr. *practic.c.*20.*n.4.vers.secundo*, Maurit. *de in integr. restit.p.*2.*q.*64.*art.*6.*n.*41.

5 Et ex hac gloss. iuncto text. colligit Fr. Emm. *in summ.tom.1.c.22.n.5.ante fin.* quòd etiam si quis generaliter renunciet casibus fortuitis, non videtur renunciare grauioribus, & maioribus.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus etiam pro conreligioso, nisi pro consorte eiusdem litis, non potest procurator constitui sine licentia Superioris, nec etiam alium constituere, licèt habeat in mandatis.*
2 *Religiosis interdicitur procuratoris officium obire sine Superioris licentia.*
3 *Monachus procurator constituitur extra res sui Monasterij concurrente Superioris licentia.*
4 *Religiosus potest procurator institui ante licentiam Superioris, sed ipse acceptare non potest donec eam obtineat.*
5 *Superior immediatus sufficiens est ad dandam licentiam Religioso, vt procuratoris officium suscipere valeat.*
6 *Religiosus si absque Superioris licentia procurator constituatur, non valet actus procuratoris titulo gestus in iudicialibus saltem.*
7 *Religiosus non potest ex quantouis alicuius mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere.*
8 *Nouitius potest sine Superioris licentia procurator constitui.*
9 *Prælatus potest procuratoris munus obire.*
10 *Monachi plures vbi admittuntur in prosequutione cuiusuis negotij, & conueniunt in idem, potest vnus ex illis constitui procurator pro aliis.*
11 *Exceptio defectus licentiæ potest litem contestatam opponi potest.*
12 *Religiosus quoties potest esse in iudicio absque Superioris licentia, integrum quoque ei est constituere absque illa.*

Clem. Religiosus. III.

REligiosus sine licentia Superioris non potest esse procurator nisi pro suo consorte in eadem lite, nec etiam alium constituere, nec substituere, licet habeat in mandatis. Colligunt ex Ordin. Lap Abb. Anch. Imol. Zabarell. Panorm Paul de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib.1. pag.*525 Alagon. *in compend. pag.*186. remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* 1

Sicut non potest sine sui Superioris licentia, &c.] Notatur ad hoc quòd Religiosis interdicitur procuratoris officium obire sine Superioris licentia, vt per Franc. Emman. *quæst. Regular. tom.3.q.41.art.2.* D. Barbosa *in l.si longius §.si filius fam.n.* 50. *ff de iudic.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2 l 6 c.13.n.13. cum seqq.* Vnde colligitur posse Monachum procuratorem constitui extra res sui Monasterij concurrente sui Superioris licentia, sicuti docent Card. *hic n.8* Vital. *n.* 22. *& 23* Innoc. *in c.cum I & A.n.2.in fi & n.3. de sent. & de re iud.* vbi Felin. *n.21. vers. & illud.* Roman *reg.* 278. *in cap. Monachus n.2.* Achill. *decis.5. de procur.* & aliis, quos refert, & sequitur Rot. *decis.*445.*n.1.p.2.recent.* vbi reprobat Ioan. And. Abb & Anchar. contrarium tenentes. 2 3

Sine sui Superioris licentia.] Obtenta scilicet, vt docent *in præsenti* Card. *n.3.oppos.2.*& Imol. *num.*8 quos refert, & sequitur Sanch. *d cap* 13. .5. vbi *num* 6. subdit quod ante licentiam potest Religiosus procurator institui, sed ipse acceptare non potest donec eam obtineat. +

Sui superioris] Etiam immediati, vt tenet *hic* Card. *n.2.notab.2.*& Imol. *n.8.* quos refert. & sequitur Sanch. *d.c.13. n.8.* 5

Non potest, &c.] Ergo si Religiosus absque Superioris licentia procurator constituatur, non valet actus procuratoris titulo gestus in iudicialibus saltem, vt per Dec. *in cap.2. a num.78. cum multis seqq. de iudic. in 2 edit* Cardin. *in præsenti num.7.oppos.11.*Imol. *n.13.* & Bonif. *n.26. & 27.* & vide Sanch. *d. cap. 13.n.39. cum seqq.* 5

Ita non potest alium procuratorem constituere, &c.] Notatur ad hoc quòd Religiosus non potest ex quantouis alicuius mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere; ratio est, quia substitutus oon recipit officium absque actu substituentis, atque adeò etsi potestas substituti deriuetur à primo constituente, fit tamen mediante actu Religiosi; si autem adsit Superioris licentia potest Religiosus constituere ac substituere procuratorem, quia etsi text. *in præsenti* decidat non posse constituere, & non dicat absque licentia, cùm tamen id addiderit in priori parte, vbi dixerat non posse constitui ipsum Religiosum procuratorem, censetur idem repetitum in posteriori, quippe vtitur hic text. particula, *ita*, quæ eius est naturæ, vt præcedentia repetat, ita docent *in præsenti* Card. *n. 4.oppos.* 7.10 & 1. Imol. *num.*15.& Bonif *num.*35.& 36. quos refert. Sanch. *d lib.6.cap.13.n* 12.& 13. subdit quòd si Religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, & talis constituatur cum facultate substituendi, non indiget noua Superioris facultate, vt substituere valeat, quia eo ipso quòd facultas acceptandi officij procuratoris est sibi concessa, censetur quoque concedi facultas substituendi, ex solo substituentis mandato concessa. 7

In gloss *Religiosus*. ibi, *includit omnem professum*. Ergo Nouitius in hac prohibitione non comprehenditur, quia non est verus Religiosus, vt per Abb. *hic num.*11.& Imol. *num.*10. Sanch. *d.lib.6.cap.13. num.2.* quicquid dicant Tiraq. *de retract. lig. §.1.glos.8.n.*23. 8

Anton. Cuch. lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 95. & Læl. Zech. de Republic. Ecclesiast. tit. de Regularib. cap. 3. num. 10.

9 In eadem gloss. ibi, sicut in Prælato Notatur ad hoc quòd Prælatus potest procuratoris munus obire, quia sicut potest dare subditis licentiam huius muneris obeundi, ita ipse potest id obire, ita tenent in præsenti Card. num 3. oppos. 1. Imol. num. 12. Abb. num. 4. & Bonif. num. 21. & 22. Dec. in cap. 2. num. 71. de iudic. in edit. Nauar. comm. 2. de Regul. num. 64. Azor. instit. moral. pag. 1. lib. 12. cap. 11. q. 9. Fulu. Pacian. cons. 161. num. 176. cum seqq. tom. 1. Sanch d. lib. 6. cap. 13. num. 18. vbi intelligit, dummodo adsit vtilitas Monasterij.

10 In gloss. Consorte. Notatur ad hoc quòd in prosequutione cuiusuis negotij, vbi plures monachi admittuntur, & conueniunt in idem, potest vnus ex illis constitui procurator pro aliis, puta si plures accusent Abbatem, vel prosequantur electionem, vel alio simili modo sit res communis, vt docent in præsenti Card. num 13. q. 10. Innoc. in c. cum I & A in. 4. & ibi Host n. 2. Ioan. And. n. 2. Abb. n. 29. Anch. n. 11. Imol. num. pen. & Bellam. n. 7. de sent. & re iudic. Sanch. d. l. 6. c. 13. numero 25.

11 In glos. Suscipere. ibi, verius tamen est quòd excipi potest, &c. Notatur ad hoc quòd exceptio defectus licentiæ etiam post litem contestatam opponi potest, sicuti docent in præsenti Abb. n. 5. Card. num. 13. q. 9. Imol. num. 13. & Bonifac. num. 28. Dec. in cap. 2. num. 88. de iudic. in 2 edit. Sanchez. d. lib. 6. cap. 13. num. 43.

12 In glos. Constituere. ibi, repete sine Superioris licentia. Notatur ad hoc quòd quoties Religiosus potest esse in iudicio absque Superioris licentia, integrum quoque ei est constituere procuratorem absque illa, quia cùm possit per se ipsum in iudicio tunc comparere, poterit similiter per alium, iuxta reg. potest, de regul. iuris lib. 6. quare ita docent in præsenti Imol. num. 15. Card. numero 3. oppos. 3 Abb. numero 7. Doctores in cap cum I & A. de re iudic. Sanchez d. lib. 6. cap. 11. num. 32.

SVMMARIVM.

2 *Procurator à Rectore Ecclesiæ pro ea constitutus reuocatur per obitum ipsius etiam quoad iam cœpta, & num. 2.*
3 *Morte ciuili Rectoris Ecclesiæ reuocatur procurator ab eo constitutus.*
4 *Episcopi per mortem censetur reuocata iurisdictio ordinaria in persona Vicarij etiam quoad negotia iam cœpta.*
5 *Vicarij iurisdictio suspenditur excommunicatione Episcopi.*
6 *Mandatum per mortem Rectoris reuocatur etiamsi causa sit eius propria.*

CLEM. Procuratorem. IV. & vlt.

1 PRocurator constitutus à Prælato, Rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia sua, vel beneficio, censetur reuocatus per mortem ipsius Rectoris etiam quoad negotia iam cœpta. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian in ration. lib. 1. pag. 536. Alagona in compend. pag. 186. remissiuè Ximen. in concordant. pag. 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Chald. Pereria de resolut. emphyt. cap. 15. num. 46. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 2. collect. 319. in princ. Put. decis. 186. aliàs 182. num. 3. lib. 2. Mantic. decis. 213. n. 5. vbi ampliat etiamsi procurator huiusmodi dominus litis sit effectus.

Per mortem.] Etiam ciuilem, vt tenent Rot. decis. 28 de procurat. in nouis. Cassador. decis. 2. de appell. Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 1. quæst. 5. num. 43. Chald. Pereira de empt. & vendit. cap. 15. n. 33. Aloys. Ricc. d. collect. 319. 3

In gloss. Contestata. ibi, quod mortuo, &c. Notatur ad hoc quòd per mortem Episcopi censetur extincta iurisdictio ordinaria in persona Vicarij etiam quoad negotia iam cœpta, vt docet Sbroz. de Vicario Episcopi l. 3. q. 43. Surd. consil. 50. n. 3. Vgolin. de officio Episcopi p. 1. c. 4. §. 6. n. 4. Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 30. à n. 1. Steph. Gratian. discept. forens. c. 106. n. 27. D. Barbos. in l. quia tale n. 93. ff. soluto matrim. Narbona. de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 157. 4

In ead gloss. ibi, sed excommunicatus suspenditur, &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatione Episcopi suspenditur iurisdictio Vicarij. Sbroz d. l. 3. q. 17. n. 1. & 2. Sanchez d. l. 3. disp. 30. n. 1. cum seqq. Iacob. de Laurent. de iudice suspecto c. 4. num 10. Zerol. in prax. Episc. p. 1. verbo Vicarius, §. 8. Narbona d. p. 1. num. 118. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 127. vbi citat Marant. Gutier. & Rebuff. 5

In gloss. Pro Ecclesia. ibi, innuit quod secus si pro causa propria, &c. Vide Mantic. dec. 213. n. 9. vbi post Cassad. decis. vlt. n. 3. vt lite pend. & decis. 2. n. 3. de appellat. resoluit hanc glossam dum insinuare videtur mandatum per mortem Rectoris non reuocari si causa sit eius propria, non esse veram, vel non seruari. 6

De Restitutione in integrum.

TIT. XI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tempus tantùm restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis.*
2 *Restitutio aduersus lapsum quadriennij non conceditur.*
3 *Quadriennium restitutionis statutum est non solùm ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis.*
4 *Quadriennij spatium solùm ad implorandam restitutionem tam in foro Ciuili, quam Ecclesiastico hodie obseruatur.*
5 *Quadriennium restitutionis à principio est vtile, & in progressu continuum.*
6 *Ecclesia licet restitui velit aduersùs lapsum temporis, quod minus fuerit quadriennio, adhuc tamen ad restitutionem implorandam integrum quadriennium habebit.*
7 *Quadriennij lapsus nullatenus Ecclesiæ nocebit si per iudicem, vel aduersarium steterit quominus causa intra illud finiatur.*
8 *Restitutio concessa post quadriennium est nulla.*
9 *Appellandi terminus non currit quando aduersarius vel iudex fuit in culpa ne appellaretur.*
10 *Tempus continuum illud dicitur, quod omni tempore, & omnibus currit etiam legitimè impeditis.*
11 *Quadriennium non currit in minori ætate, sed ex eo demum est computandum, quo maior est effectus.*
12 *Quadriennium Ecclesiæ statim currit à tempore læsionis.*

Clem. Ab Ecclesia. Vnic.

1 Ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis in quo se læsam affirmat, & ad illud tempus tantum restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in rational. lib. 1. pag. 553.* Alagona *in compendio pag.* 193 remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Aduersus lapsum temporis*, &c.] Nusquam tamen aduersus lapsum quadriennij erit restitutio concedenda, aliàs enim daretur restitutio ad restitutionem implorandam, & ita sequeretur processus in infinitum, iuxta doctrinam *gloss. vlt. ad fin. in l. interdum, ff. de minorib.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 5. in prælud. num. 15. vers. minus obstat, & quæst. 5. num. vlt. vers. neque obstat.*

3 *Finiri debet*, &c.] Ergo quadriennium, de quo *hîc* statutum est non solum ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis, vt per Bernard. *reg. 653. in princ.* Mascard. *de probat. concl.* 282. *num.* 1. Duaren. *ad tit. C. de temporib. restit. col.* 2. Sford. Odd. *de restitut. in integr. q. 19. n. 38. & 94* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q. 23 de restit. §. 1. n. 1.*

4 Verùm cùm iam hodie terminus litium finiendarum nullus sit, antiquata decisione *l. properandum C. de iudic.* huiusmodi quadriennij spatium solùm ad implorandam restitutionem obseruare, idque tam in foro ciuili, quàm ecclesiastico testantur Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ art. 2. gloss. 1. num 4. cum seqq.* Chaldas Pereira *in l. si curatorem, verbo infra legitimum num. 1. C. de in integr. restit. minor.* Morl *d. tit 5. in prælud. num.* 16. Picard. *in §. extraneus num. 67. Instit. de heredum qualit. & differ.*

5 *Intra quadriennium continuum.*] Quamuis quadriennium restitutionis sit vtile à principio, ita vt non incipiat currere nisi omni impedimento cessante; postquam verò incœpit, & ita in progressu continuum est in quo sensu accipi debet text *in præsenti*, secundũ Card. *hic num. 28. & 30* & vtrumque probat text. sic intelligendus *in l. vlt. C. de tempor. in integr. restit.* ibi, *continuum.* & ibi, *ex die ex quo annus vtilis currebat*, & obseruat Fab. *in ration. l. intra vtile in princip. ff. de minorib.* Chaldas Pereira *d. verb. infra legitimum num. 3.* Card Tusch. *lit. R. concl. 198. n. 9. & 16*

6 *Etiamsi minus quadriennio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd licèt Ecclesia restitui velit aduersùs lapsum temporis, quod minus fuerit quadriennio, adhuc tamen ad restitutionem implorandam integrum quadriennium habebit vt per Sfort. Odd. *de in integ. restitut. quæst. 19. nu. 39. vers quarto*, Bursat. *cons. 291. n 59.* Chald. Pereira *d. verbo infrà legitimum num.* 8. Surd. *decis. 136. num. 2.*

7 In gloss. *Finiri.* ibi. *Si tamen non staret per Ecclesiam, sed per iudicem, vel aduersarium*, &c Notatur ad hoc, quòd si per iudicem, vel aduersarium steterit quominus causa intra illud tempus finiatur, lapsus illius nullatenus Ecclesiæ nocebit, vt per Cassador. *decis. 2. sub hoc tit.* Paris. *cons. 65. numero 60. lib. 3.* Afflict. *decis. 210. num. 4. & 5.* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib. 21. c. 10. §. pen.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. q. 19. n. 56. & quæst. 20. n. 53 & 54.* Cald. Pereira *de verbo infra legitimũ n. 2.*

8 In ead. gloss. ibi. *sed quid si post finitum quadriennium detur restitutio*, &c. Notatur ad hoc quòd restitutio concessa post quadriennium est nulla, vt per Bernard. *reg. 653.* Mascard. *de probat. concl.* 1276. *n. 1.*

9 In ead. gloss. ibi. *vnde si per appellationem*, &c. Notatur ad hoc quod terminus appellandi non currit quando aduersarius, vel iudex fuit in culpa ne appellaretur, vt per Gonzal *ad reg. 8. Cancell. §. 3. proœm numero* 40.

10 In gloss. *Continuum* ibi, *continuum est, quod continuè currit*, &c. Notatur ad hoc quòd tempus continuum illud dicitur, quòd omni tempore, & omnibus currit etiam legitimè impeditis, & in hoc à tempore vtili discriminatur, quod neque tempore impedito, neque impeditis cedit. vt per Bard. *de tempore vtili, & continuo cap. 2. num. 6. cum seqq.* Balb. *de præscript. part. 4. quæst. 6. n. 3.* Perez *l. 1. tit. 8. lib. 3 Ordin. pag. 599.* Azeued. *d. l. 5. n. 15. tit. 4. lib. 8. noua recop.* Sfort. *d. quæst. 19. n. 13. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 8. lit. T. concl. 33.*

11 In gloss. *A tẽpore.* ibi, *in hoc differt Ecclesia à minori* &c. Notatur ad hoc quòd quadriennium minori non currat à tempore contractus, aut læsionis, nec proinde in minori ætate, sed ex eo demum est computandum, quo maiores sunt effecti, vt per text. *in l. vlt. C. de tempor. in interest.* tradunt Chald. Pereira *de verbo infra legitimum num. 1.* & Sfort *d. quæst. 20. à num. 1.* tamen Ecclesiæ quadriennium statim currit à tempore læsionis, vt bene explicant Bernard. *reg. 219* Bero. *in cap. 1. num. 9. sup. hoc tit. in Decretalib.* Balb. *de præscr. 1. part. 6. n. 28.* Sfort. *d. quæst. 20. num. 27. cum seqq.* inde aduertentes vulgarem illam traditionem, quæ habet Ecclesiam circa restitutionem fungi iure minoris esse intelligendum de minore etiam maiore effecto, vt in specie dicit gloss. *verbo iure minoris in cap. 1. & verbo Ecclesia in fin. sub hoc tit. & gloss. 1. in cap. 1. eod. tit. in 6.* Morl. *d. tit. 5. in præl nd. num. 15.*

In Librum II. Clementinarum.

De Iudiciis.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Bonifacij restringitur ad eos, qui impediunt ne ad illos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tutè non potest adiri*

2 *Personarum appellatione non veniunt Collegia, Vniuersitates, Capitula, & conuentus*

3 *Papa mandat reum citari per edictum.*

4 *Citatio per edictum potest fieri contra eos, qui sunt in loco non tuto.*

5 *Tempus, quo citationes in audientia litterarum Apostolicarum debent remanere affixa est iudici arbitrarium.*

6 *Res vt dicatur non integra sufficit vnica citatio.*

7 *Verba*, cuiuscunque sint status, dignitatis, &c. *quam vim, & effectum habeant.*

8 *Specialiter cum aliquid debet fieri, non sufficit verbis generalibus fieri.*

Clem. Dudum. I. *Clem V.*

Constitutio Bonifacij VIII. quæ habet quòd citationes etiam extra dies solemnes publicè dictæ de mandato Papæ in audientia litterarum Apostolicarum, vel Papali Palatio affixæ ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Papa cum Curia sua dedit, arctent citatum, ac si ad eum personaliter deuenissent, restringitur ad eos qui impediunt ne ad illos possit citato peruenire, vel quorum domicilium tutè non 1

non potest adiri. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabarel Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib. 1. pag.* 20. Alagona *in compendio pag.* 207. remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *De personis quibuscunque.*] Non tamen Collegiis, Vniuersitatibus, Conuentibus, vel Capitulis, vt docent Bonifac. *hic n. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 37. num.* 17. cùm latè per me adductis *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell.* 197.

3 *In mandante*, &c.] Papa ergo mandat reum citari per edictum, secundùm Menoch. *cons. 10. num 95. cum seqq.* quia de iure Canonico requiritur speciale rescriptum Papæ vt possit Ordinarius procedere per edictum, vt per Felin. *in cap. quoniam frequenter §. porrò num. 13. vers. circa gloss. & n. 14. vers. caeterùm si loquimur, vt lite non contest.* Rot. *decis. 8. in addit. de dolo, & contm. in nouis, & in Iannen. separationis thori* 16. *Februarij* 1632. coram Reu. D. meo Coccino Decano, Vanii. *de nullitat. tit. ex defectu citationis num.* 126.

4 *Vel quorum domicilia, siue loca non possunt tutè*, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio per edictum fieri potest contra eos, qui sunt in loco non tuto, vt per Marian. *de citat. art.* 23. Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de citat. memb. 1. n.* 85. Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. n. 124 cum seqq.* Menoch. *remed. 8. recuper. num. 114. & cons. 666. n. 4.* Ceual. *commun. quæst. 809. n. 3n.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. tom. 1. Aresto* 131. Camill Botell. *in summa omnium decis. tit. 4. de citat. n.* 47.

5 *Ianuis affigendæ*, &c.] Tempus autem quo remanere debent sic affixæ est iudici arbitrarium, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 463. *n.* 3. quem refert Mari. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 20. n.* 11. vbi subdit cum Surd. *cons.* 181. *num.* 36. satis esse quòd Nuncius referat se affixisse.

6 In gloss. *Citationes.* ibi, *vt sciatur super tali citatione posse firmari iudicium*, &c. Notatur ad hoc quòd vt res dicatur non integra, sufficit vnica citatio, & non requiritur trina, vt per Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 28. num.* 14.

7 In gloss. *Quibuscunque.* ibi, *cuiuscunque sint status, dignitatis, vel praeminentiæ*, &c. De vi autem, & effectu horum verborum, vide Rebuff. *in tract. nominat. quæst. num.* 21. Monet *de decimis cap. 9. q. 3. n.* 182. vbi quòd comprehendit etiam S. R. E. Cardinales, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 38. per totam.*

8 In gloss. *Specialiter.* ibi, *non sufficeret ergo generale mandatum*, &c. Notatur ad hoc quòd per generale mandatum de citando à Papa factum non potest per edictum citari, sed requiritur quòd Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandet, vt per Abb. *in præsenti post princip. vers. per generalem* Rot. *in D. Iannen. separationis thori.* cùm etiam aliquid debet fieri specialiter, non sufficit verbis generalibus fieri, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss. 7. n.* 119.

9 In gloss. *Ex certa scientia.* ibi, *quare littera ista videtur excludere mandatum, quod Papa faceret per ignorantiam, vel errorem*, &c. Notatur ad hoc quòd tunc dicitur aliquid fieri ex certa scientia, quando non fit per ignorantiam, vel errorem, vt per Xuar. *alleg. 12. num.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter, & de plano absque iudiciorum strepitu, & figura iudicii proceditur in causis etiam pendentibus beneficialibus decimarum, matrimonialibus & vsurarum, & eas tangentibus.*
2 *Decimarum in causis proceditur summariè, præcipuè quando est inter clericos, quibus de iure debentur decimæ, vel quando quæstio inter duas Ecclesias super iure percipiendi decimas, & n. 3.*
4 *Decimarum controuersia vbi quæstio iuris est etiam incidens, spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*
5 *Decimas non soluens potest & debet excommunicari.*
6 *Iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali.*
7 *Quæstio dependens illa esse dicitur, quæ quoquomodo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit.*
8 *Clausula,* simpliciter, & de plano, *quam vim & effectum habeat, remissiuè.*
9 *Simpliciter, & de plano, & absque ordine iudiciario proceditur in causis summariis.*
10 *Ecclesiæ, & hospitalia parificantur.*
11 *Monachatus est beneficium Regulare.*
12 *Canonicatus sub nomine venit etiam Canonicatus Regularis.*
13 *Beneficialis causa tunc dicitur quando agitur dumtaxat de collatione iam facta, vel facienda, & sic de titulo in re, vel ad rem, tam in petitorio, quam possessorio.*

Clem. Dispendiosam. 11. & vlt.

AD euitandam dispendiosam prorogationem litium, quæ nascitur ex subtili obseruatione iuris, statuitur vt in causis super electione, postulatione, prouisione, dignitatibus, officiis, canonicatibus, præbendis vel quibusuis beneficiis Ecclesiasticis, aut super decimis, matrimonialibus, vsuris vel eas quomodolibet tangentibus, procedi possit simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Elcazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib. 2. pag.* 20. Alagona *in compend. pag.* 207. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Super decimis.] Notatur ad hoc, quòd in causis decimarum proceditur summariè, præcipuè quando est inter clericos, quibus de iure debentur decimæ, & eos, qui soluere debent Monet *de decimis cap. 8. n.* 41. immo & procedi poterit sine aliqua iuris solemnitate, vt tradit Card. *hic num.* 28. & Imol. *num.* 7. item tempore feriarum ob necessitates, sicuti docet Euerard. *in topicis leg. in loco à tribut. ad decim. num.* 4. 2

Amplia vt procedat etiam quando quæstio fuerit inter duas Ecclesias super iure percipiendi decimas, secundùm Rot. *decis. 14 num. 2. de decim. in nouis*, Marant. *de ordine iudic. part. 4. dist. 9. num.* 174. Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. decima vers. ad sextum*, Monet. *dict. cap. 8. num.* 43. vbi *numero.* 271. disputat an quando exactio, vel solutio decimæ Papalis in iudicium deducitur summariè tractari possit iuxta dispositionem text. *in præsenti.* 3

Notatur etiam textus *in præsenti* ad hoc quòd decimarum controuersia, vbi quæstio iuris est etiam incidens, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, vt per Rebuff. *in tract. de decim. quæst. 10. num. 2. & 38.* Monet. *in simili tractat. cap. 8. à princip.* Perez *l. 1. vers. dubitatur vlterius tit. lib. 1. Ordin. pag.* 129. Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 36. quæst.* 1. Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 26. num 3. & 4.* Zerol *in praxi Episcop part. 1. verbo decima* §. 6. Seraphin. *decis. 1047. n.* 3. D. Barbos. *in l. Sitian. 19. ff. soluto matrimonio.* 4

Cēsura Ecclesiastica coerceri.] Notatur ad hoc quòd nō soluēns decimas potest & debet excōmunicari, Cōcil. Trid. *sess. 25. de reformat. c.* 12. Monet. *d. c. 8. n.* 64. 5

Et

6 *Et eas quoque modo tangentibus.*] Eadem ergo esse solet natura quæstionis incidentis, atque emergentis in causa principali, quæ est ipsius causæ principalis, vt per Menoch. *remed. 4. adipiscenda possess. num.* 813. Et ideo iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali, secundùm D. Barbosa *in l. venditor, num.* 185. *ff. de iudic.* quia connexorum idem est iudicium, vt dixi *Axiomate* 51.

7 Notatur etiam ad hoc, quòd dependens quæstio illa esse dicitur, quæ quoquo modo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit, sicut docet Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 45. n. 6. cum seqq.*

8 *Simpliciter, & de plano,* &c.] De vi, & effectibus huius clausulæ dixi latè *in tract. de clausulis vsufr. claus.* 176. secundùm Lugd. impress.

9 Notatur ad hoc quòd in causis summariis proceditur simpliciter de plano, & absque ordine iudiciario, vt per Guid. Pap. *decis.* 369. Ozasc. *decis.* 1. Aloysius Riccius *in collect. decis. part. 4. collectan.* 1202. vbi enumerat multa priuilegia, quæ habet iudicium summarium.

10 In gloss. *Beneficium.* ibi, *nunquid in causis super hospitalibus,* &c. Notatur ad hoc quòd quando purificantur Ecclesiæ, & hospitalia tunc quòd in beneficiis statuitur, habet locum & in hospitalibus, vt per Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 9. n.* 8. Vbi enim materia est fauorabilis, appellatione beneficiorum hospitalia continentur, prout ex hac gloss. colligunt Ioann. Sclu. *de benefic. part. 1. quæst. 3.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 3. n.* 49. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5.* §. 4. *n.* 2.

11 In ead. gloss. ibi, *eadem ratione cùm monachatus sit officium.* &c. Notatur ad hoc quòd monachatus est beneficium Regulare, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 26. q. 7.*

12 In ead. gloss. ibi, *Negari non potest quin Canonicatus Regulares,* &c. Notatur ad hoc quòd sub nomine Canonicatus venit etiam Canonicatus Regularis, vt per Card. *hic quæst. 5. num.* 13. & Imol. *num.* 3. Nauarr. *in comment. 1. de Regularib. n. 4. & comm. 2. n. 67. vers. addo* 14. Flamin. *de resignation. lib. 11. q. 3. n.* 88. Rota *decis. 667. n.* 1. apud Farin. *in collect. nouiss. aliàs part. 4. diuers.*

13 In ead. gl. ibi, *cùm illa quæstio beneficialis non sit,* &c. Notatur ad hoc quòd tunc dicitur causa beneficialis quando agitur dumtaxat de collatione iam facta, vel facienda & sic de titulo in re, vel ad rem, tam in petitorio, quam in possessorio, ita Gonzal *ad reg. 8. Cancel.* §. 2. *proœm. num. 65. cum seqq.* quem tacitè transcripsit Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect.* 1564.

14 In glos. *Ecclesiasticus.* ibi, *in secularibus ergo nihil est mutatum, quamuis in ecclesiastico foro tractentur.* Ita Gig. *de pensionib. q. 71. n.* 5.

15 In gloss. *Decimus.* ibi, *quid de decima Papali,* &c. An & quando exactio, vel solutio decimæ Papalis in iudicium deducitur, causa summariè tractari possit? vide Monet. *de decimis c. 9. q. 5. n.* 171.

16 In ead glos. ibi, *ergo si debebantur ex pacto,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi fuerit quæstio de decimis debitis ex pacto, vel pollicitatione, tunc causa non est summaria, vt tenet Monet. *de decim. q. n.* 46.

17 In gloss. *Præmoniti.* ibi, *quod faciant monitionem,* &c. Notatur ad hoc quòd non soluens decimas excommunicari potest monitione præmissa, vt per Monet. *de decim. c. 8. n.* 69.

18 In gloss. *Coerceri.* ibi, *& contra pertinaces inuocari potest brachium seculare.* Notatur ad hoc quòd contra pertinaces in solutione decimarum inuocari potest brachium seculare, vt per Rebuff. *de decim. quæst. vlt. n.* 18. Monet. *in simili tract. c. 8. n.* 57.

Notatur etiam ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus non debet inuocare brachium seculare antequam procedat primò excommunicando, deinde anathematizando, & interdicendo, vt per Palat. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab. 2. §. 1. n.* 17. 19

In gloss. *Matrimonii.* Quis sit competens in causis matrimonialibus, & vbi est quæstio successionis, & natalium, in qua incidit causa matrimonialis in principali, dixi latè *de officio, & potest. Episcop. part. 3. alleg.* 84. 20

In gloss. *Vsuris.* In causis vsurarum quis sit verus, & competens iudex, vide quæ dixi *in collect. ad cap. post miserabilem 12. de vsuris, in Decretal.* 21

In gloss. *Pendentia.* Notatur ad hoc quòd quando lex concernit modum ordinandi, seu præparandi causas, includit etiam pendentes in quocunque statu sint, vt per Melch. Phœbos *Lusitan. decis. 50. n. 6. tom.* 1. 22

De Foro competenti.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Episcopus gaudet alternatiua si non potest ingredi nec residere in sua diœcesi ob proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent.*
3 *Partis nomine continetur dimidia.*
4 *Dictio, Pars, iuncta verbo, aliqua, verificatur in qualibet minima parte.*
5 *Exemptus locus intra diœcesim iudicatur vt extra diœcesim.*
6 *Publicatio, quæ fieri debet diebus festiuis, & solemnibus, dum celebrantur Diuina, sufficit fieri tempore prædicationis.*
7 *Subditus propriè quis dicitur ratione domicilij, & habitationis.*
8 *Dictio, omnimodo, est vniuersalis omnia comprehendens.*
9 *Princeps si concedat castrum cum tota iurisdictione, concessum dicitur etiam merum, & mixtum imperium.*
10 *Diœcesani dicuntur illi, qui in loco habent Episcopalem iurisdictionem, vel quasi.*
11 *Consuetudine quacunque reprobata, censetur reuocata, & sublata etiam immemorialis.*

Clem. Quamuis. Vnic.

ICET sacris Canonibus prohibitum sit Episcopum exercere iurisdictionem in diœcesi aliena, tamen conceditur Episcopo, qui expulsus à sua diœcesi non potest per se, vel per alium in aliqua parte suæ diœcesis residere, vel iurisdictionem exercere, vt valeat in ciuitatibus, vel locis insignibus alienæ diœcesis vicinioribus suæ diœcesi, quibus securè morari poterit, & iurisdictionem suam exercere, contra expulsores, eorum consiliarios, & fautores liberè procedere, prout iustitia postulauerit; & si Episcopus non audet modo præfato, citare illos, vel ipsimet malitiosè impediunt, citentur in pluribus diebus festiuis, cùm concursus populi sit ad Diuina in solemnibus Ecclesiis alienæ diœcesis, vt verisimiliùs citatio ad illos perueniat, & transacto termino procedat. Item, 1

Item Episcopus expulsus si per se', vel per alium non auder, vel non possit in propria diœcesi, exerceat iurisdictionem inter suos subditos in aliena, itaur subditi, qui non sunt expulsores, vel adiutores, non trahantur extra fines diœcesis vltra duas dietas;item ante omnia petat licentiam à Diœcesano illios loci, & si petitam non obtinet, potest exercere iurisdictionem. Item si Episcopus dicat quòd in sua diœcesi contra præfatos nequit vel non audet exercere iurisdictionem, vel non iurè possit citare, standum est simplici dicto illorum, & caueant ne mendacium dicant. Item conuicini Episcopi locorum requisiti faciant denunciare sententias, & processus in propria diœcesi, & per prædicta nullum generetur præiudicium superioribus eorundem locorum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viui. *in rational. lib. 2. pag. 39.* Alagona *in compend. pag.* 214. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. & pars.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. qnoad primam partem ex hoc text. desumit Gouzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 43. *num.* 200. hinc inferens quòd gaudere valet alternatiua Episcopus. qui non potest ingredi, nec residere in sua diœcesi ob proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent.

3 In gloss. *Aut earum parte.* ibi, *quia nomine partis continetur dimidia.* Ita Card. *in præsenti quæst.* 9. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo omnia, vel partem num.* 8. *C. de reuocand. donat.* Brun. *cons.* 9. *n.* 3. & *cons.* 154. *n.* 28. vbi ait procedere in dubio Bald *cons.* 54. *Casus breuis, in fine, vers. vnde lib.* 1. vbi dicit quòd testes deponentes simpliciter de parte intelliguntur de dimidia, & *cons.* 326. *Actorus petitione n.* 2. *versic. sequitur lib.* 2. Sim. de Prætis *de interpr. vltim. volunt. lib.* 4. *solut.* 4. *num.* 8. *fol.* 380. Sord. *decis.* 302. *num.* 1. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 6. *lit. P. conclus.* 103. *n.* 2. & 3. quos refero ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 185. *num.* 1.

4 In ead. gloss. *in addit marginali.* ibi, *dictio*, pars, *iuncta verbo*, aliqua, *verificatur in qualibet minima parte.* Ita Gemin *cons.* 6. *n.* 6. *vers. similiter dicitur*, Anch. *cons.* 160. *n* 4. *vers. præterea.* Curt. sen *cons.* 49. *num.* 96. Matth. Brun. *d. cons.* 154 *num.* 29. Ranchin. *lib.* 2. *conclus.* 237. Bernard *reg.* 529. *vers. secundo limita.* Surd. *decis.* 283. *num.* 8. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 37. *n.* 24. *colum. fin.* Ferret. *in constit. Cathaloniæ gloss.* 4. *num.* 187. Mantic. *decis.* 192. *numero* 2 Card. Tusch. *d. lit. P. conclus.* 103. *num.* 7. ego ipse *d. appell.* 185. *num.* 4. Et faciunt quæ de *dict. Aliquis*, dixi *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 22.

5 In ead. gloss. ibi, *quid si alieno loco sua diœcesis tamen exempto*, &c. Notatur ad hoc quòd locus liber, seu exemptus intra diœcesim iudicatur vt extra diœcesim, vt per Flores de Mena *variar. lib.* 3. *q.* 24. *num.* 32.

6 In gloss. *ad Diuina.* ibi, *quid si conuenissent ad audiendum verbum Dei*, &c. Ergo publicatio, quæ fieri debet diebus festiuis, & solemnibus dum celebrantur Diuina, sufficit tempore prædicationis secundùm Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 14.

7 In gloss. *Subditos.* ibi, *qui non ratione domicily*, &c. Notatur ad hoc quòd propriè quis dicitur subditus ratione domicilij, & habitationis, vt per Tiraq. *de retractu lig. §* 9. *gloss.* 2. *n.* 22. Couar. *pract. cap.* 11. *num.* 4. Surd. *cons.* 313. *n.* 66. Chald. Pereira *in resp. pro Ferdinando Pereira num.* 3. D. Barbos. *in l. hæres absens §. vlt. n.* 39. *ff. de iudic.*

8 In gloss. *Omnimodam* Notatur ad hoc quòd dictio *omnimoda*, est vniuersalis omnia comprehendens, vt per Antoo. de Butr. *cons* 19. *n.* 5. Decian. *cons.* 35. *n.* 47. *lib.* 2. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 320. *num.* 1. quos refero ego ipse *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 238. secundùm Lugdun. impress.

9 In ead. gloss. ibi, *etiam merum, & mixtum imperium*, &c. Notatur ad hoc quòd si Princeps concedat castrum cum omnimoda, siue tota iurisdictione, tunc concessisse dicitur etiam merum & mixtum imperium, vt tradont Couar. *pract. cap* 1. *num.* 10. *vers. primum.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 97. *n.* 34. faciunt quæ dixi *d. tract. dict.* 339.

10 In gloss. *Diœcesanis.* ibi, *per diœcesanos intelligo eos, qui habent in loco Episcopalem iurisdictionem, vel quasi.* ita Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 14. & 16. Flores de Mena *vari. lib.* 3. *quæst.* 24. *n.* 9. cum aliis per me citatis *in tract. de appellatiua verborum iuris significat. verbo Diœcesanus.*

11 In gloss. *Quanticunque.* ibi, *etiam cuius initij, vel contrarij non sit memoria*, &c. Ergo reprobata consuetudine quacunque censetur reuocata, & sublata etiam immemorabilis, secundùm Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. Flores de Mena *var. lib.* 2 *quæst.* 21. *num.* 16. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 31. & alios plures, quos citaui *in tractat. de clausulis vsufrequent. clausul.* 87. *num.* 3. vbi tamen *num.* 8. refero multò plures contrarium tenentes.

De Causa possessionis, & proprietatis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij in causa delata etiam per apppellationem ad Curiam vtraque pars potest petitorium & possessorium intentare, & ante causa conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo, vel aduersarij, possessorium prosequi, & n.* 2.

3 *Beneficij appellatione comprehenduntur maiora, & minora beneficia, ac præbenda.*

4 *Spoliatus, qui petit restitutionem beneficij Ecclesiastici remedio recuperandæ possessionis nequit restitui, nisi probato titulo saltem apparenti, seu colorato.*

5 *Titulus coloratus dicitur ille, qui est habitus ab eo, qui dare poterat, & ita est ex se legitimus.*

6 *Tituli color quomodo probetur, remissiue.*

7 *Declaratur text. in cap. in litteris, restit. spoliato.*

8 *Restitutio non fit vbi agitur de beneficio Pontifici reseruato etiamsi probetur titulus coloratus, sed oportet examinare an titulus verè, & realiter reseruationi derogauerit.*

9 *Restitutio beneficij tam reseruati, quàm non reseruati quando petitur ex remedio attentatorum, tunc conceditur etiamsi non probetur titulus coloratus.*

Clem. Causa. Vnic.

1 IN causa beneficiali per legitimam appellationem deuoluta ad Curiam, vtraque pars potest intentare petitorium, & possessorium, & ante causæ conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo, vel ab aduersario intentato, possessoriũ prosequi. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 90. Alagon. *in compend. pag.* 230 remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. pars* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, &

& declarant multipliciter Couar. *lib. 1. quar. cap. 16. num. 13.* Inan. Garc. *de nobilitat. gloss. 1. §. 2. n. 21.* Aloys. Riccius *in collect. decis. part. 2. collect. 254. per tot.* Valasc. *consf. 91. num. 1. cum seqq.* D. Barbos. *in l. si de vi. n. 453 cum seqq. ff. de iudic.* Nota quòd quando super possessorio & super petitorio simul causa agitur, in quacunque parte iudicij ante conclusum in causa potest petitorium suspendi, vt super possessorio tantum sententia proferatur, *cap. pastoralis*, vbi Imol. *num. 6. hoc tit. in Decretalib.* Rot. *dec. 34. part. 2 diuers.* Gnzad. *consil. 10. num. 22.* quod procedit non solùm in prima instantia, sed etiam in secunda & tertia, text. *in præsenti.* Alciat. *consf. 69. n. 12. lib. 5.* Capyc. *decis. 28.* vbi discutit de intellectu huius Clem. & an locum habeat suspensio petitorij non solùm in secunda instantia appellationis, sed etiam in causa supplicationis, & tandem in fine decisum fuisse affirmat per omnes de Consilio, quòd dicta suspensio locum habeat, facit decisio Rotæ 8. *n. 2. de causa possess. in nouis*, Verall. *decis. 323. lib.* Anton. Gabr. *commun. tit. de restit. spoliat. concl. 1. n. 195.* Honded. *consf. 24. num. 61. volum. 2.* Marescot. *var. lib. 1. cap. 36. num. 6.*

Et quamuis controuersum sit inter Doctores an petitorium in secunda instantia possit suspendi ab eo, qui illud in iudicium non deduxit, sed possessorium tantùm intentauit, alter verò de dominio excepit, illud quippe nullum dessidium patitur, quòd quando ab vna parte, vtrumque iudicium proponitur si prius constet de possessorio quàm petitorium iustificetur, illo petente prius de possessorio iudicandum, tradit Cyn. *in l. sincerres, C. de ordinis iudic.* Alexand. *cōs. 117. Viso processu lib. 2.* Socin. sen. *consf. 262. num. 2. vol. 2.* Putput. *consf. 135. num. 15 vol. 1.* Abb. *in d. cap. pastoralis n. 34.* vbi, *in fine*, docet hanc Clement. potius procedere in prophanis. & nullam versari differentiam, ac per consequens quòd in causa appellationis potest suspendi petitorium quando vtrumque sit deductum, & ad iudicem appellationis deuolutum.

In gloss. *Beneficialis, comprehendit minora, & ma-*
3 *iora beneficia, & præbendas.* &c. Notatur ad hoc quòd beneficiorum appellatione comprehenduntur maiora, & minora beneficia ac præbendæ lato sumpto vocabulo, vt tradunt per me citati *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo beneficium, in principio.*

In gloss. *Solo.* ibi, *contra de filiis.* &c Notatur ad hoc,
4 quòd spoliatus, qui petit restitutionem beneficij ecclesiasti ci ex remedio recuperandæ possessionis, nequit restitui, nisi probato titulo saltem apparenti, seu colorato, sicuti docent Couar. *pract. cap. 13. n. 4.* Mich. Grass. *tom. 1. comm. opin. lib. 7. tit. 21. num. 91. pag. 316.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. tit. de restit. spoliator. concl. num. 121. cum seqq.* Menoch. *remed. 15. recup. num. 459. cum seqq. & n. 464.* Mascard. *de probat. concl. 1322.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo beneficia num. 5.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 5. n. 100. cum seqq.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 7. lit. S. concl. 187.* Chald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 22. n. 38.* Valasc. *consf. 79. num. 4. cum seqq. & consf. 93. n. 2.* D. Barbos. *in l. si de vi num. 137. ff. de iudic. & in l. si Prætor §. Marcellus, n. 37. ff. eod. tit.*

Titulus verò coloratus dicitur ille, qui est habitus
5 ab eo, qui dare poterat, & ita est ex se legitimus, id est, secundùm leges, in communi, vt obseruant Cosm. *in pragmat. tit. de pacif. possess. verbo colorata*, Rebuff. *in concord. rub. de annatis vers. septima regula*, Afflict. *lib. 1. constit. rub. 24. num. 45.* Quomodo autem probetur tituli color, tradit Mascard. *de probat. conclus. 374. cum seqq.*

6 Non obstat text. *in cap. in litteris, de restit. spoliat.*

tantùm enim probat non esse agendum de canonica institutione; idest, vtrùm sit vera & valida, non tamen negat, immo supponit, agendum esse de colorata, sine qua in beneficijs possessio probari non potest; similitudo verò prædonis, quam text. in fine habet, est veluti argumentum à fortiori, quasi dicat, si prædo, qui nullum titulum probat, secundùm iuris rigorem, restituens est, multò iustius restituetur is, qui beneficij restitutionem petit, quia etiamsi canonicum titulum non probet, probat tamen saltem coloratum, vt intendit Pan. *in d. cap. in litteris num. 23. in fine*, vbi Beto. *num. 77.* Menoch. *remed. 1. recuper n. 131.* apud quos vide alios illius text. intellectus.

Si verò agatur de beneficio Pontifici reseruato non 8
fit restitutio etiamsi probetur titulus coloratus, sed oportet examinare an titulus verè, & realiter reseruationi derogauerit, Rot. *decis. 3. de restitut. spoliat. in nouis*, Nauar. *in cap. accepta oppositio. 1 n. illo tit.* Cassad. & infiniti alij, vt per Menoch. *d. remed. 15. n. 343.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 8. num. 17.* ratio est secundùm illos, quia reseruatio non solùm titulum, sed etiam possessionem annullat, propter decretum, quod semper habeat annexum irritans collationem in contrarium factam, & omnia inde sequuta, & ita etiam possessionem, arg. *cap. si eo 45. ibi, vt effectu careant ea, quæ postmodum*, &c. *de elect. hoc lib.* atqui restitutio non fit nisi probetur possessio. Igitur, &c.

Sic etiam quando restitutio beneficij tam non re- 9
seruati, quàm etiam reseruati petitur ex remedio attentatorum, vt quia spoliatus lite, vel appellatione pendente spoliatus fuit, tunc conceditur, etiamsi non probetur titulus coloratus, vt videri potest ex generalitate text. *in cap. bona 51. ad fin. ibi, decernimus reducendos*, &c. *de appellat.* in specie Nauar. *in d. cap. accepta opposit. 1. num. 5.* Couar. *d. cap. 13. num. 4.* Anton. Gabr. *d. concl. 1. num. 123.* Mandos. *in formis commissionum forma 16. vers. casum, colum. 2.* Ratio etiam illa est, quia remedium attentatorum non requirit probationem possessionis, iuxta generalitatem *tit. vt lite pendente, & ff. nil nouari*, atqui vbi possessio non requiritur, titulus coloratus necessarius non est, iuxta supradicta. Igitur, &c.

De Dolo, & contumacia.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ante diffinitiuam etiam à diffinitiua lata eo absente citato, vel non, appellare potest, nisi prima appellatio fuerit friuola manifestè, quo casu non appellat tantum manifestus contumax.*

2 *Contumax fictus, qui fuit ad domum citatus, non in personam, auditur appellando.*

3 *Contumax verus dicitur, qui fuit citatus personaliter.*

Clem. Si ante. Vnic.

Appellans ante diffinitiuam sententiam, si iudex non deferens eius appellationi eo citato, vel non citato vlterius in causa procedat, & sententiam diffinitiuam, contra ipsum etiam absentem ferat, vbi prima appellatio non fuerit manifestè friuola, potest ab illa sententia diffinitiua intra tempus debitum appellare. Colligunt ex Ordinar. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. 1

Mm Vinian.

tom.3.q.23.art.6. Galganet. *de iure publico.lib.3.tit.24. 25.& 26.* Monet. *de destribut. quotid.p.2.q.19. n.12.* Nicol. Garc. *de benefic.p.7.cap.4. num.21.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit.lib.30. tract.3. num.166.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat.tom.1.q.39.artic.2.* Carol. de Grassis *de effectib.cler.in præl.ud.n.289.291. & 295.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij,verbo ordo vers.colliguntur*, Armendar. *in addit.ad recopil. legum Nauarræ,l.1.tit.2.l.1.de ætate in declar.n.4.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.2. disput. 20. num. 102.* Zip. *in analytica posteriori iuris Ecclesiast. enarratione sub tit.de elect.n.11.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub.7.c.3.* Vgolin. *de offic.& potestate Episcop.c.26.§.6. n.4.& 5.* Homobon. de Bonis *de examine ecclesiast. p.1. tract.1. cap.10.q.60 vers.ad maiores.* Ego ipse *d. alleg.16.n.1.*

4 In gloss. *Decernimus.* ibi, *non dicit declaramus.* Notatur ad hoc quòd verbum, *decernimus*, inducit ius nouum, non declarat antiquum, vt per Flamin. Paris. *de resignat.lib.13.q.2.n.3.* Sanch. *de matrim. lib. 7.disp.82.num.18.* cum aliis, quos refero ego ipse *in tract.de dictionib.vsu, eq. dict.79.* secundùm Lugdun. impress.

5 In gloss. *Liberè.* ibi, *id est,sine dispensatione.* Ita hanc dictionem interpretatur Gonz. *ad reg.8.Cancell.gl.53. n.9.* & faciunt, quæ dixi *dicto tractat. de actionib. vsufreq.dict.190.*

6 In gloss. *In decimo octauo.* ibi, *intelligo incheato.* Ita Perez. *ad tit.2.Ordinam.pag.409.* Fr. Emman. *d.q.23. art.7.*

7 Et notatur etiam ad hoc quòd in quacunque parte anni sufficit actum facere, qui debet facere certo anno, vt per Surd. *decis.178.n.2.*

8 Controuersum est in iure an & quando annus inceptus sufficiat, & habeatur pro completo? de quo agunt gloss. & Doctores per text. *ibi, in l. ad Remp. ff. de muner.& honor.& in l.3.§.minore. ff.de minorib. & in l.si cui.fi. ff.de legat.1.* gloss. *in cap.subdiaconus, 77. dist.* gloss. *2.in cap.ad nostram,de regular.* Felin. *num.7.in cap.cùm vigesimum,de offic. deleg.* Conan. *lib. 3. comm. c.14.n.7.* Nau. *in man.cap.25.n.117.vers.ad 9.* communiter distingui solet inter dispositionem fauorabilem, & odiosam, sed cum annus secundùm veritatem, & proprietatem sermonis completus intelligatur, iuxta *l.anniculus.134.ff.de verb. signific.* & cœptum haberi pro completo procedat ex fictione, & mente dispenentis, planius videtur semper attendenda esse verba dispositionis, quæ si expressè ad annos perfectus, & consummatos vel simpliciter ad tot annos referantur non sufficiet annum inchoari; si verò ad solam existentiam in tali anno, & ingressu illius referantur, sufficiat inchoasse, vt sic, si aliud ex mente disponentis non colligitur, verborum proprietas attendatur, tam in materia fauorabili, quàm in odiosa iuxta *l.non aliter.67.ff. de legat.3.* iuncta *l.cum lege 24.ff.de testa.* Sic verba hæc, *post vigenti annos post vigesimum, cum expleuerit*, & similia procul dubio annum completum præequirunt. *l.si ita 41.vers.& inter.ff.de mān.testā.l.2.in princ. ff.de excus.tutor.c.cùm in cunctis,in princ. de elect.* Sic etiam dispositio *cū quis fuerit viginti annorū, vel habuerit viginti annos.* completos exigit, quia antequam compleantur verum non est esse quē viginti annorū, vel illos habere. arg. *d.l.anniculus.* sic procedit text. *in d.l. si cui,* vbi gloss & Doct. *communiter,* intēdit glos. *hic* recepta ab omnibus, vt per Tross. *de vero,& perfecto clerico.l.2.c.17.n.2.* Cou. *de sponsal.p.1.c.2.n.2.* Per contrarium verò ad annum inceptum referuntur verba illa, *cùm fuerit in vigesimo anno, cùm attigerit*, vel quæ prohibent, *ne qui ante vigesimū annum faciat*, qui propriè loquendo qui iam incepit, attingit, & qui iam est in vigesimo anno, ante illum non facit, sed potius in illo, *d.c.cùm in cunctis,§. inferiora.* text.& gloss. *in præsenti, d.l.si ita in princ.* Concil. Trident. *sess.23. de reform.c.12.* resoluunt gloss. *in d.l.si cui,* vbi communis, Nauar.& alij, *vbi suprà.*

Vnde infertur verba hæc, *cùm peruenerit ad 25. annum*, ex proprietate non verificari in 25. anno cœpto, sed completum requirere, vt est de natura illius dict. 9
per *l.vrbana,198.ff.de verb.signif.gloss.verb.per noctauit in cap.si constiterit,de accusat.* latè Tiraq. *in l.si vnquam verb.reuertatur,à n.194.C.de reuoc.donat.* probat in specie text. *in l.non putaban.47.ff. de condit. & demonstr.* quamuis aliter intelligat Conan. *vbi suprà.* Nec obstat text. *in l.qui filium 73.§. ad Trebell.* ibi, *cùm ad annum vigesimum peruenisset*, per quem Conan. *à loco* recedit à communi, quia reiecto intellectu glos.& Doctorum *ibi,& in dictis locis*, qui existimant textum illum procedere simpliciter fauore filij, cui intellectui repugnat idem met text. dum probat Imperatorem motum fuisse verbis testamenti, dici potest testatorem illic non tantùm dixisse, *cùm filius ad annum vigesimum peruenerit*, sed adiecisse, *quod si ante vigesimum annum decesserit*, &c. quæ verba sequentia iuxta supradicta significant testatorem non accepisse verbum *peruenerit*, in proprio significatu, immò sensisse de anno inchoato, vel saltem res erat dubia, ita vt in hoc dubio Imperator motus verbis, quæ ad vtrumque sensum referri poterant, ex æquitate in fauorem filij pronunciauerit.

In gloss. *Diaconatus.* Hæc gloss. communiter recipitur secundùm Con. *de sponsal.part.1.c.2.n.2.* 10

De Officio Vicarij.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Iura loquentia de Ecclesiis Curatis per receptionem aliarum similium amittendis, ac ipsarum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, ac de eorum ætate, habent locum in perpetuis Ecclesiarum Parochialium Vicariis, & n.2.*

3 *Vicariæ perpetuæ sunt vera beneficia ecclesiastica.*

4 *Vicarius perpetuus in Ecclesia parochiali intra annum Sacerdos fieri debet.*

5 *Beneficium simplex quando vnitur non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis.*

CLEM. Quæ de Ecclesiis. Vnic.

IVRA loquentia de Ecclesiis Curatis per receptionem aliarum similium amittendis, ac de ipsorum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, necnon de eorum ætate, in perpetuis Ecclesiarum Parochialium Vicariis locum habent. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib 1.pag. 356.* Alagon. *in compend.pag.130.* remissiuè Ximen. *in concord.part.1.& 2.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Rebuff. *in tract.nominat.quæst.9.num.7.& q.16. num.13.* Flamin. Paris. *de resignat.benef.lib.3.q.1. num.315. cum seqq.* Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloss.5.§.3. num.21.* Vicariæ enim perpetuæ sunt verè beneficia ecclesiastica, vt per Flam. *d.tract.lib.2.q.1.num.112* Gonzal. *d.§.3. à num.19.* Azor. *instit.moral.part.2.lib.3.cap.6.quæst.5.* vbi 2 3

4 vbi *cap. 8. quæs. 5.* obseruat Vicarium perpetuum in Ecclesia Parochiali intra annum Sacerdotem fieri debere.

5 In gloss. *Parochialium.* ibi. *quia solùm in Ecclesiis Parochialibus annexis perpetua Vicaria videtur permissa.* Ergo quando vnitur beneficium simplex, non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis secundùm Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicaria perpetua, i. num. 5.* Rota *decis. 758. nu. 2. part. 1. diuers.* Gonzal. *d. §. 2. n. 15.* Hic autem Vicarius temporalis, seu ad nutum amouibilis, an habeat actualem curam, siue habitualem, aut solum exercitium, latè disputauimus *in collect. ad cap. vlt. hoc tit. in Decretalib.*

De Officio, & potestate iudicis delegati.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices super receptione testium in causa ciuili, necnō executores ad prouidendā aliquibus si per inquisitionem solertem eos esse vita laudabilis, & conuersationis honesta repererint à Sede Apost. deputati alij possunt cōmittere licitè vices suas, & n. 2.*
3 *Testes quando iurarunt in die iuridico possunt tunc examinari in die feriato.*
4 *Rubrica ostēdit potestatē eius, de quo in titulo agitur.*
5 *Iudex delegatus potest testem etiam exemptum, vel clericum punire propter crimen, quod in ferendo testimonio commiserit.*
6 *Clausula,* si persona sit idonea, *sonat in monitionem, non in conditionem.*
7 *Beneficia conferri debent magis incolis, quàm exteris.*
8 *Examinatio quando fit super idoneitate nominati, vel alterius, illa fieri potest absente eo, cuius interest.*
9 *Iuris communis forma quoties exprimitur in commissione eo modo, quo iure inest, non est intentio committentis inducere nouam formam, & conditionem, sed est admonitio quædam, vt seruetur forma.*

Clem. Iudices. Vnic.

1 Ivdices super receptione testium in causa ciuili, necnon executores ad prouidendum aliquibus si per inquisitionem solertem eos esse vitæ laudabilis, & conuersationis honestæ repererint, à Sede Apost. deputati alijs possunt committere licitè vices suas. Colliguntex Ordinar. Lap. Abb. Ancharan. Imol. Zadarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuiao. *in ration. lib. 1. pag. 411.* Alagona *in compend. pag. 149.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt D. Barbos. *in l. cùm prætor. §. 1. num. 113. cum seqq. ff. de iudic.* & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 60. num 33.*

3 In gloss. *iudices* ibi, *& talis actus fieret die feriato,* Notatur ad hoc quòd quando testes iurarunt in die iuridico, possunt tunc examinari in die feriato, vt per Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 294. pag. 544* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 30. num. 15.* Mascar. *de probat. in procem. quæst. 5. num. 93.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. quæst. 80. num 56.*

In ead. gloss. ibi, *& not. hoc principium, &c.* Notatur ad hoc quod rubrica ostendit potestatem eius, de quo in titulo agitur, vt per Mascard. *de probat. concl. 1284. num. 3.* 4

In ead gloss. ibi, *punit testem.* &c Notatur ad hoc, quòd iudex delegatus potest testem etiam exemptum, vel clericum punire propter crimen, quod in ferendo testimonio commiserit, vt per Couarr. *practic. cap. 18. num. 8.* 5

In gloss. *receperint.* ibi, *quòd sunt clausulæ, quæ sonant in monitionem, non in conditionem, puta, si persona sit idonea, & similia.* Vide quæ dixi *in tract. de clausulis vsufrequent. claus. 151. num. 1.* secundum Lugdunen. impress. 6

In ead. gloss. ibi, *si de tali vice sit ornandus.* Notatur ad hoc quòd beneficia conferri debent magis incolis quàm exteris, vt per Zetol. *in praxi Epis p. 1. verbo beneficia vers. ad octauum,* Flamin. Paris. *de resigna. benef. lib. 4. quæst. 7.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 4. quæs. 25.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. *gloss 9. §. 1. n. 37.* 7

In ead. gloss. ibi, *& non vocatis iis, quos res tangit.* Notatur ad hoc quòd quando fit examinatio super idoneitate nominati, vel alterius, illa fieri potest absente eo, cuius interest, vt per Tiraq. *in tr. ses interalios acta, vers. limita quarto pag. mihi* 20. Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 13. num. 3.* 8

In ead. gloss. ibi, *dicit demum Innocent. &c.* Notatur ad hoc quòd quoties exprimitur in commissione forma iuris communis eo modo, quo iure inest, non est intentio committentis inducere nouam formam, & conditionem, sed est admonitio quædam vt seruetur forma iuris communis, quare ea prætermissa non irritatur actus qui alias validus esset, nisi vt commissione ea forma exprimeretur, vt docent *in præsenti* Imol. *num. 20. & 21.* Cardin. *q. 13.* & Bonifac. *num. 36.* Nau. *in man. cap. 27. num. 37.* Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 9. n. 8.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 33. n. 3.* 9

De Officio iudicis Ordinary.

Tit. IX.

Clem. Vt Clericorum. I.

Episcopi ita debent diligenter corrigere scandalosos clericorum excessus, vt ipsi Clerici metu pœnæ arceantur ab insolentiis, & alij eorum exemplo timeant similia perpetrare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif de Vital. Viuian. *in ration. lib 1. pag. 465.* Alagon. *in compend. pag. 163.* remissiuè Ximen *in concordant. part. 2.* 1

Ad materiam huius text. conducont plura quæ dixi *de off. & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gloss. 12.* 2

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta à collatore quolibet citra Legatum Apost. valet non facta mentione de beneficio, quod priùs habebat, cui fit, & num. 2.*
3 *Mentionem de obtentis facere non tenetur impetrans in prouisione facta ab Ordinario.*
4 *Episcopi & Ordinarij intelliguntur prouidere Ecclesiis Motu proprio.*
5 *Iurisdictio Ordinaria dicitur naturalis & fauorabilis.*

CLEM. Etsi ab Apost. II. & vlt.

1 Etsi ab Apostolicæ Sedis Legato de beneficio facta collatio beneficium aliud obtinenti, non valeat, nisi de illo, quod obtinet facta fuerit mentio specialis, in alijs tamen quibuslibet collationem beneficiorum habentibus hoc non obseruatur. Colligunt ex Ordinar Lap. Abb Anch. Imol Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac de Vital. Viuian. *in rat. lib. 1. pag.* 466. Alagon. *in compend. pag.* 163. remissiuè Ximen. *in concord. pag.* 2.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text desumút Tiraq. *de iure mariti gl.* 7. *n.* 14 Azot. *instit. moral pag.* 2 *lib.* 6. *cap.* 10. *quæst.* 5. & 6. & citati per me *in collect. ad cap. si motu proprio, de præb. lib.* 6.

3 *In alijs tamen*, &c.] Notatur ad hoc quòd in prouisione facta ab Ordinario non est opus impetranti facere mentionem de obtentis, vt per Azor. *d. cap.* 10. *q.* 4. Nicol. Garc. *de benef. pag.* 11. *cap.* 4. *num.* 99. Sanct. *var. resol. q.* 50 *num.* 5. Nam Episcopi, & ordinarij in-
4 telliguntur prouidere Ecclesiis Motu proprio cùm ad hoc teneantur, sed Papa, & Legati prouident personis, & non Ecclesiis, vt dicit Card. *in præsenti sub num.* 13. *q.* 7. quem sequuntur Fel. *in cap. ad aures n.* 15 *vers. vnde dicit Card. de rescript.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 154. *& seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 6. *proœm. n.* 10. *& gloss.* 5. *num.* 173. *&* 184.

5 In glos. *Voluminis*. ibi, *Ordinariorum verò collatio vt naturalis, vel fauorabilis*, &c. Notatur ad hoc quòd iurisdictio Ordinaria dicitur naturalis, & fauorabilis, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 6. *proœm. n.* 7.

6 In eandem glos. ibi, *nec sunt collatores ordinarij*, &c. Notatur ad hoc quòd Capitulum prouidens ex indulto non est Ordinarius, vt per Felin. *in cap. cum olim num.* 1. *vers. & adde, de præscript.* Seraphin. *decis.* 980. *num.* 3. Buratt. *decis.* 484. *n.* 4.

De Procuratoribus

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, vel litteras suæ procurationis scienter sine protestatione recipiens, quibus constituens pro ipso cauebat super inclusis in procuratorio dominum descendere cogitur.*
2 *Mandatum datur per litteras missiuas, seu epistolas.*
3 *Procurator constituitur si recipiat litteras mandati, & taceat, videtur consentire.*
Instrumentum procuratoris scienter sine protestatione recipiens, videtur acceptare, & certus de suo iure potest substituere, si potestatem habeat substituendi.
5 *Debiti confessionem per epistolam missiuam quomodo quis extorquere possit, ostenditur.*
6 *Præsens, & tacens sibi præiudicat etiam in præiudicialibus, quando vltra taciturnitatem concurrit aliquis actus positiuus.*
7 *Litteras recipiens, scienter præsumitur approbare actum in contentum, secus si ignoranter.*

CLEM. Instrumento. I.

1 Procuratorem, quando quis eligit, & misit ei instrumentum, in quo cauet de iudicato soluendo, si procurator simpliciter, & scienter acceptat litteras, nulla facta protestatione, non potest retrocedere, sed tenetur, & potest cogi defendere reum. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Pan. Paul. Eleaz Bonif. de Vital. Viuian. *in ratio. lib. pag.* 533. Alag. *in compen. d. pag.* 186. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Vel litteris.] Ergo per litteras missiuas, seu epistolas datur mandatum, Achil. *decis.* 17. *num.* 2. *de procuratoribus.* Caputaq. *decis.* 185. *num.* 1. *& decis.* 185. *num.* 8. *pag.* 2. quos refert, & sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 63. *n.* 10. Flamin. Paris. *de resignat. benef. l.* 9. *q.* 6. *n.* 3. 2

Simpliciter nulla facta protestatione à se scienter receptis. Notatur ad hoc quòd si procurator constitutus recipiat litteras mandati, & taceat, videtur consentire, vt per D. Barbos. *in l. qua dotis num.* 258. *ff. sol. matrim.* ac proinde mandatum acceptasse, & certus de suo iure potuisse substituere, si potestatem habeat substituendi, vt per Mil. *repert. verbo procurator non dicitur, nec censetur, n.* 41. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, n.* 103. quos refert, & sequitur Rot. *decis.* 451. *n.* 2. apud Farin. *pag.* 2. *recent.* 3 4

Ex verbis *suprà* relatis bona desumitur cautela ad extorquendam confessionem debiti, cuius creditor probationem non habet, vt scilicet epistolam, in qua debitum narretur, debitori mittat quam priùs coram testibus legat qui postea præsentes sint receptioni talis epistolæ, quia recepta, si debitor taceat, sibi præiudicat, ita Bart. per text. *ibi in l. si filius fam.* 18 *ff. ad Macedon.* addit. *ad Alex. lit.* B. *in l. qua dotis, num.* 34 *ff. soluto matrim.* Mathesil. *not. ab.* 22. Pola *cautel.* 9. plures vt per Hippol. *in rub. de probationibus n.* 246. *& in pract.* §. *si diligenter, n.* 38. Cou. *in cap. Ioannes, n.* 4 *de testam.* Menoch. *de arbitr. casu* 23. Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumptionibus concl.* 2 Brunor. *in locis cōmunib. verbo littera, n.* 6. D. Barb. *in d. l. qua dotis n.* 158. vbi *n.* 159. ex alijs idē affirmat resoluendum in audiente nuncium alterius, & tacente, vt nisi statim arbitrio boni viri contradicat, similiter præsumatur consentire, sicut quando litteras recepisset, vt *in d. l. filius fam.* quinimo vlterius addit idem D Barbos. quòd siue in litteris contineatur quòd recipiens aliquid soluat tanquam debitor, vel contineatur aliquid nociuum, & præiudiciale recipienti, nisi recipiens de contraria voluntate protestetur, consentire præsumatur, idque ex taciturnitate, insimul cum facto accipientis, arg *d. l. si filius fam.* & text. *in præsenti.* 5

Non potest postea recedere, &c.] Notatur ad hoc quòd præsens, & tacens sibi præiudicat etiam in præiudicialibus quando vltra taciturnitatem concurrit aliquis actus positiuus, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 1218. *n.* 51. Surd *decis.* 23. *n.* 11. *& decis.* 264. *n.* 8. 6

In gloss. *Scienter* ibi, *Secus ergo si ignoranter*, &c. Notatur ad hoc quòd litteras recipiens scienter præsumitur approbare actum in eis contentum, secus si ignoranter, vt per Anton. Gabr. *lib.* 1 *commun. opin. tit. de præsumpt. concl.* 2. Mascard. *de probationibus conclus.* 380. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 65. *n.* 13. 7

SVMMARIVM.

1 *Procurator habens mandatum iurandi, & omnia faciendi, quæ requirunt speciale mandatum, contra electum, vel prouisum opponere non potest crimina, vel defectus, & n.* 2.
3 *Generalis facultas cum expressione aliquorum casuum exigentium speciale mandatum, non extenditur ad speciales casus maiores expressis.*
4 *Minor non est restituendus ad opponenda crimina, vel defectus contra electum.*
5 *Renuntians generaliter casibus fortuitis non videtur renunciare grauioribus, & maioribus.*

CLEM

Clem. Non potest. II.

1 PRrocurator generaliter constitutus ad agendum, defendendum, iurandum de calumnia, vel veritate dicenda, & ad omnia, quæ speciale mandatum exigunt, non potest opponere in personam electi nisi specialiter hoc in mandatis habeat, quia cum illa generaliter non veniunt maiora, vel grauiora, quæ in procuratorio sunt expressa. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac de Vital. Viuian *in ration. lib. 1. pag. 134.* Alagon. *in compend pag. 189.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. firmant Perez *l. 1. tit. 4. l. 3. Ordinam. pag. 556.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 808. n. 47.*

3 *Cum sub generalitate tali, &c.*] Notatur ad hoc quòd generalis facultas cum expressione aliquorum casuum exigentium speciale mandatum non extenditur ad speciales casus maiores expressis, vt per Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum p. 1. n. 253.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 65. num. 12.* vbi citat Paris. *consil. 40. num. 1. & 2. lib. 4.* Crauett. *consil. 95. n. 10. volum. 1.*

4 In gloss. *Grauiora.* ibi, *in tantùm quòd Ecclesia exclusa per peremptorium non restituitur ad ista proponenda.* Notatur ad hoc quòd minor non est restituendus ad opponendum crimina, vel defectus contra electum, vt per Couarr. *practic. c. 20. n. 4. vers. secundo,* Maurit. *de in integr. restit. p. 1. q. 64. art. 6. n. 41.*

5 Et ex hac gloss. iuncto text. colligit Fr. Emm. *in summ. tom. 1. c. 22. n. 5. ante fin.* quòd etiam si quis generaliter renunciet casibus fortuitis, non videtur renunciare grauioribus, & maioribus.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus etiam pro conreligioso, nisi pro consorte eiusdem litis, non potest procurator constitui sine licentia Superioris, nec etiam alium constituere, licèt habeat in mandatis.*

2 *Religiosis interdicitur procuratoris officium obire sine Superioris licentia.*

3 *Monachus procurator constituitur extra res sui Monasterij concurrente Superioris licentia.*

4 *Religiosus potest procurator institui ante licentiam Superioris, sed ipse acceptare non potest donec eam obtineat.*

5 *Superior immediatus sufficiens est ad dandam licentiam Religioso, vt procuratoris officium suscipere valeat.*

6 *Religiosus si absque Superioris licentia procurator constituatur, non valet actus procuratoris titulo gestus in iudicialibus saltem.*

7 *Religiosus non potest ex quantouis alicuius mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere.*

8 *Nouitius potest sine Superioris licentia procurator constitui.*

9 *Prælatus potest procuratoris munus obire.*

10 *Monachi plures vbi admittuntur in prosequutione cuiusque negotij, & conueniunt in idem, potest vnus ex illis constitui procurator pro alijs.*

11 *Exceptio defectus licentiæ potest litem contestatam opponi potest.*

12 *Religiosus quoties potest esse in iudicio absque Superioris licentia, integrum quoque ei est constituere absque illa.*

Clem. Religiosus. III.

REligiosus sine licentia Superioris non potest esse 1
procurator nisi pro suo consorte in eadem lite,
nec etiam alium constituere, nec substituere, licet habeat in mandatis. Colligunt ex Ordin. Lap Abb. Anch. Imol. Zabarell. Panorm Paul de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 525.* Alagon. *in compend. pag. 186.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Sicut non potest sine sui Superioris licentia, &c.] No- 2
tatur ad hoc quòd Religiosis interdicitur procuratoris officium obire sine Superioris licentia, vt per Franc. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 41. art. 2.* D. Barbosa *in l. si longius §. si filius fam. n. 50. ff de iudic.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2 l. 6. c. 13. n. 13. cum seqq.* Vnde colligitur posse Monachum procuratorem 3
constitui extra res sui Monasterij concurrente sui superioris licentia, sicuti docent Card. *hic n. 8* Vital. *n. 22. & 23* Innoc. *in c. cum I & A. n. 2. in fi & n. 3. de sent. & de re iud.* vbi Felin. *n. 21. vers. & illud.* Roman *reg. 278. in cap. Monachus n. 2.* Achill. *decis. 5. de procur.* & alijs, quos refert, & sequitur Rot. *decis. 445. n. 1. p. 2. recent.* vbi reprobat Ioan. And. Abb & Anchar. contrarium tenentes.

Sine sui Superioris licentia.] Obtenta scilicet, vt do- 4
cent *in præsenti* Card. *n. 3. oppos. 2.* & Imol. *num. 8.* quos refert, & sequitur Sanch. *d. cap. 13. n. 5.* vbi *num. 6.* subdit quod ante licentiam potest Religiosus procurator institui, sed ipse acceptare non potest donec eam obtineat.

Sui superioris.] Etiam immediati, vt tenet *hic* Card. 5
n. 1. notab. 2. & Imol. *n. 8.* quos refert. & sequitur Sanch. *d. c. 13. n. 8.*

Non potest, &c.] Ergo si Religiosus absque Superio- 6
ris licentia procurator constituatur, non valet actus procuratoris titulo gestus in iudicialibus saltem, vt per Dec. *in cap. 2. a num. 78. cum multis seqq. de iudic. in 2 edit* Cardin. *in præsenti num. 7. oppos. 11.* Imol. *n. 13.* & Bonif. *n. 26. & 27.* & vide Sanch. *d. cap. 13. n. 39. cum seqq.*

Ita non potest alium procuratorem constituere, &c.] 7
Notatur ad hoc quòd Religiosus non potest ex quantouis alicuius mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere; ratio est, quia substitutus non recipit officium absque actu substituentis, atque adeò etsi potestas substituti deriuetur à primo constituente, fit tamen mediante actu Religiosi; si autem adsit Superioris licentia potest Religiosus constituere ac substituere procuratorem, quia etsi text. *in præsenti* decidat non posse constituere, & non dicat absque licentia, cùm tamen id addiderit in priori parte, vbi dixerat non posse constitui ipsum Religiosum procuratorem, censetur idem repetitum in posteriori, quippe vtitur hic text. particula *ita,* quæ eius est naturæ, vt præcedentia repetat, ita docent *in præsenti* Card. *n. 4. oppos. 7. 10. & 1.* Imol. *num. 15.* & Bonif *num. 35.* & 36. quos refert. Sanch. *d. lib. 6. cap. 13. n. 11. & 13.* subiicit quòd si Religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, & talis constituatur cum facultate substituendi, non indiget noua Superioris facultate, vt substituere valeat, quia eo ipso quòd facultas acceptandi officij procuratoris est sibi concessa, censetur quoque concedi facultas substituendi ex solo substituentis mandato concessa.

In gloss *Religiosus.* ibi, *includit omnem professum.* Er- 8
go Nouitius in hac prohibitione non comprehenditur, quia non est verus Religiosus, vt per Abb. *hic num. 11.* & Imol. *num. 10.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 13. num. 2.* quicquid dicant Tiraq. *de retract. lig. §. 1. glos. 8. n. 23.*

Anton. Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 95.* & Lael. Zech. *de Republic. Ecclesiast. tit. de Regularib. cap. 3. num. 10.*

9 In eadem gloss. ibi, *sicut in Praelato* Notatur ad hoc quòd Praelatus potest procuratoris munus obire, quia sicut potest dare subditis licentiam huius muneris obeundi, ita ipse potest id obire, ita tenent *in praesenti* Card. *num. 3. oppos. 1.* Imol. *num. 12.* Abb. *num. 4.* & Bonif. *num. 21. & 22.* Dec. *in cap. 2. num. 71. de iudic. in edit.* Nauar. *comm. 2. de Regul. num. 64.* Azor. *instit. moral. pag. 1. lib. 12. cap. 11. q. 9.* Fulu. Pacian. *cons. 162. num. 176. cum seqq. tom. 1.* Sanch *d. lib. 6. cap. 13. num. 18.* vbi intelligit, dummodo adsit vtilitas Monasterij.

10 In gloss. *Conserte.* Notatur ad hoc quòd in prosequutione cuiusuis negotij, vbi plures monachi admittuntur, & conueniunt in idem, potest vnus ex illis constitui procurator pro aliis, puta si plures accusent Abbatem, vel prosequantur electionem, vel alio simili modo sit res communis, vt docent *in praesenti* Card. *num 13. q. 10.* Innoc. *in c. cum I & A àn. 4.* & *ibi* Host *n. 2.* Ioan. And. *n. 2.* Abb. *n. 29.* Anch. *n. 12.* Imol. *num. pen.* & Bellam. *n. 7. de sent. & re iudic.* Sanch. *d. l. 6. c. 13. numero 25.*

11 In glos. *Suscipere.* ibi, *verum tamen est quòd excipi potest*, &c. Notatur ad hoc quòd exceptio defectus licentiae etiam post litem contestatam opponi potest, sicuti docent *in praesenti* Abb. *n. 5.* Card. *num. 13. q. 9.* Imol. *num. 13.* & Bonifac. *num. 28.* Dec. *in cap. 2. num. 88. de iudic. in 2 edit.* Sanchez. *d. lib. 6. cap. 13. num. 43.*

12 In glos. *Constituere.* ibi, *repete sine Superioris licentia.* Notatur ad hoc quòd quoties Religiosus potest esse in iudicio absque Superioris licentia, integrum quoque ei est constituere procuratorem absque illa, quia cùm possit per se ipsum in iudicio tunc comparere, poterit similiter per alium, iuxta *reg. potest, de regul. iuris lib. 6.* quare ita docent *in praesenti* Imol. *num. 15.* Card. *numero 3. oppos. 3.* Abb. *numero 7.* Doctores *in cap. cum I & A. de re iudic.* Sanchez *d. lib. 6. cap. 12. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator à Rectore Ecclesiae pro ea constitutus reuocatur per obitum ipsius etiam quoad iam coepta, & num. 2.*

3 *Morte eiusdem Rectoris Ecclesiae reuocatur procurator ab eo constitutus.*

4 *Episcopi per mortem censetur reuocata iurisdictio ordinaria in persona Vicarij etiam quoad negotia iam coepta.*

5 *Vicarij iurisdictio suspenditur excommunicatione Episcopi.*

6 *Mandatum per mortem Rectoris reuocatur etiamsi causa sit eius propria.*

CLEM. Procuratorem. IV. & vlt.

1 PRocurator constitutus à Praelato, Rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia sua, vel beneficio, censetur reuocatus per mortem ipsius Rectoris etiam quoad negotia iam coepta. Colligunt ex Ordio. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Elcazar. Bonifac. de Vital. Viuian *in ration. lib. 1. pag. 536.* Alagona *in compend. pag. 186.* remissiuè Ximen. *in concordant. pag. 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 15. num. 46.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect. 319. in princ.* Put. *decis. 186. alias 182. num. 3. lib. 2.* Mantic. *decis. 213. n. 5.* vbi ampliat etiamsi procurator huiusmodi dominus litis sit effectus.

Per mortem.] Etiam ciuilem, vt tenent Rot. *decis. 28 de procurat. in nouis.* Cassador. *decis. 2. de appell.* Flamin. Paris. *de resig. benef. lib 1. quaest. 5. num. 43.* Chald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 15. n. 33.* Aloys. Ricc. *d. collect. 319.* 3

In gloss. *Contestata.* ibi, *quod mortuo*, &c. Notatur ad hoc quòd per mortem Episcopi censetur extincta iurisdictio ordinaria in persona Vicarij etiam quoad negotia iam coepta, vt docet Sbroz. *de Vicario Episcopi l. 3. q. 43.* Surd. *consil. 50. n. 3.* Vgolin. *de officio Episcopi p. 1. c. 4. §. 6 n. 4.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. disp. 30. à n. 1.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 106. n. 27.* D. Barbos. *in l. quia tale n. 93. ff. soluto matrim.* Narbona. *de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 157.* 4

In ead. gloss. ibi, *sed excommunicatus suspenditur*, &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatione Episcopi suspenditur iurisdictio Vicarij. Sbroz *d. l. 3. q. 17. n. 1. & 2.* Sanchez *d. l. 3. disp. 30. n. 2. cum seqq.* Iacob de Laurent. *de iudice suspecto c. 4. num 10.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. verbo Vicarius, §. 8.* Narbona *d. p. 1. num. 118.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 127.* vbi citat Marant. Gutier. & Rebuff. 5

In gloss. *Pro Ecclesia.* ibi, *innuit quod secus si pro causa propria*, &c. Vide Mantic. *dec. 213. n. 9.* vbi post Cassad. *decis. vlt. n. 3. vt lite pend. & decis. 2. n. 3. de appellat.* resoluit hanc glossam dum insinuare videtur mandatum per mortem Rectoris non reuocari si causa sit eius propria, non esse veram, vel non seruari. 5

De Restitutione in integrum.

TIT. XI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia probans se laesam per lapsum temporis, ad illud tempus tantùm restituitur, & infra quadriennium à tempore laesionis.*

2 *Restitutio aduersus lapsum quadriennij non conceditur.*

3 *Quadriennium restitutionis statutum est non solùm ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis.*

4 *Quadriennij spatium solùm ad implorandam restitutionem tam in foro Ciuili, quam Ecclesiastico hodie obseruatur.*

5 *Quadriennium restitutionis à principio est vtile, & in progressu continuum.*

6 *Ecclesia licet restitui velit aduersùs lapsum temporis, quod minus fuerit quadriennio, adhuc tamen ad restitutionem implorandam integrum quadriennium habebit.*

7 *Quadriennij lapsus nullatenus Ecclesiae nocebit si per iudicem, vel aduersarium steterit quominus causa intra illud finiatur.*

8 *Restitutio concessa post quadriennium est nulla.*

9 *Appellandi terminus non currit quando aduersarius vel iudex fuit in culpa ne appellaretur.*

10 *Tempus continuum illud dicitur, quod omni tempore, & omnibus currit etiam legitimè impeditis.*

11 *Quadriennium non currit in minori aetate, sed ex eo demum est computandum, quo maior est effectus.*

12 *Quadriennium Ecclesiae statim currit à tempore laesionis.*

Clem.

CLEM. Ab Ecclesia. Vnic.

1 ECCLESIA potest petere restitutionem in iotegrum aduersos lapsum temporis in quo se læsam affirmat, & ad illud tempos tantum restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in rational. lib. 1. pag. 553.* Alagona *in compendio pag. 193* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Aduersus lapsum temporis*, &c.] Nusquam tamen aduersus lapsum quadriennij erit restitutio concedenda', aliàs enim daretur restitutio ad restitutionem implorandam, & ita sequeretur processus in infinitum, iuxta doctrinam *gloss. vlt. ad fin. in l. interdum, ff. de minorib.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 5. in prælud. num. 15. vers. minus obstat, & quæst. 5. num. vlt. vers. neque obstat.*

3 *Finiri debet*, &c.] Ergo quadriennium, de quo *hîc* statutum est non solum ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis, vt per Bernard. *reg. 653. in princ.* Mascard. *de probat. concl. 282. num. 1.* Duaren. *ad tit. C. de temporib. restit. col. 2.* Sford. Odd. *de restitut. in integr. q. 19. n. 38. & 94.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q. 23 de restit. §. 1. n. 1.*

4 Verùm cùm iam hodie terminus litium finiendarum nullus sit, antiquata decisione *l. properandum C. de iudic.* huiusmodi quadriennij spatium solùm ad implorandam restitutionem obseruare, idque tam in foro ciuili, quàm ecclesiastico testantur Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ art. 2. gloss. 1. num. 4. cum seqq.* Chaldas Pereira *in l. si curatorem, verbo infra legitimum num. 1. C. de in integr restit. minor.* Morl *d. tit. 5. in prælud. num. 16.* Picard. *in §. extraneus num. 67. Instit. de heredum qualit & differ.*

5 *Intra quadriennium continuum.*] Quamuis quadriennium restitutionis sit vtile à principio. ita vt non incipiat currere nisi omni impedimento cessante; postquam verò incœpit, & ita in progressu continuom est in quo sensu accipi debet text *in præsenti*, secundũ Card. *hîc num. 28. & 30.* & vtrumque probat text. sic intelligendus *in l. vlt. C. de tempor. in integr. restit.* ibi. *continuum* & ibi, *ex die ex quo annus vtilis currebat*, & obseruat Fab. *in ration. l. intra vtile in princip. ff. de minorib.* Chaldas Pereira *d. verb. infra legitimum num. 3.* Card. Tusch. *lit. R. concl. 198. n. 9. & 16*

6 *Etiamsi minus quadriennio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd licèt Ecclesia restitui velit aduersùs lapsum temporis, quod minus fuerit quadriennio, adhuc tamen ad restitutionem implorandam integrum quadriennium habebit vt per Sfort. Odd. *de in integ. restitut. quæst. 19. nu. 39. vers quarto*, Bursat. *cons. 291. n 59.* Chald. Pereira *d. verbo infrà legitimum num. 8.* Sotd. *decis. 136. num. 2.*

7 In gloss. *Finiri*. ibi. *Si tamen non staret per Ecclesiam, sed per iudicem, vel aduersarium*, &c Notatur ad hoc, quòd si per iudicem, vel aduersarium steterit quominus causa intra illud tempus finiatur, lapsus illius nullatenus Ecclesiæ nocebit, vt per Cassador. *decis. 2. sub hoc tit.* Paris. *cons. 65. numero 60. lib. 3.* Afflict. *decis. 210. num. 4. & 5.* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib. 21. c. 10. §. pen.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. q. 19. n. 56. & quæst. 20. n. 53 & 54.* Cald. Pereira *de verbo infra legitimũ n. 2.*

8 In ead. gloss. ibi. *sed quid si post finitum quadriennium detur restitutio*, &c. Notatur ad hoc qoòd restitutio concessa post quadriennium est nulla. vt per Bernard. *reg. 653.* Mascard. *de probat. concl. 1276. n. 1.*

9 In ead. gloss. ibi. *vnde si per appellationem*, &c. Notatur ad hoc quod terminus appellandi non currit quando aduersarius, vel iudex fuit in culpa ne appellaretur, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 3. proœm numero 40.*

In gloss. *Continuum* ibi, *continuum est, quod continuè currit*, &c. Notatur ad hoc quòd tempus continuum illud dicitur, quòd omni tempore, & omnibus currit etiam legitimè impeditis. & in hoc à tempore vtili discriminatur, quod neque tempore impeditu, neque impeditis cedit. vt per Bard. *de tempore vtili, & continuo cap. 2. num. 6. cum seqq.* Balb. *de præscript. part. 4. quæst. 6. n. 3.* Perez *l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 599.* Azeued. *d. l. 5. n. 15. tit. 4. lib. 8. noua recop.* Sfort. *d. quæst. 19. n. 13. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 8. lit. T. concl. 33.* 10

In gloss. *A tẽpore*. ibi, *in hoc differt Ecclesia à minori* &c. Notatur ad hoc quòd quadriennium minori non currat à tempore contractus, aut læsionis, nec proinde in minori ætate, sed ex eo demum est computandum, quo maiores sunt effecti, vt per text. *in l. vlt. C. de tempor. in interest.* tradunt Chald. Pereira *de verbo infra legitimum num. 1.* & Sfort *d. quæst. 20. à num. 1.* tamen Ecclesiæ quadriennium statim currit à tempore læsionis, vt bene explicant Bernard. *reg. 219* Bero. *in cap. 1. num. 9. sup. hoc tit. in Decretalib.* Balb. *de præscr. 1. part. 6. n. 28.* Sfort *d. quæst. 20. num. 27. cum seqq.* inde aduertentes vulgarem illam traditionem, quæ habet Ecclesiam circa restitutionem fungi iure minoris esse intelligendum de minore etiam maiore effecto, vt in specie dicit gloss. *verbo iure minoris in cap. 1. & verbo Ecclesia. in fin. sub hoc tit. & gloss. 1. in cap. 1. eod. tit. in 6.* Morl. *d. tit. 5. in prælud. num. 15.* 11

In Librum II. Clementinarum.

De Iudiciis.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Bonifacij restringitur ad eos, qui impediunt ne ad illos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tutè non potest adiri*

2 *Personarum appellatione non veniunt Collegia, Vniuersitates, Capitula, & conuentus.*

3 *Papa mandat reum citari per edictum.*

4 *Citatio per edictum potest fieri contra eos, qui sunt in loco non tuto.*

5 *Tempus, quo citationes in audientia litterarum Apostolicarum debent remanere affixa est iudici arbitrarium.*

6 *Res vt dicatur non integra sufficit vnica citatio.*

7 *Verba*, cuiuscunque sint status, dignitatis, &c. *quam vim, & effectum habeant.*

8 *Specialiter cùm aliquid debet fieri, non sufficit verbis generalibus fieri.*

CLEM. Dudum. I. *Clem V.*

ONSTITVTIO Bonifacij VIII. quæ habet quòd citationes etiam extra dies 1
solemnes publicè dictæ de mandato Papæ in audientia litterarum Apostolicarum, vel Papali Palatio affixæ ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Papa cum Curia sua dedit, arctent citatum, ac si ad eum personaliter deuenissent, restringitur ad eos qui impediunt ne ad illos possit citato peruenire, vel quorum domicili um' tutè non

non potest adiri. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabarel Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib.* 1. *pag.* 20. Alagona *in compendio pag.* 207. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

2 *De personis quibuscunque.*] Non tamen Collegiis, Vniuersitatibus, Conuentibus, vel Capitulis, vt docent Bonifac. *hic n.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 37. *num.* 17. cùm latè per me adductis *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell.* 197.

3 *In mandante*, &c.] Papa ergo mandat reum citari per edictum, secundùm Menoch. *consi.* 10. *num* 95. *cum seqq.* quia de iure Canonico requiritur speciale rescriptum Papæ vt possit Ordinarius procedere per edictum, vt per Felin. *in cap. quoniam frequenter §. porrò num.* 13. *vers. circa gloss. &* n. 14. *vers. ceterùm si loquimur, vt lite non contest.* Rot. *decis.* 8. *in addit. de dolo, & contm. in nouis*, & *in Ianuen. separationis thori* 16. *Februarij* 1632. coram Reu. D. meo Coccino Decano, Vanti. *de nullitat. tit. ex defectu citationis num.* 126.

4 *Vel quorum domicilia, siue loca non possunt tutè*, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio per edictum fieri potest contra eos, qui sunt in loco non tuto, vt per Marian. *de citat. art.* 23. Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *tit. de citat. memb.* 1. *n.* 85. Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. n.* 124. *cum seqq.* Menoch. *remed.* 8. *recuper. num.* 114. *& cons.* 666. *n.* 4. Ceual. *commun. quæst.* 809. *n.* 30. Melch. Phœbos *Lusit. decis. tom.* 1. *Aresto* 131. Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 4. *de citat. n.* 47.

5 *Ianuis affigendæ*, &c.] Tempus autem quo remanere debent sic affixæ est iudici arbitrarium, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 463. *n.* 3. quem refert Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 20. *n.* 11. vbi subdit cum Surd. *cons.* 181. *num.* 36. satis esse quòd Nuncius referat se affixisse.

6 In gloss. *Citationes.* ibi, *vt sciatur super tali citatione posse firmari iudicium*, &c. Notatur ad hoc quòd vt res dicatur non integra, sufficit vnica citatio, & non requiritur trina, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 14.

7 In gloss. *Quibuscunque.* ibi, *cuiuscumque sint status, dignitatis, vel præeminentiæ*, &c. De vi autem, & effectu horum verborum, vide Rebuff. *in tract. nominat. quæst. num.* 21. Monet *de decimis cap.* 9. *q.* 3. *n.* 182. vbi quòd comprehendit etiam S. R. E. Cardinales, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 38. *per totam.*

8 In gloss. *Specialiter.* ibi, *non sufficeret ergo generale mandatum*, &c. Notatur ad hoc quòd per generale mandatum de citando à Papa factum non potest per edictum citari, sed requiritur quòd Papa specialiter, & ex certa scientia hoc mandet, vt per Abb. *in præsenti post princip. vers. per generalem.* Rot. *in D. Ianuen. separationis thori.* cùm etiam aliquid debet fieri specialiter, non sufficit verbis generalibus fieri, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 119.

9 In gloss. *Ex certa scientia.* ibi, *quare littera ista videtur excludere mandatum, quod Papa faceret per ignorantiam, vel errorem*, &c. Notatur ad hoc quòd tunc dicitur aliquid fieri ex certa scientia, quando non fit per ignorantiam, vel errorem, vt per Xuar. *alleg.* 12. *num.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter, & de plano absque iudiciorum strepitu, & figura iudicij proceditur in causis etiam pendentibus beneficialibus decimarum, matrimonialibus, & vsurarum, & eas tangentibus.*

2 *Decimarum in causis proceditur summariè, præcipuè quando est inter clericos, quibus de iure debentur decimæ, vel quando quæstio inter duas Ecclesias super iure percipiendi decimas, & n.* 3.

4 *Decimarum controuersia vbi quæstio iuris est etiam incidens, spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*

5 *Decimas non soluens potest & debet excommunicari.*

6 *Iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali.*

7 *Quæstio dependens illa esse dicitur, quæ quoquomodo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit.*

8 *Clausula*, simpliciter, & de plano, *quam vim & effectum habeat, remissiuè.*

9 *Simpliciter, & de plano, & absque ordine iudiciario proceditur in causis summariis.*

10 *Ecclesia, & hospitalia parificantur.*

11 *Monachatus est beneficium Regulare.*

12 *Canonicatus sub nomine venit etiam Canonicatus Regularis.*

13 *Beneficialis causa tunc dicitur quando agitur dumtaxat de collatione iam facta, vel facienda, & sic de titulo in re, vel ad rem, tam in petitorio, quàm possessorio.*

CLEM. Dispendiosam. II. & vlt.

Ad euitandam dispendiosam prorogationem litium, quæ nascitur ex subtili obseruatione iuris, statuitur vt in causis super electione, postulatione, prouisione, dignitatibus, officiis, canonicatibus, præbendis vel quibusuis beneficiis Ecclesiasticis, aut super decimis, matrimonialibus, vsuris vel eas quomodolibet tangentibus, procedi possit simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 20. Alagona *in compend. pag.* 207. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Super decimis.] Notatur ad hoc, quòd in causis decimarum proceditur summariè, præcipuè quando est inter clericos, quibus de iure debentur decimæ, & eos, qui soluere debent Monet. *de decimis cap.* 8. *n.* 41. immo & procedi poterit sine aliqua iuris solemnitate, vt tradit Card. *hic num.* 28. & Imol. *num.* 7. item tempore feriarum ob necessitates, sicuti docet Euerard. *in topicis lega. in loco à tribut. ad decim. num.* 4. 2

Amplia vt procedat etiam quando quæstio fuerit inter duas Ecclesias super iure percipiendi decimas, secundùm Rot. *decis.* 14. *num.* 2. *de decim. in nouis*, Marant. *de ordine indic. part.* 4. *dist.* 9. *num.* 174. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *decima vers. ad sextum*, Monet. *dict. cap.* 8. *num.* 43. vbi *numero.* 271. disputat an quando exactio, vel solutio decimæ Papalis in iudicium deducitur summariè tractari possit iuxta dispositionem text. *in præsenti.* 3

Notatur etiam textus *in præsenti* ad hoc quòd decimarum controuersia, vbi quæstio iuris est etiam incidens, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, vt per Rebuff. *in tract. de decim. quæst.* 10. *num.* 2. *&* 38. Monet. *in simili tractat. cap.* 8. *à princip.* Perez *l.* 1. *vers. dubitatur vlterius tit. lib.* 1. Ordin. *pag.* 129. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæst.* 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 26. *num.* 3. *&* 4. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo decima* §. 6. Seraphin. *decis.* 1047. *n.* 3. D. Barbos. *in l. Sitian.* 19. *ff. soluto matrimonio.* 4

Censura Ecclesiastica coerceri.] Notatur ad hoc quòd nō soluēns decimas potest & debet excōmunicari, Cōcil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. c.* 12. Monet. *d. c.* 8. *n.* 64. 5

Et

6 *Et eas quoquo modo tangentibus.*] Eadem ergo esse solet natura quæstionis incidentis, atque emergentis in causa principali, quæ est ipsius causæ principalis, vt per Menoch.*remed.4.adipiscenda possess.num.*813. Et ideo iudex, qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali, secundùm D. Barbosa *in l.venditor, num.*185.*ff. de iudic.* quia connexorum idem est iudicium, vt dixi *Axiomate* 51.

7 Notatur etiam ad hoc, quòd dependens quæstio illa esse dicitur, quæ quoquo modo negotium principale tangit, & ab eo originem trahit, sicut docet Menoch.*de arbitr.lib.*1.*q.*45.*n.*6.*cum seqq.*

8 *Simpliciter, & de plano,* &c.] De vi, & effectibus huius clausulæ dixi latè *in tract.de clausulis vsufr.claus.* 176.secundùm Lugd.impress.

9 Notatur ad hoc quòd in causis summariis proceditur simpliciter de plano, & absque ordine iudiciario, vt per Guid.Pap. *decis.*569. Ozasc.*decis.*1. Aloysius Riccius *in collect.decis.part.*4.*collectan.*1202.vbi enumerat multa priuilegia, quæ habet iudicium summarium.

10 In gloss.*Beneficiis.*ibi, *nunquid in causis super hospitalibus,* &c. Notatur ad hoc quòd quando purificantur Ecclesiæ, & hospitalia tunc quòd in beneficiis statuitur, habet locum & in hospitalibus, vt per Rebuff. *in tract.nominat.quæst.*9.*n.*8. Vbi enim materia est fauorabilis, appellatione beneficiorum hospitalia continentur, prout ex hac gloss. colligunt Ioann.Selu.*de benefic.part.*1.*quæst.*3. Flamin.Paris.*de resignat. benefic. lib.*11.*quæst.*3.*n.*49. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloss.*5. §.4.*n.*2.

11 In ead.gloss. ibi, *eadem ratione cùm monachatus sit officium.* &c. Notatur ad hoc quòd monachatus est beneficium Regulare, vt per Azor. *instit.moral. part.*2. *lib.*3.*c.*26.*q.*7.

12 In ead.gloss. ibi, *Negari non potest quin Canonicatus Regulares,* &c. Notatur ad hoc quòd sub nomine Canonicatus venit etiam Canonicatus Regularis, vt per Card. *hic quæst.*5.*num.*13.& Imol.*num.*3. Nauarr. *in comment.*1. *de Regularib.n.*4.& *comm.*2.*n.*67.*vers. addo* 14.Flamin. *de resignation.lib.*11.*q.*3.*n.*88. Rota *decis.*667.*n.*1.apud Farin.*in collect.nouiss.aliàs part.*4. *diuers.*

13 In ead.gl.ibi, *cùm illa quæstio beneficialis non sit,* &c. Notatur ad hoc quòd tunc dicitur causa beneficialis quando agitur dumtaxat de collatione iam facta, vel facienda & sic de titulo in re, vel ad rem, tam in petitorio, quàm in possessorio, ita Gonzal *ad reg.*8.*Cancel.* §.2.*proœm.num.*65. *cum seqq.* quem tacitè transcripsit Aloys.Ricc.*in collect.decis.p.*5.*collect.*1564.

14 In glos.*Ecclesiasticis.*ibi, *in secularibus ergo nihil est mutatum, quamuis in ecclesiastico foro tractentur.* Ita Gig.*de pensionib.q.*71. *n* 5.

15 In gloss.*Decimus.*ibi, *quid de decima Papali,* &c. An & quando exactio, vel solutio decimæ Papalis in iudicium deducitur, causa summariè tractari possit? vide Monet.*de decimis c.*9.*q.*5.*n.*271.

16 In ead glos.ibi, *ergo si dicebantur ex pacto,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi fuerit quæstio de decimis debitis ex pacto, vel pollicitatione, tunc causa non est summaria, vt tenet Monet. *de decim. q.n.*46.

17 In gloss.*Præmoniti.*ibi, *quod faciant monitionem,* &c. Notatur ad hoc quòd non soluens decimas excommunicari potest monitione præmissa, vt per Monet. *de decim. c.*8.*n.*69.

18 In gloss.*Coerceri.*ibi, *& contra pertinaces inuocari potest brachium seculare.* Notatur ad hoc quòd contra pertinaces in solutione decimarum inuocari potest brachium seculare, vt per Rebuff. *de decim.quæst. vlt. n.*18.Monet.*in simili tract.c.*8.*n.*57.

Notatur etiam ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus non debet inuocare brachium seculare antequam procedat primò excommunicando, deinde anathematizando, & interdicendo, vt per Palar.*in repet. c. per vestras, de donat inter virum & vxor.notab.*2.§.1.*n.*17. 19

In gloss.*Matrimoniis.* Quis sit competens in causis matrimonialibus, & vbi est quæstio successionis, & natalium, in qua incidit causa matrimonialis in principali, dixi latè *de officio, & potest. Episcop. part.*3. *alleg.*84. 20

In gloss.*Vsuris.*In causis vsurarum quis sit verus, & competens iudex, vide quæ dixi *in collect.ad cap. post miserabilem* 12.*de vsuris, in Decretal.* 21

In gloss. *Pendentia.* Notatur ad hoc quòd quando lex concernit modum ordinandi, seu præparandi causas, includit etiam pendentes in quocunque statu sint, vt per Melch.Phœbos *Lusitan. decis.*50.*n.*6.*tom.*1. 22

De Foro competenti.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Episcopus gaudet alternatiua si non potest ingredi nec residere in sua diœcesi ob proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent.*
3 *Partis nomine continetur dimidia.*
4 *Dictio,* Pars, *iuncta verbo,* aliqua, *verificatur in qualibet minima parte.*
5 *Exemptus locus intra diœcesim iudicatur vt extra diœcesim.*
6 *Publicatio, quæ fieri debet diebus festiuis, & solemnibus, dum celebrantur Diuina, sufficit fieri tempore prædicationis.*
7 *Subditus propriè quis dicitur ratione domicilij, & habitationis.*
8 *Dictio,* omnimodo, *est vniuersalis omnia comprehendens.*
9 *Princeps si concedat castrum cum tota iurisdictione, concessum dicitur etiam merum, & mixtum imperium.*
10 *Diœcesani dicuntur illi, qui in loco habent Episcopalem iurisdictionem, vel quasi.*
11 *Consuetudine quacunque reprobata, censetur reuocata, & sublata etiam immemorialis.*

Clem. Quamuis. Vnic.

Licet sacris Canonibus prohibitum sit Episcopum exercere iurisdictionem in diœcesi aliena, tamen conceditur Episcopo, qui expulsus à sua diœcesi non potest per se, vel per alium in aliqua parte suæ diœcesis residere, vel iurisdictionem exercere, vt valeat in ciuitatibus, vel locis insignibus alienæ diœcesis vicinioribus suæ diœcesi, quibus securè morari poterit, & iurisdictionem suam exercere, contra expulsores, eorum consiliarios, & fautores liberè procedere, prout iustitia postulauerit; & si Episcopus non audet modo præfato, citare illos, vel ipsimet malitiosè impediunt, citentur in pluribus diebus festiuis, cùm concursus populi sit ad Diuina in solemnibus Ecclesiis alienæ diœcesis, vt verisimiliùs citatio ad illos perueniat, & transacto termino procedat. Item, 1

Item Episcopus expulsus si per se, vel per alium non audet, vel non possit in propria diœcesi, exerceat iurisdictionem inter suos subditos in aliena, itaut subditi, qui non sunt expulsores, vel adiutores, non trahantur extra fines diœcesis vltra duas dietas; item ante omnia petat licentiam à Diœcesano illius loci, & si petitam non obtinet, potest exercere iurisdictionem. Item si Episcopus dicat quòd in sua diœcesi contra præfatos nequit vel non audet exercere iurisdictionem, vel non tutè possit citare, standum est simplici dicto illorum, & caueant ne mendacium dicant. Item conuicini Episcopi locorum requisiti faciant denunciare sententias, & processus in propria diœcesi, & per prædicta nullum generetur præiudicium superioribus eorundem locorum. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Imol. Zabar Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viui. *in rational. lib. 2. pag.* 39. Alagona *in compend. pag.* 214. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. & part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam partem ex hoc text. desumit Gnuzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 43. *num.* 200. hinc inferens quòd gaudere valet alternatiua Episcopus, qui non potest ingredi, nec residere in sua diœcesi ob proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent.

3 In gloss. *Aut earum parte.* ibi, *quia nomine partis continetur dimidia.* Ita Card. *in præsenti quæst.* 9. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo omnia, vel partem num.* 8. *C. de reuocand. donat.* Brun. *cons.* 9. *n.* 3. & *cons.* 154. *n.* 28. vbi ait procedere in dubio Bald *cons.* 54. *Casus breuis, in fine, vers. vnde lib.* 1. vbi dicit quòd testes deponentes simpliciter de parte intelliguntur de dimidia, & *cons.* 326. *Actturus petitionem.* 2. *versic. sequitur lib.* 2. Sim. de Prætis *de interpr. vltim. volunt. lib.* 4. *solut.* 4. *num.* 8. *fol.* 380. Surd. *decis.* 102. *num.* 1. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 6. *lit. P. conclus.* 103. *n.* 2. & 3. quos refero ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 185. *num.* 1.

4 In ead. gloss. *in addit. marginali.* ibi, *dictio*, pars, *iuncta verbo*, aliqua, *verificatur in qualibet minima parte.* Ita Gemin *cons.* 6. *n.* 6. *vers. similiter dicitur*, Anch. *cons.* 160. *n.* 4. *vers. præterea.* Curt. sen *cons.* 49. *num.* 96. Matth Brun. *d. cons.* 154 *num* 29. Ranchin. *lib.* 2. *conclus.* 237. Bernard *reg.* 529. *vers. secundò limita*, Surd. *decis.* 283. *num.* 8. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 37. *n.* 24. *colum. fin.* Ferret. *in constit. Cathaloniæ gloss.* 4. *num.* 187. Mantic. *decis.* 192. *numero* 2 Card. Tusch. *d. lit. P. conclus.* 103. *num* 7. ego ipse *d. appell.* 185. *num.* 4. Et faciunt quæ de *dict. Aliquis*, dixi *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 22.

5 In ead. gloss. ibi, *quid si alieno loco sua diœcesis tamen exempto*, &c. Notatur ad hoc quòd locus liber, seu exemptus intra diœcesim iudicatur vt extra diœcesim, vt per Flores de Mena *variar. lib.* 3. *q.* 24. *num.* 32.

6 In gloss. *ad Diuina.* ibi, *quid si conuenissent ad audiendum verbum Dei.* &c. Ergo publicatio, quæ fieri debet diebus festiuis. & solemnibus dum celebrantur Diuina, sufficit tempore prædicationis secundùm Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 6. *n.* 14.

7 In gloss. *Subditos.* ibi, *qui non ratione domicilij*, &c. Notatur ad hoc quòd propriè quis dicitur subditus ratione domicilij, & habitationis, vt per Tiraq. *de retractu lig.* § 9. *gloss.* 2. *n.* 22. Couar. *pract. cap.* 11. *num.* 4. Surd. *cons.* 313. *n.* 66. Chald. Pereira *in resp. pro Ferdinando Pereira num.* 3. D. Barbos. *in l. hæres absens* §. *vlt. n.* 39 *ff. de iudic.*

8 In gloss. *Omnimodam.* Notatur ad hoc quòd dictio *omnimoda*, est vniuersalis omnia comprehendens, vt per Anton. de Butr. *cons* 19. *n.* 5. Decian. *cons.* 35. *n.* 47. *lib.* 2. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 320. *num.* 1. quos refero ego ipse *in tract. de diction. vsufreq. dict.* 238. secundùm Lugdun. impress.

In ead gloss. ibi, *etiam merum, & mixtum imperium*, 9
&c. Notatur ad hoc quòd si Princeps concedat castrum cum omnimoda, siue tota iurisdictione, tunc concessisse dicitur etiam merum & mixtum imperium, vt tradunt Couar. *pract. cap* 1. *num.* 10. *vers. primum.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 97. *n.* 34. faciunt quæ dixi *d. tract. dict.* 339.

In gloss. *Diœcesanus.* ibi, *per diœcesanos intelligo eos,* 10
qui habent in loco Episcopalem iurisdictionem, vel quasi. ita Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 14. & 16. Flores de Mena *vari. lib.* 3. *quæst.* 24. *n.* 9. cum aliis per me citatis *in tract. de appellatiua verborum iuris significat. verbo Diœcesanus.*

In gloss. *Quanticunque.* ibi, *etiam cuius initij, vel con-* 11
trarij non sit memoria, &c. Ergo reprobata consuetudine quacunque censetur reuocata, & sublata etiam immemorabilis, secundùm Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. Flores de Mena *var. lib.* 2 *quæst.* 21. *num.* 16. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 31. & alios plures, quos citaui *in tractat. de clausulis vsufrequent. clausul.* 87. *num.* 3. vbi tamen *num.* 8. refero multò plures contrarium tenentes.

De Causa possessionis, & proprietatis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij in causa delata etiam per appellationem ad Curiam vtraque pars potest petitorium & possessorium intentare, & ante causæ conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo, vel aduersarij, possessorium prosequi, & n.* 2.

3 *Beneficij appellatione comprehenduntur maiora, & minora beneficia, ac præbenda.*

4 *Spoliatus, qui petit restitutionem beneficij Ecclesiastici remedio recuperandæ possessionis nequit restitui, nisi probato titulo saltem apparenti, seu colorato.*

5 *Titulus coloratus dicitur ille, qui est habitus ab eo, qui dare poterat, & ita est ex se legitimus.*

6 *Tituli color quomodo probetur, remissiuè.*

7 *Declaratur text. in cap. in litteris, restit. spoliato.*

8 *Restitutio non fit vbi agitur de beneficio Pontifici reseruato etiamsi probetur titulus coloratus, sed oportet examinare an titulus verè, & realiter reseruationi derogauerit.*

9 *Restitutio beneficij tam reseruati quàm non reseruati quando petitur ex remedio attentatorum, tunc conceditur etiamsi non probetur titulus coloratus.*

Clem. Causa. Vnic.

N causa beneficiali per legitimam 1
appellationem deuoluta ad Curiam, vtraque pars potest intentare petitorium, & possessorium, & ante causæ conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo, vel ab aduersario intentato, possessoriū prosequi. Colligunt ex Ord. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 90. Alagon. *in compend. pag.* 230 remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, 2
&

& declarant moltiplicitet Couar. *lib.1.var.cap.16.num.13.* Ioan.Garc.*de nobilitat.gloss.1.§.2.n.21.* Aloys. Riccius *in collect.decis.part.2.collect.254 per tot.* Valasc. *cons.91.num.2.cum seqq.* D. Barbos. *in l.si de vi.n.453 cum seqq.ff.de iudic.* Nota quòd quando super possessorio & super petitorio simul causa agitur, in quacunque parte iudicij ante conclusum in causa potest petitorium suspendi, vt super possessorio tantum sententia proferatur, *cap.pastoralis,* vbi Imol.*num.6.hoc tit.in Decretalib* Rot.*dec.34 part.2 diuers.* Gozad.*consil.10.num.22.* quod procedit non solùm in prima instantia, sed etiam in secunda & tertia, text.*in præsenti.* Alciat. *cons.69.n.12.lib.5.* Capyc.*decis.28.* vbi discutit de intellectu huius Clem. & an locum habeat suspensio petitorij non solùm in secunda instantia appellationis, sed etiam in causa supplicationis, & tandem in fine decisum fuisse affirmat per omnes de Consilio, quòd dicta suspensio locum habeat, facit decisio Rotæ *8.n.2.de causa possess.in nouis,* Verall.*decis.323.lib.* Anton.Gabr.*commun.tit.de restit spoliat.concl.1.n.105.* Honded.*cons.24.num.61.volum,2.* Marescot.*var.lib.1.cap.36.num.6.*

Et quamuis controuersum sit inter Doctores an petitorium in secunda instantia possit suspendi ab eo, qui illud in iudicium non deduxit, sed possessorium tantùm intentauit, alter verò de dominio excepit, illud quippe nullum desidium patitur, quòd quando ab vna parte, vtrumque iudicium proponitur si prius constet de possessorio quàm petitorium iustificetur, illo petente priùs de possessorio iudicandum, tradit Cyn *in l.sincerit,C.de interdictis,* Alexand.*cõs.117.Viso processu lib.2.* Socin.sen.*cons.262.num.2.vol.2.* Purpur. *cons.135. num.15 vol.1.* Abb. *in d.cap.pastoralis n.34. vbi,in fine,* docet hanc Clement.potius procedere in prophanis. & nullam versari differentiam, ac per consequens quòd in causa appellationis potest suspendi petitorium quando vtrumque sit deductum, & adiudicem appellationis deuolutum.

3 In gloss. *Beneficiali, comprehendit minora, & maiora beneficia,& prebendas* &c. Notatur ad hoc quòd beneficiorum appellatione comprehenduntur maiora, & minota beneficia ac præbendæ lato sumpto vocabolo, vt tradunt per me citati *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris sigatficat.verbo beneficium, in principio.*

4 In gloss.*Solo.ibi,contra de filiis.*&c Notatur ad hoc, quòd spoliatus, qui petit restitutionem beneficij ecclesiasti ci ex remedio recuperandæ possessionis, nequit restitui, nisi probato titulo saltem apparenti, seu colorato,sicuti docent Couar.*pract.cap.23.n.4* Mich. Grass.*tom.2.comm.opin.lib.7.tit.28.num.191.pag.316.* Anton. Gabr.*lib.3.commun.tit. de restit.spoliator.concl.num.121.cum seqq.* Menoch.*remed.15 recup.num.459.cum seqq.& n.464.* Mascard.*de probat concl.1322.* Brunor. à Sole *in locis communibus,verbo beneficia num.5.* Flamin. Paris *de resignat.benefic.lib.13.quæst.5.n.100.cum seqq.* Cardin.Tusch.*practic.concl.tom.7.lit.S.concl.187.* Chald. Pereira *quæst.forens.lib.1.quæst.22.n.38.* Valasc.*cons.79.num,4.cum.seqq.& cons.93.n.2.* D.Barbos.*in l.si de vi num.137.ff.de iudic.& in l.si Prætor §. Marcellus,n.37.ff.eod.tit.*

5 Titulus verò coloratus dicitur ille, qui est habitus ab eo,qui dare poterat,& ita est ex se legitimus,id est, secundùm leges,in communi, vt obseruant Cosm.*in pragmat.tit. de pacif.possess. verbo colorata,* Rebuff.*in concord.rub.de annatis vers.septima regula,* Afflict.*lib.1.constit.rub.24.num.45* Quomodo autem probetur tituli color, tradit Mascard.*de probat.conclus.1374.cum seqq.*

6 Non obstat text.*in cap.in litteris, de restit.spoliat.* tantùm enim probat non esse agendum de canonica institutione; idest, verùm sit vera & valida, non tamen negat,immo supponit, agendum esse de colorata; sine qua in beneficiis possessio probari non potest; similitudo verò prædonis, quam text.in fine habet, est veluti argumentum à fortiori, quasi dicat, si prædo, qui nullum titulum probat, secundùm iuris rigorem, restituens est, multò iustius restituetur is, qui beneficij restitutionem petit, quia etiamsi canonicum titulum non probet,probat tamen saltem coloratum,vt intendit Pan.*in d.cap.in litteris num.23. in fine,* vbi Bero.*num.77.* Menoch.*remed.1.recuper n.131.* apud quos vide alios illius text. intellectus,

Siverò agatur de beneficio Pontifici reseruato non fit restitutio etiamsi probetur titulus coloratus, sed oportet examinare an titulus verè, & realiter reseruationi derogauerit, Rot.*decis.3. de restitut.spoliat. in nouis,* Nauar.*in cap.accepta oppesit.10.illo tit.* Cassad.& infiniti alij, vt per Menoch.*d.remed.15 n.343.* Valasc. *de iure emphyt.quæst.8.num.27.* ratio est secundùm illos,quia reseruatio non solùm titulum, sed etiam possessionem anuullat, propter decretum, quod semper habeat annexum irritans collationem in contrarium factam, & omnia inde sequuta, & ita etiam possessionem,arg.*cap si eo 45.ibi, vt effectu careant ea,quæ postmodum,* &c.*de elect.hoc lib.* atqui restitutio non fit nisi probetur possessio. Igitur,&c. 8

Sic etiam quando restitutio beneficij tam non reseruati, quàm etiam reseruati petitur ex remedio attentatorum, vt quia spoliatus lite, vel appellatione pendente spoliatus fuit,tunc conceditur, etiamsi non probetur titulus coloratus, vt videri potest ex generalitate text.*in cap.bona 51.ad fin.ibi,decernimus reducendos,*&c.*de appellat.* in specie Nauar.*in d.cap. accepta opposit.2.num.5.* Couar.*d cap.23.num,4.* Anton.Gabr. *d.concl.1.num.123.* Mandos.*in formis commissionum forma 16.vers.casum,colum.2.* Ratio etiam illa est, quia remedium attentatorum non requirit probationem possessionis,iuxta generalitatem *tit.vt lite pendente, & ff.nil nouari,* atqui vbi possessio non requiritur, titulus coloratus necessarius non est, iuxta supradicta. Igitur,&c. 9

De Dolo, & contumacia.

T I T. IV.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ante diffinitiuam etiam à diffinitiua lata eo absente citato,vel non,appellare potest,nisi prima appellatio fuerit friuola manifestè, quo casu non appellat tantum manifestius contumax.*
2 *Contumax fictus,qui fuit ad domum citatus, non in personam,auditur appellando.*
3 *Contumax verus dicitur,qui fuit citatus personaliter.*

CLEM. Si ante. Vnic.

PPELLANS ante diffinitiuam sententiam,si iudex non deferens eius appellationi eo citato, vel non citato vlterius in causa procedat, & sententiam diffinitiuam, contra ipsum etiam absentem ferat, vbi prima appellatio non fuerit manifestè friuola, potest ab illa sententia diffinitiua intra tempus debitum appellare Colligunt ex Ordinar.Anch.Imol. Zabarel.Panorm.Paul.de Eleazar. Bonifac.de Vitalin, 1

Mm Vitian.

Viuian.*in ration.lib.2.pag.* 115. Alagon.*in compendio pag.*241. remissiuè Ximen.*in concord. part.*1.& 2.

2 *Eo citato, vel non citato*, &c. Notatur ad hoc, quòd
fictus contumax, qui fuit ad domum citatus, & non in
personam, auditur appellando, vt per Perez *l.1.versic.*
3 *quaro* 17.*tit.*2.*lib.*3. *Ordinam.pag.*493. Dicitur enim
verè contumax, qui fuit citatus personaliter, sicuti latè
docet Sigism.Scacc.*de appellat quaest.*17.*limit.*3.*mem.*3.
cum seqq. vbi à *princip.limit.*3. probat verum contumacem non appellare.

Vt lite pendente nil innouetur.

Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Litigantes duo super beneficio si moriantur, siue vterque in Curia, vel solus possidens, vel neutro possidente alter tantùm altero alibi moriente, ad Papam, & in conuersis casibus ad Ordinarium spectat collatio si ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, si superstes, vel alius, cuius interfit, litem prosequitur, ex futuro euentu apparebit, ad quem collatio spectat.*

2 *Titulus ex possessione praesumitur nedum in fauorem possessoris, sed etiam tertij.*

3 *Possessor obtinere debet vbi vtriusque iura obscura sunt.*

4 *Possessio consideratur vt quis possit conferre, praesentare, eligere, & fructus percipere, non autem quis bonum ius habeat.*

5 *Ordinarius non prohibetur in perpetuum beneficium litigiosum conferre, sed eius potestas suspenditur donec futurus litis declaratur euentus.*

6 *Lis extinguitur per obitum vtriusque collitigantis in beneficialibus, & beneficium manet liberum.*

7 *Vacare non dicitur in Curia beneficium per electum non confirmatum.*

8 *Electio sine confirmatione non tribuit ius in re, sed ad rem.*

9 *Beneficium esse collatiuum aliud est dicere, & aliud sibi debitum.*

10 *Vacatio durat vsque ad confirmationem.*

11 *Episcopalis Sedes dicitur vacare vsque ad confirmationem electionis vbi per electionem processum fuit.*

12 *Beneficium non dicitur vacare ex parte presentati antè institutionem.*

13 *Beneficium non vacat per mortem prouisi in forma. Dignum ex causa resignationis antequam dignus repertus, seu declaratus fuerit, sed per mortem sui vltimi possessoris.*

14 *Beneficia priora non dicuntur vacare, nisi post adeptam pacificam possessionem secundi.*

15 *Collatio priorum beneficiorum incompatibilium vacantium in mense Ordinario spectat ad illum non obstante quòd beneficiarius tunc temporis existebat in curia, quia ibi dicitur vacare beneficium vbi apprehenditur possessio.*

16 *Beneficium existentis in partibus renunciatum per procuratorem in Curia in ea vacat.*

17 *Ordinarij collatores sunt, qui suo iure conferre possunt beneficia ecclesiastica, siue habeant à iure siue à Papa, vel consuetudine.*

18 *Possidens melius ius habere praesumitur.*

19 *Dominium praesumitur ex possessione beneficij, modò titulus incidenter adducatur.*

Clem. Si duobus. I.

I duo litigant super beneficio ipsis collaro, & moriantur in Curia, tunc col- 1
latio beneficij spectat ad Papam; si ambo moriantur extra Curiam, spectat ad
Ordinarium, dummodo ius beneficij
fuerit penes defunctos, non penes tertium. Si vnus
moritur in Curia, alter extra, si moriens in Curia beneficium possidebat, ad Rom.Pont. si verò alius, ad Ordinarium; si neuter possidebat & moriantur vnus extra,
alter intra, praefertur Papa in collatione facienda; si
vnus tantùm moritur, alter prosequitur litem, interim
beneficium non confertur, & si postea cognoscatur beneficium spectasse ad defunctum, si mortuus fuit in Curia, spectat ad Papam, si extra, ad Ordinarium, si ad neutrum spectabat, tunc Ordinarius confert. Salua, &c.
Colligunt ex Ordinariis Lap. Abb Anch. Imol. Zabar.
Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital. Viuain.*in rationali lib.*2.*pag.*125 Alagona *in compend.pag.*246. remissiuè Ximen.*in concord.p.*1.& 2.

Beneficium possidebat, &c.] Notatur ad hoc, quòd 2
possessione praesumitur titulus nedum in fauorem
possessoris, sed etiam tertij, vt per Tiraq. *de iure primogen.quaest.*17.*opinion.*11.*n.*21. Rebuff.*in tract. nominat. quaest.*17.*num.*27.

Notatur etiam ad hoc quòd vbi vtriusque iura ob- 3
scura sunt, obtinere debet possessor, vt per Mascard.*de
probat.concl.*1194. Et quod ad effectum vt quis possit 4
conferre, praesentare, eligere, & fructus percipere, solùm consideratur quis possideat, non autem qui bonum ius habeat, tradit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.g.*15.
*§.*1.*n.*54.*cum seqq.*

Si verò alter tantummodo, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
Ordinarius non prohibetur in perpetuum beneficium
litigiosum conferre, sed eius potestas suspenditur, donec futurus litis declaretur euentus, vt per Couar.
*practic.concl.cap.*36.*sub num.*7.*vers. quinto ad idem*, Simonet.*de reseruat. quaest.*10.*n.*5. Mandos.*in reg. de impetrantib. beneficia per obitum famil.Cardin.q* 9.*n.*5.6.
& 7. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.§.*7. *proaem.num.*118.&
*gloss.*6.*n.*146.*cum seqq.*

Mors contingat vtrumque, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
per obitum vtriusque collitigantis in beneficialibus
extinguitur lis, & beneficium manet liberum, vt per
Card.*in praesenti n.*3.& Vitalin.*n.*12.& 34. Cou.*c.*36.
*n.*7.*vers. primus casus*, Put *decis.*354. aliàs 553.*n.*1.*lib.*3.
in correctis, Gonzal.*d.gloss.*6.*n.*151.

In gloss.*Collato.*ibid.& *per hoc puto solus*, Notatur 7
ad hoc quòd vocare non dicitur in Curia beneficium
per obitum electi non confirmati, vt per Vitalin.*in
praesenti n.*47. Couar.*pract.cap.* 26.*n* 7.*vers.primus casus constituitur*, Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss.*15.*§.*2.*n.*3.

Et ideò per hanc gloss. probatur electionem sine 8
confirmatione non tribuere ius *in re*, sed ad rem, vt
dicit Mascard.*de probat.concl.*1375.*n.*5.

Et ex illa etiam colligitur quòd aliud est beneficiũ 9
esse collatum, & aliud dicere sibi debitum, vt testatur
Gonzal.*ad reg* 8 *Cancel.§.*1.*proaem.n.*68.

In ead.gloss.ibid, *durat enim prima vacatio vsque ad* 10
confirmationem. Notatur ad hoc quòd vacatio durat
vsque ad confirmationẽ, vt per Flamin.Paris. *de resign.
benef.lib.*7.*q.*23.*n pen.* Vnde Sedes Episcopalis dicitur 11
vacare vsque ad confirmationem electionis, vbi processum fuit per electionem, Rota *in Placen beneficiorum*
10.*Nouemb.*1617. coram Reuerendiss. D. meo Coccino
Decano, cuius meminit Lauor.*var.lucubrat.tom.*1.*tit.*4.
*cap.*36.*sub.n.*19. Hinc etiam ante institutionem benefi- 12
cium non dicitur vacare ex persona praesentati, secundùm Aloys. Riccium *in collect.dec part.*5.*collect.*1742.

13 Et ideò sequuta morte prouisi in forma Dignum ex causa resignationis antequam dignus repertus, seu declaratus fuerit, beneficium non vocat per mortem illius, sed per mortem vltimi possessoris; vt nouissimè fuit tentum *in Rota in vna Ampurien. beneficij* 18. *Februarij* 1625. R.P.D. Merlino, sicut, refero ego ipse *in tract. de clausulis vsufreq. clauf.* 66 *n.* 8. secundum Lugdunens. impress.

14 In ead. gloss. ibi. *sed per possessionem pacificam*, &c. Notatur ad hoc quòd beneficia priora non dicuntur vacare nisi post adeptam pacificam possessionem secundi, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo vaca-*
15 *tio vers. primo*, & ideò collatio priorum beneficiorum incompatibilium vacantium in mense Ordinario spectat ad illum, non obstante quòd beneficiatus tunc temporis existebat in Curia, quia ibi dicitur vacare beneficium, vbi apprehenditur possessio, & attendendus est locus vbi procurator exercet illud ministerium, ita *in praesenti* docent Bonifac. Vitalin. *n.* 73. Card. *n.* 18. & Imol. *n.* 19. *in fine*, quos refert Gonzal. *d. gloss.* 15, §. 2. *n.* 8. vbi *n.* 9. subdit hanc gl. respondere tacitae obiectioni, scilicet quòd talis possessio quoad primum beneficium fingit illum mortuum, sed mori non potest nisi in Curia, vbi personaliter est, quia respondet negando esse verè mortuum, sed fictè, & illa fictio trahitur ad
16 locum vbi capta fuit possessio: nam aliter sequeretur quòd beneficium existentis in partibus, renunciatum per procuratorem in Curia, vacaret in partibus, & non in Curia, quòd falsum est, vt docent Cou. *pract. cap.* 36. *n.* 4. *vers. caeterum.* Flamin. Paris. *de resign. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 56. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 13. *n.* 43. Imol. *hic n.* 18. *vbi n.* 20. subdit aliud esse dicendum si possessio in partibus capta non fuisset per procuratorem, sed per amicum, vel gestorem, & postea esset ratificata per existentem in Curia, quia ante ratificationem non vacat, sed in ipsa die ratificationis, & sic in Curia, vnde Surd. *decis.* 245. *n.* 7. colligit argumento huius glossae quòd locus ratificari, non tamen celebrari contractus attenditur quando contractus nullus ratificatur.

17 In gloss. *Ordinarium*, ibi, *id est, collatorem, etiamsi aliàs non haberet ordinariam iurisdictionem.* Notatur ad hoc quòd Ordinarij collatores sunt, in suo iure conferre possunt beneficia Ecclesiastica, siue id habeant à iure, siue à Papa, vel consuetudine, quamuis aliàs non habeant ordinariam iurisdictionem, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.* 8. *n.* 2. *& in concord. tit. de collation.* §. 1. *verbo Ordinarius collator*, *& §. praesatique Ordinarij, verbo Ordinarij collatores*, Cotras. *de benef. p.* 2. *c.* 4. *n.* 1. *& p.* 4. *c.* 1 *n.* 11. Petr. Greg. *eod. tract. c.* 38. *n.* 2. Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 23. *&* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 21. *n.* 33. *cum seqq.*

18 In gloss. *Possidebat* ibi, *sicut ergo in multis*, &c. Notatur ad hoc quod possidens melius ius habere praesumitur, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *prooem. num.* 52.
19 nam ex possessione beneficij praesumitur dominium, vt notat Imol. *hic num.* 2. modò titulus incidenter deducatur, Menoch. *de praesumpt. lib.* 6. *praes.* 63. *num.* 11. *cum seqq.* quem refert Gonzal. *vbi proximè n.* 53. vbi *n.* 55. subiicit, quòd eo ipso quòd constat de possessione beneficij praesumitur titulus cùm sine illo possideri non possit, & *num.* 59. quód propterea dicitur vulgariter, *beatus, qui possidet.*

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur pendere quoad hoc vt nihil debeat innouari, cùm citatio legitimè peruenit ad partẽ, vel per eã stetit quominus perueniret cum tali expressione, quod potuit instrui, super quo conueniatur, & n.* 2.
3 *Lis quoad hoc vt nihil debeat innouari, probatur ex citatione ad dicendum contra commissionem executa contra collitigantem.*
4 *Attentatum vt dicatur, necessarium est quòd pendeat lis inter easdem partes, saltem per citationem factam cum effectu.*
5 *Litis pendentia vt per citationem inducatur, necesse est vt citatio emanauerit à iudice competenti.*
6 *Lis nulla non inducit litis pendentiam, quia habetur pro non facta, nisi citatus comparuerit, vel procuratorem ad illam causam constituerit.*
7 *Litis pendentia censetur inducta per citationẽ etiam non exequutam, & ad partis instantiam non deuentam, quando ab eadem parte factum fuit quominus exequeretur, & ad eius notitiam perueniret.*
8 *Citari impediens, vt habeatur pro citato necesse est vt dolosè impedierit.*
9 *Attentatum reuocatur per solum iudicis officium, neque dato libello, neque contestata.*
10 *Attentatum committit qui alienat rem litigiosam*
11 *Attentare non dicitur ille, qui vtitur eadem possessione, qua antea vtebatur.*
12 *Attentare non videtur continuans.*
13 *Lis dicitur finita per sententiã à qua non appellatum, vel aliter transitum fecit in rem iudicatam.*
14 *Lis non dicitur finita per sententiam interlocutoriã.*
15 *Lis non dicitur ampliùs pẽdere si iudex per sentẽtiã interlocutoriam, se incompetentem pronunciauit.*
16 *Lis dicitur finita per sententiam diffinitiuam latam ad fauorem rei, secus si ad fauorem actoris.*
17 *Litis pendentia non inducitur per recursum petitum in casu, in quo non poterat appellari.*
18 *Lis durare cẽsetur quando petita fuerit restitutione.*
19 *Iudex competens, ille est, qui causae iurisdictionem habet cum exercitio.*
20 *Res vt desinat esse integra sat est à iudice prolatum citandi decretum, quamuis citatio non sit intimata citatio.*

CLEM. Cùm lite. II. & vlt.

Lis dicitur pendere quoad hoc, vt nihil debeat lite 1
pendente innouari, cùm citatio legitimè peruenit ad partem, vel per eam stetit quominus perueniret, si tamen in citatione sint ea expressa per quae possit plenè instrui super quibus in iudicio conuenitur. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 126. Alagona *in compendio pag.* 147. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Tuttzan. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 94. *pag.* 394. Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloss.* 2. *n.* 5. Menoch. *de arbit. casu* 202. *n.* 5. *cum seqq.* Vestr. *in praxi lib.* 4. *c.* 1. *n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 984. *n.* 3. Cabed. *Lusit. decis.* 15. *n.* 11. *cum seqq. part.* 2. Steph Gratian. *discept. forens. c.* 2. *n.* 33. *& c.* 66. *n.* 30. D. Barbos. *in l. si quis posteaquam n.* 31. *ff. de indic.* remissiuè Cened. *ad Decretal. collect.* 53. *n.* 6. Vnde Rota tenet quoad hunc effectum litem 3
probari ex citatione ad dicendum contra commissionem executa contra collitigantem, vt per Cassad. *decis.* 1. *n.* 4. *sub hoc tit.* & fuit dictum *in Gerunden. Canonicatus* 14. *Marij* 1601. coram Greg. XV. apud Farinac. *decis.* 42. *n.* 1. *part.* 2. *recent.*

Et ideò hinc argumento huius text. colligi solet ad 4
hoc vt dicatur attentare necessarium esse quòd pendeat lis inter easdem partes, & saltem quòd pendeat lis per citationem factam cum effectu, vt docent Vasc. *conf.* 156. *n.* 14. Cabed. *Lusit. decis.* 120. *n.* 14. *p.* 1.

5 *A iudice competenti.*] Ergo vt per citationem litis pendentia inducatur necesse est, vt eadem citatio emanauerit à iudice competenti, vt per Anch. *num. 4. in 3. notab.* Imol. *num. 2. vers. secundo, & num. 5.* Bonifac. de Vital. *num. 19. in praesenti,* Lancel. *part. 1. c. 4. n. 46. cum seq. in praefat.* Farin. *fragm. crimin. part. 2. verb. litigiosa num. 391.*

6 *In ea citatio,* &c.] Limita nisi sit nulla, quae propterea habetur pro non facta, Bonifac. *hic num. 33. & seq.* Afflict. *decis. 336. num. 34. cum seqq.* Lancel. *d. c. 4. in praefat. a num. 82.* Farin. *vbi sup. num. 388.* Vel per iudicem circunducta Grat. *ad Vestr. in pract. lib. 4. cap. 1. num. 10.* Afflict. & Lancel. *locis proximè citatis.* Sublimita tamen quando citatus comparuerit, vel procuratorem specialem ad illam causam constituit, cum per comparitionem omnis citationis defectus purgetur, Roland. *cons. 9. num. 36. lib. 1.* Mandos. *super reg. de annali q. 34. num. 2.* Lancel. *d. cap. 4. in praefat. nu. 115. cum seqq.* Farin. *vbi proximè. n. 34.*

7 *Vel per eum factum fuit,* &c. Notatur ad hoc, quòd litis pendentia censetur inducta per citationem etiam non exequutam, & ad partis notitiam non deuentam quando ab eadem parte factum fuit quominus exequeretur, & ad eius notitiam perueniret, vt docent *hic* Anch. *n. 5. in 4. notab.* Card. Zabar. *in fin. & n. 3. & 5.* Bonif. *ante n. 1. in figurat. casus & n. 2. & n. 11. in 2. notab.* Rot. *decis. 261. alias 11. de dolo, & contum. in nouis,* Lancel. *d. c. 4. in praefat. n. 93. cum seqq. & n. 108. & 109.* vbi de eo, qui quando audiuit se citari, minatus fuit
8 notario si eum citasset, Farin. *d. verbo litigiosa n. 384.* vbi *n. 385.* cum Zabarel. *hic n. 12. in 8. opposit.* declarat, quia ad hoc vt impediens citari habeatur pro citato, necesse est vt dolosè impedierit

9 In gloss. *Cum lite pendente.* ibi, *sine libello ex puro, & mero iudicis officio,* &c. Notatur ad hoc quòd attentatum reuocatur per solum iudicis officium, neque dato libello, neque lite contestata, vt per D. Barbos. *in l.*
10 *si de vi. n. 207. ff. de iudic.*

In gloss. *Innouari.* ibi, *vel alienaretur res litigiosa.* Ergo attentatum committit, qui alienat rem litigiosam,
11 vt per Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. n. 355.*

In ead. glos. ibi, *antiqua vero possessione vti non est innouar.*, &c. Notatur ad hoc quòd attentare non dicitur ille, qui vtitur possessione, qua antea vtebatur, vt per
12 Bertran. *cons. 137. n. 3. lib. 5.* Menoch. *remed. 17. recup. possess. n. 40. & 50.* Lancel. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. à n. 2.* Valasc. *cons. 158. n. 6.* Et continuans non videtur attentare, sicuti docent Lancellot. *d. p. 2. in praefat. à n. 84. & limit. 26. & p. 3. c. 24. q. 10.* Surd. *decis. 16. 13. & dec. 45. n. 79.* Mascard. *de probat. concl. 148. n. 24.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 5. n. 29. & 72.* Flores de Mena *var. lib. 1. quaest. 10. n. 67.* Rot. *decis. 653. n. 2. & decis. 693. num. 3.* apud Farin. *in 1. collect. nouissimarum,*
13 *alias part. 4. diuers.*

In gloss. *Postquam:* ibi, *quod esse potest per sententiam,* &c. Notatur ad hoc quòd lis dicitur finita per sententiam à qua non est appellatum, vel aliter transitum fecit iudicatum, vt per Paris. *cons. 30. n. 36. lib. 4.* Afflict. *decis. 342. num. 3.* Mandos. *ad reg. de subrog. collitig. quaest. 12. n. 2.* Lancel. *de attent. part. 2. cap. 4. in praefat. à n. 213. vsque ad n. 243.*

14 Intellige si huiusmodi sententia fuerit diffinitiua, secus si interlocutoria, vt per] Mohed. *decis. 105. incip.*
15 *Postea, sub hoc tit.* nisi essemus in interlocutoria per quam iudex se incompetentem pronunciaret, tunc enim lis non dicitur pendere, ex allegatis per Menoch. *de arbitr. casu 202. n. 23.* refert, & sequitur Lancellot. *d. cap. 4. in praefat. n. 239. & seq.*

16 Intellige etiam vbi sententia diffinitiua lata fuerit ad fauorem rei, secus si ad fauorem actoris, sicuti docet Lancel. *d. cap. 4. in praef. num. 241.* Card. Tusch. *verbo lis finita, concl. 385. n. 8.*

Amplia etiamsi petitus fuerit recursus in casu, in quo non poterat appellari, nam per talem recursum non inducitur litis pendentia, secundùm Franc. Marc. *decis. 624. Quaeritur n. 7.* Lancel. *d. c. 4. in praefat. n. 215.* 17

Limita quando ad appellandum petita fuerit in integrum restitutio, tunc enim lis adhuc durare censetur saltem super restitutione, Rot. *decis. 379. aliàs 51. de appellat. in nouis,* Lancel. *d. c. 3. in praefat. num. 217. cum seqq.* vbi extendit quamuis nondum fuerit obtenta, sed tantùm commissa causa restitutionis in integrum cum clausula *prout de iure,* quod limitat, & declarat, duobus modis. 18

In gl. *Competens.* ibi, *competentem autem hic dicunt, qui causa iurisdictionem habet cum exercitio,* &c. Vide D. Barbos. *in l. si quis ex aliena n. 45. & 73. ff. de iudic.* 19

In gloss. *Ad partem.* ibi, *licèt ergo quoad perpetuandam iurisdictionem sufficiat citationem emanasse,* &c. Notatur ad hoc quòd sat est à iudice prolatum citandi decretum, vt res desinat esse integra, quamuis citatio non sit intima citatio vt per Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 28. num. 13.* 20

In gloss. *Plenè.* ibi, *sed nuncius non sufficienter retulerit,* &c. Vide Tiraq. *de retract. lig. §. 36. gloss. 2. n. 45.* 21

De Sequestratione possessionum, & fructuum.

TIT. VI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij sequestratio per loci Ordinarium fieri debet si super illo contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in petitorio, vel possessorio vna diffinitiua fertur in curia etiamsi nulla fore dicatur, quam sequestrationem impediens, vel sequestratos fructus occupans excommunicatus est, & si est de litigantibus cadit a iure suo, & respicit pendentia.*

2 *Sequestratio per Ordinarium loci fieri debet vna in Romana Curia contra possessorem Ecclesiastici beneficij sententia promulgata diffinitiua.*

3 *Sequestratio necessaria, seu iudicialis contra possessorem non admittitur, sed potius regulariter prohibita est.*

4 *Verbum,* diffinimus, *est iuris noui inductiuum.*

5 *Sententia vna, qua requiritur in Curia Romana promulgata contra possessorem beneficij ad hoc, vt sequestratio per Ordinarium fieri possit, debet esse prima, non respectu causa, sed loci.*

6 *Sequestrationi per Ordinarium faciendae locus non erit si in Romana Curia prima sententia pro possessore beneficij feratur, secunda verò in eadem Curia contra ipsum pro petitorio promulgetur.*

7 *Beneficium Ecclesiasticum contra cuius possessorem inducere potest sequestrationem Ordinarius loci, sententia vna in Curia Romana contra talem possessorem promulgata, sufficit siue illud sit simplex siue Curatum, siue dignitas, siue personatus siue pensio, qua in titulum conceditur Ecclesiastici beneficij.*

8 *Hospitalium in bonis habet locum dispositio huius text.*

9 *Abbatissatus est certo modo beneficium, & ideo vbi lata est sententia contra Abbatissam debet contra ipsam fieri sequestratio secundùm terminos huius text.*

10 *Sequestrum quando non est appositum principaliter super beneficio, sed super membro, vel rei ipsius, non intrat dispositio huius text.*

11 *Sententia*

11 *Sententia quando est lata in causa beneficiali super attentatis, non habet locum text in præsenti.*

12 *Sequestrum interpositum post sententiam latam super attentatis si violaretur, talis violans non incideret in pœnam huius text.*

13 *Lis pendere debet apud Sedem Apostolicam in Curia, vt locus sit dispositioni huius text.*

14 *Beneficium ipsum, eiusque fructus, & possessio, sequestrari possunt in casu huius text.*

15 *Dispositio huius text. cessat contra illum, qui iam per triennium beneficij pacificã habuerit possessionem.*

16 *Ordinarius habet facultatẽ apponẽdi sequestrũ, quãuis coram illo causa beneficialis non pendeat, sed pendeat in Rota, vbi prima sententia prolata fuerit.*

17 *Beneficium non debet apud duas, sed apud vnam tantùm idoneam personam sequestrari.*

18 *Sequestri plures deputantur in beneficio data iusta causa, veluti primo mortuo, vel male administrãte.*

19 *Idoneitas in sequestro debet adesse circa curam Ecclesiæ, & circa curam redituum.*

20 *Sequester in tribus præcipuè idoneus debet esse, in fide, seu bona fama, in facultatibus, seu patrimonio, & in Ordine.*

21 *Possessor reus quando à sententia contra eum lata appellat, rei petitæ fructus, non autem res ipsa sequestrari debet.*

22 *Beneficij Ecclesiastici in sequestratione iuxta terminos huius text. non tantùm fructus, sed & ipsum beneficium in totum sequestratur.*

23 *Sequester habet possessionem beneficij sequestrati, & potest validè & rectè omnia ipsius beneficij iura exercere.*

24 *Sequester apud quẽ beneficiũ pendente lite est sequestratum, potest ea pendente præsentare, eligere, &c.*

25 *Excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt præsumentes impedire sequestrationem factam per loci Ordinarium de beneficio ecclesiastico per triennium pacifice non possesso lata in Curia Romana vna sententia diffinitiua in possessorio, vel petitorio contra ipsius possessorem.*

26 *Dictis,* ipso facto, *quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*

27 *Sequestrationem iuxta terminos huius text. impediens eo ipso cadit à iure, quod habebat in causa.*

28 *Beneficium vacat ipso iure per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ in Romana Curia prolata in causa beneficiali.*

29 *Beneficium, quod vacat per violationem sequestri, an possit impetrari per quemcunque, & an comprehendatur sub claus.* sine alio quouis modo, *remissiuè.*

30 *Text. in præsenti procedit in causis tunc per appellationem pendentibus.*

31 *Sequestri relaxationem petens ex capite sententiæ nullæ non auditur.*

32 *Lex, vel statutum vbi tollit facultatem dicendi de nullitate contra sententiam, vel actum, non intelligitur sublata facultas dicendi de nullitate ex defectu iurisdictionis.*

33 *Sequestratio per satisdationem, vel cautionem an reuocetur, seu impediatur, ostenditur.*

34 *Sequestrationi locus non erit si in Romana Curia prima sententia pro possessore beneficij feratur, secunda verò in eadem Curia, contra ipsum pro petitore promulgetur.*

35 *Sententia dicitur interlocutoria vbicumque pendente principali controuersia contingit disputari super aliquo emergenti.*

36 *Sententia illa censetur merè diffinitiua, quæ definit articulũ, de quo principaliter mota fuerat quæstio.*

37 *Sententia lata super possessione, de qua principaliter agitur, diffinitiua est.*

38 *Sequester plenam curam habere debet de beneficio, cuius possessio est sequestrata.*

39 *Triennium de quo in hoc text. debet esse completum, & consummatum, nec sufficit inchoatum, aut inceptum.*

40 *Inferior in quo casu de causa deuoluta ad Curiam se intromittat, ostenditur.*

41 *Absolutio absque forma præstita in hoc text. valet.*

42 *Sententia nulla non meretur habere nomen sententiæ.*

43 *Nullitatis exceptione sublata, non censetur sublata quæ ex iurisdictionis defectu prouenit.*

44 *Nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere potest etiã ille, qui iurauit se de nullitate nõ oppositurũ.*

45 *Iurisdictionis defectus est insanabilis.*

46 *Acta per iudicem incompetentem nulliter facta etiã de partium consensu conualidari non possunt.*

47 *Sententia iustè lata ab incompetenti iudice potest ex eisdem actis approbari.*

48 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, quandocumque etiam termino elapso allegari, & proponi poterit.*

49 *Exceptio nullitatis ratione incompetentiæ proponi potest etiam post sententiam, & impedit illius executionem.*

Clem. Ad compescendas Vnic.

CVM in Curia Romana super benefi- 1
cio contra ipsius possessorem, qui trien-
nio non possedit, in petitorio, vel pos-
sessorio vna diffinitiua fertur etiamsi
nulla fore dicatur, tunc ipsius benefi-
cij sequestratio apud idoneam personam, quæ plenam de ipso, & debitam curam gerat, per Ordinarium fieri debet, ita vt fructus, qui supersunt solutis oneribus restituantur ei, qui in causa finalem victoriam habebit: qui verò sequestrationem huiusmodi impedire, vel quomodolibet sequestratos fructus occupare præsumpserit, ipso facto est excommunicatus, & absolui non debet, nisi facta restitutione, vel amoto impedimento, & si est ex litigantibus cadit è iure, quòd habet in beneficio, vel ad beneficium. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 1. pag.* 130. Alagona *in compend. pag.* 249. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximeo. *in concord. part. 1. &* 2.

Diffinimus vt vna contra possessorem diffinitiua sen- 2
tentia, &c.] Collige principaliter ex text. vna in Romana Curia contra possessorem Ecclesiastici beneficij sententia promulgata diffinitiua ipsius beneficij sequestrationem per Ordinarium loci fieri debere, ita *in præsenti* tenent Imol. *n.* 3. Bonif. *c. n.* 1. Abb. *n.* 3. Octau. Vestr. *in introduct. Rom. aulæ l. 7. c. 2. à n.* 5. Cassad. *decis. 1. cum seqq.* Gig. *de pensionib. q.* 46. Duen. *reg. 42. n.* 15. Mantu. *l. 5. dialogo* 97. Caroc. *de sequestro p. 2. q. 1. à n.* 2. Chald. Pereira *quæst. forens. l. 1. q. 21. à n.* 52. Hercul. Marescot. *var. l. 2. c. 77. n.* 2. Sahag. *in cap. vnico n.* 36. *hoc. tit. in Decretalibus.*

Quamuis in contrarium esset negatiua, & prohibi- 3
tiua regula sequestrationis faciendæ contra talem possessorem, quia attenta necessitate, seu iudicialis sequestratio non admittitur, sed potiùs regulariter prohibita est, iuxt. *l. vnic. C. de prohib. sequest. pecun.* gloss. *verbo sequestrari. in c. 2. hoc. tit. in Decretalib.* vbi Abb. *n.* 16. Curt. *in tract. de sequestris in princ. n.* 6. Iacob. de Arena *in tract. de sequest. num.* 2. Perusin. *eod. tract. n.* 2. Caroc.
d. p. 2. in princ. n. 1. Chald. Pereira *d. q. 21. n.* 31. Maresc. 4
d. c. 77. n. 1. Tamen de nouo emanauit text. *in præsenti* nouum faciendæ sequestrationis casũ merito statuens, ve-

vt notauit *gloss.* 1. & omnes *hîc*, id quod clarè patet ex verbo, *diffinimus*, quo Pontifex vtitur, quod quidem iuris noui inductorum est, vt in terminis dicit Card. *hîc, num.* 2. Finalis autem causa, & intentio huius Constitutionis fuit vt & litigantium malitiæ compescantur, vt illa exorditur, ne aliàs ecclesiastici beneficij possessores de suo iure parum confidentes malitiis, & cauillationibus vtantur, & immodicis dilationibus beneficiales lites differant, & interim beneficiorum fructus potiantur cum maximo & suæ, & aliarum animarum periculo, Ecclesiarúmque detrimento, quibus maximè conuenit, vt in eis vitiosus ingressus non detur, iuxta text. *in cap.* 1. *de eo, qui mittitur in possess. lib.* 6. & lites, quæ super ecclesiasticis beneficiis plerumque immortales esse solent, præscindantur, & finiantur, cùm ecclesiastica beneficia sine dispendio diu vacare non possint, & longa in eis mora, quæ valde suspecta est, magnam in temporalibus, & spiritualibus Ecclesiæ læsionem pariat, vt colligitur ex text. *in c. finem litibus, de dolo*, vbi dixi, & ex *cap. quoniam frequenter.* §. 1. *vt lite non cont. test. c. cum inter* 18. §. *quia verò, c. ne pro defectu* 41. *in princ. de elect. cum similibus.*

5 *Vna sententia.*] Id est, prima sententia, non quidem respectu causæ, sed respectu loci, quamuis enim in partibus pro possessore sententia feratur, si tamen postquam causa ad Sedem Apostolicam delata est contra possessorem in Romana Curia prima sententia promulgatur, habet locum decisio huius text. vt colligitur ex glos. *in præsenti verbo promulgata*, vbi tenent Abb. *num.* 7.

6 & Bonifac. *numero* 8. Caroc. *de sequest. p.* 2 *quæst.* 1. *num.* 19. Vnde fit quòd si in Romana Curia prima sententia pro possessore beneficij feratur, secunda verò in eadem Curia contra ipsum pro petitorio promulgetur, huiusmodi sequestrationi locus non erit, iuxta doctrinam gloss. *verbo possessorem*, & declarat Card. *hîc numero* 15. Ioan. And. *ad Speculat. sub hoc tit. vers. sed propter*; Vestr. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. & alij, quos refert, & sequitur Chald. Pereira *d. q.* 21. *n.* 63. secundùm quos ratio est, quia eo casu, tam possessor, quàm petitor habent pro se vnius sententiæ in Curia latæ præsumptionem, & in pari præsumptionis causa melior possidentis conditio est, iuxta *reg. in pari, de reg. iuris lib.* 6. Sicque dantur duæ præsumptiones contrariæ, alia pro possessore, alia vero pro petitore, quæ quidem faciunt deficere rationem huius text. vt aduertunt Card. *hîc. num.* 13. Chald. Pereira *vbi proximè.*

7 *Super beneficio*, &c.] Collige textum *in præsenti* procedere in sententia lata super quocunque beneficio ecclesiastico, siue illud simplex, siue Curatum sit, siue dignitas, siue personatus, &c. vt docent *in præsenti* Bonifac. *n.* 38. Imol. *n.* 16. & Cardin. *n.* 6. Marescot. *d. c.* 77. *num.* 20. subdens. *num.* 39. locum etiam habere in pensione perpetua, quæ conceditur in titulum ecclesiastici beneficij, & faciunt, quæ dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. verb. beneficium.* quãuis decisionem huius text. in pensione locum non habere resoluat Gig. *de pens. quæst.* 46. nisi eius opinio intelligenda veniat in pensione concessa ad tempus, quæ beneficium ecclesiasticum non est, nec beneficij nomine intelligitur.

8 Amplia primò vt dispositio huius text. locum habeat in bonis hospitalium, sicut docet Perez *in l.* 1. *vers. quæro* 23. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 665. & conducunt ea, quæ dixi *d. verbo beneficium.*

9 Amplia secundò vbi lata est sententia contra Abbatissam, quo casu debere contra ipsam fieri sequestrationem refert in Rota decisum Flam. Paris. *de resig. benef. l.* 2. *q.* 1. *n.* 72. ex ea ratione, quia Abbatissatus est certo modo beneficium, tum quia militat eadem ratio ne bona familiæ dilapidentur.

Limita primò quando sequestrum non est appositum 10 principaliter super beneficio, sed super membro, vel re ipsius, vt per Caputaq. *decis.* 153. *p.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 223. *vers. limita secundò.*

Limita secundò quando sententia est lata in causa 11 beneficiali super attentatis, Bellam. *decis.* 54. Put. *decis.* 33. *alias* 35. *l.* 2. *in correctis*, Aloys. Ricc. *d. collect.* 223. *vers. limita tertiò.*

Limita tertiò si violaretur sequestrum interpositum 12 post sententiam latam super attentatis, quia talis violans non incideret in pœnam huius text. sicut docent Put. *dec.* 45. *alia* 46. *l.* 2. *in correctis*, Aloys. Ricc. *d. collect.* 223. *vers. limita quartò.*

Apud Sedem Apostolicam dumtaxat, &c.] Ergo vt 13 locus sit dispositioni huius tex. debet lis pendere apud Sedem Apostolicam, secundùm Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 38.

Beneficium ipsum, &c.] Notatur ad hoc, quòd in casu 14 huius text. non solùm sequestrantur fructus, sed etiam possessio, & ipsummet beneficium vt obseruat Gonz. *dict.* §. *septimo proœm. n.* 41. & quod fructus beneficij sequestrari possunt, ait Perez, *l.* 1. *vers. quæro* 24. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 665.

Dum tamen triennio pacificè, &c.] Notatur ad hoc 15 quòd dispositio huius tex. cessat contra illum, qui iam per trienniuin illius beneficij pacificam habuerit possessionem, vt per Vestr. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 8. Cassad. *decis.* 4. *n.* 1. *sub hoc tit.* Put. *decis.* 347. *alias.* 346. *n.* 2. *l.* 3. *in correctis*, Caputaq. *decis.* 354. *n.* 1. *&* 2. *p.* 2. Chald. Pereira *d. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 54. Marescot. *d. l.* 2. *c.* 77. *n.* 55. *cum seq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 72. Ratio autem ob quam contra huiusmodi triennalem possessorem sequestrum non fit illa communiter circumfertur, quia iniquum lex iudicauit, vt possessor, qui pacificè triennio possedit, sua possessione priuetur, propter primam tantum sententiam in Romana Curia latam, à qua appellatum est, licèt enim pro ipsa in fauorem actoris aliàs præsumatur, *vt suprà* diximus, contra ipsum tamen actorem, qui tanto tempore tacuit, præsumptio est, quæ quidem triennali possessori fauet, sic iustum, & conueniens fuit, vt hæc præsumptio triennalis possessionis præsumptionem sententiæ excluderet, vt optimè aduertit Cardin. *hîc num.* 18.

Per loci Ordinarium] Ergo loci Ordinarius facul- 16 tatem habet apponendi sequestrum, quamuis coram illo causa beneficialis non pendeat, sed pendeat in Rota, vbi prima sententia prolata fuerit, vt tenent in præsenti Card. *n.* 8. *&* 20. Anch. *n.* 7. *vers. in casu ergo*, & Imol. *num.* 15. vbi notat casum in quo de causa ad Curiam deuoluta se intromittit Ordinarius, refert Gonzal. *d.* §. 7. *proœm. num.* 47.

Apud aliquam personam idoneam.] Textus hic dum 17 personæ solius meminit in numero singulari satis probat beneficium non debere apud duas, sed apud vnam tantum personam idoneam sequestrari, vt notant Card. *n.* 3. & omnes *hîc*. Ioan. Andr. *in add. ad Speculator. sub hoc tit. vers. secundò quæro.* Vestr. *d. l.* 7. *c.* 2. *n.* 10. post alios Caroc. *in tract. de sequestro, p.* 2. *q.* 1. *n.* 36. qui omnes illam adducunt rationem, quia si de duobus, vel pluribus Pontifex sensisset, idem expressisset, sicut fecit de duobus coadiutoribus Episcopi *in c. vnic. de clerico ægrot. l.* 6. Et comprobatur, quia cùm de regimine vnius beneficij agatur nulla causa suadet, vt plures sequestro in locum vnius beneficij subrogentur, maximè cum vna tantùm idonea persona possit ipsius beneficij plenam, debitámque curam habere, & ipsius fructus conseruare, restituereque iuxta formam *in hoc text.* præscriptam; quæ licèt ita sint, practica tamen Curiæ obser- 18 uat, vt successiuè plures sequestri deputentur data iusta causa, veluti primo mortuo, vel malè administrante, seu

seu aliter impedito, vt post Ioann. Andr. & Cardin. secundùm stylum Romanæ Curiæ docet Vestr. *dict. n.10.cum seq.*

19 Idoneitas autem principaliter in sequestro circa duo in præsenti requiritur, videlicet circa curam Ecclesiæ, & circa curam redituum, vt benè considerauit Imol. *hic notab.* & probat text. *in sequentibus verbis,* ibi, *qui*

20 *plenam de ipso,* &c. meritò igitur debet sequester in tribus præcipuè idoneus esse, in fide, seu bona fama, in facultatibus, seu patrimonio, & in Ordine, quem sequestratum beneficium requirit, vt docent Bonif. *hic n.2. & 3.* Vestr. *d.lib.7.cap.2.in princ.* Caroc. *d.p.2.quæst.1. num.2.*

21 *Qui plenam de ipso,* &c.] Licèt attento iure communi, de quo *in cap.vlt.hoc tit.* cum similibus, quando reus possessor à sententia contra eum lata appellat, tes petitæ fructus, non autem res ipsa sequestrari de-

22 beant, in hac tamen noua Ecclesiastici beneficij sequestratione non tantùm fructus, sed & ipsum beneficium in totum sequestratur, vt notat gloss. *verbo beneficium hic*, omnes *in cap.examinata, de iudic.* atque ita ille, qui beneficium vsque ad tempus sequestrationis possedit, non poterit amplius in eodem beneficio pendente sequestro se intromittere non solùm colligendo, seu recipiendo eius fructus, sed nec Ecclesiæ inseruiendo, Missas celebrando, vel verbum Dei prædicando, vel etiam reliqua Ecclesiastica Sacramenta tanquam Parochus, seu Rector illius beneficij ministrando, vt in terminis docent Vestr. *d.cap.2. num.2.* Chald. Pereira *d.q.21.num.52 post med.* Caroc. *d.p.2. quæst.1.n.4.*

23 Per hanc igitur Ecclesiastici beneficij sequestrationem ab Ordinario factam, quamuis ipse non exprimat, ipsius tamen beneficij possessio adeò in sequestrum rectà via transfertur, vt possit ipse valide, & rectè omnia ipsius beneficij iura exercere, iuxta doctrinam gloss. *verbo beneficium, in præsenti,* vbi etiam notatur Abb. *num.8.* Vestr. Caroc. & Chald. Pereira *proxi-*

24 *mè citatis locis.* Vnde fit quòd cùm persona illa apud quam beneficium sequestratur ipsum possideat, & debitam, plenamque de eo curam habere debeat, vt text. habet, rectè fit quod si tale beneficium fuerit Episcopatus, vel alia dignitas, ad quam pertineat beneficia conferre, eligere, vel præsentare, sequester hæc omnia pendente lite facere poterit, vt ex hoc text. deducunt Card. *num 9 hic,* Innoc. *in cap.examinata, de iudic.* vbi etiam Imol. *num.11.* Felin. *in cap. cùm Bertoldus n.29.cum seq.de re iudic.* Corras. *lib.3. miscel.cap.2.num.16.* post alios Cened. *pract. & canon. quæst.lib.1.quæst.10.num.3* Nicol. Garc. *de benef.part. 5.cap.7.à princ.*

25 *Excommunicationis sententiam* &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt præsumentes impedire sequestrationem factam per loci Ordinarium de beneficio Ecclesiastico per triennium pacificè non possesso lata in Curia Romana vna sententia diffinitiua in possessorio, vel proprietate contra ipsius possessorem, vt per Soar. *tom.5. disp.23.sect.5.num.1.* Lauor. *de Indulgent.part.2.c.13. num.41.* Filliuc *tract. 14.num. 67. vers.prima* refero alios ego ipse *de officio Episcopi part.3 alleg.50.n.220.* secundùm lugdunen. impress. addo nouissimè Bonac. *de censur.extra Bullam disp.2.quæst.2.puncto 25.*

26 *Ipso facto.*] De vi, & effectibus horum verborum dixi *in tract. de dictionib. vsufruct.dict.178.* secundùm Lugdunen. impress.

27 *Et nihilominus si de litigantibus,* &c.] Litigans igitur, qui sequestrationem huiusmodi impedit, vel sequestratos fructus occupare præsumit, vltra sententiam excommunicationis, quam ipso facto incurrit, eo ipso cadit à iure, quod habebat in causa, vt docent Viuian. *in praxi iurisp.lib.8.c.8. num.12.in vlt.impress.* Perez *l.1.vers.quærere oportet, tit.10.lib.3. Ordin.pag. 662.* Gonzal. *dict.§.3.proœm.n.45.* vbi *n.46.* subdit pœnam huius text. tanquam odiosam non extendi ad casum similem, & vltra terminos, de quibus loquitur, & *num.59.* subiungit quòd vacat ipso iure beneficium 28

per violationem sequestri imposito vigore sententiæ definitiuæ in Romana Curia prolatæ in causa beneficiali. Verùm autem beneficium, quod vacat per violationem sequestri possit impetrari per quemcunque & 29

an comprehendatur sub claus. *siue alio quouis modo,* &c. vide Mohed. *decis 2 sub hoc tit.*

Præmissis ne dum circa futura, &c.] Procedit ergo text. 30

in præsenti in causis tunc per appellationem pendentibus, vt obseruat Gonzal. *d.§.7.proœm num.92.*

Non obstante si contra, &c.] Notatur ad hoc quòd 31

opponens de nullitate sententiæ non potest excusare sequestrum, atque ex capite sententiæ nullæ petens relaxationem sequestri non auditur, sicuti docent Vestr. *dict.lib.7.cap.2.* Caroc. *d.part.2.quæst.1.num.25.* Marescot. *dict.lib.2.cap.77. n.4 cum duob.seq.* Aloys. Ricc. *dict.collect.225.vers.amplia dispositione,* Gonzal. *dict.§.7.proœm.num.77.* quod tamen limitatur vt non procedat quando opponitur nullitas ex defectu iurisdictionis, hæc enim sequestrum impediet, vt notant post alios Vestr. *dict.cap.2.num.7.* Caroc. *dict.quæst.2. num.15.& 35.* post glos. vlt. *in præsenti* communiter receptam, quam singularem dicit Cardin. *hic num.1.* & ad quam, teste Imola, quotidie omnes Aduocati concurrunt, illam allegantes ad hoc quòd vbi lex vel statutum tollit facultatem dicendi de nullitate con- 32

tra sententiam, vel actum, non intelligitur sublata facultas dicendi de nullitate ex defectu iurisdictionis, seu personæ iudicis, vt ad eam commodiùs notabimus.

Verùm autem huius text. sequestratio per satisda- 33

tionem, vel cautionem reuocetur, seu impediatur ab aliquibus in dubium reuocari solet, in quo negatiuam partem sustinent Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. sub hoc tit.vers.quid si sequester,* Curt. *in tract. de sequestr. num.35.* Vestr. *dict.lib.7.cap.2.num.9.* Caroc. *dict.part. 2.quæst.1.num.10.* Sicut etiam non reuocatur quamuis prima sententia contra possessorem beneficij in Romana Curia lata per secundam in eadem Curia confirmetur sed in aliis victoria expectanda est, iuxta nostrum text. vt post alios resoluit Vestr. *dict. num.9.* & post Roman. *cons.405.* notat Caroc. *dict. quæst.2. numero 21.*

In gloss. *Contra possessorem.* Notatur ad hoc quòd si 34

in Romana Curia prima sententia pro possessore beneficij feratur, secunda verò in eadem Curia contra ipsum pro petitore promulgetur, sequestrationi locus non erit, vt per Vestr. *d.lib.7.cap.2.n.7.* Chald. Pereira *dict.lib.1 quæst.21.n.63.*

In gloss. *Diffinitiua* ibi, *est autem interlocutoria,* 35

Notatur ad hoc quòd vbicunque pendente principali controuersia contingit disputari super aliquo emergenti, sententia exinde tanquam inter principium & finem causæ lata dicitur interlocutoria, vt per Surd. *de aliment.tit.9 quæst.7.num.2.* Menoch. *cons.360 n.1.* Azeued. *l.3.à num.7.tit.18 lib.4.noua recep.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo sententia.n.4.*

In ead. gloss. ibi, *diffinitiua verò,* &c.] Notatur ad hoc 36

quòd omnis illa sententia censetur merè diffinitiua, quæ definit articulum, de quo principaliter mota fuerat quæstio vt per D. Barbos. *in d.l.si debitori num. 204.ff.de iud.*

In glos. *Possessorio.* ibi, *etiã super possessorio fertur sen-* 37

tentia diffinitiua. Notatur ad hoc quòd sententia, quæ

fertur super possessione, de qua principaliter agitur, & sic in causa, & iudicio possessorio diffinitiua est, vt per Marät. *de ordine iudic.3.p.6.princ.n.15.* Menoch. *remed.vlt.recuper.possess.num.51.& remed.3 retinenda. à num.841.*

38 In glos. *Beneficium.* ibi, *iura ergo beneficij*, &c. Notatur ad hoc quòd sequester plenam curam habere debet de beneficio, cuius possessio est sequestrata, & est illius legitimus administrator, sicut is, qui Sede vacante administrat, vt per Gig. *de pens. quæst. 72.n.2.*

39 In gloss. *Triennio.* ibi, *nec puto sufficere annum tertiũ inchoatum*, &c. Notatur ad hoc quòd huiusmodi triennium completum & consummatum debet esse, nec sufficit inchoatum, aut inceptum, vt per Vestr. *dict.lib.7.cap.2.num.8.* Chald. Pereira *dict.lib.1.quæst. 21.num.54.*

40 In gloss. *Loci Ordinarium.* ibi, *& nota casum in quo de causa deuoluta ad Curiam se inferior intromittit*, Obseruant Caroc. *d.p.2.q.1.n.16.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.7.proœm.n.47.*

41 In glos. *Nullatenus.* ibi, *in contrarium videtur*, &c. Absolutionem absque forma præstita *in hoc text.* ab excommunicatione valere per hanc glos. *in vltim opin.* tenent Card. *hic quæst.6.*& alij, quos refert, & sequitur Couar. *in cap. alma mater part.1.§. 11. num.7.in med.vers. etenim*, licèt *in præsenti* de hoc dubitauerint. Abb. Imol. & Barbat. atque contrarium tenuerit Bonifac. sequutus priorem opinionem huius glossæ, quam Ias. sequitur *in l.vlt.ff.de feriis num 25.* & plures alij eadem annotauerint ad hoc quòd dictio, *nullatenus*, inducit decretum irritans, seu irritum decernens contrarium actum, quod minimè oberit priori sententiæ, siquidem id intelligendum est nisi materia subiecta aliter actum alioquin absque ea forma validum fore, glos. *in cap. pueri.1.q.1.* Plura de dictione, *nullatenus*, dixi latè *in meo tract.de dictionib.vsufreq. dict.226* secundùm Lugdun. impress.

42 In glos. *non obstante.* ibi, *sententia nulla non meretur habere nomen sententiæ.* ita Tiraq. *in l.boues, §.hoc sermone limit.1.num.9.ff.de verb.signif.* Et ideo non transit in rem iudicatam, Azeued. *l.2.num.23.tit.17.lib.4.noua Recop.* Amat. Roder. *in pract. videndi, seu examinandi processum cap.vlt.p.2. num.10. & 11.* Chald. Pereira *quæst.forens.lib.2.q.37.à princip.* Nec parit exceptionem rei iudicatæ, *l.4 §.condemnatũ.ff.de re iudic.* Tiraq. *de retractu lig.§.1.gloss.2. à num.5.* Rebuff. *tom.1 ad leges Galliæ tit. de sentent. execut.art. vlt. num.4.pag. mihi 256.*

43 In ead. glos. ibi, *licèt alia nullitas non possit opponi, illa tamen opponi poterit per quam negetur iurisdictio.* Notatur ad hoc quòd exceptione nullitas sublata, non censetur sublata, quæ ex iurisdictionis defectu prouenit, sicuti docent Dec. *cons.38.* Alexand. *cons.79.in fin. lib.7.* Vant. *de nullit.tit.ex defectu iurisd.num.4.* Anton. Gabr. *lib.6. commun.tit.de statutis conclus.3.* Menoch. *remed.5.recuper num.13.& cons.2.n.152.* Couar. *pract. cap.25.n.4.in princip.* Ioan Garc *de nobilit.gloss.1.§.2. num.24.* Hieron. Magon. *Lucensi decis.22.n.18.* Veral. *decis.97.num.4.lib.1.* Nicol. Reusner. Germ. *decis.21. num.26. lib.4.* Camil. Borrel. *in summa decis.tit 41 à*
44 *num.86.* quod adeo verum est vt quamuis se de nullitate non oppositurum quis iurasset, tamen hanc nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere potest, prout ex Fel. & alijs inducit Crauet. *cons.383.num.16.*
45 & post alios resoluit Anton Gabr. *tom.3.commun.opin. lib.6.de statutis conclus.3.num.6.pag.mihi 355.* cùm talis defectus iurisdictionis dicatur insanabilis, Verall.
46 *decis.38.n.2.lib.3.* Thom. Triuis. *Venetia decis 11.n.2. lib.2.* Camil. Borrel. *dict.tit.31.num.124.* ita vt nec de partium consensu acta per iudicem sic incompetentem nulliter facta conualidari possint, ex Thom. Triuis. *decis.68.num.4.& 5.lib.1.* Camil. Borrel. *dict. tit.41.num.191.* contra Stephan. Gratian. *disceptat. forens.cap.16. num 35.* nisi sententia iustè lata ex eisdem actis approbaretur, secundùm Gam. *decis.219.* 47
Cabed. *part.decis.36.num.vlt.* Camil. Borrel. *dict.tit. 41.nu.90.* Bapt. Cost *de facti scientia, cent.1.dist.100. num.78.*

Vnde nullitas, quæ prouenit ex defectu iurisdi- 48
ctionis, quandocunque etiam termino elapso allegari, & proponi poterit, secundùm Azeued. *l.2. num.26. tit.17.lib.4.noua.recop.* & adhuc sententia lata, vt tradunt Perez. *l.2.vers.dubitatur vtrũ tit.6.lib.3. Ordinã. pag.580.& tit.16.eod.lib.3.pag.737.* Gam. *de Sacramẽt. præstan.vltimo supplicio damnatis q.5.num.25* Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.4 cap.6.num.31.& l.7.num.25. tit.18. lib.4.noua recop.* cuius exequutionem exceptio huiusmodi nullitatis impedire potest secundùm Gam. *Lusit.dec.342.* Cabed. *part.1.dec.22.* Mendez à Castro *in praxi seculari Lusit.lib.3.cap.21.num.44.* Chald. Pereira *quæst forens.lib.2.q.36.a n.12.* Alex. Trentasinq. *variar.lib.2.tit.de execut. rei iudicata.resolut 1.n.8.* & etiam post tres sententias conformes, sicuti docent Hippol. *cons.31.num.37.cum seqq.* Perez *l.1.tit.8.lib.3. Ord.pag.601.* Gutier. *pract.lib.1.q.96.n.8.* Trentasinq. *citato loco.*

De Probationibus.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Verba litterarum Apostolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plenè probant si super illis gratia, vel intentio Papæ fundatur, & num.2.*
3 *Papæ assertio attentantis de suo facto proprio, ita probat, vt in contrarium probatio non admittatur.*
4 *Verba enunciatiua Sũmi Pontificis, seu alterius Principis super facto alieno, quamuis super eo innitatur intentio rescribentis, regulariter non probant.*
5 *Principi asserenti de benemeritis est credendum.*
6 *Papæ, seu alterius Principis assertioni creditur præsumptiue, scilicet quousque non constat de contrario, vt num.7.*
7 *Narratiua Papæ de facto alieno Motu proprio est standum, donec contrarium probetur,*
9 *Enunciatiua Papæ etiam in facto alieno in antiquis plenè probat.*
10 *Principis attestationi statur, quamuis narret factum prædecessoris.*
11 *Papa, & alij Principes seculares superiorem non recognoscentes, non autem inferiores gaudent prærogatiua huius text.*
12 *Papæ litteris creditur attestantibus tale beneficium fuisse in eius manibus resignatum.*
13 *Papa quoties asserit renunciationem factam fuisse in manibus commissarij, aut Ordinarij, vel alterius, tunc eius assertioni non statur.*
14 *Legati de Latere attestatio de consuetudine plenam probationem facit.*
15 *Inferiores à Papa habentes facultatem conferendi, & recipiendi resignationes beneficiorum, non possunt cõmittere receptionem resignationis, & collationem.*
16 *Principis assertio recipit probationem in contrarium per indirectum.*
17 *Præsumptio iuris, & de iure admittit probationem in contrarium per indirectum.*

Clem. Litteris. Vnic.

1 Verba narratiua in litteris Apostolicis, super quibus fundatur gratia, vel intentio Papæ proprium factum narrantis, plenam fidem faciunt. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 146. Alagona *in compendio, pag.* 257. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Tiraquel. *de retract. li.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 49. vbi intelligit quando Papa de suo ipsius facto agit. non sic de alieno, Mascard. *de probationib. concl.* 139. vbi dicit
3 quòd assertio Papæ attestantis de suo facto proprio ita probat, vt in contrarium probatio non admittatur, &
4 *concl.* 621. *num.* 3. vbi quòd enunciatiua verba Summi Pontificis, seu alterius Principis super facto alieno, quamuis super eo innitatur intentio rescribentis, regulariter non probant, Menoch. *cons.* 2. *numer.* 19. vbi quòd verba enunciatiua Principis probant, Ioan. Garc. *de nobil. gloss.* 2. *num.* 20. *cum seqq.* quòd Prin-
5 cipi assereoti de benemeritis est credendum, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1825. vbi quòd verba narratiua Papæ inducunt probationem, Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 4 *quæst.* 897. *numero* 178. Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.* 8. *quæst.* 11. *d. num.* 1. Azeued *ad tit.* 2. *in rubr. num.* 222. *lib.* 6. *noua recop.* & *l.* 8. *num.* 3. *cum seq. tit.* 1. *eod. lib.* 6. Rot. *in Oxomen. beneficij* 14. *Octobris* 1611. coram Cardin. Sacrato, impressa per Farin. *decis.* 361. *num* 1. *part.* 2. *recent.* Iacob. Valdes. *de dignitate Regum, Regnorúmque Hispaniæ c.* 22. *num.* 10. vbi tradit Gallos non admittere decisionem textus *in præsenti*

6 Vnde hic text. solet allegari ad hoc quòd assertioni Summi Pontificis creditur, vt per Xuar. *alleg.* 8. *n.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 1143. *cons.* 167 *num.* 10. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 63. *num.* 76. *cum seqq.* & sic alterius supremi Principis, sicuti docent Bart. *in l. ambitiosa, num.* 28. *ff. de decret. ab ord. facien.* Gozadin. *cons.* 8. *num* 43. Curt. iun. *cons.* 157. *num.* 14. & 21. Afflict. *in cap.* 1. *n.* 27. *qui success. tene.* Ruin. *cons* 31. *n.* 10. *volum.* 1. Gramm. *cons.* 100. *n.* 66. Alexand. *cons* 15. *vol.* 5. Socin. iun *cons.* 65. .. 10. & *cons.* 66. *num* 6. *vol.* 1. Rip. *resp.* 1. *num.* 28. *part.* 1. Mandel *cons.* 75. *num.* 6. Natt. *cons.* 487. *num.* 39. *vol.* 3. Franc. Bec. *cons.* 56. *num.* 23. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 1 *num.* 8. & *cons.* 2. *num.* 19. & *cons.* 402. *num.* 25. Anton. Gabr. *communium concl. de prob. conclus.* 2. Masc. *de prob. concl.* 1227. *n.* 1. Ceual. *d. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 179. Octau. Glorit. *resp.* 1 *part.* 1. *n.* 61. & *resp.* 3. *num.* 7. vide nouissimè Castil. *tom.* 7. *de tertiis c.* 6. *per tot.*

7 Intellige præsumptiuè, quousque non constat de contrariò, vt per Roman. *cons.* 369. *n* 38. Ruin. Crauet. *de antiq. tempor. p.* 1. *n.* 13. & *cons.* 235. *n.* 42. Anton. Gabr. *d. concl.* 2. *num* 49. Menoch. *d. cons.* 100. *num.* 25. Mascard. *d. concl.* 1227. *n.* 6? & 67.

8 Narratiuæ Papæ de facto alieno Motu proprio est standum donec contrarium probetur, vt per Cardin. *hic quæst.* 10 Petr. de Anchar. *q* 1. Imol. *in* 4. *col. vers. prædicta* & alios, quos refert, & sequitur Put. *decis.* 101. *aliàs* 100. *l.* 3. *in correctis.*

9 In antiquis enunciatiua Papæ etiam in facto alieno plenè probat, Rot *decis.* 142. *n.* 6 apud Farin. *in* 1. *collect. nouissimarum aliàs part* 4. *diuers.*

10 Principis etiam attestationi statur, quamuis narret factum prædecessoris sicuti docent *in præsenti*, Imol. *col. pen. vers. idem per omnia*. & Cardin. *quæst.* 9. Paris *cons.* 99. *num.* 3. *col.* 4. Rip. *d. resp.* 1. *num.* 28. *lib.* 1. Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 17. Mascard. *d. concl.* 1227. *n.* 48. Flamin. *d. quæst.* 11. *n.* 11.

Litteris nostris.] Ergo procedit tantùm in Summo 11
Pontifice, vt tenent Paul. de Castr. Gemin. Felin. Alex. Ias. Dec. Curt. iun. & Crauet. quos refert Anton. Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 20. & Mascard. *d. concl.* 1227 *n.* 24. Flamin. *de resign. lib.* 8. *quæst.* 11. *n.* 6. sed extendi etiam ad Principes seculares superiorem non recognoscentes sustinent Doctores citati à Gabr *num.* 18. & Mascard. *num.* 13. Flamin. *num.* 7. *proximè citatis locis*, & ex Bellug. & Rendina tradit Ceuall. *dict. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 179. & ideo in aliis inferioribus prærogatiuæ huius text locum non esse obseruant Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 21. Mascard. *d. concl.* 1227. *n.* 26. & Peregr. *de iure fisci, l.* 4. *tit.* 5. *n.* 26.

Aut resignationem beneficij, &c.] Notatur ad hoc 12
quòd creditur litteris Papæ attestantibus tale beneficium fuisse in eius manibus resignatum, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic lib.* 8. *quæst.* 11. *num.* 1. *cum seq.* vbi *num.* 10 ampliat vt procedat non solùm si attestetur fuisse in suis manibus factam resignationem, & ab eo receptam, sed etiamsi attestetur in manibus prædecessoris, & per ipsum acceptatam, & *num.* 23. limitat 13
quoties Papa asserit renunciationem factam fuisse in manibus Commissarij, aut Ordinarij, vel alterius, quia tunc eius assertioni non statur. & *num.* 16. limitat etiam si Summus Pontifex asserat renunciationem talis beneficij esse factam coram se in eius manibus per procuratorem, quia tunc licèt probet huiusmodi assertio renunciationem, non tamen probat illum fuisse verum procuratorem, & habuisse legitimum mandatum.

In gloss *Reseruasse*. ibi, *Salua consuetudine Curiæ*, &c. 14
Notatur ad hoc quò Legati de latere attestatio de consuetudine plenam probationem facit, vt per Goodisal. *in tract. de Legat. in* 6. *q.* 1. *part col.* 4. Alexand. *cons.* 106. *n.* 13. *lib.* 2 Flamin. Paris. *d. lib.* 8 *quæst.* 11. *numer* 31. vbi etiam post Mascard *concl* 269. *num.* 7. id procedere ait in iis, quæ veniunt de iure Ordinario ex effectu Legationis,

In gloss. *Commisisse*. ibi, *non tamen posset concedere fa-* 15
cultatem recipiendi, &c. Notatur ad hoc quòd inferiores à Papa habentes facultatem conferendi, & recipiendi resignationes beneficiorum non possunt committere receptionem resignationis, & collationem, vt per Flamio. Paris. *de resig. benef. l* 7. *q.* 19. *n.* 1.

In gloss. *Fecisse narramus*. ibi, *nisi contrarium probe-* 16
tur. Ergo Principis assertio recipit probationem contrariam per indirectum, vt per Mascard. *de probation. lib. concl.* 1236. *num.* 39. Rot. *decis.* 523. *numero* 7. apud Farin. *in* 1. *collect. nouissimarum, aliàs part.* 4. *diuers.* vbi decisum constat quòd contra attestationem Papæ factam Motu proprio admittitur probatio in contrarium.

Et hinc inferri solet ad hoc quòd præsumptio iuris, 17
& de iure admittit probationem in contrarium per indirectum, vt tradunt Mascard. *concl.* 1371. *n.* 44. Sanch. *de matrim. l.* 7. *disp.* 37. *n.* 33.

De Testibus.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & Sarraceni conuinci possunt per testes Christianos, non obstantibus contrariis priuilegiis Regum, & Principum, quibus si vt antur, subtrahitur illis*

illis Christianorum commercium, & n. 2.
3 *Exhortatio licèt videatur consilium, est tamen reuerentia cui necessariò parendum est.*

Clem. Cùm Iudæi. I.

1 Vdæi, & Sarraceni conuinci possunt per testes Christianos, non obstantibus priuilegiis Regum in contrarium; & si Iudæi, & Sarraceni præsumpserint talibus priuilegiis vti, illis subtrahi debet Christianorum commercium, & si opus fuerit Christiani censura Ecclesiastica compellantur ab eorum communione abstinere. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 186. Alagona *in compend. pag.* 275. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. deducunt Perez per text. *ibi, in l. 32. gloss. 1. post. princip. tit. 3. lib. 8. Ordin.* Marquard. de Susanis *in tract. de Infidelib. p. 2. c. 5. n. 9. in princ.*

3 In gloss. *Exhortamur.* ibi, *licèt autem hæc exhortatio videatur consilium, est tamen reuerentia, cui necessariò parendũ est.* Vide Tiraquel. *de pœnis tempor. causa 35. n. 4.* Auiles *ad c. 1. Prætorum, verbo Mandamiento, n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Testes publicatis attestationibus produci non possunt etiam in causa appellationis super eisdem articulis, vel directò contrariis, & n. 2.*
3 *Testes in causa appellationis produci non possunt super eisdem articulis, vel directò contrariis, & n. 4.*
5 *Declaratur text. in l. eos, §. si quid autem, C. de appellat.*
6 *Declaratur text. in l. fin. C. eod. tit.*
7 *Testes nulliter recepti per iudicem possunt, & debent iterum examinari etiam post publicatas attestationes.*
8 *Articulus nouus dicitur, qui directò addita aliqua qualitate non deducta primo contrariatur.*
9 *Testes post publicationem possunt ex consensu litigantium produci super eisdem articulis, vel directò contrariis.*

Clem. Testibus. II. & vlt.

1 PVblicatis attestationibus non licet accipere nec eosdem testes, nec alios super eisdem, vel directò contrariis articulis, tam in causa principali quàm in causa appellationis, quia in vtraque subornatio est timenda. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 187. Alagon. *in compend. pag.* 276. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *In principali causa,* &c.] Collige ex text. publicatis, seu editis attestationibus vlteriorem testium productionem non dari super eisdem articulis, vel directò contrariis, de quo latè egi *ad c. ex tenore 35. hoc. tit. in Decretal.*; vbi circa hoc sedecim retuli limitationes.

3 *Sic non debet in appellationis causa licere.*] Collige ex text. in causa appellationis non posse produci testes super eisdem articulis, vel directò contrariis, de quibus in prima instantia actum est, ita gloss. *verbo in appellationis*, Cardin. *num. 2.* & alij, *in præsenti*, Couar. *practic. c. 18. num. 6* Marant. *de ordine iudic. part. 6. de testium product. num. 22.* Perez. *l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Roland. *consil. 45. n. 14. lib. 2.* Mascard. *de probat. quæst. 5. à num. 45.*

Ratio est, quia in causa appellationis datur eadem ratio, quæ in causa principali apparet, siquidem idem periculum, & idem timor subornationis resultat, vt fatetur Pontifex *in præsenti, vers. cùm non minus*, qua data ratione necessariò dari debet eadem dispositio, iuxta reg. *l. illud, ff. ad legem Aquil.* Accedit quòd licèt instantia appellationis alia esse videatur, non tamen diuersa reputatur, & vt talis licèt diuersum tribunal efficiat, non tamen diuersum omnino iudicium in effectu constituit, ac proinde cùm res non in diuerso, sed in eodem iudicio pertractetur, arg. text. *in l. 1. in fin. ff. ad Turpil.* aduertit in specie Cardin. *in præsenti, n. 3. in fin.* vtique necessariò dicendum videtur quòd in illo similiter testes produci nequeunt super eisdem articulis causæ, vel directò contrariis illius. 4

Non obstat text. *in l. eos, §. si quid autem, C. de appellat.* vbi manifestè probari videtur in causa appellationis, & ita in secunda instantia licitum esse non allegata allegare, & non probata probare, quòd etiam dicit text. *in l per hanc*, vbi Bart. *C. de tempor. appellat.* quia reiecta aliquorum responsione asserentium hæc iura correcta esse, & emendata, respondetur procedere quando super nouis articulis dependentibus ex prioribus, qui vti tales tantummodo in eadem instantia proponi possunt vt aduertit Alberic. *in d. l. per hanc num. 2. & 5.* testes producuntur, tunc enim non est inconueniens, vt recipiantur sicut in causa principali, prout aduertunt eleganter Innocent. *in c. fraternitatis, num. 2. de testibus*, vbi Abb. *num. 3.* Bellamer. *n. 42.* & Minsing. *num. 9.* per text. quem sic intelligunt, *in cap. ex tenore, in c. tam litteris, & in cap. causam quæ 19. hoc tit.* in quibus terminis procedit etiam text *in cap. Ioan. 10. versic. cùm igitur, de fide instrument.* secus verò esset super eisdem articulis, quibus testes iam fuerunt recepti, iuxta resoluta *in dict. cap. fraternitatis.* 5

Nec etiam obstat text. *in l. fin. C. hoc tit.* satisfit enim si dicas verum quidem esse textum illum agere de articulis antiquis, in quibus testes fuerunt recepti, interim tamen non à iudice habente iurisdictionem ad recipiendos illos, sed ab arbitro carente illa, ex reg. text. *in l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iud.* ea de causa minus iudicialiter iuxta decisionem text. *in l. 1. ff. de arbitr.* Vnde nil mirum si quantumcunque fuissent publicatæ illorum depositiones iidem testes iterum, atque etiam alij super eisdem articulis possint interrogari, & examinari, excepto casu, de quo *ibi.* 6

In gloss. *Ritè.* ibi, *quia si receptio testium non teneret,* &c. Notatur ad hoc quòd testes nulliter recepti per iudicem, possunt & debent iterum examinari, etiam post publicatas attestationes, vt per Soar. *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 10. n. 316. pag. 552.* Farin. *in praxi crimin. part. 2. q. 75. à n. 358.* 7

In gloss. *Directò contrariis.* ibi, *essent autem directè contra*, &c. Notatur ad hoc quòd articulus nouus dicitur, qui directò addita aliqua qualitate non deducta primò contrariatur, vt per Xuar. *alleg. 5. num...* 8

In gloss. *Producere.* ibi, *contra partem inuitam.* &c. Notatur ad hoc quòd post publicationem testium possunt ex consensu litigantium produci testes super eisdem articulis, vel directò contrariis, sequuntur Abb. *num. 4.* Felin. & Imol. *num. 6.* & Bellam. *num. 20.* ac Paris. *num. 53. in cap. fraternitatis, hoc tit.* Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra num. 73. de probat.* Duen. *reg. 23. num. 2.* Mench. *vsufrequent cap. 31. num. 20. ad fin.* Farin. *dict. quæst. 75. num. 179.* Surd *de aliment. tit. 8. priuil. 75. n. 3.* 9

De Iureiurando.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenta, quæ Romanæ Ecclesiæ præstant Romani Principes, fidelitatis existunt.*
2 *Imperator vnctionem, consecrationem, & Imperij coronam accipit à Summo Pont.*
4 *Scholaris notoriè peritus quando gradum suscipit licentiaturæ non debet examinari.*
5 *Imperator ante confirmationem, & coronationem non est Imperator.*
6 *Papa cognoscit de causa, vel dubio aliquo inter ipsum, & Imperatorem.*
7 *Arnulphus Caroli Magni filius numquam ab antiquis scriptoribus Imperator fuit nominatus, sed semper Rex.*
8 *Imperator coronatur triplici corona.*
9 *Parentelæ appellatione qui veniant? remissiuè.*
10 *Electis duobus in discordia vterque administrat quando sunt suffragiis vtroque pares.*
11 *Imperator si non potest recipere coronam in loco debito, nihilominus auctoritatem administrandi recipere potest à Coloniensi Archiepiscopo.*
12 *Donatio Constantini facta Ecclesiæ Romanæ vbi discutiatur, ostenditur.*

Clem. Romani. Vnic.

1 REges Romanorum, qui succedunt Imperio, iurant fidelitatem Ecclesiæ Romanæ, vt fecerunt Henricus, & eius prædecessores. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 2. pag.* 238. Alagona *in compendio, pag.* 302. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

2 *Necnon vnctionem, consecrationem,* &c. De hoc latè dixi *in collect. ad venerabilem, num.* 5. *cum seqq. de elect. in Decretal.* & *ibi* citatis adde Anast. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *in proœm. n.* 5. Ioan. à Cochier *in schol. ad preces primarias Imperat. sect.* 1. *verbo confirmatam. pag.* 18.

3 *Quæ à Græcis Imperium transtulit in Germanos.*] De hac Imperij translatione dixi latè *in collect. ad d. cap. venerabilem, n.* 3. *de elect.*

4 *Cuius etiam nos, & Fratres nostri aliqualem priùs notitiam habebamus.*] Hinc colligit Rebuff. *de priuileg. schol. priuileg.* 86. quòd scholaris notoriè peritus quando gradum suscipit licentiaturæ, non debet examinari,

5 *Ego Henricus. Romanorum Rex annuente Domino futurus Imperator.*] Ergo nullus ante confirmationem, & consecrationem dicitur esse Imperator, sicut docent Perez *l.* 2. *vers. ex quibus tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 155. Cott. *in memor. verbo Imperator, il.* 2.

6 *Auctoritate Apostolica,* &c.] Notatur ad hoc quòd de causa, vel dubio aliquo inter Papam, & Imperatorem cognoscit Papa, vt per Peregr. *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 34.

7 In gloss. *Futurus* ibi, *vides enim quòd etiam approbatur ab Ecclesia,* &c. Hinc rectè animaduertit Cardin. Baron. *tom.* 10. *annalium Ecclesiæ sub anno Christi* 888. Arnulphum Caroli Magni filium nunquam ab antiquis scriptoribus Imperatorem fuisse nominatum, sed semper Regem, eo quòd nefas esset Imperatoris nomen assumere nisi illud ab Apostolica Sede collatum esset, vnctus itaque, & coronatus demum Imperatoris nomine donabatur, vt per Rest. Castald. *in tractat. de Imperat. quæst.* 45. *n.* 1.

In gloss. *Vestigiis.* ibi, *Rex Romanorum coronatur triplici corona,* &c. Coronatur igitur Imperator triplici corona, prima ferrea, idque Aquisgrani, quam recipit ab Archiepiscopo Coloniensi; secunda argentea, quam Italiam ingressus recipit à Mediolanensi Archiepiscopo; tertia aurea qua per Papam Romæ in Ecclesia S. Petri ad altare S. Mauritij coronatur: quid autem istæ coronæ designent, consule Rest. Castald. *de Imperat. q.* 33. Carol. Sigonium *lib.* 7. *de Regno Italiæ* Azor. *institut. moral part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 5. *vers. quicquid senserunt,* Cott. *in memorabil. verbo Imperator, il.* 2. *pag. mihi* 404. 8

In gloss. *Parentelam,* ibi, *& ponitur pro affinitate.* Parentelæ appellatione qui veniant, dixi latè *in tractat. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 183. 9

In gloss. *Reges* ibi, *quod duobus electis in discordia. vterque administrat Rex,* &c. Sequuntur Castal. *de Imperat. q.* 70. & Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 10 *cap* 6. *q.* 2. *vers. insuper quæri solet;* vbi intelligit cùm electores ita dissentiunt vt sint suffragiis vtrinque pares, hoc est, cùm tres vnum eligunt, & totidem eligunt alterum in Imperatorem. 10

In ead. gloss. ibi. *quid si Imperator non possit recipere coronam in loco debito, nihilominus auctoritatem administrandi recipere potest a Coloniensi Archiepiscopo.* Ita Castald. *de Imperat. q.* 49. Ioan. à Cochier *in schol. ad preces primarias Imper. schol.* 1. *verbo Aduocatum denominasti, pag.* 19. vbi dicit hoc verum nisi sit à Papa confirmatus. 11

In gloss. *Constantinum.* ibi, *disputant aliqui an donatio per Constantinum facta Ecclesiæ Romanæ,* &c. De hac donatione latè egi *de offi. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. *n.* 77. *cum seqq.* 12

De exceptionibus.

Tit. X.

Clem. Excommunicationis. Vnic.

XCOMMVNICATIONIS exceptio potest semper opponi etiam postquam lis fuerit contestata, & iudex præfixerit terminum peremptorium ad probandas exceptiones dilatorias, & declinatorias, & terminus fuerit transactus. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Imol Zabarell Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 250. Alagona *in compendio, pag.* 308. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Specul. *in tit. de except.* §. 2. *vers. sed nunquid.* Felin. *in c. exceptionem, n.* 12. *vers. primò igitur, hoc tit. in Decretal.* Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 5. *n.* 59. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuil.* 83. *n.* 4. Peregr. *de iure fisci, lib* 3. *tit.* 11. *n.* 14. Muscatel. *in praxi ciuili Neapol. p.* 3 *gloss. similes, n.* 2. Amat. Roder. *in practica videndi, & examinandi processum, c.* 5. *n.* 72 Anton. Ricc *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 31 *n.* 27. 2

Amplia, vt procedat etiamsi quis iurauerit non opponere exceptionem excommunicationis, quia poterit nihilominus illam opponere iuramento non obstante. nam talis oppositio non concernit ius partis, sed publicum, cui non potest iuramento renunciari, 3

vt

vt per Felin. *in cap. intelleximus sub num. 7. versic. item facit. de iudic. & in cap. exceptione, n. 15. hoc tit.* Gemin. *in cap. 1. ad fin. princip. eod. tit.* Anton. Ricciul. *d. c. 31. num. 28.*

De Sententia, & re iudicata.

Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tres contrarias in quauis causa reportans de illarum nullitate non agit, nec excipit ipsarum executione non facta, ac respicie etiam pendentia, & num. 2.*

3 *Tertius pro suo interesse potest de nullitate dicendo impedire executionem etiam trium sententiarum conformium.*

4 *Sententia executio, vt impediatur debet prius pronuntiari super ipsius nullitate.*

5 *Nullitas vbi apparuerit ex inspectione ipsius sententia, vel ex eisdem actis, tunc opponi potest contra tres sententias conformes.*

6 *Commissio data ad exequendum tres sententias conformes intelligitur de validis.*

7 *Nullitas ex defectu iurisdictionis potest opponi etiam contra tres sententias conformes.*

8 *Sententia dua conformes ex statuto Vrbis faciunt iudicatam inter ciues Romanos.*

10 *Sententia appellatione an & quando veniat diffinitiua, & interlocutoria, remissiuè.*

11 *Sententia dicantur conformes quando vna confirmat aliam*

12 *Conformitas trium sententiarum vt appareat, non requiritur quòd prima expresse confirmet secundam, secunda tertiam. sed quod in substantia idem contineant.*

Clem. Vt calumniis. I.

S, qui in beneficiali, vel alia quauis causa tres contra se in petitorio, vel possessorio sententias reportauit, ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicuius ex eis nullatenus admitti debet, donec huiusmodi sententiæ plenariè fuerint executioni mandatæ. Colliguntur ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 2. pag. 286.* Alagon. *in compendio pag. 323.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Barbat. *cons. 10. lib. 1.* Socin. *reg. 162.* Gasp. Caball. *in addit. ad cons. 18.* Anton. de Butrio *litt. B*, Roman. *singul. 291.* Hippol. de Marsil. *sing. 10.* Brunor. à Sole *in quæst legal. q. 24. num. 84.* Martin. de Olano *in antinom. litt. E, n. 23.* Mich. Grass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 16. n. 116. pag. 282.* & Fichar. *ibid. lib. 8. tit. 28. pag. 326.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de execut. rei iudicata conclus. 1.* Gutier. *practic. lib. 1. q. 96. num. 5. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 9. per tot. & casu. 202. num. 52. & cons. 345. num. 39. cum seqq. & cons. 353. num. 40. cum sequentib.* vbi limitat quando nullitas ex actis manifestè apparet, vel aliàs, Mascard. *de probationib. conclus. 686. num. 3. cum seqq.* Marches. *de commissionib. part. 3. §. 4. c. 4. pag. 139. cum multis seqq.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 808. num. 98. & n. 104. & q. 830. num. 52.* latè Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. C, conclus. 374. à num. 1.* vbi multipliciter ampliat, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 42. à princip.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. num. 67.* Chald. Pereira *quæst forens. lib. 1. quæst. 36. num. 7.*

Limita primò in tertio, qui pro suo interesse po- 3
test opponere de nullitate sententiæ, impedire executionem etiam trium sententiarum conformium, vt per Benitend. Benonien. *decis. 67. num. 12.* Cou. *pract. cap. 15. num. 9.* Mich. Grass. *tom. 2. commun. opinio. lib. 7. tit. 16. num. 115. vers. secundò limita, pag. 282. & n. 120. pag. 283.*

Secundò limita si victor est passus quòd per victum 4
probetur nullitas, nam ad impediendam executionem sententiæ debet pronuntiari super ipsa nullitate, & tunc impedietur executio, vt per Hippol. *consil. 19. num. 9.*

Tertiò limita in exceptione nullitatis notoriæ, vbi 5
nullitas apparuerit ex inspectione ipsius sententiæ, vel ex eisdem actis, quia tunc poterit opponi contra tres sententias conformes, ita Beltran. *cons. 150. in fin. lib. 1.* Franc. Marc. *decis. 489. in fin.* Hiero Gabr. *cons. 43. n. 47. & 48.* Cassian. *cons. 68. num. 70.* Hippol. *cons. 64. num. 26. & cons. 88. num...* Couar. *pra. cap. 25. num. 1. in fin.* Card. Tusch. *d. concl. 374. num. 2.* Steph. Gratian. *d. c. 42. num. 2. & cap. 118. num. 48.* Et ideò commissio data ad 6
exequendum tres sententias conformes intelligitur de validis, secundùm Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 57. num. 20.*

Quartò limita in nullitate, quæ ex defectu iurisdi- 7
ctionis prouenit, hæc enim opponi potest etiam contra tres sententias conformes, sicuti docent Anchar. *cons. 62. num. 3. vers. non obstat.* Gig. *de pensionib. q. 100. num. 20.* Hippol. *cons. 81. num. 37. cum seqq.* Cou. *pract. cap. 25. num. 4.* Perez. *l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 600.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 96. num. 8.* Card. Tusch. *d. conclus. 374. num. 5.* Franc. Marc. *d. decis. 469. fin. part. 1.*

Contra quem tres sententia, &c.] *Ex statuto Vrbis, l. 1.* 8
c. 178. duæ sententiæ conformes faciunt rem iudicatam inter ciues Romanos, incolas, & districtuales, vt censuit Rota *decis. 647. n. 1.* apud. Farin. *par. 1. recent.* vbi subdit quòd huiusmodi statutum seruatur in omnibus Curiis, ac etiam in Rota.

In glos. *Contra se* ibi, *de tertio, qui vult propter suum* 9
interesse executionem sententia impedire. De hoc dixi *supra limit. 1. n. 3.*

In gloss. *Sententias.* ibi, *per quod patet*, &c. An & 10
quando appellatione sententiæ veniat diffinitiua, & interlocutoria, latè dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 241.*

Illud aduertere oportet quòd sententiæ dicuntur 11
conformes, quando vna confirmat aliam, sicuti docent Couar. *pract. c. 25. numero 5. & 6.* Anton. Gabr. *commun. tit. de executione rei iudic. conclus. 1. num. 33. & seq.* Thesaur. *decis. 228. num. 2.* Surd. *cons. 102. num. 9. & 10.* quos refert Rot. *in vna Romana pecuniaria 23. Iuny. 1614* coram Vbaldo, impressa per Farinac. *decis. 647. num. 1. part. 1. recent.* Immò ad hoc, vt constet de conformitate trium sententiarum, non requiritur quòd prima expresse confirmet secundam, & secunda tertiam. sed sufficit quòd in substantia idem contineant, sicuti docet Bald. *in l. creditor, §. cum de sorte, num. 1. ff. de solution.* & censuit Rot. *decis. 98. num. 1. par. 1. recent.* & quòd non adsit difformitas circa substantiam, vel qualitatem principalem, Alex. *cons. 77. num. 3. vers. sicut ergo, lib. 2.* & fuit resolutum *in vna Erachar. fructuum 18. Aprilis. 1625.* coram bonæ memoriæ Buratto.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra citatum extra citantis territorium existentem nulla est ipso iure,* & *num.* 2.
3 *Crimen læsæ maiestatis committitur in confœderatione, seu liga facta cum hostibus Principis.*
4 *Citatio quòd quis veniat responsurus in loco notoriè non tuto, arctat citatum ad comparendum.*
5 *Citatus sibi imputare debet si non potest tutè comparere in loco non tuto ob inimicitias à se causatas.*
6 *Citari nullus potest à iudice extra suum territorium.*
7 *Delicti ratione sortitur quis forũ eo loci, quo deliquit.*
8 *Crimen læsæ maiestatis non committitur nisi per subditum.*
9 *Domicilium licèt quis mutet, & illud transferat in aliud Regnum, tamen ratione originis semper remanet subditus primo Regi.*
10 *Citatio cùm à iure proueniat naturali, à Principe tolli non potest.*
11 *Sententia absque citatione etiam à Principe lata nulla est.*
12 *Lex in qua ponũtur verba per quæ redditur irrita, & inanis actio & passio, quæ in pœnã criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet.*
13 *Verbum duplex seu geminatum futuri temporis vbi in eadem constitutione esset, tunc est latæ sententiæ.*
14 *Citatio non arctat etiam sine appellatione ad comparendum in loco notoriè non tuto.*
15 *Captus ad pœnam, vel periculum mortis si relaxetur iuramento suo de redeundo ad carcerem certo die si mors erat iniuriosa, redire non tenetur.*
16 *Delinquens est ad locum delicti remittendus quamuis detentus sit à iudice originis, vel domicilij.*
17 *Iudex à quo petitur remissio delinquentis debet adhibere cognitionem verum qui petit remitti re vera delictum commiserit.*
18 *Feudum ligium quod dicatur, ostenditur.*
19 *Homoligius vnius non potest esse ligius alterius.*
20 *Iuspatronatus non perditur per confiscationem iudicis secularis.*

CLEM. Pastoralis. II. & vlt.

1 SEntentia lata contra citatum extra citantis territorium existentem nulla est ipso iure, & ideo declaratur hîc sententiam Henrici Imperatoris contra Robertum Regem Siciliæ esse nullam Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz Bonifac de Vital. Viuian *in ration. lib. 2. pag.* 287. Alagon. *in compend. pag.* 323. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Mich. Grass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 8. num.* 33. *pag.* 245. Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 488. *in princip. tit. 2. lib.* 3. *Ordin.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib. 2. cap. 1. §. 3. vers.* 3.

3 *Confœderationes, & conspirationes,* &c.] Notatur ad hoc quòd crimen læsæ maiestatis committitur in confœderatione, seu liga facta cum hostibus Principis, vt per Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 113. num.* 32.

4 *Esto igitur quòd Rex ipse.* &c.] Notatur ad hoc quòd citatio quòd quis veniat loco respõsurus in loco notoriè non tuto, non arctat citatum ad comparendum, vt docent Bonacos *commũ. crimin. p. 1. verbo citatus, pag.* 24. Menoch *cons. 100. num* 138 *cum seqq.* vbi *n.* 208. subdit quòd citatus sibi imputare debet si non potest tutè comparere in loco non tuto ob inimicitias à se causatas, Bernard. Græu. *ad practic. Camer. Imper. lib. 1. concl. 52. consid.* 1. D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, num. 46. ff. de iudic.*

Desiperet igitur, &c.] Notatur ad hoc quòd nullus citari potest à iudice extra suum territorium, vt per Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de citat. art. 1. gloss. 1. num.* 2. Baptist. Costa *de remed subsid. remed. 16. à n.* 7. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 44. de citat. à num.* 62. 6

Verũ est quidẽ si in eodem districtu fuisset inuentus.] Notatur ad hoc quòd ratione delicti sortitur quis forum eo loci, quo deliquit, de quo dixi *in collect. ad cap. postulasti* 14. *de foro compet.* & ibi citatis addo Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 130. n.* 1. 7

Rursus non est silentio relinquendũ, &c.] Notatur ad hoc quòd crimen læsæ maiestatis non committitur nisi per subditum, vt per Clar. *in §. læsa maiestas, n.* 6. Menoch. *cons. 99. à num.* 19. Peregr. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n.* 18. Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap 8. num. 5.* & *cap. 32. num. 10.* & *c. 49. num.* 5. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect.* 1446. Molin. *de iustit. tract. 1. disp. 658. v. item vt aliquis.* Bernard. Muscatel *in pract. crimin. tit. de crimine læsæ maiest. n.* 14. Matt. *de iurisdict. p. 4. casu 133. n.* 16. Farin. *in praxi crimin. q. 51. n. 80.* & *q. 112. n. 240. cum seqq.* vbi *num.* 258. subdit etiam per hunc text. quòd ad hoc vt crimen læsæ maiestatis cõmissum dicatur ab aliquo, sufficit quòd sit subditus ratione domicilij. Sic etiam per hunc text. dicit D. Barbos. *in l. heres absens, §. proinde in art. de foro ratione originis, n. 7. ff. de iud* quòd licèt quis mutet domicilium, & illud trãsferat in aliud Regnum, tamen ratione originis semper remanet subditus primo Regi, ac proinde si illum offendat, incurrit crimen læsæ maiestatis 8 9

Quæ à iure prouenit naturali, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio cùm à iure proueniat naturali à Principe tolli non potest, de quo plures citaui Doctores *in collect. ad cap. 1. n. 7. de caus. possess. & propriet.* quibus addo nouissimè Octau. Glori. *resp. 7. n.* 51. 10

Sententiam, & processus omnes, &c.] Notatur ad hoc quòd sententia absque citatione etiam à Principe lata nulla est, vt per Soar. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 14. num. 125. pag.* 266. Chald Pereira *in l. si curatorem, verbo eum non absimilis, num. 7. vers. quod autem, C. de in integ. restitut. minor.* Aloys. Ric. *in collect. decis. part. 5. collect.* 1753. 11

Esse omnino irritos, & inanes.] Notatur ad hoc qòd lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita, & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet, vt per Saryt. *in claui Regia, lib. 3. cap. 8. num.* 26. 12

Notatur etiam ad hoc quòd vbi in eadem constitutione esset duplex, seu geminatum verbum futuri temporis, tunc est latæ sententiæ, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 47. & 46. C. de reuocand. donat.* 13

In gloss. *Notorio.* ibi, *quod non solum assignato loco notoriè non tuto possit appellari etiam exceptione nõ opposita, sed etiam, quòd sine appellatione citatio non arctet.* Ita Bernard. Græo. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 52. consid. 1. num* 4. 14

In gloss. *Per violentiam.* ibi, *si captiuus ad pœnam, vel periculum mortis relaxetur iuramento suo de redeundo ad carcerem certo die si mors erat iniuriosa redire nõ tenetur.* Ita Deun. *reg. 393. vers. quartò limita,* Clar. *§. fin. quæst. 21. num.* 27. Couar. *variar. lib. 1. cap. 2 numero* 7. Nauarr. *comment. 4. de Regularib. num.* 63. Menoch. *cons. 72. n.* 125. Gutier. *de iuram. confirmat. part. 1. c. 57. num.* 29. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo defensio, different.* 8. quia licitum est mortem 15

violentam fugere, Perez *tit.7.l.5. Ordin pag.mihi* 200. *col.2.ad fin.*

16 In gloss. *De more.* ibi, *dicunt in omni graui delicto remissionem fieri, ad iudicem delicti.* Notatur ad hoc quòd delinquens est ad locum delicti remittendus, quamuis detentus sit à iudice originis, vel domicilij, vt per Couar. *variar.lib.2.c.20.num.15.versic.28. & practic. cap.11.num* 8. Azeued. *l.1.num.24.tit.16.lib.8.noua recop.* Perez. *l 2.gloss.1.post princ.tit.17.lib.8.Ordin.* vbi notat ex hoc textu, quòd remissio non habet locum in delicto leui.

17 In ead. gloss. ibi, *quidam contrà quod praecedet aliqualis cognitio,* &c. Notatur ad hoc quòd iudex à quo petitur remissio delinquentis debet adhibere cognitionem vtrùm qui petitur remitti, reuera delictum commiserit, ne aliàs per capturam afficiatur iniuria absque vlla iusta causa, vt per D. Barbos. *in l.heres absens.§.proinde in art.de foro delicti, num.74.ff. de iudic.* Azeued. *d.l.1.num.40.*

18 In gloss. *Homóque ligius,* ibi, *hominis ligium fit Imperatori, vel Regi,* &c. Notatur ad hoc quòd feudum ligium dicitur si conceditur ab Imperatore, vel Rege praestita fidelitate absolutè, & nullius alterius domini fida conseruata, vt per ‹ ott. *in memorabilib. verbo feudum, il* 1. *&c* de vasallitio, & caeteris, de quibus *in hac gloss.* vide Perez *l.4.gloss.1.col.2 ante fin.tit.3.lib.4. Ordin.*

19 In ead. gloss. ibi, *nec videtur quis esse posse ligius duorum,* &c. Notatur ad hoc quòd homo ligius vnius non potest esse ligius alterius, & ita non potest aliquis esse homo ligius duorum dominorum, vt per Clar. *§.feudum quaest.11.* Menoch *cons.2. n.24. cum seqq. & cons. 32.num 7.*

20 In gloss. *Subiecta.* ibi. *quòd per confiscationem iudicis secularis non perdit quis ius patronatus.* Ita Azor. *institut.moral.p.2.l.6.c.20.q.14.* Farin. *in praxi crimin.p.1. q.25.num.151.* Sanch. *in praecepta Decalogi.tom.1.lib.2. cap.19.num.5.*

De Appellationibus.

Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio coram maiore parte plurium iudicum valet, sed appellatio, dilatio, & termini praefixio est intimanda.*
2 *Iudicum appellatione qui contineantur, remissiuè.*
3 *Index vnus ex pluribus quoties procedere potest, ab ipso solo si procedit poterit appellari.*
Iudicem qui non potest habere coram publicis, & honestis personis appellare debet.

Clem. Si à iudicibus. I.

1 PLVRES iudices quando sunt in vna causa si appelletur coram maiori parte eorum valet appellatio, ac si ab omnibus simul praesentialiter fuisset appellatum, sed appellato ignoranti est facienda legitima intimatio appellationis, dilationis, & termini praefixi. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration.lib.2.p.356.* Alagona *in compendio pag.347.* remissiuè Casal. *in dicto loc.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

2 In gloss. *Si à iudicibus.* ibi, *& quod dicit iudicibus,* intelligo *Ordinariis, vel delegatis,* &c. Iudicum appellatione qui contineantur dixi *in tract.de appellatiua verbor.vtriusque iuris significat.appellat.121.*

In gloss. *Simul.* ibi, *hoc tamen sciat quod quoties vnus ex pluribus iudicibus procedere potest, & ab ipso solo si procedit poterit appellari.* Vide Tiraq. *in l.si vnquam verbo susceperit liberos, n.157.C.de reuocand.donat.* 3

Io gloss. *Maiori.* ibi, *coram publicis, & honestis personis.* Vide *l.17.tit.2.l.3.Ordin.vbi gloss.1.* Azeued. *l.3. n.148.tit.10.lib.4.noua recop.* 4

SVMMARIVM.

1 *Apostolos peti sufficit vno contextu saepiùs, & instanter, ad quos recipiendos si iudex certum terminum statuat appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat, idem cum iudex statuit terminũ iuris incertum intra quem appellans illos debitè non petiuit, vel oblatos recipere renuit.*
2 *Apostoli non semel petendi sunt, sed debeat pluries, & instantissimè peti.*
3 *Appellationi renuntiare praesumitur is, qui appellauit, & non petit sibi de apostolis responderi infra terminum iuris scilicet triginta dierum.*
4 *Appellans, qui non redsit pro apostolis appellationi renunciare videtur.*
5 *Apostoli peti debent intra triginta dies.*
6 *Spatium triginta dierum intra quod apostoli peti debent, connumerandum est à tempore latae sententiae datae illius scientiae, nõ vero interpositae appellationis.*
7 *Iudex potest prorogare tẽpus à se datum pro recipiẽdis apostolis, & data causa potest breuius praefinire.*
8 *Apostoli exhibendi sunt expensis appellantis.*
9 *Offerre debens aliquid, tenetur id propriis ipsius offerentis sumptibus, & expensis facere.*
10 *Iudex si congruo loco, & tempore requisitos apostolos expressè denegauerit, aut malitiosè, vel negligenter tradere omiserit, ex tunc si in causa procedat, inualidus erit processus.*

Clem: Quamuis. II.

LIcèt iuris rigor velit vt apostoli petantur saepiùs, instanter congruo loco, & tempore, tamen sufficit si vnico contextu saepiùs, & instanter petantur, ad quos recipiendos si iudex certum terminum statuat, & appellans in illo termino eos non petierit, suae appellationi renunciasse censetur. Idem dicendum cùm iudex statuit terminum iuris incertum intra quem appellans illos debitè non petiuit, vel oblatos recipere renuit. Si verò iudex non dederit apostolos appellanti petenti intra praefixum tempus, vel si dixit se daturum intra praefixum iuris terminum, & postea non curat dare petenti congruo loco, & tempore, saepiùs, & instanter vnico contextu, tunc appellans potest prosequi suam appellationem, ac si fuissent expressè illi negati apostoli. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleax. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration.lib.2.pag.356.* Alagona *in compendio, pag.348* remissiuè Ximen. *in concord.pars.1.& 2.*

Saepiùs, & instanter.] Ergo apostoli non semel petendi, sed debent plures, & instantissimè peti, vt per Lancellot. *de attent. part.2. cap.12. limit.50. n.196.* Sigism. Scac. *de appellat.lib.3. cap.2.q.13.num.25.vers. extende primo.* 2

Appellationi sua renũciasse videtur.] Notatur ad hoc quòd is, qui appellauit, & non petit sibi de apostolis responderi infra terminum iuris scilicet 30. dierum, praesumitur appellationi renunciare, vt per 3

Cassador.

Caſſad. *deciſ.* 8 *ſub.n* 1. *hoc tit.* Rot. *deciſ.* 57. *alias* 460. *ſub.num.* 4. *eod tit.*, Sigiſm. Scacc. *d. quaſt.* 13. *n.* 25. *verſ. extende primo*, Mantic. *deciſ.* 92. *n.* 1. vbi ampliat quãuis appellans die 31. pro apoſtolis reuerſus fuerit, & *deciſ.* 128. *num.* 3. vbi reſoluit quòd appellans, qui non
4 redijt pro apoſtolis, appellationi renunciaſſe videtur, niſi intra terminum iuris ei aſſignatum cauſam commiſerit, quia tunc non tenebatur amplius redire, & citat Creſcent. *dec.* 65. *lib.* 2.

5 In gloſ. *Tempore*. ibi, *triginta dierum*, &c. Notatur ad hoc quòd apoſtoli peti debent intra triginta dies, ita Guid. *in tract. huius tit. n.* 27. Federic. *eod. tract. n.* 31. Veſtr. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 23 vbi Grauat. *num.* 63. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *p.* 2. *n.* 6 quod quidem ſpatium eſt parti, & iudici commune, ſicut enim appellans petere, ſic iudex intra illud apoſtolos exhibere tenetur, Franc. *n.* 2 *per text. ibi in cap. ab eo hoc tit. lib.* 6. Veſtr. & Soar. *citatis locis.*

6 In ead. gloſſ. ibi, *qui currant à tempore ſententia*, &c. Notatur ad hoc quòd dictum ſpatium 30. dierum connumerandum eſt à tempore latæ ſententiæ data illius ſcientia, non verò à die interpoſitæ appellationis, vt per Guid. *in tract. huius tit. n.* 23. Veſtr. *d. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 65. Soar. de Pace *dict num.* 6. vide DD. citatos in gloſ. *verbo a die Clem.* 2. *infra hoc tit.*

7 In gloſ. *Videtur*, ibi, *tutius eſt ex quo ſecundus terminus*, &c. Notatur ad hoc quòd iudex poteſt prorogare tempus à ſe datum pro recipiendis apoſtolis, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 29. Sic etiam data cauſa poterit breuius ſpatium præfinire ad apoſtolos petendos, vt per Marian. *in cap. de appellatione, num.* 223. *hoc tit.* Afflict. *lib.* 2. *conſtitut. rub.* 45. *n.* 40 & ita ſeruari generali conſuetudine teſtatur Ferrat. *in pract. tit. forma reſponſionis iudicis à quo appellatur, verbo Statuit, num.* 2. & Grauat *dict. c.* 3 *num.* 71. pertranſit tanquam ſine dubio Soar. de Pace, *dict. num.* 6.

8 In gloſ. *Oblatos* ibi, *communis ſeruat quòd expenſis appellantis*, &c. Notatur ad hoc quòd communiter ſeruatur apoſtolos exhibendos eſſe expenſis appellantis, vt per Tiraq. *de retractu tit.* 1. §. *gloſ.* 10. *num.* 107. *& gloſ.* 17. *num* 7 Afflict. *lib* 2. *conſtit. rubr.* 45. *num.* 22. Boër. *deciſ.* 303. *n.* 5. Soar de Pace *in pract. tom.* 2 *part.* 5. *cap. vnic. num.* 7.

9 Vnde hæc concluſio ad multa notabilia per Doctores adduci ſolet. ex quibus Tiraquel. *d. gloſ.* 17. *num* 7. notat, quòd quis offerre debet aliquid, intelligitur vt proprijs ipſius offerentis ſumptibus, & impenſis id faciat, & non illius, cui illa oblatio fieri debet, & Duen. *reg.* 5. *verſ. tertio limita*, obſeruat ad hoc quòd copia libelli debet dari ſumptibus actoris.

10 In gloſ. *Denegantis*, vlt. ibi, *contra iudicem*, &c. Notatur ad hoc quòd ſi iudex congruo loco, & tempore requiſitos apoſtolos expreſsè denegauerit, aut malitiosè, vel negligenter tradere omiſerit, extunc ſi in cauſa procedat, omninò inualidus erit proceſſus, vt per Lancellot. *de attent. part.* 2. *c.* 13. *n.* 6.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans proſequi, & finire tenetur appellationẽ extraiudicialẽ intra annum à die interpoſita appellationis, vel illati grauaminis, quo non facto (impedimẽto iuſto ceſſante) appellatio eſt deſerta, & n.* 2.

3 *Tempus appellationis quãdo debeat currere, remiſſiuè.*

Clem. Sicut appellatione III.

1 APpellans tenetur infrà annum proſequi, & definire ſuam appellationem iudicialem, vel extraiudicialem incipiendo à die appellationis, vel grauaminis, ſi appellauit à grauamine, quod ſi non fecerit, nec aliquod iuſtum impedimentum habuit, appellatio cenſetur deſerta. Colligunt ex Ordinarijs Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin Viuian. *in ration. lib.* 2. *pag.* 356. Alagon. *in compend. pag.* 348. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 De hac materia dixi latè ad *cap. cum ſit Romana* 5. *hoc tit. in Decretalib.*

3 In gloſ. *A die*, ibi, *ſcire debes quod olim hanc quaſt. deputant, ſcilicet quando deberet currere tempus appellationis*, &c. De hac quæſt. vide Putc. *deciſ.* 147. *lib.* 2. *in correctis*, Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 30. & *n.* 51. *& in tractat ceſſante cauſa, part.* 1. *n.* 82. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Gallia in proœm gloſ.* 5. *num.* 3. Perez *l.* 1. *gloſ.* 1. *col.* 2. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin.*

Clem. Quamdiu. IV.

1 TEmpus ad proſequendam appellationem ab homine vel à iure præfixum non currit appellanti compromiſſo durante, vel de partium expreſſo conſenſu niſi periculo imminente ex mora iudex aliud decernat. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital Viuian. *in ration. l.* 1. *pag.* 357. Alagon. *in compend pag.* 348. remiſſiuè Caſal *in annot.* & Ximen. *in concord part.* 1. & 2.

2 Hanc eand. concluſ. firmant Perez *in rubric. tit.* 1. *gloſ.* 1. *pag.* 446. *lib.* 3. *Ordinam.* & *l.* 3 *gloſſ.* 2. *verſic. item etiam durante tit.* 16. *eod. lib.* 3. *Ordinam.* Bellacomb. *tom* 2. *communium opinion. l.* 7. *tit.* 32. *num.* 19 *pag.* 319. Gutierr. *de iuram. confirm. part* 3 *cap.* 5. *num.* 15. Parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Luſitan. l.* 3. *tit.* 70. §. 3. *num.* 9.

3 In gloſ *vel aliàs*. Hanc gloſ. dicit ſingularem Perez *in proœm. Ordin. quaſt.* 7. *ad med.* & de ea meminit. *l.* 6. *gloſ.* 6. *col.* 4. *Ordin. tit.* 2. *lib.* 4. Azeued. *l.* 1. *num.* 39. *tit.* 5. & *l.* 1. *num.* 14. *tit.* 8. *l.* 4. *noua recop.*

S V M M A R I V M.

1 *Appellanti ante diffinitiuam non licet proſequi cauſas in appellatione nominatim non expreſſas, nec proceſſus primi iudicis iuſtificari, vel impugnari poteſt niſi ex actis coram eo, & num.* 2.

3 *Notorium licèt releuate poſſit ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi.*

4 *Notorium non indiget probatione, ſed ſufficit quod allegetur.*

Clem Si appellanti. V.

1 APpellans ab interlocutoria, vel à grauamine, non poteſt proſequi alias cauſas, ſed illas tantùm, quæ nominatim ſunt expreſſæ in appellatione: nec proceſſus primi iudicis iuſtificari, vel impugnari poteſt ex nouis, vel de nouo probandis, ſed tantùm ex illis. quæ coram ipſo fuerunt exhibita, vel acta. Colligunt ex Ordinat. Lap Ab. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. lib.* 2 *pag.* 358 Alagon. *in compend. pag* 348. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord part.* 2.

2 Hanc eand. concluſ ex hoc text deſumunt Duen. *reg.* 47. *à princ.* Socin. *in reg.* 38. Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *tit.* & *quandoque appellantur n.* 159. *cũ ſeqq. pag. mihi* 441. Bernard Græuæ *in pract. Camera Imper. l.* 1. *concluſ.* 128 *conſid.* 1 *num* 1. Aloyſ. Ricc *in collectan. deciſ. part.* 5. *collect.* 2004. vbi diuerſimodè limitat.

3 In ead. glos. *Alias causas.* ibi, *licèt enim notorium relenare possit ab onere probandi, non tamen relenat ab onere proponendi.* Ita Bern. *reg.* 497. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 32. *pag.* 280. Don à Fin. *ibid. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 30. *pag.* 478. Mascard. *de probat. conclus.* 1104. Et ideo notorium non indiget probatione, sed sufficit quod allegetur, secundùm Hippol. *cons.* 100. *n.* 7. & *cons.* 125. *n.* 13. & 12. Tiraquel. *de retractu lig.* §. 32. *gloss.* 1. *num.* 98. & *de praescrips. part.* 1. *glos.* 2. *vers. sed quaestionis est*, Petez. *l.* 16. *tit.* 2 *lib.* 3. *Ordin. pag.* 58. & *lib.* 6. *tit.* 2. *lib.* 4 *pag.* 798. Mascard. *de probat. concl.* 78. *num* 50. & *conclus.* 1103. *num* 1. & *conclus.* 1267. *n.* 1. & 10. Valdes. ad Xuar. *part.* 1. *in proemium fori n.* 14. *pag.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Processus appellationis deserta non impedit quin sententia censeatur in rem iudicatam transiuisse, & num.* 2.

3 *Terminus ad appellationem interponendum de consensu partium prorogari non potest.*

4 *Dilatio vni parti concessa alteri est communis, quamuis sit concessa minori iure speciali per restitutionem in integrum.*

Clem. Si appellationem. VI.

1 Appellatio quando per negligentiam appellantis est deserta, vt si appellans non petiit apostolos, vel non comparuit in termino assignato, vel non introduxit suam appellationem intra terminum, non quòd appellationem sic desertam prosequatur, sententia lata transit in rem iudicatam acsi non fuisset appellatum. Colligunt ex Ordinariis Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleazar Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. l.* 1. *pag.* 369. Alagon. *in compend. pag.* 349. remissiuè Casal. *in annot.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc tex. desumunt Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 10. *n.* 10. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 3. *collect.* 645 vbi multipliciter declarat quando dicatur appellatio deserta.

3 In glos. *Desertam.* ibi, *Fortius in expressa deserta per renuntiationem* Notatur ad hoc quòd terminus ad appellationem interponendam de consensu partium prorogari non potest, de quo vide Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 29 Bellacomb. & Viu *tom.* 1 *commun. opin. l.* 7. *tit.* 22. *n* 5. & 6. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *tit. de appellat. n.* 240. Brunor à Sole *in locis commun. verbo appellatio* 38. Azeued. *l.* 2. *n.* 4 *tit.* 18. *l.* 4. *noua recop.* Bredecod. *de appellat. par.* 2. *tit.* 9. *col.* 212. *vers. appellatio est deserta*, Soar. de Pace *pract. tom.* 2. *par.* 5. *c. vnico, num.* 5. Gam. Lusit. *decis.* 217. *in fine*, Zerol. *in praxi Episcop. verbo instantia, vers. septimò*, Ignat. del Villar *in sylua respons. l.* 1. *resp.* 15. *q.* 4. *n.* 1. *cum multis seqq.*

4 In glos *Cum appellato.* ibi, *licèt ergo dilationes*, &c. Notatur ad hoc quòd dilatio vni partium concessa, alteri est communis, quamuis sit concessa minori iure speciali per restitutionem in integrum, de quo vide Marant. *de ord. iudic. p.* 6. *tit. de dilation. n.* 18. Ozasch. *Pedem. decis.* 97. *num.* 4. Vincent de Franchis *decis.* 269. *num.* 3 Petr Gregor. *syntagm. iuris lib* 48. *cap.* 8. *num.* 18. Chald. Pereira *l. si curatorè verbo, vel aduersarij dolo, num.* 21. Gutier *practic lib.* 2. *quaest.* 32. *num* 8. Menoch. *cons.* 36 *num.* 25 vbi *num.* 28 *vers. primò*, subdit quòd non est communis ei. qui iam probationibus renunciauit, & *num.* 35. & 5 idem asserit vbi verisimiliter subornationis periculum in aduersario dilationem sibi communem esse contendente, timeri possit, Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo dilatio, num.* 8. Curi. Philip. *part.* 1. §. 16. *num.* 9. Amat. Roderic. *in pract. videndi, seu examinandi processum, cap.* 7. *num.* 25. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 47. *de dilationib. num.* 50.

SVMMARIVM.

1 *Appellans secundò, & succumbens à peremptoria repulsa ex alio quàm propter ineptitudinem, non auditur super appellatione à diffinitiua, & num.* 2.

3 *Sententia lata super exceptionibus est interlocutoria.*

4 *Iudex suam interlocutoriam potest tantùm regulariter bis reuocare.*

5 *Interlocutoria geminata reuocari amplius non potest, quamuis alias semel, pronunciata reuocari rectè valeat.*

Clem. Cùm à repulsione. VII. & vlt.

Appellans à repulsione exceptionis peremptoriae bis, & succumbens prima, & secunda vice, non potest in causa appellationis postmodum à diffinitiua emissae super ea vlteriùs audiri nisi tunc ritè proposita ex eo priùs repulsa fuisset, quia proponebatur ineptè. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abbas, Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 360. Alagon. *in compend. pag.* 349. 1

Hanc eandem conclusionem 2. hoc text. desumit Tiraquell *in l. bonus*, §. *hoc sermone limit.* 1. *num.* 18. *ff. de verb. signif.* 2

In gloss. *Repulsione.* ibi, *quòd sententia lata super peremptoria interlocutoria est*, &c. Notatur ad hoc quòd sententia lata super exceptionibus est interlocutoria, vt per Bernard. *regula* 671. 3

In gloss. *Super ea.* ibi, *per quod videtur quod etiam iudex causae*, &c. Notatur ad hoc quòd iudex suam interlocutoriam potest tantùm regulariter bis reuocare, vt per Fichard. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 26. *pag.* 244. & attenta Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 65. §. *vlt.* semel tantùm reuocari potest, vt testatur parens meus *in comment. ad eundem. tit.* 65. *in princip. n.* 4. Licèt interlocutoriam sententiam millies reuocari posse dixerit Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 147. *n.* 11. & *cap.* 155 *n.* 16. *cum seqq.* & ideò notari solet haec glos. ad hoc quòd interlocutoria geminata reuocari ampliùs non potest, quamuis aliàs semel pronunciata reuocari rectè valeat, sicuti docent Chald. Pereira *de potestate eligendi, seu nominandi, cap.* 2. *n.* 38. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 155. *n.* 26. Parens meus *dict. tit.* 65. *in princip. sub num.* 3. *in fine.* 4

In Librum III. Clementinarum.

De vita, & honestate Clericorum.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati puniuntur, & alij personaliter, & in publico carnificum, & tabernariorũ officium exercentes, qui per dioecesanos nominatim, & tertiò moniti illud officium non dimittunt, vel dimissum reassumunt, & excitantur dioecesani contra illos clericos, qui seculares actus exercent.*

2 Clericus

2 *Clericus exercens macellum, seu tabernam deponitur, & clericale priuilegium amittit.*
3 *Clericus coniugatus cum vnica & virgine, reassumendo vestes clericales, quas deposuerat, priuilegia clericalia recuperat.*
4 *Diœcesanorum appellatione non veniunt Ordinarij, qui in loco iurisdictionem habent.*
5 *Taberna dicitur domus, in qua panes, vinum, & carnes cocta venduntur.*
6 *Clericus exercens macellum, seu tabernam incurrit pœnas huius text. si per se, & personaliter exerceat, secus si per alium.*
7 *Statutum infligens pœnam personaliter mandatario propter ius commune mandantem non comprehendit.*
8 *Dictio,* nominatim, *intelligitur propriis nominibus expressis.*
9 *Nominatim excōmunicatus quis dicatur, ostenditur.*
10 *Monitio, qua debet fieri clericis in minoribus vt reassumant habitum, & tonsuram, & quod aliàs amittant priuilegium, debet esse specialis in persona nominati facta.*
11 *Clericus incedens sine gabitu, & tonsura non perdit priuilegium fori nisi praecesserit trina monitio specialis, nominatim, & in persona facta.*
12 *Citatus vt incurrat pœnam ratione contumaciæ requiritur praecisè trina monitio.*
13 *Adimplendum vbi requiritur aliquid pacificè pro forma, non sufficit si per æquipollens adimpleatur,*

CLEM. Diœcesanis. I.

1 RDINARII monere debent Clericos exercentes publicè officia carnificum, seu macellariorum, vel tabernariorum, vt infra certum terminum à se præfigendum desistant, & quòd nullo vnquam tempore illa reassumant, & si ter personaliter moniti non desistunt, vel deinde reassumunt, tunc clerici coniugati omni carent priuilegio clericali, & si tanquam laici incedant, careant etiam in personis eo ipso, quamdiu in præmissis perstiterint. Aduersus verò alios clericos negotiationibus, vel commerciis sæcularibus, vel officiis non conuenientibus clericali proposito publicè insistentes, vel arma portantes, sic canonica seruare studeant statuta, quòd & illi ab excessibus compescantur huiusmodi, & ipsi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi. Colligunt ex Ordinariis Anchart Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 13.* Alagon. *in compendio pag. 358.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordat. part. 1. & 2.*

2 *Seu macellariorum, aut tabernariorum.* &c.] Notatur ad hoc quòd clericus exercens macellum, seu tabernam deponitur, & clericale priuilegium amittit, vt per Menoch. *de arbitr. casu 412.* Farinac. *fragment. crimin. part. 1. lit. C. n. 127.* latè Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 20.* cum aliis per me citatis *ad c. clerici 15. n. 4. hoc tit. in Decretalib.*

3 *Ab his non destiterint, aut ipsa exercendo resumpserint,* &c.] Ergo clericus coniugatus cum vnica, & virgine resumendo vestes clericales quas deposuerat, priuilegia clericalia recuperat, vt per Couarr. *pract. cap. 31. num. 8 vers. quarto, in fine,* Clar. *§. fin. quæst. 36. num. 19.* D. Barbos. *in l. Titia 35. n. 33. ff. soluto matrim.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo clericus vers. ad decimum tertium* & plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 29.* vbi subdit quòd licèt varia sit interpretatio Doctorum an dictio, *omninò*, denotet priuationis perpetuitatem, an solam priuationem omnium priuilegiorum, quibus gaudet clericus coniugatus; at re vera non denotat perpetuitatem; sed particula, *quamdiu*, refert ad omnia, nam est vnica oratio, & clausula omnia contenta in eadem oratione determinat, *l. in repetendis. ff. de legat. 3.* non ergo per contrarium actum amittitur perpetuum priuilegium, sed dum ab illo non desistitur.

In glos. *Diœcesanis.* ibi, *non dicit Ordinarius locorum,* 4
&c. *per quod videtur quod alij Ordinarij, licèt in loco iurisdictionem habeant, hoc non possint.* Vide Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 14.* & quæ dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo Diœcesanus.*

In gloss. *Tabernariorum.* ibi, *dicitur domus, in qua pa-* 5
nes, vinum, & carnes cocta venduntur. Ita Rebuff. *in l. taberna appellatione 183. ff. de verb. signif. pag. 596. & seq.* Card. Tusch. *pract. concl. sem. 8. lit. V. concl. 1.* quos refero ego ipse *in tract. de appellatiua verb. vtriusq. iuris signif. appell. 257. n. 1.*

In gloss. *Publicè, & personaliter.* ibi, *vel per alium* 6
hoc exerceetur. Notatur ad hoc quòd tunc demum punitur pœna huius text. exercens macellum, seu tabernam, si huiusmodi artes exerceat per se, & personaliter, secùs si per alium vt per Duen. *reg. 99. vers. limita tertio,* Menoch. *de arbitr. casu 412. n. 6.* Perez *l. 3. gloss. 1. pag. 96 titul. 4. lib. 8. Ordin.* Azeued *l. 15. num. 2. tit. 7. lib. 7. noua recop.* & hinc colligit Couarr. *in c. quamuis pactum part. 1. §. 5 num. 9. col. 3* non posse per alium fieri quod ex lege, vel Canone à propria persona agendum est.

Hinc etiam statutum indicens pœnam personali- 7
ter mandatario præter ius commune mandantem non comprehendit, vt per Menoch. *de arbitr. casu 353. num. 18.*

In gloss. *Nominatim.* ibi, *propriis nominibus eorum* 8
expressis. Vide Anton. Gomez. *var. tom. 1. cap. 2. n. 6.* Couarr. *in cap. cum tibi n. 5. de testament.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 9. à n. 5.* Et hinc nominatim 9
dici excommunicatum, vel interdictum quando proprium nomen exprimitur, tradunt gloss. *verbo nominatim in c. cùm & plantare §. excommunicatus, de priuileg. & alia verbo nominatim in c. constitutionem, de sentent. excomm.* Couarr. *in cap. alma mater part. 1. §. 1. num. 8.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 1. n. 27.* Soar. *tom. 5. de censuris disp. 9. sect. 2. n. 10.* Sayr. *in simili tract. lib. 2. c. 12. n. 17. & l. 5. cap. 1. n. 11.*

In ead. gloss. ibi, *quasi non sufficiat diœcesano monere* 10
in genere. &c. Notatur ad hoc quòd monitio, quæ debet fieri clericis in minoribus, vt reassumant habitum, & tonsuram, & quòd aliàs amittant priuilegium, debet esse specialis in personam nominati facta, vt per Couar. *pract. c. 32. n. 1. vers. sed* D. Barbos. *in l. Titia, num. 35 ff. soluto matrim.* Farin. *fragm. crimin part. 1 lit. 1. C. n. 140.* 11

In gloss. *Tertiò* ibi, *debet ergo habere aliquorum dierum interualla.* &c. Notatur ad hoc quòd clericus incedens sine habitu & tonsura non perdit priuilegium fori nisi præcesserit trina monitio specialis, nominatim, & in personam facta, itaut nec vnica nec generalis sufficiat, sic vt tradunt Steph. Gratian. *disc. forens. c. 190. n. 11* Farin. *fragm. crimin. part. 1. lit. C. n. 143.*

Et ideò hinc colligit Clar. *§. fin. q. 31. num. 22.* quòd 12
quando lex disponit quod citatus incurrat pœnam ratione contumaciæ requiritur præcisè trina citatio. Et pari modo ex hac gloss. infert Tiraq *de retractu lig. §. 1. glos. 21 n. 11. & §. 36. glos. 2 n. 68.* quòd quando aliquid requiritur à lege pro forma, id est, specificè adimplendum, non sufficit si per æquipollens adimpleatur,

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Vestes quales deferre debeant clerici,remissiuè.*
3 *Priuationis pœna simpliciter imponenda non est,nisi à iure exprimatur.*
4 *Monachus portans habitum suum coopertum habitu clericorum secularium,an sit apostata.*
5 *Præstimonia aliquando dantur in titulum.*
6 *Beneficij appellatione continetur pensio cum lex vtitur verbis generalibus.*
7 *Pensio perpetua,quæ conceditur in titulum Ecclesiastici beneficij,est beneficium Ecclesiasticum,& sub eius propria appellatione comprehenditur.*
8 *Monachus ex legitima superioris licentia causa studij , seu peregrinationis extra monasterium versans potest facere gratuitam eleemosynam moderatam.*
9 *Eleemosyna moderata censetur quando Religiosus ex legitima superioris licentia studens eam elargitur, quam alij scholares,aut peregrini honesti eiusdem conditionis solent erogare.*

CLEM. Quoniam. II. & vlt.

1 CLericus beneficiatus , qui sine causa rationabili vtitur veste virgata,est suspensus ipso iure per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum , si non est beneficiatus,sed Diaconus,vel Subdiaconus inhabilis fit statim ad habenda beneficia Ecclesiastica,idem de clericis aliis vestem talem simul,& tonsuram publicè deferentibus clericalem.Habentes verò dignitatem, personatum,beneficium Curatum,Sacerdotes & Religiosi si publicè ferant talem vestem,vel infulam , seu pileum lineum publicè portent in capite,sunt suspensi à fructibus per annum , Sacerdotes autem & Religiosi sunt inhabiles ad beneficium per annum.Sed & tales & cæteri quicumque clerici vtentes tabardo foderato vsque ad oram ita breui, quòd vestis inferior notabiliter videatur,dēt tabardum pauperibus infra mensem,siue sint Religiosi habentes administrationem,siue clerici seculares.Religiosi verò non habentes administrationem infra idem tempus tenentur illud consignare suis superioribus in vsus pios conuertendum. Item clerici præsertim beneficiati vti non debent publicè caligulis scacatis rubeis aut viridibus. Colligunt ex Ordin Lap.Abb.Ancharr.Imol.Zabarell,Panormitan.Paul.de Eleazar Bonif.de Vital. Viuian. *in ration. lib.*3.*pag.*13. Alagona *in compend.pag.*358. remissiuè Ximen.*in concordant part.*1 *&* 2.

Hanc eandem conclus.cum declarationibus ex hoc text.desumit Bonacin.*de suspensionibus in particularis disp.*3.*quæst.*6.*puncto* 6.*à n.*1.

2 Vestes quales deferre debeant clerici dixi latè *de officio,& potestate Episcopi p.*2.*allegat.*9.*per totam*, & aliqua tetigi *in collect.ad c.clerici* 15.*à num.*12.*hoc tit. in Decretalib.*

Nisi causa rationabilis subsit.] Valuti si quis præfatis vestibus vtatur dum transiturus est per loca infidelium,vel hæreticorum,aut si hoc faciant ob metum seruitutis,verberum , vel alterius grauis incommodi vt per Bonac.*d puncto* 6.*n.*2.

Virgata ,vel partita veste.] Hoc est, veste habente diuersos colores intextos cum ipso panno , vel artificiosè superinductos , & supercompositos,vt per Bonacin.*d.puncto* 6.*num.*3.post gloss.*in præsenti , verbo practica.*

Publicè vtantur.] Ergo deferentes huiusmodi vestes domi non incurrunt suspensionem de qua *in hoc text*. quia domus rem secretam,& non publicam denotat , prout etiam nec incurrunt præfatas vestes extra domus sub aliis vestibus ita deferentes vt publicè non appareant , ita Bonacin.*dict.puncto* 6.*num.*1.*vers. hoc tamen.*

A perceptione fructuum beneficiorum, &c.] Vide latè Bonacin.*dict.puncto* 6.*à num.*5. vbi *num.*6.resoluit nomine fructuum non intelligi distributiones , & *num.*8.ait nec comprehendi pensiones, & *num.* 9. tenet non posse intra illud tempus validè beneficium obtinere.

In gloss.*Suspensus*.ibi,*cùm hoc non sit expressum à iure*. Notatur ad hoc quòd pœna priuationis simpliciter imponenda,non est nisi à iure exprimatur, vt per Tiraq.*in l.vnquam,verbo reuertatur.n.*249.*C.de reuocand.donation.* 3

In ead.gloss.ibi,*puto quòd quotidianæ distributiones accrescant sociis*.Notatur ad hoc quòd suspensus à beneficio non lucratur distributiones quotidianas , sed illæ tribui solentiis, qui intersunt diuinis Officiis,vt per Vgolin.*de censur.tab.*4.*c.*8.§.2.præcipuè si darentur solis beneficiatiis secundùm Sayt.*in homil.tract. lib.*4.*cap.*6.*num.*11.Squillante *de obligat.cleric.part.*6. *num.*33.

In gloss.*Extrinseci*.ibi,*facit ad quæst.olim disputatam de monacho , qui benè portat habitum suum,quem tamen coperit habitu clericorum secularium quod sit Apostata.* Vide Fr.Emman.*q.Regul.tom.*2.*q.*76.*art.*3. Paul.Comitol.*resp.moral.lib.*6.*quæst.*8.*n.*9.latè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*6.*cap.*8. *num.*5.*&* 62. *cum seqq.* 4

In gloss.*Quodcumque beneficium*.ibi,*includit præstimonia*. Ergo præstimonia sunt beneficia Ecclesiastica, & inter beneficia Ecclesiastica debent connumerari, vt per Mandos.*reg.*34.*q.*12.*n.*3.*& de monitor.quæst.*60. *num.*32.Sandoual.*de effec.Canon.part.*5.*c.*5. Iacob. de Graff.*in aureis decis.part.*1.*lib.*2.*c.*97.*num.*13.Gonzal *ad reg.*8.*Cancel.gloss.*5.§.2.*ex n.*7.Azor.*instit. moral. part.*2.*lib.*3.*cap.*7.*quæst.*1.Anton.Fabric. *de re benefic. tit.de præstimon.n.*4. Nicol.Garc *de benefic.p.*1. *cap.*2. *à num.*117.Perez de Lara *de anniuers.& capellan.lib.*2. *cap.*8.*à num.*53. Fagundez *in quinque Eccles.præcepta præc.*1.*l.*2.*c.*4.*num.*17. Sebast.Cæs.*in relect.de Eccles. hierarch.part.*3.*disp.*14.§.5.*num.*2. Metipsum *de iure Ecclesiast.lib.*3.*cap.*8.*de præstimon.a princ.*præstimonia enim aliquando dantur in titulum,vt per Zerol.*in praxi Episcop.part.*1.*verbo beneficia,vers.septimo* , vbi *in vers.decimo*,subdit per dict.*quodcumque*,venire hospitale,& quòd præstimonia , præsertim in Hispania,solis clericis conferuntur, & dantur in titulum perpetuum beneficij,& inter beneficia Ecclesiastica connumerantur,tradunt plures Doctores,quos refert , & sequitur Nicol.Garc.*de benef.p.*1.*c.*2.*n.* 117. contra nonnullos, quos *ibi* refert. *num.seq.* 5

Id ead. gloss. ibi, *vel pensionem*. Notatur ad hoc quòd cùm lex vtitur verbis generalibus , appellatione beneficij continetur pensio , sicuti docent Gig.*de pensionib.quæst.*19.*num.*1. *&* *quæst.*28.*num.*11.*&* 12. *& quæst.*86.*num.*2.Sanch.*in præcepta Decalogi lib.*2. *cap.* 28.*num.*36. 6

In ead.gloss.ibi, *quæ haberet in titulum*. Notatur ad hoc quòd pensio perpetua , quæ conceditur in titulum Ecclesiastici beneficij , & beneficium Ecclesiasticum , & sub eius propria appellatione comprehenditur,vt per Couar. *practic.cap.*36.*num.*10. *vers.quarto*, & alios ,quos refert,& sequitur Nicol. Garc.*de benef. p.*1.*cap.*5 *num.*5.*&* 8.quibus addo Bonacin. *de simon. quæst.*4 §.13.*n.*1.*&* 2.Sebast.Cæs. *de Eccles. hierarch. p.*3.*disp.*14.§.10.Paul.de Laymann *in Theologia morali lib.*1.*tract.*5.*p.*2.*cap.*2.*num.*8.*&* *lib.*4. *tract.*2. *cap.*18. *num.*2. 7

num. 2. metipsum *de iure eccles. lib.* 3. *c.* 21. *de pensionibus in princip.*

8 In gloss. *Conuertendum.* ibi, *sed quid si talis monachus erat in studio,* &c. Notatur ad hoc quòd Monachus ex legitima Superioris licentia causa studij, seu peregrinationis extra monasterium versans potest facere gratuitam eleemosynam moderatam, vt per Nauar. *commun.* 2. *de Regularib. num.* 8 *conclus.* 1. Mendoza *in suis quodlib. q.* 8. *conclus.* 3. Valent. 2. 2. *disp.* 10. *quæst.* 4. *puncto* 3. *corol.* 5. Iacob. de graff. *in decis. aureis part.* 1. *lib.* 3 *c.* 5. *n.* 63 Petr. de Ledesma *in summ. tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 3. *conclus.* 31. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 12. *c.* 10. *q.* 3. Fr. Emman *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 57 *art.* 2. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 276. *ad fin.* Lessi. *in simili tract. lib.* 2. *c.* 18. *dub.* 11 *num* 85. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *l.* 7. *cap.* 19. *n.* 98. vbi *n.* 99. subdit censeri eleemosynas moderatas quando talis Religiosus eas eleemosynas largitur, quas alij scholares aut peregrini honesti eiusdem conditionis solent erogare.



De Præbendis, & dignitatibus.

TIT. II.

SVMMARIVM.

1 *Clausula inserta litteris gratiosis super dignitate concessis, per quam prouideri mandatur ne animarum cura, si dignitati immineat, negligatur, vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis, non facit extendi gratiam ad dignitatem Curatam, vel ad quam quis per electionem assumitur.*

2 *Beneficium Curatum non venit in expectatiuarum litteris, nisi de cura expressa fiat mentio.*

3 *Clausulæ executiuæ non ampliant, nec alterant, aut mutant principalem dispositionem.*

4 *Beneficialibus in impetrationibus illa tantùm sunt exprimenda, quæ in iure expressa reperiuntur.*

5 *Qualitates requisitæ à iure, vel à Curiæ stylo si non exprimantur in litteris vitiant gratiam.*

6 *Gratia redditur subreptitia ex omni veritatis taciturnitate, quamuis ea cognita Princeps non concessisset.*

7 *Ordinis annexi beneficio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, seu fundatione non est necessariò facienda mentio ab impetrante, quòd sit in ætate ad talem Ordinem requisita.*

8 *Gratiam ad aliquod beneficium impetrans à Romano Pontif. tenetur beneficia obtenta, & eorum valorem exprimere*

9 *Dictio,* nullus, *est vniuersalis negatiua.*

10 *Adiectiuum resoluitur in relatiuum.*

11 *Vacationis nullo modo expresso omnis vacandi modus continetur.*

12 *Participium aliquando resoluitur in relatiuum.*

CLEM. Si dignitatem. I.

1 DIGNITATEM habenti si de alia prouideri præhabita dispensatione mandatum sit, quæ curam animarum obtineat, nulla de ea facta mentione, gratia huiusmodi nullius est penitùs momenti, quamuis in prouisione apposita fuerit clausula quòd animarum cura (si dignitatibus ipsis, vel alteri earum immineat) nullatenus negligatur. Item si Papa mandat prouideri de dignitate pertinente ad collationem, prouisionem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunque, &c. & inhibet illis, ad quos spectat collatio, prouisio, vel electio, non potest prouideri de beneficio electiuo, cùm in concessione gratiæ (ad quam non augendam, sed exequendam debent, quæ de inhibitione sequuntur, referri) nulla de electione facta fuerit mentio. Colligunt ex Ordin Lap. Abb Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 3 *pag.* 99 Alagon. *in compend. pag.* 397. remissiuè Casal. *in annotat* & Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

Non habita mentione, &c.] Notatur ad hoc quòd in expectatiuarum litteris non venit beneficium Curatum, nisi de cura expressa fiat mentio, vt per Staphilæ. *de litteris gratiæ, §. formis expectatiuarum noua forma, n.* 35. & 36. Ludou. Gom. *in tract. de expectatiuis n.* 94. *vers. post prædicta verba,* quos refert, & sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *n.* 6. In impetratione enim beneficij si non fit mentio quòd sit Curatum, gratia est ipso iure nulla. Selu *de benefi. part.* 3. *q.* 11. *n.* 12. Gonzal. *dict. glos* 6. *n.* 3 & 4. 2

Ad quam non augendam, &c.] Notatur ad hoc quòd clausulæ executiuæ non ampliant, nec alterant, aut mutant principalem dispositionem, vt per Couart. *in rub. de testam part.* 1. *n.* 13. *vers. tertia conclusio,* Molin. *de primog. l.* 4. *c.* 2. *n.* 42. & 49. *cum seq.* Menoch. *cons.* 2. *n.* 58. & *cons.* 84. *n.* 45. & *cons.* 185. *num.* 35. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 786 Seraph *decis.* 574. *n.* 2. & *decis* 716 *n.* 3. & *decis.* 1131. *num.* 5. Greg *decis.* 311. *n.* 5. Monet. *de commutat. vltim. volunt. c.* 7. *n.* 48. *cum. seqq* refero plures ego ipse *in tract. de clausul. vsufreq. claus.* 60 secundùm Lugdunens. impress. vbi multipliciter amplio, & limito 3

In gloss. *vel alter.* ibi, *non enim habetur in iure expressum,* &c. Notatur ad hoc quòd in impetrationibus beneficialibus illa tantùm sunt exprimenda, quæ in iure expressa reperiuntur, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 26. *cum seqq* & *n.* 156. Azeued. *l.* 2. *n.* 19. *tit.* 1. *lib.* 2. *nouæ recopil.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 23. *quæst.* 2. 4

Et ideò ex hac gloss. deduci solet quòd qualitates requisitæ à iure, vel à Curiæ stylo si non exprimantur in litteris, vitiant gratiam, secundùm Menoch. *cons.* 316. *n.* 11. Flamin. Paris. *de resignat. benef. l.* 10. *q.* 2. *num.* 13. Hinc etiam infert Sanch. *de matrim. l.* 8. *disp.* 12. *n.* 12. quòd non ex omni veritatis taciturnitate redditur gratia subreptitia, quamuis ea cognita Princeps non concessisset, sed tunc solùm quando tacetur veritas, quæ iura iubent exprimi. 5 6

In eádem. glos. ibi, *qualis Ordo sit annexus beneficio,* &c. Notatur ad hoc quòd de Ordine annexo beneficio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione non est necessariò facienda mentio ab impetrante quòd sit in ætate ad talem Ordinem requisita, vt docent Doctores, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *c* 1. *n.* 45. 7

In ead. glos. ibi, *vel quantitatem redituum, quam habet ex vno beneficio,* &c. Notatur ad hoc quòd impetrans gratiam ad aliquod beneficium à Romano Pontifice licèt teneatur beneficium obtentum exprimere, de illius tamen valore non tenetur mentionem facere, sicuti resoluunt Felin. *in cap. ad aures num.* 5. *de rescript.* Nauarr. *cons.* 1. *de constit. quæst.* 19. *num* 50. Mascard. *de probat. conclus.* 887. *num.* 3. dum ait propter non expressionem valoris gratiam non probari subreptitiam. Sed contraria sententia verior est, eamque contra glossam in præsenti, tuentur Staphil. *de litteris gratiæ tit. de formis expectat. nona forma à num.* 43. Selu. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 12. Ludouic. Gom. *in reg. de valore benefic. exprim. quæst.* 1. & 5. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 20. *n.* 7. & *lib.* 3. *c.* 13. *num.* 1. 8

 In gloss.

9 In gloss. *Nullius.* ibi, *vniuersale negatiuum est*, &c. Notatur ad hoc quod dict. *nullus*, est vniuersalis negatiua, secundùm Doctores, quos plena manu citaui *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 229. *n.* 1. secundùm Lugdunensem impressionem

10 In gloss. *Si dignitatibus*, ibi, *immineret, id est, si qua immineret.* Notatur ad hoc quod adiectiuum resoluitur in relatiuum, & suum verbum. quando agitur de actu futuro, vt per Ial. *cons.* 55. *col.* 5. *vers. confirmatur, lib.* 3. vbi exponit verbum, *descendentes*, id est, quia descendent, & *cons.* 65. *col.* 2. *vers. sed præmissis eod. lib.* Ruin. *cons* 49. *num.* 11. *lib.* 3. Fusar. *de substitut. quæst.* 318. *num.* 51. & 88.

11 In gloss. *Quamuis*, ibi, *sicut quiuis alius ex quo nullus exprimitur* &c. Notatur ad hoc quòd nullo vacationis modo expresso, omnis vacandi modus continetur, vt per Felin. *in cap. in nostra, de rescript. corol.* 32. *vers. & nota quod si nullus modus n.* 27. *corol.* 37. *n* 37. Selu. *de benefic. part.* 3. *q.* 13. *vers. decimaquinta qualitas*, Menoch *de arbitr. casu* 201. *n.* 100. Rendina *in promptuario recept. sentent. tit.* 7. *n.* 4.

12 In gloss. *Incerta*, ibi, *cùm illud in aliquo sit relatiuum*, &c. Notatur ad hoc quòd participium aliquando resoluitur in relatiuum, vt per Menoch. *cons.* 1 *n.* 194. & *cons.* 395. *num.* 64.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ super prouisione clericorum non includunt hospitalia, & loca similia, & habentia iura spiritualia, nisi exprimatur*, & *n.* 2.
3 *Hospitalia in multis locis vocantur eleemosynaria.*
4 *Hospitale in dubio potius præsumitur laicale, quàm Ecclesiasticum.*
5 *Verbum.* decernimus. *inducit ius nouum.*
6 *Beneficium si est hospitale, illius qualitatis facienda est mentio.*
7 *Beneficium si est iurispatronatus illius qualitas est exprimenda.*
8 *Legatus non confert Ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni.*
9 *Papa potest derogare iuripatronatus laicorum.*
10 *Verba generalia non sufficiunt vbi aliquid expressè requiritur.*

CLEM. Per litteras. II.

1 Litteræ à Sede Apostolica, vel Legatis ipsius super prouisione clericorum non includunt Xeoodochia, leprosaria, hospitalia, loca similia, etiamsi habeant capellas, decimas, aut alia loca habentia spiritualia iura, nisi hoc in litteris exprimatur. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol Zabar Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 100. Alagon. *in compend. pag.* 398. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclusionem, & quòd regulariter hospitalia non veniant appellatione beneficij, firmant Rebuff. *in tract. nomin. q* 9. *n.* 8 & *q.* 15. *n.* 12. & *in tract. de pacificis possess. n.* 287. Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11 *q.* 3. *n.* 45. Valasc. *cons.* 105. *n.* 31. Rota *decis.* 668. *n.* 1. apud. Farin. *in* 1. *collect. nouiss. marum, alias p.* 4. *diuers.* latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 4. *n.* 7. *cum seqq.* vbi *n.* 12. ampliat per text. *in præsenti*, quamuis prædicta hospitalia, seu quomodocunque nuncupentur, sint auctoritate Episcopi fundata, & habeant Ecclesiam, & campanile, ibique perpetuò Missæ celebrentur, & *n* 14. limitat quando dantur in titulum, & conferuntur in perpetuum.

3 In gloss. *Eleemosynariis.* ibi, *in multis locis hospitalia vocantur eleemosynaria.* Ita Simonet. *de reseruat. quæst.* 7. *n.* 1. Mandos. *in reg.* 1. *Cancel. quæ* 9. Gonzal *d. gloss.* 5. §. 4. *num.* 11.

4 In gloss. *Ecclesiæ.* ibi, *Quid in dubio*, &c. Notatur ad hoc quòd in dubio hospitale potiùs præsumitur esse laicale, quàm Ecclesiasticum, sicut docent *in præsenti* Imol. *n.* 16. *vers. si verò non apparet*, Anchar. *n.* 10. *vers. quid in dubio*, & Abb. *n.* 5. *in fin.* Rebuf. *in tract. nominat. q.* 15. Rot. *decis.* 725 *n.* 6. *cum seqq. part.* 1. *diuers.* Gonzal. *dict. gloss.* 5. §. 4. *n.* 24.

5 In gloss. *Decernimus.* ibi, *videtur ergo esse ius nouum*, &c. Notatur ad hoc quòd verbum, *decernimus*, inducit ius nouum, vt per Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 13. *q.* 2. *n.* 3. & *de confident. q.* 58 *num.* 44. quem refero ego ipse *de dictionib. vsufreq. dict.* 79. secundùm Lugdunensem impressionem.

6 In gloss. *prouideri.* ibi, *sicut ergo certa qualitates sunt in litteris beneficialibus exprimendæ*, &c Notatur ad hoc quòd si beneficium est hospitale, illius qualitatis facienda est mentio, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 89. vbi *n.* 71. etiam per hanc gloss. subiicit quòd 7
si beneficium est iurispatronatus, illius qualitas est exprimenda, de quo etiam Flamin. Paris. *de resignat. l.* 10. *quæst.* 2. *n.* 34.

8 In gloss. *Apostolicis.* ibi, *quia Legatus non confert Ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni.* Ita Aoch. *de iurepatron. verbo honorificum, n.* 8. Lambert. *in simili tract. part.* 3 *lib* 2. *q.* 8. *art.* 1. & 2. Rebuff. *in praxi benefic* 3. *part. signatura, verbo necnon iurispatronatus n.* 30. Gambat. *de officio. & potest. Legati lib.* 3. *à n.* 239. Cuch *instit. maior. lib* 2. *tit.* 5. *n.* 77. Crauet. *cons.* 63. *n.* 6. & *cons.* 82. *n.* 10. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 29. *quæst.* 27.

9 In ead. gloss. ibi, *quam tamen Papa confert.* Notatur ad hoc quòd Papa potest derogare iuripatronatus laicorum, vt per Chetian. *tom.* 1. *communium opin. l.* 1. *tit.* 4. *n.* 16. *pag.* 168. Perez *l.* 2. *vers. dubitatur tamen tit.* 6. *l.* 1. *Ordinam. pag.* 149 Flamin. Paris. *de resignat. benefic. l.* 2. *quæst.* 4. *n.* 32.

10 In gloss. *Expressè.* ibi. *per quod sufficere non videntur verba generalia*, &c. Vide Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 115. Caped. *Lusit. decis.* 38. *n.* 2. *part.* 2.

CLEM. Si plures. III.

1 Dignitates plures obtinens, si aliam similem, vel beneficium curatum sine legitima dispensatione acceperit, post pacificam possessionem vltimæ vacant omnes præcedentes ipso iure, sicut vacat vna obtenta alia simili pacificè possessa. Colligunt ex Ordin. Lapl. Abb. Anch. Imol. Zabar Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 101. Alagon. *in compend. pag.* 398. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem conclusionem firmat Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 13. *q.* 10. vide, quæ dixi *in collect. ad cap. de multa, hoc tit. in Decretalib.*

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta proprio motu Papæ vacantis beneficia prouisit quæcunque, & quotcunque, valet.* & *n.* 2.
3 *Claus.* Motu proprio, *in litteris Papæ, vel Principis apposita supplet vitium subreptionis, & obreptionis*
4 *Claus.* Motu proprio, *non supplet personæ inhabilitatē*,
5 *Claus.* Motu proprio, *incompatibilitatem beneficiorum non aufert.*
6 *Claus.* Motu proprio, *defectum intentionis non tollit.*

CLEM.

Clem. Si Romanis. IV.

1 PRouisio de beneficio facta alicui per Papam motu proprio, de beneficiis quibuscumque, & quotcunque, quæ obtinet, non habita mentione, valida est. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 101. Alagon. *in compend. pag.* 399. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 3. vers. quæres quintò.*

Prouisio de beneficio facta alicui ab Ordinario tanquam benè informato de statu Ecclesiarum suarum, & personarum, censetur facta Motu proprio, ac proinde ab eo prouisus ad validitatem suæ gratiæ nihil tenetur iustificare, vt per Felin. *in cap. ad aures, n. 15. de rescript.* Card. *in Clem. 2. num. 13. de offic. Ordin.* Selu. *de benef. p. 3. q.* 25. Seraph. *decis. 10. 26. n. 3. & decis. 1467. n. 1.* Rot. *decis. 190. n. 1. p. 2. recent.* & *in Placentina Canonicatus* 14. *Ianuary* 1600. coram Card. Lancellotto, & *in Pampilonen. de Aguero* 12. *Iuny* 1609. coram Ortembergo & *in nullius beneficy S. Sixti* 26. *Iuny* 1615. coram Card. Sacrato, & *in Leodien. Canonicatus S. Dionysi* 27. *Marty* 1623. coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano. Quod procedit etiamsi Ordinarius prouideat vigore indulti, quia nihilominus non desinit prouidere Motu proprio, Pute. *decis. 395. l. 2 l. 3. in correct.* & sequuta est Rot. *in dict. Leodien. Canonicatus*, coram Reuerendissimis DD. meis Coccino, & Perouano. Verùm quando prouisus ab Ordinario agit ad exclusionem prouisi Apostol. de beneficio vti de reseruato ratione mensis, tunc enim tenetur probare vacationem in mense Ordinario, in quo fundat intentionem suam, Ferret. *cons. 2. n. 13. lib.* 1. Pute. *decis. 206. lib. 3 in correct.* Marescot *variar. resol. lib. 2. c. 2. n. 179. cum seq.* vbi allegat Rot. *in Placentina capellania* 13. *May* 1604. coram bonæ mem. Card. Pamphilio sen.

3 In gloss. *Validum.* ibi, *quoad vitium subreptionis*, &c. Notatur ad hoc quòd clausula Motus proprij in litteris Papæ, vel Principis apposita supplet vitium subreptionis, & obreptionis, sicuti docent Menoch. *cons. 1. num. 429. & cons. 378. num. 22. & de arbitrar. casu 201. n. 8. & de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 13. n.* 11. Soar *de legib lib. 8. cap. 12. n.* 11. Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 21. n. 47. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 390. num.* 1 Monet *de commutat. vltim. voluntat c. 6. n.* 157. Alexand. Trentacinq *variarum resolut. tom. 1. lib. 1. t. t. de rescrips. resolut. 5. n* 30. *cum sequentibus*, & alij plures, quos refero ego ipse *in tractatu de clausulis vsufrequent. clausula* 79 *n* 16. secundùm Lugdunensem impressionem, vbi numeris seqq. multipliciter declarato.

4 In ead. gloss. ibi, *aliam enim inhabilitatem*, &c Notatur ad hoc quòd clausula *Motus propry*, non supplet personæ inhabilitatem, vt per Xuar. *alleg. 12. n.* 42. Sanchez *dict. disp. 21. n.* 49. Anton. Ricciul *de iure personarum lib. 4. c 6. n* 8.

5 In ead. gloss. ibi, *etiamsi illa ex talium pluralitate procedat*, &c. Notatur ad hoc quòd clausula, *Motus propry*, incompatibilitatem beneficiorum non aufert, vt per Antonium Gabr. *commun. lib 6. tit. de clausul. concl. 2. n.* 48. Flam. Parisium *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 1. num.* 126.

6 In ead. gloss. ibi, *nec alium operabitur præter intentionem rescribentis.* Notatur ad hoc quòd clausula, *Motus propry*, defectum intentionis non tollit, vt per Gonzal. *ad regular.* 8. *Cancell. gloss. 32. numer.* 5. Monet. *de commutat. vltim. voluntat. cap. 6. num.* 162. Seraphin. *decis. 398. num.* 1. Rot. *decis. 656. numer. 7. part. 2. recent.* & plures alios, quos refero *d. clausula 79. numero* 47.

Clem. Si de beneficio. V.

EXpectans beneficium ad cuiuscunque Episcopi collationem spectans, si aliquod ex negligentia Episcopi deuolutum fuit ad Capitulum, de eo non poterit prouideri, deuolutum tamen ad Episcopum, vel etiam ad Papam ex cuiuscunque negligentia poterit obtinere. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb Ancharan. Imol. Zabarell. Panormit. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib 3. pag.* 101. Alagona *in compend. pag.* 399. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. 1

In gloss. *Siue ad nos.* ibi, *quòd delegatus Papæ possit talia beneficia ad Papam deuoluta conferre.* Potest igitur Legatus à Latere conferre beneficia, etiamsi eorum collatio sit ad Sedem Apostolicam deuoluta, secundùm Gambar *de officio, & potestate Legati de Latere lib. 3. n. 13. & 624.* Petr. Greg. *de re benefic. cap. 2. n* 4. Pute. *decis 266. aliàs decis. 258. l. 1. in correctiu* Lel. Zech. *de Republ. Eccles. cap. de statu Legati n. 4. vers. tertio potest*, & *de benefic. & pensionib. Eccles. c. 2. vers. Legati etiam.* 2

Clem. Si iuxta. VI. & vlt.

CAnonicatum, & præbendam in vna Ecclesia habens, potest ibidem acceptare dignitatem, cui si est annexa præbenda, vacabit prima præbenda post pacificam possessionem secundæ. Colligunt ex Ordinariis. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panor. Paul de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 102. Alagon. *in compend. pag.* 199. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. 1

Qualiter autem Canonicatus, & dignitas in eadem Ecclesia, & sub eodem tecto obtineri possit, dixi *in collect. ad c. eam te 7. n. 7. de rescript* & ibi citatis addo Monet. *de distribut. quotid. part. 2. q.* 4. Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 18. vers. sextum.* 2

De Concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Papæ conditionale ante conditionis euentum, non afficit potestatem Ordinary, vel alterius collatoris, secus quando acceptationi beneficij tempus adijcitur cum decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit, vel recipit, illud intelligitur acceptasse, quæ vacatio nota dicitur acceptanti, ex quo in loco beneficy publicè scitur.*
2 *Lex in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita, & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiã à iure latam continet.*
3 *Decreti irritantis vis, atque effectus, remissiuè.*
4 *Forma quoties non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit.*
5 *Gratia conditionalis dicitur, & reputatur imperfecta*
6 *Decretum irritans regulatur secundùm naturam dispositionis, super qua interponitur.*
7 *Decretum irritans nihil operatur, nisi is pro quo fuit appositum, acceptauerit & eo uti velit.*

8 Or

8 *Ordinarij manus sunt ligatæ infra mensem concessum expectantibus.*

9 *Beneficium non sufficit probare aliquem acceptasse, nisi probetur infra mensem acceptasse.*

10 *Scientia non præsumitur ex eo solo, quod in loco beneficij sit nota vacatio.*

11 *Impetranti cum clausula,* Motu proprio, *non currit tempus à die notæ vacationis in loco, sed à die suæ scientiæ.*

12 *Papa quando mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium, quod vacabat tempore datæ.*

13 *Papæ mens est consideranda an sub verbo futuri temporis comprehendatur præteritum, vel præsens.*

14 *Forma impleri debet verè, & propriè, & non per actum fictum, & improprium.*

15 *Procurator habens speciale mandatum, potest beneficium Ecclesiasticum acceptare.*

CLEM. Cùm ei. Vnic.

1 MAndatum Papæ conditionale non afficit potestatem Ordinarij, vel alterius collatoris ante expletam conditionem, etiam adiecta clausula irritante. Veluti si Papa mandat Episcopo, vt prouideat alicui de beneficio viginti librarum valoris, vel minoris si clericus voluerit acceptare, si Episcopus conferat alteri beneficium taxati valoris antequam suam impetrans voluntatem declaratet, collatio tenet. Sed si apposuit vt intra mensem possit acceptare cum decreto irritanti infra mensem, collatio non tenet. Acceptare autem intelligitur quando petit per suum executorem sibi conferri, vel præsens recipit. Notitiam vacationis habere dicetur si est in loco, vel Ecclesia vbi vacat, & sic currit mensis, & si nescit, sibi imputet. Colligunt ex Ordinar Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabatell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 137.* Alagona. *in compend. pag. 414.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Ex tunc etiam inane decernentes, & irritum.*] Notatur ad hoc quòd lex, in qua ponuntur verba per quæ redditur irrita & inanis actio, aut passio, quæ in pœnam criminis per legem imposita est, sententiam à iure latam continet, vt per Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 8. numero 26.*

3 Plura de clausula decreti irritantis dixi *in tractat. de clausulis vsu freq. claus. 40.* secundùm Lugdunensem impressionem.

4 *Quia decretum,* &c.] Notatur ad hoc quòd quoties forma non potest adimpleri specificè, debet adimpleri in casu æquipollenti, & sufficit, vt per Flamin. Pacisium *de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 13. num. 37.*

5 *Antequam extet prima conditio,* &c.] Notatur ad hoc quòd gratia conditionalis dicitur, & reputatur imperfecta, vt per Chald. Pereira *de resolut. emphyt. c. 6. num. 36.*

6 *Secùs autem fore censemus,* &c.] Notatur ad hoc quòd decretum irritans regulatur secundùm naturam dispositionis super qua interponitur, secundùm Menochium *cons. 134. num. 29.* Pute *decis. 1. vers. & ratio est, l. 2. in correctis.* Et ideò non ligat, nec operatur ante impletam conditionem etiam subintellectam si opponatur gratiæ conditionali, ex Gabr. *commun. l. 6. tit. de clausulis conclus. 3. n. 46* Gonzal. *ad reg 8. Cancel. gloss. 67. n. 51.* Monet. *de commutant. c. 7. n. 254* Mart. *de clausulis part. 1. claus. 255. n. 11.* plures refero ego ipse *dict. claus. 40. n. 55.*

7 *Priusquam suam impetrans* &c.] Notatur ad hoc quòd decretum irritans nihil operatur nisi is, pro quo fuit appositum, acceptauerit, secundùm Put. *decis. 230. n. 3. l. 1. in correctis,* & eo vti velit, ac de illo opponat. Gonzal. *dict. gloss. 67. n. 52.*

Vt appositio mensis eiusdem, &c.] Notatur ad hoc 8
quòd manus Ordinarij sunt ligatæ infra mensem concessum expectantibus, vt per Chald. Pereira *de potestate eligendi, c. 15. n. 15.*

Notatur etiam ad hoc quòd non sufficit probare ali- 9
quem acceptasse beneficium, nisi probetur intra mensem acceptasse, vt per Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 16. num. 8.*

Ex quo ipsa vacatio in loco, &c.] Ergo non præsumi- 10
tur scientia ex eo solo, quòd in loco beneficij sit nota vocatio, secundùm Flores de Mena *var. l. 1. q. 3. n. 18.*

Impetranti cum clausula, *Motu Proprio,* non currere 11
tempus à die notæ vocationis in loco, iuxta text. *in præsenti,* sed tantùm à die suæ scientiæ, resoluunt Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de clausulis conclus. 5. n. 92.* Monet. *de commun vltim. volunt. c. 7. n. 92.* quos refero ego ipse *in tract. de clausul. vsu freq. claus. 79. n. 27.* secundùm Lugdunen. impress.

In gloss. *Notitia.* ibi, *fateor tamen quòd vacans potest* 12
acceptare, &c. Notatur ad hoc quòd Papa cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium, quod vacabat tempore datæ, vt per Put. *decis. 48. n. 5. lib. 3. in correctis,* Villalob. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 27. pag. 183.*

In ead. gloss. ibi, *& hoc conuenit huic menti, secus vbi* 13
mens resisteret. Notatur ad hoc quòd mens Papæ est consideranda an sub verbo futuri temporis comprehendatur præteritum, vel præsens, vt per Vitalin. *hic n. 38.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 5. præm. n. 67.*

In gloss. *Quin etiam.* Notatur ad hoc quòd forma 14
impleri debet verè, & propriè, & non per actum fictum, & improprium etiam æquipollentem, vt per Tiraquel. *de iure marots gloss. 7. n. 188.* Chald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 11. n. 36.*

In gloss. *Præsens.* ibi, *idem in procuratore habente ad* 15
hoc speciale mandatum, &c. Notatur ad hoc quòd procurator habens speciale mandatum potest beneficium Ecclesiasticum acceptare, vt per Cou. *lib. 3. var. c. 16. n. 4 & 5.* Villal. *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 24. n. 15. pag. 611.* Brunor. à Sole *in locis communibus verbo mandatũ 14.* Flamin Paris. *de resignat. benef. l. 10 q. 6. n. 13. & q. 8. n. 34.* Camill. Borell. *in summa omniũ decis. tit. 66. n. 165.*

De Rebus Ecclesiæ non alienandis,

TIT. IV.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus, qui concedit alicui ad vitam, vel certum tempus, iura, reditus, vel possessiones administrationis, cui præest, suspensus est ab officio, nisi duo concurrant, nec valet concessio, duos casus excipit.*

2 *Ecclesiæ Prælatus donare aliquid non potest de rebus Ecclesiæ.*

3 *Abbatis auctoritas regulariter non sufficit in alienandis rebus Monasteriorum.*

4 *Abbas non habens Conuentum, aut Capitulum, debet adhibere Prælati Superioris consensum in alienatione rei ecclesiasticæ.*

5 *Prælati Regulares habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suis Monasteriis.*

6 *Fructus decimarum, & beneficij possunt vnicuique etiam laico locari.*

7 *Bene*

7 *Beneficiarius non potest ad vitam locare res ex quibus beneficij fructus colliguntur.*
8 *Locatio facta ad vitam alicuius dicitur facta ad longum tempus.*
9 *Abbas exemptus habet quasi Episcopalem iurisdictionem, & est Ordinarius, & potest omnia regulariter, quæ Episcopus in sua diœcesi circa ea, quæ sunt iurisdictionis.*
10 *Locatio longi temporis est prohibita in rebus Ecclesiæ.*
11 *Locatione prohibita censetur etiam prohibita illa, quæ fit ad longum tempus.*
12 *Dominium vtile transfertur per locationem longi temporis.*
13 *Tempus modicum quod dicatur relinquitur arbitrio iuris.*
14 *Tempus modicum dicitur intra decennium.*

CLEM. Monasteriorum. I.

1 ELIGIOSVS præsidens alicui monasterio, vel Ecclesiæ, non potest concedere iura, reditus, & possessiones eiusdem Ecclesiæ alicui ad vitam eius, seu ad certum tempus etiam recepta pecunia, nisi necessitas, aut vtilitas monasterij, Prioratus Ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, Conuentus sui, aut si Conuentum non habeat, Prælati proprij assensu ad hoc nihilominus accedente; qui secus fecerit eo ipso est suspensus, nec recipienti ius aliquod acquiritur, non sic dicendum in locationibus etiam redituum, aut fructuum venditionibus ad tempus modicum faciendis. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital. Viuian. *in rationali l.3.pag.165*. Alagona *in compend. pag.426.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.1.& 2.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Mat. Alter. *de censur. tom.2. disput.17.c.2. colum.7.* Bonacin. *de suspension. omnibus in particulari disp.3.q.8 puncto 7.* qui etiam resoluunt nomine proprij Prælati respectu non exemptorum intelligi Episcopum, respectu verò exemptorum intelligi Abbatem præditum iurisdictione quasi Episcopali, & plenum ius habentem in illis bonis, subduntque Religiosum concedentem iura, reditus aut possessiones absque assensu Prælati eximi à suspensione de qua in hoc text. dum necessitas adeo grauis, & vrgens est vt aditum ad superiorem non permittat, summámque celeritatem requirat.

Et aliarum administrationum Regularium.] Ergo non comprehendit Religiosos præsidentes Ecclesiis secularibus, nec clericum secularem præsidentem ex dispensatione Ecclesiæ Regulari, seu monasterio, vt per Alter. *d. col.7.* Bonacin. *d. puncto 7. n.7. & 8.*

2 *Quouis modo concedat*, &c. Notatur ad hoc, quòd Ecclesiæ prælatus donare aliquid non potest de rebus Ecclesiæ, vt per Menoch. *de arbitr. casu 434.*

3 *Conuentus sui*, &c. Ergo in alienandis rebus monasteriorum non sufficit regulariter Abbatis auctoritas, vt per Couar. *l.1.c.3.n.9.*

4 *Aut si conuentum non habeat Prælati proprij assensu*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Abbas non habens Conuentum, aut Capitulum debet adhibere Prælati Superioris consensum in alienatione rei ecclesiasticæ vt per Tiraquel. *de iure maritis gloss.8.n.21.* latè Soar. *de Relig. tom.4. tract.8.l.27. n.13.*

5 Vnde fieri solet Prælatos Regularium habere iurisdictionem, quasi Episcopalem in suis monasteriis, vt per Nauar. *comment.2. de Regular. n.63.* Zerol. *in praxi Episcop. part.1. verbo excommunicationis causa materialis vers. secundo*, Fr. Emman. *q. Regular. tom.3. quæst.43. art.2.* vbi loquitur de Prouincialibus.

Verùm præmissa ad locationes, &c.] Notatur ad hoc; 6 quòd fructus decimarum, & beneficij possunt vnicuique etiam laico locari, sicuti docent Caroc. *de locato part.3. de decimis num.6.* D. Barbosa *in l. Titia num 47. & in l. vsufructu num.16. cum seq. ff. soluto matrimonio.* Molin. *de Iustit. tract.2. disput.466 colum. 4. lit. D.* Cardin Mantica *de tacit. & amb. conuent. lib.5. tit.3. num. 12.*

In gloss. *Eius.* Notatur ad hoc quòd beneficiarius 7 non potest ad vitam locare res ex quibus beneficij fructus colliguntur, vt per Azor. *instit. moral. p. 2. lib.7.c. 10. quæst.3.*

In ead. gloss. ibi, *& talis concessio dicitur perpetua.* 8 Notatur ad hoc quòd locatio facta ad vitam alicuius, dicitur facta ad longum tempus, vt per Couar. *var. lib. 2. cap.16. num.3.* D. Barbos. *in l. filiof. §. fin. num. 26. ff. solut. matr.*

In gloss. *Proprij.* ibi. *ex quo habet Episcopalem iuris-* 9 *dictionem*, &c. Notatur ad hoc quod Abbas exemptus habet quasi Episcopalem iurisdictionem, & est Ordinarius secundùm Flor. de Mena *var. lib.3. quæst.24. n.6.* Soar. *d. lib.2. cap.27. num.15.* Et potest omnia regulariter, quæ Episcopus in sua diœcesi circa ea, quæ sunt iurisdictionis, vt per Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.2. diff. 11. num. 58.*

In gloss. *Locationes.* Notatur ad hoc quòd locatio 10 longi temporis est prohibita in rebus Ecclesiæ, vt per Couar. *var lib. 2. c.16. num.1.* Valasc. *de iure emphyt. quæst.29. n.8.*

In ead. gloss. ibi, *illud verum si fiat ad modicum tem-* 11 *pus*, &c. ergo prohibita locatione censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §.1. gloss.14. num.18.* Chald. Pereira *de reno-* 12 *nat. emphyt. quæst.16. num.7.* Per locationem enim longi temporis transfertur vtile dominium, sicut docent Tiraquel. *d. gloss.14. num.80.* Sarmien. *lib.3. select. cap.2. num.31.* Pinel. *in l.1. part.3. num.63. C. de bonis matern.* Valasc. *de iure emphyt. quæst.20. n.19. & quæst.29. n.2. & 5.* Menoch. *de arbitrar. casu 31.* Mozz. *de contract. lib. tit. de diuisione locationis num.7.* Gutier. *in reg. l. nemo potest. n.50. ff. de legat.1. & canon. l.2. cap.8. à num.22.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.199. n.5.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. l.5. tit.4. n.7.* Marta *in vot. nouiss. decis. voto 37. n.4.* Chald. Pereira *quæst. forens. lib.1. q.11. num.2.*

In gloss. *Ad tempus modicum.* ibi, *relinquendum iudi-* 13 *cis arbitrio.* Ita Couar. *var. lib.2. cap.16. num.3. versic. quod verò*, Chald. Pereira *de resol emphyt. cap.1. n.23.* & in proposito Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num.73.* Nauar. *cap.27. num.157.* Soar. *tom.5. de censuris disp.31. sect.6. num.6.* Sayr. *eod. tract. lib.4. c.13. n.12.* Bonacin. *de suspens. omnibus in particulari disp.3. quæst. 8. puncto 7. n.5.*

In ead. gloss. ibi, *quòd modicum tempus dicatur intra* 14 *decennium.* Ita Menoch. *de arbitrar. casu 5. n.8.* Matth. de Afflict. *in tractat. de iure prothom. notab. 8. num.25.* Mandos. *ad Lap. alleg.80.* Boër. *decis.248. num.4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.26. num.39.* Vnde locationem longi temporis esse dicendam, quæ vltra decennium fit, tradunt Molin. *de primog. lib.1. cap.21. à num.29.* Cardinal. Mantic. *d. tit.4. num.3.* Ceuall. *d. quæst.199. num.13. cum seqq.* Mastril. *Siciliæ decis. 4. numero 10.* Marta *d. voto 37. numero 5.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.7. c.10. quæst.3.* Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.13. quæst.5. num.6.* Chald. Pereira *d. lib. 1. quæst.11. n.1.* Caroc. *de locato part.2. tit. de locatione ad longum tempus.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vnire potest Ecclesiam alteri, vel loco religioso donare etiam non vocato Rectore, vel defensore.*

2 *Capituli consensus requiritur in vnione facienda per Episcopum.*

3 *Vnire potest Episcopus, Ecclesiam, seu beneficium sua diœcesis loco Religioso.*

4 *Rectoris, seu possessoris beneficij consensus an exigatur, ostenditur.*

5 *Vnio facta ab Episcopo ipsi Capitulo non valet.*

6 *Vnio potest fieri omnibus prabendis, seu distributionibus simul.*

7 *Abbates non possunt vnire Ecclesias etiam sibi pleno iure spectantes cùm hoc sit Episcopale.*

8 *Consuetudine sublata censetur etiam sublata immemorialis quando additur dictio* vniuersalis.

9 *Ecclesia vacans nullo ipso dato defensore potest alteri Ecclesia in totum vnire, dummodo auctoritas Episcopi, & consensus Capituli interueniat.*

10 *Conciliatur text. in prasenti cum c. 1. hoc tit. lib. 6. & num. 11. 12. 13. & 14.*

CLEM. Si vna. II. & vlt.

1 EPiscopus cum consensu Capituli potest vnire vnam Ecclesiam alteri, vel loco Religioso donare, etiam non vocato Rectore, vel illius Ecclesiæ defensore; mensæ, vel Capitulo etiam de illius consensu vnire non potest non obstante consuetudine in contrarium. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in rationali lib. 3. pag. 166* Alagona. *in compend. pag. 427.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Suo consentiente Capitulo.* &c. Notatur ad hoc, quòd in vnione facienda per Episcopum requiritur consensus Capituli, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de vniõ. gloss. 11. n. 2.* Hoied. *de incompatib. benefic. par. 2. c. 3. n. 9.* Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 26. num. 5.* Marian. Socin. *in cap. sicut vnire art. 6. concl. 1. n. 92. de excess. Prælat.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 12.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. c. 2. n. 145* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 164.* vbi *n. seq.* subdit satis esse, si huiusmodi consensus præcedat, refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 66. num. 22.* secundùm Lugdunen. impress.

3 *Aut Religioso loco donetur.* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus potest Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis vnire loco Religioso, vt docent *in præsenti* Cardin. *num. 4. notab. 4. & num. 11. quæst. 7.* Anchar. *num. 4. notab. 4.* Imol. *num. 2. & 3.* & Bonifac. *num. 3.* Marian. Socin. *in d. cap. sicut vnire art. 4. quæst. 4. num. 63.* Selu. *de benefic. part. 3. quæst. 11. n. 126.* Azor. *d. cap. 28. q. 19.* Sanch. *d. cap. 29. num. 148.* vbi *n. 187.* subiicit id quoque licere stantibus decretis Concilij Trident. cum duplici tamen limitatione, prior est, vt beneficium non sit extra diœcesim, in quâ est monasterium, quia interdicit idem Concil. *sess. 14. de Reform. c. 9. vnire* beneficia alterius diœcesis; posterior est ne beneficium illud vniendum sit Curatum, quia ex altero eiusdem Concilij decreto *sess. 24. de reform. c. 13.* interdicitur vnire beneficia curata loco Religioso.

4 *Ex eo quòd Rector ipsius,* &c.] Notatur ad hoc, quòd non exigitur consensus Rectoris, siue possessoris beneficij ab Episcopo vniendi, aut si vacet, defensoris illius beneficij, sed illis non citatis potest Episcopus vnire, vt per Azor. *d. cap. 28. quæst. 12.* Sanch. *d. cap. 29. num. 171.* & alios quos refero ego ipse *d. alleg. 66. n. 20.* *cum. seq.* Verùm conclusio illa ex hoc text. desumpta quòd potest Episcopus Ecclesiam sibi subiectam alteri vnire causa legitima subsistente, proprio Rectore minimè requisito, intelligenda necessariò venit, dummodo in vita illius vnius effectu suspendatur, quo casu nullum ipsi infertur considerabile præiudicium, quod satis probat text. optim. *in cap. consultationibus. ad fin. de donat.* ait enim Ecclesias non vacantes rectè posse in proprietate concedi de consensu Episcopi locis Religiosis, subdit deinde quod personæ dictas Ecclesias possidentes eis in vita sua non debeant spoliari, resoluunt gloss. *verbo vocatus*, & Doctores communiter *in præsenti, & in d. cap. consultationibus,* Abb. & communis *in c. cum venisset, de restitut. spoliat.* Rot. *decis. 1. num. 2. hoc tit. in nouis. decis. 1. num. 4. de off. delegat.* Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. gloss. 11. n. 8. & part. 2. tit. de reprobata beneficij viuentis impetr. n. 58.* Alexand. *cons. 215. n. 3. l. 7.* sicque inter text. *in præsenti, & c. ad audientiam il 1. de Eccles. ædific.* illa erit discriminis ratio, quòd hic ideo non vocatur Rector, cuius Ecclesia vnitur, quia scilicet vnio in vita eius suspenditur, at verò, *in d. cap. ad audientiam*, iuncto Concil. Trident. *sess. 2. de reform. cap. 4.* ideo necessarium est quòd priùs legitimè audiatur, quia dismembratio Ecclesiæ matricis statim in vita Rectoris suum operatur effectum. Si autem adhuc aliquis quærat cur in specie huius text. etiam in vita ipsius Rectoris illo non vocato fiat vnio, quæ quamuis suspensa sit quandiu vixerit, nihilominus tamen ipsi admodum præiudicialis est, constat namque facultatem beneficiario à iure competentem vt possit beneficium, quod legitimè obtinuit, permutare, ex *c. ad quæstiones, de rerum. permut. Clem. vnic. illo tit.* per prædicta vnionem auferri, vt resoluunt Ioan. Andr. *ad Specul. tit. de præbend. in fine principij* Rebuff. *d. gloss. 11. num. 8.* poterit namque responderi præiudicium Rectoris in hoc casu minus principaliter, & in quandam consequentiam prouenire, & vt tale non esse considerabile, iuxta *gloss. 2. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* facit. *l. 1.* ibi *prima enim ratio, ff. de auctor. tut.* quod quidem extra dubium est quando ex principali dispositione vtilitas publica prætenditur, planè Episcopus vniendo vnam Ecclesiam alteri principaliter intendit vtilitati, seu necessitati Ecclesiæ consulere, & sic verum est dicere ex causa tolli beneficiario ius à iure indultum vt possit suum beneficium permutare, quòd licitè fieri potest, iuxta tradita per Doctores *in reg. indultum, de reg. iuris lib. 6.* Magnum verò versatur discrimen quoad hoc propositum inter Rectorem Ecclesiæ, & patronum ipsius: Rector namque habet solummodo quoddam ius personale, quod cum persona extinguitur, *cap. ad extirpandas, de fil. Presbyt. cap. 1. de præb. Clem. vlt. de procurat.* patronus verò habet ius quoddam perpetuum ipsi beneficio inhærens, quod ad hæredes transmittitur, iuxta *cap. quoniam. de iure patr. Clem. plures, eod. tit.* vnde cum per vnionis constitutionem maximum ipsi patrono præiudicium fiat, quippe qui priuatus manet facultate ampliùs ad prædictam Ecclesiam præsentandi, meritò illius consensus in tali constitutione requiritur, iuxta *c. suggestum, de iure patr.* Per contrarium verò Rectori nullum infertur saltem considerabile, cùm effectus vnionis in vita sua debeat suspendi, & sic ius suum personale, quod solummodo habet, ipsi illæsum, & saluum maneat, vnde illius consensus non requiritur, iuxta text. *in præsenti.*

Quod si Episcopus, &c.] Notatur ad hoc, quòd non valet vnio facta ab Episcopo ipsi Capitulo, vt per Hieron. Gabr. *cons. 186. lib. 2.* Nicol. Garc. *de benef. p. 12. cap. 2. n. 168.* vbi *num. 169.* subdit procedere quando vnio fit Capitulo principaliter, & directè, secus verò 5

quando

quando in consequentiam,& indirectè,& *n.*170. secus ait,vbi vnio fieret alicui dignitati,vel præbendæ Ca-
6 pituli, & *n.* 171. subiicit in terminis Conc. Trident *sess.*24. *de reform. c.*15. posse fieri vnionem omnibus præbendis,seu distributionibus simul, & *n.*175. cum Hieronym.Gabr.*citato loco*, resoluit quòd potest item Episcopus cum consensu Capituli supprimere præbendam,dignitatem,aut officium, eius fructus applicando non Capitulo, sed distribuendo inter singulos Canonicos,assignando scilicet cuique Canonico, vel præbendæ certam portionem.

7 In gloss.*Episcopum*.ibi,*licèt ad Abbates spectent Ecclesiæ pleno iure,tamen illas vnire non possunt,vel vnam alteri subiicere,cum hoc sit Episcopale*. Ita plures quos refert Nicol. Garc.*d.part.*12.*c.*2. *n.*71. & Sanch.*d.l.*7. *cap.*29.*num.*159.

8 In gloss.*Quauis*.ibi, *scilicet,& cuius contrarij*,&c. Notatur ad hoc quòd sublata consuetudine censetur etiam sublata immemorialis quando additur dictio vniuersalis,vt per Couar. *variar.lib.*3.*cap.*13. *num.*5. Rot. [illegible] *acomen iuris legendi* 21.*Maij* 1627. coram R.D.nico Coccino,Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell. gloss.*33. *num.*6.vide tamen quæ dixi *in tract.de clausulis vsufrequent.clauf.*87.*n.*3. *cum seqq.*secundùm Lugdunens. impress.

9 *Nequaquam id poterit impugnari.*]Probat hic text. quòd Ecclesia vacans nullo ipsi dato defensore potest alteri Ecclesiæ in totum vniri, dummodo auctoritas Episcopi, & consensus Capituli interueniat, cuius contrarium ex diametro decidit text. *in cap.*1. *hoc tit. lib.*6.dum ait non posse Episcopum etiam de consensu Capituli sui partem decimarum vacantis Ecclesiæ vnire pauperi dignitati, aut præbendæ non dato defensore ipsi Ecclesiæ vacanti, auget difficultatem text. *in l.quæ de tota* 75.*ff. de rei vendicat.c.cùm licet,de reg. iuris,lib.*6.*cap.ex parte* 27.vbi *gloss.pen.* similia iura citat,*de decem.*

10 Pro quorum iurium conciliatione sciendum est duo inter se admodum diuersa in materia vnionis quoad nostrum propositum posse considerari, prius est quando vna Ecclesia alteri in totum vnitur aliquo ex tribus modis,de quibus egi *de officio. & potestate Episc.part.*3.*allegat.*66.*à num.*1. & in hoc casu loquitur text. *in præsenti*; posteriùs verò quando pars decimarum, seu bonorum alicuius Ecclesiæ alteri vnitur, seu conceditur,& in hoc casu procedit text.*in d.cap.*1. Vterque autem vniendi modus licèt in aliquo conueniat, in alio tamen differt. Conuenit quidem, quia vtraque vnio cum celebratur easdem ferè solemnitates exigit;de priori patet,quia ex duobus causis fieri debet,necessitatis scilicet,vel vtilitatis, vt probat *cap. exposuisti* 33.*de præbend.*cum aliis adductis per Rebuff. *in prax. benefic.tit.de vnionib.num.*36.Boër.*decis.*345. Hoied.*de incompat.benef.p.*1.*cap.*7.*num.*8.Insuper debent interuenire solemnitates, quæ iure ad alienandum res Ecclesiæ præscribuntur,de quibus *in cap.sine exceptione* 12.*q.*2.& *in hoc text.* post alios Redoan. *de rebus Eccles.rub.de significat.verbi Alienatio,§.sub hoc vocabulo pag.* 44. Cuius rei ratio est. etenim cùm per vnionem alienatio inducatur; ipsa namque Ecclesia vnita in alterius potestatem transit.& ita eius status quodammodo immutatur,saltem si primo,& secundo modo accipiatur text.*in l.vlt.ff.de capit.dimin.* . *minima, Instit.eod.*ac subinde ex eo capite alienationis verbo in hac materia vnio contineatur,iuxta text. *in cap.tua nuper de his,quæ fiunt à Præl.c.postoral.de donat.*Redoan. *vbi supr.* rectè fit vt ad suam validitatem prædictas causas cum solemnitatibus requirat iuxta supradicta, quo fit vt consensus Capituli debeat interuenire in vnione facta ab Ordinario per hunc text. & *Clem.*1.§. *ad hæc.*iuncta gloss.*verbo assensu,de statu monach.*& tractatus debeat præcedere,iuxta *dict. c.sine exceptione*, licèt Rebuff.illum non requirat in alienatione *d. tit.de vnion.gloss.*11.*n.*2.*& in compend.alienat.n.*14. Rot.*decis.*1.*sub hoc tit.in antiq.*Imol.*n.*3.post alios *in præsenti.* De posteriori item patet,quia quando pars decimarum alicuius Ecclesiæ alteri conceditur, debent similiter omnes solemnitates,de quibus suprà,insimul interuenire,vt expressè probat.*d.c.*1.quod simili etiam ratione probatur,etenim cùm per huiusmodi bonorum Ecclesiæ concessionem alteri factam inducatur prædictæ Ecclesiæ dismenbratio,vt probat Redoan. *vbi proximè,§. intelligitur etiam pag.* 45. quæ quidem appellatione alienationis similiter continetur, rectè fit vt prædictas requirat solemnitates,& ita probant Franc. *hîc col.*1. Rot.*decis.*229.*sub.hoc tit.in nouis*.Rebuff.*in d.compend. n.*68.Redoan.*vbi proximè.*

In eo tamen inter vtramque vnionem est notabilis 11
differentia,quòd quando Ecclesia vacans in totum alteri vnitur,non est dandus Ecclesiæ vacanti vnitæ defensor, dummodo auctoritas Episcopi, & consensus Capituli interueniat, iuxta text.*in præsenti*. Per contrarium verò quando pars bonorum, seu decimarum alicuius Ecclesiæ vacantis alteri vnitur,seu conceditur,vltra consensum Episcopi, & Capituli necessariò dandus est defensor ipsi Ecclesiæ vacanti, iuxta *d.c.*1. Circa cuius differentiæ rationem admodum laborant Doctores nostri; nonnulli primo loco asserunt quòd quando in totum vnitur Ecclesia alteri, nihil de bonis Ecclesiæ vnitæ detrahitur, sed potiùs augetur coniunctione alterius Ecclesiæ ad quam fit accessio; quando verò pars bonorum, seu decimarum ipsius conceditur,planè minuitur de bonis illius Ecclesiæ, cuius bona alienantur, & ideo in primo casu non est necessarius defensor,iuxta text *in præsenti*,secundo autem sic,iuxta *d.cap.*1. Verùm hæc solutio omnem difficultatem non tollit,quia licèt procedat in vnione, per quam ex duabus Ecclesiis fit vna, insuper in vnione per quam duæ Ecclesiæ æquè principaliter annectuntur,deficit tamen in Ecclesiis, quæ subiiciuntur alicui præbendæ,vel dignitati,prout in specie,*c. super eo, de præbend. in* 6. quo casu manet eadem Ecclesia, in qua ponitur Vicarius cum certa portione, & reliqui fructus applicantur præbendæ,*c. annectitur, c.extirpandæ, §.qui vero,de præbend.*& ita verum est dicere in hoc casu ipsius bona diminui,& tamen non requiritur datio defensoris,iuxta text.*in præsenti.*

Alij igitur eam rationem assignant quòd quando 12
annectitur, & subiicitur alicui dignitati, seu præbendæ,contingit quidem alienatio, nam possessori dignitatis, seu præbendæ applicantur omnes ferè fructus Ecclesiæ vnitæ, valet tamen quia fit cum solemnitatibus à iure requisitis subsistente insimul iusta causa necessitatis,neque est aliqua deformitas pauperem dignitatem, seu præbendam sustentari ex fructibus Ecclesiæ sibi annexæ,iuxta *d.cap.exposuisti*,cum aliis,& ideo non fuit necessarius defensor, iuxta text. *in præsenti*, quando verò pars decimarum, seu bonorum Ecclesiæ non annexæ deputatur ad sustentationem dignitatis, seu præbendæ, fit quædam alienatio non satis rationabilis, quia pars illa bonorum ordinata ad sustentationem illius Ecclesiæ,quæ adhuc manet, & existit principaliter sicut antea,traducitur ad dignitatem,seu præbendam,cum qua nullam habet communionem, vnde cùm huiusmodi alienatio magis videatur à ratione aliena,quàm illa,de qua *in hoc text.* meritò Pontifex *in d.c.*1. decidit illam requirere maiorem solemnitatem vltra consensum Episcopi.& Capituli,nempe quòd detur Ecclesiæ vacanti defensor. Verùm hæc ratio similiter difficultatem non tollit,licèt enim fateamur nullam

dat: deformitatem in eo quòd ex fructibus Ecclesiæ annexæ consulitur pauperi dignitati, seu præbendæ: insuper licèt verum sit prædictam annexionem rectè fieri potuisse ob causam paupertatis, vel similem, ac subinde validam fuisse Ecclesiæ vnitæ alienationem interuenientibus solemnitatibus requisitis, nullatenus tamen docet cur in hoc casu Ecclesiæ non sit dandus defensor antequam fiat annexio, cùm in casu *d.c.* 1. necessario dandus sit, licèt omnes prædictæ solemnitates interuenissent. Insuper eadem rationabilis alienatio, quæ consideratur in concessione partis bonorum Ecclesiæ, debet etiam considerari in concessione totius Ecclesiæ. Igitur vel vtroque casu debuit dari defensor, vel neutro.

13 Quare ego rationem differentiæ in eo posse consistere probabilius duco, quando vnio fit totius Ecclesiæ vacantis, non potest considerari aliquod præiudicium futuri Rectoris, seu Parochi, cui per vnionem nihil detrahitur, sed potiùs ipsius prouentus augentur cùm vnus, & idem sit futurus Rector vtriusque Ecclesiæ, scilicet tam vnitæ, quàm ipsius, cui fit vnio, insuper per vnionem neutri Ecclesiæ præiudicium infertur, scilicet nec vnitæ: si enim diues sit loco redituum, qui alteri Ecclesiæ applicantur, illius priuilegia digniora, & præstantiora consequitur, iuxta doctrinam *gloss.* 3 *in cap.* 1. *ne Sede vacante*; si autem fuerit pauper, illius paupertati, & exiguitati consulitur, iuxta *dict. cap. exposuisti* 33. *de præbend.* Rursus neque etiam Ecclesiæ, cui fit vnio, nam ipsius reditus ampliantur coniunctione alterius Ecclesiæ, quæ ei vnitur, vt palàm est, vnde meritò talis vnio Ecclesiæ vacantis fit nullo ipsi dato defensore, iuxta text. *in præsenti*, & hæc est vera ratio quare potest fieri vnio vacantis Ecclesiæ iuxta hunc text. cùm tamen dissolutio vnionis eiusdem Ecclesiæ vacantis fieri non possit, iuxta *c.* 1. *ne Sede vac.* quia videlicet per vnionem neutri Ecclesiæ præiudicium infertur iuxta modo dicta, per solutionem verò maximum vtrique Ecclesiæ præiudicium generatur, vt diximus ad *cap.* 1. *de maior. & obed. lib.* 6. At verò quando vnio fit partis bonorum, seu decimarum Ecclesiæ, datur maximum futuri Rectoris præiudicium cuius interest ne diminutio, seu dismembratio beneficij, fiat, iuxta *rubr. vt Ecclesiastica beneficia, cap. maioribus. cum aliis, de præbend.* licèt enim tunc temporis ipsum beneficium vacet, per se tamen, & principaliter existit, & vti tale proprium debet habere Rectorem, ac proinde quemadmodum viuente illo dismembratio, seu diminutio aliquorum bonorum fieri nequit sine ipsius consensu, iuxta [illegible] *p.* [illegible] 12. *q.* 2. (nisi lex ex iusta causa [illegible] constituat, prout in specie [illegible] *ad audientiam, de* [illegible] *ædif.*) itaetiam vacante Ecclesia fieri non potest non dato defensore, iuxta *d.* [illegible] 1 quam differentiæ rationem in effectu sensisse videtur gloss. *verbo incor* [illegible] *verbo defensor, in præsenti*, vbi Cardin. 6 [illegible] & Bonif [illegible] 1.

14 Cæterum tertia resolutione non obstat regula *d. l. quæ deteriora.* [illegible] *d. c.* [illegible] *et*, cum aliis, quia respondetur regulariter verum esse quod cui conceditur maius, & minus concessum censetur, nisi ab illo minori prohibeatur ex causa, vt in specie [illegible] vbi gloss. *verbo ad pauem, de eram. Prœl.* [illegible] vbi g [illegible] *ad* [illegible] *em, de raptorib. cap.* 1. vbi [illegible] *ff. vit. de tor* [illegible] *am* resoluit communis secundùm Abb. [illegible] *p.* [illegible] *de adulteriis. c.* 8. *de iudic.* Felin. *in cap. post* [illegible] 8 [illegible] *ipt* Ruin *in l.* 2. *col.* 1 [illegible] *ff. de legat.* 1. planè [illegible] Episcopo permissum sit vnire vacantem Ecclesiam [illegible] non dato defensore, & ita liceat maius, non [illegible] minus, id est, partem bonorum Ecclesiæ [illegible] ex iusta causa, de qua *supra* egimus, quod in effectu docet gloss. *in præsenti*, *verbo defensor.*

De Rerum permutatione.

TIT. V.

SUMMARIUM.

1 *Collatio de beneficiis causa permutationis vacantibus facta aliis, quam permutantibus non tenet, & n.* 2.
3 *Permutatio nihil aliud est nisi quædam reciproca resignatio, quæ ad inuicem inter permutantes fit.*
4 *Hospitalia, quæ dantur in titulum beneficij Ecclesiastici, veniunt appellatione beneficij.*
5 *Episcopus potest beneficij renunciationem acceptare licèt eius collatio sit Pontificis.*
6 *Episcopi possunt admittere resignationes in fauorem ex causa permutationis.*
7 *Permutationi auctoritatem præstare non potest inferior Episcopo.*
8 *Capitulum Sede vacante potest permutationi auctoritatem præstare.*
9 *Capitulum potest interponere auctoritatem in beneficiorum permutatione quando eorum collatio spectabat ad ipsum simul, & Episcopum.*
10 *Beneficij in permutatione requiritur consensus illorum ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet.*
11 *Verbum,* collatio, *quando ponitur in lege, institutionem, & omnem modum prouisionis comprehendit.*

CLEM. Ne concessione. Vnic.

COLLATIO de beneficiis causa permutationis resignatis facta aliis, quàm ipsis permutare volentibus, non tenet. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panormit. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 193. Alagona *in compendio, pag.* 347. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 5. vbi subdit quòd ante decisionem huius text. de iure veteri iure compertum Prælatum, apud quem est facta renunciatio ex causa permutationis ex summo iuris rigore secula æquitate ita potuisse liberè conferre beneficium Ecclesiasticum, cui renunciatum fuerat, sicuti ex simplici renunciatione vacaret. 2

Ex causa permutationis ab aliquo rebus resignata, &c. Notatur ad hoc quod permutatio nihil aliud est nisi quædam reciproca resignatio, quæ adinuicem inter permutantes fit, vt per Cassad. *de* [illegible] 1 *n.* 2. *sub hoc tit.* Flamin. Parisi. *de resignat. benef.* [illegible] 11 *q.* 5. *n.* 19. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 14. *n.* 40. 4

In gloss. *Beneficia.* [illegible] *inc* [illegible] *ridit etiam hospitalia*, &c. Notatur ad hoc quòd quando hospitalia dantur in titulum beneficij Ecclesiastici, tunc veniunt appellatione beneficij, iuxta ea, quæ tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5 §. 4. *num.* 14. & dicit per hanc gloss. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 9. *num.* 8. quòd quando pacificantur Ecclesiæ, & hospitalia, quod in beneficiis statuitur habet locum etiam in hospitalibus. 4

In gloss. *Conferantur.* ibi, *vel per alios collatores.* Ergo potest Episcopus beneficij renunciationem acceptare, licèt eius collatio sit Pontificis, vt per [illegible] ch. *de matrim. lib.* 8. *d.* [illegible] 32. [illegible] 4 & ideo in manibus Episcopi resignari possunt beneficia [illegible] licèt illa conferre non possit, sicuti resoluunt Flamin. *de resignat. lib.* 7. *q.* 14. *num.* 6. Mallob. *in praxi habendi concursum requis.* 7. 5

requis.7.dub.39.n.22. ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.3.alleg.69.num.23.*

6 In ead.gloss.ibi, *quòd Episcoporum est permutare, vel permutationibus auctoritatem præstare.* Notatur ad hoc, quòd Episcopi possunt admittere resignationes in fauorem ex causa permutationis, quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio sic resignato facere, vt per Gonzal. *ad reg.8. Canell. gl.14.n.32. & 33.* Nicol. Garc. *de benefic. part.11.c.4.n.60.* ego ipse *d.alleg.69. à n.11.*

7 In ead.gloss.ibi, *& non inferiorum.* Notatur ad hoc quòd inferior Episcopo non potest permutationi auctoritatem præstare, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de permut. num.20. & in 3. part. Signatura, verbo necnon iurispatronatus, n.42.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verbo renunciatio. §.4.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.7.c.29.q.4.vers. si quæras.* Lessi. *de iustit. lib.2.c.34. n.196.* Nicol. Garc. *d.c.4. n.68.*

8 In ead.gloss.ibi, *quid de Capitulo,* &c. Notatur ad hoc qòòd Capitulum Sede vacante potest permutationi auctoritatem præstare, vt per Nicol. Garc. *d.c.4.n.75. cum seqq.* & plures alios, quos refero ego ipse *d.alleg.69. num.8.*

9 In ead.gloss.ibi, *hac verba nisi beneficia illa, vel alterum illorum spectarent ad collationem Episcopi solius sine Capitulo.* Notatur ad hoc quòd Capitulum potest interponere auctoritatem in beneficiorum permutationibus quando eorum collatio spectabat ad ipsum simul, & Episcopum, sicuti docent Steph. Quarant. *in summa Bullarij. verbo Capitulum Sede vacante q.9. vers. quæ conclusio,* Azor. *instit. moral. part.2. lib.7. cap.29. q.4. vers. dubitatur.*

10 In ead.gloss.ibi, *vel præsentare.* Ergo requiritur in permotatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet, quia ipsorum interest, quamuis Episcopus totum debeat expedire, Less. *d.c.34.n.198.* Azor. *d.c.29.q.6. & 32.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ c.11.* Nicol. Garc. *d.c.4. n.72.*

11 In ead.gloss.ibi, *puto autem quòd hoc decretum afficiat nedum collationem, sed etiam omnem electionem, postulationem, & præsentationem,* &c. Notatur ad hoc quòd verbum, *collatio*, cùm ponitur in lege, institutionem & omnem modum prouidendi comprehendit, vt per Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.11.q.3.n.23.* Viuian. *in praxi iurisp. l.5.c.1.n.96.* Et qòòd verbum, *collatio*, comprehendat largo sumpto vocabulo præsentationem, tradunt Flamin. Paris. *vbi sup lib.12.quæst.3. n.25.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.7.c.28.q.6.* Propriè tamen prædicta non comprehendi si in rescriptis ponatur. Gonzal. *ad reg.8. Canc. gloss.16.n.11.* Viuian. *d.c.1. n.96. in vlt. impress.*

De Testamentis, & vltimis voluntatibus.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius loci rationem exigit à Religiosis etiam exemptis de testamentorum executionibus, quas gesserunt, & si circa id deliquerint, illos punit, & num.2.*

2 *Religiosus etiamsi ab aliquo executor sui testamenti constitutus sit, non potest tale munus subire nisi petita priùs, & obtenta à suo Superiore licentia.*

4 *Testamentorum omnem speciem comprehendit vltima voluntas.*

5 *Religiosi non claustrales præpositi alicui Ecclesiæ seculari exemptæ ab Episcopi iurisdictione, si testamenti executores sint, non tenentur rationem reddere Episcopo, sed Papæ.*

6 *Licentia Vbi exigitur ad aliquem actum, debet esse expressa, nec satis est tacita, & præsumpta.*

7 *Fratres minores hodie non licentiantur ad executionis testamentariæ officium.*

8 *Geminatio operatur vt nulla requiratur petitio*

Clem. Religiosis. Vnic.

1 RDINARIVS loci rationem exigit à Religiosis etiam exceptis de testamentorum executionibus, quas de Superiorum licentia gesserunt, & si circa id deliquerunt, illos punit. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian *in rationali lib.3. pag.234.* Alagona *in compend. pag.454.* remissiue Casal. *in annot.* & Ximeo. *in concord. p.1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt. Fr. Emman. *quæst. Regul tom.3. quæst.70. art.5.* Syluest. *in sum. verbo testamentum 2.q.2. dicto 4.* Molin. *de iustit. tract.2. disput.247. colum pen. vers. si Religiosi.* Tamburin. *de iure Abbatum, cæterorúmque Prælatorum tam secularium, quam Regularium Episcopis inferiorum tom.1. disput 15. quæst.7 n.23.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2.l.6.c.11.n.22.* vbi aduertit, quòd licèt aliqui ex supracitatis Doctoribus dicant decisionem huius text. habere locum in Religiosis solam communem exceptionem habentibus, qui possunt coram Ordinariis conueniri ratione delicti, vel contractus iuxta *c. de priuil. in 6.* tamen ipse credit textum *in præsenti* absolutè loquentem procedere in omnibus Religiosis quantumcunque exemptis, nisi speciale priuilegium contra illius decisionem habeant.

3 *Nisi à Superiore suo petita,* &c. Notatur ad hoc, quòd Religiosus etiamsi ab aliquo executor sui testamenti constitutus sit, non potest tale munus subire nisi petita priùs, & obtenta à suo Superiore licentia, vt per Fr. Emman. *d.quæst.70. art.1.* & plures, quos citaui ad *cap.2. hoc. tit. lib.6.* vbi luculenter de hac materia egi.

4 In gloss. *Cuiuslibet.* in addit. ibi, *vltima voluntas comprehendit omnem speciem,* Vide quæ dixi *in tract. de appellat. verborũ vtriusque iuris significat. appell.261.n.1.*

5 In gloss. *Deputatus.* ibi, *reddat ergo Papæ, Legato,* &c. Notatur ad hoc qòòd Religiosi non claustrales præpositi alicui Ecclesiæ seculari exemptæ ab Episcopi iurisdictione, si testamenti executores sint non tenentur rationem reddere Episcopo sed Papæ, vel eius Legato, aut illi, qui legitimus eorum Superior fuerit, vt post Abb. *hic n.5.* docet Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2.lib.6.c.11. n.23.*

6 In gloss. *Obtenta.* ibi, *reprobatum videtur,* &c. Notatur ad hoc quòd quoties ad aliquem actum exigitur licentia, debet esse expressa, nec satis est tacita, & præsumpta, vt per Tiraquel. *de legib. connub. gloss.7. n.8. cum seqq.* Auendan. *de exequend. mand. l.1.c.11.n.27.* Sanch. *de matrimon. l.3. disput.35.n.16.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.47.n.50.* Cened. *pract. & canon. q. lib.1. q.30. num.79.*

7 In gloss. *Suscipere.* ibi, *Fratres Minores non licentiantur hodie ad hac officia, nec illa suscipiunt.* latè Sanch. *d.l.6.c.11. à n.24.* & dixi commodiùs ad *Clement. exiui §. proinde, de verbor. signif.*

8 In gloss. *Exigere.* Notatur ad hoc qòòd geminatio operatur vt nulla requiratur petitio, sicut ait Surd. *decis.57.n.11.*

De Sepulturis.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Seplientes in casibus non permissis defunctos in cœmeteriis tempore interdicti, vel qui scienter sepeliunt excommunicatos publicè nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios, excommunicati sunt licèt sint exempti, & n. 2.*
3 *Excommunicatus sepultara ecclesiastica carere debet.*
4 *Cœmeterium non probatur ex eo quòd quædam corpora in eo loco sepulta reperiantur.*
5 *Excommunicatus nominatim quis dicatur.*
6 *Vsurarij manifesti possunt sepelire in loco sacro præstita cautione ab eius heredibus de satisfaciendo partibus.*

Clem. Eos qui. I.

1 Sepelites scienter defunctorum corpora in cœmeteriis interdicti tempore in casibus non concessis à iure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos, sunt ipso facto excommunicati, & non possunt absolui, nisi priùs arbitrio Ordinarij satisfecerint offensis de iniuria irrogata, non obstante quouis priuilegio sub quacunque forma concesso, &c. Colligunt ex Ordinar. Lapp. Abb Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar Bonif. de Vital. Viuian. *in rationali lib. 3. pag.* 248 Alagona *in compend. pag.* 460. remissiuè Ximen. *in concord. §.* 1 *&* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 61. art. 3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 13. quæs. 8. vers. sexta*, & alij, quos citaui *in collect. ad c. sacris n. 3. hoc tit. in Decretal.* quibus addo Iul Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. c. 12. num. 2. & num.* 10. agit. de publicis, & manifestis vsurariis, Gambar. *de casibus reseruat. c. 11. num. 2.* Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. n. 51. & 53.* Filliuc. *tract. 14. num. 67. vers. secunda, & num.* 69 quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 50. num.* 221. addo nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam disput. 2. quæst. 2. puncto 31. à princip. & num.* 19. resoluit hanc excommunicationem latam contra sepelientes non afficere comitantes, mandantes, consulentes, aut cantantes, seu portantes crucem, aut foueam extruentes latè Merol. *tom. 1. disput. in vniuersam Theolog. moral. disp. 1. cap: 2. n.* 294.

3 *Vel excommunicatos*, &c.] Ergo excommunicatus sepultura ecclesiastica carere debet, vt per Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 11. §. 3. & cap. 43. §. 3.* Azeued. *l. 6. n. 8. cum seq. tit. 18. lib. 4. nouæ recop.* citatos per me *de Parochis cap. 26. num.* 48.

Vel vsurarios manifestos.] Dicuntur illi qui vsuras publicè exercent, & quos publicè constat tales esse etiamsi nondum denunciati sint, ita Filliuc. *d. tract. 14. cap. 5. quæst. 3. num.* 71. Bonacin. *de contract. disp. 3. quæst. 3. puncto vlt. n. 2. & de puncto. 31. n. 7.*

4 In gloss. *Cœmeteriis* ibi, *quamuis autem in cœmeteriis corpora sepeliantur.* Notatur ad hoc quòd cœmeterium non probatur ex eo quòd quædam corpora in eo loco sepulta repetiantur, vt per Mascard. *de prob concl.* 289.

5 In gloss. *Nominatim.* Vide quæ dixi ad gloss. *verbo nominatim in Clem. 1. de vita, & honest. cleric.*

In gloss. *Manifestos* ibi, *nisi cautum sit de restituendo*, &c. Notatur ad hoc quòd manifesti vsurarij possunt sepeliri in loco sacro præstita cautione ab eius hæredibus de satisfaciendo partibus vt per Couar. *variar. lib. 3. c. 3. n. 9. vers. 12.* 6

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & n. 2. & 3.*
4 *Prædicatores Regulares quando examinandi, & approbandi.*
5 *Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus habet auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscunque exẽptos tam seculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint.*
6 *Confessarij approbatio quando, & quibus danda sit.*
7 *Regulares præsentatos a suis Superioribus ad Confessiones audiendas si Episcopus sine iusta causa admittere nolit, an possint etiam attenta dispositione Concilij Tridentini Confessiones audire perinde ac si admissi essent, & num 8.*
9 *Fratres Prædicatores, & Minores liberè possunt ad sepulturam recipere omnes, qui sepeliri elegerint in suis Ecclesiis, & locis.*
10 *Quarta funeralis debetur Ecclesiæ Parochiali illius, qui eligit alibi etiam apud Mendicantes sepulturã.*
11 *Quarta Canonica ex quibus solui debeat ostenditur.*
12 *Priuilegij ad perfectam rationem constituendam sufficiunt verba & non est necessaria scriptura.*
13 *Scriptura non est necessaria ad substantiam, & valorem gratiæ.*
14 *Prædicatorum, & Minorum Ordinũ professores sunt coadiutores Curatorum à Sede Apost deputati.*
15 *Principi competit facultas concedendi studium generale.*
16 *Prælatorum appellatione veniunt Prælati claustrales*
17 *Confessio peccatorũ debet primum audiri, deinde imponitur pœnitentia, & demum fit absolutio.*
18 *Sacerdotes Sacræ Confessionis Ministri debent se præsentare personaliter coram locorum Ordinariis.*
19 *Beneficij præsentatio debet fieri personaliter coram Ordinario.*
20 *Præsens dicitur qui præbetur sensibus corporis.*
21 *Curã parochialis Ecclesiæ is dicitur habere, qui ex necessitate officij adstringi potest ad administrationẽ Sacramẽtorũ & cogere ad seuentre parochianos.*
22 *Præsidentium numerus est deputandus secundùm quantitatem subiectorum.*
23 *Dictio, liberè, importat quod actum quis facere possit sua sponte, & sine alterius licentia, & auctoritate.*
24 *Liberum dicitur quod ab omni impedimento, & grauamine est abstractum.*
25 *Regulares non possunt etiam vigore quorũcunque priuilegiorum absoluere a casibus Episcopo reseruatis.*
25 *Funeralia quæ dicantur, ostenditur, & n. 27.*
28 *Statutum vltimum non tollit primum nisi specialiter, & expressè faciat mentionem de illo.*
29 *Constitutio quantumuis generalis non tollit pacta, aut concordias confirmata per Sedem Apostolicam, nisi de eis faciat expressam mentionem.*

Clem. Dudum. II. & vlt

Fratres Prædicatores, & Minores in suis Ecclesiis, 1
& locis ac plateis communibus liberè valent clero, & populo prædicare, hora illa dumtaxat excepta in

in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, niſi aliud voluerint, & licentiam conceſſerint. In ſtudiis autem generalibus, vbi ſolet prædicari ad clerum certis diebus, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus eorundem Fratrum, poſſunt iidem Fratres liberè prædicare niſi illa hora Epiſcopus, vel Superior vellet clerum ad ſe vocare generaliter, vel duceret congregandum clerum, ea aliqua iuſta, & vrgenti cauſa. In Eccleſiis verò Parochialibus Fratres iidem non audeant prædicare niſi à Parochis inuitati & vocati, vel de illorum beneplacitu, ſeu petita, & obtenta licentia niſi Epiſcopus, vel Prælatus velit per eos ſibi prædicari.

2 Item ſuperiores maiores petere debent facultatem ab Ordinariis locorum, vt Fratres ad hoc electi in eorum diœceſibus poſſint audire, & abſoluere volentes confiteri, ſic aliàs Superiores huiuſmodi eligentes perſonas idoneas, ſufficientes, peritas, probas, & ſic electas præſentent Prælatis, vt de licentia eorum audiant Confeſſiones, & cum hac licentia extra illas diœceſes, & ciuitates Confeſſiones non audiant: quòd ſi Prælatus nollet aliquem præſentatum admittere, præſentetur alius, ſi adhuc Ordinarij nollent admittere electos à Superioribus, his conceditur de plenitudine poteſtatis Apoſtol. licentia audiendi Confeſſiones, & abſoluendi, ſicuti Curatis, & Parochialibus Sacerdotibus eſt à iure conceſſa, & non plus niſi Ordinarij maiorem conferant.

3 Item prædicti Regulares liberè poſſunt in Eccleſiis, vel locis ſuis ſepelire quoſcunque, qui in illis ſepulturam eligunt, dummodo tamen ipſi Fratres de omnibus prouentibus tam funeralibus, quàm quocunque modo relictis diſtinctè, vel indiſtinctè ad quoſcunque certos vel indeterminatos vſus, de quibus etiam quarta non conſueuit ſolui, vel non debet de iure, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo, vel infirmitate, de qua deceſſerunt, Fratribus ipſis, vel aliis pro eiſdem, ſemper quartam partem integram dent Eccleſiis Parochialibus, & eorum Rectoribus, immo quæ danda eſſent ipſis Fratribus in morte non curent ſibi dari in vita, ne quartam ſoluant. Si quid autem fecerint cum fraude, & dolo, præter peccatum, quod incurrunt, quartam omnino reſtituere tenentur, vltra quam non poſſunt Fratres ad aliud cogi, cum reuocatione omnium priuilegiorum, &c. & in fine Curatis præcipitur, vt beneuolè Fratres tractent. Colligunt ex Ordin. Lapp. Abb. Anchar. Zabar. Imol. Panorm. Paul. de Eleaz. Boniſ. de Vital. Viuian. *in ration. lib.* 3 *pag.* 249. Alagona *in compendio pag.* 461. remiſſiuè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2.

4 *Statuimus, & ordinamus, vt dictorũ Ordinũ Fratres,* &c.] Circa Prædicatores Regulares hodie ſeruanda eſt noua Concil. Trident. diſpoſitio *ſeſſ.* 11. *de reform. cap.* 2. vbi ſic habetur, *Regulares vero cuiuſcunque Ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorũ licẽtia etiã in Eccleſiis ſuorũ Ordinũ prædicare nõ poſſint, cum qua licẽtia perſonaliter ſe corã Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequã prædicare incipiãt. In Eccleſiis verò, quæ ſuorũ Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorũ ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiã habere teneãtur, ſine qua in ipſis Eccleſiis nõ ſuorũ Ordinum nullo modo prædicare poſſint, ipſam autem licentiã gratis Epiſcopi concedant.* Itẽ & *infrà ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 4. ſic diſponitur. *Nullus autẽ ſecularis, ſiue Regularis etiã in Eccleſiis ſuorũ Ordinũ contradicente Epiſcopo prædicare præſumat.* De his Decretis & eorũ materia agunt latè Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 32. *art.* 1. *cũ ſeqq.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 50. *art.* 2. Cãpan. *in diuerſorio iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 6. *cum ſeqq.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi c.* 42. *§.* 2. *num.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *num.* 123. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 290 Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract.* 2. *c.* 3. *q.* 36. ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 75. *n.* 18. *cum ſeqq.* vbi *num.* 20. obſeruo Decretum Concilij *dicto cap.* 4. de non prædicando contradicente Epiſcopo quoad Regulares intelligendum eſſe ac limitandum de illo tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſolemniter prædicari, non verò aliàs, ne contrariari videatur alteri textui *in d. cap.* 2. concedenti Prædicatoribus Regularibus in Eccleſiis ſuorum Ordinum cum ſola Epiſcoporum benedictione poſſe prædicare etiam nõ habita expreſſa licentia.

5 Habet denique Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus auctoritatem coercendi ac puniendi quoſcunque exemptos tam ſeculares, quàm Regulares qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint, vt ſtatuit Gregor. XV. *in ſua Conſtit. incip. Inſcrutabili, ſub dat. Nonis February* 1622.

6 *Statuimus etiam, & ordinamus auctoritate,* &c.] Agitur in præſenti de forma præſentandi Epiſcopu Fratres Prædicatores, & Minores in Confeſſarios per eorum ſuperiores Prælatos, de qua Nauar. *in man. cap.* 27. *num* 260. *&* 261. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 59. *art.* 1. *&* 3. Ludouic. Miranda *in man. Præl. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 5. Hieron Roder. *in compẽd. quæſt. Regul. reſol.* 32 *à num* 1. Circa Confeſſariorum approbationem ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. nullum etiã Regularem poſſe Confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineant priuilegiis, & conſuetudine quacunque, &c. de cuius materia latè egi *de officio, & poteſtate Epiſcopi. p.* 2. *alleg.* 25. Per quod decretum Concilij non eſt ſublata hæc Clement. quantum ad formam præſentandi Prædicatores, & Minores nam cùm ſit lex inſerta in corpore iuris, & non priuilegium neceſſariò de illa deberet fieri mentio vt derogaretur, Fr. Emman. *d. quæſt.* 59. *art.* 2. Ludouic. Miranda *d. quæſt.* 45 *art.* 6. Hieron. Roderic *d. reſol.* 32. *num.* 3. vbi *num.* 4. reſoluit præſentationem, & approbationem Minorum, & Prædicatorum ſemel factam eſſe perpetuam, iuxta hanc Clemen. nec debere iterum in eadem diœceſi reuocari. Per hunc text. & Extrauag. ſuper Cathedram, aſſerunt approbationes, & præſentationes Regularium eſſe perpetuas Sot. *in diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 3. *col* 6. Henriq. *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 6. *§.* 6. Vaſq. *de Pœnit. q.* 93 *art.* 3 *dub.* 5 Vega *in ſumm. part.* 2. *cap.* 62. *caſu.* 4. *&* 17. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *c.* 13. *poſt decimum dubium §. la primera difficudad.* Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib* 2. *cap.* 6. *concl.* 4. Ludouic. de San Iuan. *part.* 1. *ſumm. tract. de Pœnit. q.* 9 *art.* 2. *dub.* 2. *&* 3. Villalob. *in ſum. part.* 1. *tr.* 9. *diffic.* 53. Coriolan. *de caſibus reſeruat. part.* 1. *ſect.* 2. *art.* 8. *fol.* 165. *& artic.* 3. *fol.* 197. Chapeau. *eodem tract. quæſt.* 2. *diffic.* 3. *folio.* 21.

7 *Si verò iidem Prælati,* &c.] Hinc colligunt aliqui Epiſcopo nolente ſine iuſta cauſa admittere præſentatos, eos poſſe iuxta diſpoſitionem text. *in præſenti,* etiam ſtante diſpoſitione Concilij Trident. *d. c.* 15. omnia perinde exercere ac ſi admiſſi, & auctorizati eſſent, ex quorum numero ſunt Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exempt. part.* 4 *quæſt.* 77. Cened.

practic.& canon.quæst.lib.1. quæst.38.n.20.& 21. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.2.lib.7.cap.2. num. 15.* & iuuatur communi aliorum doctrina asserentium hanc Clement. nullatenus esse in hoc parte derogatam, & reuocatam per Concil. Trident.*d.c.15.* quin verò per ipsum confirmatam, & approbatam, & eidem quàm maximè conformem, vt tenent Nauar *in man.cap.27.num.264.in fine.* Fr. Emman.*quæst.Regular. tom.1.qu.59.art.2.& inaddit ad Bullam Cruciatæ.§.9. num.30.* Fr. Ludouic. Miranda *in Prælator. tom.1 quæst.45.art.6.*

8 Verùm hæc sententia non videtur tuta, cùm ipsa Concilij dispositio clarè exigat Episcopi approbationem ac subinde ab eo obtinendam esse statuat, quapropter illam iam petere non sufficit, licèt iniustè exhibere recusauerit, sicut meliùs resoluunt Soar.*tom.4. disput.28.sect.5.à num.5.* Valer Reginald.*in praxi fori pænit.lib.1.à n.192.* Ægid.de Coninck *de Sacram.& censur.tom.2. disput.8.num.58.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p.3.cap.9.§.8.n.2.*

9 *Huiusmodi quoque statuto*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Fratres Prædicatores, & Minores liberè possint ad sepulturam recipere omnes, qui sepeliri elegerint in suis Ecclesiis, & locis, vt per Iul. Lauor.*variar. lucubrat. tom.1. titul.2. cap.9. num.10.* vbi subdit id ipsum per Pium V. ad reliquos Religiosos fuisse ampliatum.

10 *Verum ne Parochiales*, &c.] De quarta parochiali debita Ecclesiæ Parochiali illius, qui elegit alibi etiam apud Mendicantes sepulturam, latè agit Lauor. *d.tit.2.cap.17. per totum*, Azor. *institut.moral.part.2. lib.9.cap.13.quæst.13.*& dixi *de officio & potest.Parochi part.3.cap....*

11 *Necnon de datis, vel qualitercunque donatis in morte*, &c. Notatur ad hoc, quòd quarta canonica solùm debet Ecclesiæ Parochiali de omnibus donatis causa mortis, de relictis iure institutionis, de oblationibus, candelis, anniuersariis, & similibus ratione sepulturæ alibi electæ, vt per Petr.de Vbald.*in tractat.de quarta Episcop.part.1.cap.6.* Lauor.*d.tit.2.cap.17.n.18.* Non debetur igitur de donationibus inter viuos, Sebast. Medic.*de sepultur.part.2. quæst.12.num.7.tom.2.* Lauor.*d.cap.17. num.52.* benè autem deberetur de legatis etiam pro Missis dicendis, Petr. de Vbald.*dict. part.1.cap.7.vers.quod si testator*, ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.3.alleg.86.n.20.cum seqq.* Lauor. *d.c.17.num.18.in fine.*

12 *Verbo, seu scripto*, &c.] Ergo ad priuilegij perfectam rationem constituendam, eiúsque validitatem sufficiunt verba, & non est necessaria scriptura, vt per Fr. Emman.*quæst.Regul.tom.1.quæst.6.art.5.* Soar.*de legib. lib.8.cap.12.à num.1.* nouissimè Tambutin.*de iure Abbatum tom.1.disp.16.quæst.2.*

13 Notatur etiam ad hoc quòd non est necessaria scriptura ad substantiam, & valorem gratiæ, sed statim ac concessa est per verbum, *fiat*, in se valida, & perfecta est quoad substantiam, indiget tamen expeditione litterarum ad probationem vt ex illa agi possit in iudicio, Ita Sanch.*de matrim.lib.8.dis.29.num.2.* Paul.Comitol.*resp.moral.lib.1.quæst.105. n.2.* Zerol.*in praxi Episcop.part. 1.verbo Bulla §.1.& 4.* Nam solo verbo Papæ perficitur gratia, ex Flamin. Paris.*de resign.benefic.lib.8.q.2.num.8.*

14 *Tanquam cooperatores eorum*, &c.] Quòd professores Ordinum Prædicatorum, & Minorum sint coadiutores curatorum à Sede Apostolica deputari ex hoc text. colligit Fr.Emman.*quæst. Regular.tom.3.quæst.31. art.vt .quod ego.*

15 In gloss.*Generalibus*, ibi, *ex. priuilegio*, &c Notatur ad hoc quòd Principi competit facultas concedendi studium generale, vt per Zabarell.*hîc in §.nos autem quæst 5.* Nat.*cons.657.n.1.vol.4.* Cassan.*in catal.gloriæ mundi part.10.consid.32. vol.4.vers. ad vnam tamen.* Octau. Glorir.*resp.1.p.1.num.170.*

In gloss.*Non habentur*.ibi.*possent tamen Prælati*, &c. 16 Ergo appellatione Prælatorum veniunt Prælati claustrales, vt per Farin.*in praxi crimin. part.2. quæst.60. num.546.*

In gloss.*Audire*.ibi, *primò audiatur Confessio, secundò* 17 *imponatur pænitentia, tertiò fiat absolutio.* ita Beia *resp. casuum Conscient.p.3.casu.3.*

In gloss.*Præsentari*.ibi, *personalis ergo præsentatio fie-* 18 *ri debet.* Notatur ad hoc quod Sacerdotes sacræ Confessionis ministri debent se præsentare personaliter coram locorum Ordinariis, vt per Zerol.*in praxi Episc. part.1.verbo Confessores §.1.* Aloys.Ricc.*in collect.decis. part.4.collect.1229.* Sicut etiam beneficij præsentatio- 19 nem debere fieri personaliter coram Ordinario resoluunt Cened.*ad decretum collect.15.num.4.*& Zerol. *d.p.1.verbo Iuspatronatus §.7.*

In ead.gloss.ibi, *nam dicitur præsens qui præbetur se-* 20 *sibus corporis*. Ita Tiraq.*de legib.connub.gloss.6.num.31.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell.48.n.36.*

In gloss *Impedãt*.ibi, *quia res ipsi adstricti sunt*, &c. 21 Notatur ad hoc quòd curam habere Parochialis Ecclesiæ is dicitur, qui ex necessitate officij adstringi potest ad administrationem Sacramentorum, & cogere ad se venire Parochianos, vt per Card.*hîc quæst.9.* Imol.*num.32.*& Abb *n.24* Rebuff. *de nomin.quæst.19. num.10.* Fertett.*cons.255.num.11.* Manric.*decis.48.n.5.* Flamin. Paris.*de resign. benefic.lib.2.quæst.1.n.105.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell.gloss.6.num.36.* Rot.*decis.52. num.10.p.2.diuersor.* Viuian.*in praxi iurispatr.lib.2.6. sub num.22.col.2.in vlt.impress.*

In gloss.*Exigrt*.ibi, *vot.numerum præcedentium depu-* 22 *tari secundùm quantitatem subiectorum.* Sequitur Menoch.*de arbitr.casu 465.n.3.*

In gloss.*Liberè*.ibi.*denotat quòd non est necesse licen-* 23 *tiam Sacerdotis Parochialis haberi* Notatur ad hoc quòd dictio, *liberè*, importat quòd actum quis facere possit sua sponte & sine alterius licentia, & auctoritate, vt per Roland.*cons. 42.n.18. lib.2.* Surd.*cons.313.n.96.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell.gloss.45.num.11.cum seqq.& gloss.48.num.3.& glos.53.num.3.* Cardin.Tusch.*tom.2. lit.D.conclus.306.n.10.* Monet.*de commut.vlt. volunt. cap.7.num.14.& cap.7.num.137.*& plures alios, quos citaui *in tract.de dictionib.vsufreq.dict.160.n.2.* secundùm Lugdunen.impress. Liberum enim dicitur quòd 24 ab omni impedimento, & grauamine est abstractum, Ruin.*cons.1.num.21.vol.1.* Decian.*cons.44.nu.91.vol.1.* Menoch.*cons.1042.num.10.* Octau. Glorir.*resp.1. part.1.num.185.*

In gloss. *Concessa*.ibi, *hoc intendit, quia in casibus* 25 *Episcopo reseruatis non possunt absoluere*, &c. Notatur ad hoc quòd Regulares non possunt absoluere à casibus, Episcopo non solùm de iure, sed etiam specialiter per ipsum reseruatis Nauarr.*in man.cap.27.num.263. & seqq.* Albert.Tror.*de vero & perfecto clerico l.2.c.26. num.13.* Philiarch.*de officio sacerd.part.2.lib.2.cap.25.* Chapeauil.*de casibus reser nat.fol.36.* Soar.*de pænitent. disput.3.sect.2.nu.2.* Ioann.Sancti.*in select.disput.47. num.25* quod quidem Sacra Congregatio ampliauit, vt nec etiam per priuilegium, quod *Mare magnum* vocatur, hodie hanc habeant facultatem, sicuti attestantur Campan.*in diuers.iuris Canonic.rub.12.cap.13. numero 63.* Fr. Ludouic. Miranda *in mancip Prælat. tom.1.quæst.46.artic.2.in fine*, Nicol. Garcia *de benefic.part.3. cap.3. num.269.* Homobon. de Bonis *de examine ecclesiast. tract.5. cap.2. quæst.10.* ego ipse *de officio & potestate Episcopi part.3. allegation.52. num.8.*

num. 8. Et nouissimè emanauit reuocatio amplissima vt sequitur.

Reuocatio omnium Indultorum quibusuis Religionibus, Societatibus, &c. quomodolibet concessorum audien. secularium Confessiones absque Ordinary examine, & approbatione.

VRBANVS Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cùm sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorundam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolica indultum fuerit, & Sacramentales personarum secularium Confessiones audire valeant, etiamsi ab Episcopis diœcesanis ad examinati, & approbati non fuerint; nec desint, qui temerè asseuerent, hoc ipsum priuilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, & amplissimis priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum sacri Concilij Tridentini decretum desuper sancitum penitus euertatur. Nos huic malo opportunè prouidere volentes, de Venerab. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis regularium præpositorum consilio, omnia, & singula indulta huiusmodi audiendi secularium Confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione, quibusuis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESV Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, necnon Monachorum quorumcunque, etiam S. Benedicti, Cisterciẽ, & Cartusiẽ, ac etiam quibusuis Militiis, etiam Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, ac quibuscunque Ecclesiis etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monasteriis, cæterisque locis piis, siue eorum, & earum respectiue Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Capellanis, Confessariis, aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscunque etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectis cuiuscunque dignitatis, præeminentiæ, & conditionis existentibus, & quouis priuilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hactenus quandocunque, & qualitercunque, ex quauis, etiam de necessitate exprimenda causa, & alias quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, viribúsque, & effectu euacuamus, ac reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribúsque, & effectu vacua esse, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESV Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, & Ecclesiis, Monasteriísque prædictis, eorumque Superioribus, & personis quibuscunque in posterum vllo modo suffragari, minúsque illos, & illas, etiamsi de iis specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis huiusmodi vti posse, præsentes verò litteras, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo quòd quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, in ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcunque iuris gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore suósque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sicque per quoscunque iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, Ordinationibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorúmque Præpositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus, Capellanis, aliisque prædictis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorúmque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quòdque eædem præsentes litteræ, seu illorum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioan. Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris: die 12. Septembris 1628. Pontificatus Nostri anno sexto.

M. A. MARALDVS.

In gloss. *Funeralibus*. ibi, *illa funeralia, quæ cum funere deferuntur*, &c. Ita Corn. *cons.* 496. *litt. A*. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 94. *n.* 57. Tamburin. *de iure Abbatum, to.* 1. *disp.* 15. *q.* 17. *n.* 3. Lanoi. *d. tit.* 2. *c.* 17. *n.* 19. vbi *n.* 20. subdit quòd funeralia hodie intelliguntur candelæ, quæ circa cadauer accenduntur, maceries omnis, quæ supra castrum doloris, & corpus construitur, pannus siue laneus sericus, siue auro contextus, quo feretrum tegitur, & omnia, quæ cum funere computantur, & pro illo in Ecclesia per hæredes præparantur, siue aliàs efferuntur, subiicitque *num.* 13. se vidisse Romæ practicari quòd hæredes, seu qui curam gerunt funeralium, paciscuntur cum Curato ne pannum, & reliqua alia pretiosa, quæ solent afferri, ille accipere possit, oblata ei in compensationem aliqua pecuniæ quantitate. 26

Amplia vt non solùm funeralia dicantur, quæ cum funere deferuntur, sed etiam omnia, quæ obueniunt Ecclesiæ ratione funeris, siue antequam corpus sit in terra conditum, siue post, & vsque ad trigesimum diem, & quandiu fit memoria de funere, sicuti docent Zabarel *in d. Clem. dudum*, *verum*, *vers. tertiò quæro*, optimè Calderin. *cons.* 4 *de sepultur.* Lanoi. *d. t.* 2. *c.* 3. 27

num.191.cum seqq. Azor. *instit. moral. pars.2.l.9.c.1.14. quæst.13. vers. funeralia.*

28 In gloss. *Pacta.* ibi, *quia non expressè sublatum*, &c. Notatur ad hoc quòd vltimum statutum non tollit primum nisi specialiter, & expressè faciat mentionem de illo, vt per Hippol. *cons.64. num.31. & consil.79. num. 21.*

29 In ead. gloss. ibi, *nec sequitur, pactum est sublatum; ergo & pactum firmatur sententia, & confirmationi.* Notatur ad hoc quòd constitutio, aut dispositio quantumuis generalis non tollit pacta, aut concordias confirmatas per Sedem Apostolicam, nisi de eis faciat expressam mentionem, ita Flores de Mena *variar. lib.1. quæst.10. num.41.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.25. num.14.*

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

TIT. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi grauantes, vel fraudantes Ecclesias circa decimas eis debitas, si requisiti per illos, quorum interest, non desistunt intra mensem, vel de vsurpatis, vel retentis intra duos menses non fecerint emendam, in quibus casibus suspensi sunt ab officiis, administrationibus, & beneficiis, & talia non habentes sunt excommunicati, & n.2.*

3 *Constitutio puniens Religiosum fraudantem decimas alicuius Ecclesiæ non extenditur ad clericos seculares eadem facientes.*

4 *Priuilegium quando conceditur alicui Religiosorum Ordini, vt sit immunis & liber à decima soluenda, si sit personale tantum, non se extendit ad conductores prædiorum, secus si sit personale.*

5 *Priuilegium cognoscitur esse personale, vel reale ex verbis ipsius, nam si refertur ad personam, censetur personale, si autem referatur ad rem, censetur esse reale.*

6 *Grex differt ab armento, quod est maiorum animalium, vt equorum, & boum, grex verò minorum, vt porcorum, caprarum, &c.*

7 *Suspensus donec satisfecerit licèt satisfaciat realiter, nihilominus quoad Ecclesiam in foro exteriori indiget absolutione, vel saltem iudicis declaratione super satisfactione.*

8 *Suspensio ad tempus tollitur absque aliqua absolutione elapso termino in ea designato, secus in excommunicatione ad tempus lata.*

CLEM. Religiosi. I.

1 RELIGIOSI, qui de decimis ad eos non pertinentibus aliquid sibi appropriare, vel vsurpare præsumpserint, & qui immiscent animalia aliorum cum propriis, vt pro alienis non soluantur decimæ, & qui in fraudem Ecclesiæ animalia à pluribus locis emunt, & tradunt venditoribus, & qui tradunt terras aliis excolendas, & non permittunt, seu prohibent soluere decimas Ecclesiæ, si post requisitionem ab eo factam, cuius interest, intra mensem à præmissis non desistant, vel si intra duos menses non restituerint Ecclesiæ damnificatæ, sint, & tandiu maneant suspensi ab officiis, administrationibus, & beneficiis donec destiterint, & satisfecerint, & Religiosi si non habuerint administrationem, seu beneficia, sunt excommunicati, nec possunt absolui nisi restituant, non obstantibus, quibuscunque priuilegiis, &c. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. l.3. pag.279.* Alagon. *in compend. pag.473.* remissiue Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Horat. Gambarupt. *de casibus reseruatis cap.21. n.7. fol.171. verso,* Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. cap.13. quæst.13.* Iul. Lauor. *de Indulgent. part.2. cap.13. num.46.* Filliuc. *tract.14. num.125. vers. quinta, & num.137,* Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap.3. excomm.15.* Nauar. *in man. cap. 27. num.188.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p.3. allegat.50, n.222.* secundum Lugdunens. impress. nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam disput.2. q.8. puncto 12. per totum,* vbi *num.6* post gloss. *hic verbo facta*, resoluit solam vnam requisitionem sufficere, & *num.* 8. post Filiuc. *num.138.* Sayr. *num.14.* dictis locis tenet non solùm viros Religiosos, verùm etiam fœminas Religiosas affici hac excommunicatione. 2

In gloss. *Religiosi.* ibi, *& per hoc verbum Religiosi patet in secularibus clericis, vel laicis, qui in hoc delinquerent, non esse locum his pœnis.* Notatur ad hoc quòd hæc Constitutio, quæ punit Religiosum fraudantem decimas alicuius Ecclesiæ, non extenditur ad clericos seculares eadem facientes, vt per Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, vt ibi pœna, different.1. n.1. vers. ad idem.* 3

In gloss. *Excolendas.* ibi, *quæ si eximunt terras*, &c. Notatur ad hoc quòd quandocunque priuilegium conceditur alicui Religiosorum Ordini, vt sit immunis, & liber à decima soluenda, si sit personale tantùm non se extendit ad conductores prædiorum, si verò sit priuilegium reale protenditur ad conductores agrorum, vt per Bonacos. *tom.1. commun. opinion. lib.1. tit.10. numero 13. pag.186.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.7. cap.37. q.7.* 4

In ead. gloss. ibi, *puto ponderanda verba priuilegiorum.* Notatur ad hoc quod priuilegium cognoscitur esse personale, vel reale ex verbis ipsius, nam si referantur ad personam, censetur esse priuilegium personale, si autem referantur ad rem censetur esse reale, vt per D. Barbos. *in l. quia tale, n.2.5. ff. soluto matrim.* Soar. *de legib. lib.8. c.3. n.6.* 5

In gloss. *Gregibus.* ibi, *grex differt ab armento, quod est maiorum animalium, vt equorum, & boum, grex verò minorum, vt porcorum, caprarum,* &c. Ita Rebuff. *ad l. Neratius, vers. quinque. ff. de verb. signific. pag.381.* Ego ipse *in tract. de appellatiua verb. vtriusque iuris significat. appell. 110. n.3.* 6

In gloss. *Donec.* ibi, *sic suspensi indigent absolutione*, &c. Notatur ad hoc quòd suspensus donec satisfecerit licèt satisfaciat realiter, nihilominus quoad Ecclesiam in foro exteriori indiget absolutione, vel saltem iudicis declaratione super satisfactione, vt per Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo absolutio differ. 14. num.1.* 7

In ead. gloss. ibi, *non si in suspensis ad tempus*, &c. Notatur ad hoc quòd suspensio ad tempus tollitur absque aliqua absolutione elapso termino in ea designato, secus in excommunicatione ad tempus lata, sicuti docent Rip. *in repet. cap.1. col.2. de iudic.* vbi limitat tribus modis, Bernard. *reg.445.* Borgas. *de irreg. part.6. tit. de suspens. num.46.* Nau. *in man. c.27. n.161. in fine, & in d.c.1. de iudic. notab. 6.* vbi alias quatuor glossas similes refert Henriq. *in summ. lib 13. cap.29. §.2. lit. S, & c 35. §.2. litt. X,* Perez *ad tit.1. l.5. Ordin. pag.33. & tit. l.7. Ordin. pag.96.* Gutier. *canon. lib.1. cap.5.* 8

*cap.5.n.7.*Zerol.*in praxi Episc.p.1.verbo Dimissoria, §.4.*Ioan.Valer.*de differ.inter vtrumque forum,verbo absolutio differ.14.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Decima beneficiorum alicui concessa sibi debetur secundum taxationem,& de moneta currenti, nec possunt collectores propter hoc distrahere, vel occupare ornamenta diuinis Officiis deputata.*
2 *Monetarum valoris attenditur, qui est solutionis tempore.*
3 *Decimarum onus grauat proprietarium, non conductorem.*
4 *Beneficium ecclesiasticum debet auctoritate Episcopi fundari.*
5 *Capellania perpetua auctoritate Apostolica,vel Ordinaria erecta sunt beneficia ecclesiastica.*

CLEM. Si beneficiorum. II.& vlt.

1 DEcimam beneficiorum alicui ad tempus concessam ipse secundùm taxationem in illis partibus consuetam,& ad monetam currentem accipere debebit; nec Collectores propter hoc distrahere, vel occupare poterunt Calices, libros,& alia ornamenta ad seruitium Dei, & diuinorum Officiorum deputata. Colligunt ex Ordin.Lap.Abb Anch.Imol.Zab.Panor. Pau.de Eleaz.Bonifac.de Vital Viuian.*in ration.lib.3. pag.*280.Alagon.*in compend.pag.*474.remissiuè Ximen. *in concord.part.*2.

2 *Et ad monetam currentem*, &c] Notatur ad hoc quòd monetarum valor is attenditur,qui est solutionis tempore,vt per Surd.*cons.*454.*n.*1.hoc ipsum in censu agnoscit Gasp.Roderic.*de annuis redditibus, l.2.q.*15.*n.*92.& demum monetæ valor iuxta quod tempus considerandus sit,contractus ne , an solutionis disputant plures,quos plena manu refert patens meus *in comment. ad Ordin.Reg.Lusitan.l.4.tit.*21.*in princ.n.*3.

3 In gloss.*Si beneficiorum*.ibi,*tunc illi,quorum est proprietas illa , decimare debebunt*. Notatur ad hoc quòd onus decimarum grauat proprietarium,non conductorem,vt per Gig.*de pensionib.q.*59.*num.*1.Vincent. de Francg.*decis* 107.*num.*1.

4 In ead.gloss.ibi. *quia constat illa esse beneficia ecclesiastica ex quo sic sunt per Episcopum ordinata*,&c.Ergo beneficium ecclesiasticum debet auctoritate Episcopi fundari;sicuti docent Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell. gloss.*5.*n.*7.Lotter.*de re benefic.lib.*1.*q.*5.*n.*40.Rot. *decis.*509.*n.*1.*part.*1.*diuers.*& *in Monopolitana hebdomada* 1.*Iuly* 1613.coram bonæ mem.Patriarcha Manzanedo , & *in Melfiten.legati py* 24.*Ianuary* 1629.coram R.P.D. Dunozetto,& alij per me citati *de officio, & potestate*
5 *Episcopi.part.*3.*alleg.*70.*post n.*35. *versic.illud* , secundùm Lugdunens. impressionem. Vnde colligi videtur capellanias perpetuas auctoritate Apostolica, vel Ordinaria erectas beneficia ecclesiastica esse,sicuti docent Fusc.*de visitat.lib.*2.*cap.*11 *num.*6. *cum seqq*. Ceuall. *commun.contra communes quæst.*693.*num.*19. Petr.Gregor.*de re benefic.cap.*11.*num.*10.Zerol,*in praxi Episcop.part.*1.*verbo beneficia*,§ 1.*ad fin.*& *part.*2.*eod verbo*.§.10.Azor.*instit.moral.part.*2.*lib.*3.*cap.*8.*quæst.*3. Petr.de Ledesma *in summ.part.*2.*tract.* 9.*cap.*4.*conclus.* 6.*diffic.*7.Aloys.Ricc.*in decis Curiæ Archiep. Neapol. decis.*190.*n.*10.*part.*2.Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.* 5.*num.*68.

De Regularibus , & transeuntibus ad Religionem.

TIT. IX.

SVMMARIVM.

1 *Professi Ordinum Mendicantium etiam licitè transeuntes ad non Mendicantes, licèt administrationes habeant,non habent vocem in Capitulo,etiamsi aly de Capitulo id concedant,nec deinceps consequi possunt administrationes, Prioratus,vel officia etiam tanquam Vicary , nec pro se, vel aliis animarum curam gerere,& irritat contra factum , & num.*2.
3 *Mendicantes ad Carthusianam transeuntes non afficiuntur pœnis huius text.*
4 *Mendicantium appellatione , qui comprehendantur, remissiuè.*
5 *Fratres Minores non possunt habere beneficia.*
6 *Vox vbi simpliciter interdicitur , intelligitur tam actiua,quàm passiua interdicta.*
7 *Officiorum appellatione in terminis huius text.veniunt officia Sacristæ.Camerary , OEconomi,Syndici,Cellary,Ostiary,& similia.*
8 *Prædicare est officium , ac proinde interdicto officio interdicitur prædicandi munus.*

CLEM. Vt Professores. I.

PRofessi Ordinum Mendicantium ad non Mendicantes etiam de licentia Sedis Apost. transeuntes , non possunt habere vocem in Capitulo , Prioratus, administrationes,vel officia etiam tanquam Vicarij , nec pro se , vel aliis animarum curam gerere,quicquid contrà tentatum fuerit , est irritum. Colligũnt ex Ord.nr. Lap.Abb. Archid.Imol. Zaharell.Panormit.Paul. de Eleazar Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.*3.*pag.* 303 Alagona. *in compendio. pag.*482. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Nau.*comment.* 4 *de Regul.num* 24.Azor.*instit.moral. part.*1.*lib.*12.*cap.*14 *quæst.*12.Sanch.*in præcepta Decalogi,tom.*2.*lib.*6.*cap.*7 *n.*120.*cum multis seqq*. Fr.Barthol.de Vecchis *in praxi obseruanda in admitte. dis ad Relig.stat.nouit.disp.*15.*dub.*5.*n.*12.*cum seqq.*Suar. *de Relig.tom* 4.*l* 3.*cap.*15.*n.*3. 2

Et quamuis Less.*de instit.lib.*2.*c.*41.*dub.*13. *n.*105. & Miranda *in man.Prælat tom.*1 *q* 31. *art.*8. *concl.*2. existiment affici iis pœnis etiam Mendicantes ad Carthusianam transeuntes , merito tamen Sanch.*d.cap.*7. *num.*110. & Fr.Barthol.de Vecchis *d. dub.*5. *num.*13. hanc ampliationem non admittunt, quia text.*in præsenti* loquitur de iis , qui transeunt virtute alicuius priuilegij ad laxiorem, sed transitus ad Carthusianam fit vi iuris communis *in Extrauag.viam ambitiosæ,de regularib.* 3

Mendicantes quoslibet,&c.]Mendicantium appellatione qui comprehẽdatur dixi latè *in tract.de appellat. verborum vtriusque iuris significat.appellat* 146.*per tot.* vbi *num.*12.ex Azor.*d q.*12.*vers quæres*.tradidi sub his verbis comprehendi absolutè quoslibet Mendicantes etiam post hanc Clem.approbatos,& à Sede Apost. institutos,Fr.Barthol.de Vecchis *d.disput.*15. *dub.*5. *num.*14. 4

Ac Prioratus quoque, &c] Notatur ad hoc quòd Fratres Minores non possunt habere beneficia, vt per 5

Duen.

Duen. *reg.* 381. *vers. amplia quartò*, Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num.* 258.

6 *Vocem.*] Intellige de voce tam actiua, quàm passiua, quia indistinctè text. loquitur, vt per Nauar. *d. commento* 4. *de Regular. n.* 24. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 120. vbi *num.* 262. subdit probabile esse in terminis huius text. interdici quoque vocem, & locum in quacunque administratione extra monasterium, Fr. Barthol. de Vecclus *dicto dub.* 5. *num.* 15.

7 In gloss. *Officia.* Officiorum appellatione io terminis huius text. venit officiom Sacristæ, Camerarij, OEconomi, Syndici, Castaldi, Ostiarij, Cellarij, & similia, vt per Anchar. *hic num.* 5. Nauar. *d. num.* 24. Azor. *d. quæst.* 12. *vers. quæres*, Sanch. *dicto lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 127. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 5. *num.* 15. *vers. per officia.*

8 In ead. gloss. ibi, *Contrarium puto enim prædicare sit officium*, &c. Notatur ad hoc quòd prædicare est officium, ac proinde interdicto officio interdicitur prædicandi munus, vt per Anchar *hic n.* 5. Imol. *num.* 14. Nau. & Azor. *locis proxime citatis*, Leon. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 13. *n.* 105. Sued. *de aliment. tit.* 1. *q.* 59. *n.* 7. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 7. *n.* 128. vbi *n.* 129. subdit idem dicendum in terminis de officio Lectoris Theologiæ, vel iuris Canonici, & *n.* 131 subiicit posse huiusmodi Religiosos transeuntes, de quibus in text. gradu aliquo litterario insigniti, quia ad hoc grados progredi non est officium, aut administratio.

SVMMARIVM.

1 *Pubes per annum deferens nouitiorum habitum non patenter distinctum ab habitu professorum, intelligitur professus, & num.* 2.

3 *Professio tacita hodie non inducitur nisi expleto nouitiatus anno, & etiam completis 16. annis profitentis.*

4 *Habitus nouitiorum distincti delatio quantocunque tempore non inducit professionem.*

5 *Text. in præsenti non corrigit cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6.

6 *Nouitius pubes habitum nouitiorum non patenter distinctum ab habitu professorum per annum extra Religionem deferens non intelligitur professus.*

7 *Nouitius si protestetur se nolle profiteri per eos actus, quibus inducitur tacita professio, tunc talis protestatio prodest.*

Clem. Eos, qui. II. & vlt.

1 Constitutus in ætate discretionis, qui portauerit habitum nouitiorum per annum in aliqua Religione, si habitus nouitiorum, & professorum non est distinctus, tunc intelligitur professus, si vero distinctus est patenter in colore, scissura, vel forma, non dicitur professus. Colliguntex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panormitan. Paul de Eleazar. Bonif. de Vital. Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 304. Alagon. *in compend. pag.* 483. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Nauar. *comment.* 4. *de Regularib. n.* 74. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *qu.* 52. *art.* 28. & *q.* 61. *art.* 4. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *q.* 2. & *cap.* 4. *q.* 3. *vers. tertio*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 30. *cum seqq.* Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitius disp.* 13. *dub.* 8. *n.* 8. *cum seqq.*

3 aduertentes iam hodie non induci tacitum professionem nisi expleto nouitiatus anno, & etiam completis sexdecim annis profitentis, & in aliis Concilium Trident. quoad huiusmodi professores minimè correxisse ius antiquum. Et vide quæ suprà dixi ego ipse *ad cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6.

In gloss. *Deinceps.* ibi, *delatio habitus nouitiorum distincti quantocunque tempore non inducit professionem.* Ita Nau. *d. n.* 74. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 640. *àn.* 21. Fr. Barthol. de Vecchis *dicto dub.* 8. *num.* 9. 4

In gloss. *Portauerint.* ibi. *sed non credo quòd hæc Decretalis illud corrigat.* Asserit. Sanch. *d. cap.* 3. *num.* 33. bene aduertere hanc glossam textum *in præsenti* intelligendum esse iuxta distinctionem traditam in dicto *cap.* 1. quamuis illum correctum esse per hunc asserat Nauar. *d. num.* 74. & Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 3. *in fine.* 5

In gloss. *In aliqua.* ibi, *Secus vero si extra Religionem.* Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 17. *art.* 1. 6

In gloss. *Professorum*, vlt. ibi, *adde casum quòd protestatur*, &c.] Notatur ad hoc quòd si nouitius protestetur se nolle profiteri per eos actus, quibus inducitur tacita professio, tunc talis protestatio prodest, eo quòd non est contraria facto, sed animi declaratoria, vt per Syluest. *in summa verbo Religio.* 3. *quæst.* 19. *vers. tertio inducitur.* Barbat. *cōs.* 59. *n.* 2. *versic. modò ex istis*, Nauar. *dict. num.* 74. *vers. aduertendum tertio*, Menoch. *de præsumpt. lib* 6. *præsumpt.* 83. *num.* 17 Honded. *cons.* 78. *num.* 25. *lib.* 1. *adden. ad Gregor. decis.* 385. Sanch. *dicto cap.* 3. *n.* 35. Rot. *decis* 579. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 705. *num.* 5. *part.* 2. *etiam recent.* & *in vna Brixien. Parochialis* 20. *Martij.* 1620. coram bon. mem. Vbaldo. 7

De Statu Monachorum, Canonicorum Regularium.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Regularium de confessione, & Communione singulis mensibus facienda vbi tractetur remissiuè.*

3 *Venationes, & aucupationes Regularibus prohibentur & eis interesse, aut canes, vel aues venaticos per se, vel per alios tenere.*

4 *Excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt Monachi, aut Canonici Regulares administrationem non habentes, qui petunt Curias Principum animo nocendi suis Prælatis, & monasteriis; item & Monachi, qui sine licentia Abbatum suorum tenent arma intra septa monasterij.*

5 *Pænitentiæ locus non est vbi quid fit ipso iure.*

6 *Renuncians tacitè non potest pænitere.*

7 *Armorum appellatione quid veniat, remissiuè.*

8 *Officiorum appellatione quæ officia veniant in Religione ostenditur.*

9 *Abbates, aliique Prælati Episcopo inferiores non possunt uniones facere, quantumcunque habeant Ecclesias pleno iure subiectas, nisi hoc habeant ex priuilegio.*

10 *Religiosus promotus ad beneficium parochiale alicuius Ecclesiæ si Ecclesia illa nullatenus subiiciatur Prælatis monasterij eximitur ille ab obedientia & potestate Prælati Regularis, & incipit subiectus esse imperio Ordinarij, cui illa Ecclesia subest.*

11 *Religiosus Parochialis Ecclesiæ Præfectus an teneatur habere socium sui Ordinis, ostenditur.*

12 *Abbas, qui contulit beneficium Regulare habens curā animarum*

animarum pleno iure monasterio subiectum, potest suo nutu reuocare.

13 *Prioratus Conuentualis alicui conferendus non est, nisi 25. annum attigerit, si verò cura animarum per Vicarium exerceretur, tunc vigesimum attingens annum idoneus est.*

14 *Priores in Ecclesiis Conuentualibus intra annum Presbyteri fieri debent.*

15 *Religiosus nisi sit expressè professus eligi nequit in Abbatem, seu Prælatum.*

CLEM. Ne in agro. I.

1 MONACHIS nigris interdicit hic text. superfluum ornatum, & cultum vestium & describit modum vestiendi; item prouidet vt singulis mensibus saltem semel confiteantur, & communicent in prima Dominica, nisi eis ex iusta causa interdicatur; itē quòd regula in Capitulo legatur vulgariter, & nouitiis detur fidelis instructor: item quòd non venentur, nec aucupentur, nec eis intersint, nec canes ad hoc habeant per se, vel per alios in monasterio & si quis contrafecerit priuetur, & puniatur: item quòd euntes ad Curias, vt suis Prælatis, vel monasteriis noceant, sint excommunicati ipso facto, & similiter arma tenentes intra septa monasterij sine licentia Abbatum: item agit de ætate Priorum, & Sacerdotum, & professione, habitatione, ordine, ac studiis, innouatque text. *in cap. cum ad monasterium, & in cap. in singulis, supra, hoc tit.* Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zaberell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viu. *in ration. l. 3. pag. 334.* Alagon. *in compend. pag. 499.* remissiuè Xuneu. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Videlicet Monachorum nigrorum*, &c.] Ergo non comprehendit Monachos Cistercienses, Camaldulenses, & his similes, quia non sunt Monachi nigri ita Henriq. *in summ. lib. 13. c. 38.* Sayr. *de censur. lib. 4. c. 13. n. 6.* Mar. Alter. *in simili tract. tom. 2. disp. 17. cap. 1. col. 3.* Bonac. *de suspensionib. omnibus in particulari disp. 3. q. 8. puncto 14. num. 2.*

§ Sanè.

Quòd hic § disponens quòd Monachi singulo mense communionem suscipiant, & alia hic ordinata, habeat locum etiam in Canonicis Regularibus, tradit Oldral. *cons. 222. per tot.* quem refert Card. Tusch. *tom. 1. litt. C. concl. 375. num. 2.*

2 Circa Regularium Confessiones, & Communionem singulis mensibus faciendas extat decretum Concilij Trident. *sess. 25. de Regularibus, cap. 10.* vbi loquitur de Monialibus. & vide Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo moniales, §. 7.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 62. art. 1.* Fr. Ludou. Miranda *de sacris Monialibus quæst. 10. art. 1.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 40. quæst. 1. & 2. & lib. 12. cap. 19. quæst. 16. & 17.* Molfes. *in summ. tract. 7. cap. 10. num. 21.* Homobon. de Bonis *in examine ecclesiastico, tract. 8. cap. 2. quæst. 3.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 2. cap. 2. num. 18.*

§. Porrò.

3 Prohibet Regularibus, venationes, & aucupationes, & eis interesse, aut aues, vel canes venaticos per se, vel alios tenere, vt per Nauar. *comm. 4. de Regularib. num. 16.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 19. q. 16.* Beller. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 19. num. 1. versic. quod etiam multò magis.* De venatione etiam clericis interdicta dixi ad *cap. 1. & 2. sup. de clerico venatore.*

§ Si quis autem.

Suspensionem incurrunt Monachi nigri non vtentes habitu & vestitu iuxta formam præscriptam in hoc text. vt per Soar. *de censur. tom. 5. disput. 31. sect. 6. num. 10.* Bonacin. *de suspensionib. omnibus in particulari disput. 3. quæst. 8. puncto 14. num. 1.* resoluentes hanc doctrinam dupliciter limitari, primò nisi hoc fiat bona fide, & ex ignorantia, ex verbo *præsumpserit*, quod indicat scientiam, & dolum; secundò nisi hoc fiat ad modicum & breue tempus, ex verbo *portare*, quod indicat delationem.

A beneficiorum collatione, &c.] Vide Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 17. cap. 1. col. 3.* Bonacin. *d. puncto 14. à num. 4.*

§ Quia verò.

Excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt Monachi, aut Canonici Regulares administrationem non habentes, qui petunt Curias Principum animo nocendi suis Prælatis, & monasteriis. Ita Soar. *tom. 5. disp. 23. sect. 5. num. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 60. artic. 2. versic. quarta*, Filliuc. *tract. 14. num. 119.* Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. cap. 13. n. 45.* Ego ipse *de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 50. num. 223.* secundùm Lugdunensem impressionem, nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 2. q. 8. puncto 9. à princ.* vbi *num. 4.* contra Soar. & Filliuc. resoluit hac excommunicatione non ligari illum, qui bono animo Curiam ingressus est, sed dum in Curia commoratur, vult ibi permanere vt damnum inferat, & *num. 12.* contra eosdem pariter resoluit omnes Monachos huic excommunicationi subiici, & non tantùm nigros. Item eandem excommunicationem incurrunt Monachi qui sine licentia Abbatum suorum tenent arma intra septa monasterij, vt text. probat, cuius excommunicatio non afficit Monachum tenentem signa, vel lapides in suo cubiculo, vt bene resoluunt Nauar. *cap. 27. num. 139. versic. 37.* Soar. *de cens. disp. 23. sect. 5. num. 8.* Filliuc. *tract. 15. cap. 8. quæst. 6. num. 142.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 34.* Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 2. quæst. 8. puncto vlt.* 4

In gloss. *Ipso facto.* ibi, *siue quia pœnituit*, &c. Notatur ad hoc quòd vbi quid fit ipso iure, non est locus pœnitentiæ, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur, num. 307. C. de reuocandis donat.* Et ideò ex hac gloss. colligit Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 1. q. 13. n. 10.* quòd tacitè renuncians non potest pœnitere, & redire ad beneficium renunciatum. 5 6

In gloss. *Arma.* Armorum appellatione, quæ veniant latè dixi *in tract. de appellatiua verb. vtriusque iuris significat. verbo Arma.* 7

§. Ad hæc

In gloss. *Officiis.* ibi, *vt eleemosynariæ, sacristiæ*, &c. Notatur ad hoc quod Officiorum appellatione venit officium Sacristæ, Camerarij, OEconomi, Syndici, Ostiarij, & similia, vt per Nauar. *commento 4. de Regular. num. 24.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 127.* quos refero ego ipse *in tractat. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appellat. 175.* 8

In gloss. *Ordinarios.* ibi, *quod Abbates Ecclesias etiam pleno iure subiectas vnire non possunt.* Notatur ad hoc quòd Abbates, aliique Prælati Episcopo inferiores non 9

non possunt vniones facere quantumcunque habeant Ecclesias pleno sibi iure subiectas, nisi hoc vniendi ius ex priuilegio aliquo Pontificio, aut legitima præscriptione acquisierint, vt docent *in præsenti* Imol. *num.9.* & Bonifac. *in princip. num.* 12.*& in cap. sicut vnire, de excess. prælat.* Innocent. *num. vnic.* Ioan. Andr. *num.*2 Butr. *num.*5. Anchar. *num.* 3. *notabili* 3. Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. benefi. num.* 32.*&* 33. Staphil. *de litteris gratia tit. de mod. promis num.* 2 . Hojed. *de incompat. benefic. part.* 2.*cap* 3.*num.*7.*versic. denique inferiores*, Azor. *institut. moral. part.* 2.*lib.*6.*cap.*28.*quæst.* 11. quicquid dicant Flores de Mena *variar. lib.*3.*quæst.* 24.*num.*15 & Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*7.*c.*29. *num.*160.

10 In gloss. *Ad claustrum.* ibi, *si ergo monachus est perpetuus institutus ad curam populi*, &c. Notatur ad hoc quòd Religiosus promotus ad beneficium Parochiale alicuius Ecclesiæ, si Ecclesia illa nullatenus subiiciatur Prælatis monasterij, eximitur ille ab obedientia, & potestate Prælati, & monasterij Regularis, & incipit subiectus esse imperio Ordinarij, cui illa Ecclesia subest, vt per Nauar. *commento* 2. *de Regular. num.*6. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.*1.*quæst.*34. *artic.*6.*&* 7. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*6.*cap.*6. *num.*36.

11 In eadem gloss. ibi, *socium non tenet*, &c. Circa illam quæstionem an Religiosus Parochialis Ecclesiæ præfectus teneatur habere socium sui Ordinis, sic distinguit hæc gloss. Aut Ecclesia est monasterio plenè subiecta, ita vt Parochus illius possit ad nutum Abbatis reuocari ad monasterium, & tunc necessariò habere debet socium sui Ordinis, quo casu intelligitur text. *in cap.*2.*de statu monach. & in cap. quod. Dei timorem, eod. tit.* Aut non est subiecta, & tunc non est necessarius sui Ordinis socius, quia cum Religiosus ille Abbati non subiiciatur, non est cur ei socium dare debeat. Ita docent *in præsenti* Cardin. *n.*1. *oppos.*4. Anchar. *num.*32.*quæst.*26. Item *in d. cap. quod Dei timorem.* idem Card. *num.*6.*quæst.* 4. Anchar. *num.*9. & Ioan. Andr. *num.*17. Anton. Cuch. *lib.*3. *institut. maior. tit.*1.*num.*159. Azor. *instit. moral. par.*1.*lib.*12. *cap.*19.*q.*14.

12 In ead. gloss. ibi, *qui solo nutu Abbatis reuocantur ad claustrum*, &c. Ex hac gloss. colligit post alios Azor. *institut. moral. part.*1.*lib.*12.*cap.*22.*quæs.*10. quòd Abbas, qui contulit beneficium Regulare habens curam animarum, & ita Parochiale, potest suo nutu reuocare, quem Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*7.*cap.* 29.*num.*120. intelligit si illud beneficium Curatum Regulare subsit pleno iure monasterio. Si autem non subsit pleno iure, tunc nequit ad nutum Abbatis auferri, quia hoc casu necessaria est auctoritas Episcopi, & in his terminis procedunt, quæ resoluunt Felin. *in cap per tuas, num.*4.*de maio. & obed.* Cassad. *decis.*4.*n.*3.4.*&* 4.*de præbend.* Azor *part.*2.*l.*3. *cap.*26.*quæst.*15.

§. Cæterùm.

13 Probat. hic §. Prioratum Conuentualem alicui conferendum non esse nisi 25. annum attigerit; si verò animarum cura per Vicarium exerceretur, tunc vigesimum attingens annum idoneus esset. ita Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.*181. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr.*7.*cap.*6.*n* 88.

14 *Qui autem prioratus istos*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Priores in Ecclesiis Conuentualibus intra annum Presbyteri fieri debent, vt per Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. glo* .5.§.8. *num.*7. Azor. *instit. moral. p.*2.*lib* 6. *cap.*8.*q.*6. quod limitat in Priore Conuentuali Canonicorum, Regularium, Nauar. *commento* 3.*de Regul. num.*43.

Nisi expressè professus, &c] Notatur ad hoc quòd 15 Religiosus, nisi sit expressè professus, eligi nequit in Abbatem, seu Prælatum, vt per Seraph. *decis.*647. *n.*1. Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi nouit. disput.*14. *dub.*7.*num.*2.

SVMMARIVM.

1 *Moniales, quæ nulli subsunt, nisi Papæ, & Canonici seculares per Ordinarios, & alia exempta per suos Prælatos debent annis singulis visitari, declaratur, ac innouatur hic text. vt num.*2.

3 *Abbatissæ, quæ sunt perpetuæ, solummodo benedici debent, & si quæ aliæ forsan solitæ sunt benedici.*

4 *Abbatissa post electionem, confirmationem recipere debet.*

5 *Canonicæ seculares in Germania, & Flandria sunt mulieres, quæ simul congregantur, & ad instar Canonicorum Regularium viuunt, ac Diuinas laudes, & preces recitare, & cantare solent.*

6 *Visitatores Monialium ac etiam Canonicorum Regularium impedire præsumens circa ea, quæ pertinent ad officium visitationis eorundem, si a visitatoribus admoniti non desistant, excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt.*

7 *Verbum*, debet. *plerumque ex natura sua necessitatem importat.*

8 *Abbatis benedictio his diebus dari debet, quibus Ordines minores conferri valent.*

9 *Abbatissæ benedictio non est iteranda, nisi forte probaretur Curiam seruare contrarium.*

10 *Abbates semel benedicti, si deinde ad aliam Abbatiam eligantur, non sunt iterum benedicendi.*

11 *Abbatissa eligi non potest corrupta.*

Clem. Attendentes. II. & vlt.

Monialium monasteria, quæ nulli subsunt, nisi 1 Papæ, Apostolica, non exempta verò Ordinaria auctoritate, eodem modo & mulieres, quæ vulgò dicuntur Canonicæ seculares, ac alia exempta per alios, quibus subsunt, annis singulis visitari debent, Monialésque ipsas visitatores reforment. Abbatissæ verò, quæ solent benedici intra annum à suæ confirmationis tempore computandum, munus benedictionis suscipiant, alioquin à iure suo (nisi subsit causa rationabilis) prorsus se nouerint cecidisse, per illos, ad quos id pertinet prouisione de Abbatissis monasteriis ipsis canonicè facienda, quos quidem Visitatores si qui impedire præsumpserit, & monitus non desistit, ipso facto est excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zab. Pan. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital Viuian. *in ration. lib.*3. *pag.* 349. Alagon. *in compend. pag.* 500. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1.*&* 2.

Innouatur à Concilio Tridentino *sess.*25.*de Regu-* 2 *laribus, cap.*9. vbi disponitur quòd monasteria sanctimonialium sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel aliàs quomodocumque nuncupentur, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, non obstantibus quibuscunque. Quod quidem decretum sacra Congregatio declarauit esse intelligendum quoad spirituale gubernium, sed non quoad temporale vt refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauar. lib.*2.*tit* 18.*l.*7.*de Relig. n.*93. vbi *n.* 94. subdit per illud Cõcilij Decretum nullã iurisdictionem

nem esse concessam Episcopo in monasteriis Sedi Apostolicæ immediatè subiectis nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere posse.

3 *In quibus Abbatissa sunt solitæ benedici*, &c.] Notatur ad hoc quòd non omnes Abbatissæ possunt, aut debent benedici, sed solummodo illæ, quæ sunt perpetuæ, & si quæ aliæ forsan solitæ sunt benedici, vt per F. Ludou Miranda *in tract. de sacris monialibus quæst. 7. art. 7. concl. vnica*. Nauar. *cons. 2. An Abbatissa à n. 1. de statu monach.* Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 4.*

4 *Intra annum à sua confirmationis tempore*, &c.] Ergo Abbatissa post electionem confirmationem accipere debet, vt per Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. q. 3.* vbi subdit quòd si exempta sit, & Romano Pontifici proximè subiecta, ab eo, vel ab alio eius auctoritate est confirmanda; si verò exempta sit Monachorum, siue Religiosorum præfecto subiecta, ab eo confirmationem accipit, si sit io Episcopi iurisdictione, & potestate ab eo confirmatur.

5 *Quæ vulgo dicuntur Canonicæ seculares*, &c.] In Germania & Flandria sunt mulieres, quæ simul congregantur, & instar Canonicorum Regularium viuunt, ac diuinas laudes, & preces recitare, & cantare solent, & vulgò dicuntur Canonicæ sæculares, quæ non sunt verè, & propriè Religiosæ, nec enim trium votorum professionem emittunt, ac proinde nulla lege clausuram seruare coguntur, & quamuis Clem V. *in præsenti*, huiusmodi Canonicarum viuendi rationem, vt Religionem non approbet, non tamen improbat eam viuendi normam, & institutum, ita Azor. *d. lib. 13. cap. 9. quæst. 5. vers. secundum.*

6 *Si quæ verò*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt, qui præsumunt impedire visitatores Monialium, qui etiam Canonicorum Regularium, quæ petierent ad officium visitationis eorundem si à visitatoribus admoniti non desistant, vt per Lauor. *de Indulgent. part. 2. cap. 13. num. 42.* Filliuc. *tract. 14. num. 67. versic. tertia, & num. 72.* quos refero ego ipse *de officio & potestate Episc. part. 3. allegat. 50. num. 225.* secundùm Lugdunensem impress. addo Bonac. *de censur. extra Bullam disp. 2. q. 2. puncto 4.*

7 In gloss. *Debeam.* ibi, *cum hoc verbum sit præcepti, & necessitatem importet* Notatur ad hoc quòd verbum, *debet*, plerumque ex natura sua necessitatem importat, vt per Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 15. num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 47. nu. 9.* Chald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst. 1. num. 2* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 33. nu. 70.* Ioseph Sesse *Aragonia decis. 230. num. 15.* & alios plures quos citaui *in tract. de dictionibus vsufrequent. dict. 77.* secundùm Lugdunensem impress.

8 Io gloss. *Benedici* ibi, *his diebus dari debet, quibus dandus est Ordo*, &c.] Notatur ad hoc quòd benedictio Abbatis his diebus dari debet, quibus Ordines minores conferri valent, sicuti docent plures, quos citaui *in tractatu de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 27. n. 53.* quibus addo Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 11. q. 7* Paul. Laym *in canonicis quæst. de Prælatorum Ecclesiasticorum elect. quæst. 214.*

9 In ead. gloss. ibi, *sed dubitatur an hæc benedictio sit iterabilis*, &c. Notatur ad hoc quòd Abbatissæ benedictio non est iteranda nisi fortè probaretur Curiam seruare contrarium, vt per Nauar *d. cons. 2 de statu monach* Azor *d. lib. 13. cap. 10. sub q. 4.* Ludou. Miranda *d. tract. de sacris monialib. q. 7. art. 7. concl. vnica versic.*

10 *secundò probatur*, & in Abbatibus quòd semel benedicti si deinde ad aliam Abbatiam eligantur non sint iterum benedicendi, tradunt Nau. *cons. 2. de Sacram. non iterand.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 12. art. 3.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. c. 10. q. 4.* Tamburin. *de iure Abbatum disp. 11. q. 6. tom. 1.* Paul. Laym. *vbi suprà q. 215.*

In gloss. *Rationabilis.* ibi, *quia corrupta non potest* 11 *in Abbatissam eligi.* Ita Mandos. *de signatura Gratia. tit dispensatio pro corrupta, statim in princ.* Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 7. num. 7.* Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 29. num. 13.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 54. art. 3.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. part. 3. alleg. 100. n. 14* contra Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 22.* & Portel. *in dub. Regularib. verbo Abbatissa post num. 10.*

De Religiosis domibus, vt Episcopo sint subiecta.

TIT. XI.

SVMMARIVM.

1 *Beguinarũ statũ mulieres sectantes, & de nouo assumentes, ac Religiosi in hoc dates consiliũ, vel fauorem ipso facto sunt excommunicati, status autem pœnitentialis per hoc non interdicitur, & n. 2.*

3 *Tertiariarum Monialium circa statum vbi referatur decretum, ostenditur.*

CLEM. Cùm de quibusdam. I.

MVLIERES statum Beguinarum sectantes, & de nouo assumentes, & Religiosi in hoc dantes consilium, vel fauorem, ipso facto sunt excommunicati, status tamen pœnitentialis in suis propriis hospitiis cum spiritu humilitatis per hoc interdictus non censetur. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabarel. Panormitan Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 356.* Alagon. *in compend. pag. 503.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. deducunt 2 Syluestr. *in summ. verbo excommunicatio 9. nu. 75.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 33 num. 33.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 13. q. 14* Gamb. *de casibus reseruatis, cap. 11. num. 11.* Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. cap. 13. n. 35.* Filliuc *tract. 14. c. 67. vers. quarta, & num 74. & 143.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 226.* secundùm Lugdunensem impress. nouissimè Bonacin. *de censur. extra Bullam, disput. 2. q. 2 puncto 26. & q. 8. puncto 4* De Beguinorum secta, eorùmque erroribus, vide Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 2. quæst. 15. 16. & 17.*

In gloss. *Obedientiam.* ibi, *& per hoc videtur quòd* 3 *hæc Constitutio sorores Minorum, quæ dicuntur tertij Ordinis, non includat*, &c. Super statu mulierum tertij Ordinis in priuatis domibus degentium decretum refert Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin in exemptos, p. 1. quæst. 17.* & aliqua tradit Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 17. quæst. 1. sub. num. 49. vers. Moniales Tertiariæ, cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia reformari debent per collatores ipsorum, & cogi Rectores eorũ ad conseruationem locorum, & suorum iurium, & ad hospitalitatem tenẽdam,*

quorum collatorum defectus, & negligentia est supplenda per locorum Ordinarios etiam circa exempta, innouatur per Concil. Trident. vt n. 2. & Doctores referuntur, n. 3.

4 *Episcopus habet iurisdictionem super hospitalibus, & potest in illis exercere iura Episcopalia si auctoritate illius sint erecta.*

5 *Hospitalis Rector sumit alimenta de redditibus eiusdem non solum pro se inseruiente, sed etiam pro tota familia.*

6 *Episcopus animaduertere potest in Rectores hospitaliũ, leprosariorum, eleemosynarũ, aut xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur, vt oportet, in administratione, non obstãte quacunque exẽptione.*

7 *Ratio reddenda est Episcopo de omnibus locis piis ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia.*

8 *Rationes administrationis Ordinarius exigere potest ab administratoribus donec coram eodẽ doctũ fuerit de institutione in qua secus expressè cautum sit.*

9 *Administrator piorũ locorum videns se constrictum ad reddendam rationem suæ administrationis si appellaret, licèt admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio.*

10 *Rationes ab administratoribus hospitalium, & piorum locorum quando pluries repeti possint ostenditur,*

11 *Legata ad certũ vsum destinata regulariter in aliũ conuerti non possunt, nisi in casibus relatis, n. 12.*

13 *Papa potest pias defunctorum voluntates commutare.*

14 *Apostolica auctoritate qui aliquid facere possunt d elegati sunt.*

15 *Verba,* carere decernimus omni robore firmitatis, *continent latam sententiam, & intelligitur ipso iure.*

16 *Beneficiũ Ecclesiasticum dicitur quãdo in eo proceditur per electionem, quæ exigit confirmationem Superioris, secus si illa necessaria non esset.*

17 *Hospitale Ecclesiasticum debet censeri si habuerit oratorium cum campanili ad diuina Officia pulsari solito.*

18 *Hospitale erectum auctoritate Episcopi dicitur locus pius, & Religiosus.*

CLEM. Quia contingit. 1. & vlt.

1 HI ad quos de iure seu de statuto fundationis locorum, vel de auctoritate Papæ pertinet hospitalia, secundum eorum fundationes reformare studeant, occupata, deperdita, & alienata indebitè ad debitum statum reduci faciant, ita vt pro receptione, & substentatione mirabilium inseruire possint ad quod Rectores compellere debent, & si ipsi fuerint negligentes, vel deficiant, tunc locorum Ordinarij per se ipsos, vel alios Rectores eosdem vtique non exemptos propria, exemptos verò, & alios priuilegiatos Apostolica ad id auctoritate compellant, contradictores, & præbentes eis auxilium, consilium, vel fauorem per censuram Ecclesiasticam, & aliis iuris remediis compescendo, Hospitalia in beneficium concedi non debent alicui clerico non obstante quacunque consuetudine, nisi aliter in fundatione fuerit constitutum, & Rector esset eligendus per electionem. Eorum autem locorum gubernatio viris prouidis, & idoneis dari debet, qui ad instar tutorum & curatorum iuramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inuentaria conficere, & Ordinariis, seu aliis quibus subsunt loca huiusmodi vel deputandi ab eis annis singulis de administratione sua rationem reddere teneantur: & si quid secus fuerit attentatum, collationem, prouisionem, seu ordinationem ipsam carere decernitur omni robore firmitatis; quæ omnia supradicta ad Religiosorum, & Ordinum Militarium hospitalia non extenduntur, sed eorum Rectores secundùm suorum Ordinum statuta & antiquas obseruantias prouidere procurent, quos ad hoc cogere debent Superiores statutis, & consuetudinibus non obstantibus quibuscunque. Conseruatis tamen circa diuina Officia, & Sacramenta antiquis consuetudinibus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarell. Panormitan. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital Viu. *in ration. lib. 3. pag.* 537. Alagon. *in compend. pag.* 503. remissiuè Casal *in annot.* & Xunen. *in concord part. 1. & 2.*

Innouatur à Concilio Tridentino *sess. 7. de reformat. cap. 15.* in hæc verba, *Curent Ordinarij vt hospitalia quæcunque à suis administratoribus, quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligenter gubernentur, Constitutionis Concil. Viennens. quæ incipit, Quia contingit, forma seruata, quam quidem Constitutionem eadem S. Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.* Innouatur etiam ab eodem Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 8.* 2

Hanc eandem conclusionem, & materiam ex hoc text. desumptam tradunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 63. art. 7. vers. quintò, & q. 84. art. 2.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo Hospitale, §. 2.* Azor. *institut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. quæst. 10. versic. & sess.* Valasc. *consul.* 103. *num.* 23. vbi ait, quòd text. *in præsenti* debet intelligi de hospitalibus publicis, & erectis auctoritate Ordinariorum, & *num.* 28. quod xenodochia, & hospitalia pertinent ad solicitudinem Episcoporum, & *num.* 32. an rectores hospitalium sint de iurisdictione Ecclesiastica, & à *n.* 45. quòd Episcopus habet iurisdictionem super hospitalibus, & potest in illis exercere iura Episcopalia si auctoritate illius sint erecta, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 14.* vbi quòd hospitalia, quæ dantur Clericis in administrationem iuxta formam huius text. possunt resignari simpliciter, & in fauorem, Surd. *de aliment. tit. 1. q. 87.* vbi quòd Rector hospitalis sumit alimẽta de redditibus eiusdem non solum pro se inseruiente, sed etiam pro tota familia, & *tit. 4. q. 24 num. 15.* Erasm. à Cocbier. *de iurisdict. Ordin. in exemptos part. 1. q. 31. n. 7. & part. 2. q. 45. num. 77. & n. 97.* vbi ait Episcopum animaduertere in Rectores hospitalium, leprosariorum, eleemosynarum, aut xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur, vt oportet, in administratione, non obstante quacunque exemptione. 3 4 5 6

De omnibus locis piis Episcopo rationem reddendam esse ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia, refert decisium Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ. lib. 1 tit. 18. l. 7. n. 78.* quem citaui *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 75. num. 58.* 7

Rationes administrationis Ordinarius exigere potest ab administratoribus donec coram eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit, secundùm Mart. *de iurisdict. p. 2. c. 18. num. 9. & 10.* quem refero ego ipse *d. alleg. 75. n. 58.* 8

Si quis administrator piorum locorum videns se constrictum ad reddendam rationem suæ administrationis appellaret, licèt admittatur apellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio, vt per Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo hospitale, § 3. vers. sexto* quem refero ego ipse *d. alleg. 75. n. 62.* 9

Rationes ab administratoribus hospitalium, & piorum locorum pluries repeti possunt, præcipuè quando Episcopo constiterit illas dolosè redditas fuisse. vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione 10

tione reliquorum, secundùm Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut.* 134. *in* 2. *edit.* quem refero *d. alleg.* 75. *num.* 63.

11 *Cum tamen ea, quæ ad certum vsum*, &c.] Notatur ad hoc quòd legata ad certum vsum destinata regulariter in alium conuerti non possunt, vt per Vezin. *tom. commun. opinion. lib.* 26. *tit.* 30. *nu.* 50. *pag.* 158. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo legatum* §. 2. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *num.* 208. *& seqq.*

12 Verùm hæc resolutio aliquando fallit secundùm subiectam materiam, veluti si legata ad certum illum vsum non sufficerent, quia tunc in alium per Episcopum conuerti possunt, secundum Vgolin. *de officio Episcopi c.* 61. *num.* 5. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 558. *vers. tertia causa*, Monet. *de commut. vltim. volunt. c.* 5. *n.* 330. & alios, quos refero ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 83. *numer.* 7. Item si vsus legatus non potest adimpleri, Aloys. Ricc. *d. collect.* 558. *vers. prima*, Monet, *d. cap.* 5. *num.* 322. ego ipse *d. alleg.* 83. *num.* 8. Vel si res legata non possit deseruire pro vsu designato iuris, vel facti impedimento, ego ipse *d. alleg.* 83. *num.* 9. vel denique vbi legatum esset factum ad certum vsum non ita necessarium, ex adductis per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 19. *in vlt. impress.* Vgol. *d. c.* 61. *n.* 5. Homobon. de Bonis *in examine Eccles. tract.* 9. *cap.* 10. *q.* 28. *propè fin.* & alios, quos refero ego ipse *d. alleg.* 83. *num.* 12.

13 *Salua quidem Sedis Apostolica auctoritate.*] Ergo soli Romano Pont. licet pias defunctorum voluntates commutare, vt per Tiraq. *de priuileg. pia causa priuil.* 135. Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p.* 1. *c.* 2. *n.* 19. Perez *ad tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 72. Henriq. *in sum. l.* 7. *c.* 37. §. 2. *lit. F, & lib.* 9. *c.* 22. §. 6. *lit. M*, Menoch. *illust. c.* 25. *n.* 26. *cum seq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 4. *q.* 225. *a.* 9. Ludou. Beia *respons. casuum Conscientia p.* 4. *casu* 22. Iacob. de Graff. *de arbitr. Confessor. lib.* 2. *c.* 69. *n.* 1. Cened. *pract. & canon. q. l.* 1. *q.* 35. *n.* 12. Melch. Phœbos. *Lusit. decis.* 47. *n.* 2 *cum seqq. tom.* 1. & alios per me citatos *d. p.* 3. *alleg.* 83. *n.* 1

14 *Apostolica ad id auctoritate compellant.*] Id est, tanquam delegati, vt obseruat D. Barbos. *in l. cum pretor* §. 1. *n.* 33. *ff. de iudic.*

15 *Carere decernimus omni robore firmitatis.*] Hæc verba continent latam sententiam, & intelliguntur ipso iure, secundùm Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 86. *C. de reuocandis donat.* Sayr. *in claui Regia l.* 3. *cap.* 8. *num.* 26.

16 In gloss. *Electionem.* ibi, *per electionem confirmandam.* Notatur ad hoc quòd electiuum beneficium dicitur quando in eo proceditur per electionem, quæ exigit confirmationem Superioris, secus autem si confirmatio superioris necessaria non esset, vt per Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 15. *n.* 26. *&* 32. Æne. de Falcon. *de reseru. benefic. p.* 1. *q.* 3. *princ. num.* 21. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 5. *collect.* 1697. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 19. *num.* 11.

17 In gloss. *Altare.* ibi, *talia hospitalia cum Ecclesia*; &c. Notatur ad hoc quòd hospitale Ecclesiasticum debet censeri, si habuerit oratorium cum campanili ad Diuina officia pulsari solito, vt per Mantu. *sing.* 50. Selu. *de benefic. p.* 1. *quæst.* 6. *à num.* 25. Vexin. *tom.* 1. *commun. opin. lib* 1. *num.* 27. *pag.* 148. Marr. *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 113. *numer.* 29. Metipsum *d. alleg.* 75. *num.* 5.

18 In ead. gloss. ibi, *ex quo autem hospitale est locus Religiosus, & auctoritate Episcopi deputatus*, &c. Ergo hospitale erectum auctoritate Episcopi dicitur locus pius, & Religiosus, de quo Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 22. *& seq.* Mascard. *de probat. concl.* 869. Azeued. *l.* 1. *à n.* 26. *tit.* 1. *lib.* 4. *& l.* 1. *num.* 4. *tit.* 18. *l.* 9. *noua re-* *cap.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 29. Ceual. *commun. contra commun. q.* 896. *n.* 982. *tom.* 4. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo hospitale* §. 3. *dub.* 2. Cardin. Mantic. *d. tacitis, & ambig. conuent. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 69. Benedict. Ægid. *in repet. l.* 1. *p.* 1. *in initio num* 54. *C. de sacros. Eccles.* Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæst.* 25. *num.* 179. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 228 Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 601. *cum seqq.* Marr. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 23. *num.* 19 Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de rescript. resol.* 4. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 3. *cum seqq. in vlt. impress.* & alij à me citati *d. part.* 3. *alleg.* 75. *n.* 4.

De Iurepatronatus.

Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanus congruam portionem assignare debet si ea intra terminum competentem non assignatur præsentatis ad Ecclesias per patronos Ecclesiasticos, in quibus ipsi non consueuerunt omnia onera supportare, nisi onera sint per patronos supportanda, & n.* 2.

3 *Diœcesanorum appellatione non veniunt inferiores Prælati.*

4 *Repetitio dictionis in eadem dispositione significat id esse cum mysterio factum.*

5 *Geminatio solet operari, vt omnis extensio, omnisque interpretatio excludatur.*

7 *Lex, seu statutũ si aliquid prohibet, tunc demum quod contra prohibitionem factum est remanet nullum, etiam quod expressè actus non annulletur, quando prohibitio facta à lege, seu statuto est perpetua.*

8 *Lex, seu statutum prohibet actum quando fiat in puris terminis prohibitionis, & vltra non procedit, etiam quòd illum non annullet, si contra fiat, censetur eundem actum annullare, & irritare, secus si vlteriùs procedat, imponendo scilicet pœnam, &c.*

9 *Actus valet, & tenet licèt fiat non seruatâ formâ præscripta, quamuis contra faciens possit puniri quotiescunque simpliciter, & sine clausula annullatiua committitur habenti aliàs potestatem illum faciendi.*

10 *Dictio, ex tunc, extremitatem temporis significat.*

11 *Conscientia Episcopi vbi aliquid remittitur an detur appellatio à pronunciatione Episcopi, ostenditur.*

Clem. Constitutio. I.

IOECESANI præsentatum aliquem à 1
quacunque persona Ecclesiastica ius præsentandi ad Ecclesiam aliquam habente admittere non debent nisi intra certum terminum competentem per ipsos præsentantibus præfigendum ipsi præsentato fuerit coram eis congrua de prouentibus Ecclesiæ assignata portio, quam si intra terminum præscriptum præsentantes assignare neglexerint, ex tunc diœcesanus præsentatum admittere debet, ad ipsum diœcesanum potestas assignationis huiusmodi deuoluta, itaut debitam portionis moderationem non excedat. In Prioratuum verò, vel aliorum tam Regularium, quàm secularium locorum Ecclesiis, in quibus Religiosi, vel alij, ad quos eorum reditus pertinere noscuntur, prædicta consueuerunt onera supportare, præmissa nullatenus obseruari debent. sufficit enim tunc Presbyteros, & Vicarios congruè, & decenter tractare, & susten-

tare:

tare. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Zabarell. Imol. Paul. de Elcazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 386.* Alagon. *in compend. pag. 515.* remissiuè Casal. *in annot.* Xunen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Tiraq. *de iure mariti gloss. 8. num. 87.* Rebuff. *in tract. congrua portionis n. 47.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 14. num. 2.* Paul. Laym. *in canon. quastionibus de Pralatorum Ecclesiast. electione q. 209. lit. E.*

3 In gloss. *diœcesanus*, in addit. marginali, ibi, *appellatione Diœcesanorum non veniunt inferiores Prelati.* Vide Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 29. n. 24.* & alios DD. per me citatos *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. verbo Diœcesanus.*

4 In ead gloss, ibi, *nec potest negari quin seriosè diœcesanos exprimat, cum hoc sit hic octies repetitum.* Notatur ad hoc quod repetitio dictionis in eadem dispositione significat id esse cum mysterio factum, vt per Sanch. *de*
5 *matrim. lib. 7. disput. 37. num. 19.* Nam geminatio solet operari vt omnis extensio, omnisque interpretatio excludatur, sicuti per hanc gloss. tradit Menoch. *cons. 10. n. 1.*

6 In gloss. *lubbentes.* Pulchra est hæc glos. quam optimè exornat. sex modis declarando, & limitando Felin. *in cap. ex parte, num. 2.* vbi Dec. *n. 6. vers. & in simili est gloss. de constit.* quos refert Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 46. num. 18.*

7 Et ex illa vulgò colligi solet quòd si lex siue statutum aliquod prohibet, tunc demum quod contra prohibitionem factum est, remanet nullum, etiam quòd expresse actus non annulletur, quando prohibitio facta à lege, seu statuto est perpetua, sicuti docent Pute. *decis. 338. aliàs 330. num 6. lib. 1. in correctis.* Vant. *de nullitat. rub. quot & quibus modis nullitas in iudicio proponatur num. 52. vers. idem foret.* Soar. *de legib. lib. 5. cap. 25. num. 7. cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 2. num. 4.* Ioan. de Salas *in simili tract. quast. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 8. num. 19. & num. 27. ante fin.* vbi declarat quando lex prohibens dicatur habere causam prohibitionis temporalem.

8 Sic etiam quando lex, seu statutum prohibens actum stat in puris terminis prohibitionis & vltra non procedit, etiam quòd illum non annullet, si contra fiat, censetur eundem actum annullare, & irritare, Vant. *vbi sup. n. 55. ante med.* Virgil. Boccac. *in constit. Piceni gloss. 6. n. 106.* Soar *d. lib. 5. cap. 28. num. 20.* Salas *d. sect. 8. n. 22.* Secus autem erit si vlterius procedat, imponendo scilicet pœnam, quia specialis pœna per legem imposita facit cessare actus nullitatem. Cephal. *cons. 47. num. 14.* Vant. *vbi suprà num. 54.* Soar. *d. lib. 5. cap. 28. num 29.* Salas *d. sect. 8. n. 27. vers. quidam dicunt*, Alderan. Mascard. *de generali stat. interpr. conclus. 9. num. 38. & 39.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi monitior. disp. 7. dub. 4. in fin.* Rota *decis. 34. num. 2. p. 1 recent.*

9 In ead gloss ibi *puto quòd cum diœcesanus*, &c. Notatur ad hoc quòd actus valet, & tenet, licet fiat non seruata forma præscripta, quamuis contra faciens possit puniri quotiescunque simpliciter, & sine clausula annullatiua committitur habenti aliàs potestatem illum faciendi, vt per Felin. *in c. ex parte num. 1. prope finem vers. secunda limitatio, de constitut.* Brun. *in tract. de forma fol. mihi 33. col. 2. limit. 2. & fol. 57. col. 1. ad fin. limit. 6.* quos sequuta est Rot. *in Iannen. matrimonij 16. Maij 1583* coram Cantuccio.

10 In gl. *Ex tunc.* ibi, *& extremum tempus designat.* Notatur ad hoc quòd dictio. *ex tunc*, extremitatem temporis significat, denotat vltimom temporis implementum, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 2. gloss. 11. num. 59.* Mariensl. *l. 14. num. 44. gloss. 1. tit. 4. lib. 5. noua recopil.* Flam. *de resign. benef. lib. 11. q. 2. num. 15.* Chald. Pereira *quast. forens. lib. 1. quast. 6. n. 74.* cum aliis per me citatis *in tract. de dict. vsufreq. dict. 118. n. 1.* secundùm Lugd. impress.

In gloss. *Oneramus.* ibi, *fateor tamen quòd Superior, ad quem appellatum est, emendaret quòd malè factum esset.* Notatur ad hoc quòd dum textus remittit conscientiæ Episcopi moderationem portionis patronis debitæ. si appelletur à tali moderatione Episcopi, Superior ad quem appellatum fuerit poterit emendare quòd malè factum esset, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. gloss. 1. num 11* Padil. *in l. cum quidam n. 11. ff. de legat. 2.* Caualcan. *p. 1. decis. 46. n. 442.* Flores de Mena *var. lib. 1. quast. 14. n. 6.* Contra tamen stat gloss. *verbo relinquatur in c. statutum §. assessorem, de rescript. lib. 6.* vbi dicit quòd quoties aliquid relinquitur conscientiæ, non potest moueri quæstio quòd malè egerit, nisi illam intelligamus quando Canon remittit conscientiæ iudicis non explicans quid fieri debeat sed absolutè; hanc verò de qua in præsenti intelligendo si explicet quid fieri debeat, vel vbi intelligeretur illa per viam iustitiæ, hæc verò per viam supplicationis, & misericordiæ, & aliis modis, quos prosequitur Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 13. cum seqq.* 11

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus per stirpes transit in plures heredes vnius ex pluribus patronis.*

2 *Iuspatronatus transit in quoscunque heredes etiam extraneos.*

3 *Heredes plures vnius patroni vnam tantum vocem habent.*

4 *Iurepatronatus succeditur in stirpes, & non in capita.*

5 *Heredes, & successores patronorum propria auctoritate absque superioris consensu facere possunt concordiam de Rectore alternis vicibus presentando.*

6 *Patroni possunt ad vacantem Ecclesiã plures presentare, ea lege, vt vnus ex illis ab Episcopo, vel habente instituere eligendus instituatur.*

7 *Presentatio potest fieri sub conditione incerta dubia, & obscura, dummodo talis conditio infra tempus datum ad presentandum purificetur, incertitudo certificetur, & obscuritas fiat clara.*

7 *Dictio,* liberè, *idem importat quod sine Superioris auctoritate.*

9 *Iuspatronatus sine consensu Episcopi potest vnus patronus compatrono renunciare.*

10 *Patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi, & alium successiuè presentare, quod non possunt facere patroni Ecclesiastici.*

CLEM. Plures. II. & vlt.

IN plures hæredes vnius ex patronis transit iuspatronatus per stirpes, & non in capita. Item patroni ipsi possunt liberè inter se conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando. Item patroni præsentare possunt plures personas ad vnam Ecclesiam, vt vna ex eis per Episcopum eligi, & admitti valeat Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar.an. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalinis, Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 387.* Alagon *in compend. pag. 516.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Relicta heredes, &c.] Ergo iuspatronatus transit in quoscunque hæredes etiam extraneos, vt per Bonacos. 2

tom. 1.

tom.1.commun.opin. lib.1.tit.5.n.36.pag.170. Chald. Pereira *de empt.cap.12.num.16.* & plures quos refero *de officio,& potestate Episcopi part.3.alleg.71.n.2.& 3.* quibus addo Viuian. & multos citatos *in sua praxi iurispatronat.part.1.lib.4.cap.2.num.1.* secundum nouissimam impressionem.

3 *Vocem dumtaxat vnius habebunt.*] Notatur ad hoc quòd hæredes plures huius patroni vnam tantùm vocem habent, vt per Azeued.*l.9.num.2.tit.6.lib.1.nouæ*

4 *recop.* Quia in iurepatronatus succeditur in stirpes, & non in capita, sicuti docent Tiraquell.*de iure primog. quæst.36.num.3.* Perez *l.1.vers.monere imus,tit.6.lib.1. Ord.pag.140.* Spin.*in speculo testam.glos.4.princ.n.61.* Gonzal.*ad reg.8. Cancel.glos.45.n.61.* Cened.*ad Sextum collect.7.num.1.* Aloys. Ricc.*in collect.decis.part.5. collectan.1733.& in decis.Curiæ Archiepiscop.Neapol. decis.120.num.1.part.2.* Nicol. Garc.*de benefic.part.5. cap.9.num.143.* Viuian.*dict.lib.4. cap.1.num.58.* Ego ipse *d.part.2.allegat.72.num.70.* latè Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.521.per tot.*

5 *Libere conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando.*]Notatur ad hoc quòd hæredes, & successores patronorum propria auctoritate absque Superioris consensu facere possunt concordiam de Rectore alternis vicibus præsentando, vt per Tiraquell.*de iure primog.q.17.opin.6.num.6.* Cened.*dict.collect.7.num.2.* Azeued.*l.9.n.2.tit.6. lib.1.nouæ.recop.* Viuian.*d.lib.4. cap.1.num.69.* Ego ipse *d.alleg.71.num.30.*

6 *Quibus etiam ex eadem causa,&c.*] Notatur ad hoc quòd patroni possunt ad vacantem Ecclesiam plures præsentare ea lege vt vnus ex illis ab Episcopo, vel habente instituere, eligendus instituatur, vt per Lambert.*de iure patron.lib.2.part.2.quæst.3.art.6.& 8.* Viuian.*in praxi iurispatron.lib.8.cap.6.num.15. in vlt. impress.*

7 Vnde argumento huius text. colligi videtur posse fieri præsentationem sub conditione incerta, dubia, & obscura dummodo talis conditio infra tempus datum ad præsentandum purificetur, incertitudo certificetur,& obscuritas fiat clara, vt per Rebuf.*in concord. in forma mandati, verbo innodatus existit, ad fin.* Lambert *d.quæst.3.art.5.num.5 & art.9.n.4.* & fuit dictum *in Pampilonens.Parochialis 30. Octobris.1602.* coram Card.Lancell & *in Vitana iurispatr 28.Nouemb.1605.* coram Gregor. XV. Nicol. Garc.*de benef.part.8.2.r.3.* Viuian. *d.cap.6.n.24.* vbi subdit quòd procedit etiam in ecclesiastico patrono.

8 In glos. *Libere.* ibi, *id est, sine Superioris auctoritate*, Ita Gonzal. *ad regulam 8. Cancellar. gloss.53. num.16.*

9 In eadem glos.ibi, *& eadem ratione videtur*, &c. Notatur ad hoc quòd quando sunt plures hæredes, vel compatroni, potest alter eorum alteri compatrono renunciare iuspatronatus sine consensu Episcopi, vt per Chald. Pereira *de resolut. emphyt.cap.8. num.5.* Campan.*in diuersorio iuris Canon.rubric.11. cap.13.num.368.* Zerol.*in praxi Episcop.part.1. verbo iuspatron. § 2. vers.secundum dubium.* & plures alios, quos refero *de officio,& potestate Episcopi part.3.alleg. 71.num.28.*

10 In gloss. *Permittimus.* ibi, *benè enim poterat laicus præsentato vno alium præsentare*, &c. Notatur ad hoc quòd patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi, & alium successiuè præsentare, quod non possunt facere patroni ecclesiastici, vt per Gutierres *de iurament. confirmat.part.3.cap.13.* Fusc. *de visitat.lib.2. cap.10. n.3.* Spin.*in speculo testament. gloss.4.à num.37.* Ceual.*commun.contra commun.q.265. & 693.* Nicol. Garc.*de benefic.part.5.cap.9.num.211. & 212.*

De censibus, exactionibus, & procurationibus.

T i t. XIII.

S V M M A R I V M.

1 *Religiosi subire tenentur onera, quæ incumbebant Ecclesiis per eos ante Concil. Viennens.acquisitis,nisi priuilegio,exemptione, vel alia iusta causa iuuentur, quæ priuilegia, vel exemptiones non iuuant in Ecclesiis post Concil.acquirendis.*

2 *Res omnis, cui est annexum onus, transit in Ecclesiam cum suo onere.*

3. *Census possessorem sequitur, & comitatur in quemcunque transeat successorem.*

C l e m. Cùm sit. I.

Religiosi subire tenentur onera, vt 1 sunt procurationes Legatorum Sedis Apostolicæ, ac iura Episcopalia, quæ incumbebant Ecclesiis per eos ante hoc Concilium acquisitis, nisi priuilegio, exemptione, vel alia iusta causa iuuentur, quæ tamen causæ, & priuilegia non extenduntur ad Ecclesias post Concilium acquirendas. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration.lib.3. pag.410.* Alagon. *in compend. pag.527.* remissiuè Ximen.*in concord.part.1.& 2.*

In gloss. *Soluat.* ibi, *res aliqua habens onus annexum peruenit ad Ecclesiam in quam transit cum suo onere.* 2 Ita Bellacomb.*tom.1.commun.opin.lib.3. tit.communia seruitutum,n.67.pag.mihi 426.* Menoch.*cons.2.n.31.& cons.63.n.11.& cons.80.n.79.* D.Barbos.*in l.post dotem, n.5.ff.solmo matrim.* Cardin. Tusch.*tom.5.lit.O.conclus. 145.* & alij plures, quos refero ego ipse *axiomat...*

Notatur etiam ad hoc quòd census possessorem sequitur,& comitatur rem in quemcunque transeat successorem, vt per Surd.*de aliment.tit.7.quæst.33.n.14.& decis.32.n.6.* Zerol.*in praxi Episc.part.1.verbo Clericus,§.11.* Chald. Pereira.*de resolut.emphyt.cap.3.n.23.* 3

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi ad monasteria Cisterciensiū venientes hospitalitatis causa gratiosè victualia recipiunt, causa verò visitationis procurationes debitas de iure, vel consuetudine accipiunt,& si velint, possunt comedere carnes extra septa monasterij.*

2 *Visitator à Papa delegatus habet mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum transire commodè possit.*

3 *Religiosi possunt in eleemosynas erogare fragmenta, quæ ex ipsorum mensa supersunt.*

C l e m. Ad nostrum. II.

Episcopi si ad monasteria Cisterciensium venerint 1 non causa visitationis, sed hospitalitatis, victualia gratiosè recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint ministrata; si verò veniant causa visitationis, accipiant procurationes debitas de iure vel consuetudine, & si velint possunt comedere carnes, non tamen intra septa monasterij, vel saltem non intra portã Regularē,& reliquias possunt dare pauperibus, ab aliis grauaminibus

se abstinentes. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in rational. lib. 3. pag. 411.* Alagon. *in compend. pag. 527.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 2.*

2 *Pro equitaturis quoque*, &c.] Visitator à Summo Pontifice delegatus habet mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum transire commodè possit, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 42. q. 8.*

3 In gloss. *Fragmenta.* ibi, *panes ergo integros, qui de mẽsa leuantur*, &c. Fragmenta igitur, quæ ex Religiosorum mensa supersunt, potest Religiosus in eleemosynas erogare, vt per Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. n. 62.* Sanchez. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 103.* vbi tamen aduertit glossam hoc non dicere.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesani (quibus hoc constat) illos, qui exigendo à clericis pedagia, vel guidagia excommunicati sunt, vel interdicti, publicare debent.*
2 *Clerici negotiatores tenentur in concernentibus negotiationem gabellas soluere.*
3 *Ecclesiæ bona, & fructus, etsi immunia sint ab omni collecta, eadem immunitate non fruuntur conductores, & emptores eorum.*
4 *Iuramento extrahentis probatur quòd quis frumentum extraxerit pro vsu suo.*
5 *Citatio partis requiritur in declaratoria sententia pœnæ incursæ ipso iure.*
6 *Clausula* si constiterit, *importat cognitionem iudicialem cùm citatione partium.*

CLEM. Præsenti. III. & vlt.

1 Diœcesani locorum omnino publicent, & publicari faciant excommunicationis, & interdicti sententias à iure prolatas contra eos, qui suo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent pedagia ab Ecclesiis, vel personis ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt, donec exacta restituantur, & transgressores satisfecerint competenter. Colligunt ex Ordinariis Lap. Abbas. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 412.* Alagona. *in compend. pag. 528.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Quas non negotiandi causa deferunt*, &c.] Ergo clerici negotiatores tenentur in concernentibus negotiationem gabellas soluere vt per Duen. *reg. 100. vers. fallit vndecimò*, Per. *l. 1. vers. est & aliud tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 16.* Stephan. Quarant *in summ. Bullarij verbo vectigal. vers. tertiò quaternus pag. 494. cum seq.* & plures alios quos citaui *ad c. quamquam, de censib. lib. 6.*

3 In gloss. *Non negotiandi.* ibi, *vbi etiam arguit contra emptores redituum clericorum*, &c. Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ bona, & fructus etsi immunia sint ab omni collecta, eadem immunitate non fruuntur conductores & emptores eorum, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 13. nu. 12.* Bonacos. *commun. crimin. part. 1. verbo gabella, p. 77.* Per. *l. 12. tit. 4. lib. 4. Ordin. pag. 828.* Menoch. *cons. 136. num. 5.*

4 In gloss. ibi, *vnde videtur committendum iuramento deferentium*, &c. Notatur ad hoc quòd probatur iuramento extrahentis, quòd quis frumentum extraxerit pro vsu suo, vt per Mascard. *de probat. conclus. 953. num. 11.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 14. n. 2.* Fatin. *fragment. crim. par. 1. lit. B. n. 57.* Marta *de iurisd. part. 4. casu 83. num. 7.*

5 In gloss. *Constiterit.* ibi, *parte vocata*, &c. Notatur ad hoc quòd citatio partis requiritur in declaratoria sententia pœnæ incursæ ipso iure, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios mit. 24.* Gig. *de pension. quæst. 78. n. 5.* Couar. *in c. alma mater. part. 1. §. 9. n. 5. ante fin.* Clar. *in §. fin. quæst. 31. num. 3.* Mandos. *in tract. de monit. q. 26. in fine.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forũ verbo excõmunicatio different. 10. n. 1. vers. sed certè*, Fich. *tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 2. nu. 6. pag. 289.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 869.* Soar. *tom. 5. disp. 3. sect. 20. num. 25.* Auil. *de censur. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 5. conclus. 2.*

De clausula, *si constiterit*, quòd importet cognitionem iudicialem cum citatione partium tradunt Seraphin. *decis. 601. num. 5.* Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. C. conclus. 368. à n. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disputat. 34. n. 26.* Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap. 7. n. 139.* Nicol Garc. *de benefic. part. 6. cap. 3. num. 36.* & alij plures per me citati *in tract. de claus. vsufreq. claus. 146. num. 1.* 6

De celebratione Missarum, & aliis diuinis Officiis.

TIT. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, ad quos spectat correctio, & illis negligentibus superiores ipsorum debent esse soliciti vt horis debitis in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis horæ Canonicæ deuotè psallantur, & quòd in Ecclesiis aliis celebretur conuenienter, & debitè diuinum officium, & nocturnum.*
2 *Syncopare quid significet, & an, & quando mortale peccatum committatur si fiat sycopatio in horis Canonicis recitandis, remissiuè.*
5 *Missa non est de numero Horarum Canonicarum.*
6 *Vigiliæ in Ecclesiis olim fiebant.*

CLEM. Graui. I.

Si locorum Ordinarij, ad quos spectat correctio, sint negligentes, eorum Superiores curent vt Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis horis debitis deuotè psallatur, & in aliis conuenienter, & deuotè celebretur diuinum Officium nocturnum, & diurnum, contradictores per censuram ecclesiasticam (dummodo ad eos illam exercere pertineat) aliisque opportunis remediis cõpescendo, facientes prout ad eos spectat, in his, & aliis, quæ ad diuinum cultum, & morum reformationem pertinent, ac Ecclesiarum, & cœmeteriorum respiciunt, honestatem, Sacrorum statuta Canonum, ad quæ scienda diligens curent adhibere studium, irrefragabiliter obseruari. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 431.* Alagon. *in compend. pag. 537.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* 1

Transcurrendo, syncopando, &c.] Syncopare quid significet, & an quando mortale peccatum committatur si fiat syncopatio in Horis Canonicis recitandis, vide Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 10. cap. 7. quæst. 11.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 37. num. 56.* & quæ dixi *in collect. ad cap. dolentes 9. num. 10. & 11. hoc tit. in Decretalib.* 2

Horis

3 *Horis debitis.*] Vide quæ dixi *in collect. ad c. 1. n. 7. cum seqq. hoc. tit. in Decretalib.*

4 *Deuotè psallatur.* Vide quæ dixi *in collect. ad dict. c. dolentes, num. 19.*

5 In gloss. *Canonicas.* ibi. *Missam de Officio dicimus, sed non de Horis.* Notatur ad hoc quòd Missa non est de numero Horarum Canonicarum, vt per Nauarr. *de Orat. c. 3. n. 29.*

6 In gloss. *Vigiliis.* De his Vigiliis in Ecclesiis olim apud Christianos fieri solitis tractant Fr. Hieronym. Roman. *de Republica Christiana l. 5. c. 13.* Card. Cæs. Baron. *in addit. ad martyrol. Romanum. 5. Ianuarij. pag. 13.* Cened *ad Sextum collect. 11. n. 4.*

Clem. Dignum. II. & vlt.

1 CLerici etiam Religiosi domestici commensales Cardinalium, ac quorumcúnque Pontificum gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentium, possunt se cum ipsis in Diuinis Officiis accommodare; vt illud, quod iidem Cardinales, seu Pontifices dicent officium, licitè dicere valeant. Colliguntur ex Ordinarus Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. p. 432.* Alagon. *in compend. p. 538* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 In gloss. *Pontificum.* ibi, *Electos confirmatos,* &c. Notatur ad hoc quòd electus, & confirmatus nondum consecratus non dicitur Pontifex, vt per Selu. *de benefic. part. 1. quæst. 2. n. 20.*

De Baptismo, & eius effectu.

Tit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Baptisma in fontibus Ecclesiarum, & non in priuatis domibus concedi debet, duos casus excipit, & transgressores puniri præcipit.*
2 *Aula, & Palatium in quo differant, ostenditur.*
3 *Baptizare non licèt Parocho sine exorcismo, & aliis solemnitatibus.*
4 *Duces Regales, non verò Venetiarum, & Ianuensium comprehenduntur sub dispositione huius text.*
5 *Diuites an possint dici Principes, in eisque habeat locum dispositio huius text. remissiuè.*
6 *Tyrannus Rex quis dicatur, remissiuè.*
7 *Liberorum appellatione continentur nepotes ex filiis, ac omnes descendentes tam masculi, quàm fœmina.*
8 *Filiorum appellatione regulariter non comprehenduntur nepotes.*
9 *Illegitimus, seu bastardus an & quando contineatur nobilium appellatione, remissiuè.*
10 *Filiorum appellatione non veniunt qui sunt naturales tantum.*
11 *Nobilitas, & litteratura æquiparantur.*
12 *Præsentia semper à lege requiritur ex proposito, & ad aliquid operandum.*

Clem. Præsenti. Vnic.

1 BAPTISMA conferri non debet in Aulis, vel Cameris, aut aliis priuatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, nisi Regum, vel Principum, quibus valet in hoc casu deferri, liberi extiterint, aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi; qui autem secus præsumpserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur quòd alij attentare similia non præsumant. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Zabarell. Imol. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian *in ration. lib. 3. pag. 438* Alagon. *in compen. pag. 540.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

In aulis, &c.] Aula enim, & Palatium licèt aliquando pro eodem ponantur, tamen interdum inter se differunt, quia Palatium Imperatorum, Regum, & Principum est, aula verò inferiorum, sicuti tradit Cabed. *Lusit. decis. 1. n. 13. part. 1.* 2

Dumtaxat in Ecclesiis, &c.] Notatur ad hoc quòd non licet Parocho sine exorcismo, & aliis solemnitatibus baptizare, vt per Henriq. *in summ. lib. 2. cap. 16. §. 2 lit. Q.* De ritibus verò, & cæremoniis ad Baptismum pertinentibus latè tractant Valent *tom. 4. disput. 4. quæst. 1. puncto 4.* Barthol. de Angel *dialogo 2. §. 16.* Vasquez *3. part. quæst. 61. disput. 166. cap. 2. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 27. c. 5. num. 32. cum seqq.* 3

Nisi Regum, vel Principum, &c.] Notatur ad hoc quòd in aula, siue sacello Regio possunt Regum filij aqua lustrali ablui, vt per Carol. de Grassal. *lib. 1. de regalib. Franciæ, iure vltimo,* nouissimè Vincent. Turturrettum *de capellis, & capellanis Regum, cap. 4. num. 45.* vide Vital. *bie num. 43.* vbi ait text. *in præsenti* intelligendum esse de Magnis dominis, subdit que non comprehendi Ducem Venetiarum, & Ianuensem, sed Duces Regales, ita vt sub hac dispositione non contineatur Marchio Montis Ferrati, licèt benè Marchio Brandeburgensis secundùm Pasec *cons. 12.* quem referunt Alciat. *in tract. de singul. certam. c. 32. num. 5.* & Aloysi Ricc. *in praxi aurea resolut. 327. in princip.* vbi probat quòd Principes Regni Neapol. includuntur sub dispositione huius text. Diuites autem an dici possint Principes, in eisque habeat locum text. *in præsenti,* vide Tiraquell. *de nobilitat. cap. 3. num. 5.* Rebuff. *in proœm. concord. verbo submixa est pag. 508.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 2. num. 24.* Mascard. *de probat. conclus. 998. num. 4.* 4 5

In gloss. *Regum,* propè fin. ibi, *tyrannus est propriè,* &c. Plura de Tyrannis Regibus tradit Pinel. *in rubric. C. de rescind. vendit. part. 1. c. 1. n. 25.* Rolland. à Valle. *cons. 3. ex n. 104.* Theatr. vitæ humanæ *vol. 13. l. 1. pag. 1613.* Petr. Gregor. *de Republic. lib. 6. c. 18.* Stephan. iun. *in vindicat. contra tyrannos, quæst. 3.* Martin. Delri. *in adag. sacris, tom. 1. adag. 718. pag. 310.* latè Ioan Solorzan. *de Indiarum iure. l. 2. c. 12. n. 9. cum seqq.* Vtrùm autem priuata auctoritate possit quis spoliare, vel occidere tyrannum Regem titulo iusto regnantem, negatiuè respondetur Gig. *de crimine læsæ Maiest. quæst. 65.* Mench. *lib. 1. controuers. illustr. q. 8. n. 33.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 26. c. 5. n. 24.* Balthas. Ayala *de iure, & officio belli, l. 1. c. 2. n. 25. cum seqq.* Valent. *2. 2. disp. 5. quæst. 8. puncto 3.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 2. n. 28.* Ioan. Marian. *lib. 1. de Rege. c. 6.* Azor. *institut. moral. part. 1. l. 8. c. 12. quæst. 17. & c. 27. quæst. 7. & part. 3. lib. 2. c. 2. q. 1. & c. 7. quæst. 30.* Molin. *de iustit. tom. 4. tractat. 3. disput. 6.* Less. *in simili tract. l. 2. c. 9. dub. 4.* Marquez *in gubernat. Christiano l. 1. c. 8.* Soar. *de defensione Fidei l. 6. cap. 4. per tot.* 6

In gloss. *Liberi.* ibi, *comprehendit nepotes ex filiis, & aliis descendentes.* Notatur ad hoc quòd liberorum appellatione continentur nepotes ex filiis, ac omnes descendentes tam masculi, quàm fœminæ, vt per Menochium *de præsumpt. lib. 4. præs. 84. a n. 22. & præs. 89. num. 74.* 7

num.74.& conf.204.num.50.& conf.420. n.26. Surd. *decis.66.n.3.* Peregrin. *de fideicomm. art.22.num.43. & art.25.num.8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.120.n.26.* Sanchez *in pracepta Decalogi, tom.2. lib.7.cap 9.num.13.* Fusar. *de substitut. q.326. num.1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quaest.25 n.17. & 18.* Rota coram Reuerendiss. Domino meo Coccino inter eius impressas *decis.111.n.8. & decis.480. n.3.* & alios plures, quos refero *in tractat. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. appell.129.n.1* Rot. *in Romana, seu Praenestina fideicommissi de Columna 2. May.1625.* coram R.P. Vbaldo seniori.

8 In ead. gloss. ibi, *appellatio enim filiorum regulariter non comprehendit nepotes.* Ita Menoch. *dict. lib.4. praes. 94.& conf.328.n 4.& conf.347.* Surd. *de aliment. tit.9. quaest.36.& decis.73.* Chald. Pereira. *de potest. eligendi cap.5.num.2.* Valasc. *conf.140* & alij plures per me citati *in dict. tract. verbo filij.* Rot. *in dict. Romana, seu Praenestina fideicommissi,* vbi tenet quòd nepotes non veniunt in dispositione filiis onerosa, & incommoda, & allegat Bart. *in l. liberorum, n.5. & 6. ff. de verbor. signif.* quem sequuntur communiter Doctores *in l. Callid, §. instituens ff. de liber. & posthum. & in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.1.* Castr. *conf 97.n.3. lib.2.* Alexand. *conf.37.num.8.& conf.140.n.2. lib.6.* Dec. *conf.217.n.13.* Paris. *conf.31.n.16. l.2.* Curt. iun. *conf.111.n.2. & conf.135.num.8.* Gabr. *commun. tit. de verbor. signif. concl. 1. num.8.*

9 In eadem gloss. ibi, *dic quòd ad parentum reuerentiam habetur ratio naturalium tantùm, sed quoad commodum liberorum, vel honores non.* Illegitimus, seu bastardus an & quando contineatur nobilium appellatione, dixi *dict. tractat. de appellatiua verb. vtriusque iuris significat. appellat.163.n.7.*

10 Notatur etiam ad hoc quòd filiorum appellatione non veniunt qui sunt naturales tantùm, vt per Azor. *instit. moral. part.2. lib.2. cap.6 quaest.11.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.157.n.8.*

11 In gloss. *Necessitas.* ibi, *Nobilitas, & literatura.* Notatur ad hoc quòd nobilitas, & literatura aequiparantur, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.5. num.5.* & dixi *in collect. ad cap. de multa, in fine de praebend. in Decretalib.*

12 In gloss. *Praesentiam.* ibi, *ex proposito.* &c. Notatur ad hoc quòd praesentia semper à lege requiritur ex proposito, & ad aliquid operandum, vt per Auendan. *ad l. 44. Tauri glos.14.n.4.*

13 In gloss. *Castigetur.* ibi, *arbitrariè.* Sequitur Menoch. *de arbitr. l.2. cent.5. casu 431.*



De reliquiis, & veneratione Sanctorum.

Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Festum Corporis Christi praecipitur quotannis celebrari, & indulgentiae conceduntur iis, qui in festo, vel infra octauam Officio, vel horis interfuerunt.*
2 *Institutio festi Corporis Chr. vbi tractetur remissiuè.*
3 *Officium Corporis Christi fuit compositum a S. Thoma Aquinate.*
4 *Lex praecipiens in virtute sancta obedientiae obligat transgressorum ad mortalem culpam.*
5 *Dies Ecclesiasticus quoad indulgẽtias, & caetera priuilegia cõstituitur à Vesperis in Vesperas inclusiuè.*
6 *Indulgentia, qua relaxatur de iniunctis poenitentiis, quid importet, ostenditur.*
7 *Indulgentia vbi conceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, an ad illam consequendam teneantur ingredi, vel sufficiat orare prope templum si prae multitudine gentium ingredi non possint, ostenditur, & n.8.*
9 *Chronicorum, & historiarum exemplum probat.*
10 *Opus bonum factum ex voto plus meriti habet, quàm aliud non ex vi voti factum.*

Clem. Dominium. Vnic.

Festvm Corporis Christi in virtute sanctae obedientiae solemniter, & deuotè celebrari praecipitur singulis annis feria quinta post octauam Pentecostes, & certae indulgentiae conceduntur iis, qui in festo, vel infra octauam Officio, vel Horis interfuerunt, ac multa piè, deuotè, & doctè de Sanctissima Eucharistia referuntur. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Zabarel. Imol. Panor. Paul de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in rational. lib.3. pag.444.* Alagon. *in compend. pag.544.* remissiuè Ximenez. *in concordant. part.1. & 2.* 1

De festo Corporis Christi, & eius institutione agunt Azor. *institut. moral. part.2. l.1. c.14.* Vincent. Filliuc. *in summ. tom.2. tract.27. c.3. n.45.* 2

Officium sanctissimi Corporis Christi fuit compositum à S. Thoma Doctore Angelico iussu Vrbani IV. à quo in praemium retulit columnam argenteam, vt ex Naucl. & Genebr. refert Raguc. *de Missa in Ecclesia, quaest.209. num.6.* 3

In virtute sancta obedientia.] Per haec verba lex obligat transgressores ad mortalem culpam, vt per Sayr, *in claui Regia. l.3. c.7. n.22.* 4

In primis ipsius festi Vesperis.] Notatur ad hoc quòd dies ecclesiasticus quantum ad indulgentias, & caetera priuilegia, constituitur à Vesperis in Vesperas inclusiuè, vt per Tiraquell. *de retractu lig. §.1. glos.11 num.13.* 5

De iniunctis sibi poenitentiis relaxamus.] Quid autem importet haec indulgentia ostendit Ludouic. Beia *responsor. casuum Conscientiae, part.1. casu 38. vers. haec eadem conclusio* Iul. Lauor. *de indulgent. part.2. c.16. n.12. cum multis seqq.* 6

In gloss. *In Ecclesia.* ibi, *patet quòd non sufficit interesse Horis extra Ecclesiam,* &c. Ergo vbi conceditur indulgentia visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, ad illam consequendam necessariò debent fideles Ecclesiam ingredi, ita vt si ob gentium multitudinem ingredi non possint, non consequantur, quamuis orent propè templum. Ratio est, quia indulgentia conceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, orare autem in Ecclesia non dicitur, qui eam non ingreditur, eo maximè quia Indulgentia tantum valet, quantum eius verba sonant: ita Mich. Zanard. *part.1. direct. Theologorum de sacramento Poenitentiae, cap.20 quaest.40.* vbi ait quòd quando in diplomatibus dicitur, quòd eis indulgentia conceditur, qui talem Ecclesiam visitauerint, & in ea deuotè orauerint, ad acquirendam talem indulgentiam necessariò requiritur vt fideles ingrediantur in eam, quia oratio facta in valuis, non dicitur esse facta in Ecclesia, additque idem Zanard. quòd quando verba indulgentiae habent tamen, *Qui talem Ecclesiam visitauerint,* sufficit ex ianua eam visitare, & indulgentia comparabitur. 7

Verùm alij ex praesumpta concedentis mente resoluunt, quòd quando quis Ecclesiam ingredi non potest 8

potest propter populi multitudinem, consequatur Indulgentiam si oret foris propè ianuam Ecclesiæ, vt per Corduba *in quæst. lib. 1. quæst. 31. not. 2.* Fr. Emm. *in sum. p. 1. cap. 184. num. 2.* Bouac. *de Sacram. disput. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 26.* Franc. Rodriq. *de Iubilæo cap. 3. num. 8.* Sed melius Soar. *tom. 5. de pœnit. disp. 52. sect. 1. num. 7.* ait attendenda esse verba concessionis indulgentiæ, itaut si in diplomate dicatur vt Sacerdos sacrificet in Ecclesia si Indulgentiam consequi voluerit, non satisfacit si sacrificet extra eam prope fores, quamuis ob confluentium multitudinem illam ingredi non possit? si verò præcipiatur, solum visitare Ecclesiam, poterit quis Indulgentiam consequi absque eo quòd illam corporaliter ingrediatur; si præcipiatur orare in Ecclesia, satis etiam est si prope fores Ecclesiæ oret, nam hic censetur moraliter in Ecclesia orare, & iuxta moralem loquendi modum talis oratio dicitur fieri in Ecclesia, quod præcipuè est verum, quando quis facit quod in se est, vt Ecclesiam ingrediatur, cum tamen ob populi multitudinem non possit.

9 In glos. *Vrbano*, in fine. ibi. *vt patet in chronicis.* Ergo Chronicorum, & historiarum exemplum probat, vt per Duen. *reg. 157.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 10. consid. 46. ad fin.* Menoch. *cons. 378. num. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 105. num. 9. & concl. 287.* ac earum scriptoribus, etsi enunciatiuè loquantur, fides adhiberi solet in antiquis, Doct. *in l. 1.* vbi Bart. *num. 22.* Alex. *num. 34.* Ias. *num. 25.* Dec. *num. 21.* & Bologner. *num. 39. ff. si certum pet.* Fel. *in cap. 2. n. 46. ff. de rescript.* Marsil. *in rub. C. de probat. num. 813.* Paris. *cons. 13. sub n. 233. & 252. vers. & quoniam, vol. 1.* Socin. iun. *cons. 76. num. 64. lib. 1.* Natt. *cons. 536. num. 41. vol. 4.* Roland. *cons. 2. num. 60. vol. 1.* Menoch. *cons. 378. num. 8. & cons. 701. num. 8.*

10 In glos. *se ipsum.* ibi, *quòd idem opus meritorium laudabilius est in vouente*, &c. Collige bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quàm aliud non ex vi voti factum, vt per S. Thom. *2. 2. q. 88. art. 6. & opusc. 17. c. 2. & opusc. 18. c. 3.* Nau. *in man. c. 12. n. 32. vers. quarto præsupponimus*, Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ l. 3. art. 1. cap. 4. pag. 73.*

De Immunitate Ecclesiarum.

TIT. XVII.

SVMMARIVM.

1 Cap. clericis, hoc tit. lib. 6. *cum suis §§. reuocatur.*
2 *Papa potest suam legem irritare, & reuocare quoad effectus iure humano ex ea sequutos.*
3 *Lex mandans sub obtestatione diuini iudicij obligat transgressores ad mortalem culpam.*
4 *Princeps vbicunque tollit constitutionem, mandans ea haberi pro infecta, tolluntur omnes actus etiam præteriti, & consummati.*
5 *Princeps facere potest vt res facta habeantur pro infectis.*

CLEM. Quoniam. Vnic.

1 REVOCAT, & pro infectis haberi vult *cap. clericis, hoc tit. lib. 6.* cum suis declarationibus. Colligunt ex Ordinar. Ancharan. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 552.* Alagon. *in compend. pag. 464.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Penitus reuocamus*, &c. Notatur ad hoc quòd Pontifex potest suam legem irritare, & reuocare, quoad effectus iure humano ex ea sequutos, & non tantùm quoad in posterum incurrendos, vt non incurrantur, sed etiam quoad iam incursos, abolendo illos ac si ea lex edita nunquam fuisset, ita Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 7. n. 4.*

3 *Sub obtestatione diuini iudicij.*] Lex per hæc verba obligat transgressorem ad mortalem culpam, vt per Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 7. n. 22.*

4 In gloss. *Pro infectis.* ibi, *vide quanta est Papalis auctoritas*, &c. Notatur ad hoc quòd vbicunque Princeps tollit constitutionem mandans eam haberi pro infecta, tolluntur omnes actus etiam præteriti, & consummati, vt per Chald. Pereira *in responsio. pro Sebastiano Limpo numero 43.* Potest enim Princeps facere, 5 vt res factæ habeantur pro infectis etiam quoad effectus præteritos, secundùm Tiraq. *de iure constit. p. 3. limit. 7. n. 47.*

6 Vnde ex hac gloss. colligit Pereg. *de iure fisci. l. 5. tit. 2. n. 58.* quòd cùm Princeps declarat confiscationem factam fieri non potuisse, & vult eam haberi pro non facta perinde ac si facta non fuisset, tunc omnia exinde sequuta retractantur.

In Librum IV. Clementinarum.

De Consanguinitate, & affinitate.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium scienter contrahens in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, excommunicatus est ipso iure, & publicari debet, & vitari, idem in professo, & professa, vel constitutoin Sacris, & n. 2.*
3 *Pœna imposita contrahentibus incestas nuptias per verba masculini generis, fœminas comprehendunt.*
4 *Masculinum verbum fœmininum sexum comprehendit etiam in pœnalibus quando respectu vtriusque eadem viget prohibitionis ratio.*
5 *Excommunicationem de qua in hoc text. non incurrunt illi, qui nuptias hîc prohibitas ignoranter contraxerunt.*
7 *Ignorantia non tantum probabilis, & iusta, sed etiam crassa, & supina excusat ab excommunicatione, de qua in hoc textu.*
8 *Pœna imposita aduersus scienter gerentes actum prohibitum, non comprehendit eos, qui etiam per ignorantiam crassam illud committunt, nisi sit affectata.*
9 *Excommunicationem in hoc text. comminatam non incurrunt illi, qui non solùm matrimonium contrahunt factum ignorantes, sed etiam qui factum tenentes, ius tamen ignorant.*
10 *Matrimonium contrahentes si sint vel voto solemni adstricti, vel in sacro Ordine constituti, excommunicationem incurrunt ipso iure.*
11 *Excommunicatio de qua in hoc text. non incurritur si matrimonium ineatur cum infideli, cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis.*
12 *Lex vbi ponit pœnam facienti aliquid scienter, ignorantia probabilis, id est, inuincibilis, excusat.*
13 *Ignorantia affectata non excusat à pœnis scientiam, & præsumptionem exigentibus.*
14 *Ignorantia affectata æquiparatur scientiæ.*

14 *Matrimonium scienter contrahens in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, iste solus ligatur excommunicatione de qua in hoc text. non verò ignorans.*

16 *Matrimonium contrahens falsò putans subesse impedimentum consanguinitatis, &c. non ligatur excommunicatione de qua in hoc text.*

17 *Matrimoniū bona fide, & cōscientia contrahentes, si postea impedimēti conscij facti nihilominus in ipso matrimonio perseuerarint, an excommunicationem de qua in hoc text. incurrant ostenditur, & n. 18.*

19 *Excōmunicatio de qua in hoc text. incurritur etiam si quis contrahat matrimonium cum consanguinea in gradu lege diuina, ac naturali prohibito.*

20 *Matrimonium licet non sit consummatum, nihilominus incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

21 *Sponsalia de futuro contrahentes non incurrunt excommunicationem de qua in hoc text.*

22 *Pœna apposita contrahentibus matrimonium non afficit contrahentes sola sponsalia.*

23 *Matrimonium si contrahatur metu cadente in virum constantem cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, non incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

24 *Absolutio excommunicationis de qua in hoc textu, Episcopo reseruatur.*

CLEM. Eos, qui. Vnic.

1 MAtrimonium scienter contrahentes in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, aut cum Monialibus, necnon Religiosi, & Moniales, ac clerici in sacris Ordinibus constituti, si contrahunt, sunt excommunicati ipso iure, & denunciati, ac euitari debent donec absoluantur, alijs pœnis contra sic contrahentes impositis in suo robore permansuris. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. l. 4. pag.* 86. Alagon. *in compend. pag.* 589. remissiuè Casal. *in annot* & Xuuen. *in concord. p. 5. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Soar. *tom. 5. de censur. disput* 23 *sect. 5. num.* 23. Lauor. *de Indulgen. p. 2. c* 13. *n.* 33. Filiuc *tract.* 14 *n. 67. vers. quinto, & n. 75. &* 113. nouissimè Bonacin. *de cens. extra Bull. disp. 2. q. 2. puncto 7. & q. 4. puncto* 1 Merol. *tom. 1. disput. in vniuersam Theolog. moral. disp. 1. c. 2. n. 249. cum multis seqq.* Ego ipse *de officio Episcopi p. 3. alleg.* 50. *n.* 227. secundùm Lugdunen. impress.

3 *Eos, qui, &c.*] Ergo pœna excommunicationis in præsenti præscripta aduersùs eos, qui in casibus hic prohibitis matrimonium contrahere non verentur, æquè locum habet tam contra masculos, quàm contra fœminas, vt apertè probatur arg. text. *in l. qui contra C. de incest. nupt.* vbi pœnæ impositæ contrahentibus incestas nuptias per ve ba masculini generis, fœminas etiam comprehendunt, vt ex litteras tex. manifestè fit, idem expresè colligitur ex *l. si quis incesti, C. eod. tit.* notant Costa *in cap. si pater* 5 *p. verbo vxorem, num.* 5. Anton. Gom. *ad l. 8. Tauri in* 28. Valasc. *cons.* 15. *ferè*

4 *per totam* Facit in confirmationem, quia, vt magis etiam receptum est, & iuris prudentiæ congruentius, in pœnalibus masculinum verbum etiam fœmininum sexum comprehendit quando respectu vtriusque eadem viget prohibitionis ratio, vt probant omnes per text. *vbi in l. si quis 7. ff. de iurisd. omn. iud.* notant Iis. *in l. Gallus n.* 8. & ibi Galeaul. *num.* 33. *ff. de liber. & posth.* Tiraq *de retractu lig. §. 1. glos. 9. num.* 221. Mandos. *reg.* 19. *Cancell. quæst.* 3. Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 6. cum seqq.*

Scienter in gradibus consanguinitatis, &c.] Collige 5 excommunicationem, de qua *in præsenti*, non incurrere eos, qui nuptias hîc prohibitas ignoranter contraxerunt, etenim cùm illa aduersùs scientes fulminata sit, ad ignorantes trahi non debet. ex reg. text. *in c. pœna, de pœnit. dist.* 1. & ideo ita sentiunt Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 24. n.* 14. Perez *l. 5. tit.* 55. *lib. 8. Ordin. pag.* 315. *& l. 7. tit. 19. eod. l. 8. pag.* 365. Soar. *to. 5. disp. 23. sect. 5. n.* 3. Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 48. n. 19. in princ.*

Amplia primò ad incurrendam excommunicationem, de qua *in præsenti*, scientiam requiri non tantùm in contrahentibus matrimonia in tribus prioribus casibus, de quibus in prima eius parte, scilicet in his, qui contrahunt cum consanguineis, affinibus, vel Monialibus, sed etiam in alijs relatis in secunda parte *in ver. necnon*, vt constat ex *infra* dicendis *ad glos. verbo contrahentes.* 6

Secundò amplia vt ab excommunicatione de qua *in hoc text.* non tantùm excuset ignorantia probabilis, & iusta, sed etiam crassa, & supina, nempe illa, quæ versatur circa rem, quam quis tenetur scire, propter nimiam tamen negligentiam ignorat, sicut tradunt Imol. *n.* 4. & Bonif. *n. 10. &* 19. *hic.* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 141. vbi asserit & in iudicando, & in consulendo ita semper esse resoluendum; suffragaturque communis opinio, secundùm quam pœna imposita aduersùs scienter gerentes actum prohibitum non comprehendit eos, qui etiam per ignorantiam crassam illud committunt, de quo Cou. *de spons. p. 2. c. 6 §. 8. n.* 21. Menoch. *de arbitr. casu* 324. *à princ.* Valasc. *cons.* 83. *n.* 10. Declara tamen vt non procedat in ignorantibus affectatè, id est, in iis, qui scire noluerunt, vt liberiùs peccarent, iuxta illud Psalmi 35. *noluit intelligere, vt bene ageret.* habetur *in c. pen* 38. *dist.* prout sentiunt Iacob de Graff *d. n.* 14. Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 23. *in commento lit.* D. Sanch. *d. lib. 7. disp.* 48 *num.* 19. 7 8

Tertiò amplia non solum ab excommunicatione de qua *in præsenti*, excusari eos, qui contrahunt matrimonium factum ignorantes, ex quo inter illos impedimentum datur, prout sunt omnes illi, qui vel ignorant consanguinitatis gradum, quo coniunguntur, vel copulam ex qua inter ipsos affinitatis impedimentum ortum est, sed etiam eos, qui factum tenentes, ius tamen ignorant, existimantes in aliquo ex casibus *in hoc tex.* prohibitis matrimonium licitum esse; ratio est, quia vt suprà dixi, ignorantia etiam crassa excusat ab excommunicatione de qua *hic*, sed hæc iuris ignorantia in aliud addatur ad plurimum crassæ terminos attingit, & eidem æquiparatur, vt probant Bart. *in l. si adulterium in prin. n. 11. ff. de adul.* Imol. *col.* 2 & Anch. *col.* 3. *hic.* ergo rectè fit talem iuris ignorantiam excusare ab excommunicatione, dè qua *in hoc text.* Cætera vide *in collect. ad glos. verbo scienter.* 9

Necnon Religiosos, & Moniales &c.] Notatur ad hoc quod matrimonium contrahentes si sint vel voto solemni adstricti, vel in sacro Ordine constituti excommunicationem incurrunt ipso iure, vt per Zerol. *in praxi Episcop p. 5. verbo casus pag.* 80. Paul. Comitol. *resp. moral. l. 1. q. 56. & q. 115. n.* 3. Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 138. n.* 97. 10

In gloss. *Eos*, ibi, *vnde si contrahat quis cum habente maritum, vel cum Iudæa*, &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatio, de qua *hic*, non incurritur si matrimonium ineatur cum cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis, vel quocunque alio dirimenti extra tria illa, nimirum consanguinitatis, affinitatis, votі solemnis emissi in Religione, aut Ordine sacro, quia text. hic solùm de iis mentionem facit, & cùm sit pœnalis, non est extendendus: ita 11

Nauar.

Nauar.*in man.c.22.n.45.* Iacob. de Graff. *c.24.n.14.* Petr. de Ledeſma *de matrim.q.51. art.9.dub.1. paulò ante ſolutionem ad argum.*& alij,quos refert,& ſequitur Sanch.*d.l.7. diſp.48. n.14.*

12 In gloſſ.*Scienter.*ibi,*intelligo in ignorantia facti probabili.* Notatur ad hoc quòd vbi lex non imponit pœnam facienti aliquid ſcienter, ignorantia probabilis, id eſt,inuincibilis,excuſat, vt per Sanch.*de matrimon. lib.9. diſp.32 n.35.*

13 In ead.gloſſ. ibi, *& non affectata.* Notatur ad hoc quòd ignorantia affectata non excuſat à pœnis ſcientiam,& præſumptionem exigentibus, vt per Sanch.*d.*
14 *diſp.32.num.40.* Ignorantia enim affectata æquiparatur ſcientiæ, ſicuti docent Tiraq.*de retractu lig.§.35. gloſſ.4.num.28 & de pœnis temper. cauſa 13.num.22. & ſeq.*

15 In ead.gloſſ.ibi,*ſi verò alter ſolus ſciens,iſte ſolus ligatur* Ita Sanch.*d.l.7.diſp.48.n.19.in fine.*

16 In ead gloſſ ibi, *quid ſi contrahebam cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam,*&c.Notatur ad hoc quòd excommunicatione,de qua *hic,*non ligatur, qui falsò putans ſubeſſe impedimentum conſanguinitatis,aut voti ſolemnis, iniret matrimonium, quia reuera non contraxit cùm tali impedimento, nec hic text. punit prauam voluntatem opere non ſubſequuto, vt per Card.*hic.n.3.q.5.* & Anch.*n.6.q.1.* ac Imol.*n.5.* Iacob. de Graff *d c.24.n.14.* Nauar.*d c.22.n.43.* Sanch.*d.l.7. diſp.48.n.18.*

17 Sed quid ſi illi, qui bona fide, & conſcientia contraxerunt,poſtea ſcientia impedimenti accedente, nihilominus cum ea,& cum peccato cohabitarunt, & in ipſo matrimonio perſeuerarunt, an excommunicationem,de qua *hic,*incurrant? quam quæſtionem tam noſtri, quàm Theologi admodum ſubobſcurè tractant, nos vt in ea certa ab incertis ſeparemus, duos conſtituemus caſus,vel enim contrahentes cum impedimenti ignorantiâ poſtea ſuperueniente ipſius ſcientia perſeuerant in matrimonio, & cohabitatione animo fornicario,& ſine intentione naturali. Vel rurſus in cohabitatione perſiſtunt maritali affectione.Primo caſu ſecurè reſoluendum eſt ita animo fornicario cohabitantes omni iure inſpecto ab excommunicatione excuſati, ratio eſt, quia illa in hoc text. non imponitur pro inceſtu,vel pro peccato,quod in ipſa cohabitatione reperitur.ſed pro illo, quod cernitur in contrahendis nuptiis,de quibus in textu,vt ex ipſius ſerie, & verbis ſatis apparet,ac proinde cum ſupponamus nuptias ſine peccato fuiſſe contractas, licèt poſtea ſuperueniente ſcientia. & cum ea cohabitantes grauiſſimè peccent, nihilominus tamen excommunicationem non incurrerent,vt tenet hæc gloſſ.*in verſ.contrarium.*recepta ex Card.*hic,n.3.*& Imol.*n.5.* Duen.*reg.150. limit. 2.*Nau.*d.c.27.n.241.* Couar.*de ſponſalib.p.2.c.6.§.8.n. 19.*Sanch.*d.l.7 diſp.48.n.20.* Farin.*in praxi crimin.p. 5.q.149.n.198.*

18 In ſecundò verò caſu, nempe quando à principio ignoranter contrahentes poſtea ſcientes impedimentum animo,& intentione maritali cohabitant, dicendum eſt tales attento iure huius text. excommunicatione de qua in eo ligari;ratio eſt,quia licèt hi propter priorem conſenſum,vt pote bona fide exhibitum, excommunicationem de qua *in præſenti* non incurrerent, tamen ratione huius poſterioris, qui in ipſa cohabitatione,vt ſupponimus, includitur, & attento tempore huius text. & antiquiori per ſe ſufficiens erat ad matrimonium producendum, iuxta text. & *ibi* notata *in c.is,qui fidem,de ſponſal.in Decretal* eadem irretiti cenſeri debent,ſicuti docent Nau & Sanch. *vbi ſuprà,*qui vltimo loco citatus poſt Petr.de Ledeſ,quẽ refert bene obſeruat ante Tridentinũ veram fuiſſe hãc ſolutionem.

In gloſſ.*Canonica.*ibi,*ne dum diuina.*Notatur ad hoc quòd excommunicatio de qua *in hoc text.* incurritur etiamſi quis contrahat matrimonium cum conſanguinea in gradu lege diuina,& naturali interdicto, quia conſtitutio pœnalis comprehendit caſum omnino ſimilem,in quo fortior ratio militat,tum etiam quia lex Canonica prohibens matrimonium inter conſanguineos vſque ad quartum gradum,*c.non debet.de conſang.* comprehendit etiam primum gradum lege naturali vetitum, vt pote qui intra quartum includitur, ita poſt Card.& S.Anton.tradit Sanch.*d.l.7.diſp.48.n.15.* 19

In gloſſ.*Contrahere.*ibi,*licèt non conſummet.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio de qua *in præſenti,* incurritur,licèt matrimonium,non ſit conſummatum, quia hic text.non punit copulam inceſtuoſam, ſed ſolum matrimonij contractum,cuius eſſentia perfecta eſt ante conſummationem per copulam;ſic docent Imol *hic,n.9.* Petr.de Ledeſma *de matrim.q.50.art.9.dub.1. paulo ante ſolutionem ad argum.* Sanch.*d. lib.7. diſp. 48.n.6.* 20

In ead.gloſſ.ibi, *quid ſi non contraxit matrimonium. ſed ſponſalia tantum,*&c. Notatur ad hoc quòd non eſt locus excommunicationi de qua *in præſentem* per ſolum ſponſalium de futuro contractum,vt per Nau.*d. c.27. n.141. & in c.ſi quando, de reſcript. excep.6.* Cou.*de ſponſ.p.2.c.6.in princ.n.vlt.* Tiraq.*de iure mariti gloſſ.2. n.8.* Ioan. Valer.*de differ.inter vtrumque forum, verbo pœna differ.1.n.1.verſ facit etiam gloſſ.* Iacob.de Graff. *d.c.24.n.14.* Petr. de Ledeſma. *loco proximè citato,* Sanch.*d. diſput.48.n.7.* 21

Vnde ex hac gloſſ.colligitur pœnam appoſitam contrahentibus matrimonium, non afficere contrahentes ſola ſponſalia,vt per Tiraq.*de iure mariti gloſſ.2. n.8.* Perez *l.1. verſ. præterea confirmatur tit.1.l.5. Ordin. pag.4.*Menoch. *de præſ.l.6. præſ.93.n.6.* Azeued. *l.3.n. 2.tit.1.l.5. noua recop.* Gutier.*de iuram confirm.p.1.c.51. n.7.*Chald.Pereira *in l.ſi curatorem,verbo læſis,n.128.C. de in integ.reſtit.minor.* Cabed. *Luſitan. deciſ. part.2. Areſto 47.*D.Barboſ.*in l.ſi ante,n.25.& 26.ff.ſoluto matrimon.*Sanch.*de matrim.l.1 diſp.12.n.2.& diſput.13.* 22

In gloſſ. *Mutrimoninlster.*ibi.*videtur quòd coactus ad contrahendum non incurrat hanc pœnam.*Notatur ad hoc quòd non incurritur excommunicatio de qua *in hoc text.*ſi matrimonium metu viri conſtantis ineatur,tum quia eſt conſenſus inefficax defectu libertatis,tum etiam quia Eccleſia non tam graui cenſura punit tantum metu compulſum,ita Cardin. *hic, n.14.q.27.* Anchar. *n.8. quæſt.3.*Imol,*numero* 8.Bonifac.*num.23.*Nau.*num.141.* & alij, quos refert, & ſequitur Sanch.*d.l.7. diſp. 48. numero 12.* 23

In gloſſ *Obrinere.*ibi, *per Epiſcopum,* &c. Notatur ad hoc quòd abſolutio excommunicationis,de qua *in hoc text.*Epiſcopo eſt reſeruata,vt per Farinac. *in praxi crimin.part.5.q.138.n.97.* 14

In Librum V. Clementinarum.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia ſtudendi.

Tit, I.

SVMMARIVM.

1 *Studiis Romanæ Curiæ.Pariſin. Oxonien. Bononien. & Salnmantino qui debent eligi pro ſingulis linguis Hebraica,Arabica,& Chaldea.*

2 Doctores

2 *Doctores referuntur de variis Academiis, & studiis agentes.*
3 *Bononia habuit priuilegia studij à Theodosio.*
4 *Chronicis in antiquis fides adhibetur.*

CLEM. Inter solicitudines. I.

1 IN studiis Romanæ Curiæ, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantino duo viri Catholici, & periti eligi debent pro singulis linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, qui scholas regant & libros in Latinum transferant, aliósque doceant: pro quibus prouidendis contribuere tenentur omnes Ecclesiarum Prælati, monasteria etiam exempta, non obstantibus quibuscunque priuilegiis in contrarium, Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zab. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian *in ration. lib. 5. pag. 53.* Alagon. *in compend. pag. 636.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 De variis studiis, & Academiis aguot Cassan. *in catal. gloria mundi, part. 10. consid. 32.* Horat. Lut. *in tract. de priuilegiis scholar. tit. de iis, qui gaudent priuilegiis scholar. n. 23.* Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 5. c. 17. 18. & 19.* vbi *cap. 20.* agit de insigni Conimbricensi Academia, de qua etiam multa scribit Petrus Mariz *in dialogis varia historia dial. 5. c. 3. pag. 353.*

3 In gloss. *Bononien.* ibi, *Bononia habuit priuilegia studij à Theodosio*, &c. Ita Cassan. *d. consid. 32. vers. de studio Bononiensi.*

4 In ead. gloss. ibi, *prout ex chronicis*, &c. Ergo chronicis in antiquis fides adhibetur, de quo vide quæ dixi ad gloss. *verbo Vrbano sup. in Clem. vnica, de reliq. & venerat. Sanctor.*

SVMMARIVM.

1 *Magisterium, vel Doctoratum ex officio tribuens priùs à doctorando recipere debet iuramentum, quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turonen. argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus per sex menses à collatione Magisterij est suspensus.*
2 *Absurdum semper est vitandum.*
3 *Magistri Artium appellatione Doctorũ continentur.*
4 *Scholaris indignus Doctoralia insigna petens peccat mortaliter.*
5 *Suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipit statim à die sententiæ iudicis illud inferẽtis.*
6 *Capitulum an possit aliquem ad Doctoris, vel Magistri gradum promouere, sicut posset Episcopus, ostenditur.*

CLEM. Cùm sit nimis. II. & vlt.

1 IS ad quem spectat Magisterium, vel Doctoratum tribuere priùs à doctorando recipiat iuramentum quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turoneñ argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus, per sex menses à collatione Magisterij, seu Doctoratus huiusmodi est suspensus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 54.* Alagona *in compendio, pag. 636.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Cùm sit nimis absurdum, &c.] quia absurdum semper est vitandum, vt per Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 15. n. 188. vers. nam. absurditas.* Card. Mantic. *de coniect. vltimarum volunt. l. 3. tit. 7. a princ. & de tacitis, & ambig. conuent. l. 2. tit. 13.* Cardin. Tusch. *tom. 1. litt. A, concl. 66.* cum aliis per me citatis *Axiomate 2.* 2

In gloss. *Doctoratus.* ibi, *Doctores in iure Canonico, vel Ciuili, Magistri dicuntur in Theologia, vel artibus.* Igitur Magistri Artium appellatione Doctorum continentur, & illorum priuilegiis gaudent, vt per Ioan. Martinus à Costa *in addit. ad tract. libellorum annot. 53. n. 7. cum multis seq.* vbi hoc latè iuribus, & exemplis confirmat. 3

In gloss. *Honorem.* ibi, *in indigno verò est peccatum præsumptionis.* Notatur ad hoc quòd scholaris indignus doctoralia insignia petens, peccat mortaliter, sicuti docent Perez *l. 1. tit. 16. l. 2. Ordin. pag. 374.* Azeued. *l. 2. n. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ recop.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 3. num. 70.* 4

In gloss. *Sequentes.* ibi, *si autem pendente primo semestri.* &c. Notatur ad hoc quòd suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus, si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipit statim à die sententiæ iudicis illud inferentis, aut quando incurritur ipso iure statim à die commissi delicti, sicuti tradit Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 50. n. 3.* 5

In gloss. *Suspensum.* ibi, *Episcopus cum Capitulo hoc faciet*, &c. An Capitulum possit aliquos ad honorificum Doctoris, vel Magistri gradum promouere sicut posset Episcopus, solet ab aliquibus in dubium reuocari, qui per hanc gloss. sic distinguendum esse putant. Aut ea potestas pertinet ad solum Episcopum, aut communiter ad Episcopum; & Capitulum, si hoc secundùm ea manet penes Capitulum Sede vacante, si primum, tunc ea potestas, vel iure communi conuenit Episcopo, vel iure speciali, si iure communi, ad Capitulum transit, si speciali non ita: vt post Pauin. *de potest. Capituli Sede vac. p. 1. q. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. n. 69.* Resoluit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 39. q. 5.* 6

De Iudæis, & Sarracenis.

TIT. II.

CLEM. Cedit quidem. Vnic.

PRINCIPES Christiani compescere debent Sarracenos sibi subiectos ab inuocatione publica nominis Mahometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad eius sepulchrum, & contrafacientes ita punire debent, vt alij eorum exemplo perterriti à præsumptione simili arceantur. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 67.* Alagon. *in compend. pag. 642.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* In gloss. *Saracenis.* ibi, *qui debent à Christianis publicè distingui per habitum.* Sic de Iudæis diximus *in collect. ad cap. nonnullis sup. hoc tit. in Decretal.* Nisi priuilegium de non deferendo signum ex causa bene visa concedatur Hebræis per Summum Pontificem, sicuti docent Fulgos. *cons. 55. n. 2. vers. secundò sciendum*, Foller. *in constitut. Regni Neapol. sub tit. de Iudæis in pragm. incip. & contra perfidorum, n. 3.* Marquar. *de Iudæis p. 2. c. 4. vers. valeret tamen*, quos refert & sequitur Anton. Ricc. *de iure personarum, l. 2. c. 43. n. 5.* 1 2

Io

3 In gloss. *Zabacala.* Vide Marquard. de Susan. *in tract. de infidelib. p. 1. c. 3. n. 6. cum seqq.* Azeued. *in rubr. tit. 2. n. 9. cum seqq.* 8 *recop.*

De Hæreticis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & Doctores de eius materia agentes citantur, n. 2.*
3 *Clausula,* Conscientiam tuam oneramus, *quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*
4 *Inquisitor est competens iudex in causis hæreticorum.*
5 *Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non valet hæreticum ad pœnam in duro, & arcto carcere ponere.*
6 *Episcopus si in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquisitorem, & è contra Inquisitor Episcopum, vt intra octo dies insimul conueniant ad præmissa resoluenda.*
7 *Requisitio vnica sufficit facta Inquisitori ab Episcopo volente in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare hæreticum.*
8 *Episcopus si requisitus ob Inquisitore, & Inquisitor ab Episcopo noluerit, vel non potuerit insimus conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per litteras suum consilium, & consensum significare.*
9 *Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in cognitione causarum hæreticalium.*
10 *Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore potest torturam testibus infligere ad eruendam veritatem, secus si contra testem falsum procedi valeat ad pœnam ordinariam.*
11 *Verba,* non valere, *denotant ipso iure.*
12 *Verbum duplex, seu geminatum futuri temporis quando est in constitutione tunc importat latam sententiam.*
13 *Episcopus, & hæreticæ prauitatis Inquisitores possunt in causis hæresis committere vices suas.*
14 *Carcer debet dari secundum personam, & delicti qualitatem*
15 *Inquisitor loco torturæ potest etiam ad eruendum veritatem ieiunia imponere.*
16 *Condennandi, & absoluendi facultas vbi à lege alicui est tributa, & deinde ei aufertur facultas condẽnãdi, non tamen sublata censetur potestas absoluendi.*
17 *Sententiam absolutoriam an Episcopus sine Inquisitore & Inquisitor sine Episcopo proferre valeat, ostenditur, & n. 18.*
19 *Ecclesia vt non vacare dicatur, & Episcopus possit administrare, litteræ debent esse expeditæ.*
20 *Capitulum mortuo Prælato non succedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.*
21 *Terminum non est necesse exprimi in requisitione facienda per Episcopum Inquisitori, & è conuerso, sed ipso iure statim currit.*
22 *Appellatio datur in crimine hæresis à decreto torturæ.*
23 *Appellari potest ab interlocutoria vt quis tormentis subiiciatur, cùm afferat damnum in diffinitiua irreparabile.*
24 *Carceres hæreticorum, ipsorum claues, custodes, & custodum ministri quomodo faciendi, ostenditur & num. 25.*
26 *Iuramentũ custodum, ministrorum suorũ, & notariorum, ac aliorum officialium S. Inquisitionis ponitur.*
27 *Notarij Inquisitionis debent iurare suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis ab eis.*
28 *Euangeliorum tactura est necessaria in iuramento.*
29 *Iuramentum si exigatur ab statuto tactis scripturis, non satisfit si præstetur præsentibus scripturis, non tamen tactis.*
30 *Iuramẽti in præstatione inspiciẽdus est mos regionis*
31 *Iuramenti in præstantia sufficit quod tangatur quælibet scriptura sacra vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura.*
32 *Notarius in causis hæreticorum electus ab Episcopo, seu Inquisitore potest eligi clericus, & in sacris constitutus, & etiam Religiosus, qui Notarius esset antequam Religionem ingrederetur.*
33 *Episcopi, Inquisitores, & eorũ substituti, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio, quomodo, puniantur, ostenditur, & n. 34.*
35 *Dictio,* &, *copulat.*
36 *Hæretici mentales an incurrant excommunicationem contra hæreticos comminatam, ostenditur, & num. 37.*
38 *Constitutio humana punire potest crimen omnino occultum.*
39 *Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus.*
40 *Episcopus, vel Inquisitor si omiserit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter euitanda scandala, non incurrit pœnas in hoc §. comminatas.*

Clem. Multorum. I.

NE Inquisitionis officium, quod ad augmentum Fidei noscitur institutum, in fidelium cedat detrimentum, si Inquisitores ipsi sui officij metas excedant, ideò Inquisitionis negotium tam per Episcopum diœcesanum, quàm per Inquisitores sine carnali amore, odio, vel timore, seu affectione commodi temporalis exerceri debet. Et quamuis quilibet ex prædictis possit citare, arrestare, capere, ac tutæ custodiæ mancipare etiam in compedibus, vel manicis ferreis, & inquirere contra illos, prout in Domino visum fuerit; non potest tamen Episcopus sine Inquisitore, nec Inquisitor sine Episcopo, aut eius Officiali, vel Episcopali Sede vacante super hoc delegato (si intra octo dies postquam sese requisierint adinuicem alterius copiam habere possint) duro tradere carceri, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, & si secus præsumptum fuerit nullum sit, & irritum ipso iure. Si autem neuter eorum nequeat, vel nolit personaliter conuenire, tunc poterit Episcopus, vel eius Officialis, seu delegatus Sede vacante committere suas vices, aut per litteras suum consilium, vel consensum Inquisitori significare, & è contra; ita habetur vsque ad §. *Propter* inclusiuè. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag.* 102. Alagon. *in compend. pag.* 658. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* 1

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. *in §. porrò*, desumunt Rojas *sing. 27. n. 5.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 34. num. 22. & num. 37. & 38.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 8. num. 4.* Gondisal. *eod. tract. q. 8. n. 3. & 4. & q. 13. num. 8. in fine*, Carrer. *in simili tract. num. 72. 73. & 86.* Clar. *§. hæresis num. 5. vers. sed si quis*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 11. & cap. 22. num. 15. & cap. 29. num. 6.* Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 3.*

part.3.q.47.n.1.cum seqq. latè cum ampliationibus, & limitationibus Farin. *de heresi quæst.* 186. §.5.*num.*67. *cum multis seqq.*

3 *Super quo ipsius conscientiam oneramus*, &c.] De vi, & effectibus huius clauſ. dixi *in tract. de clausulis usufreq. claus.* 24. secundùm Lugd. impreſſ.

4 *Tam per Diœcesanos Episcopos, quam per Inquisitores*, &c.] Notatur ad hoc quòd Inquisitor est competens iudex in causis hæreticorum, vt per Gondisalu. *in tract. de heretic. q.7. num.8. versic. & etiam Inquisitores*, Carret. *in simili tractat. n.*84. Azor. *institut. moral. part.1. lib.8. cap.18. q.1.* Farin. *de heresi quæst.*186. §.2. *num.*17.

5 *Duro tamen tradere carceri*, &c.] Intellige quòd hic text. ait de Episcopo sine Inquisitore, & Inquisitore sine Episcopo non valente hæreticum in duro, & arcto carcere ponere, vt procedat quando hoc vellet facere ad pœnam, secus ad custodiam, vt quia fortè alibi custodiri non possit, vt per Gondisalu. *in tract. de heresi q.8. n.*3. & 4. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.*33. *cap.7. n.1. versic. primum.* Eymer. *in direct. Inquisit. p.3. q.47. n.2.* Dec. *d. lib.5. c.22. n.6.* Farin. *loco proxime citato, num.*75.

6 *Intra octo dierum spatium*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquisitorem, & è contra Inquisitor Episcopum, vt intra octo dies insimul conueniant ad præmissa resoluenda, vt per Bonif. de Vital. *n.*51. & 66. *in* 24. *notab* & Zabar. *in* §. *auro, num.1. in notab.*1. Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo expectare*, Squillacen. *in tract. de Fide Cathol. c* 40. *sub. n.*1 Farin *de heresi q.* 186 §.6. *n.*98. & 109. dicit quòd hic terminus octo dierum currit à tempore, seu à die requisitionis factæ. & *n.*110. subdit quod potest re integra requisitus Episcopus, seu Inquisitor admitti ad causam si conuenire & interesse voluerit.

7 Intellige vt vnica tantùm sufficiat requisitio, sicut docet gloſſ. *hic verbo requisierint.* & Anchar. *n.4. vers. sufficiat*, Imol. *n.*12. *vers. deinde.* Bonif. de Vital. *num* 64. Campeg. *in addit. ad Zanchin. in tract. de heret. c.8. litt. D, verbo torquere*, Decian. *lib.5. c.29. n.6. vers. sed sufficeret semel requirere*, Farinac. *vbi proximè, n.* 99. In qua non est necesse exprimere terminum octo dierum, qui propterea ipso iure statim currit, Farin. *citato loco n.* 100. & sufficit huiusmodi requisitionem facere per nuncium, vel epistolam, & ad domum, ex eodem Farin. *n.*101. *vbi sup.*

8 *Verùm si Episcopus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus requisitus ab Inquisitore, & Inquisitor requisitus ab Episcopo noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per litteras suum consilium, & consensum significare, vt per Imol. *n.*13. Bonif. de Vital. *n.*70. & *n.*80. *cum seqq.* Eymer. *in direct. Inquisit. p.3. q.49.* vbi Penia *commento* 98 Farin. *d. q.*186. §.6. *n* 103.

9 *Vel Episcopali Sede vacante*, &c.] Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in cognitione causarum hæreticalium, vt per Decian. *d. lib* 5. *c.*21. *n.*15. Farin. *d. q.*186. §.11. *n.*187. vbi *n.*179. ampliat in quasi Sede vacante, & *n.*181. limitat quoad exemptos.

10 *Vel tormentis exponere*, &c.] Limita non procedere in torturam testibus infligenda pro eruenda veritate, quam Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore infligere potest, secus si contra testem falsum procedi valeat ad pœnam ordinariam, ita Eymer. *in direct. Inquisit. p.3. q.*73 vbi Penia *commento* 122. & *ead. p.3. q.* 53. *commento* 120. *vers. sed hoc intelligendum est*, Farin. *d. q.*186. §.2. *num.*75.

Non valebit.] Hoc verbum præcedente negatiua 11 denotare ipso iure, resoluit Sayr. *in claus. Regia, lib.3. c.8. num.*26.

Nullum sit irritum ipso iure.] Ex his verbis colligit 12 Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.*46. & 47. *C. de reuoc. donat.* quòd quando in Constitutione est duplex siue geminatum verbum futuri temporis, tunc importat latam sententiam.

Super illis committere vices suas, &c.] Ergo Episco- 13 pus, & hæreticæ prauitatis Inquisitores possunt in causis hæresis committere vices suas, vt per Couar. *var. l. 3. cap.10. n.3. vers. quartè*, Farin. *fragm. crimin. part.1. lit. D, num* 71.

In gloſſ *Duro.* Notatur ad hoc quòd carcer debet 14 dari secundùm personarum, & delicti qualitatem, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.1. verbo heretici*, §.22. *pag.* 171.

In gloſſ. *Tormentis.* ibi, *puto autem quòd ieiunia*, &c. 15 Notatur ad hoc quòd Inquisitor loco torturæ potest etiam ad eruendam veritatem ieiunia imponere, per ieiunium enim corpus torquetur, vt per Simanch. *de Cathol. instit. tit.34. rubr. de Inquisitoribus Apost. n.*39. vbi subdit Inquisitorem sine Episcopo hoc tormenti genus imponere non posse. Farin. *de heresi quæst.*185. §.8. *num.*138. vbi notat hodie hoc tormenti genus non seruari cum ieiunia non iudicantur nisi loco pœnitentiæ.

In gloſſ. *Contra eos.* ibi, *sed nunquid pro eis*, &c. No- 16 tatur ad hoc quòd si alicui tributa sit à lege facultas condemnandi, & absoluendi, & deinde ei auferatur facultas condemnandi, non tamen dicitur sublata potestas absoluendi, vt per Socin. *reg.4. vers. secundo fallit.* Clar. §. *heresis, num.*6 Menoch. *de arbit. lib.1. quæst.*43. *num.*19.

In ead. gloſſ. ibi, *Sed ita est*, &c. Notatur ad hoc quòd 17 Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo proferre potest sententiam absolutoriam, vt per Decian. *in tract. crimin. lib.5. c.2. n.*11. & *c.*12. *n.*11. vbi testatur de magis communi, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib* 3 *q.4. rubr. de expedit. processus in causis Fidei, in fine.* vbi ita vsu receptum esse testatur, Farin. *de heresi q.*186. §.3. *n.*60.

Contrarium tamen tenent Simanch. *de Cathol. in-* 18 *stit. tit.3. num.8.* & 9. Zanchin *de heret. cap.8. litt. E, in verbo diffinitiuam*, Rojas *sing.*27. *num.*7. Carrer. *in tract. de heret. num.*71 Azor. *instit. moral. part.1. lib.8. cap.18. quæst.*16 D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §.1. *num.*478. *ff. de iudic.*

In gloſſ *Sede vacante.* ibi, *quia nondum habet litteras*, 19 &c. Notatur ad hoc quòd litteræ debent esse expeditæ, vt non dicatur Ecclesia vacare, ac Episcopus possit administrare, vt per Imol. *hic num* 3. *vers. gloſſ. vacante.* Cardin. *num.5. in fine*, Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante prælud.7. num* 14. Abb. *in cap. qualiter in* 1. *not. de elect.* Dec. *in rubr. de constitut. num.*421. Cassador. *decis.8. n* 5 *de restit spoliat.* Selu. *de benefic. p.2. q.15. in princip.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.15* §.2. *num.*34. *cum seq.* vbi obseruat quòd licèt huiusmodi Doctores simpliciter loquantur quòd sit necessaria expeditio litterarum, non tamen excludunt illarum transportationem, ostensionem, & præsentiam, immò illam præsupponunt, ex quo ad id probandum allegant *Extrauag. iniuncta, de elect. inter communes*, quæ de litterarum ostensione, & præsentatione expressè disponit, ac decretum irritans continet, & graues pœnas non solùm vtenti iurisdictione, sed etiam Capitulo, seu Conuentui admittenti ad possessionem, seu iurisdictionis exercitium, ante dictarum litterarum præsentationem, ita fuit resolutum, & declaratum *in Burgen. Canonicatus* 3. *Iunij* 1582.

coram

coram Cardin. Lancelloto seniore quod hodie nulla caret difficultate, cùm per *reg. 2. aliàs 3. Cancel. in nouis.* exprefsè dicatur quòd duret vacatio Sedis Episcopalis vsque ad prouisionem illius Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam pacificam possessionem.

20 In gloss. *Capituli*, Notatur ad hoc, quòd Capitulum mortuo Prælato non succedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt per Nauarr. *cons.* 28. *sub tit. de tempor. ordin. in antiq.* Flamin. *de resignat. benefic. lib* 7. *quæst.* 23. *num.* 13. *&* 25. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *quæs.* 8. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *c.* 7. *num.* 2.

21 In glos. *Requisierint.* ibi, *in requisitione non est necesse terminum exprimi, sed ipso iure statim currit.* Vide Duen. *reg.* 271. *ad fin.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 23 Farin. *d. quæst.* 185. *n.* 100.

22 In glos. *Ipso iure.* ibi, *quòd si interlocutoria*, &c. Notatur ad hoc quòd datur appellatio in crimine hæresis à decreto torturæ, vt per Ioan. de Imola *num.* 13. *vers. per hoc dicit gloss. in præsenti*, Simanch. *in enchirid. viol. relig. tit.* 52. *rubr. de tormentis, n.* 11. *& tit.* 65. *rubr. de appellat. num.* 2. Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *rubr. de appellat. n.* 121. vbi Peña *commento* 31. *lit. A, pag. mihi* 487. Farinac. *de hæresi. quæst.* 185. §. 15. *n.* 235. vbi subdit quòd non obstante appellatione poterit iudex ad torturam deuenire quando appellatio ab illius decreto fuerit calumniosa, & sic quando videt ex processu legitima extare indicia ad torquendum.

23 In ead. gloss. ibi, *lex permittit tunc appellare, quia grauamen tolli non posset per appellationem interponendam*, &c. Notatur ad hoc quòd à decreto, vt quis tormentis subiiciatur, appellari potest cum afferat grauamen irreparabile, quod in diffinitiua reparari non valeat, vt per Hyppol. *in l.* 1 *ff. de quæst. num.* 34. Clar. §. *fi. q.* 64 *num.* 27. Azeued. *l.* 3. *num.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 642. *vers. secundò.* Zerol. *in praxi Episcopali, p.* 1. *verbo appellatio*, §. 9. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *tit. de appell. resolut.* 13. *num.* 15. Sigism. Scacc. *in tract. de appellat. q.* 17. *limit.* 47. *à num.* 143.

§. Sanè,

24 Carcer quilibet Inquisitionis debet esse communis Episcopo, & Inquisitori, & habere duos custodes principales, discretos, industriosos, & fideles. vnum, quem volet Episcopus, cui ille prouidebit, alterum, de quo voluerit Inquisitor, cui etiam ipse prouidebit, & quilibet eorum poterit habere sub se fidelem, & bonum ministrum. In quolibet etiam conclaui eiusdem carceris, siue muri, erunt duæ claues diuersæ, quarum vnam vnus, alteram alter custos habebit, & quando est ministrandum carceratis, poterit committere, vel subdelegare ministro. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in princ. text.* citati.

25 Hoc idem ex hoc text. desumunt Simanch. *de Catholic. instit. tit.* 16. *de custodia reorum, per tot.* Zanchin. *in tract. de hæret. c.* 8. *num.* 4. *versic etiam ambo prædicti*, Gondisalu. *in simili tract. q.* 11. *num.* 6. 11. *&* 13. Læl. Zech. *in summ. part.* 1. *tit. de Fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *n.* 14. *vers. etiam potest habere carcerem*, Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *rub. de modo interrogandi reum, n.* 75. vbi Penia *commento* 18. *lit. C.* & latiùs *d. p.* 3. *q.* 58. *cum duabus seqq.* vbi Penia *commento* 107. 108. *&* 109.

§. Porrò.

26 Coram Episcopo, vel Sede vacante coram Capitulo, & Inquisitoribus, vel eorum substitutis custodes prædicti antequam suum officium exequantur, ad Sacra Dei Euangelia corporaliter à se tacta iurabunt; quòd fideliter adhibebunt omnem diligentiam ad custodiam incarceratorum pro hæresi, & quòd vnus non loquetur alicui carcerato in secreto, quin alter custos audiat, & quòd fideliter, & absque diminutione ministrabunt incarceratis prouisionem, quam recipiunt ex communi ordinatione, & id quod à parentibus, amicis, vel aliis fidelibus offertur, dum Superiores non contradicant; similiter iurent coram Episcopo, & Inquisitore; etiamsi carceres non sint communes, sed solius Episcopi: item Notarij Inquisitionis iurabunt coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis exercere fideliter suum officium, idemque faciant aliæ personæ necessariæ ad prædictum officium exequendum. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in principio text.* citati.

Iurabunt suum officium fideliter exercere.] Notatur ad hoc, quòd Notarij Inquisitionis debent iurare suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis ab eis, vt per Imol. *num.* 17. *vers. Glossa iurabunt*, Bonifac. de Vital. *num.* 148. *cum seq. in præsenti*, Campeg. *in addit. ad Zanchin. c.* 9. *lit. B. vers. debet itaque Inquisitor*, Rojas *sing.* 142. Penia *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 19. *commento* 68. *vers. illud est tamen*, Farin. *de hæresi, q.* 185. *n.* 11. 27

In gloss. *Tacta.* ibi, *sed requiritur tactura Euangeliorum.* Notatur ad hoc, quòd tactura Euangeliorum est necessaria in iuramento, vt per Abb. *in rubr. de iureiurand. num.* 2. *& in cap. quamuis pactum in initio, part.* 1. *num.* 7. Menochius *cons.* 37. *num.* 52. Ioseph. Ludouic. *commun. conclus. tit. de iureiurand. concl.* 6 & plures alios, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 108. *num.* 6. quibus addo Gonzal. *ad regul.* 8 *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *in annot. num.* 111. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 108. *num.* 14. Sayr. *in claui Regia, lib.* 5. *c.* 1. *num.* 12. 28

Vnde non satisfieri statuto exigenti iuramentum tactis scripturis si præstatur iuramentum præsentibus scripturis, non tamen tactis per hanc glos. tenet Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 98. 29

In eadem gloss. ibi, *apud Italicos interpretatur consuetudo*, &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti inspiciendus est mos regionis, vt per Tiraq. *de nobil. c.* 37. *n.* 136. 30

In ead. gloss. ibi, *quòd sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere.* &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti sufficit quòd tangatur quælibet Scriptura sacra vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura, vt per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *c.* 4. *num.* 171. 31

In gloss. *Notarij.* ibi, *qui possunt esse constituti in Sacris, & Religiosi.* &c. Notatur ad hoc, quòd Notarius in causis hæreticorum electus ab Episcopo, seu Inquisitore potest eligi Clericus, & in Sacris constitutus, & etiam Religiosus, qui Notarius esset antequam Religionem ingrederetur, vt per Ioannem de Imola *num.* 17. & Bonifac. de Vitalin. *num.* 149. Ioan. à Rojas *sing.* 133. Zanchin. *in tract. de hæretic. c.* 9 *lit. B. vers. adde rursus*, Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *q.* 18. *&* 19. vbi Penia *commento* 67. *&* 68. Farin. *de hæresi, q.* 185. §. 1. *num.* 10. 32

§. Verùm.

Episcopi, Inquisitores, & eorum substituti sub præcepto sanctæ obedientiæ discretè, & promptè procedere debent contra suspectos, vel diffamatos de hæresi ne malitiosè, aut fraudulenter talem labem falsò alicui imponant; quòd si odio, gratia, amore, lucro, procedunt, vel innocentes vexant, tunc Episcopus, vel 33

vel Superior est suspensus ab officio per triennium, alij verò sunt excommunicati ipso facto, à qua excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem, nequeunt, præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte priuilegio suffragante. Colligunt ex Ordin. Doctores *in principio text.* citati.

34 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. colligunt Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 34. *n.* 40. Eymer. *in direct. Inquis. part.* 3. *q.* 24. *num.* 2. vbi penia *commento* 73. latè Farin. *de heresi, q* 186 §. 9. *num.* 145. *cum seqq.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 21. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 100. Couarr. *pract. cap.* 36. *n.* 21. Gambar. *de casibus reseruat. cap.* 7. *num.* 1. & 2. Raines. *in catalogo censurarum extra Bullam, c.* 6. *excomm.* 1. Filliuc. *tract.* 25. *n.* 206. *vers. prima*, & *n.* 207. ego ipse *de officio*, & *potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 95. secundùm Lugd. impressionem.

35 In gloss. *Et Conscientiam.* ibi, *nota quòd & copulat.* Ita Menoch. *cons.* 111. *n.* 9 & *cons.* 117. *n.* 54. Bernardin. Muscatel. *in tract. de cognit. delict. tit. de receptator. n.* 18. Cened. *post tract. practic. & canon. quæst. sing.* 50. *n.* 1. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 828. *n.* 87. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7 *proœm. num.* 123. & *gl.* 3. *n.* 1. & refero ego ipse *in tract. de diction. vsufr. dict.* 110. *num.* 4.

36 In gloss. *Eo ipso.* Probat hæc glos. hæreticum omninò mentalem incurrere excommunicationem contra hæreticos comminatam, quam sententiam sequuntur hic Card. Anch. Imol. & Vital. *n.* 183. Albert. *de heret. q.* 30. Bursat. *cons.* 14. *num.* 5 & 9. Tiraq. *in l si vnquam verb. reuertatur, num.* 240. *C. de reuocand. donat.* Albert. Pygh. *de Eccles. hierarchia, lib.* 6. *cap.* 6. *circa med.* Rojas *de heret. p.* 1. *n.* 146. Azeued. *l.* 1. *num.* 151. *cum seq. tit.* 3. *lib.* 8. *noua Recopil.* Clar. §. *fi. q.* 91. Menoch *de arbitr. casu* 360. *n* 6. Spin. *in speculo testam. gloss.* 7. *n.* 13. *cum seq.* Cantera *in q. crim. part.* 2 *c.* 1. *num* 8. Ceual. *communium contra communes, q* 698. Salas *de legib. disp.* 9. *sect.* 1. §. *resolutio auctoris*, Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 10. *vers. in hac itaque*, & *lib.* 8. *cap.* 10. *quæs.* 3.

37 Contrariam tamen sententiam, nempe excommunicationem non incurri per hæresim mentalem, sed requiri quod sit verbo, aut facto exteriùs prolata, ac proinde Ecclesiam quoad censuras Ecclesiasticas non habere potestatem in actibus merè internis, tenent Driedon. *de libert. Eccles. lib.* 3. *cap.* 5. *circa fin.* Couarr. *in reg. peccatum, p.* 2. *in princ. n.* 7. Nauarr. *in man. cap.* 11. *n.* 17. & *c.* 23. *n.* 38. & *c.* 27. *n.* 56. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 42. Aragon. 2. 2. *q.* 11. *a* 3. ibi Ban. *a.* 4. Henriq. *in summ. lib* 4. *c.* 4. §. 1 *in comm. lit. D.* Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 9. §. 12 Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 13. *n* 4. 5. & 38. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Veg. *in summ p.* 1. *c.* 54. *casu* 1. & *c.* 85. *casu* 26. & *c.* 125. *casu* 10. Petr. de Ledesma *in summ p.* 2. *tract.* 1. *c.* 9. & 10. Gabr. Vasq 2. 2. *tom.* 2 *disp.* 160. Sayr. *de censur. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 14. & 15. & *lib.* 3. *c.* 4. *à n.* 20. Soar. *eod. tract. tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 2. & *disp* 4. *sect.* 2. & *sect.* 3. *à n.* 5. Auila *in simili tractat. p.* 1. *dub.* 10. & *p.* 7. *disp.* 2. *dub.* 1. Carbo *de legib. lib.* 8. *disp.* 14. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 2. *disp.* 1. *col.* 2. *sub lit. E.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n* 91. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 8. *n.* 2.

38 Notatur etiam hæc gloss. ad hoc, quòd constitutio humana punire potest crimen omninò occultum, vt per Gregor. Lopez *l.* 2. *verb. non merece, tit.* 31. *p.* 7. Perez *tit* 4 *lib.* 8. *Ordin pag.* 84. Paul. Comitol. *responsor. mor. lib.* 1. *q.* 63. *n.* 5. & 6.

39 In gloss. *Excommunicationis.* ibi, & *vbi sic determinatum est*, *videtur quòd non possit Superior absoluere*, &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus, vt per Gutierres *canon. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 6.

In gloss. *Obtenta.* ibi, *vbi verò*, &c. Notatur ad hoc, 40
quòd si Episcopus, vel Inquisitor omiserit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter vitanda scandala non incurrit pœnam in hoc §. contra illos comminatam, vt per Vmbert. Locat. *in indic. Inquisit. num.* 149. Farin. *dict. quæst.* 186. §. 9. *n.* 149.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Inquisitoris Officium nulli, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committi debet.*

3 *Bona clerici hæretici habentis beneficium Ecclesiasticum applicanda sunt Ecclesiæ in qua illud obtinet vel stipendia accipit.*

4 *Bona Clericorũ patrimonialia propter hæresim confiscata applicantur fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia.*

5 *Bona clericorum licet propter hæresim confiscẽtur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ etiam illi per clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure.*

6 *Excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulorum Sede vacante commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitoris illicitè sumunt pecuniam aliquam, & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ.*

7 *Verba.* Excommunicationis sententiæ subiaceat, *denotant, ipso iure.*

8 *Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione sua persona, vel familia sua, & ad capiendum hæreticos.*

9 *Familiares Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt.*

10 *Arma qui officiales, & familiares Inquisitionis deferre possint, ostenditur.*

11 *Constitutio in qua adest dictio, ex tunc, statim ligat à tempore promulgationis ipsius.*

12 *Lex statim, & incontinenti ligat cunctos ex ipso quod promulgata est obseruari.*

13 *Constitutio quoties exprimit à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas.*

14 *Inquisitor in crimine hæresis imponere potest etiam pœnam pecuniariam Sanctæ Inquisitionis Officio applicandam*

15 *Commissariorũ nomine veniunt Vicarij Inquisitorũ.*

16 *Episcopi non includuntur nomine Inquisitorum.*

17 *Pecunia extorsio debet esse prætextu officij Inquisitionis, vt sit locus pœnæ huius text.*

18 *Inquisitores, & Commissarij incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis extorquendo prætextu Sancti Officij non solum pecuniam, sed etiam omnem aliam rem.*

19 *Pecuniæ appellatione largè sumpto vocabulo venit quodcunque pecunia æstimabile.*

20 *Absolutio ab excõmunicatione de qua in hoc text. præstita ab inferiore valet in articulo mortis non præmissa reali satisfactione, & excusante paupertate.*

21 *Ordinarij Episcopi possunt absoluere de excommunicatione non reseruata Sedi Apost.*

22 *Iudex Confiscans bona Ecclesiæ ignoranter, nesciens scilicet bona esse Ecclesiæ, non incurrit excommunicationem, de qua in hoc text.*

13 *Ho*

23 *Hæreticus si fuerit aliquis Monachus alicuius Ecclesiæ Prælatus, cũ id quod acquirit, nõ sibi, sed Ecclesiæ acquirat, ideò eius bona confiscari non possunt.*
24 *Clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, si habeat stipendia à pluribus Ecclesiis, ipsius bona inter illas diuiduntur.*
25 *Probare posse dicitur, qui habet vnum testẽ integrum.*
26 *Boni viri tacent illud, quod probare non possunt.*

Clem. Nolentes. II.

1 INquisitionis Officium committi non debet, nisi attingenti quadragesimum annum. Deputati ab Inquisitore, vel Episcopo, aut Capitulo Sede vacante ab aliquo prætextu officij Inquisitionis pecuniam non extorqueant, nec attentent applicare fisco bona Ecclesiæ ob delictum clericorum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua non absoluantur, nisi plenè satisfecerint dominis, seu in mortis articulo: Notarij verò, Officiales, fratres, & socij, qui hoc sciuerint, illos in secreto arguant, & corrigant, & si probare possunt, denuncient Superioribus, qui amoueant tales ab officiis. Denique præcipitur Inquisitoribus, vt non abutantur concessione portandorum armorum, nec habeant plures officiales, nisi necessarios, qui se conferant cum Inquisitoribus ad officia exequenda. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Imol. Zabarell. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 106.* Alagon. *in compend. pag. 659.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 *Nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint.*] Notatur ad hoc quòd Inquisitoris officium nulli nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committi debet, vt per Decian. *tractat. crimin. lib. 5. c. 22. n. 3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 18. q. 4.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. n. 122.* Conrad. Brun. *in tract. de heret. lib. 4. c. 2.* Iacob. Simanch. *in enchirid. tit. 7. n. 2. & 3.* Perez. *l. 3. glos. 1. p. 134. tit. 4. lib. 8. Ordin.* Farin. *de heresi, q. 186. §. 2. n. 46. cum seqq.* vbi ampliat & limitat.

3 *Fisco etiam Ecclesiæ applicare, &c.*] Verba hæc, quæ de fisco Ecclesiæ mentionem faciunt non esse ad fiscum Prælatorum, sed ad fiscum Romanæ Ecclesiæ, & Cathedralis referenda aduertit Couar. *var. lib. 2. c. 9. num. 11. in fine.* Sed hoc cum declaratione accipiendum est, nam bona clerici hæretici habentis beneficium ecclesiasticum applicanda esse Ecclesiæ, in qua beneficium obtinet, vel stipendia accipit, resoluunt Conrad. Brun. *de heret. lib. 5. c. 6. num. 8.* Gondisal. *eod. tract. q. 15. n. 2. vers. bona autem,* Clar. *§. heresis, n. 11. v. item bona condemnatorũ,* Simanch. *de Cathol. tit. 9. n. 89.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 31. n. 7. ad finem,* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 83. art. 2.* Ceual. *commun. contra commun. tom. 4. q. 897. n. 24.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 20. num. 3. cum seqq.* Peregr. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum bona,* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 44. num. 2. in princ. vers. fiscus autem Ecclesiæ,* Farinac. *de heresi. q. 190. §. 11. num. 155.* vbi *num. 156.* reprobat aliquos contrarium tenentes, & *num. 157.* an diuidenda sint bona clerici hæretici inter Ecclesias, à quibus stipendia recipit, de
4 quo *infrà num. 14.* Quoad bona verò clericorum patrimonialia propter hæresim confiscata resoluendum est applicari fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia, vt per Sylu. *in summ. verbo hæreticis, §. 1. num. 13. vers. si sunt clerici,* Burs. *cons. 43. num. 37.* Carrer. *in tract. de heret. num. 135. ante med. vers. bona vero clericorũ,* Decian. *dict. loco vers. & si clericus nulla stipendia.* Brun. Peregr. Clar. *citatis locis,* & alios plures, quos refert, & sequitur Farinac. *dict. §. 11. n. 158.* vbi *num. 159.* reprobat contrarium tenentes.

Nec scientes attentent Ecclesiarum bona, &c.] Nota- 5
tur ad hoc quòd quamuis propter hæresim bona clericorum confiscantur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ, etiam illi per Clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure, vt per Carrer. *in tract. de heret. n. 135. ante fin. vers. limita tamen,* Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3. q. 112. vers. est tamen considerandum,* vbi Peña *commento 161. vers. quo autem plenius,* Sanch. latè declarantem *lib. 2. c. 20. à princ.* Farin. *d. q. 190. §. 11. n. 162.*

Excommunicationis sententia eos subiacere, &c.] No- 6
tatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulum Sede vacante Commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitionis illicitè sumunt pecuniam aliquam & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ, vt per Nauarr. *in man. c. 27. n. 142.* Gamb. *de casib. reseru. cap. 15. n. 13.* Filliuc. *tract. 14. num. 168.* ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 50. n. 228.* secundùm Lugdun. impress. quibus addo Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 20. n. 3.* Farin. *de heresi q. 186. §. 7. n. 134. cum seqq.* latè Bonacin. *de excommun. in particulari extra Bullam Cœnæ disput. 1. q. 10. puncto* 7
10. per tot. Verba enim supradicta denotare latam sententiam tradit Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur, num. 149. C. de reuocand. donat.*

Vt ne abutantur quomodolibet concessione portationis 8
armorum, &c. Notatur ad hoc quòd Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione suæ personæ, vel familiæ suæ, & ad capiendum hæreticos, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 56.* &
ibi Peña Farin. *de heresi. q. 186. §. 6. num. 90.* Familiares 9
Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt, vt per Ioan. Rojas *sing. 21. n. 7. vol. 2.* Lucer. *Inquis. verbo Inquisitor. n. 14.* Paul. Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 32. n. 17.* Roland. *cons. 37. n. 9. vol. 4.* Menoch *de arbitrar. casu 394. num. 66.* Iacob. Simanch *de Cathol. instit. c. 34. num. 24. & c. 41. num. 15.* Peña *in direct. Inquisit. part. 3. q. 56. cõmento 105. fol. mihi 631. col. 1. vers. rursus arma*
deferre, vbi dicit hanc armorum licentiam non solùm 10
dandam esse Officialibus destinatis ad denunciandos hæreticos, sed etiam cæteris, qui quauis alia ratione Sancto Officio inseruiunt, velut Aduocatis, notariis, consultoribus, custodibus, aut illi qui aduersus hæreticos publicè scribunt, dummodo non sint personæ scelestæ, & alienigenæ, nec Iudæis, aut aliis infidelibus conuersis, tales enim non facilè, & non nisi ex magna causa creandi sunt familiares S. Officij, refert Farin. *de heres. q. 182. §. 6. n. 91.* vbi *n. 92.* ex hoc text. intelligit supradictam concl. dummodo præfati Officiales armorum delatione, & Inquisitores licentiarum concessione non abutantur.

In glos. *Ex tũc.* ibi, *voluit Papa per hoc quòd hæc pars* 11
Constitutionis statim ligaret, &c. Notatur ad hoc quòd constitutio in qua est dictio, *ex tunc,* statim ligat à tem-
pore promulgationis illius, vt per Rebuff. *ad l. 13. vers.* 12
idem ff. de verb. signific. Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 2. gl. … n. 86.* Lex enim statim, & incontinenti ligat cum vult eo ipso quòd promulgata est, obseruari, vt per hanc glos. tenent Menoch. *de arbitr. casu 185. num. 3.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 5. num. 6.*

In ead. glos. ibi, *non quoad hoc quòd contra facien-* 13
tes, &c. Notatur ad hoc quòd quoties constitutio exprimit à quo tempore debeat obligare afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licèt non afficiat quoad alias pœnas, vt per Sayr. *d. c. 5. n. 12.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 17. n. 10.* Farin. *in praxi crim. p. 4. cons. 65. n. 3.*

num.74.& cons.204.num.50.& cons.410. n.26. Surd. *decis.66.n.3.* Peregrin. *de fideicomm. art.12.num.43. & art.25.num.8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.120. n.26.* Sanchez *in pracepta Decalogi, tom.1. lib.7.cap 9.num.13.* Fusar. *de substitut. q.326. num.1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quast.25 n.17. & 18.* Rota coram Reuerendiss. Domino meo Coccino inter eius impressas *decis.111.n.8. & decis.480. n.3* & alios plures, quos refero *in tractat. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. appell.129.n.1* Rot. *in Romana, seu Pranestina fideicommissi de Columna 2. May.1625.* coram R.P. Vbaldo seniori.

8 In ead. gloss. ibi, *appellatio enim filiorum regulariter non comprehendit nepotes.* Ita Menoch. *dict. lib.4. pras. 94.& cons.328.n 4.& cons.347.* Surd. *de aliment. tit.9. quast.36.& decis.73.* Chald. Pereira *de potest. eligendi cap.5.num.2.* Valasc. *cons.140* & alij plures per me citati *in dict. tract. verbo filij.* Rot. *in dict. Romana, seu Pranestina fideicommissi*, vbi tenet quòd nepotes non veniunt in dispositione filiis onerosa, & incommoda, & allegat Bart. *in l. liberorum, n.5. & 6. ff. de verbor. signif.* quem sequuntur communiter Doctores *in l. Gallus, §. instituens ff. de liber. & posth.um. & in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.1.* Castr. *cons.97.n.3. lib.2.* Alexand. *cons.37.num.8.& cons.140.n.2. lib.6.* Dec. *cons.217.n.13.* Paris. *cons.31.n.16.l.2.* Curt. iun. *cons.111.n.2. & cons.135 num.8.* Gabr. *commun. tit. de verbor. signif. concl.1. num.8.*

9 In eadem gloss. ibi, *dic quòd ad parentum reuerentiam habetur ratio naturalium tantùm, sed quoad commodum liberorum, vel honoris non.* Illegitimus, seu bastardus an & quando contineatur nobilium appellatione, dixi *dict. tractat. de appellatiua verb. vtriusque iuris significat. appellat.163.n.7.*

10 Notatur etiam ad hoc quòd filiorum appellatione non veniunt qui sunt naturales tantùm, vt per Azor. *instit. moral. part.2. lib.2. cap.6 quas.11.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.157.n.8.*

11 In gloss. *Necessitas.* ibi, *Nobilitas, & literatura.* Notatur ad hoc quòd nobilitas, & literatura æquiparantur, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.5. num.5.* & dixi *in collect. ad cap. de multa, in fine de prabend. in Decretalib.*

12 In gloss. *Prasentiam.* ibi, *ex proposito.* &c. Notatur ad hoc quòd præsentia semper à lege requiritur ex proposito, & ad aliquid operandum, vt per Auendan. *ad l. 44. Tauri glos.14.n.4.*

13 In gloss. *Castigetur.* ibi. *arbitrariè.* Sequitur Menoch. *de arbitr. l.2. cent.5. casu 431.*

De reliquiis, & veneratione Sanctorum.

Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Festum Corporis Christi pracipitur quotannis celebrari, & indulgentia conceduntur iis, qui in festo, vel infra octauam Officio, vel horis interierunt.*
2 *Institutio festi Corporis Chr. vbi tractetur remissiuè.*
3 *Officium Corporis Christi fuit compositum a S. Thoma Aquinate.*
4 *Lex pracipiens in virtute sancta obedientia obligat transgressorum ad mortalem culpam.*
5 *Dies Ecclesiasticus quoad ad indulgētias, & catera priuilegia cōstituitur à Vesperis in Vesperas inclusiuè.*
6 *Indulgentia, qua relaxatur de iniunctis pœnitentiis, quid importet, ostenditur.*
7 *Indulgentia vbi conceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, an ad illam consequendam teneantur ingredi, vel sufficiat orare prope templum si pra multitudine gentium ingredi non possint, ostenditur, & n.8.*
9 *Chronicorum & historiarum exemplum probat.*
10 *Opus bonum factum ex voto plus meriti habet, quàm aliud non ex vi voti factum.*

Clem. Dominium. Vnic.

ESTVM Corporis Christi in virtute sanctæ obedientiæ solemniter, & deuotè celebrari præcipitur singulis annis feria quinta post octauam Pentecostes, & certæ indulgentiæ conceduntur iis, qui in festo, vel infra octauam Officio, vel Horis interfuerunt, ac multa piè, deuotè, & doctè de Sanctissima Eucharistia referuntur. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Zabarel. Imol. Panor. Paul de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in rational. lib.3. pag.444.* Alagon. *in compend. pag.544.* remissiuè Ximenez. *in concordant. part.1. & 2.* 1

De festo Corporis Christi, & eius institutione agunt Azor. *instit. moral. part.2. l.1. c.14.* Vincent. Filliuc. *in summ. tom.1. tract.27. c.3. n.45.* 2

Officium sanctissimi Corporis Christi fuit compositum à S. Thoma Doctore Angelico iussu Vrbani IV. à quo in præmium retulit columnam argenteam, vt ex Naucl. & Genebr. refert Raguc. *de Missa in Ecclesia, quast.209. num.6.* 3

In virtute sancta obedientia. Per hæc verba lex obligat transgressores ad mortalem culpam, vt per Sayr. *in claui Regia. l.3. c.7. n.22.* 4

In primis ipsius festi Vesperis. Notatur ad hoc quòd dies ecclesiasticus quantum ad indulgentias, & cætera priuilegia, constituitur à Vesperis in Vesperas inclusiuè, vt per Tiraquell. *de retractu lig. §.1. glos.12 num.13.* 5

De iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Quid autem importet hæc indulgentia ostendit Ludouic. Beia *responsor. casuum Conscientia, part.1. casu 38. vers. hac eadem conclusio* Iul. Lauor. *de indulgent. part.2. c.16. n.12. cum multis seqq.* 6

In gloss. *In Ecclesia.* ibi, *patet quòd non sufficit interesse Horis extra Ecclesiam,* &c. Ergo vbi conceditur indulgentia visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, ad illam consequendam necessariò debent fideles Ecclesiam ingredi, ita vt si ob gentium multitudinem ingredi non possint, non consequantur, quamuis orent propè templum. Ratio est quia indulgentia conceditur visitantibus aliquam Ecclesiam, & in ea orantibus, orare autem in Ecclesia non dicitur, qui eam non ingreditur, eo maximè quia Indulgentia tantum valet, quantum eius verba sonant: ita Mich. Zanard. *part.1. direct. Theologorum de sacramento Pœnitentia, cap.20 quas.40.* vbi ait quòd quando in diplomatibus dicitur, quòd eis indulgentia conceditur, qui talem Ecclesiam visitauerint, & in ea deuotè orauerint, ad acquirendam talem indulgentiam necessariò requiritur vt fideles ingrediantur in eam, quia oratio facta in valuis, non dicitur esse facta in Ecclesia, additque idem Zanard. quòd quando verba indulgentiæ habent tamen. *Qui talem Ecclesiam visitauerint,* sufficit ex ianua eam visitare, & indulgentia comparabitur. 7

Verùm alij ex præsumpta concedentis mente resoluunt, quòd quando quis Ecclesiam ingredi non 8
potest

potest propter populi multitudinem, consequatur Indulgentiam si oret foris propè ianuam Ecclesiæ, vt per Cordub. *in quæst. lib. 1. quæst. 31. not. 2.* Fr. Emm. *in sum. p. 1. cap. 184. num. 2.* Bouac. *de Sacram. disput. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 26.* Franc. Rodriq. *de Iubilæo cap. 3. num. 8.* Sed meliùs Soar. *tom. 5. de pœnit. disp. 32. sect. 1. num. 7.* ait attendenda esse verba concessionis indulgentiæ, itaut si in diplomate dicatur vt Sacerdos sacrificet in Ecclesia si Indulgentiam consequi voluerit, non satisfacit si sacrificet extra eam prope fores, quamuis ob confluentium multitudinem illam ingredi non possit? si verò præcipiatur, solum visitare Ecclesiam, poterit quis Indulgentiam consequi absque eo quòd illam corporaliter ingrediatur; si præcipiatur orare in Ecclesia, satis etiam est si prope fores Ecclesiæ oret, nam hic censetur moraliter in Ecclesia orare, & iuxta moralem loquendi modum talis oratio dicitur fieri in Ecclesia, quod præcipuè est verum, quando quis facit quod in se est, vt Ecclesiam ingrediatur, cum tamen ob populi multitudinem non possit.

9 In glos. *Vrbano*, in fine. ibi. *vt patet in chronicis.* Ergo Chronicorum, & historiarum exemplum probat, vt per Duen. *reg. 157.* Cassan. *in catalogo gloria mundi p. 10. consid. 46. ad fin.* Menoch. *cons. 378. num. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 105. num. 9. & concl. 287.* ac earum scriptoribus, etsi enunciatiuè loquantur, fides adhiberi solet in antiquis, Doct. *in l. 1.* vbi Bart. *num. 22.* Alex. *num. 34.* Ias. *num. 25.* Dec. *num. 21.* & Bolognet. *num. 39. ff. si certum pet.* Fel. *in cap. 2. n. 46. ff. de rescript.* Marsil. *in rub. C. de probat. num. 813.* Paris. *cons. 13. sub n. 233. & 252. vers. & quoniam, vol. 1.* Socin. iun. *cons. 76. num. 64. lib. 1.* Natt. *cons. 336. num. 41. vol. 4.* Roland. *cons. 2. num. 60. vol. 1.* Menoch. *cons. 378. num. 8. & cons. 701. num. 8.*

10 In glos. *se ipsum*. ibi, *quòd idem opus meritorium laudabilius est in vouente*, &c. Collige bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quàm aliud non ex vi voti factum, vt per S. Thom. *2. 2. q. 88. art. 6. & opusc. 17. c. 2. & opusc. 18. c. 3.* Nau. *in man. c. 12. n. 32. vers. quarto præsupponimus*, Pined. *in vita S. Ioannis Baptist. l. 3. art. 1. cap. 4. pag. 73.*

De Immunitate Ecclesiarum.

TIT. XVII.

SVMMARIVM.

1 Cap. clericis, hoc tit. lib. 6. *cum suis §§. renocatur.*
2 *Papa potest suam legem irritare, & reuocare quoad effectus iure humano ex ea sequutos.*
3 *Lex mandans sub obtestatione diuini iudicij obligat transgressores ad mortalem culpam.*
4 *Princeps vbicunque tollit constitutionem, mandans ea haberi pro infecta, tolluntur omnes actus etiam præteriti, & consummati.*
5 *Princeps facere potest vt res facta habeantur pro infectis.*

CLEM. Quoniam. Vnic.

1 REVOCAT, & pro infectis haberi vult *cap. clericis, hoc tit. lib. 6.* cum suis declarationibus. Colligunt ex Ordinar. Anchara n. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 552.* Alagon. *in compend. pag. 464.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Penitus reuocamus, &c. Notatur ad hoc quòd Pontifex potest suam legem irritare, & reuocare, quoad effectus iure humano ex ea sequutos, & non tantùm quoad in posterum incurrendos, vt non incurrantur, sed etiam quoad iam incursos, abolendo illos ac si ea lex edita nunquam fuisset, ita Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 7. n. 4.* 2

Sub obtestatione diuini iudicij.] Lex per hæc verba obligat transgressorem ad mortalem culpam, vt per Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 7. n. 22.* 3

In gloss. *Pro infectis.* ibi, *vide quanta est Papalis auctoritas*, &c. Notatur ad hoc quòd vbicunque Princeps tollit constitutionem mandans eam haberi pro infecta, tolluntur omnes actus etiam præteriti, & consummati, vt per Chald. Pereira *in responsio. pro Sebastiano Limpo numero 43.* Potest enim Princeps facere, vt res factæ habeantur pro infectis etiam quoad effectus præteritos, secundùm Tiraq. *de iure constit. p. 3. limit. 7. n. 47.* 4 5

Vnde ex hac gloss. colligit Pereg. *de iure fisci. l. 5. tit. 2. n. 58.* quòd cùm Princeps declarat confiscationem factam fieri non potuisse, & vult eam haberi pro non facta perinde ac si facta non fuisset, tunc omnia exinde sequuta retractantur. 6

In Librum IV. Clementinarum.

De Consanguinitate, & affinitate.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium scienter contrahens in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum Monialis, excommunicatus est ipso iure, & publicari debet, & vitari, idem in professo, & professa, vel constituto in Sacris, & n. 2.*
3 *Pœna imposita contrahentibus incestas nuptias per verba masculini generis, fœminas comprehendunt.*
4 *Masculinum verbum fœmininum sexum comprehendit etiam in pœnalibus quando respectu vtriusque eadem viget prohibitionis ratio.*
5 *Excommunicationem de qua in hoc text. non incurrunt illi, qui nuptias hic prohibitas ignoranter contraxerunt.*
7 *Ignorantia non tantum probabilis, & iusta, sed etiam crassa, & supina excusat ab excommunicatione, de qua in hoc textu.*
8 *Pœna imposita aduersus scienter gerentes actum prohibitum, non comprehendit eos, qui etiam per ignorantiam crassam illud committunt, nisi sit affectata.*
9 *Excommunicationem in hoc text. comminatam non incurrunt illi, qui no solùm matrimonium contrahunt factum ignorantes, sed etiam qui factum tenentes, ius tamen ignorant.*
10 *Matrimonium contrahentes si sint vel voto solemni adstricti, vel in sacro Ordine constituti, excommunicationem incurrunt ipso iure.*
11 *Excommunicatio de qua in hoc text. non incurritur si matrimonium ineatur cum infideli, cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis.*
12 *Lex vbi ponit pœnam facienti aliquid scienter, ignorantia probabilis, id est, inuincibilis, excusat.*
13 *Ignorantia affectata non excusat à pœnis scientiam, & præsumptionem exigentibus.*
14 *Ignorantia affectata æquiparatur scientiæ.*

14 *Matrimonium scienter contrahens in gradu consanguinitas, vel affinitatis prohibito, iste solus ligatur excommunicatione de qua in hoc text. non verò ignorans.*

16 *Matrimonium contrahens falsò putans subesse impedimentum consanguinitatis, &c. non ligatur excommunicatione de qua in hoc text.*

17 *Matrimoniũ bona fide, & cõscientia contrahentes, si postea impedimẽti conscij facti nihilominus in ipso matrimonio perseuerarint, an excommunicationem de qua in hoc text. incurrant ostenditur, & n. 18.*

19 *Excõmunicatio de qua in hoc text. incurritur etiamsi quis contrahat matrimonium cum consanguinea in gradu lege diuina, ac naturali prohibito.*

20 *Matrimonium licet non sit consummatum, nihilominus incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

21 *Sponsalia de futuro contrahentes non incurrunt excommunicationem de qua in hoc text.*

22 *Pœna apposita contrahentibus matrimonium non afficit contrahentes sola sponsalia.*

23 *Matrimonium si contrahatur metu cadente in virum constantem cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, non incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

24 *Absolutio excommunicationis de qua in hoc textu, Episcopo reseruatur.*

Clem. Eos, qui. Vnic.

1 Matrimonium scienter contrahentes in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, aut cum Monialibus, necnon Religiosi, & Moniales, ac clerici in sacris Ordinibus constituti, si contrahunt, sunt excommunicati ipso iure, & denunciati, ac euitari debent donec absoluantur, aliis pœnis contra sic contrahentes impositis in suo robore permansuris. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac de Vitalin. Viuian. *in ratiun. l. 4. pag.* 86. Alagon. *in compend. pag.* 589. remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Soar. *tom. 5. de censur. disput* 23 *sect. 5. num.* 23. Lauor. *de Indulgen. p. 2. c* 13. *n.* 33. Filiuc *tract.* 14 *n.* 67. *vers. quinto, & n.* 75. *&* 113. nouissimè Bonacin. *de cens. extra Bull. disp. 2. q. 2. puncto 7. & q. 4. puncto* 1 Merol. *tom. 1. disput. in uniuersam Theolog. moral. disp.* 1. *c. 2. n.* 249. *cum multis seqq.* Ego ipse *de officio Episcopi p. 3. alleg.* 50. *n.* 227. secundùm Lugdunen. impress.

3 *Eos, qui, &c.*] Ergo pœna excommunicationis in
præsenti præscripta aduersùs eos, qui in casibus hic
prohibitis matrimonium contrahere non verentur,
æquè locum habet tam contra masculos, quàm contra
fœminas, vt apertè probatur arg. text. *in l. qui contra C.
de incest. nupt.* vbi pœnæ impositæ contrahentibus in-
cestas nuptias per verba masculini generis, fœminas
etiam comprehendunt, vt ex litteras tex. manifestè fit,
idem expressè colligitur ex *l. si quis incesti, C. eod. tit.*
notant Costa *in cap. si pater* 1 *p. verbo vxorem, num.* 5.
Anton. Gom. *ad l. 8 Tauri in* 28. Valasc. *cons.* 15. *ferè*
4 *per totam* Facit in confirmationem, quia, vt magis etiam
receptum est, & iuris prudentiæ congruentius, in pœ-
nalibus masculinum verbum etiam fœmininum se-
xum comprehendit quando respectu vtriusque eadem
viget prohibitionis ratio, vt probant omnes per text.
vbi in l. si quis 7. ff. de iurisd. omn. iud. notant Ias. *in l.
Gallus n. 8.* & ibi Galeaul. *num. 33. ff. de liber. & posth.*
Tiraq *de retract. lig. §. 1. glos. 9. num.* 221. Mandos. *reg.
19. Cancell. quæst. 3.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 6.
cum seqq.*

Scienter in gradibus consanguinitatis, &c.] Collige excommunicationem, de qua *in præsenti*, non incurrere eos, qui nuptias hic prohibitas ignoranter contraxerunt, etenim cùm illa aduersùs scientes fulminata sit, ad ignorantes trahi non debet. ex reg. text. *in c. pœna, de pœnit. dist.* 1. & ideo ita sentiunt Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 24. n.* 14. Perez *l. 5. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag.* 315. *& l. 7. tit. 19. eod. l. 8. pag.* 365 Soar. *tu. 5. disp. 23. sect. 5. n.* 3. Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 48. n. 19. in princ.* 5

Amplia primò ad incurrendam excommunicationem, de qua *in præsenti*, scientiam requiri non tantùm in contrahentibus matrimonia in tribus prioribus casibus, de quibus in prima eius parte, scilicet in his, qui contrahunt cum consanguineis, affinibus, vel Monialibus, sed etiam in aliis relatis in secunda parte *in ver. necnon*, vt constat ex *infra* dicendis *ad glos. verbo contrahentes.* 6

Secundò amplia vt ab excommunicatione de qua 7
in hoc text. non tantùm excuset ignorantia probabilis,
& iusta, sed etiam crassa, & supina, nempe illa, quæ
versatur circa rem, quam quis tenetur scire, propter
nimiam tamen negligentiam ignorat, sicut tradunt
Imol. *n* 4. & Bonif. *n. 10. & 19. hic.* Nauar. *in man. cap.
27 num.* 141. vbi asserit & in iudicando, & in consu-
lendo ita semper esse resoluendum; suffragaturque 8
communis opinio, secundùm quam pœna imposita ad-
uersùs scienter gerentes actum prohibitum non com-
prehendit eos, qui etiam per ignorantiam crassam illud
committunt, de quo Cou. *de spons. p. 2. c. 6 §. 8. n.* 21.
Menoch. *de arbitr. casu* 324 *à princ.* Valasc. *cons.* 83. *n.*
10. Declara tamen vt non procedat in ignorantibus af-
fectatè, id est, in iis, qui scire noluerunt, vt liberiùs pec-
carent, iuxta illud Psalmi 35. *noluit intelligere, vt bene
ageret.* habetur *in c. pen* 38. *dist.* prout sentiunt Iacob de
Graff *d. n.* 14. Henriq. *in summ. lib. 13. c. 23. in commentu
litt.* D. Sanch. *d. lib. 7. disp. 48 num.* 19.

Tertiò amplia non solum ab excommunicatione de qua *in præsenti*, excusari eos, qui contrahunt matrimonium factum ignorantes, ex quo inter illos impedimentum datur, prout sunt omnes illi, qui vel ignorant consanguinitatis gradum, quo coniunguntur, vel copulam ex qua inter ipsos affinitatis impedimentum ortum est, sed etiam eos, qui factum tenentes, ius tamen ignorant, existimantes in aliquo ex casibus *in hoc tex.* prohibitis matrimonium licitum esse; ratio est, quia vt suprà dixi, ignorantia etiam crassa excusat ab excommunicatione de qua *hic*, sed hæc iuris ignorantia in aliud addatur ad plurimum crassæ terminos attingit, & eidem æquiparatur, vt probant Bart. *in l. si adulterium in prin. n. 11. ff. de adul.* Imol. *col.* 2 & Anch. *col. 3. hic.* ergo rectè fit talem iuris ignorantiam excusare ab excommunicatione, de qua *in hoc text.* Cætera vide *in collect. ad glos. verbo scienter.* 9

Necnon Religiosos, & Moniales &c.] Notatur ad hoc quod matrimonium contrahentes si sint vel voto solemni adstricti, vel in sacro Ordine constituti excommunicationem incurrunt ipso iure, vt per Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo casus pag.* 80. Paul. Comitol. *resp. moral. l. 1. q. 56. & q. 115. n. 3.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 138. n. 97.* 10

In gloss. *Eos*, ibi, *vnde si contrahat quis cum habente maritum, vel cum Iudæa, &c.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio, de qua *hic*, non incurritur si matrimonium ineatur cum cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis, vel quocunque alio dirimenti extra tria illa, nimirum consanguinitatis, affinitatis, voti solemnis emissi in Religione, aut Ordine sacro, quia text. hic solùm de iis mentionem facit, & cùm sit pœnalis, non est extendendus: ita 11

Nauar.

Nauar.*in man. c.22.n.45*. Iacob. de Graff. *c.24.n.14*. Petr. de Ledeſma *de matrim.q. 51. art.9.dub.1. paulò ante ſolutionem ad argum*.& alij,quos refert,& ſequitur Sanch.*d.l.7. diſp.48.n 14*.

12 In gloſſ.*Scienter*.ibi,*intelligo in ignorantia facti probabili*. Notatur ad hoc quòd vbi lex non imponit pœnam facienti aliquid ſcienter, ignorantia probabilis, id eſt,inuincibilis,excuſat, vt per Sanch.*de matrimon. lib.9. diſp.32 n.35*.

13 In ead.gloſſ. ibi, *& non affectatu*. Notatur ad hoc
quòd ignorantia affectata non excuſat à pœnis ſcien-
14 tiam,& præſumptionem exigentibus, vt per Sanch.*d.*
diſp.32.num.40. Ignorantia enim affectata æquiparatur ſcientiæ, ſicuti docent Tiraq.*de retractu lig.§.35. gloſſ.4.num.28 & de pœnis temper. cauſa 13. num.22. & ſeq.*

15 In ead.gloſſ.ibi,*ſi verò alter ſolus ſciens,iſte ſolus ligatur* Ita Sanch.*d.l.7.diſp.48.n.19.in fine.*

16 In ead gloſſ ibi, *quid ſi contraham cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam*,&c.Notatur ad hoc quòd excommunicatione,de qua *hic*,non ligatur, qui falsò putans ſubeſſe impedimentum conſanguinitatis,aut voti ſolemnis, init matrimonium, quia reuera non contraxit cùm tali impedimento, nec hic text. punit prauam voluntatem opere non ſubſequuto, vt per Card.*hic.n.3.q.5*. & Anch.*n.6.q.1*. ac Imol.*n.5*. Iacob. de Graff *d c.24.n.14*. Nauar.*d.c.22.n.43*. Sanch.*d.l.7. diſp.48.n.18*.

17 Sed quid ſi illi, qui bona fide, & conſcientia contraxerunt,poſtea ſcientia impedimenti accedente, nihilominus cum ea,& cum peccato cohabitarunt, & in ipſo matrimonio perſeuerarunt, an excommunicationem,de qua *hic*,incurrant? quam quæſtionem tam noſtri, quàm Theologi admodum ſubobſcurè tractant, nos vt in ea certa ab incertis ſeparemus, duos conſtituemus caſus,vel enim contrahentes cum impedimenti ignorantiâ poſtea ſuperueniente ipſius ſcientia perſeuerant in matrimonio, & cohabitatione animo fornicario,& ſine intentione naturali. Vel rurſus in cohabitatione perſiſtunt maritali affectione.Primo caſu ſecurè reſoluendum eſt ita animo fornicario cohabitantes omni iure inſpecto ab excommunicatione excuſari, ratio eſt, quia illa in hoc text. non imponitur pro inceſtu,vel pro peccato,quod in ipſa cohabitatione reperitur,ſed pro illo, quod cernitur in contrahendis nuptiis,de quibus in textu,vt ex ipſius ſerie, & verbis ſatis apparet.ac proinde cum ſupponamos nuptias ſine peccato fuiſſe contractas, licèt poſtea ſuperueniente ſcientia. & cum ea cohabitantes grauiſſimè peccent, nihilominus tamen excommunicationem non incurrerent,vt tenet hæc gloſſ.*in verſ.contrarium*.recepta ex Card.*hic,n.3*.& Imol.*n.5*. Duen.*reg.150. limit. 2*.Nau.*d.c.17.n.241*. Couar.*de ſponſalib.p.2.c.6.§.8.n. 19*.Sanch.*d.l.7 diſp.48.n.20*. Farin.*in praxi crimin.p. 5.q.149. n.198*.

18 In ſecundò verò caſu, nempe quando à principio ignoranter contrahentes poſtea ſcientes impedimentum animo,& intentione maritali cohabitant, dicendum eſt tales attento iure huius text. excommunicatione de qua in eo ligari;ratio eſt,quia licèt hi propter priorem conſenſum,vt pote bona fide exhibitum, excommunicationem de qua *in præſenti* non incurrerent, tamen ratione huius poſterioris, qui in ipſa cohabitatione,vt ſupponimus, includitur, & attento tempore huius text. & antiquiori per ſe ſufficiens erat ad matrimonium producendum, iuxta text. & *ibi* notata *in c.is,qui fidem,de ſponſal.in Decretal* eadem irretiti cenſeri debent,ſicuti docent Nau & Sanch. *vbi ſuprà*,qui vltimo loco citatus poſt Petr.de Ledeſ,quẽ refert bene obſeruat ante Tridentinũ veram fuiſſe hãc ſolutionem.

In gloſſ.*Canonica*.ibi,*ne dum diuina*.Notatur ad hoc 19
quòd excommunicatio de qua *in hoc text*. incurritur etiamſi quis contrahat matrimonium cum conſanguinea in gradu lege diuina,& naturali interdicto, quia conſtitutio pœnalis comprehendit caſum omnino ſimilem,in quo fortior ratio militat,tum etiam quia lex Canonica prohibens matrimonium inter conſanguineos vſque ad quartum gradum,*c.non debet.de conſang.* comprehendit etiam primum gradum lege naturali vetitum, vt pote qui intra quartum includitur, ita poſt Card.& S.Anton.tradit Sanch.*d.l.7.diſp.48.n.15*.

In gloſſ.*Contrahere*.ibi,*licèt non conſummet*. Nota- 20
tur ad hoc quòd excommunicatio de qua *in præſenti*, incurritur,licèt matrimonium,non ſit conſummatum, quia hic text.non punit copulam inceſtuoſam, ſed ſolum matrimonij contractum,cuius eſſentia perfecta eſt ante conſummationem per copulam;ſic docent Imol *hic,n.9*.Petr.de Ledeſma *de matrim.q.50.art.9.dub.1. paulo ante ſolutionem ad argum*. Sanch.*d. lib.7. diſp. 48.n.6*.

In ead.gloſſ.ibi,*quid ſi non contraxit matrimonium.* 21
ſed ſponſalia tantum,&c. Notatur ad hoc quòd non eſt locus excommunicationi de qua *in præſentem* per ſolum ſponſalium de futuro contractum,vt per Nau.*d. c.27. n.141. & in c.ſi quando, de reſcript. excep.6*.Cou. *de ſponſ.p.2.c.6.in princ.n.vlt*. Tiraq.*de iure mariti gloſſ.2. n.8*.Ioan. Valer.*de differ.inter vtrumque forum, verbo pœna differ.1.n.1.verſ.facit etiam gloſſ*. Iacob.de Graff. *d.c.24. n.14*. Petr. de Ledeſma. *loco proximè citato*; Sanch.*d. diſput.48. n.7*.

Vnde ex hac gloſſ.colligitur pœnam appoſitam con- 22
trahentibus matrimonium, non afficere contrahentes ſola ſponſalia,vt per Tiraq.*de iure mariti gloſſ.2. n.8*. Perez *l.1. verſ. præterea confirmatur tit.1.l.5. Ordin. pag.4*.Menoch. *de præſ.l.6.præſ.93.n.6*. Azeued. *l.1.n. 2.tit.1.l.5. nouæ recop*. Gutier.*de iuram confirm.p.1.c.31. n.7*.Chald.Pereira *in l.ſi curatorem,verbo læſis,n.128.C. de in integ.reſtit.minor*. Cabed. *Luſitan. deciſ. part.2. Areſto 47*.D.Barboſ.*in l.ſi ante,n.25.& 26.ff.ſoluto matrimon*.Sanch.*de matrim.l.1 diſp.12.n.2 & diſput.13*.

In gloſſ. *Matrimonialiter*.ibi.*videtur quòd coactus ad* 23
contrahendum non incurrat hanc pœnam.Notatur ad hoc quòd non incurritur excommunicatio de qua *in hoc text*.ſi matrimonium metu viri conſtantis ineatur,tum quia eſt conſenſus inefficax defectu libertatis,tum etiam quia Eccleſia non tam graui cenſura punit tanto metu compulſum,ita Cardin.*hic, n.14.q.27*. Anchar. *n.8. quæſt.3*.Imol,*numero* 8.Boniſac.*num.23*.Nau.*num.141*. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.l.7. diſp. 48. numero 12*.

In gloſſ *Obtinere*.ibi, *per Epiſcopum*, &c. Notatur 24
ad hoc quòd abſolutio excommunicationis,de qua *in hoc text*.Epiſcopo eſt reſeruata,vt per Farinac. *in praxi crimin.part.5.q.138.n.97*.

In Librum V. Clementinarum.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia ſtudendi.

Tit. I.

S V M M A R I V M.

1 *Studiis Romana Curia.Pariſin.Oxonien. Bononien. & Salamantino qui debent eligi pro ſingulis linguis Hebraica,Arabica,& Chaldæa.*

2 *Doctoris*

2 *Doctores referantur de variis Academiis, & studiis agentes.*
3 *Bononia habuit priuilegia study à Theodosio.*
4 *Chronicis in antiquis fides adhibetur.*

Clem. Inter sollicitudines. I.

1 IN studiis Romanæ Curiæ, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantino duo viri Catholici, & periti eligi debent pro singulis linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, qui scholas regant & libros in Latinum transferant, aliosque doceant: pro quibus prouidendis contribuere tenentur omnes Ecclesiarum Prælati, monasteria etiam exempta, non obstantibus quibuscunque priuilegiis in contrarium. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zab. Panot. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian *in ration. lib. 5. pag. 53.* Alagon. *in compend. pag. 636.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 De variis studiis, & Academiis agunt Cassan. *in catal. gloria mundi, part. 10. consid. 32.* Horat. Luc. *in tract. de priuilegiis scholar. tit. de iis, qui gaudeat priuilegiis scholar. n. 23.* Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 5. c. 17. 18. & 19.* vbi *cap. 20.* agit de insigni Conimbricensi Academia, de qua etiam multa scribit Petrus Mariz *in dialogis varia historia dial. 5. c. 3. pag. 353.*

3 In gloss. *Bononien.* ibi, *Bononia habuit priuilegia study à Theodosio,* &c. Ita Cassan. *d. consid. 32. vers. de studio Bononiensi.*

4 In ead. gloss. ibi, *prout ex chronicis*, &c. Ergo chronicis in antiquis fides adhibetur, de quo vide quæ dixi ad gloss. *verbo Vrbano sup. in Clem. vnica, de reliq. & venerat. Sanctor.*

Summarium.

1 *Magisterium, vel Doctoratum ex officio tribuens priùs à doctorando recipere debet iuramentum, quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turonen. argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus per sex menses à collatione Magisterij est suspensus.*
2 *Absurdum semper est vitandum.*
3 *Magistri Artium appellatione Doctorũ continentur.*
4 *Scholaris indignus Doctoralia insigna petens peccat mortaliter.*
5 *Suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipit statim à die sententiæ iudicis illud inferẽtis.*
6 *Capitulum an possit aliquem ad Doctoris, vel Magistri gradum promouere, sicut posset Episcopus, ostenditur.*

Clem. Cùm sit nimis. II. & vlt.

1 IS ad quem spectat Magisterium, vel Doctoratum tribuere priùs à doctorando recipiat iuramentum quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turonen. argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus, per sex menses à collatione Magisterij, seu Doctoratus huiusmodi est suspensus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 54.* Alagona *in compendio, pag. 636.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

2 *Cùm sit nimis absurdum.* &c.] quia absurdum semper est vitandum, vt per Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 15. n. 188. vers. nam. absurditas.* Card. Mantic. *de coniect. vltimarum volunt. l. 3. tit. 7. a princ. & de tacitis, & ambig. conuent. l. 2. tit. 53.* Cardin. Tusch. *tom. 1. litt. A, concl. 66.* cum aliis per me citatis *Axiomate 5.*

3 In gloss. *Doctoratus.* ibi, *Doctores in iure Canonico, vel Ciuili, Magistri dicuntur in Theologia, vel artibus.* Igitur Magistri Artium appellatione Doctorum continentur, & illorum priuilegiis gaudent, vt per Ioan. Martinus à Costa *in addit. ad tract. libellorum annot. 53. n. 7. cum multis seq.* vbi hoc latè iuribus, & exemplis confirmat.

4 In gloss. *Honorem.* ibi, *in indigno verò est peccatum præsumptionis.* Notatur ad hoc quòd scholaris indignus doctoralia insignia petens, peccat mortaliter, sicuti docent Perez *l. 1. tit. 16. l. 2. Ordin. pag. 374.* Azeued. *l. 2. n. 7. tit. 9. lib. 3. noua recop.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 3. num. 70.*

5 In gloss. *Sequentes.* ibi, *si autem pendente primo semestri.* &c. Notatur ad hoc quòd suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus, si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc hoc posterius tempus incipit statim à die sententiæ iudicis illud inferentis, aut quando incurritur ipso iure statim à die commissi delicti, sicuti tradit Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 50. a. 3.*

6 In gloss. *Suspensam.* ibi, *Episcopus cum Capitulo hoc faciet*, &c. An Capitulum possit aliquos ad honorificum Doctoris, vel Magistri gradum promouere sicut posset Episcopus. solet ab aliquibus in dubium reuocari, qui per hanc gloss. sic distinguendum esse putant. Aut ea potestas pertinet ad solum Episcopum, aut communiter ad Episcopum; & Capitulum, si hoc secundùm ea manet penes Capitulum Sede vacante, si primum, tunc ea potestas, vel iure communi conuenit Episcopo, vel iure speciali. si iure communi, ad Capitulum transit, si speciali non ita: vt post Pauin. *de potest. Capituli Sede vac. p. 1. q. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. n. 69.* Resoluit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 39. q. 5.*

De Iudæis, & Sarracenis.

Tit. II.

Clem. Cedit quidem. Vnic.

1 PRINCIPES Christiani compescere debent Sarracenos sibi subiectos ab inuocatione publica nominis Mahometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad eius sepulchrum, & contrafacientes ita punire debent, vt alij eorum exemplo perterriti à præsumptione simili arceantur. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 67.* Alagon. *in compend. pag. 642.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 In gloss. *Saraceni.* ibi, *qui debent à Christianis publicè distingui per habitum.* Sic de Iudæis diximus *in collect. ad cap. nonnullis sup. hoc tit. in Decretal.* Nisi priuilegium de non deferendo signum ex causa bene visa concedatur Hebræis per Summum Pontificem, sicuti docent Fulgos. *cons. 55. n. 2. vers. secundò sciendum*, Foller. *in constitut. Regni Neapol. sub. tit. de Iudæis in pragm. incip. & contra perfidiam, n. 3.* Marquar. *de Iudæis p. 1. c. 4. vers. valeret tamen*, quos refert & sequitur Anton. Ricc. *de iure personarum, l. 2. c. 43. n. 5.*

3 In gloss. *Zabacala.* Vide Marquard. de Susan. *in tract. de infidelib. p.1. c.3. n.6. cum seqq.* Azcued. *in rubr. tit.2. n.9. cum seqq. 8 recop.*

De Hæreticis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & Doctores de eius materia agentes citantur, n.2.*
3 *Clausula,* Conscientiam tuam oneramus, *quam vim, & effectum habeat, remissiuè.*
4 *Inquisitor est competens iudex in causis hæreticorum.*
5 *Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore non valet hæreticum ad pœnam in duro, & arcto carcere ponere.*
6 *Episcopus si in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquisitorem, & è contra Inquisitor Episcopum, vt intra octo dies insimul conueniant ad præmissa resoluenda.*
7 *Requisitio vnica sufficit facta Inquisitori ab Episcopo volente in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare hæreticum.*
8 *Episcopus si requisitus ob Inquisitore, & Inquisitor ab Episcopo noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per litteras suum consilium, & consensum significare.*
9 *Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in cognitione causarum hæreticalium.*
10 *Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore potest torturam testibus infligere ad eruendam veritatem, secus si contra testem falsum procedi valeat ad pœnam ordinariam.*
11 *Verba,* non valere, *denotans ipso iure.*
12 *Verbum duplex, seu geminatum futuri temporis quando est in constitutione tunc importat nullam sententiam.*
13 *Episcopus, & hæreticæ prauitatis Inquisitores possunt in causis hæresis committere vices suas.*
14 *Carcer debet dari secundum personam, & delicti qualitatem*
15 *Inquisitor loco torturæ potest etiam ad eruendum veritatem ieiunia imponere.*
16 *Condemnandi, & absoluendi facultas vbi à lege alicui est tributa, & deinde ei aufertur facultas condemnandi, non tamen sublata censetur potestas absoluendi.*
17 *Sententiam absolutoriam an Episcopus sine Inquisitore & Inquisitor sine Episcopo proferre valeat, ostenditur, & n.18.*
19 *Ecclesia vt non vacare dicatur, & Episcopus possit administrare, littera debent esse expedita.*
20 *Capitulum mortuo Prælato non succedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.*
21 *Terminum non est necesse exprimi in requisitione facienda per Episcopum Inquisitori, & è conuerso, sed ipso iure statim currit.*
22 *Appellatio datur in crimine hæresis à decreto torturæ.*
23 *Appellari potest ab interlocutoria vt quis tormentis subiiciatur, cum afferat damnum in diffinitiua irreparabile.*
24 *Carceres hæreticorum, ipsorum claues, custodes, & custodum ministri quomodo faciendi, ostenditur & num. 25.*
26 *Iuramentum custodum, ministrorum suorum, & notariorum, ac aliorum officialium S. Inquisitionis ponitur.*
27 *Notarij Inquisitionis debent iurare suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis ab eis.*
28 *Euangeliorum tactura est necessaria in iuramento.*
29 *Iuramentum si exigatur ab statuto tactis scripturis, non satisfit si præstetur præsentibus scripturis, non tamen tactis.*
30 *Iuramenti in præstatione inspiciendus est mos regionis*
31 *Iuramenti in præstantia sufficit quod tangatur qualibet scriptura sacra vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura.*
32 *Notarius in causis hæreticorum electus ab Episcopo, seu Inquisitore potest eligi clericus, & in sacris constitutus, & etiam Religiosus, qui Notarius esset antequam Religionem ingrederetur.*
33 *Episcopi, Inquisitores, & eorum substituti, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio, quomodo, puniantur, ostenditur, & n.34.*
35 *Dictio,* &, *copulat.*
36 *Hæretici mentales an incurrant excommunicationem contra hæreticos comminatam, ostenditur, & num.37.*
38 *Constitutio humana punire potest crimen omnino occultum.*
39 *Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus.*
40 *Episcopus, vel Inquisitor si omiserit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter euitanda scandala, non incurrit pœnas in hoc §. comminatas.*

Clem. Multorum. I.

E Inquisitionis officium, quod ad augmentum Fidei noscitur institutum, in fidelium cedat detrimentum, si Inquisitores ipsi sui officij metas excedant, ideò Inquisitionis negotium tam per Episcopum diœcesanum, quàm per Inquisitores sine carnali amore, odio, vel timore, seu affectione commodi temporalis exerceri debet. Et quamuis quilibet ex prædictis possit citare, arrestare, capere, ac tutæ custodiæ mancipare etiam in compedibus, vel manicis ferreis, & inquirere contra illos, prout in Domino visum fuerit; non potest tamen Episcopus sine Inquisitore, nec Inquisitor sine Episcopo, aut eius Officiali, vel Episcopali Sede vacante super hoc delegato (si intra octo dies postquam sese requisierint adinuicem alterius copiam habere possint) duro tradere carceri, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, & si secus præsumptum fuerit nullum sit, & irritum ipso iure. Si autem neuter eorum nequeat, vel nolit personaliter conuenire, tunc poterit Episcopus, vel eius Officialis, seu delegatus Sede vacante committere suas vices, aut per litteras suum consilium, vel consensum Inquisitori significare, & è contra; ita habetur vsque ad §. *Propter* inclusiuè. Colligunt ex Ordinat. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag.* 102. Alagon. *in compend. pag.* 658. remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. *in §. porrò,* desumunt Rojas *sing.27. n.5.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.34. num.21. & num.37 & 38.* Zanchin. *in tract. de hæres. cap.8. num.4.* Gondisal. *eod. tract. q.8. n.3. & 4. & q.13 num.8. in fine,* Carrer. *in simili tract. num.72. 73. & 86.* Clar. *§. hæresis num.5. vers. sed si quis,* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.21. num.11. & cap. 22. num.15. & cap.29. num.6.* Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 3.* 2

part.3.q.47.n.1.cum seqq. latè cum ampliationibus, & limitationibus Farin. *de hæresi quæst.* 186. §.5. *num.* 67. *cum multis seqq.*

3 *Super quo ipsius conscientiam oneramus*, &c.] De vi, & effectibus huius clauf. dixi *in tract. de clausulis vsu freq. clauf.* 24. secundùm Lugd. impress.

4 *Tam per Diœcesanos Episcopos, quam per Inquisitores*, &c.] Notatur ad hoc quòd Inquisitor est competens iudex in causis hæreticorum, vt per Gondisalu. *in tract. de hæretic. q.* 7. *num.* 8. *versic. & etiam Inquisitores*, Carrer. *in simili tractat. n.* 84. Azor. *instituit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *q.* 1. Farin. *de hæresi quæst.* 186. §. 2. *num.* 17.

5 *Duro tamen tradere carceri*, &c.] Intellige quòd hic text. ait de Episcopo sine Inquisitore, & Inquisitore sine Episcopo non valente hæreticum in duro, & arcto carcere ponere, vt procedat quando hoc vellet facere ad pœnam, secus ad custodiam, vt quia fortè alibi custodiri non possit, vt per Gondisalu. *in tract. de hæretic. q.* 8. *n.* 3 & 4. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 33. *cap.* 7. *n* 1. *versic. primum*. Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 47. *n.* 2. Dec. *d. lib.* 5. *c.* 22. *n.* 6. Farin. *loco proxime citato, num* 75.

6 *Intra octo dierum spatium*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquisitorem, & è contra Inquisitor Episcopum, vt intra octo dies insimul conueniant ad præmissa resoluenda, vt per Bonif. de Vital. *n.* 51. & 66. *in* 24. *notab* & Zabar. *in* §. *auro, num.* 1. *in notab.* 1. Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo expectare*, Squillacen. *in tract. de Fide Cathol c* 40. *sub. n.* 1 Farin *de hæresi q.* 186 §. 6. *n.* 98. & 109. dicit quòd hic terminus octo dierum currit à tempore, seu à die requisitionis factæ. & *n.* 110. subdit quod potest re integra requisitus Episcopus, seu Inquisitor admitti ad causam si conuenire & interesse voluerit.

7 Intellige vt vnica tantùm sufficiat requisitio, sicut docent gloss. *hic verbo requisierint*, & Anchar. *n.* 4. *vers. sufficiat*, Imol. *n.* 12. *vers. deinde*. Bonif. de Vital *num* 64. Campeg. *in addit ad Zanchir. in tract. de hæret. c.* 8. *litt. D, verbo torquere*, Decian. *lib.* 5. *c.* 29. *n.* 6. *vers. sed sufficeret semel requirere*, Farinac. *vbi proximè*, *n.* 99. In qua non est necesse exprimere terminum octo dierum, qui propterea ipso iure statim currit, Farin. *citato loco n.* 100. & sufficit huiusmodi requisitionem facere per nuncium, vel epistolam, & ad domum, ex eodem Farin. *n.* 101. *vbi sup.*

8 *Verùm si Episcopus*, &c. Notatur ad hoc quòd si Episcopus requisitus ab Inquisitore, & Inquisitor requisitus ab Episcopo noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per litteras suum consilium, & consensum significare, vt per Imol. *n.* 13. Bonif. de Vital. *n.* 70. & *n.* 80. *cum seqq.* Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 49. vbi Penia *commento* 98. Farin. *d. q.* 186. §. 6. *n* 103.

9 *Vel Episcopali Sede vacante*, &c.] Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in cognitione causarum hæreticalium, vt per Decian. *d. lib* 5. *c.* 21. *n.* 15. Farin. *d. q.* 186. §. 11. *n.* 187. vbi *n.* 179. ampliat in quasi Sede vacante, & *n.* 181. limitat quoad exemptos.

10 *Vel tormentis exponere*, &c.] Limita non procedere in tortura testibus infligenda pro eruenda veritate, quam Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore infligere potest, secus si contra testem falsum procedi valeat ad pœnam ordinariam, ita Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 73 vbi Penia *commento* 122. & *ead. p.* 3. *q.* 53. *commento* 120. *vers. sed hoc intelligendum est*, Farin. *d. q.* 186. §. 2. *num.* 75.

Non valebit.] Hoc verbum præcedente negatiua 11 denotare ipso iure, resoluit Sayr. *in claui Regia*, *lib.* 3. *c.* 8. *num.* 26.

Nullum sit irritum ipso iure.] Ex his verbis colligit 12 Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 46. & 47. *C. de reuoc. donat.* quòd quando in Constitutione est duplex siue geminatum verbum futuri temporis, tunc importat latam sententiam.

Super illis committere vices suas, &c.] Ergo Episco- 13 pus, & hæreticæ prauitatis Inquisitores possunt in causis hæresis committere vices suas, vt per Cou. *var. l.* 3. *cap.* 20. *n.* 3. *vers. quartò*, Farin. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. D, num* 71.

In gloss. *Duro*. Notatur ad hoc quòd carcer debet 14 dari secundùm personatum, & delicti qualitatem, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo hæretici*, §. 22. *pag.* 171.

In gloss. *Tormentis*. ibi, *puto autem quòd ieiunia*, &c. 15 Notatur ad hoc quòd Inquisitor loco torturæ potest etiam ad eruendam veritatem ieiunia imponere, per ieiunium enim corpus torquetur, vt per Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus Apost. n.* 39. vbi subdit Inquisitorem sine Episcopo hoc tormenti genus imponere non posse. Farin. *de hæresi quæst.* 185. §. 8. *num.* 138. vbi notat hodie hoc tormenti genus non seruari cum ieiunia non iudicantur nisi loco pœnitentiæ.

In gloss. *Contra eos*. ibi, *sed nunquid pro eis*, &c. No- 16 tatur ad hoc quòd si alicui tributa sit à lege facultas condemnandi, & absoluendi, & deinde ei auferatur facultas condemnandi, non tamen dicitur sublata potestas absoluendi, vt per Socin. *reg.* 4. *vers. secundo fallit*. Clar. §. *hæresis, num.* 6 Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 29.

In ead. gloss. ibi, *Sed ita est*, &c. Notatur ad hoc quòd 17 Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo proferre potest sententiam absolutoriam, vt per Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 12. & *c.* 22. *n.* 11. vbi testatur de magis communi, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib.* 3 *q.* 4. *rubr. de expedit. processus in causis Fidei, in fine*, vbi ita vsu receptum esse testatur, Farin. *de hæresi q.* 186. §. 3. *n.* 60.

Contrarium tamen tenent Simanch. *de Cathol. in-* 18 *stit. tit.* 3. *num.* 8. & 9. Zanchin *de hæret cap.* 8. *litt. E, in verbo diffinitiuam*, Rojas *sing.* 27. *num.* 7. Carrer. *in tract. de hæret. num.* 71 Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæs.* 16 D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §. 1. *num.* 478. *ff. de iudic.*

In gloss. *Sede vacante*. ibi, *quia nondum habet litteras*, 19 &c. Notatur ad hoc quòd litteræ debent esse expeditæ, vt non dicatur Ecclesia vacare, ac Episcopus possit administrare, vt per Imol. *hic num* 3. *vers. gloss. vacante, Cardin. num.* 5. *in fine*, Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante prælud.* 7. *num* 14. Abb. *in cap. qualiter in* 2. *not. de elect.* Dec. *in rubr. de constitut. num.* 421. Cassador. *decis.* 8. *n* 5 *de restit spoliat.* Selu. *de benefic. p.* 2. *q.* 15. *in princip.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. §. 2. *num.* 34. *cum seq.* vbi obseruat quòd licèt huiusmodi Doctores simpliciter loquantur quòd sit necessaria expeditio litterarum, non tamen excludunt illarum transportationem, ostensionem, & præsentiam, immò illam præsupponunt, ex quo ad id probandum allegant *Extrauag. iniuncta, de elect inter communes*, quæ de litterarum ostensione, & præsentatione expressè disponit, ac decretum irritans continet, & graues pœnas non solùm vtenti iurisdictione, sed etiam Capitulo, seu Conuentui admittenti ad possessionem, seu iurisdictionis exercitium, ante dictarum litterarum præsentationem, ita fuit resolutum, & declaratum *in Burgen. Canonicatus* 3. *Iunij* 1582.

coram

coram Cardin. Lancelloto seniore quod hodie nulla caret difficultate, cùm per *reg. 2. alias 3. Cancel. in nouis.* expressè dicatur quòd duret vacatio Sedis Episcopalis vsque ad prouisionem illius Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam pacificam possessionem.

20 In gloss. *Capituli*, Notatur ad hoc, quòd Capitulum mortuo Prælato non succedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt per Nauarr. *cons.* 28. *sub tit. de tempor. ordin. in antiq.* Flamin. *de resignat. benefic. lib* 7. *quæst.* 23. *num.* 13. *&* 25. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *quæs.* 8. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *c.* 7. *num.* 2.

21 In glos. *Requisierint.* ibi, *in requisitione non est necesse terminum exprimi, sed ipso iure statim currit.* Vide Duen. *reg.* 271. *ad fin.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 23 Farin. *d. quæst.* 185. *n.* 100.

22 In glos. *Ipso iure.* ibi, *quòd si interlocutoria*, &c. Notatur ad hoc quòd datur appellatio in crimine hæresis à decreto torturæ, vt per Ioan. de Imola *num.* 13. *vers. per hoc dicit gloss. in præsenti*, Simanch. *in enchirid. viol. relig. tit.* 52. *rubr. de tormentis, n.* 11. *& tit.* 65. *rubr. de appellat. num.* 2. Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *rubr. de appellat. n.* 121. vbi Peña *commento* 31. *lit. A, pag. mihi* 487. Farinac. *de hæresi. quæst.* 185. §. 15. *n.* 235. vbi subdit quòd non obstante appellatione poterit iudex ad torturam deuenire quando appellatio ab illius decreto fuerit calumniosa, & sic quando videt ex processu legitima extare indicia ad torquendum.

23 In ead. gloss. ibi, *lex permittit tunc appellare, quia grauamen tolli non posset per appellationem interponendam*, &c. Notatur ad hoc quòd à decreto, vt quis tormentis subiiciatur, appellari potest cum affectat grauamen irreparabile, quod in diffinitiua reparari non valeat, vt per Hyppol. *in l.* 1 *ff. de quæst. num.* 34. Clar. §. *fi. q.* 64 *num.* 27. Azeued. *l.* 3. *num.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Aloys Ricc. *in collect. decis. collect.* 642. *vers. secundò.* Zerol. *in praxi Episcopali, p.* 1. *verbo appellatio*, §. 9. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *tit. de appell. resolut.* 13. *num.* 15. Sigism. Scacc. *in tract. de appellat. q.* 17. *limit.* 47. *à num.* 143.

§. Sanè,

24 Carcer quilibet Inquisitionis debet esse communis Episcopo, & Inquisitori, & habere duos custodes principales, discretos, Industriosos, & fideles, vnum, quem volet Episcopus, cui ille prouidebit, alterum, de quo voluerit Inquisitor, cui etiam ipse prouidebit, & quilibet eorum poterit habere sub se fidelem, & bonum ministrum. In quolibet etiam conclaui eiusdem carceris, siue muri, erunt duæ claues diuersæ, quarum vnam vnus, alteram alter custos habebit, & quando est ministrandum carceratis, poterit committere, vel subdelegare ministro. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in princ. text.* citati.

25 Hoc idem ex hoc text. desumunt Simanch. *de Catholic. instit. tit.* 16. *de custodia reorum, per tot.* Zanchin. *in tract. de hæret. c.* 8. *num.* 4. *versic etiam ambo prædicti*, Gondisalu. *in simili tract. q.* 11. *num.* 6. 11. *&* 13. Læl. Zech. *in summ. part.* 1. *tit. de Fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *n.* 14. *vers. etiam potest habere carcerem*, Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *rub. de modo interrogandi reum, n.* 75. vbi Penia *commento* 18. *lit. C.* & latiùs *d. p.* 3. *q.* 58. *cum duabus seqq.* vbi Penia *commento* 107. 108. *&* 109.

§. Porrò.

26 Coram Episcopo, vel Sede vacante coram Capitulo, & Inquisitoribus, vel eorum substitutis custodes prædicti antequam suum officium exequantur, ad Sacra Dei Euangelia corporaliter à se tacta iurabunt; quòd fideliter adhibebunt omnem diligentiam ad custodiam incarceratorum pro hæresi, & quòd vnus non loquetur alicui carcerato in secreto, quin alter custos audiat, & quòd fideliter, & absque diminutione ministrabunt incarceratis prouisionem, quam recipiunt ex communi ordinatione, & id quod à parentibus, amicis, vel aliis fidelibus offertur, dum Superiores non contradicant; similiter iurent coram Episcopo, & Inquisitore; etiamsi carceres non sint communes, sed solius Episcopi: item Notarij Inquisitionis iurabunt coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis exercere fideliter suum officium, idemque faciant aliæ personæ necessariæ ad prædictum officium exequendum. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in principio text.* citati.

Iurabunt suum officium fideliter exercere.] Notatur ad hoc, quòd Notarij Inquisitionis debent iurare suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutus ab eis, vt per Imol. *num.* 17. *vers. Glossa iurabunt*, Bonifac. de Vital. *num.* 148. *cum seq. in præsenti*, Campeg. *in addit. ad Zanchin. c.* 9. *lit. B. vers. debet itaque Inquisitor*, Rojas *sing.* 142. Penia *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 19. *commento* 68. *vers. illud est tamen*, Farin. *de hæresi, q.* 185. *n.* 11. 27

In gloss. *Tacta.* ibi, *sed requiritur tactura Euangeliorum.* Notatur ad hoc, quòd tactura Euangeliorum est necessaria in iuramento, vt per Abb. *in rubr. de iureiurand. num.* 2. *& in cap. quamuis pactum in initio, part.* 1. *num.* 7. Menochius *cons.* 37. *num.* 52. Ioseph. Ludouic. *commun. conclus. tit. de iureiurand. concl.* 6. & plures alios, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 108. *num.* 6. quibus addo Gonzal. *ad regul.* 8 *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *in annot. num.* 111. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 108. *num.* 14. Sayr. *in claui Regia, lib.* 5. *c.* 1. *num.* 12. 28

Vnde non satisfieri statuto exigenti iuramentum tactis scripturis si præstatur iuramentum præsentibus scripturis, non tamen tactis per hanc glos. tenet Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 98. 29

In eadem gloss. ibi, *apud Italicos interpretatur consuetudo*, &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti inspiciendus est mos regionis, vt per Tiraq. *de nobil. c.* 37. *n.* 136. 30

In ead. gloss. ibi, *quòd sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere*, &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti sufficit quòd tangatur quælibet Scriptura sacra vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura, vt per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *c.* 4. *num.* 171. 31

In gloss. *Notarij.* ibi, *qui possunt esse constituti in Sacris, & Religiosi*, &c. Notatur ad hoc, quòd Notarius in causis hæreticorum electus ab Episcopo, seu Inquisitore potest eligi Clericus, & in Sacris constitutus, & etiam Religiosus, qui Notarius esset antequam Religionem ingrederetur, vt per Ioannem de Imola *num.* 17. & Bonifac. de Vitalin. *num.* 149. Ioan. à Rojas *sing.* 133. Zanchin. *in tract. de hæretic. c.* 9 *lit. B. vers. adde rursus*, Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *q.* 18 *&* 19. vbi Penia *commento* 67. *&* 68. Farin. *de hæresi, q.* 185. §. 1. *num.* 10. 32

§. Verùm.

Episcopi, Inquisitores, & eorum substituti sub præcepto sanctæ obedientiæ discretè. & promptè procedere debent contra suspectos, vel diffamatos de hæresi ne malitiosè, aut fraudulenter talem labem falsò alicui imponant; quòd si odio, gratia, amore, lucro, procedunt, vel innocentes vexant, tunc Episcopus, vel 33

vel Superior est suspensus ab officio per triennium, alij verò sunt excommunicati ipso facto, à qua excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem, nequeunt, præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte priuilegio suffragante. Colligunt ex Ordin. Doctores *in principio text.* citati.

34 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. colligunt Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 34. *n.* 40. Eymer. *in direct. Inquis. part* 3. *q.* 24. *num.* 2. vbi penia *commento* 73. latè Farin. *de haresi, q.* 186. §. 9. *num.* 145. *cum seqq.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 21. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 106. Couarr. *pract. cap.* 36. *n.* 21. Gambar. *de casibus reseruat. cap.* 7. *num.* 1. & 2. Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam, c.* 6. *excomm.* 1. Filliuc. *tract.* 25. *n.* 206. *vers. prima*, & *n.* 207. ego ipse *de officio*, & *potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 95. secundùm Lugd. impressionem.

35 In gloss. *Et Conscientiam.* ibi, *nota quòd. & copulat.* Ita Menoch. *cons.* 111. *n.* 9 & *cons.* 117. *n.* 54. Bernardin. Muscatel. *in tract. de cognit. delict. tit. de receptator. n.* 28. Cened. *post tract. practic. & canon. quæst. sing.* 50. *n.* 1. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 828. *n.* 87. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 123. & *gl.* 3. *n.* 1. & refero ego ipse *in tract. de diction. vsufr. dict.* 210. *num.* 4.

36 In gloss. *Eo ipso.* Probat hæc gloss. hæreticum omninò mentalem incurrere excommunicationem contra hæreticos comminatam, quam sententiam sequuntur *hic* Card. Anch. Imol. & Vital. *n.* 183. Albert. *de hæret. q.* 30. Bursat. *cons.* 14. *num.* 5 & 9. Tiraq. *in l. si vnquam verb. reuertatur, num.* 240. *C. de reuocand. donat.* Albert. Pygh. *de Eccles. hierarchia, lib.* 6. *cap.* 6. *circa med.* Rojas *de hæret. p.* 1. *n.* 146. Azeued. *l.* 1. *num.* 151. *cum seq. tit.* 3. *lib.* 8. *noua Recopil.* Clar. §. *fi. q.* 91. Menoch. *de arbitr. casu* 360. *n.* 6. Spin. *in speculo testam. gloss.* 7. *n.* 13. *cum seq.* Cantera *in q. crim. part.* 2 *c.* 1. *num* 8. Ceual. *communium contra communes, q* 698. Salas *de legib. disp.* 9. *sect.* 1. §. *resolutio auctoris,* Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 10. *vers. in hac itaque,* & *lib.* 8. *cap.* 10. *quæs.* 3.

37 Contrariam tamen sententiam, nempe excommunicationem non incurri per hæresim mentalem, sed requiri quod sit verbo, aut facto exteriùs prolata, ac proinde Ecclesiam quoad censuras Ecclesiasticas non habere potestatem in actibus merè internis, tenent Driedon. *de libert. Eccles. lib.* 3. *cap.* 5. *circa fin.* Couarr. *in reg. peccatum, p.* 2. *in princ. n.* 7. Nauarr. *in man. cap.* 11. *n.* 17. & *c.* 23. *n.* 38. & *c.* 27. *n.* 56. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 42. Aragon. 2. 2. *q.* 11. *a.* 3. vbi Ban. *a.* 4. Henriq. *in summ. lib.* 4. *c.* 4. §. 1. *in comm. lit. D.* Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 9. §. 12 Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 4. 5. & 28. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Veg. *in summ p.* 1. *c.* 54. *casu* 1. & *c.* 85. *casu* 26. & *c.* 125. *casu* 10. Petr. de Ledesma *in summ p.* 2. *tract.* 1. *c.* 9. & 10. Gabr. Vasq. 1. 2. *tom.* 2 *disp.* 160. Sayr. *de censur. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 14. & 15. & *lib.* 3. *c.* 4. *à n.* 20. Soar. *eod. tract. tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 2. & *disp.* 4. *sect.* 2. & *sect.* 3. *a n.* 5. Auila *in simili tractat. p.* 1. *dub.* 10. & *p.* 7. *disp.* 2. *dub.* 1. Carbo *de legib. lib.* 8. *disp.* 14. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 2. *disp.* 1. *col.* 2. *sub lit. E.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n.* 91. Sanch *in precepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 8. *n.* 2.

38 Notatur etiam hæc gloss. ad hoc, quòd constitutio humana punire potest crimen omninò occultum, vt per Gregor. Lopez *l.* 2. *verb. non merece, tit.* 31. *p.* 7. Perez *tit* 4 *lib.* 8. *Ordin. pag.* 84. Paul. Comitol. *responsor. mor. lib.* 1. *q.* 63. *n.* 5. & 6.

39 In gloss. *Excommunicationis.* ibi, & *vbi sic determinatum est. videturquòd non possit Superior absoluere,* &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria, intra tempus, vt per Gutierres *canon. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 6.

In gloss. *Obtenta.* ibi, *vbi verò,* &c. Notatur ad hoc, 40
quòd si Episcopus, vel Inquisitor omiserit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter vitanda scandala non incurrit pœnam in hoc §. contra illos comminatam, vt per Vmbert. Locat. *in indic. Inquisit. num.* 149. Farin. *dict. quæst.* 186. §. 9. *n.* 149.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Inquisitoris Officium nulli, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committi debet.*

3 *Bona clerici hæretici habentis beneficium Ecclesiasticum applicanda sunt Ecclesiæ in qua illud obtinet vel stipendia accipit.*

4 *Bona Clericorũ patrimonialia propter hæresim confiscata applicantur fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia.*

5 *Bona clericorum licet propter hæresim confiscẽtur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ etiam illi per clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure.*

6 *Excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulorum Sede vacante commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitoris illicitè sumunt pecuniam aliquam, & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ.*

7 *Verba.* Excommunicationis sententiæ subiaceat, *denotant, ipso iure.*

8 *Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione sua persona, vel familia sua, & ad capiendum hæreticos.*

9 *Familiares Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt.*

20 *Arma qui officiales, & familiares Inquisitionis deferre possint, ostenditur.*

11 *Constitutio in qua adest dictio, ex tunc, statim ligat à tempore promulgationis ipsius.*

12 *Lex statim, & incontinenti ligat cum vult eo ipso quod promulgata est obseruari.*

13 *Constitutio quoties exprimit à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas.*

14 *Inquisitor in crimine hæresis imponere potest etiam pœnam pecuniariam Sanctæ Inquisitionis Officio applicandam*

15 *Commissariorũ nomine veniunt Vicarij Inquisitorũ.*

26 *Episcopi non includuntur nomine Inquisitorum.*

17 *Pecunia extorsio debet esse prætextu officij Inquisitionis, vt sit locus pœna huius text.*

28 *Inquisitores, & Commissarij incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis extorquendo prætextu Sancti Officij non solum pecuniam, sed etiam omnem aliam rem.*

19 *Pecunia appellatione largè sumpto vocabulo venit quodcunque pecunia æstimabile.*

20 *Absolutio ab excõmunicatione de qua in hoc text. præstita ab inferiore valet in articulo mortis non præmissa reali satisfactione, & excusante paupertate.*

21 *Ordinarij Episcopi possunt absoluere de excommunicatione non reseruata Sedi Apost.*

22 *Iudex Confiscans bona Ecclesiæ ignoranter, nesciens scilicet bona esse Eccl.siæ, non incurrit excommunicationem, de qua in hoc text.*

23 He

23 *Hæreticus si fuerit aliquis Monachus alicuius Ecclesiæ Prælatus, cũ id quod acquirit, nõ sibi, sed Ecclesiæ acquirat, ideò eius bona confiscari non possunt.*
24 *Clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, si habeat stipendia à pluribus Ecclesiis, ipsius bona inter illas diuiduntur.*
25 *Probare posse dicitur, qui habet vnum testẽ integrum.*
26 *Boni viri tacent illud, quod probare non possunt.*

Clem. Nolentes. II.

1 INquisitionis Officium committi non debet, nisi attingenti quadragesimum annum. Deputati ab Inquisitore, vel Episcopo, aut Capitulo Sede vacante ab aliquo prætextu officij Inquisitionis pecuniam non extorqueant, nec attentent applicare fisco bona Ecclesiæ ob delictum clericorum sub pœnaq; excommunicationis latæ sententiæ, à qua non absoluantur, nisi plenè satisfecerint dominis, seu in mortis articulo: Notarij verò, Officiales, fratres, & socij, qui hoc sciuerint, illos in secreto arguant, & corrigant, & si probare possunt, denuncient Superioribus, qui amoueant tales ab officijs. Denique præcipitur Inquisitoribus, vt non abutantur concessione portandorum armorum, nec habeant plures officiales, nisi necessarios, qui se conferant cum Inquisitoribus ad officia exequenda. Colligunt ex Ordinariis Ancharr. Imol. Zabarell. Panor. Paul. de Elcazar, Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 106. Alagon. *in compend. pag.* 659. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

2 *Nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint.*] Notatur ad hoc quòd Inquisitoris officium nulli nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committi debet, vt per Decian. *tractat. crimin. lib.* 5. *c.* 22. *n.* 3. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *q.* 4. Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 122. Conrard. Brun. *in tract. de hæret. lib.* 4. *c.* 2. Iacob. Simanch. *in enchirid. tit.* 7. *n.* 2. *&* 3. Perez. *l.* 3. *glos.* 1 *p.* 134 *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.* Farin. *de hæresi, q.* 186. *§.* 2. *n.* 46. *cum seqq.* vbi ampliat & limitat.

3 *Fisco etiam Ecclesiæ applicare,* &c.] Verba hæc, quæ de fisco Ecclesiæ mentionem faciunt non esse ad fiscum Prælatorum, sed ad fiscum Romanæ Ecclesiæ, & Cathedralis referenda aduertit Couar. *var. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 11 *in fine.* Sed hoc cum declaratione accipiendum est, nam bona clerici hæretici habentis beneficium ecclesiasticum applicanda esse Ecclesiæ, in qua beneficium obtinet, vel stipendia accipit, resoluunt Conrad. Brun. *de hæret. lib.* 5 .6. *num.* 8. Gondisal. *eod. tract. q.* 15. *n.* 2. *vers. bona autem*, Clar. *§. hæresis, n.* 11. *v. item bona condemnatorũ*, Simanch. *de Cathol. tit.* 9. *n.* 89. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.* 31. *n.* 7. *ad finem*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 83. *art.* 2. Cenal. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 897. *n.* 24. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 20. *num.* 3 *cum seqq.* Peregr. *de iure fisci lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 31. *vers. clericorum bona*, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 2. *in princ. vers. fiscus autem Ecclesiæ*, Farinac. *de hæresi. q.* 190. *§.* 11. *num.* 155. vbi *num.* 156. reprobat aliquos contrarium tenentes, & *num.* 157. an diuidenda sint bona clerici hæretici inter Ecclesias, à quibus stipendia recipit, de
4 quo *infrà num.* 14. Quoad bona verò clericorum patrimonialia propter hæresim confiscata resoluendum est applicari fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia, vt per Sylu. *in summ. verbo hæreticis, §.* 1. *num.* 13. *vers. si sunt clerici*, Burs. *cons.* 43. *num.* 37. Carret. *in tract. de hæret. num.* 135. *ante med. vers. bona verò clericorũ*, Decian. *dict. loco vers. & si clericus nulla stipendia*, Brun. Peregr. Clar. *citatis locis*, & alios plures, quos refert, & sequitur Farinac. *dict. §.* 11. *n.* 158. vbi *num.* 159. reprobat contrarium tenentes.

Nec scientes attentent Ecclesiarum bona, &c.] Notatur ad hoc quòd quamuis propter hæresim bona clericorum confiscantur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ, etiam illi per Clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure, vt per Carrer. *in tract. de hæret. n.* 135. *ante fin. vers. limita tamen*, Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 112. *vers. est tamen considerandum*, vbi Peña *commento* 161. *vers. quo autem plenius*, Sanch. latè declarantem *lib.* 2. *c.* 20. *à princ.* Farin. *d. q.* 190. *§.* 11. *n.* 162. 5

Excommunicationis sententia eos subiaceri, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulum Sede vacante Commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitionis illicitè sumunt pecuniam aliquam & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ, vt per Nauarr. *in man. c.* 27. *n.* 142 Gamb. *de casib. reseru. cap.* 11 *n.* 13. Filliuc. *tract.* 14. *num.* 168. ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 50 *n.* 228. secundùm Lugdun. impress. quibus addo Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 20 *n.* 3. Farin *de hæresi q.* 186. *§.* 7. *n.* 134. *cum seqq.* latè Bonacin. *de excommun.* 6
in particulari extra Bullam Cœnæ disput. 1. *q.* 10. *puncto* 7
10. *per tot.* Verba enim supradicta denotare latam sententiam tradit Tiraq. *in l si vnquam verbo reuertatur, num.* 149. *C. de reuocand. donat.*

Vt ne abutantur quomodolibet concessione portationis 8
armorum, &c] Notatur ad hoc quòd Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione suæ personæ, vel familiæ suæ, & ad capiendum hæreticos, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. part.* 3. *quæst.* 56. &
ibi Penia Farin. *de hæresi. q.* 186. *§.* 6. *num.* 90. Familiares 9
Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt, vt per Ioan. Rojas *sing.* 21. *n.* 7. *vol.* 2. *Lucer. I quis. verbo Inquisitor. n.* 14. Paul. Fusch. *de visitat. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 17. Roland. *cons.* 37. *n.* 9. *vol.* 4. Menoch *de arbitrar. casu* 394. *num.* 66. Iacob. Simanch *de Cathol. instit. c.* 34. *num.* 24. *& c.* 41. *num* 15. Penia *in direct. Inquisit. part.* 3. *q.* 56. *cõmento* 105. *fol. mihi* 631. *col* 2 *vers. rursus arma*
deferre, vbi dicit hanc armorum licentiam non solùm 10
dandam esse Officialibus destinatis ad denunciandos hæreticos, sed etiam cæteris, qui quauis alia ratione Sancto Officio inseruiunt, veluti Aduocatis, notariis, consultoribus, custodibus, aut illi qui aduersus hæreticos publicè scribunt, dummodo non sint personæ scelestæ, & alienigenæ, nec Iudæis, aut aliis infidelibus conuersis, tales enim non facilè, & non nisi ex magna causa creandi sunt familiares S. Officij, refert Farin. *de hæres. q.* 182. *§.* 6. *n.* 91. vbi *n.* 92. ex hoc text intelligit supradictam concl. dummodo præfati Officiales armorum delatione, & Inquisitores licentiarum concessione non abutantur.

In glos. *Et tũc.* ibi, *voluit Papa per hoc quòd hæc pars* 11
Constitutionis statim ligaret, &c. Notatur ad hoc quòd constitutio in qua est dictio, *ex tunc*, statim ligat à tem-
pore promulgationis illius, vt per Rebuff. *ad l.* 13. *vers.* 12
idem ff. de verb. signific. Tiraq. *de retract. tit.* 2. *§.* 2 *gl.*.. *n.* 86. Lex enim statim, & incontinenti ligat cum vult eo ipso quòd promulgata est, obseruari, vt per hanc glos. tenent Menoch. *de arbitr. casu* 185. *num.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6.

In ead. glos ibi, *non quoad hoc quòd contra facien-* 13
tes, &c. Notatur ad hoc quòd quoties constitutio exprimit à quo tempore debeat obligare afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licèt non afficiat quoad alias pœnas, vt per Sayr. *d. c.* 5. *n.* 12. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 17. *n.* 10. Farin. *in praxi crim p* 4. *cons* 65. *n.* 3.

14 In glos. *Illicitis*. Notatur ad hoc quòd potest Inquisitor in crimine hæresis imponere etiam pœnam pecuniariam sanctæ Inquisitionis officio applicandam, vt per Zanch. *in tract. de hæretic. 16. num. 9. vers. poterit*, Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3. q. 103.* vbi Pena *commento 152.* Decian. *lib. 5. c. 44. sub n. 7.* Rojas *sing. 1. num. 21. vers. & Inquisitores* Farin. *de hæresi q. 193. §. 6. à n. 108. cum seqq.*

15 In glos. *Ipsorum*. ibi, *dant ergo Inquisitores commissarios, quos vocamus Vicarios*, &c Notatur ad hoc quòd commissariorum nomine veniunt Vicarij Inquisitorum, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. c. 20. n. 4.* Farin. *d. q. 186. §. 7. sub num. 141.*

16 In gl. *Commissariis*. ibi, *de Episcopis loqui non videtur*. Ergo Episcopi non includuntur nomine Inquisitorum, vt per Sanch. *d. cap. 20. num. 6.*

17 In glos. *Prætextu*. ibi, *vbi ergo non eo prætextu illicitè exigit, licèt male faciat, non tamen est locus pœnæ*. Notatur ad hoc quòd pecuniæ extorsio debet esse prætextu Officij Inquisitionis, vt sit locus pœnæ huius text. sicut docet Sanchez *dict. cap. 20. n. 8.* Farin. *dict. quæst. 186. §. . n. 140.*

18 In glos. *Pecuniam* ibi, *intelligo largè*. Notatur ad hoc quòd Inquisitores, & commissarij incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis extorquendo prætextu officij non solùm pecuniam, sed etiam omnem aliam rem, vt per Sanchez *dict. cap. 20. num 9.* Farinac. *dict. quæst. 186. §. 7. num. 140.* veluti frumentum, vinum, vestes, esculenta, poculenta, aut alia pretio æstimabilia, vt per Nauarr. *in man. cap. 27. num. 142.* Syluest. *in summ. verbo excommunicatio 9. num. 81.* Sayr. *de censur. lib. 3 cap. 34. num. 25.* Fillinc. *tract. 14. cap. 10.*
19 *quæst. 3. num 169.* nam pecuniæ appellatione largè sumpto vocabulo venit quodcunque pecunia æstimabile, vt per Tiraquell. *de retractu lig. § 1. glos. 14. num. 42.* Gig. *in tractat. de crim. læsæ maiest. lib. 1. quæst. 34. n. 14.* Mozz. *vbi de contract. de empt. tit. quæ veniant appell. rei, §. deuenio, num. 25.* Sanchez *dict. cap. 20. num 9.* quos refero ego ipse *in tract. de appell. verò. vtriusque iuris signif. appell 195. num. 1.*

20 In glos. *Satisfecerint* ibi, *si habent, vnde viuant, aliàs verò paupertas excusat*. Notatur ad hoc quòd in articulo mortis non præmissa reali satisfactione & excusante paupertate valet absolutio excõmunicationis huius text. ab inferiore, secus verò extra illũ articulũ, vt per Sanch. *dict. cap. 20. num. 19.* Farin. *dict. quæst. 186. §. 7. num. 142.*

21 In glos. *Absolui*. ibi, *per Ordinarios cum sibi non reseruet*. Notatur ad hoc quòd ab ista excommunicatione ex quo non fuit reseruata Sedi Apost. possunt etiam Ordinarij Episcopi absoluere vt per Sanchez *dict. c. 20. num. 18.* vbi subdit hanc absolutionem non esse simpliciter concessam, sed permitti cum quadam conditione, videlicet in mortis articulo tantùm, & donec plenè fuerit satisfactum de pecuniis extortis, & sic cum effectu, refert Farinac. *dict. quæst. 186. §. 7. num. 143.*

22 In glos. *Scienter*. ibi, *ignoranter ergo non tenet hæc pœna*. Notatur ad hoc quòd iudex confiscans bona Ecclesiæ ignoranter, nesciens scilicet bona esse Ecclesiæ, non incurrit excommunicationem, de qua *in hoc text.* vt per Cardin. Zabarel *hic in §. Inquisitoribus ante n. 1. in 3. notab.* Imol. *n. 6. in fine vers. nota scienter.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 2. c. 20. n. 11.* vbi subdit quòd quæcunque ignorantia excusat dummodo non sit affectata, vel adeò crassa, vt ingens temeritas dicatur.

In glos. *Ecclesiarum* ibi, *& per hoc dico quòd si monachus*, &c. Notatur ad hoc quòd si hæreticus fuerit aliquis monachus alicuius Ecclesiæ Prælatus, cum id quod acquirit, non sibi, sed Ecclesiæ acquirat, ideò eius bona confiscari non possunt, vt per Imol. *hic n. 7. vers. ex hoc infert*, Bonifac. de Vitalin. *num. 71.* Sanch. *dict. cap 20. n. 13. & 14.* vbi etiam quid si hæresis fuerit commissa ab aliquo Religioso Franciscani Ordinis prorsus proprij incapace, refert Farinac. *de hæresi q. 190. §. 11. num. 161.*

In glos. *Applicare*. ibi, *vbi bona clericorum damnatorum*, &c Notatur ad hoc quòd si clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, habeat stipendia à pluribus Ecclesiis ipsius bona diuiduntur inter Ecclesias, à quibus stipendia recipit, vt per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 44. n. 2. vers. sed quid si clericus hæreticus*, Didac. Cantera *in quæst. crimin. rubrica de hæretic. apostatis, &c. c. 1. num. 41. vers. quod si à pluribus Ecclesiis*, Farin. *dict. q. 190. §. 11. num. 157.* 24

In glos. *Valeant*. Dicitur autem posse probare si habeat vnum testem integrum, Nauarr. *in man. cap. 25. num. 33. in fine, & in cap. inter verba 11. quæst. 3. concl. 6. corol. 66. n. 284* Anton. Bernard. *in summ. cap. 31. n. 16. verb. d. esse*. nam boni viri tacent illud, quod probare non possunt. Alex. *cons. 55. n. 4. vol. 4.* Gutier. *can. lib. 1. cap. 11. num. 21.* 25

SVMMARIVM.

1 *Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ secta damnatur, & octo ipsorum errores, & excitatur Diœcesanorum, & Inquisitorum officium contra illos.*
2 *Ieiunia non seruans legibus Canonicis instituta, & præcepta, peccat mortaliter.*
4 *Fornicatio simplex est peccatum mortale, ita vt oppositum asserere pertinaciter sit hæreticum.*
5 *Beguardorum error damnatur nolentium assurgere neque reuerentiam exhibere in eleuatione Corporis Christi.*
6 *Peccare penitus in nullis potius Diuinitatis est quàm humanitatis.*
7 *Impeccabilis fuit ex priuilegio Beatissima Virgo.*
8 *Ecclesia militans exemplata est diuinitus à triumphante.*
9 *Oscula & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honesta, vel patria consuetudine culpa vacant.*
10 *Oscula libidinosa, & amplexus, ac tactus si fiant ad delectationem sunt mortalia.*
11 *Affectus turpes gratia delectationis quæ ex ipsis captatur, an sint peccata mortalia, ostenditur.*

CLEM. Ad nostram. III. & vlt.

Reprobat & damnat Beguardos & Beguinas in Alemania & eorum errores, præcipitque vt Inquisitores in eos inquirant, suumque officium exerceant, nisi pœnitentes sponte abiurent, & satisfaciant. Colligunt ex Ordinariis Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 107.* Alagon. *in compend. pag. 660.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* Refert Eymeric. *in direct. Inquisitor. part. 2. c. 3.* De erroribus, quos profitebantur Beguardi, vide Guid. Carmelit. *in summ. de hæresibus Beguardorum.* Bernard. Lutzemb. *in catalogo hæretic. lib. 2. verb. Beguardi.* Aluar. Pelag. *de planct. Ecclesiæ, lib. 2. c. 52.* Repert. Inquisit. *verb. Beguardi*, Prateol. *lib. 2. de vitis & sectis hæretic. cap. 17.* Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 2. quæst. 15 & ibi* Peña *comment. 4.* 1

Secundo quod ieiunare non oportet hominem. &c.] Notatur ad hoc quòd ieiunia Canonicis legibus instituta, ita ex præcepto seruanda sunt, vt mortalis peccati reus sit omninò censendus, qui absque iusta causa 2

eadem

eadem seruare omiserit, vt per Couarr. *variar. lib.4.c. 20.num.20.*

3 *Tertiò quod illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis,* &c.] Vide Azori. *instit. moral. part.1.l.5. cap.6.q.1. vers. secundò obiicitur,* Soar. *de Relig. l.2. de orat. c.11.n. 4.* Sayr. *in claui Regia l.3.c.4.*

4 *Actus autem carnalis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd fornicatio simplex est peccatum mortale, itaut oppositum asserere pertinaciter sit hæreticum, sicuti docent Anton. Gom. *l.80. Taur. n.4.* Couar. *de sponsalib. 2. cap. 4. n.8.* Nauar. *in man. cap.16. in princip.* Clar. *§. hæresis n.1.* Auendan. *de exequen. mand. part. 2. cap.26. à n.1.* Henriq. *in summ. l.11. c.8. §.3. lit. H.* Sayr. *in claui Regia l.8.c.2.n.2. cum seqq.* Lessi. *de instit. l.4. cap.3. dub.7. à num.47.*

5 *Quod in eleuatione Corporis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd damnatur secta, & error Beguardorum nolentium assurgere, neque reuerentiam exhibere in eleuatione corporis Domini Nostri Iesu Christi, vt per Azeued. *l.2.n.24 tit.1. l.1. nouæ Recop.*

6 In gloss. *Impeccabilis* ibi, *si hoc intelligeretur de Dei potentia,* &c. Et ideò bene dicit Imper *in l.2.C. de veteri iure enucl.* quòd in nullis penitùs peccare Diuinitatis potius est, quàm humanitatis, cuius dictum exornant Bobadil *in sua politica lib.5. cap.1. num.134.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. l.12. tit. fin. n.41. & de tacitis, & ambig. conuent. tom.2. lib.27. tit.7. n. fin.* Vnde votum de nunquam peccando non esse validum resoluunt Azori. *instit. moral. part.1. lib.11.c.14.q.4.* Sayr. *in claui Regia lib.6. cap.3. n.9.* Sayr. *de Relig. tom. 2. l.2. de voto c.3. n.2. & 3.* Lessi. *de iustit. l.2. c.40. dub. 5. num.33.*

7 In eadem gloss. ibi, *& hoc priuilegium gloriosæ Virgini Mariæ creditur datum esse diuinitus.* Ita Tiraquel. *de pœnis temper. causa 51. num.85.* Henriq. *in summ. l.3. c.11. §.4. lit. X.*

8 In gloss. *Ecclesia.* ibi, *est enim Ecclesia militans exemplata diuinitus à triumphante.* Ita Perez *l.5. tit.2. l.1. Ordin. pag.42.*

9 In gloss. *Septimo.* ibi, *& hoc modo oscula, amplexus, vel tactus non sunt mortalia cùm possint absque libidine fieri, vel ex consuetudine regionis,* &c. Notatur ad hoc quòd oscula, & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honesta habita secundùm patriæ consuetudinem culpa vacant, quia ibi nulla est turpitudo, sed castus amor, vt per S. Thom *2.2. quæst.154. art.4.* Sanch. *de matrim. lib.9. disp.49 n.3.* vbi subdit idem dicendum esse quando habentur ob delectationem honestam, vt ad augendam amicitiam, & beneuolentiam honestam, quamuis inde motus sensualitatis inordinatus, & delectatio venerea insurgant, minimè assensum præstante voluntate, quia finis est honestus, & contra voluntatem prauus ille motus insurgit.

10 In ead. gloss. ibi, *oscula autem libidinosa, amplexus, & tactus si fiant propter delectationem huiusmodi, sic enim solùm libidinosa censentur, manifestum est propter hanc causam libidinosa oscula fore mortalia.* Ita S. Anton. *3. part. tit.16. c.1. §.10. notab.1.* dicens tactus cùm fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ, esse mortales, Nider. *in sua summ. prac.6. c.2. ad fin. vers. secundò principaliter,* dicens esse lethales huiusmodi tactus cum sunt libidinosi, & ea intentione, vt in se, vel in muliere excitetur concupiscentia, Margar. Confessorum *6. præcepto fol.90.* dicens oscula, & amplexus habita ex lasciuia esse mortalia, & tunc id contingere quando habentur, vt sequatur pollutio, vel cum periculo. Fr. Emman *in summ. to.1. c.203. n.2.* dicens oscula tunc esse mortalia quando diriguntur ad actum carnalem, vel libidinosum.

Aduertendum tamen est, quòd licèt plures deosculationes habitæ sint ante copulam, necessarium neutiquam foret eas confiteri, siue etiam tactus: nam esto omnes deosculationes illæ, siue tactus numero differentes sint, quia tamen sunt prærequisita ad copulam, & partes illi annexæ, ita vt oscula, & tactus dicantur fornicatio inchoata, ita Vasq. *tom. de pœnit. quæst.91. art. 1. dub.5. numero 33. & 1.2. tom.1. disput.75. cap.2. in fine,* Coriolan. *de casibus reseru. q.1. sect.3. n.3.* optimè Ioan. Sanch. *in selectis disp.6. num.3.* vbi secus dicit si deosculationes habeantur finita iam copula, cùm subsequentes illæ ad distinctam, & aliam iam copulam ordinentur.

In ead. gloss. ibi, *nec mirum cùm id dicatur etiam de libidinoso aspectu,* &c. Notatur ad hoc quòd aspectus turpes gratia delectationis, quæ ex ipsis capitur, in ea insistendo habiti sunt peccata mortalia, sicut de tactibus diximus *supra,* quòd significauit Dominus *Matth. 5.* qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo, Cardin. *hic verbo septimo, statim in princ.* Abb. *ad finem,* Imol. *num.17.* Tabiena *verbo delectatio qua. penult.* Syluest. *eod. verbo. q. 4.* Nauarr. *in cap. si cui, num.9. de pœnit. distinct.1.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis, part.1. lib.2. c.75. n.10. & c.78. num.16.* Verùm Sanchez post multos à se relatos, *dict. l.9. disp.46. n.22.* ait sibi magis placere discrimen esse inter visum & tactum, quod hic suapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde consentire in delectationem sensibilem ipsius sit quasi quædam copulæ inchoatio, & consensus in delectationem copulæ est peccatum lethale; ille verò non ordinetur ita ad venerea, & proinde eius delectatio non sit communiter venerea, & solùm peccatum veniale, nisi aspiciens ad alium malum finem ordinet; prætereà quia delectatio ex visu consurgens non est tanta, nec ita appetitum sensitiuum excitat, vt non possimus dicere pertinere ad paruitatem materiæ delectationis venereæ, ac proinde excusari eam à culpa lethali. 11

De Homicidio voluntario, vel casuali.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus, infans, vel dormiens, hominem mutilans, vel occidens, non efficitur irregularis, nec etiam ille, qui aliter mortem vitare nequiens, suum inuasorem occidit, vel mutilat.*

2 *Irregularitas non incurritur ex mutilatione, siue homicidio patrato à furioso, etiamsi sua culpa in furorem inciderit, vt n.3.*

4 *Furiosus in furore delinquens excusatur à pœna.*

5 *Infans delinquendo non fit irregularis, etiamsi sit doli capax, vt n.6.*

7 *Infans in delictis excusatur.*

8 *Dormiens si aliquem mutilet, aut occidat, irregularitatem non incurrit.*

9 *Ebrius si aliquem mutilet, aut occidat, an irregularitatem contrahat, ostenditur, & n.10.*

11 *Irregularitas non incurritur ab illo, qui hominem occidit ad sui necessariam defensionem, etiam de iure nouissimo Concilij Trid. vt n.12.*

13 *Declaratur Concil. Trident. sess.14. de reform. c.7.*

14 *Irregularitas non incurritur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit præueniendo, & non expectando se ab illo percuti*

14 *Matrimonium scienter contrahens in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, iste solus ligatur excommunicatione de qua in hoc text. non verò ignorant.*

16 *Matrimonium contrahens falsò putans subesse impedimentum consanguinitatis, &c. non ligatur excommunicatione de qua in hoc text.*

17 *Matrimoniū bona fide, & cōscientia contrahentes, si postea impedimēti conscij facti nihilominus in ipso matrimonio perseuerarint, an excommunicationem de qua in hoc text. incurrant ostenditur, & n. 18.*

19 *Excōmunicatio de qua in hoc text. incurritur etiam si quis contrahat matrimonium cum consanguinea in gradu lege diuina, ac naturali prohibito.*

20 *Matrimonium licet non sit consummatum, nihilominus incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

21 *Sponsalia de futuro contrahentes non incurrunt excommunicationem de qua in hoc text.*

22 *Pœna apposita contrahentibus matrimonium non afficit contrahentes sola sponsalia.*

23 *Matrimonium si contrahatur metu cadente in virum constantem cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, non incurritur excommunicatio de qua in hoc text.*

24 *Absolutio excommunicationis de qua in hoc textu, Episcopo reseruatur.*

Clem. Eos, qui. Vnic.

1 Matrimonium scienter contrahentes in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, aut cum Monialibus, necnon Religiosi, & Moniales, ac clerici in sacris Ordinibus constituti, si contrahunt, sunt excommunicati ipso iure, & denunciati, ac euitari debent donec absoluantur, aliis pœnis contra sic contrahentes impositis in suo robore permansuris. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac de Vitalin. Viuian. *in ration. l. 4. pag.* 86. Alagon. *in compend. pag.* 589. remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Soar. *tom. 5. de censur. disput* 23 *sect.* 5. *num.* 23. Lauor. *de Indulgen. p. 2. c* 13. *n.* 33. Filiuc *tract.* 14 *n.* 67. *vers. quinto, & n.* 75. *&* 113. nouissimè Bonacin. *de cens. extra Bull. disp. 2. q. 2. puncto* 7. *& q. 4. puncto* 1 Merol. *tom. 1. disput. in vniversam Theolog. moral. disp. 1. c. 2. n.* 249. *cum multis seqq.* Ego ipse *de officio Episcopi p. 3. alleg.* 50. *n.* 227. secundùm Lugdunen. impress.

3 *Eos, qui, &c.*] Ergo pœna excommunicationis in præsenti præscripta aduersùs eos, qui in casibus hic prohibitis matrimonium contrahere non verentur, æquè locum habet tam contra masculos, quàm contra fœminas, vt apertè probatur arg. text. *in l. qui contra C. de incest. nupt.* vbi pœnæ impositæ contrahentibus incestas nuptias per verba masculini generis, fœminas etiam comprehendunt, vt ex litteras tex. manifestè fit, idem expresè colligitur ex *l. si quis incesti, C. eod. tit.* notant Costa *in cap. si pater* 1. *p. verbo vxorem, num.* 5. Anton. Gom. *ad l.* 8. *Tauri in* 28. Valasc. *cons.* 15. *ferè*

4 *per totam* Facit in confirmationem, quia, vt magis etiam receptum est, & iotis prudentiæ congruentius, in pœnalibus masculinum verbum etiam fœmininum sexum comprehendit quando respectu vtriusque eadem viget prohibitionis ratio, vt probant omnes per text. *vbi in l. si quis 7. ff. de iurisd. omn. iud.* notant Ii. f. *in l. Gallus n.* 8. & *ibi* Galeaul. *num.* 33. *ff. de liber. & posth.* Tiraq *de retractu lig. §. 1. glos. 9. num.* 221. Mandos. *reg.* 19. *Cancell. quæst.* 3. Mei och. *remed. 4. adipisc. num.* 6. *cum seqq.*

Scienter in gradibus consanguinitatis, &c.] Collige excommunicationem, de qua *in præsenti*, non incurrere eos, qui nuptias hîc prohibitas ignoranter contraxerunt, etenim cùm illa aduersùs scientes fulminata sit, ad ignorantes trahi non debet. ex reg. text. *in c. pœnæ, de pœnit. dist.* 1. & ideo ita sentiunt Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 24. n.* 14. Perez *l. 5. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag.* 315. *& l. 7. tit. 19. eod. l. 8. pag.* 365. Soar. *to.* 5. *disp. 23. sect. 5. n.* 3. Sanch. *de matrim. l. 7. disp.* 48. *n.* 19. *in princ.* 5

Amplia primò ad incurrendam excommunicationem, de qua *in præsenti*, scientiam requiri non tantùm in contrahentibus matrimonia in tribus prioribus casibus, de quibus in prima eius parte, scilicet in his, qui contrahunt cum consanguineis, affinibus, vel Monialibus, sed etiam in aliis relatis in secunda parte *in ver. necnon*, vt constat ex *infrà* dicendis *ad glos. verbo contrahentes.* 6

Secundò amplia vt ab excommunicatione de qua *in hoc text.* non tantùm excuset ignorantia probabilis, & iusta, sed etiam crassa, & supina, nempe illa, quæ versatur circa rem, quam quis tenetur scire, propter nimiam tamen negligentiam ignorat, sicut tradunt Imol. *n.* 4. & Bonif. *n.* 10. *&* 19. *hic.* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 141. vbi asserit & in iudicando, & in consulendo ita semper esse resoluendum; suffragaturque communis opinio, secundùm quam pœna imposita aduersùs scienter gerentes actum prohibitum non comprehendit eos, qui etiam per ignorantiam crassam illud committunt, de quo Cou. *de spons. p. 2. c. 6 §.* 8. *n.* 21. Menoch. *de arbitr. casu* 324. *à prin.* Valasc. *cons.* 83. *n.* 10. Declara tamen vt non procedat in ignorantibus affectatè, id est, in iis, qui scire noluerunt, vt liberiùs peccarent, iuxta illud Psalmi 35. *noluit intelligere, vt bene ageret.* habetur *in c. pen* 38. *dist.* prout sentiunt Iacob de Graff *d. n.* 14. Henriq. *in summ. lib. 13. c.* 23. *in commemo lit.* D. Sanch. *d. lib. 7. disp.* 48 *num.* 19. 7 8

Tertiò amplia non solum ab excommunicatione de qua *in præsenti*, excusari eos, qui contrahunt matrimonium factum ignorantes, ex quo inter illos impedimentum datur, prout sunt omnes illi, qui vel ignorant consanguinitatis gradum, quo coniunguntur, vel copulam ex qua inter ipsos affinitatis impedimentum ortum est, sed etiam eos, qui factum tenentes, ius tamen ignorant, existimantes in aliquo ex casibus *in hoc tex.* prohibitis matrimonium licitum esse; ratio est, quia vt suprà dixi, ignorantia etiam crassa excusat ab excommunicatione de qua *hic*, sed hæc iuris ignorantia in aliud addatur ad plurimum crassæ terminos attingit, & eidem æquiparatur, vt probent Bart. *in l. si adulterium in prin. n.* 11. *ff. de adul.* Imol. *col.* 2 & Anch. *col.* 3. *hic.* ergo rectè fit talem iuris ignorantiam excusare ab excommunicatione, de qua *in hoc text.* Cætera vide *in collect. ad glos. verbo scienter.* 9

Necnon Religiosos, & Moniales &c.] Notatur ad hoc quod matrimonium contrahentes si sint vel voto solemni adstricti, vel in sacro Ordine constituti excommunicationem incurrunt ipso iure, vt per Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo casus pag.* 80. Paul. Comitol. *resp. moral. l. 1. q.* 56. *& q.* 115. *n.* 3. Farin. *in praxi crimin. p. 5. q.* 138. *n.* 97. 10

In gloss. *Eos*, ibi, *vnde si contrahat quis cum habente maritum, vel cum Iudæa, &c.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio, de qua *hic*, non incurritur si matrimonium ineatur cum cognata legali, vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis, vel quocunque alio dirimenti extra tria illa, nimirum consanguinitatis, affinitatis, voti solemnis emissi in Religione, aut Ordine sacro, quia text. hic solùm de iis mentionem facit, & cùm sit pœnalis, non est extendendus: ita 11

Nauar.

Nauar. *in man. c.22. n.45.* Iacob. de Graff. *c.24. n.14.* Petr. de Ledeſma *de matrim. q. 51. art.9. dub.1. paulò ante ſolutionem ad argum.* & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.l.7. diſp.48. n.14.*

12 In gloſſ. *Scienter*, ibi, *intelligo in ignorantia facti probabili.* Notatur ad hoc quòd vbi lex non imponit pœnam facienti aliquid ſcienter, ignorantia probabilis, id eſt, inuincibilis, excuſat, vt per Sanch. *de matrimon. lib.9. diſp.32. n.35.*

13 In ead. gloſſ. ibi, *& non affectata.* Notatur ad hoc quòd ignorantia affectata non excuſat à pœnis ſcientiam, & præſumptionem exigentibus, vt per Sanch. *d. diſp.32. num.40.* 14 Ignorantia enim affectata æquiparatur ſcientiæ, ſicuti docent Tiraq. *de retract. lig. §.35. gloſſ.4. num.28 & de pœnis temper. cauſa 13. num.22. & ſeq.*

15 In ead. gloſſ. ibi, *ſi verò alter ſolus ſciens, iſte ſolus ligatur.* Ita Sanch. *d.l.7. diſp.48. n.19. in fine.*

16 In ead. gloſſ. ibi, *quid ſi contraham cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam,* &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatione, de qua *hic*, non ligatur, qui falsò putans ſubeſſe impedimentum conſanguinitatis, aut voti ſolemnis, iniret matrimonium, quia reuera non contraxit cum tali impedimento, nec hic text. punit prauam voluntatem opere non ſubſequuto, vt per Card. *hic. n.3. q.5.* & Anch. *n.6. q.1.* ac Imol. *n.5.* Iacob. de Graff. *d. c.24. n.14.* Nauar. *d.c.22. n.43.* Sanch. *d.l.7. diſp.48. n.18.*

17 Sed quid ſi illi, qui bona fide, & conſcientia contraxerunt, poſtea ſcientia impedimenti accedente, nihilominus cum ea, & cum peccato cohabitarunt, & in ipſo matrimonio perſeuerarunt, an excommunicationem, de qua *hic*, incurrant? quam quæſtionem tam noſtri, quàm Theologi admodum ſubobſcurè tractant, nos vt in ea certa ab incertis ſeparemus, duos conſtituemus caſus, vel enim contrahentes cum impedimenti ignorantia poſtea ſuperueniente ipſius ſcientia perſeuerant in matrimonio, & cohabitatione animo fornicario, & ſine intentione maritali. Vel rurſus in cohabitatione perſiſtunt maritali affectione. Primo caſu ſecurè reſoluendum eſt ita animo fornicario cohabitantes omni iure inſpecto ab excommunicatione excuſari, ratio eſt, quia illa in hoc text. non imponitur pro inceſtu, vel pro peccato, quod in ipſa cohabitatione reperitur, ſed pro illo, quod cernitur in contrahendis nuptiis, de quibus in textu, vt ex ipſius ſerie, & verbis ſatis apparet, ac proinde cum ſupponamus nuptias ſine peccato fuiſſe contractas, licèt poſtea ſuperueniente ſcientia, & cum ea cohabitantes grauiſſimè peccent, nihilominus tamen excommunicationem non incurrerent, vt tenet hæc gloſſ. *in verſ. contrarium.* recepta ex Card. *hic, n.3.* & Imol. *n.5.* Duen. *reg.150. limit. 2.* Nau. *d.c.27. n.241.* Couar. *de ſponſalib. p.2. c.6. §.8. n.19.* Sanch. *d.l.7 diſp.48. n.20.* Farin. *in praxi crimin. p.5. q.149. n.198.*

18 In ſecundò verò caſu, nempe quando à principio ignoranter contrahentes poſtea ſcientes impedimentum animo, & intentione maritali cohabitant, dicendum eſt tales attento iure huius text. excommunicatione de qua in eo ligari; ratio eſt, quia licèt hi propter priorem conſenſum, vt pote bona fide exhibitum, excommunicationem de qua *in præſenti* non incurrerent, tamen ratione huius poſterioris, qui in ipſa cohabitatione, vt ſupponimus, includitur, & attento tempore huius text. & antiquiori per ſe ſufficiens erat ad matrimonium producendum, iuxta text. & *ibi* notata *in c. is, qui fidem, de ſponſal. in Decretal* eadem iterum cenſeri debent, ſicuti docent Nau & Sanch. *vbi ſuprà*, qui vltimo loco citatus poſt Petr. de Ledeſ, quẽ refert bene obſeruat ante Tridentinũ veram fuiſſe hãc ſolutionem.

In gloſſ. *Canonica*, ibi, *ne dum diuina.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio de qua *in hoc text.* incurritur etiamſi quis contrahat matrimonium cum conſanguinea in gradu lege diuina, & naturali interdicto, quia conſtitutio pœnalis comprehendit caſum omnino ſimilem, in quo fortior ratio militat, tum etiam quia lex Canonica prohibens matrimonium inter conſanguineos vſque ad quartum gradum, *c. non debet. de conſang.* comprehendit etiam primum gradum lege naturali vetitum, vt pote qui intra quartum includitur, ita poſt Card. & S. Anton. tradit Sanch. *d.l.7. diſp.48. n.15.* 19

In gloſſ. *Contrahere*, ibi, *licèt non conſummet.* Notatur ad hoc quòd excommunicatio de qua *in præſenti*, incurritur, licèt matrimonium, non ſit conſummatum, quia hic text. non punit copulam inceſtuoſam, ſed ſolum matrimonij contractum, cuius eſſentia perfecta eſt ante conſummationem per copulam; ſic docent Imol *hic, n.9.* Petr. de Ledeſma *de matrim. q.50. art.9. dub.1. paulo ante ſolutionem ad argum.* Sanch. *d. lib.7. diſp. 48. n.6.* 20

In ead. gloſſ. ibi, *quod ſi non contraxit matrimonium, ſed ſponſalia tantum,* &c. Notatur ad hoc quòd non eſt locus excommunicationi de qua *in præſenti* per ſolum ſponſalium de futuro contractum, vt per Nau. *d. c.27. n.141. & in c. ſi quando, de reſcript. excep.6.* Cou. *de ſponſ. p.2. c.6. in princ. n. vlt.* Tiraq. *de iure mariti gloſſ.2. n.8.* Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo pœna differ.1. n.1. verſ. facit etiam gloſſ.* Iacob. de Graff. *d.c.24. n.14.* Petr. de Ledeſma. *loco proximè citato,* Sanch. *d. diſput.48. n.7.* 21

Vnde ex hac gloſſ. colligitur pœnam appoſitam contrahentibus matrimonium, non afficere contrahentes ſola ſponſalia, vt per Tiraq. *de iure mariti gloſſ.2. n.8.* Perez *l.1. verſ. præterea confirmatur tit.1. l.5. Ordin. pag.4.* Menoch. *de præſ. l.6. præſ.93. n.6.* Azeued. *l.1. n.2. tit.1. l.5. noua recop.* Gutier. *de iuram. confirm. p.1. c.51. n.7.* Chald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, n.128. C. de in integ. reſtit. minor.* Cabed. *Luſitan. deciſ. part.2. Areſto 47.* D. Barboſ. *in l. ſi ante, n.25. & 26. ff. ſoluto matrimon.* Sanch. *de matrim. l.1 diſp.12. n.2. & diſput.13.* 22

In gloſſ. *Matrimonialiter*, ibi, *videtur quod coactus ad contrahendum non incurrat hanc pœnam.* Notatur ad hoc quòd non incurritur excommunicatio de qua *in hoc text.* ſi matrimonium metu viri conſtantis ineatur, tum quia eſt conſenſus inefficax defectu libertatis, tum etiam quia Eccleſia non tam graui cenſura punit tanto metu compulſum, ita Cardin. *hic, n.14. q.27.* Anchar. *n.8. quæſt.3.* Imol, *numero* 8. Bonifac. *num.23.* Nau. *num.141.* & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d.l.7. diſp.48. numero 12.* 23

In gloſſ. *Obtinere*, ibi, *per Epiſcopum,* &c. Notatur ad hoc quòd abſolutio excommunicationis, de qua *in hoc text.* Epiſcopo eſt reſeruata, vt per Farinac. *in praxi crimin. part.5. q.138. n.97.* 24

In Librum V. Clementinarum.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia ſtudendi.

Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Studiis Romanæ Curiæ, Pariſin. Oxonien. Bononien. & Salamantino qui debent eligi pro ſingulis linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa.*

2 *Doctores*

2 *Doctores referuntur de variis Academiis, & studiis agentes.*
3 *Bononia habuit priuilegia studij à Theodosio.*
4 *Chronicis in antiquis fides adhibetur.*

Clem. Inter solicitudines. I.

1 IN studiis Romanæ Curiæ, Parisien. Oxonien. Bononien. & Salamantino duo viri Catholici, & periti eligi debent pro singulis linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, qui scholas regant & libros in Latinum transferant, aliósque doceant: pro quibus prouidendis contribuere tenentur omnes Ecclesiarum Prælati, monasteria etiam exempta, non obstantibus quibuscunque priuilegiis in contrarium. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zab. Panor. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian *in ration. lib. 5. pag. 53.* Alagon. *in compend. pag. 636.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 De variis studiis, & Academiis agunt Cassan. *in catal. gloria mundi, part. 10. consid. 32.* Horat. Lut. *in tract. de priuilegiis scholar. tit. de iis, qui gaudent priuilegiis scholar. n. 23.* Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 5. c. 17. 18. & 29.* vbi *cap. 20.* agit de insigni Conimbricensi Academia, de qua etiam multa scribit Petrus Mariz *in dialogis varia historia dial. 5. c. 3. pag. 353.*

3 In gloss. *Bononien.* ibi, *Bononia habuit priuilegia studij à Theodosio,* &c. Ita Cassan. *d. consid. 32. vers. de studio Bononiensi.*

4 In ead. gloss. ibi, *prout ex chronicis,* &c. Ergo chronicis in antiquis fides adhibetur, de quo vide quæ dixi ad gloss. *verbo Vrbane sup. in Clem. vnica, de reliq. & venerat. Sanctor.*

SVMMARIVM.

1 *Magisterium, vel Doctoratum ex officio tribuens priùs à doctorando recipere debet iuramentum, quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turonen. argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus per sex menses à collatione Magisterij est suspensus.*
2 *Absurdum semper est vitandum.*
3 *Magistri Artium appellatione Doctorũ continentur.*
4 *Scholaris indignus Doctoralia insigna petens peccat mortaliter.*
5 *Suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipit statim à die sententia iudicis illud inferẽtis.*
6 *Capitulum an possit aliquem ad Doctoris, vel Magistri gradum promouere, sicut posset Episcopus, ostenditur.*

Clem. Cùm sit nimis. II. & vlt.

1 IS ad quem spectat Magisterium, vel Doctoratum tribuere priùs à doctorando recipiat iuramentum quòd in solemnitate sua non expendet vltra summam trium millium Turonen̄ argentorum, quod si non fecerit, etiamsi sit Episcopus, per sex menses à collatione Magisterij, seu Doctoratus huiusmodi est suspensus. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 54.* Alagona *in compendio, pag. 636.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.*

Cùm sit nimis absurdum, &c.] quia absurdum semper est vitandum, vt per Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 15. n. 188. vers. nam. absurditas.* Card. Mantic. *de coniect. vltimarum volunt. l. 3. tit. 7. a princ. & de tacitis, & ambig. conuent. l. 2. tit. 13.* Cardin. Tusch. *tom. 1. litt. A, concl. 66.* cum aliis per me citatis *Axiomate 2.* 2

In gloss. *Doctoratus.* ibi, *Doctores in iure Canonico, vel Ciuili, Magistri dicuntur in Theologia, vel artibus.* Igitur Magistri Artium appellatione Doctorum continentur, & illorum priuilegiis gaudent, vt per Ioan. Martinus à Costa *in addit. ad tract. libellorum annot. 53. n. 7. cum multis seq.* vbi hoc latè iuribus, & exemplis confirmat. 3

In gloss. *Honorem.* ibi, *in indigno verò est peccatum præsumptionis.* Notatur ad hoc quòd scholaris indignus doctoralia insignia petens, peccat mortaliter, sicuti docent Perez *l. 1. tit. 16. l. 2. Ordin. pag. 374.* Azeued. *l. 2. n. 7. tit. 9. lib. 3. noua recop.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 3. num. 70.* 4

In gloss. *Sequentes.* ibi, *si autem pendente primo semestri,* &c. Notatur ad hoc quòd suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus, si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc hoc posterius tempus incipit statim à die sententiæ iudicis illud inferentis, aut quando incurritur ipso iure statim à die commissi delicti, sicuti tradit Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 50. n. 3.* 5

In gloss. *Suspensum.* ibi, *Episcopus cum Capitulo hoc faciet,* &c. An Capitulum possit aliquos ad honorificum Doctoris, vel Magistri gradum promouere sicut posset Episcopus, solet ab aliquibus in dubium reuocari, qui per hanc gloss. sic distinguendum esse putant. Aut ea potestas pertinet ad solum Episcopum, aut communiter ad Episcopum, & Capitulum. si hoc secundùm ea manet penes Capitulum Sede vacante, si primum, tunc ea potestas, vel iure communi conuenit Episcopo, vel iure speciali si iure communi, ad Capitulum transit, si speciali non ita: vt post Pauin. *de potest. Capituli Sede vac. p. 1. q. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. n. 69.* Resoluit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 39. q. 5.* 6

De Iudæis, & Sarracenis.

Tit. II.

Clem. Cedit quidem. Vnic.

PRINCIPES Christiani compescere debent Sarracenos sibi subiectos ab inuocatione publica nominis Mahometi, & à peregrinatione, quam facere solent ad eius sepulchrum, & contrafacientes ita punire debent, vt alij eorum exemplo perterriti à præsumptione simili arceantur. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 67.* Alagon. *in compend. pag. 642.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.* In gloss. *Saraceni.* ibi, *qui debent à Christianis publicè distingui per habitum.* Sic de Iudæis diximus *in collect. ad cap. nonnullis sup. hoc tit. in Decretal.* Nisi priuilegium de non deferendo signum ex causa bene visa concedatur Hebræis per Summum Pontificem, sicuti docent Fulgos. *cons. 55. n. 2. vers. secundò sciendum,* Fuller. *in constitut. Regni Neapol. sub. tit. de Iudæis in pragm. incip. & contra perfidorum, n. 3.* Marquar. *de Iudæis p. 1. c. 4. vers. valeret tamen,* quos refert & sequitur Anton. Ricc. *de iure personarum, l. 2. c. 43. n. 5.* 1 2

In

3 In gloſſ. *Zabacala.* Vide Marquard. de Suſan. *in tract. de infidel. lib. p. 1. c. 3. n. 6. cum ſeqq.* Azeued. *in rubr. tit. 2. n. 9. cum ſeqq. 8 recop.*

De Hæreticis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & Doctores de eius materia agentes citantur, n. 2.*

3 *Clauſula,* Conſcientiam tuam oneramus, *quam vim, & effectum habeat, remiſſiuè.*

4 *Inquiſitor eſt competens iudex in cauſis hæreticorum.*

5 *Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore non valet hæreticum ad pœnam in duro, & arcto carcere ponere.*

6 *Epiſcopus ſi in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquiſitorem, & è contra Inquiſitor Epiſcopum, vt intra octo dies inſimul conueniant ad præmiſſa reſoluenda.*

7 *Requiſitio vnica ſufficit facta Inquiſitori ab Epiſcopo volente in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare hæreticum.*

8 *Epiſcopus ſi requiſitus ab Inquiſitore, & Inquiſitor ab Epiſcopo noluerit, vel non potuerit inſimul conuenire, poterit vnus alteri ſuas vices delegare, vel per litteras ſuum conſilium, & conſenſum ſignificare.*

9 *Capitulum Sede vacante ſuccedit Epiſcopo in cognitione cauſarum hæreticalium.*

10 *Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore poteſt torturam teſtibus infligere ad eruendam veritatem, ſecus ſi contra teſtem falſum procedi valeat ad pœnam ordinariam.*

11 *Verba,* non valere, *denotans ipſo iure.*

12 *Verbum duplex, ſeu geminatum futuri temporis quando eſt in conſtitutione tunc importat latam ſententiam.*

13 *Epiſcopus, & hæreticæ prauitatis Inquiſitores poſſunt in cauſis hæreſis committere vices ſuas.*

14 *Carcer debet dari ſecundum perſonam, & delicti qualitatem*

15 *Inquiſitor loco torturæ poteſt etiam ad eruendum veritatem ieiunia imponere.*

16 *Condennandi, & abſoluendi facultas vbi à lege alicui eſt tributa, & deinde ei aufertur facultas condẽnãdi, non tamen ſublata cenſetur poteſtas abſoluendi.*

17 *Sententiam abſolutoriam an Epiſcopus ſine Inquiſitore & Inquiſitor ſine Epiſcopo proferre valeat, oſtenditur, & n. 18.*

19 *Eccleſia vt non vacare dicatur, & Epiſcopus poſſit adminiſtrare, litteræ debent eſſe expeditæ.*

20 *Capitulum mortuo Prælato non ſuccedit in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis.*

21 *Terminum non eſt neceſſe exprimi in requiſitione facienda per Epiſcopum Inquiſitori, & è conuerſo, ſed ipſo iure ſtatim currit.*

22 *Appellatio datur in crimine hæreſis à decreto torturæ.*

23 *Appellari poteſt ab interlocutoria vt quis tormentis ſubiiciatur, cum afferat damnum in diffinitiua irreparabile.*

24 *Carceres hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtri quomodo faciendi, oſtenditur & num. 25.*

26 *Iuramentũ cuſtodum, miniſtrorum ſuorũ, & notariorum, ac aliorum officialium S. Inquiſitionis ponitur.*

27 *Notarij Inquiſitionis debent iurare ſuum officium fideliter exercere coram Epiſcopo, & Inquiſitore, vel ſubſtitutis ab eis.*

28 *Euangeliorum tactura eſt neceſſaria in iuramento.*

29 *Iuramentum ſi exigatur ab ſtatuto tactis ſcripturis, non ſatisfit ſi præſtetur præſentibus ſcripturis, non tamen tactis.*

30 *Iuramẽti in præſtatione inſpiciẽdus eſt mos regionis*

31 *Iuramenti in præſtantia ſufficit quod tangatur qualibet ſcriptura ſacra vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura.*

32 *Notarius in cauſis hæreticorum electus ab Eoiſcopo, ſeu Inquiſitore poteſt eligi clericus, & in ſacris conſtitutus, & etiam Religioſus, qui Notarius eſſet antequam Religionem ingrederetur.*

33 *Epiſcopi, Inquiſitores, & eorũ ſubſtituti, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio, quomodo puniantur, oſtenditur, & n. 34.*

35 *Dictio,* &, *copulat.*

36 *Hæretici mentales an incurrant excommunicationem contra hæreticos comminatam, oſtenditur, & num. 37.*

38 *Conſtitutio humana punire poteſt crimen omnino occultum.*

39 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus.*

40 *Epiſcopus, vel Inquiſitor ſi omiſerit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri cauſa, ſed propter timorem, vel propter euitanda ſcandala, non incurrit pœnas in hoc §. comminatas.*

Clem. Multorum. I.

E Inquiſitionis officium, quod ad au- 1
gmentum Fidei noſcitur inſtitutum, in fidelium cedat detrimentum, ſi Inquiſitores ipſi ſui officij metas excedant, ideò Inquiſitionis negotium tam per Epiſcopum diœceſanum, quàm per Inquiſitores ſine carnali amore, odio, vel timore, ſeu affectione commodi temporalis exerceri debet. Et quamuis quilibet ex prædictis poſſit citare, arreſtare, capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare etiam in compedibus, vel manicis ferreis, & inquirere contra illos, prout in Domino viſum fuerit; non poteſt tamen Epiſcopus ſine Inquiſitore, nec Inquiſitor ſine Epiſcopo, aut eius Officiali, vel Epiſcopali, Sede vacante ſuper hoc delegato (ſi intra octo dies poſtquam ſeſe requiſierint adinuicem alterius copiam habere poſſint) duro tradere carceri, qui magis ad pœnam, quam ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos, & ſi ſecus præſumptum fuerit nullum ſit, & irritum ipſo iure. Si autem neuter eorum nequeat, vel nolit perſonaliter conuenire, tunc poterit Epiſcopus, vel eius Officialis, ſeu delegatus Sede vacante committere ſuas vices, aut per litteras ſuum conſilium, vel conſenſum Inquiſitori ſignificare, & è contra; ita habetur vſque ad §. *Propter* incluſiuè. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Boniſ. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5. pag. 102.* Alagon. *in compend. pag. 658.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem coocluſ. ex hoc text. *in §. porrò,* de- 2
ſumunt Rojas *ſing. 27. n. 5.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 34. num. 22. & num. 37 & 38.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 8. num. 4* Gondiſal. *eod. tract. q. 8. n. 3. & 4. & q. 13. num. 8. in fine,* Carrer. *in ſimili tract. num. 72. 73. & 86.* Clar. *§. hæreſis num 5. verſ. ſed ſi quis,* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 11. & cap. 22. num. 15. & cap. 29. num. 6.* Eymeric. *in direct. Inquiſit. part. 3.*

part.3.q.47.n.1.cum seqq. latè cum ampliationibus, & limitationibus Farin. *de hæresi quæst.* 186. §.5. *num.* 67. *cum multis seqq.*

3 *Super quo ipsius conscientiam oneramus*, &c.] De vi, & effectibus huius clauf. dixi *in tract. de clausulis vsufreq. clauf.* 24. secundùm Lugd. impress.

4 *Tam per Diœcesanos Episcopos, quam per Inquisitores*, &c.] Notatur ad hoc quòd Inquisitor est competens iudex in causis hæreticorum, vt per Gondisalu. *in tract. de heretic. q.* 7. *num.* 8. *versic. & etiam Inquisitores*, Carrer. *in simili tractat. n.* 84. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *q.* 1. Farin. *de hæresi quæst.* 186. §. 2. *num.* 17.

5 *Duro tamen tradere carceri*, &c.] Intellige quòd hic text. ait de Episcopo sine Inquisitore, & Inquisitore sine Episcopo non valente hæreticum in duro, & arcto carcere ponere, vt procedat quando hoc vellet facere ad pœnam, secus ad custodiam, vt quia fortè alibi custodiri non possit, vt per Gondisalu. *in tract. de heretic. q.* 8. *n.* 3 & 4. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 33. *cap.* 7. *n* 1. *versic. primum.* Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 47. *n.* 2. Dec. *d. lib.* 5. *c.* 22. *n.* 6. Farin. *loco proxime citato, num* 75.

6 *Intra octo dierum spatium*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus in durum carcerem ponere, torquere, aut condemnare voluerit hæreticum, debet requirere Inquisitorem, & è contra Inquisitor Episcopum, vt intra octo dies insimul conueniant ad præmissa resoluenda, vt per Bonif. de Vital. *n.* 51. & 66. *in* 24. *notab* & Zabar. *in* §. *uerò, num.* 1. *in notab.* 1. Vmbert. Locat. *in iudic. Inquisit. in verbo expectare*, Squillacen. *in tract. de Fide Cathol c* 40. *sub. n.* 1 Farin *de hæresi q.* 186 §. 6. *n.* 98. & 109. dicit quòd hic terminus octo dierum currit à tempore, seu à die requisitionis factæ. & *n.* 110. subdit quòd potest re integra requisitus Episcopus, seu Inquisitor admitti ad causam si conuenire & interesse voluerit.

7 Intellige vt vnica tantùm sufficiat requisitio, sicut docent gloss. *hic verbo requisierint.* & Anchar. *n.* 4. *vers. sufficiat*, Imol. *n.* 12. *vers. deinde.* Bonif. de Vital. *num* 64. Campeg *in addit ad Zanchin. in tract. de hæret. c.* 8. *litt. D, verbo torquere*, Decian. *lib.* 5. *c.* 29. *n.* 6. *vers. sed sufficeret semel requirere*, Farinac. *vbi proximè*, *n.* 99. In qua non est necesse exprimere terminum octo dierum, qui propterea ipso iure statim currit, Farin. *citato loco n.* 100. & sufficit huiusmodi requisitionem facere per nuncium, vel epistolam, & ad domum, ex eodem Farin. *n.* 101. *vbi sup.*

8 *Verùm si Episcopus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Episcopus requisitus ab Inquisitore, & Inquisitor requisitus ab Episcopo noluerit, vel non potuerit insimul conuenire, poterit vnus alteri suas vices delegare, vel per litteras suum consilium, & consensum significare, vt per Imol. *n.* 13. Bonif. de Vital. *n.* 70. & *n.* 80. *cum seqq.* Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 49. vbi Penia *commento* 98 Farin. *d. q.* 186. §. 6. *n* 103.

9 *Vel Episcopali Sede vacante*, &c.] Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in cognitione causarum hæreticalium, vt per Decian. *d. lib* 5. *c.* 21. *n.* 15. Farin. *d. q.* 186. §. 11. *n.* 187. vbi *n.* 179. ampliat in quasi Sede vacante, & *n.* 181. limitat quoad exemptos.

10 *Vel tormentis exponere*, &c.] Limita non procedere in tortura testibus infligenda pro eruenda veritate, quam Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore infligere potest, secus si contra testem falsum procedi valeat ad pœnam ordinariam, ita Eymer. *in direct. Inquisit. p.* 3. *q.* 73 vbi Penia *commento* 122. & *ead. p.* 3. *q.* 53. *commento* 120. *vers. sed hoc intelligendum est*, Farin. *d. q.* 186. §. 2. *num.* 75.

11 *Non valebit.*] Hoc verbum præcedente negatiua denotare ipso iure, resoluit Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *c.* 8. *num.* 26.

12 *Nullum sit irritum ipso iure.*] Ex his verbis colligit Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 46. & 47. *C. de reuoc. donat.* quòd quando in Constitutione est duplex siue geminatum verbum futuri temporis, tunc importat latam sententiam.

13 *Super illis committere vices suas*, &c.] Ergo Episcopus, & hæreticæ prauitatis Inquisitores possunt in causis hæresis committere vices suas, vt per Cour. *var. l.* 3. *cap.* 20. *n.* 3. *vers. quartò*, Farin. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. D, num* 71.

14 In gloss. *Duro.* Notatur ad hoc quòd carcer debet dari secundùm personarum, & delicti qualitatem, vt per Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verbo hæretici*, §. 22. *pag.* 171.

15 In gloss. *Tormentis.* ibi, *puto autem quòd ieiunia*, &c. Notatur ad hoc quòd Inquisitor loco torturæ potest etiam ad eruendam veritatem ieiunia imponere, per ieiunium enim corpus torquetur, vt per Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 34. *rubr. de Inquisitoribus ripost. n.* 39. vbi subdit Inquisitorem sine Episcopo hoc tormenti genus imponere non posse. Farin. *de hæresi quæst.* 185. §. 8. *num.* 138. vbi notat hodie hoc tormenti genus non seruari cum ieiunia non iudicantur nisi loco pœnitentiæ.

16 In gloss. *Contra eos.* ibi, *sed nunquid pro eis*, &c. Notatur ad hoc quòd si alicui tributa sit à lege facultas condemnandi, & absoluendi, & deinde ei auferatur facultas condemnandi, non tamen dicitur sublata potestas absoluendi, vt per Socin. *reg.* 4. *vers. secundo fallit.* Clar. §. *hæresis, num.* 6 Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 29.

17 In ead. gloss. ibi, *Sed ita est*, &c. Notatur ad hoc quòd Episcopus sine Inquisitore, & Inquisitor sine Episcopo proferre potest sententiam absolutoriam, vt per Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 12. & *c.* 22. *n.* 11. vbi testatur de magis communi, Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisitionis, lib* 3 *q.* 4. *rubr. de expedit. processus in causis Fidei, in fine.* vbi ita vsu receptum esse testatur, Farin. *de hæresi q* 186. §. 3. *n.* 60.

18 Contrarium tamen tenent Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 3. *num.* 8. & 9. Zanchin *de hæret cap.* 8. *litt. E, in verbo diffinitiuam.* Rojas *sing.* 27. *num.* 7. Carrer. *in tract. de hæret. num.* 71 Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæst.* 16 D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §. 1. *num.* 478. *ff. de iudic.*

19 In gloss. *Sede vacante.* ibi, *quia nondum habet litteras*, &c. Notatur ad hoc quòd litteræ debent esse expeditæ, vt non dicatur Ecclesia vacare, ac Episcopus possit administrare, vt per Imol. *hic num* 3. *vers. gloss. vacante*, *Cardin. num.* 5. *in fine*, Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante prælud.* 7. *num.* 14. Abb. *in cap. qualiter in* 1. *not. de elect.* Dec. *in rubr. de constitut. num.* 421. Cassador. *decis.* 8. *n* 5 *de restit spoliat.* Sclu. *de benefic. p.* 2. *q.* 15. *in princip.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15 §. 2. *num.* 34. *cum seq.* vbi obseruat quòd licèt huiusmodi Doctores simpliciter loquantur quòd sit necessaria expeditio litterarum, non tamen excludunt illarum transportationem, ostensionem, & præsentiam, immò illam præsupponunt, ex quo ad id probandum allegant *Extrauag. iniuncta, de elect. inter commun.* quæ de litterarum ostensione, & præsentatione expressè disponit, ac decretum irritans continet, & graues pœnas non solùm vtenti iurisdictione, sed etiam Capitulo, seu Conuentui admittenti ad possessionem, seu iurisdictionis exercitium, ante dictarum litterarum præsentationem, ita fuit resolutum, & declaratum *in Burgen. Canonicatus* 3. *Iunij* 1582.

coram

coram Cardin. Lancelloto seniore quod hodie nulla caret difficultate, cùm per *reg. 2. aliàs 3. Cancel. in nouis.* expresse dicatur quòd duret vacatio Sedis Episcopalis vsque ad prouisionem illius Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam pacificam possessionem.

20 In gloss. *Capituli*, Notatur ad hoc, quòd Capitulum mortuo Prælato non succedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt per Nauarr. *cons. 28. sub tit. de tempor. ordin. in antiq.* Flamin. *de resignat. benefic. lib 7. quæst. 23. num. 13. & 25.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. quæs. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. c. 7. num. 2.*

21 In glos. *Requisierint.* ibi, *in requisitione non est necesse terminum exprimi, sed ipso iure statim currit.* Vide Duen. *reg. 271. ad fin.* Tiraq. *de retract lig. §. 9. gloss. 3. n. 23* Farin. *d. quæst. 185. n. 100.*

22 In glos. *Ipso iure.* ibi, *quòd si interlocutoria*, &c. Notatur ad hoc quòd datur appellatio in crimine hæresis à decreto torturæ, vt per Ioan. de Imola *num. 13. vers. per hoc dicit gloss. in præsenti*, Simanch. *in enchirid. viol. relig. tit. 52. rubr. de tormentis, n. 11. & tit. 65. rubr. de appellat. num. 2.* Eymer. *in direct. Inquisit. part. 3. rubr. de appellat. n. 122.* vbi Peña *commento 31. lit. A. pag. mihi 487.* Farinac. *de hæresi. quæst. 185. §. 15. n. 235.* vbi subdit quod non obstante appellatione poterit iudex ad torturam deuenire quando appellatio ab illius decreto fuerit calumniosa, & sic quando videt ex processu legitima extare indicia ad torquendum.

23 In ead. gloss. ibi, *lex permittit tunc appellare, quia grauamen tolli non posset per appellationem interponendam*, &c. Notatur ad hoc quod à decreto, vt quis tormentis subiiciatur, appellari potest cum afferat grauamen irreparabile, quod in diffinitiua reparari non valeat, vt per Hyppol. *in l. 1 ff. de quæst. num. 34.* Clar. *§. fi. q. 64 num. 27.* Azeued. *l. 3. num. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ recopil.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 642. vers. secundò.* Zerol. *in praxi Episcopali, p. 1. verbo appellatio, §. 9.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de appell. resolut. 13. num. 15.* Sigism. Scacc. *in tract. de appellat. q. 17. limit. 47. à num. 143.*

§. Sanè,

24 Carcer quilibet Inquisitionis debet esse communis Episcopo, & Inquisitori, & habere duos custodes principales, discretos, industriosos, & fideles. vnum, quem volet Episcopus, cui ille prouidebit, alterum, de quo voluerit Inquisitor, cui etiam ipse prouidebit, & quilibet eorum poterit habere sub se fidelem, & bonum ministrum. In quolibet etiam conclaui eiusdem carceris, siue muri, erunt duæ claues diuersæ, quarum vnam vnus, alteram alter custos habebit, & quando est ministrandum carceratis, poterit committere, vel subdelegare ministro. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in princ. text.* citati.

25 Hoc idem ex hoc text. desumunt Simanch. *de Catholic. instit. tit. 16. de custodia reorum, per tot.* Zanchin. *in tract. de hæret. c. 8. num. 4. versic etiam ambo prædicti*, Gondisalu. *in simili tract. q. 11. num. 6. 11. & 13.* Læl. Zech. *in summ. part. 1. tit. de Fide, rubr. de hæresi, cap. 11. n. 14. vers. etiam potest habere carcerem*, Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3. rub. de modo interrogandi reum, n. 75* vbi Penia *commento 18. lit. C.* & latiùs *d. p. 3. q. 58. cum duabus seqq.* vbi Penia *commento 107. 108. & 109.*

§. Porrò.

26 Coram Episcopo, vel Sede vacante coram Capitulo, & Inquisitoribus, vel eorum substitutis custodes prædicti antequam suum officium exequantur, ad Sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta iurabunt; quòd fideliter adhibebunt omnem diligentiam ad custodiam incarceratorum pro hæresi, & quòd vnus non loquetur alicui carcerato in secreto, quin alter custos audiat, & quòd fideliter, & absque diminutione ministrabunt incarceratis prouisionem, quam recipiunt ex communi ordinatione, & id quod à parentibus, amicis, vel aliis fidelibus offertur, dum Superiores non contradicant; similiter iurent coram Episcopo, & Inquisitore; etiamsi carceres non sint communes, sed solius Episcopi: item Notarij Inquisitionis iurabunt coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutis exercere fideliter suum officium, idemque faciant aliæ personæ necessariæ ad prædictum officium exequendum. Colligunt ex Ordinariis Doctores *in principio text.* citati.

Iurabunt suum officium fideliter exercere.] Notatur 27
ad hoc, quòd Notarij Inquisitionis debent iurare suum officium fideliter exercere coram Episcopo, & Inquisitore, vel substitutus ab eis, vt per Imol. *num. 17. vers. Glossa iurabunt*, Bonifac. de Vital. *num. 148. cum seq. in præsenti*, Campeg. *in addit. ad Zanchin. c. 9. lit. B. vers. debet itaque Inquisitor*, Rojas *sing. 142.* Penia *in direct. Inquisit. p. 3. q. 19. commento 68. vers. illud est tamen*, Farin. *de hæresi, q. 185. n. 11.*

In gloss. *Tacta.* ibi, *sed requiritur tactura Euangeliorum.* Notatur ad hoc, quòd tactura Euangeliorum est necessaria in iuramento, vt per Abb. *in rubr. de iureiurand. num. 2. & in cap. quamuis pactum in initio, part. 1. num. 7.* Menochius *cons. 37. num. 52.* Ioseph. Ludouic. *commun. conclus. tit. de iureiurand. concl. 6* & plures alios, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 108. num. 6.* quibus addo Gonzal. *ad regul. 8 Cancell. gloss. 9. §. 1. in annot. num 111.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 108. num. 14.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 1. num. 12.* 28

Vnde non satisfieri statuto exigenti iuramentum tactis scripturis si præstatur iuramentum præsentibus scripturis, non tamen tactis per hanc glos. tenet Tiraq. *de iure marit. gloss. 7. n. 98.* 29

In eadem gloss. ibi, *apud Italicos interpretatur consuetudo*, &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti inspiciendus est mos regionis, vt per Tiraq. *de notab. c. 37. n. 136.* 30

In ead. gloss. ibi, *quòd sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere*, &c. Notatur ad hoc, quòd in præstatione iuramenti sufficit quòd tangatur quælibet Scriptura sacta vbi non exprimitur de Euangeliorum tactura, vt per Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. c. 4. num. 171.* 31

In gloss. *Notarij.* ibi, *qui possunt esse constituti in Sacris. & Religiosi.* &c. Notatur ad hoc, quòd Notarius in causis hæreticorum electus ab Episcopo, seu Inquisitore potest eligi Clericus, & in Sacris constitutus, & etiam Religiosus, qui Notarius esset antequam Religionem ingrederetur, vt per Ioannem de Imola *num. 17.* & Bonifac de Vitalio. *num 149.* Ioan à Rojas *sing. 133.* Zanchin. *in tract. de hæretic. c. 9 lit. B. vers. adde rursus*, Eymer. *in direct. Inquisit. part 3. q. 18 & 19.* vbi Penia *commento 67. & 68.* Farin. *de hæresi, q. 185. §. 1. num. 10.* 32

§. Verùm.

Episcopi, Inquisitores, & eorum substituti sub 33
præcepto sanctæ obedientiæ discretè, & promptè procedere debent contra suspectos, vel diffamatos de hæresi ne malitiosè, aut fraudulenter talem labem falsò alicui imponant; quòd si odio, gratia, amore, lucro, procedunt, vel innocentes vexant, tunc Episcopus,

vel Superior est suspensus ab officio per triennium, alij verò sunt excommunicati ipso facto, à qua excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem, nequeunt, præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte priuilegio suffragante. Colligunt ex Ordin. Doctores *in principio text.* citati.

34 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. colligunt Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 34. *n.* 40. Eymer. *in direct. Inquis. part* 3. *q.* 24. *num.* 2. vbi penia *commento* 73. latè Farin. *de heresi, q* 186. §. 9. *num.* 145. *cum seqq.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 21. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 106. Couarr. *pract. cap.* 36. *n.* 21. Gambar. *de casibus reseruat. cap.* 7. *num.* 1. & 2. Rainer *in catalogo censurarum extra Bullam, c.* 6. *excomm.* 1. Filliuc. *tract.* 15. *n.* 206. *vers. prima*, & *n.* 207. ego ipse *de officio*, & *potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 50. *n.* 95. secundùm Lugd. impressionem.

35 In gloss. *Et Conscientiam*. ibi, *nota quòd.* & *copulat.* Ita Menoch. *cons.* 111. *n.* 9 & *cons.* 117. *n.* 54. Bernardin. Muscatel. *in tract. de cognit. delict. tit. de receptator. n.* 18. Cened. *post tract. practic. & canon. quæst. sing.* 50. *n.* 1. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 828. *n.* 87. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel* §. 7 *proœm. num.* 123. & *gl.* 3. *n.* 1. & refero ego ipse *in tract. de diction. vsafr. dict.* 110. *num.* 4.

36 In gloss. *Eo ipso*. Probat hæc glos. hæreticum omninò mentalem incurrere excommunicationem contra hæreticos comminatam, quam sententiam sequuntur *hic* Card. Anch. Imol. & Vital. *n* 183. Albert. *de heret. q.* 30. Bursat. *cons.* 14. *num.* 5 & 9. Tiraq. *in l si vnquam verb. reuertatur, num.* 240. *C. de reuocand. donat.* Albert. Pygh. *de Eccles. hierarchia, lib.* 6. *cap.* 6. *circa med.* Rojas *de heret. p.* 1. *n.* 146. Azeued. *l.* 1. *num.* 151. *cum seq. tit.* 3. *lib.* 8. *noua Recopil.* Clar. §. *fi. q.* 91. Menoch. *de arbitr. casu* 360. *n.* 6. Spin. *in Speculo testam. gloss.* 7. *n.* 13. *cum seq.* Cantera *in q. crim. part.* 2. *c.* 1. *num* 8. Ceual. *communium contra commune, q* 698. Salas *de legib. disp.* 9. *sect.* 1. §. *resolutio auctoris*, Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 10. *vers. in hac itaque*, & *lib.* 8. *cap.* 10. *quæst.* 3.

37 Contrariam tamen sententiam, nempe excommunicationem non incurri per hæresim mentalem, sed requiri quod sit verbo, aut facto exteriùs prolata, ac proinde Ecclesiam quoad censuras Ecclesiasticas non habere potestatem in actibus merè internis, tenent Driedon. *de libert. Eccles. lib.* 3. *cap.* 5. *circa fin.* Couarr. *in reg. peccatum, p.* 2. *in princ. n.* 7. Nauarr. *in man. cap.* 11. *n.* 17. & *c.* 23. *n.* 38. & *c.* 27. *n.* 56. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 42. Aragon. 2. 2. *q.* 11. *a* 3. vbi Ban. *a.* 4. Henriq. *in summ. lib* 4. *c.* 4. §. 1. *in comm. lit. D.* Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 9. §. 12 Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 13. *n* 4. 5. & 28. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Veg. *in summ p.* 1. *c.* 54. *casu* 1. & *c.* 85. *casu* 26. & *c.* 125. *casu* 10. Petr. de Ledesma *in summ p.* 2. *tract.* 1. *c.* 9. & 10. Gabr. Vasq. 1. 2. *tom.* 2 *disp.* 160. Sayr. *de censur. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 14. & 15. & *lib.* 3. *c.* 4. *à n.* 20. Soar. *eod. tract. tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 2. & *disp* 4. *sect.* 2. & *sect.* 3. *à n.* 5. Auila *in simili tractat. p.* 1. *dub.* 10. & *p.* 7. *disp.* 2. *dub.* 1. Carbo *de legib. lib.* 8. *disp.* 14. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 2. *disp.* 1. *col.* 2. *sub lit. E.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n* 91. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 8. *n.* 2.

38 Notatur etiam hæc gloss. ad hoc, quòd constitutio humana punire potest crimen omninò occultum, vt per Gregor. Lopez *l.* 2. *verb. non merece, tit.* 31. *p.* 7. Perez *tit.* 4 *lib.* 8. *Ordin. pag.* 84. Paul. Comitol. *responsor. mor. lib.* 1. *q.* 63. *n.* 5. & 6.

39 In gloss. *Excommunicationis.* ibi, & *vbi sic determinatum est videtur quòd non possit Superior absoluere*, &c. Notatur ad hoc, quòd Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus, vt per Gutierres *canon. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 6.

In gloss. *Obtenta*. ibi, *vbi verò*, &c. Notatur ad hoc, 40
quòd si Episcopus, vel Inquisitor omiserit procedere non odij gratia, amoris, vel lucri causa, sed propter timorem, vel propter vitanda scandala non incurrit pœnam in hoc §. contra illos comminatam, vt per Vmbert. Locat. *in indic. Inquisit. num.* 149. Farin. *dict. quæst.* 186. §. 9. *n.* 149.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Inquisitoris Officium nulli, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committi debet.*

3 *Bona clerici heretici habentis beneficium Ecclesiasticum applicanda sunt Ecclesiæ in qua illud obtinet vel stipendia accepit.*

4 *Bona Clericorũ patrimonialia propter heresim confiscata applicantur fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia.*

5 *Bona clericorum licet propter heresim confiscẽtur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ etiam illi per clericum hereticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure.*

6 *Excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulorum Sede vacante commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitoris illicitè fuerunt pecuniam aliquam, & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ.*

7 *Verba*. Excommunicationis sententiæ subiaceat, denotant ipso iure.

8 *Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione suæ personæ, vel familiæ suæ, & ad capiendum hereticos.*

9 *Familiares Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt.*

10 *Arma qui officiales, & familiares Inquisitionis deferre possint, ostenditur.*

11 *Constitutio in qua adest dictio*, ex tunc, *statim ligat à tempore promulgationis ipsius.*

12 *Lex statim, & incontinenti ligat cum vale eo ipso quod promulgata est obseruari.*

13 *Constitutio quoties exprimit à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas.*

14 *Inquisitor in crimine heresis imponere potest etiam pœnam pecuniariam Sanctæ Inquisitionis Officio applicandam*

15 *Commissariorũ nomine veniant Vicarij Inquisitorũ.*

16 *Episcopi non includuntur nomine Inquisitorum.*

17 *Pecunia extorsio debet esse prætexta officij Inquisitionis, vt sit locus pœnæ huius text.*

18 *Inquisitores, & Commissarij incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis extorquendo prætextu Sancti Officij non solum pecuniam, sed etiam omnem aliam rem.*

19 *Pecuniæ appellatione largè sumpto vocabulo venit quodcunque pecunia æstimabile.*

20 *Absolutio ab excõmunicatione de qua in hoc text. præstita ab inferiore valet in articulo mortis non præmissa reali satisfactione, & excusante paupertate.*

21 *Ordinarij Episcopi possunt absoluere de excommunicatione non reseruata Sedi Apost.*

22 *Iudex Confiscans bona Ecclesiæ ignoranter, nesciens scilicet bona esse Ecclesiæ, non incurrit excommunicationem, de qua in hoc text.*

23 *He*

23 Hæreticus si fuerit aliquis Monachus alicuius Ecclesiæ Prælatus, cũ id quod acquirit, nõ sibi, sed Ecclesiæ acquirat, ideò eius bona confiscari non possunt.
24 Clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, si habeat stipendia à pluribus Ecclesiis, ipsius bona inter illas diuiduntur.
25 Probare posse dicitur, qui habet vnum testẽ integrum.
26 Boni viri tacent illud, quod probare non possunt.

CLEM. Nolentes. II.

1 INquisitionis Officium committi non debet, nisi attingenti quadragesimum annum. Deputati ab Inquisitore, vel Episcopo, aut Capitulo Sede vacante ab aliquo prætextu officij Inquisitionis pecuniam non extorqueant, nec attentent applicare fisco bona Ecclesiæ ob delictum clericorum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua non absoluantur, nisi plenè satisfecerint dominis, seu in mortis articulo: Notarij verò, Officiales, fratres, & socij, qui hoc sciuerint, illos in secreto arguant, & corrigant, & si probare possunt, denuncient Superioribus, qui amoueant tales ab officiis. Denique præcipitur Inquisitoribus, vt non abutantur concessione portandorum armorum, nec habeant plures officiales, nisi necessarios, qui se conferant cum Inquisitoribus ad officia exequenda. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Imol. Zabarell. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.5. pag.106.* Alagon. *in compend. pag.659.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.*

2 *Nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint.*] Notatur ad hoc quòd Inquisitoris officium nulli nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerit, committĩ debet, vt per Decian. *tractat. crimin. lib.5. c.22. n.3.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.8. cap.18. q.4.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.7. cap.6. n.122.* Conrard. Brun. *in tract. de hæret. lib.4. c.2.* Iacob. Simanch. *in enchirid. tit.7. n.2. & 3.* Perez. *l.3. glos.1. p.134 tit.4. lib.8. Ordin.* Farin. *de hæresi, q.186. §.2. n.46. cum seqq.* vbi ampliat & limitat.

3 *Fisco etiam Ecclesiæ applicare, &c.*] Verba hæc, quæ de fisco Ecclesiæ mentionem faciunt non esse ad fiscum Prælatorum, sed ad fiscum Romanæ Ecclesiæ, & Cathedralis referenda aduertit Couar. *var. lib.2. c.9. num.11 in fine.* Sed hoc cum declaratione accipiendum est, nam bona clerici hæretici habentis beneficium ecclesiasticum applicanda esse Ecclesiæ, in qua beneficium obtinet, vel stipendia accipit, resoluunt Conrad. Brun. *de hæret. lib.5 c.6. num.8.* Gondisal. *eod. tract. q.15. n.2. vers. bona autem,* Clar. *§. hæresis, n.11. v. item bona condemnatorũ,* Simanch. *de Cathol. tit.9. n.89.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.31. n.7. ad finem,* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.2. quæst.83. art.2.* Ceual. *commun. contra commun. tom.4. q.897. n.24.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. c.20. num.3. cum seqq.* Peregr. *de iure fisci lib.4. tit.5. n.31. vers. clericorum bona,* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.44. num.2. in princ. vers. fiscus autem Ecclesiæ,* Farinac. *de hæresi. q.190. §.11. num.155.* vbi *num.156.* reprobat aliquos contrarium tenentes, & *num.157.* an diuidenda sint bona clerici hæretici inter Ecclesias, à quibus stipendia recipit, de
4 quo *infrà num.14.* Quoad bona verò clericorum patrimonialia propter hæresim confiscata resoluendum est applicari fisco Ecclesiæ Episcopalis si ipse clericus non habeat stipendia ab aliqua Ecclesia, vt per Sylu. *in summ. verbo hæreticis, §.1. num.13. vers. si sunt clerici,* Burs. *cons.43. num.37.* Carrer. *in tract. de hæret. num.135. ante med. vers. bona verò clericorũ,* Decian. *dict. loco vers. & si clericus nulla stipendia.* Brun. Peregr. Clar. *citatis locis,* & alios plures, quos refert, & sequitur Farinac. *dict. §.11. n.158.* vbi *num.159.* reprobat contrarium tenentes.

Nec scientes attentent Ecclesiarum bona, &c.] Notatur ad hoc quòd quamuis propter hæresim bona clericorum confiscantur, non tamen confiscantur bona Ecclesiæ, etiam illi per Clericum hæreticum acquisita, & iudex sic confiscans incurrit pœnam excommunicationis ipso iure, vt per Carrer. *in tract. de hæret. n.135. ante fin. vers. limita tamen,* Eymer. *in direct. Inquisit. p.3. q.112. vers. est tamen considerandum,* vbi Peña *commento 161. vers. quo autem plenius,* Sanch. latè declarantem *lib.2. c.20. à princ.* Farin. *d. q.190. §.11. n.162.* 5

Excommunicationis sententiæ eos subiacere, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulum Sede vacante Commissarij deputati in causis Fidei, qui prætextu sui Officij Inquisitionis illicitè sumunt pecuniam aliquam & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica etiam applicanda fisco Ecclesiæ, vt per Nauarr. *in man. c.27. n.142* Gamb. *de casib. reseru. cap.11 n.13.* Filliuc. *tract.14. num.168.* ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.3. alleg.50. n.228.* secundùm Lugdun. impress. quibus addo Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.20 n.3.* Farin. *de hæresi q.186. §.7. n.134. cum seqq.* latè Bonacin. *de excommun. in particulari extra Bullam Cœnæ disput.1. q.10. puncto* 6
10. per tot. Verba enim supradicta denotare latam sen- 7
tentiam tradit Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur, num.149. C. de reuocand. donat.*

Vt ne abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, &c.] Notatur ad hoc quòd Inquisitores possunt tenere armatam familiam pro defensione suæ personæ, vel familiæ suæ, & ad capiendum hæreticos, vt per Eymer. *in direct. Inquisit. part.3. quæst.56.* & 8
ibi Penia Farin. *de hæresi. q.186. §.6. num.90.* Familiares 9
Inquisitorum Fidei arma licitè, & impunè deferre possunt, vt per Ioan. Rojas *sing.21. n.7. vol.2.* Lucer. *Inquis. verbo Inquisitor. n.14.* Paul. Fusch. *de visitat. lib.2. c.32. n.17.* Roland. *cons.37. n.9. vol.4.* Menoch *de arbitrar. casu 394. num.66.* Iacob. Simanch. *de Cathol. instit. c.34. num.24. & c.41. num.15.* Penia *in direct. Inquisit. part.3. q.56. cõmento 105. fol. mihi 631. col.2 vers. rursus arma*
deferre, vbi dicit hanc armorum licentiam non solùm 10
dandam esse Officialibus destinatis ad denunciandos hæreticos, sed etiam cæteris, qui quauis alia ratione Sancto Officio inseruiunt, veluti Aduocatis, notariis, consultoribus, custodibus, aut illi qui aduersus hæreticos publicè scribunt, dummodo non sint personæ scelestæ, & alienigenæ, nec Iudæis, aut aliis infidelibus conuersis, tales enim non facilè, & non nisi ex magna causa creandi sunt familiares S. Officij, refert Farin. *de hæres. q.182. §.6. n.91.* vbi *n.92.* ex hoc text intelligit supradictam concl. dummodo præfati Officiales armorum delatione, & Inquisitores licentiarum concessione non abutantur.

In glos. *Et tũc* ibi, *voluit Papa per hoc quòd hæc pars* 11
Constitutionis statim ligaret, &c. Notatur ad hoc quòd constitutio in qua est dictio, *ex tunc,* statim ligat à tem-
pore promulgationis illius, vt per Rebuff. *ad l.13. vers.* 12
idem ff. de verb. signific. Tiraq. *de retract. tit.2. §.2 gl... n.86.* Lex enim statim, & incontinenti ligat cum vult eo ipso quòd promulgata est, obseruari, vt per hanc glos. tenent Menoch. *de arbitr. casu 185. num.3.* Sayr. *in claui Regia lib.3. cap.5. num.6.*

In ead. glos. ibi, *non quoad hoc quòd contra facien-* 13
tes, &c. Notatur ad hoc quòd quoties constitutio exprimit à quo tempore debeat obligare afficit ignorantes quoad nullitatem actus, licèt non afficiat quoad alias pœnas, vt per Sayr. *d. c.5. n.12.* Sanch. *de matrim. lib.3. disp.17. n.10.* Farin. *in praxi crim. p.4, cons.65. n.3.*

14 In glos. *Illicitis*. Notatur ad hoc quòd potest Inquisitor in crimine hæresis imponere etiam pœnam pecuniariam sanctæ Inquisitionis officio applicandam, vt per Zanch *in tract. de heretic. 16. num. 9. vers. poterit*, Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3. q. 103.* vbi Pena *commento 152.* Decian. *lib. 5. c. 44. sub n. 7.* Rojas *sing. 1. num. 22. vers. & Inquisitores* Farin. *de haresi. q. 193. §. 6. à n. 108. cum seqq.*

15 In glos. *Ipsorum*. ibi, *dant ergo Inquisitores commissarios, quos vocamus Vicarios*, &c Notatur ad hoc quòd commissariorum nomine veniunt Vicarij Inquisitorum, vt per Sanch. *in pracepta Decalogi lib. 2. c. 20. n. 4.* Farin. *d. q. 186. §. 7. sub. num. 141.*

16 In gl. *Commissarius*. ibi, *de Episcopis loqui non videtur*. Ergo Episcopi non includuntur nomine Inquisitorum, vt per Sanch. *d. cap. 20. num. 6.*

17 In glos. *Pratextu*. ibi, *vbi ergo non eo pratextu illicitè exigit, licèt male faciat, non tamen est locus pœna*. Notatur ad hoc quòd pecuniæ extorsio debet esse prætextu Officij Inquisitionis, vt sit locus pœnæ huius text. sicut docet Sanchez *dict. cap. 20. n. 8.* Farin. *dict. quaest. 186. §. 7. n. 140.*

18 In glos. *Pecuniam* ibi, *intelligo largè*. Notatur ad hoc quòd Inquisitores, & commissarij incurrunt pœnam excommunicationis, & priuationis extorquendo prætextu officij non solùm pecuniam, sed etiam omnem aliam rem, vt per Sanchez *dict. cap. 20. num 9.* Farinac. *dict. quaest. 186. §. 7. num. 140.* velnti frumentum, vinum, vestes, esculenta, proculcora, aut alia pretio æstimabilia, vt per Nauarr. *in man. cap. 27. num. 142.* Syluest *in summ. verbo excommunicatio 9. num. 81.* Sayr.
19 *de censur. lib. 3 cap. 34. num. 25.* Filliuc. *tract. 14. cap. 10. quaest. 3. num 169.* nam pecuniæ appellatione largè sumpto vocabulo venit quodcunque pecunia æstimabile, vt per Tiraquell. *de retractu lig. § 1. glos. 14. num. 42.* Gig. *in tractat. de crim. lasa maiest. lib. 1. quaest. 34. n. 14.* Moza. *vbi de contract. de empt. tit. qua veniant appell. rei, §. denemo, num. 25.* Sanchez *dict. cap. 20. num 9.* quos refero ego ipse *in tract. de appell. verò. vtriusque iuris signif. appell 195. num. 1.*

20 In glos. *Satisfecerint* ibi, *si habent, vnde viuant, aliàs verò paupertas excusat*. Notatur ad hoc quòd in articulo mortis non præmissa reali satisfactione, & excusante paupertate valet absolutio excõmunicationis huius text. ab inferiore, secus verò extra illũ articulũ, vt per Sanch. *dict. cap. 20. num. 19.* Farin. *dict. quaest. 186. §. 7. num. 142.*

21 In glos. *Absolui*. ibi, *per Ordinarios cum sibi non reseruet*. Notatur ad hoc quòd ab ista excommunicatione ex quo non fuit reseruata Sedi Apost. possunt etiam Ordinarij Episcopi absoluere vt per Sanchez *dict. c. 20. num. 18.* vbi subdit hanc absolutionem non esse simpliciter concessam, sed permitti cum quadam conditione, videlicet in mortis articulo tantùm, & donec plenè fuerit satisfactum de pecuniis extortis, & sic eum effectu, refert Farinac. *dict. quaest. 186. §. 7. num. 143.*

22 In glos. *Scienter*. ibi, *ignoranter ergo non tenet hac pœna*. Notatur ad hoc quòd iudex confiscans bona Ecclesiæ ignoranter, nesciens scilicet bona esse Ecclesiæ, non incurrit excommunicationem, de qua *in hoc text.* vt per Cardin. Zabarel *hic in §. Inquisitoribus ante n. 1. in 3. notab.* Imol. *n. 6. in fine vers. nota scienter.* Sanch. *in pracepta Decalogi tom. 2. lib. 2. c. 20. n. 11.* vbi subdit quòd quæcunque ignorantia excusat dummodo non sit affectata, vel adeò crassa, vt ingens temeritas dicatur.

In glos. *Ecclesiarum* ibi, *& per hoc dico quòd si monachus*, &c. Notatur ad hoc quòd si hæreticus fuerit aliquis monachus alicuius Ecclesiæ Prælatus, cum id quod acquirit, non sibi, sed Ecclesiæ acquirat, ideò eius bona confiscari non possunt, vt per Imol. *hic n. 7. vers. ex hoc infert*, Bonifac. de Vitalin. *num. 71.* Sanch. *dict. cap. 20. n. 13. & 14.* vbi etiam quid si hæresis fuerit commissa ab aliquo Religioso Franciscani Ordinis prorsus proprij incapace, refert Farinac. *de haresi q. 190. §. 11. num. 161.*

In glos. *Applicare*. ibi, *vbi bona clericorum damnatorum*, &c Notatur ad hoc quòd si clericus hæreticus, cuius bona confiscantur, habeat stipendia à pluribus Ecclesiis ipsius bona diuiduntur inter Ecclesias, à quibus stipendia recipit, vt per Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 44. n. 2. vers. sed quid si clericus hareticus*, Didac. Cantera *in quaest. crimin. rubrica de heretic. apostatis, &c. c. 1. num. 41. vers. quod si à pluribus Ecclesiis*, Farin. *dict. q. 190. §. 11. num. 157.* 24

In glos. *Valeant*. Dicitur autem posse probare si habeat vnum testem integrum, Nauarr. *in man. cap. 25. num. 33. in fine, & in cap. inter verba 11. quaest. 3. concl. 6. corol. 66. n. 284* Anton. Bernard. *in summ. cap. 31. n. 16. verb. d. zese.* nam boni viri tacent illud, quod probare non possunt. Alex. *cons. 55. n. 4. vol. 4.* Gutier. *can. lib. 3. cap. 11. num. 21.* 25

SVMMARIVM.

1 *Begnardorum & Begninarum Alemania secta damnatur, & octo ipsorum errores, & excitatur Diœcesanorum, & Inquisitorum officium contra illos.*
2 *Ieiunia non seruans legibus Canonicis instituta, & pracepta, peccat mortaliter.*
4 *Fornicatio simplex est peccatum mortale, ita vt oppositum asserere pertinaciter sit hareticum.*
5 *Beguardorum error damnatur nolentium assurgere neque reuerentiam exhibere in eleuatione Corporis Christi.*
6 *Peccare penitus in nullis potius Diuinitatis est quàm humanitatis.*
7 *Impeccabilis fuit ex priuilegio Beatissima Virgo.*
8 *Ecclesia militans exemplata est diuinitus à triumphante.*
9 *Oscula & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honesta, vel patria consuetudine culpa vacant.*
10 *Oscula libidinosa, & amplexus, ac tactus si fiant ad delectationem sunt mortalia.*
11 *Affectus turpes gratia delectationis qua ex ipsis captatur, an sint peccata mortalia, ostenditur.*

Clem. Ad nostram. III. & vlt.

Reprobat & damnat Begoardos & Beguinas in Alemania & eorum errores, præcipitque vt Inquisitores in eos inquirant, suumque officium exerceant, nisi pœnitentes sponte abiurent, & satisfaciant. Colligunt ex Ordinariis Anch. Imol Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 107.* Alagon. *in compend. pag. 660.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* Refert Eymeric. *in direct. Inquisitor. part. 2. c. 3.* De erroribus, quos profitebantur Beguardi, vide Guid. Carmelit. *in summ. de haresibus Beguardorum*. Bernard. Lutzemb. *in catalogo heretic. lib. 2. verb. Beguardi.* Aluar. Pelag. *de planct. Ecclesia, lib. 2. c. 52.* Repert Inquisit. *verb. Beguardi*, Prateol. *lib. 2. de vitis & sectis heretic. cap. 17.* Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 2. quaest. 15 & ibi* Peña *comment. 4.* 1

Secundo quod ieiunare non oportet hominem. &c.] Notatur ad hoc quòd ieiunia Canonicis legibus instituta, ita ex præcepto seruanda sunt, vt mortalis peccati reus sit omninò censendus, qui absque iusta causa 2

eadem

eadem seruare omiserit, vt per Couarr. *variar. lib.4.c. 20.num.10.*

3 *Tertiò quòd illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis,* &c.] Vide Azori. *instit. moral. part.1.l.5. cap.6.q 1. vers. secundò obiicitur,* Soar. *de Relig. l.2. de orat. c.11.n. 4.* Sayr. *in claui Regia l.3.c.4.*

4 *Actus autem carnalis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd fornicatio simplex est peccatum mortale, itaut oppositum asserere pertinaciter sit hæreticum, sicuti docent Anton. Gom. *l.80. Tauri. n.4.* Couar. *de sponsalib.1.cap. 4.n.8.* Nauar. *in man. cap.16. in princip.* Clar. *§. heresis n.1.* Auendan. *de exequen. mand. part. 2. cap.26. à n.1.* Henriq. *in summ. l.11.c.8.§.3. lit. H.* Sayr. *in claui Regia l.8.c.2.n.2. cum seqq.* Lessi. *de iustit. l.4.cap.3. dub.7. à num.47.*

5 *Quod in eleuatione Corporis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd damnatur secta, & error Beguardorum nolentium assurgere, neque reuerentiam exhibere in eleuatione corporis Domini Nostri Iesu Christi, vt per Azeued. *l.2.n.14 tit.1. l.1. noua Recop.*

6 In gloss. *Impeccabilis* ibi, *si hoc intelligeretur de Dei potentia,* &c. Et ideò bene dicit Imper *in l.2.C. de veteri iure enucl.* quòd in nullis penitùs peccare Diuinitatis potius est, quàm humanitatis, cuius dictum exornant Bobadil *in sua politica lib.5.cap.1.num.134* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. l.12.tit. fin. n.41. & de tacitis, & ambig. conuent. tom.2. lib.27. tit.7. n. fin.* Vnde votum de nunquam peccando non esse validum resoluunt Azori. *instit. moral. part.1. lib.11.c.14.q.4.* Sayr. *in claui Regia lib.6.cap.3.n.9.* Sayr. *de Relig. tom. 2.l.2. de voto c.3.n.2. & 3.* Lessi. *de iustit. l.2.c.40. dub. 5.num.33.*

7 In eadem gloss. ibi, *& hoc priuilegium gloriosæ Virginis Mariæ creditur datum esse diuinitus.* Ita Tiraquel. *de pœnis temper. causa 51. num.85.* Henriq. *in summ. l.3. c.11.§.4. lit. X.*

8 In gloss. *Ecclesia.* ibi, *est enim Ecclesia militans exemplata diuinitus à triumphante.* Ita Perez *l.5. tit.2. l. 1. Ordin. pag.42.*

9 In gloss. *Septimo.* ibi, *& hoc modo oscula, amplexus, vel tactus non sunt mortalia cùm possint absque libidine fieri, vel ex consuetudine regionis,* &c. Notatur ad hoc quòd oscula, & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honesta habita secundùm patriæ consuetudinem culpa vacant, quia ibi nulla est turpitudo, sed castos amor, vt per S. Thom *2.2. quæst.154. art.4.* Sanch. *de matrim. lib.9. disp.49.n.3.* vbi subdit idem dicendum esse quando habentur ob delectationem honestam, vt ad augendam amicitiam, & beneuolentiam honestam, quamuis inde motus sensualitatis inordinatus, & delectatio venerea insurgant, minimè assensum præstante voluntate, quia finis est honestus, & contra voluntatem prauus ille motus insurgit.

10 In ead. gloss. ibi, *oscula autem libidinosa, amplexus, & tactus si fiant propter delectationem huiusmodi, sic enim solùm libidinosa censentur, manifestum est propter hanc causam libidinosa oscula fore mortalia.* Ita S. Anton. *3. part. tit.16.c.1.§.10. notab.1.* dicens tactus cùm fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ, esse mortales, Nider. *in sua summ. præc.6.c.2. ad fin. vers. secundò principaliter,* dicens esse lethales huiusmodi tactus cum sunt libidinosi, & ea intentione, vt in se, vel in muliere excitetur concupiscentia, Margar. Confessorum *6. præcepto fol.90.* dicens oscula, & amplexus habita ex lasciuia esse mortalia, & tunc id contingere quando habentur, vt sequatur pollutio, vel cum periculo. Fr. Emman. *in summ. to.1.c.203.n.2.* dicens oscula tunc esse mortalia quando diriguntur ad actum carnalem, vel libidiosum.

Aduertendum tamen est, quòd licèt plures deosculationes habitæ sint ante copulam, necessarium neutiquam foret eas confiteri, siue etiam tactus: nam esto omnes deosculationes illæ, siue tactus numero differentes sint, quia tamen sont præerequisita ad copulam, & partes illi annexæ, ita vt oscula, & tactus dicantur fornicatio inchoata, ita Vasq. *tom. de pœnit. quæst.91. art. 1. dub.5. numero 33. & 1.2. tom.1. disput.75. cap.2. in fine,* Coriolan. *de casibus reseru. q.1. sect.3. n.3.* optimè Ioan. Sanct. *in selectis disp.6. num.3.* vbi secus dicit si deosculationes habeantur finita iam copula, cùm subsequentes illæ ad distinctam, & aliam iam copulam ordinentur.

In ead. gloss. ibi, *nec mirum cùm id dicatur etiam de libidinoso aspectu,* &c. Notatur ad hoc quòd aspectus turpes gratia delectationis, quæ ex ipsis captatur, in ea insistendo habiti sunt peccata mortalia, sicut de tactibus diximus *supra,* quòd significauit Dominus *Matth. 5.* qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo, Cardin. *hic verbo septimo, statim in princ.* Abb. *ad finem,* Imol. *num.17.* Tabiena *verbo delectatio quæ penult.* Syluest. *eod. verbo. q. 4.* Nauarr. *in cap. si cui, num.9. de pœnit. distinct.1.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis, part.1. lib.2.c.75.n.10. & c.78. num.16.* Verùm Sanchez post multos à se relatos, *dict. l.9. disp.46.n.22.* ait sibi magis placere discrimen esse inter visum & tactum, quod hic suapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde consentire in delectationem sensibilem ipsius sit quasi quædam copulæ inchoatio, & consensus in delectationem copulæ est peccatum lethale; ille verò non ordinetur ita ad venerea, & proinde eius delectatio non sit communiter venerea, & solùm peccatum veniale, nisi aspiciens ad alium malum finem ordinet; prætereà quia delectatio ex visu consurgens non est tanta, nec ita appetitum sensitiuum excitat, vt non possimus dicere pertinere ad priuitatem materiæ delectationis venereæ, ac proinde excusari eam à culpa lethali. 11

De Homicidio voluntario, vel casuali.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus, infans, vel dormiens, hominem mutilans, vel occidens, non efficitur irregularis, nec etiam ille, qui aliter mortem vitare nequiens, suum inuasorem occidit, vel mutilat.*

2 *Irregularitas non incurritur ex mutilatione, siue homicidio patrato à furioso, etiamsi sua culpa in furorem inciderit, vt n.3.*

4 *Furiosus in furore delinquens excusatur à pœna.*

5 *Infans delinquendo non fit irregularis, etiamsi sit doli capax, vt n.6.*

7 *Infans in delictis excusatur.*

8 *Dormiens si aliquem mutilet, aut occidat, irregularitatem non incurrit.*

9 *Ebrius si aliquem mutilet, aut occidat, an irregularitatem contrahat, ostenditur, & n.10.*

11 *Irregularitas non incurritur ab illo, qui hominem occidit ad sui necessariam defensionem, etiam de iure nouissimo Concilij Trid. vt n.12.*

13 *Declaratur Concil. Trident. sess.14. de reform. c.7.*

14 *Irregularitas non incurritur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit præueniendo, & non expectando se ab illo percuti*

15 *Irregularitas non incurritur etiam ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit, quamuis in periculo mortis non sit constitutus, dummodo tamen existat in periculo mutilationis alicuius membri.*

16 *Odium cordis internum non facit, vt contrahatur irregularitas, sire vera quis inuasorem occidat ad tuendam vitam suam.*

17 *Irregularitatem non incurrit, qui pro sui necessaria defensione occidit innocentem inuasorẽ, puta phreneticum, & amentem, si aliter saluus esse non possit.*

18 *Socium vocans in defensionis auxilium non incurrit irregularitatem si talis socius occidat inuasorem.*

19 *Irregularitas non incurritur ab eo, qui alium occidit pro defensione sui proximi, vel rerum suarum, vt num. 20.*

21 *Moderamen inculpatæ tutelæ excedere non debet, qui alium occidit ad sui necessariam defensionem, vt euitet irregularitatem.*

22 *Irregularitas, quæ incurritur ob excessum moderaminis inculpatæ tutelæ, pertinet ad homicidium casuale, & non ad voluntarium.*

23 *Irregularitas incurritur ab eo, qui aggressorem occidit cum possit mortis periculum euadere, & cum minori læsione se defendere etiam fugiendo.*

24 *Furiosus habens dilucida interualla excusatur à pœna.*

25 *Furiosus habens dilucida interualla in dubio præsumendum est potius quòd deliquerit tempore furoris, quàm tempore sanæ mentis.*

26 *Furiosus non potest Religionem profiteri.*

27 *Mutilatio homicidio comparatur quoad irregularitatem.*

CLEM. Si furiosus. Vnic.

1 VRIOSVS, infans, vel dormiens hominem mutilans, vel occidens non efficitur irregularis, nec etiam ille, qui aliter mortem vitare nequiens suum inuasorem occidit, vel mutilat. Colligunt ex Ordinariis Lap. Abbas, Ancharan. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib.5. pag.129.* Alagon. *in compend. pag.676.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.1. & 2.* & latam repetitionem fecit Couarr.

2 *Furiosus*] Notatur ad hoc quòd irregularitas non incurritur ex mutilatione, siuè homicidio patrato à furioso, vt per Maiol. *de irregular. l.5. cap.48. num.11.* Menoch. *de arbitr. casu 325. n.6.* Henriq. *in summ. l.14. cap.15. §.7.* Auil. *de censuris. part.7. rubric. de homicid. casuali, disput.6. sect.1. dub.12.* Farinac. *in praxi crimin. p.2. q.92. n.46. cum seqq. & q.94. n.26. & fragm. crimin. part.2. lit. I. n.417.* & alios citatos à Cened. *ad Sext. Collect.17. n.1.*

3 Amplia etiam quòd occisor sua culpa in furorem inciderit, secundùm Maiol. *d. n.11. vers. quod procedit,* Nauarr. *in man. c.27. n.230.* Auil. *dict. dub.12. vers. notandum est primò*, Farinac. *dict. lit. I. n.418.* vbi *n.421.* post Auil. *vbi proximè in vers. secundò notandum*, intelligit procedere in eo, qui occidit durante furore, vnde secus si habens dilucida interualla occidat tempore sanæ mentis, nam adhuc regularitas manet.

4 Furiosus enim in furore delinquens excusatur à pœna, sicut Docent Duen. *reg.259. vers. amplia tertiò,* Tiraquell. *de pœnis temper. causa 2. à princip.* Clar. *§. fin. q.60. n.7.* Menoch. *de arbitr. casu 325.* Fachin. *controuers. l.9 c.3.* Ceuall. *commun. contra commun. q.33.* Petr. Caball. *in tractat. de omni genere homicidij, n. 179. cum seqq.* Molin. *de iustit. tom.4. tract.3. disp.38. à. num.1.* Farin. *d. q.94. à princ.*

Aut infans.] Notatur ad hoc quòd infans delin- 5
quendo non fit irregularis, vt per Couarr. *hic part.3. in initio, num.5.* Henriquez *in summ. lib.14. c.3. §. 4. in fine,* Farinac. *in praxi criminal. part.3. quæst.92. num. 179.*

Amplia procedere etiamsi contingat patrari homi- 6
cidium ab aliquo infante doli capace, quia tunc nec etiam irregularitatem incurrit, provt relatis, & reprobatis contrarium tenentibus scriptum reliquerunt Sayr. *de censur. lib.6. cap.17. n.30.* Auil. *in simili tractat. part.7. rubric. de homicid. casuali disput.6. sect.1. dub.13.* qui etiam hoc admittunt in infante maiore septennio, non tamen doli capace, quicquid secus dixerint Maiol. *de irregul. lib. 5. cap.43. num. 11. vers. infans quoque,* Perez. *l.1. glos.1. vers. confirmatur, pag.6. tit.1. l.5. Ordinam.*

Infans enim in delictis excusatur iuxta ex quæ tra- 7
dunt Clar. *§. fin. quæst.60. num.2. cum seqq.* Tiraquell. *de pœnis temper. caus.7.* Anton. Gomez. *tom.3. variar. c.1. num.57. cum seqq.* Bonacos. *commun. crimin part.1. verb. minor pag.114. verso. & p.2. eodem verbo pag.49.* Hippol *cons.48. n.54.* Placa *de delict. c.32. à n.10.* Ioseph. Ludouic *Lucen. decis.17.* Duen. *reg.259. vers. amplia secundò,* Menoch. *de arbitrar. casu.329.* Thesaur. *Pedem. decis.161.* Honded. *cons.104. vol.1.* Ayer. *de homicid. par.2. n.124. & seq.* Maurit. *de in integr. restit. c.153.* Barth. Humand. *l.21. glos.4. tit. 1. part.1. fol.25.* Alexand. Rauden, *de analog. c.22. n.78.* Chald. Pereira *in l. si curatorem verbo, vel aduersary dolo, n.50. cum seqq. C. de de in integr. restit. minor.* Morl. *in emporio iuris. part.1. tit. 5. q7. à n.7.* Molin. *de iustit. to.4. tractat.3. disputat.36.* Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicid. à. n.179.* Farin. *dict. part.3. q.92. n.49. cum seqq. & à n.115.* citati à Cened. *ad Sextum collect.17. n.3.*

Seu dormiens.] Notatur ad hoc quòd si dormiens 8
aliquem mutilet, aut occidat, non incurrit irregularitatem, vt per Henriq *lib.14. cap.15. §.7. lit. M.* Farin. *de pœnis temper quæst.98. n.68. cum seqq.* Sayr. *de censur. lib.6. cap.17. n.36. & seq.* Auila *in simili tractat. part.7. rubric. de homicid. casuali disputat.6. sect.1. dub.14.* qui etiam disputant quid dicendum si in somniis aliquem dormiens occidat quando vigilans aduertit se consueuisse in somnis arma capere, & homines offendere, & non adhibuit debitam diligentiam, vt huiusmodi periculum euitaret, puta includendo se cubiculo bene obserato. An & quando dormiens puniatur de dilicto commisso in somniis vide Doctores per me citatos *in collect. ad cap. sicut dignum. in princ. hoc. tit. in Decretalib.*

De ebrio solet ab aliquibus in dubium reuocari an 9
irregularitatem contrahat si aliquem mutilet, aut occidat? quidam censuerunt ebrietatem non excusare ab irregularitate, ea moti ratione quòd ebrietas non est expressa in hoc text. provt expressum est de furioso, infante, & dormiente, & ideò hanc partem sustinent Cardin. Zabarell. & Imol. *in præsenti,* Tabien. *verbo ebrietas. §.8. num 9. & verbo irregularitas 1. n.5.* Syluest. *verb. homicidium 3. q.4. num. 5.* Villadieg. *in tract. de irregularit. lib. 5. cap.48. numero 11. vers. in ebrio.*

Verùm contrariam sententiam, immo irregulari- 10
tatem non incurri ab eo, qui ebius existens, aliquem occidit aut mutilat, meritò tenent Bonifac. *hîc n. 25. & 26.* Couarr. *part.3. in princip. num.3* Nauarr. *in man. cap.27. n.230.* Soar. *de censur. disput.46. sect.1. num.12. vers. nam communis,* Sayr. *in simili tractat. lib 6. cap.17. n.34. vers. secunda opinio,* Auila. *eod. tractat. part.7. rub. de homicidio directè voluntario, sect.1. dub.15. vers. secũda conclusio,* Azor. *institut. moral. part.1. l.7. c.33. q.7.* Farinac. *dict. part.3. quæst.93. num.9.* qui eam reddunt

rationem

rationem quòd ebrius ebrietate durante caret vsu rationis, & ideò in eo subest eadem ratio excusandi ab irregularitate, quæ inest in furioso, ampliantque procedere etiam quòd quis culpa sua se inebriauerit immoderatè bibendo, quomodo non se inebriasset debita opera, vel nisi alias esse solitus in ebrietate arma sumere, & homines percutere.

11 *Et idem de illo censemus*, &c.] Hortatur ad hoc, quòd irregularitas ab eo non incurritur, qui hominem occidit ad sui necessariam defensionem, vt per Sot. *de iustit. lib. 5. q. 1. art.* 8. Couar. *hic p. 3. §. 5. n.* 1. Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. n.* 6. Caiet. 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. Nauar. *in man. cap. 27. n. 207. &* 211. Placa *de delictis, cap.* 28. *&* 29. Duen. *reg.* 192. *vers. amplia sextò*, Soar. *de censur. disp. 46 sect. 1. n. 1. & 2.* Auil. *eod. tract. p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 1. vers. loquendo de iure nouo*, Sayr. *in simili tract. l. 6. c. 17. à n.* 2. Henriq. *in summ. l. 14. c. 11. §. 2. litt. N.* Cardos. *in praxi iudicum verbo homicidium, n. 5. & verbo irregularitas, n.* 10. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect.* 930. latè Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I, à n.* 472. refert plures Cened. *ad Sextum collect. 17. n.* 5. Potest enim quis se defendere vsque ad occisionem iniusti aggressoris; vt docent citati per me *in collect. ad c. 2. n. 3. hoc tit. in Decretalib.*

12 Amplia primò vt non solùm irregularitas non incurratur propter homicidium commissum ad necessariam defensionem de iure antiquo ante dispositionem huius text. sicuti docent Soar. *d. sect. 1. num. 1. princip. & num. 2. vers. immò probabilius est*, Sayr. *d. cap. 17 n.* 9. Auil. *d. sect, 3. dub. 1. vers.* 1. sed nec etiam iure nouissimo Concilij Trid. licèt enim *sect. 14. de reform. c.* 7. loquens de homicidio, quod contingit vim vi repellendo, statuerit dispensationem Ordinario committi, quasi quòd tale homicidium irregularitatem inducat, aliter dispensatio non esset necessaria, vt videtur esse de mente Maiol. *de irregular. lib. 5. cap. 48. n. 10. vers. sexta decla-*
13 *ratio.* Veritas tamen est, quòd prædictum Concilij Decretum intelligi debeat non de homicidio facto ad necessariam defensionem, sed de homicidio patrato cum aliqua culpa, & excessu moderaminis inculpatæ tutelæ, vt communiter tenere videntur Doctores ex Soar. *d. disputat. 46. sect. 1. n.* 3. Auil. *d. sect. 3. dub. 1. vers. loquendo de iure nouo*, Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num.* 51. Bonacin. *de censur. disput. 7. q. 4. puncto 6. n. 3. cum seqq.* Cened. *practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 24. n.* 13. Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. n. 109. cum seqq.* Farinac. *d. litt. I, n.* 475. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 39. n.* 54.

14 Amplia secundò vt etiam irregularitas non incurratur ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit, præueniendo, & non expectando se ab illo percuti, vt per Sot. *de iustit. lib. 5. q. 1. art. 8. vers. at verò*, Nauar. *in man. cap. 15. num.* 3. Iacob. de Graff *in aureis decis. lib. 2. cap. 65. n. 6. &* 7. Viuald. *in candel. aureo tit. de irregul. n.* 115. Sayr. *de censur. lib. 6. c. 17. n.* 8. Auil. *in simili tract. p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 2. vers. secunda concl.* Farin. *dict. lit. I, num.* 476.

15 Amplia tertiò vt irregularitas non incurratur etiam ab eo, qui ad sui defensionem aliquem occidit, quamuis in periculo mortis non sit constitutus, dummodo tamen existat in periculo mutilationis alicuius membri, vt per Syluest. *in summ. verbo homicidium* 3. *q. 3. vers. primum*, Nauar. *in man. c. 27. n.* 211. Sayr. *d. c. 17. num. 3. &* 4 Soar. *d. disp. 46. sect. 2. num. 6. vers. rursus*, vbi reprobat Plouium, Villadig. & Maiolum contrarium tenentes, subditque idem videri dicendum etiamsi non timeatur mutilatio, aut vulnus lethale, sed solùm immineat periculum grauis percussionis corporis, siue grauitas sit posita in notabili læsione, vel infamia, prout est in alapa, vel in percussione alia vir[ga] vel arundinis.

Amplia quartò vt irregularitas non incurratur etiam 16
ab eo, qui ad sui defensionem occidit ex odio; odium enim cordis internum non facit, vt contrahatur irregularitas si re vera quis inuasorem occidat ad tuendam vitam suam, quamuis ex hoc odio peccato commaculetur, secundùm Couar. *hic, p. 2. §. 5. n.* 2. Sayr. *dict. c. 57. n.* 12. Auil. *d. sect. 3. dub. 1. sub. vers. loquendo de iure nouo, post med.* ibi *secundò habet verum*, Farinac. *dict. lit. I, num.* 478.

Amplia quintò vt nec etiam irregularitas incurratur 17
ab eo, qui pro sui defensione necessaria occidit innocentem inuasorem, puta phreneticum, & amentem si aliter saluus esse non possit, nisi occidendo, vt per Sayr. *dict. c. 17. n.* 6. Farin. *dict. lit. I, n.* 481.

Amplia sextò, vt nec etiam incurratur irregularitas 18
quando quis, vt se ab inuasore defendat, vocat socium in defensionis auxilium, illeque socius inuasorem occidit, tunc enim qui socium vocauit, irregularis non est, sicut enim quis per seipsum occidendo irregularitatem non incurrit, ita nec per alium, vt per Nauarr. *in man. c. 27. n. 211. vers. secundò*, Sayr. *d. c. 17. n.* 14. & Auil. *d. sect. 3. dub. 1. vers. loquendo de iure nouo*, ibi, *primò quando aliquis*, qui eadem *part. 7. disp 6. sect. 2. dub. 5. vers. secunda quæstio*, resoluit conuocantem amicos ad sui defensionem dum illicitè rixatur cum Ioanne, qui ab eo occiduntur, irregularitatem incurrere.

Amplia septimò vt nec etiam irregularitas incur- 19
ratur ab eo, qui alium occidit pro defensione sui proximi, & præsertim si insolitatus fuerit aliquis ex illis, quos quis defendere tenetur non solùm ex charitate, sed etiam ex præcepto iustitiæ seu obligatione, vt per Couarr. *hîc, part. 3. §. vnico, n.* 5 Petr. Nauar. *de restitut. lib. 2. cap. 3. n.* 419. Iacob. de Graff. *d. lib. 2. cap. 65. n.* 15. Viuald. *d. tit. de irregul. n.* 228. Soar *d. disput. 46. sect. 3. per totam*, Sayr. *d. cap. 17. num. 21. vers. secunda opinio*, vbi relatis contrariis hanc sententiam sibi valdè probabilem videri affirmat, Auil. *d. part. 7. disp. 5. sect. 3. dub* 5. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 11. n. 53. in fine*, Quicquid contrarium teneant Abb. Syluest. Angel. Tabien. Maiol. & alij plures, quos refert, & sequitur Farin. *d. lit. I, num.* 487.

Amplia octauò, vt nec etiam irregularitas incurra- 20
tur ab eo, qui alium occidit, vt purà furem pro defensione rerum suarum magni momenti, si aliter eas recuperare nequeat, vel pro sui honoris defensione, quem aliter defendere, & conseruare non potest, nisi occidendo eum, qui ignominiam, seu iniuriam maximè realem infert, ita Sot. Fortun. Garc. Caiet. Petr. Nauar. & alij citati à Sayr. *dict. cap. 17. num.* 21 Soar. *dict. disputat. 46. sect. 2. per tot.* Auil. *d. part. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 3. vers. sit tamen conclusio*, & faciunt per me resoluta *in collect. ad cap. 2. num. 4. & hoc tit. in Decretalibus.*

Intellige supradictas ampliationes procedere vbi 21
occidens ad sui necessariam defensionem non excedit moderamen inculpatæ tutelæ, vt per Sayr. *d. c. 17. n.* 7. vbi etiam benè explicat in quibus consistat istud moderamen inculpatæ tutelæ, quod etiam declarant Soar. *d. disp. 46. sect. 1. n.* 7. Auil. *d. part. 7. disp. 5. sect. 3. dubit.* 2. vbi *dub. 1. vers. loquendo de iure nouo*, subdit quòd non omnis excessus defensionis irregularitatem
inducit nisi fuerit mortalis. Illud autem aduertere opor- 22
tet, quòd irregularitas, quæ incurritur ob excessum moderaminis inculpatæ tutelæ pertinet ad homicidium casuale, & non ad voluntarium, vt per Nauarr. *con. 36. sub. hoc tit.* quem refert, & sequitur Soar. *dict. disp. 46. sect 1. n.* 13.

Qui mortem aliter vitare non valens, &c.] Ergo irre- 23
gularitas

gularitas incurritur ab eo, qui aggressorem occidit cùm possit mortis periculum euadere, & cum minori læsione se defendere, vt per Syluest. *verbo homicidium 3.q.3.in princ.* Maiol.*de irregul.lib.5.cap.48.in princ.n.6.vers.secunda declaratio*,Soar.*d.disp.46.sect.1.n.8.*Auil.*dict.part.7.disp.5.sect.3.dub.2.vers.tertia conclusio*,Farinac.*dict.lit.I.n.566.*etiam fugiendo,quamuis sit nobilis,miles,aut aliàs, quibus fugere dedecus esset, licèt enim personæ huiusmodi, quibus fuga sit ignominia, & dedecus, non teneantur fugere, non tamen euitant irregularitatem,iniqua enim est commutatio ob tutelam proprij honoris alterius vitam adimere,sicuti docent Nauar.*in man.cap.27.num.211.* Petr.Nauarr.*lib.2.de restitut.cap.3.num.370.* Iacob.de Graff.*d.lib.2.cap.55.num.10.& 11.*Couar.*hic part.3.§.vnic.n.4.*Maiol.*dict.lib.5.cap.48.in princ.num.6.vers.quarum prima est*,Tolet.*lib.1.de instruct. Sacerd.c.27.vers.tutus*,Greg.de Valentia *tom.3.disp.5.q.8.puncto 4.* Sayr.*d.lib.6.cap.17.n.36.& 17.*Auil.*d.p.7.disp.5.sect.3.dub.2.vers.ex dictis sequitur*,Farin.*d.lit.I,n.496.*Vnde ego dicebam cuidam viro nobili,qui occidit hominem,cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, sed poterat fugiendo vitam seruare, irregularitatem incurrere, cum Sayrus, & Auil. *proxime citatis locis*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.2. lib. 30. tracta.2.cap.9.num.105.* Fernand. *in examine Theolog. mor.p.2.c.10.§.14.num.9.* quamuis contrarium teneant Soar.*tom.5. de cens. disp.46.sect. 1.n.6.* Bonacin. *eod. tract.disput.7.quæst.4.puncto 6.num.3.* Coninck.*de Sacrament.disputat.18.dub.6.n.90.* Filliuc.*tom.1. tract. 20.c.5.n.134.*

24 In gloss. *Furiosus.* ibi, *siue continuo furore laboret, siue per interualla*,&c. Notatur ad hoc, quòd furiosus habens dilucida interualla excusatur à pœna, vt per Farinac.*in praxi criminal. part.3. quæst.94. numero 5.* vbi *num.7.*intelligit si constet eum deliquisse tempore furoris.

25 Si verò dubitetur quo tempore deliquerit furiosus habens dilucida interualla,an scilicet tempore furoris,an verò tempore sanæ mentis,in dubio ad excludendum delictum,& pœnam,præsumendum est potius quòd deliquerit tempore furoris, quàm tempore sanæ mentis; idem si dubitetur an actus ab ipso gestus, sit gestus tempore furoris,vel interualli;ita Menoch.*de præsumpt.l.6.præs.45.n.63.* Mascard.*de probat. conclus. 39.num.4.*Farin.*d.q.9.n.8.cum seqq.*Sanch.*de matrim. l.1.disp.8.n.17.vers.tandem si furiosus*, Chald. Pereira *quæst.forens.cons.24.à.n.4.*Fr.Barthol.à Vecchis *in praxi obseruanda in admitten.ad Religionis statum nouitiis. disp.12. dub.1.n.10.*

26 In ead gloss.ibi,*nec Religionem profitetur.* Notatur ad hoc quòd furiosus non potest Religionem profiteri,vt per Rot.*decis.107. n.13.& decis.129. part.2. diuers.*Fr.Barth.de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp.13.dub.1.n.10.*

27 In gloss. *Mutilet.* ibi, *Nota quoad irregularitatem mutilationem homicidio comparari.*Ita Couar.*hic par.3. in initio n.8.*Henriq.*in summ.l.14.c.12.§.1.lit.B, & c. 14.§.1.lit.G*,Sanc.*in præcepta Decalogi,tom.1.l.1.c.10. num.49.*

In gloss. *Sum.* Notatur ad hoc quòd irregularitas ex defectu lenitatis incurritur etiam ex homicidio facto priuata auctoritate,sed licitè, vt in defensione honoris,vel rerum,seu proximi, aut consanguineorum, vel quando quis defendit seipsum, sed poterat aliter vitam suam tueri quàm interficiendo, ita Nauar.*in man. cap.27. num.213.* sed hanc sententiam reprobat Soar.*dict. disputat.46. in fine*,vbi concludit malè interpretatum fuisse text. *in præsenti* ab hac gloss. & subsequenter Doctores non examinando vlteriùs hunc text. ebibisse glossæ errorem, & ad posteros transmisisse.

De Vsuris.

TIT. V.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Communitatum facientes,& dictantes,vel scribentes statuta super vsuris soluendis, non repetendis,vel non restituendis,vel iudicantes secundùm illa,vel non delentes illa, si possunt,intra tres menses de libris Communitatum,vel illa seruantes excommunicati sunt,& n.2.*
3 *Princeps an possit concedere Iudæis facultatem fœnerandi,remissiuè.*
4 *Verbum,*incurrant,*importat ipso iure,*
5 *Fœneratores quando agitur de causa vsuraria censura ecclesiastica cogi possunt suos libros rationum producere,& n.6.*
7 *Liber rationum priuati probat contra scribentem.*
8 *Iudæi an possint ab Ecclesia excommunicari,remissiuè.*
9 *Iudæus potest puniri per indirectum pœnis ecclesiasticis si fœnus exerceat.*
10 *Hæres tenetur exhibere librum rationum defuncti in eo casu in quo defunctus teneretur,cuius iuramento non statur quòd liber ille ad se non peruenerit,*
11 *Fœneratori asserenti sub iuramento non habere librum rationum, sicut non creditur,ita nec creditur iuramento eius hæredis.*
12 *Vsuras exercere non esse peccatum mortale, si quis pertinaciter asseruerit, est hæreticus & n.13.*
14 *Hæreticus formaliter non est,nec vt talis punitur nisi constet scientiam & pertinaciam adfuisse.*

CLEM. Ex graui. Vnic.

FFICIALES Communitatum facientes,dictantes, vel scribentes statuta super vsuris non soluendis, non repetendis,vel non restituendis,vel iudicantes secundùm illa, vel non delentes illa, si possunt intra tres menses de libris Communitatum,vel illa seruantes,sunt excommunicati. Colligunt ex Ordinat.Lap.Abb.Anchar.Imol.Zabarell.Panorm.Paul. de Eleazar.Bonifac.de Vitalin Viuian.*in ration. lib.5.pag. 155.*Alagon.*in compend.pag.690.*remissiuè Ximen. *in concord.part.1.& 2.* 1

Hanc eandem conclusionem firmant Couar.*l.3.variar.cap.1.n.6.* Cott.*in memorab.verbo Vsura pag.mihi 933.*Sayr.*in claui Regia l.5.c.7.n.2.*Azor.*instit.moral. part.1.lib.8.c.12.q.13. in princ.* Gambar. *de casibus reseruat.c.11.n.4.*Iul.de Lauor. *de Indul.p.2. c.13. n.40.* Filliuc.*tract.14. n.170.*latè Bonacin.*de excommun. in particulari extra Bullam Cœnæ disput.2. q.10. puncto 15.*ego ipse *de officio,& potestate Episcopi p.3. allegat. 50.n.229.* secundùm Lugd.impressionem. 2

Vtrùm autem Principes concedere possint Iudæis facultatem fœnerandi? Vide Alex de Neuo *cons.100.* Thesaur.*decis.57.*Azor.*institut.moral.p.1.l.2.c.10.prope fin.& l.8.c.22.q.13.*Marquar.*de Iudæ.p 1.c.11.n.11. cum seqq.*Amadæ.à Ponte *in cons.posito post decis. 57. Antonij Thesauri*,Gasp. Thesaur.*in suo consilio post decisionem Antonij patris 57.*& plures,quos refert Farinac. *fragm.crimin.p.2.lit.I,n.672.cum seqq.* 3

Vt quicunque communitatum ipsarum potestates,&c.] Ergo huic excommunicationi non subiicitur communitas.

nitas, seu Respubl. fauens præfata statuta, sed illi, qui suo voto, & suffragio ad condenda huiusmodi statuta concurrunt, ita Bonacin. *dict. puncto* 15. *num.* 13. vbi *num.* 14. resoluit ecclesiasticos delinquentes contra hanc constitutionem dictæ excommunicationi subiici quoties id faciunt auctoritate laica, & *num.* 15. probabiliter ait teneri posse Principes temporales, aut alios officiales à Principe constitutos in istam communicationem non incidere faciendo aliquam ex præfatis actionibus.

Statuta huiusmodi de cætero facere, scribere, dictare, &c.] Ergo scribens, vel dictans præcisè sententiam in qua continetur vt vsuræ soluantur vel solutæ non repetantur non incidit in istam excommunicationem, quia non valet ratio à pari de scribentibus, aut dictantibus statuta ad scribeores, aut dictantes sententiam, ita Soar. *d. tom.* 5. *disput.* 23. *sect.* 5. *num.* 28. Filliuc. *tractat.* 14. *cap.* 10. *quæst.* 4. *num.* 171. Bonacin. *d. puncto* 15. *num.* 3. & 4. resoluentes iudicem ferentem sententiam in fauorem vsurarij, vt illi vsura soluatur, vel soluta non repetatur, incidere in istam excommunicationem etiamsi iudicet ex propria voluntate, nec adsit vllum statutum fauens vsuras, iuxta quod sententiam ferat.

Hactenus edita, &c.] Ergo qui non debet statuta facta post editionem huius text. non incidit in istam excommunicationem, vt resoluit Bonac. *d. puncto* 15. *num.* 7. Contra Soar. *d. d. sp.* 23. *sect.* 5. *num.* 30. & Filliuc. *tract.* 14. *c.* 10. *quæst.* 4. *n.* 171. existimantes istam actionem respuere etiam statuta futura.

4 In gloss. *Incurrant*, ibi, *incontinenti sine temporis interuallo*. Id est, ipso iure, & sine alia sententia; vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 145. *C. de reuocand donat.* Sayr. *in claui regia, lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 21. *vers. fallit.*

§. Cæterùm

5 Fœneratores quando agitur de causa vsuraria censura ecclesiastica cogi possunt suos libros rationum producere. Colligunt ex Ordinar. Doctores *in princ. text.* citati.

6 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gemin. *de vsuris commemo* 4. *in præfat. n.* 18. Mascard. *de probat. concl.* 1417. *nu.* 23. Perez *in rubr. tit.* 2. *gloss.* 1. *pag.* 26. *vers. vsurarum, lib.* 8. *Ordin.* Mol. *in emp. vsuris p.* 1. *tit* 8. §. 17. *num.* 2.

7 In gloss. *Rationum*, ibi, *item scias quòd istis rationibus stabitur contra eos, pro eis non*. Notatur ad hoc quòd liber rationum priuati probat contra scribentem, vt per Mascard *d. probat. concl.* 974. Sic etiam liber scriptus ab institoribus, & ministris probat contra principalem. Bald. *in rubr. C. de fide instrum. num.* 6. *versic. sed hic quæro*, Strach. *de mercat. part.* 2. *num.* 65. Paris. *consil.* 57. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 92 *n.* 7. Rot. *decis.* 641. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* & de libro officialis contra Capitulum. Anchar. *consil.* 54. *num.* 4. *versic. restat*, & *num.* 5. Felin. *in cap. ad audientiam, num.* 16. *de præscrips.* Aym. *de antiquit. temper. part.* 1. *vers. quod in libro limit.* 2. *num* 6. Rot. *in Hispalem Quinterum* 27. *Nouembris* 1617. corā Reuerendiss. Seleucin. & quòd libris Capituli circa interessentiam Canonicorum pariter standum sit tradunt Felin. & Anchar. *citatis locis*, & fuit dictum *in Elnen. distributionum.* 25 *Iunij* 1629. coram R. P. D. Durand. & fortiùs quòd libri capitulares etiam pro ipso Capitulo fidem faciant si fuerint tenti & rogati per secretarium Capituli, qui fuerit notarius, firmauit Rota *in Burgen. quindenniorum* 9. *Martij* 1599. coram Litta, & sequuta est *in Burgen. expensarum* 31. *Ianuary* 1625. coram Reuerendiss. P.D. Merlino. & quòd libri officialium Religionis Hierosolymitanæ probent ad fauorem ipsius Religionis, Seraphin. *decis.* 1390. *num.* 2. & fuit dictum *in Campanien. Prioratus*. 18. *May* 1618. coram bonæ mem. Seleucien. & *in Aquitanien. Prioratus* 19. *Aprilis* 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & *in Melenitana Prioratus Nauarra* 18. *February* 1628. coram Card. Vinli.

8 In gloss. *Censura*. Iudæi an possint ab Ecclesia excommunicari? vide latè Anton. Ricc. *in tract. de iure personarum, lib.* 2. *cap.* 6. *à princ.* & quibus pœnis si delinquant puniri debeant, agit. Farin. *pagin. crimin. p.* 2. *litt. I. n.* 655. *cum seqq.*

9 In ead. gloss. ibi, *tamen indirectè contra Iudæos exerceat Ecclesia*, &c. Notatur quòd Iudæus potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiasticis si fœnus exerceat, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 449. *n.* 17.

10 In gloss. *Compellendos*. ibi, *in eo ergo quod dicis se non habere*, &c. Notatur ad hoc quòd hæres tenetur exhibere librum rationum defuncti in eo casu, in quo defunctus teneretur, cuius iuramento non statur quòd liber ille ad se non peruenerit, vt per Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 10.

11 Notatur etiam ad hoc quòd sicut non creditur fœneratori asserenti sub iuramento non habere librum rationum, ita nec creditur iuramento eius hæredis, vt per Menoch. *cons.* 354. *num.* 14.

§. Sanè.

12 Pertinaciter asserens exercere vsuras non esse peccatum mortale, est hæreticus, & si aliqui suot diffamati, vel suspecti de huiusmodi errore, Ordinarij, & Inquisitores contra eos tanquam contra diffamatos, & suspectos de hæresi procedere non omittant. Colligunt ex Ordin. Doctores *in princ. text.* citati.

13 Hanc eandem conclusionem ex hoc §. desumunt, Perez *in rubr. tit.* 2. *gloss.* 1. *pag.* 24. *col.* 1. *versic. de iure diuino lib.* 8. *Ordin.* & *in l.* 1. *gloss.* 4. *col.* 1. *eod. tit.* 2. Azeued. *l.* 1. *n.* 46. & 47. *tit.* 6. *lib.* 8. *noua recopil.* Siluest. *in summ. verbo hæresis*, §. 1. *num.* 7. Simanch. *de Catholic. instit. tit.* 66. *rubr. de vsuris, n.* 4. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 31. & *cap.* 17. *versic.* 10. & *vers.* 126. Thom. Triust. *decis. crimin.* 35. *num.* 7. *lib.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 6. *num.* 11. Farin. *de hæresi q.* 178. §. 3. *num.* 85. vbi *num.* 86. ait procedere in eo, qui simpliciter asserit vsuram non esse peccatum, secus si dubitaret in aliquo particulari casu vtrum sit vsura nécne.

14 *Vt pertinaciter affirmare præsumat*, &c.] Notatur ad hoc quòd non punitur quis vt hæreticus nisi constet scientiam, & pertinaciam adfuisse. vt per D. Barb. *in l. Titia, num.* 37. *ff. soluto matrimon.* quousque enim pertinacia non adest, forma hæresis non est perfecta, non obstante quòd adsit error intellectus voluntarius. Anton. Ricciul. *de iure personarum, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. & 15.

De Excessibus Prælatorum.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Grauamina triginta enumerantur, quæ Episcopi Religiosis inferebant, & prohibetur ne Episcopi deinceps inferant, &c.*

2 Iniuria

2 *Iniuria domestico occasione mei illata mihi irrogatur.*
3 *Beneficia Curata vnita mensa Abbatis, vel Abbatissa, aut alterius Pralati numquam vacant.*
4 *Beneficia de mensa Ecclesiastica ea dicuntur, qua perpetuò vnita fuerunt Ecclesia.*
5 *Bona illa de mensa Ecclesia prasumuntur, quorum dominium vtile, & directum spectat ad ipsam.*

Clem. Frequens. Vnic.

1 ENVMERAT triginta grauamina, quæ Episcopi Religiosis inferebant, vltra alia relata *in cap. nimis 1. & 2. hoc tit. in Decretal.* & prohibet Episcopis ne inferant, sed vt Regulares cum charitate foueant, & eorum priuilegia seruari faciant. Colligunt ex Ordinar. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 5 pag.* 191. Alagon. *in compend. pag.* 710. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 *Seruientes quoque, & vasallos*, &c.] Notatur ad hoc quòd iniuria domestico occasione mei illata, mihi irrogatur, vt per Card. *hic num. 4. oiab.* 13. Felin *in cap. Ecclesia, n. 99. de constitut.* Ias *in l. 1. n. 4. C. de indict. vid. sollen.* Sanch. *de matr. lib. 4. disp. 4. n. 10.*

3 *Ecclesia in veritate non vacent.*] Notatur ad hoc quòd beneficia Curata vnita mensæ Abbatis, vel Abbatissæ aut alterius Prælati numquam vacant, vt per Flores de Mena *variar. lib. 1. q. 10. n. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. §. 6. n* 63. & fuit dictum *in Ciuitatis Castelli Parochianis* 20. *Iunij* 1614. coram D. Dunozetto, impressa per Farin *decis. 696. n. 2. p. 1. recent.* & ideo non comprehendi in nominationibus resoluit Rebuff. *in tract. nominat. q. 15. n. 31.*

4 In gloss *Ad mensem.* ibi, *sed quaritur qua Ecclesia dicatur*, &c. Notatur ad hoc quòd ea sunt de mensa Ecclesiæ, quæ perpetuo vnita fuerunt Ecclesiæ, atque ita quæ numquam alteri ab Ecclesia post à se quæsitum dominium concessa fuerunt, vt per Menoch. *de arbitr. cas.* 433. *num. 2.* Præsumuntur autem de mensa Ecclesiæ illa bona, quorum dominium vtile, & directum spectat ad ipsam, vt per Mascard. *de probationib. concl.* 203. *num. 2.*

De Priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi in sex casibus excommunicantur, & illorum absolutio Papa reseruatur, ac priuilegiis, exemptionibus non obstantibus eos per ordinarios locorum denuntiari pracipitur.*
2 *Sacerdotes Regulares, qui clericis secularibus siue laicis Sacramentum Extrema vnctionis sine proprij Parochialis Presbyteri speciali licentia ministrauerint, ipso facto sunt excommunicati, & illorum absolutio reseruatur Papa. Idem si Eucharistiam ministrauerint, vt num. 3.*
4 *Eucharistiam ministrare prohibetur Religiosis de iure non solum quando confertur sanis, sed etiam quando datur vt viaticum moribundis.*
5 *Regulares Sacerdotes matrimonia ministrantes, siue solemnizantes non l alita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali ipso facto sunt excommunicati excommunicatione Sedi Apostol. reseruata.*
6 *Excommunicatio de qua in hoc text. contra Sacerdotes Regulares matrimonium solemnizantes an sit correcta per suspensionem. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1. ostenditur, & num. 7.*
8 *Licentia specialis vbi requiritur debet esse expressa.*
9 *Parochiales Presbyteri non possunt absoluere ab excommunicatione maiori lata à iure.*
10 *Religioso credendum est dicenti se habere licentiam à Parocho ad ministrandam Eucharistiam, Extremam vnctionem, & solemnizandum matrimonium.*
11 *Excõmunicatus semel, & denunciatus debet ab õnibus vitari in foro exteriori donec probet duobus saltem testibus se esse absolutũ, at in foro Conscientia sufficit vt ipsemet dicat se absolutum.*
12 *Scholares, mercenarij, & his similes subsunt Presbytero in cuius Parochia inhabitant.*
13 *Parochus non Sacerdos potest licentiam de qua in hoc text. concedere.*
14 *Vicarius generalis potest dare Religioso licentiã administrandi Sacramentum Eucharistia, vel Extrema vnctionis, seu solemnizandi matrimonia.*
15 *Parochi non proprietarij, qui praficiuntur ioti Parochia per Episcopum, vt curam eius regant, possunt delegare assistentiam matrimonij alij Sacerdoti.*
16 *Religiosus administrans Sacramentũ Pœnitentia, vel Baptismi sine licentia Parochi non incurrit pœnas huius text.*
17 *Religiosorum septem culpa referuntur.*
18 *Pradicatores si in eorum sermonibus Ecclesiarum Pralatis detraxerint, per duos menses subiacere debent illis pœnis, qua secundum eorum regulam, vel statuta pro grauibus criminibus, seu culpis eis consueuerunt imponi.*
19 *Regulares hodie nec per priuilegium, quod Mare magnum vocatur, facultatem habent absoluendi pœnitentes à casibus Episcopo reseruatis.*
20 *Religiosis prohibetur ne Indulgentias pronuntient indiscretas.*
21 *Matricis appellatione in dubio venit Cathedralis.*

Clem. Religiosi. I.

RELIGIOSI, qui sine speciali licentia Parochi præsumunt clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimonia ve solemnizare, seu absoluere excommunicatos à Canone, vel à sententiis per statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, exceptis casibus in iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ cõcessis, excommunicationis incurrunt sententiam ipso facto per Sedem Apostolicam duntaxat absoluendi quos etiam locorum Ordinarij postquam de his constiterit, excommunicatos faciant publicè denunciari donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, super hoc exemptionis, vel alio priuilegio non obstante. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul de Eleaz. Bonif. de Vital. Viu. *in ration. lib. 5 pag.* 218. Alag. *in comp. pag.* 526. remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.* 1

Sacramentum Vnctionis Extrema &c.] Notatur ad hoc quòd Sacerdotes Regulares, qui Clericis secularibus siue laicis sacramentũ Extremę Vnctionis sine proprij Parochialis Præsbyteri speciali licentia ministrauerint, ipso facto sunt excommunicati; cuius excommunicationis absolutio Sedi Apost. est specialiter reseruata, vt per Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 40 § 4. lit. N*, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo Extrema vnctio, vers. secũdò*, Fr. Emman. *q. Regul. to. 2. q. 60. art. 2. vers. decima.* Azor. *instit. moral. p. 1. l. 12. c. 13. q. 5. vers. primum*, Paol. 2

Comitol,

Comitol.*resp.moral.lib.*1.*q.*44. Fr. Ludou. Miranda *in man.Prælat.tom.*1.*q.*49 *a.*1 Bonacin.*de excommunicat. particular.extra Bullam Cœnæ, disp.*2.*q.*9.*puncto* 5.*per tot.*metipsum *de officio,& potestate Episcopi,p.*3. *alleg.* 50.*n.*96.secundùm Lugd.impressionem.

3 *Vel Eucharistia.*] Notatur ad hoc quòd Religiosi ministrantes secularibus Eucharistiam absque Parochialis Presbyteri speciali licentia excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam incurrunt, non obstantibus quibuscũque, vt per Fr.Emman.*quæst. Regul. tom.*1.*quæst.* 56.*a.* 1. Henriq. Azor. & Paul. Comitol. *locis proximè citatis*, late Fr. Ludouic.Miranda *d.tom.*1. *q.*42.*a.*1. Sanch.*de matrim.lib.*3 *d.* 23.*num.* 17. vbi limitat si ministrent alieno Religioso sine licentia sui Prælati, Gambar. *de casibus reseru.c.*7.*n.*3.Mari.Alter. *de censur.disp.*22.*cap.*3.*dub.*3 Iul.Lauor. *de indulgent. part.*2.*c.*21.*num.*24.Filliuc.*tractat.* 15.*num.* 184. *cum multis seqq.*

4 Amplia vt Religiosi in his termininis prohibeãtur Eucharistiam ministrare non solùm quando confertur sanis & benè valentibus; sed etiam quando datur vt viaticum moribundis,ita Nauarr.*in man.c.*21.*num.*51. Azor *d.c.*13.*q.*5.*vers.sed ambiguè*, ita vt absque priuilegio nõ possit contrarium fieri,sicuti tenere videntur Soc.*in.*4.*dist.*12.*q.*1.*a.*11.*§.secundo dicimus*,Soar.*tom.*3. *in* 3.*p.*S.Thomæ *q.*82.*a.*3.*disp.*72.*sect.*2.*dub. vltim.*Fr. Enim.*d.tom.*1.*q.*56.*a.*4.*&* 5. quicquid dicat Fr.Lud, Miranda.*d.q.*42.*art.*3.

5 *Matrimoniáve solemnizare*, &c.] Notatur ad hoc quòd Sacerdotes Regolares matrimonia ministrantes, siue solemnizantes non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali ipso facto sunt excommunicati excommunicatione Sedi Apostol. reseruata. Ita Fr.Emman.*quæst.Regul.tom* 3.*q.*2.*a.*1. Azor.*d.q.*5. *vers. primum*, Henriq.*in summ.lib.*13.*c* 38.*§.*2.*lit. E*, Fr. Lodouic.Miranda *d.tom.*1.*q.*48.*a.*2. Qualiter autem possint Religiosi in nouo Indiarum Orbe matrimonio assistere absque Parochi licentia, disserit Sanch. *de matrim.lib.*3.*disp* 26 *à princ.*

6 Merito dubitabit aliquis an Regularis Sacerdos matrimonium solemnizans absque proprij Parochi licentia vltra suspensionem ad nutum Ordinarij statutam à Concilio Trident.*sess.*24.*de reformat.matrim. c.* 1.incurrat excommunicationem Pontifici reseruatam, de qua *in hoc text.*vel potiùs hæc antiqua excommunicatio correcta sit per illam suspensionem: Videtur correctam esse, quia noua pœna mitior lege noua statuta corrigit rigidiorem antiquæ legis, ex doctrina Gregor. Lopez *l.fin.verbo à furto, tit.* 3.*p.* 4.ergo illa suspensio,quæ minor pœna est,iurisque nouioris,corriget hanc excommunicationem: & ideò hanc partem sustinent Henriq.*d.lib.*13.*c.*38.*p.*2.*in commento lit.E*, Soar.*tom.*5.*disp.*12 *sect.*4.*num.*13.Sayr.*de censur lib.*4. *cap.*15.*num.*2.Bonacin.*in simili tract.disput.*3.*quæst.* 6. *puncto* 5.*num.*19.*in fine,& de matrim.quæst.*4 *puncto* 6. *n.*5.*& de censur.extra.Bull.Cœnæ,disp.*1.*q.*9. *puncto* 5. *num.*14.Basil Pont. *de impedimentis matrimon. cap.* 26. *§.secundo, versic. ex quibus conditio, & §.sexto, in principio.*

7 Verùm absque dubio tenendum est non corrigere, sed illum Regularem vtraque affici pœna, sicuti meliùs docent Nauar.*cons.*1.*num.*7.*sub tit.de pœnis in.*2. *edit.alias consil.*10.*sub tit.de constitut.in* 2. *edit.* Maiol. *de irregul.lib.*3.*c.*25.*nu* 12.*vers.clandestinum*, Vgolin. *de potestate Episcopi, c.*15.*§.*12.*n.*8. Sanch. *de matrim. lib.*3.*disp.* 48. *num.* 8.*&* 9. Molfes. *in summ. Theologia moralis tom.* 1 *tractat.*4.*cap.*8. *num.* 66. Mari.Alter. *de censuris tom.*2.*disp.*11.*cap.* 4. *vers. sed quares*, ego ipse *de officio,& potest. Episcopi,p.*2.*alleg.*32.*n.*192.Nec doctrina illa, quam pro prima citauimus sententia, in aliquo huic nostræ obstat, quia vt respondet Nauar. *citato loco*, verum habet in pœnis à iudice infligendis, non autem in iis, quæ ipso iure incurruntur, vt sunt excommunicatio, & suspensio illa Tridentini.

Licentia speciali.] Id est, expressa, vt per Anchar. *hic* *q.*3.Cardin.*q.* 22.& Bonif.*n.*17. Sanch.*d.lib.*3.*disp.*35. *n.*4.D.Barbos.*in l.*1.*a.*1.*n.*121. *ff. de iudic.* Vide in his terminis Bonacin.*d.q.*9.*puncto* 5.*n.*5.*cum seqq.* 8

Aut qui excommunicatos a Canone,&c.] Notatur ad hoc quòd Parochiales presbyteri non possunt absoluere ab excommunicatione maiori lata à iure, vt per Couar.*in c. alma mater*, *p.*1.*§.*12.*n.*5. 9

In gloss.*Non habita.* ibi, *sed nunquid credet Religiosus Parochiano dicenti se habere talem licentiam*, &c. Notatur ad hoc quòd in terminis huius text. credendum est Religioso dicenti se habere licentiam à Parocho ad ministrandum Eucharistiam, Extremam Vnctionem, & solemnizandum matrimonium, vt per Angelum *verbo excommunicatio* 5.*casu* 12.*num.*17.Tabien.*eodem verbo* 5.*casu* 11.*quæst.*4.*num.*5. Syluest. *eod. verbo* 7.*casu* 14.*dub.*7.*n.*35.Sanchez *dict.lib.*3.*disp.*37. *num.*1.*ad fin.* 10

In ead glos.ibi, *illa vera in foro contentioso, secus in pœnitentiali.* Notatur ad hoc quòd licet semel excommunicatus, & denunciatus debeat ab omnibus vitari in foro exteriori donec probet duobus saltem testibus se esse absolutum *cap. sicut* 39. *de sentent.excomm.* in foro tamen conscientiæ vt quis possit cum excommunicato communicare etiam in Diuinis sufficit, vt ipsemet dicat se iam esse absolutum, ita Ioan. Valer. *de different.inter vtrumque forum, verbo excommunicatio different.*1. 11

In gloss.*Parochialis.* ibi, *per hoc quoad scholares, mercenarios, & his similes intelligo Presbyterum in cuius Parochia inhabitant.* Ita Card.*hic.q.* 16. Syluest. *verbo excommunicatio* 5.*casu* 11.*q.*4.*n.*5. Rebuff. *de decimis*, *q.*6.*n.*24.Nauar.*cons.*1. *de Paroch. in antiq.*Sanchez *d. lib.*3.*disp.*23.*n.*12. 12

In gloss.*Presbyteri.* ibi, *puto licentiã Parochialis sufficere, qui adhuc Presbyter nõ est.* Notatur ad hoc quòd Parochus non Sacerdos potest licentiam, de qua *in hoc text.* concedere, vt per Anch.*hic.q.*2.Cardin.*q.*18. Abb.*num* 8.& Bonifac.*n.* 30. Syluest. *verbo. excommunicatio* 7.*casu.*14.*dub.*11.*num.*36.Tabien.*eod. verbo* 3. *casu* 11.*q.*3.*num.*4.Nauar.*in man.c.*27.*num.* 102. Soar. 3.*p.q.*82.*a.*3.*disput.*72.*sect.*3.vbi subdit *in hoc text.* de Presbytero Parochiali mentionem fieri, quia vt plurimum Parochi solent esse presbyteri, Sanch.*dict.lib.*5. *disp.*20.*num.*3. 13

In ead.gloss.ibi, *videtur etiam sufficere licentia Vicarij generalis*,&c.] Notatur ad hoc quòd saltem post factum Episcopus, vel Vicarius generalis potest dare Religioso licentiam administrandi sacramentum Eucharistiæ, vel Extremæ Vnctionis, seu solemnizandi matrimonia Parochianis Parochorum Episcopo subiectorum, vt per Card.*hic q.*20 Anchar.*quæst.* 7.& Bonifac.*num.*34.Syluest.*verbo excommunicatio* 7.*casu* 14. *dub.*11.*num.*39. Nauarr. *in man.cap.* 27.*num.* 102.*& cons.*47.*n.*1 *sub tit.de sponsalib.in.*1.*edit. alias cons.* 14. *num.*1.*sub tit.de clandest.desponsat.in* 2. *edit.* Soar.5.*p.* *q.*82.*art.*3.*disput.*72.*sect.*3.Sanch *dict.lib.*3.*disput.* 29. *n.*15.*vers.ad idem sunt alij Doctores*, Bonacin.*dict.puncto* 5.*num.*10. 14

In ead gloss.ibi, *& ex licentia Episcopi, vel Archipresbyteri*, &c.] Notatur ad hoc quòd Parochi non proprietarij, qui præficiuntur tori Parochiæ per Episcopum, vt curam eius regant, possunt delegare assistentiam matrimonij alij Sacerdoti, vt per Cardin.*hic quæst.*19.Imol.*n.*14.& Bonifac.*num.* 34. Nau. *in man. cap.*27.*num.*102.*& in cap.placuit.de pœnit.dist.*6.*n.*66. 15

Re Rebuff.

Rebuff. *in repet. cap. omnis vtriusque sexus, de pœnis. & remiss. §. proprio Sacerdoti, vers. quando est verum*, Henriq. *in summ. lib. 6. de pœnit. cap. 7. §. 2. in comm. lit. N, & lib. 11. de matrim. cap. 3. §. 5.* Sanchez *dict. lib. 3. disp. 32. num. 13.*

16 In gloss. *Speciali.* ibi. *not. quòd hic de pœnitentia non dicitur*, &c.] Notatur ad hoc quod Religiosus administrans Sacramentum Pœnitentiæ, vel baptismi sine licentia Parochi non incurrit pœnas huius text. cũ solùm loquatur de Sacramentis Eucharistiæ, Matrimonij, & Extremæ Vnctionis, vt per Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo pœna different. 1. n. 1. vers. hinc dicit* Filliuc. *tract. 15. c. 8. quæst. 1. n. 188.* Bonac. *d. puncto. 5. num. 11.*

§. Quibus.

17 Religiosis sub præcepto obedientiæ inhibetur ne in suis sermonibus Ecclesiarum Prælatis detrahant, nec laicos ab accessu, & frequentia suarum Ecclesiarum retrahant, nec Indulgentias indiscretas, & non concessas pronuntient, nec quando intersunt testamentis condendis retrahant testatores à debitis restitutionibus vel legatis Matricibus Ecclesiis faciendis, nec legata, vel debita, vel ablata, incerta sibi, aut alijs singularibus sui Ordinis Fratribus, vel Conuentibus in aliorum præiudicium fieri, seu erogari procurent, nec quemquam absoluere à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinarijs præsumant, nec personas Ecclesiasticas, præsertim coram iudicibus delegatis à Papa suam contra eos iustitiam prosequentes indebite vexare præsumant, aut ad plura loca præsertim remota conuenire. Qui verò contra prædicta attentare præsumpserint, illis pœnis per duos menses subiaceant, quæ per eorum regulam, vel statuta consueuerunt imponi pro grauibus criminibus, vel culpis, super quibus non possit dispensari sine manifesta necessitate. Si autem eorum Prælati requisiti super his quæ ad ipsos peruenerint, non satisfecerint plenè infra mensem Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis damnificatis, vel læsis, sint suspensi eo ipso, donec debitè satisfaciant, non obstantibus quibuscunque priuilegiis sub quocunque tenore, &c. Colligunt ex Ordinarijs Doctores *in principio* citati.

18 *Ne in sermonibus suis Ecclesiarum Prælatis detrahant*, &c.] Notatur ad hoc quòd Prædicatores si in eorum sermonibus Ecclesiarũ Prælatis detraxerint, per duos menses subiacere debent illis pœnis, quæ secundùm eorum regulam, vel statuta pro grauibus criminibus seu culpis eis consueuerunt imponi, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 13. quæst. 5. vers. tertio*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 32. a. 2.* Farin. *in praxi crim. part. 3. q. 105. num. 406.*

19 *Aut locorum Ordinarijs reseruatis quemquam absoluere.*]Notatur adhoc quòd Religiosus absoluens à reseruatis absque auctoritate superioris, vltra quòd nulliter absoluit, incidit in excommunicationem ipso facto, vt per Hieron. Roder. c. *in compendio quæst. Regul. resol. 3. sub. n. 17. vers. Religiosus.* Hodie Regulares nec per priuilegium, quod *Mare magnum* vocatur, facultatem habent absoluendi pœnitentes à casibus Episcopo reseruatis, vt declarauit Sacra Congregatio, sicuti referunt Campanil. *in diuersor. iuris Canonici rubric. 12. cap. 13. num. 63.* Fr. Ludouicus Miranda *in manual. Prælatorum, tom. 1. quæst. 46. art. 2. in fine*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 61. art. 13.* Filliuc. *tom. 1. tractat. 15. num. 248.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. c. 2. num. 269.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 52. num. 8.* Vide *ad Clem. dudum post. n. 25. de sepultur.*

Seu Indulgentias pronuncient indiscretas.] In virtute sanctæ obedientiæ Religiosis inhibetur ne Indulgentias pronuncient indiscretas, hoc est, vt ait glossa, non concessas, nimirum subreptitias, suppositi tiasve, falsas, & inanes. ita Azor. *d. c. 13. quæst. 5. vers. quinto*, Fr. Emm. *quæst. Regular. tom. 2. p. 98. art. 2.* 20

Cæterum Prælati eorum, &c.] Notatur ad hoc quòd prælati Religiosorum non satisfacientes intra mensem partibus læsis quoties ad ipsos præfatos aliquid peruenit occasione excessuum commissorum à suis Religiosis, & requisiti satisfactionem infra mensem non præstiterunt, suspensionem incurrunt, vnde sequitur ipsosmet Religiosos, qui excessus huius text. commiserunt non ligari suspensione, quia ille loquitur tãtùm de prælatis, ita Henriq. *in summ. lib. 13. c. 49. §. 4.* Soar. *tom. 5. de censur. d. 31. sect. 6. n. 11.* Sayr. *in simili tract. lib. 4. c. 13. n. 11.* Alter. *in eod. tract. tom. 2. disp. 17. c. 1. col. 6. vers. hæc sunt*, Filliuc. *in quæst. moral. tract. 17. n. 171* Bonacin. *de suspension. omnibus in particulari, disp. 3. q. 8. puncto. 10.*

In glos. *Matricibus.* ibi, *Cathedralibus.* Notatur ad hoc quod nomine Matricis in dubio venit Cathedralis. vt per Rebuff. *in tract. de decimis, q. 6. num. 6.* 21

In glos. *Necessitate.* ibi, *putà infirmitate, senectute, & his similibus.* Vide Tiraquell. *de iure primog. in præfat. num. 160.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi per loca exempta Prouinciæ suæ faciunt Crucem ante se deferri, ipsi etiam & diœcesani ibi benedicunt, audiunt Diuina, & illa celebrant, & faciunt celebrari, per hoc tamen exemptis, vel priuilegiatis in aliis nullum fit præiudicium.*

2 *Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totã suã prouinciam etiamsi locus sit exemptus.*

3 *Benedictio vbi & quando ab Episcopo impartienda sit populo, remissiuè.*

4 *Episcopus non potest pro tribunali sedere in loco exempto suæ diœcesis.*

5 *Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam suæ prouinciæ potest pallio vti etiam in loco exempto.*

6 *Episcopus in aliena diœcesi potest sacra Missarum solemnia in Pontificalibus celebrare.*

7 *Pontificalia non possunt extra diœcesim exerceri, nisi accesserit consensus Ordinarij loci.*

Clem. Archiepiscopo. II. & vlt.

ARchiepiscopus per quæuis loca exempta suæ Prouinciæ transiens, aut ad ea forsitan declinans potest liberè ante se portare Crucem, populo benedicere, diuina Officia priuatim, vel publicè ibidem audire, & ea etiam in Pontificalibus celebrare, & in sua præsentia sine Pontificalibus celebrari facere, quouis priuilegio contrario non obstante. Similiter Episcopus in locis suæ diœcesis exemptis potest populo benedicere, audire diuina Officia, & ea celebrare, vel in sua præsentia celebrari facere. Dummodo tamen per hoc tã Archiepiscopus, quàm Episcopus in locis huiusmodi exemptis, vel priuilegiatis nullam aliam iurisdictionem exerceant, nec personis exemptis molestiam, vel grauamen inferant, nec in alio exemptorum priuilegiatorũ præiudicetur, nec ipsis Archiepiscopo, & Episcopo ius aliud quomodolibet acquiratur, Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 219.* Alagon. *in compend. pag. 727.* remissiuè Ximen. *in concordant. p. 2.* 1

Ante

2 *Ante se liberè portari faciat,* &c] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam suam Prouinciam, etiam si locus sit exemptus, vt per Ruzę. *de prærogatiuis Archiepiscopalis dignit. priuil.* 2. Læl. Zech. *de Repub. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Patriarch. n.* 6. Quarant. *in summa Bullary verbo Archiepiscopi auctoritas. vers.* 28. vbi ampliat etiā extra Visitationē, & limitat nisi esset præsens Legatus Papæ, vel Cardinalis non Legatus, seu Núcius cum facultate Legati de Latere, refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 4. *n.* 39. secundùm Lugd. impres.

3 *Possit populo benedicere,* &c.] De benedictione ab Episcopo impartienda populo egi *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 64. *cum seq.*

4 *Nullam aliam iurisdictionem,* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest pro tribunali sedere in loco exempto suæ diœcesis, vt per Nau. *cons.* 2 *n.* 1. *cum seqq. de offic. Ordin.* Rot *decis.* 145 *n.* 1. *p.* 2. *diuers.* Gonzal *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 43. *n.* 181. cum aliis per me citatis *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg* 80. *à num.* 7.

5 In gloss. *Pontificalibus.* ibi, *intellige etiam cum pallio,* &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam suæ prouinciæ potest pallio vti etiam in loco exempto, vt per Stephan. Quarant. *in summa Bullary verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 32. & plures quos refero *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1 *tit.* 4. *num.* 41. secundum Lugd. Impress.

6 In gloss. *Etiam celebrare,* ibi, *in Pontificalibus,* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus in aliena diœcesi potest Sacra Missarum solemnia in Pontificalibus celebrare, vt per Zabar. *hic n.* 5. *in fin. vers. ex hoc infertur,* Imol. *n.* 4. & 10 & Bonif. de Vital. *n.* 13 *vers. nam in loco exempto,* Cou. *var. lib.* 3. *c.* 20. *n* 9. Quarant. *d. verbo. Archiepisc. auctoritas, vers.* 30. Fulc. *de visit. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 5 Rot. *decis.* 236. *n.* 3 *apud Farinac. p.* 2. *recent.*

7 In ead gloss. ibi, *non vtuntur Pontificalibus,* &c.] Notatur ad hoc quòd Pontificalia non possunt extra diœcesim exerceri nisi accesserit consensus Ordinarij loci, vt per Couar. *d. n.* 9. *ante vers. caterum, & pract. c.* 9. *n.* 2. Hamin. *de resign. benefic. lib.* 1. *q.* 17. Quarant. *dict. vers.* 30.

De Pœnis.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopum percutiens, capiens, & banniens, vel hoc mandans, vel ratificans, socius, consiliarius, fautor, & defensor cum suis posteris, ciuitas in hoc delinquens, & eius officiales pœnis variis per Concilium puniuntur.*

2 *Consulens delictum punitur eadem pœna, qua ipse delinquens.*

3 *Fauorem delinquenti præstantes eadem pœna puniuntur, sicut dantes consilium.*

4 *Episcopum percutientes iniuriosè sunt excommunicati excommunicatione Papæ reseruata & n.* 5.

6 *Ciuitas aliquid committens contra Episcopum suum incidit in pœnam interdicti.*

7 *Episcopum, vel Cardinalem offendens causa sua propria defensionis non incidit in pœnam huius text.*

8 *Delicti ratificatio vt obliget ad pœnam requirit delictum fuisse commissum nomine proprio.*

9 *Socij puniuntur sicut delinquentes quando in ipso delicto cooperantur.*

10 *Fautor quis dicatur? remissiue.*

11 *Consilium præstans delinquenti post delictum non tenetur eadem pœna.*

12 *Auxilium post delictum percussori Cardinalis, vel Episcopi præstans illum defendendo, & impediendo ne ad manus iudicis veniat, eadem pœna punitur, qua delinquens.*

13 *Auxilium præstitum bannito per viam iudiciariam, licitum est, & non punibile.*

14 *Beneficiis & officiis publicis obtinendis priuatus non censetur, qui priuatur antea habitis.*

15 *Balitum vox vulgaris est apud Gallos, seu Prouinciales, qua iustitiarios, seu locorum Rectores significant*

16 *Excommunicatum quando dicatur commodè ire potuisse Romam vt impetraret absolutionem, iudicis arbitrio relinquitur*

17 *Assertioni, & iuramento asserentis aliquid aduersus præsumptionem iuris creditur in foro conscientia.*

18 *Citatio eius, de cuius præiudicio agitur, requiritur in sententia declaratoria eius.*

Clem Siquis. I.

Piscopvm percutiens, capiens, & 1
banniens, vel hoc mandans, seu ratificans, aut si socius in his fuerit, faciendis consilium dederit, aut fauorem, seu scienter defensauerit, excommunicationem incurrit Summo Pontifici reseruatam, & variis pœnis, prout etiam ciuitas in hoc delinquens, & eius officiales puniuntur. Colligunt ex Ordinaria Imol. Zabarel. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin, Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 146. Alagon. *in compend. pag.* 740. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

Aut consilium in his dederit.] Ergo consulens deli- 2
ctum punitur eadem pœna, qua ipse delinquens, vt per Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 129. *num.* 23. *cum seqq.* iunctis aliis per me citatis *in collectan. ad c. sicut dignum n.* 11. *cum seqq. de homicid. in Decretal.*

Aut fauorem.] Ergo præstantes fauorem delinquen- 3
ti eadem pœna puniuntur, sicut dantes consilium, vt per Farinac *dict. quæst.* 129. *num.* 40. cum aliis per me relatis *ad dictum cap. sicut dignum.* Sic eodem modo *excommun.* 11 *Bullæ in Cœna Domini,* lata contra interficientes, vulnerantes, percutientes, capientes, detinentes, seu hostiliter insequentes Episcopos, fertur quoque contra mandantes, ratum habentes, seu præstantes in præfatis actionibus auxilium, consilium, vel fauorem, vt per Bonacin. *de censur. in Bulla Cœna contentis disp.* 1. *quæst.* 12. *puncto.* 3. *à num.* 9. vbi. *nu.* 10. resoluit talem mandantem, consulentem, &c. non ligari antequam mandatarius, vel consultus rem perfecerit.

Anathematis mucrone percussus, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd percutientes iniuriose, aut temerè Episcopum sunt excommunicati excommunicatione Sũmo Pontifici reseruata, vt per Clar. § *fin. q.* 77. *num.* 23. Nauar. *in man. q.* 27. *num.* 66. item excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini *excomm.* 11. de quo ibi Vgol. Alter. *c.* 3. *dub.* 2. *cum seqq.* Duard. Anton. à Sousa; & nouissimè Bonacin. *de censur. in Bulla Cœna contentis, disp.* 1. *quæst.* 12. Cuius Canonis priuilegio non gaudet Episcopus electus tantùm, & confirmatus, sed non consecratus etiamsi possessionem, adeptus sit, quia talis non est verè, & propriè Episcopus cùm careat charactere Episcopali, qui per consecrationem confertur, ita ad dictam *excomm.* 11. Bullæ tradunt Vgolio, *verbo ac Patriarchas, num* 3. Gambarupta. *cap.* 11. *num.* 51. Viuald. *num.* 8. Anton. de Sousa. *cap.* 12. *disput.* 61. *num.* 3. & 4. Alter. *cap.* 3. *dub.* 2. Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 67. §. 8.

Sayr. *de censur. lib. 3. c. 15. n. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 9. cap. 20. num. 313.* Filliuc. *tractat. 16. quæst. 5. num. 240.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 21. sect. 2. nu. 69. ad fin.* Bonacin. *dict. q. 32. puncto. 2. n. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 5. n. 27.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 136. n. 1.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 3. c. 7. n. 9.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 237.* secundùm Lugd. impress. *& de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 89. num. 6.*

5 *A feudis insuper.*, &c.] Vide Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur. n. 8. C. de reuocand. donat.*

6 *Ciuitas autem, quæ præmissa*, &c.] Notatur ad hoc quòd ciuitas, territorium, & loca illius, qui iniuriosè, aut temerè Episcopum percutit, capit, bannit, vel hoc fieri mandat, incidit in pœnam interdicti, vt per Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 43. §. 5. lit. M*, Clar. *dict. § fin. q. 76. n. 3.* vbi intelligit, hanc pœnam locum nõ habere, nisi sit suus proprius Episcopus illius ciuitatis, latè Bonac. *de interdictis in particulari, disp. 4. quæst. 3. punct. 4.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 37. sect. 1. n. 19.* Alter. *in simili tract. tom. 2. disput. 12. de interdicto, cap. 3. col. 6.* Filiuc. *tract. 18. c. 6. quæst. 6. n. 136.*

7 In gloss. *Vel temerè*. ibi, *ille igitur qui percuteret se defendendo, non ligabitur his pœnis.* Notatur ad hoc quòd offendens Episcopum, vel Cardinalem causa suæ propriæ defensionis non incidit in pœnam huius text. vt Fichst. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 12. n. 28. pag. 199.* Clar. *§. fin. q. 77. n. 13.*

8 In gloss. *Rata habuerit*. ibi, *oportet ergo quòd hæc facta fuerint ipsius contemplatione*, &c. Notatur ad hoc quòd vt ratificatio delicti obliget ad pœnam, requiritur delictum fuisse commissum nomine proprio, vt per Clar. *p. 5. §. fin. quæst. 87. num. 5.*

9 In gloss. *Defensauerit*. ibi, *Hîc tamen puto strictè socium sumi pro agente qui aliquid cooperatur*, &c. Notatur ad hoc quòd socij puniuntur sicut delinquentes quando in ipso delicto cooperantur, vt per Farin. *in praxi crim. part. 5. q. 131. num. 23. & 24.*

20 In ead. gloss. ibi, *Circa tertium de fautore*, &c. Qui talis dicatur remissiuè Farin. *d. q. 129. n. 41.*

21 In ead. gloss. ibi, *& quia littera hic*, &c. Notatur ad hoc quòd concilium præstans delinquenti post delictum non tenetur eadem pœna, vt per Farin. *d. par. 5. q. 132. num. 1.*

22 In ead. gloss. propè fin. ibi, *Est alius defensor*, &c. Notatur ad hoc quòd præstans auxilium post delictum, percussori Cardinalis, vel Episcopi illum defendendo, & impediendo ne ad manus iudicis veniat, eadem pœna punitur, vt per Farin. *d. p. 5. q. 132. n. 7.*

13 In ead. gloss. in fine, ibi, *de illo qui defendit in iudicio patrocinando*, &c. Notatur ad hoc quòd auxilium præstitum bannito per viam iudiciariam, videlicet aduocando, & procurando pro illius remissione, & gratiam à Principe impetrando, licitum est, & non punibile vt per Farin. *d. p. 5. q. 133. n. 73.*

54 In gloss. *Obtinendas*. ibi, *non priuat obtentis*, &c. Notatur ad hoc quòd priuatus beneficiis, & Officiis publicis obtinendis non censetur priuatus antea habitis. vt per Couar. *var. lib. 2. cap. 8. num. 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. n. 28.* D. Barbos. *in l. cum prætor, § vlt. n. 186. ff. de iudic.*

15 In gloss. *Balliuus* ibi, *vulgare Prouincialium*, &c. Notatur ad hoc quòd *Balliuus* vox vulgaris est apud Gallos seu Prouinciales, qua iustitiarios, seu locorum Rectores significant, vt tradit Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 2. quæst. 53.* vbi Penia *commento. 58. pag. mihi. 372.*

16 In gloss. *Quàm citò*. ibi, *sed iudex habebit hoc arbitrari*, &c. Notatur ad hoc quòd iudicis arbitrio relinquitur quando dicatur excommunicatum commodè ire potuisse Romam, vt impetraret absolutionem, ita Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 5. casu. 450. num. 5.*

In eadem gloss. ibi, *fateor id verum in foro pœnitentiali*, &c.] Notatur ad hoc quòd in foro conscientiæ credere assertioni, & iuramento asserentis aliquid aduersus præsumptionem iuris, vt per Menochium *de præsumpt. lib. 1. n. præs. 77. n. 16.* 17

In ead. gloss. ibi, *nisi primo eo vocato*, &c.] Notatur ad hoc quòd in sententia declaratoria iuris requiritur eius citatio, de cuius præiudicio agitur, vt per Tiraq. *in tractat. res inter alios acta, limitat. 24.* cum aliis citatis *suprà ad glossam, verbo constiterit in Clement. præsenti, de censibus.* 18

SVMMARIVM.

1 *Procurantes capi viros Ecclesiasticos, vt renuncient beneficiis, vel vt citati non vadant ad Curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per Canones antiquos incurrunt, si sint Prælati, à perceptione fructuum per triennium sunt suspensi, inferiores verò beneficiis sunt priuati, eandem pœnam incurrunt ipsi citati, qui se capi procurant, & resignatio sic facta non tenet.*

2 *Metum inferentes vt fiant renunciationes beneficiorum, sunt excommunicati, & priuantur beneficiis obtentis, vt n. 3.*

4 *Renunciatio facta de beneficio à capto per dominum secularem, & detento donec illud renunciaret, est nulla ipso iure.*

5 *Resignatio beneficiorum potest fieri coram Episcopo.*

CLEM. Multorum II.

DEtinentes, seu procurantes capi personas Ecclesiasticas vt renuncient suis beneficiis, vel ne citati vadant ad Curiam, præter pœnam excommunicationis, quam per Canones antiquos incurrunt, si sint Prælati, à perceptione fructuum per triennium sunt suspensi. inferiores verò beneficiis sunt priuati. Eandem pœnam incurrunt qui citati non veniunt ad Sedem Apostolicam, & procurant se capi à potestate seculari. Resignationes autem modo prædicto extortæ, licet sint receptæ, & ratæ habitæ à Prælato resignantium, declarantur esse nullæ, quas quidem pœnas vbi primùm locorum Ordinarij aliquem incurrisse sciuerint, statim illum publicare non differant, curentque vt pœnæ mandentur executioni prout ad eos pertinuerit. Colliguntur ex Ordinariis Anchar. Imol. Zabarell. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 247.* Alagon. *in compend. pag. 741.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 5. n. 20. & 21.* Alter. *in simili tract. tom. 2. disp. 16. c. 3. col. 3. & 4.* Filliuc. *in q. moralib. tract. 17. c. 8. quæst. 7. n. 155.* Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari, disp. 3. quæst. 4. punct. 13. per tot.* qui resoluunt procurationem huiusmodi fieri debere apud dominum temporalem, & Prælatum, qui simul est dominus temporalis ligari censura, de qua in *hoc text.* si ipse non curet clericum capi ab alio domino temporali, sed ipse mittat suos ministros, & procuret ab eis capi. 2

Vt præter sententiam Canonis, &c.] Notatur ad hoc quòd inferentes metum vt fiant renunciationes beneficiorum, sunt excommunicati, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de resign. met. extort. n. 3.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. 3. q. 2. num. 38.* 3

Eo

3 *Eo ipso absentis beneficiis sunt priuati.*] Notatur ad hoc quod inferentes metum vt fiant renonciationes beneficiorum priuantur beneficiis, vt per Rebuff. *in praxi tit. de mod. amitten. benefic. n.*46. Flamin. Parif. *citato loco.*

4 *Sanè resignationes beneficiorum,*&c.]Notatur ad hoc quòd renunciatio facta de beneficio à capto per dominum secularem, & detento donec illud renunciaret, est nulla ipso iure, vt per Bonifac.de Vitalin. *hic num.*27.Ruin.*consf.*121.*num.*14.*vol.*4.Flamin. *d. lib.*3. *quæst.*2.*num.*18.

5 *Licèt à resignantium ipsorum Prælatis,*&c.]Ergo coram Episcopis fieri potest beneficiorum resignatio, vt per Flamin.Parif.*de resignat. benefic.lib.*7.*quæst.* 14.cum aliis per me citatis *de officio, & potestate Episcopi.p.*3. *alleg.*69.*per tot.*

Ecclesiasticos capere,captosue donec,&c.] Notatur ad hoc quòd suspensio de qua *in præsenti*, non incurritur nisi resignatio re ipsa sequatur, vel impediatur accessus ad Sedem Apost.ita Cardin.*hic num.*13 Soar.*d.tom.* 5 *disp.*31.*sect.*5.*num.*21. Alter.*cap.*3.*col.* 4. Filiuc. *d. n.* 155.Bonacin.*d puncto.*13.*num.*5. vbi hioc infert non ligari hac suspensione, qui clericum capi procurauit, sed resignatio sequuta non fuit, aut captus dimissus fuit,itaut carceratio in causa non fuerit cur ad Sedem Apostol, debito tempore non accederet, additque *n.* 9. Episcopos huic censuræ subiici, quia in hoc text. sermo est de Prælatis, & non solùm Episcopos, verùm etiam alios Ecclesiasticos iurisdictionem ordinariam habentes siue sint clerici seculares, siue Regulares, quia isti omnes propriè vocantur Prælati.

In glos. *Dominum.* Notatur ad hoc quòd Prælatos Ecclesiasticus procurans clericum capi apud alium Prælatum Ecclesiasticum habentem dominium temporale,incidit in hanc censuram, vt per Alter.*d.cap.*3. *col.*3. sed distinguunt Soar.*d.sect.*5.*num.* 19. Bonacin. *puncto.*3.*num.*3.

In glos.*Obtentis.* ibi,*in obtinendis non videtur impe-*
6 *dire.* Vide.*suprà cap.proximo ad glos.verbo obtinenda.*

S V M M A R I V M.

1 *Religiosi Mendicãtes transgressores Constitut. Bonifacij in c.vnic.de excess.Prælat. lib.*6.*excommunicantur,necnon Omnes Religiosi, qui in sermonibus, vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant à solutione decimarum, quarum solutionem certis diebus & in Confessionibus sub certis pœnis suadere tenentur, nisi sint tales quorum monasteriis, vel Ecclesiis competat percipere decimas, & num.*2.
3 *Confessores debent purgare Conscientiam confitentium in solutione decimarum.*
4 *Suspensio ab ingressu Ecclesiæ nihil aliud est quàm Suspensio à Diuinis.*
5 *Suspensio vsum prohibet omnium, quæ consistunt in exercitio alicuius functionis.*
6 *Suspensus ab officio an & quando censeatur suspensus à beneficio, remissiuè.*
7 *Violatores cap.*1 *de sepult. lib.* 6. *excommunicantur, excommunicatione Papæ reseruata, & num.*8.

Clem. Cupientes. III. & vlt.

1 REgulares Mendicantes, qui domos vel loca de nouo accipiunt, vel recepta mutant, vel ea alienant in alios, vltra pœnas *cap. vnic. de excessib. Prælat. lib.* 6. sunt etiam excommunicati ipso facto. Similiter, qui præsumunt proferre aliqua in suis sermonibus, vel alibi,vt audientes retrahant à soluendis decimis,sunt excommunicati. Item si requisiti à Rectoribus Ecclesiarum in certis diebus festiuis, quando prædicant, & in Confessionibus audiendis populum non instruunt, vel conscientiam non faciunt, vt non omittant soluere decimas vltra peccatum mortale grauiter argui debent à suis superioribus, & superiores eorum sub pœna peccati mortalis faciant statuta pœnalia contra huiusmodi prædicantes, itaut pœna aceis sit in exemplum aliis. Item Religiosi, qui scienter postponunt conscientiam facere de soluendis decimis ipso facto tandiu sunt suspensi ab officio prædicandi, donec si commodè facultatem dicendi habuerint, fecerint conscientiam pœnitentibus, & si prædicta negligentia non purgata præsumpserint prædicare, sunt ipso facto excommunicati. Item hæc constitutio non extenditur ad Religiosos Monasteriorum, & Rectores Ecclesiarum percipientium decimas, salua in suo robore constitutione Gregorij IX.sub hoc edita, vt habetur *in cap.*1.*de decim.in.*6. Colligunt ex Ordinar. Anch. Imol. Zabarel. Pano. Paul de Eleazar. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. l.* 5.*pag.* 248. Alagon.*in compend. pag.* 741. remissiuè Ximen.*in concordant.p.*2.

Hanc eandem conclus. quoad primam partem text. ex eo desumunt Siluest *in sum.verbo Excommunicatio* 9.*casu* 44.45.& 46.Angel.*eod.verbo* 7 *casu* 44.Nauar. *in man.c.*27.*num* 144. Azor.*instit.moral part.*1.*lib.*12. *cap.*13.*vers decimoseptimo, & vers. vigesima primo.* Fr. Emman.*quæst.Regul.tom.* 2.*quæst.* 49.*art* 9. Farin. *de hæresi quæst.*178.*num.*67.Iul. Lanor *de Indulgent. par.* 2.*cap.*13.*num.* 36. Gambar. *de casibus reseru. cap.*19. *num.*15.Filiuc.*d.tract.*14.*num.*145.Ego.ipse *de officio, & potest.Episcopi.p.*3.*alleg.*50.*num.*230.& 231.*in vlt. impress.* 2

Quoad secundam verò partem incip. *à vers similiter*, eandem conclus. ex hoc text.desumunt Soar. *de censur.disput.*23.*sect.*5.*num.*36.& 37.vbi *in fine* tenet hanc excommunicationem incurri etiamsi non sequatur effectus, id est quamuis alij non persuadeantur,seu retrahantur.Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.*50.*num.*8. vbi intelligit si fuerint requisiti à Parochis, nouissimè Bonacin.*de censur.extra Bull.disp.*2. *quæst.* 8.*puncto.*13.vnde colligunt Religiosum non affici hac excommunicatione dum alicui mandat, vt alteri,qui decimarum onere tenetur, suadeat ne soluat, hic enim non dicitur aliquid proferre ipsis auditoribus,qui decimas soluere debent, vt per Soar.*d.disput.* 23 *sect.*5.*num.*37.Filiuc.*d.tract.*14.*cap.*8.*quæst.*8.*num.* 146.Bonacin.*d.puncto* 13.*num* 3.vbi *n.* 12. Addit duo requiri ad incurrendam istam excommunicationem, primò vt Religiosi requisiti sint à Rectoribus Ecclesiarum, & scienter non admonuerint pœnitentes de solutione decimarum; secundò vt prædicare præsumant nondum purgata negligentia.

Necnon & his, quorum Confessiones audient, conscientiam facere, &c.] Notatur ad hoc quòd Confessores debent purgare conscientiam confitentium in solutione decimarum, vt per Rebuff. *in tract. de decimis quæst.* 13.*num.* 109.Fr. Emman. *d. tom.*2. *quæst.*44. *art.*8. 3

In glos.*Suspensi*, ibi, *quandoque suspenditur quis ab ingressu* &c.] Notatur ad hoc quòd suspensio ab ingressu Ecclesiæ nihil aliud est quàm suspensio à Diuinis, vt per Fr. Emman.*quæst.Regular.tom.*1. *quæst.* 20. 4
*art.*14.Suspensio autem vsum prohibet non omnium 5
Diuinorum qua talia sunt, sed eorum tantum, quæ consistunt in exercitio alicuius Ecclesiasticæ functionis,secundum Nauar *in man. cap.*27. *num.* 151. Henriq.*in sum lib.*13.*cap.*31.Sayr.*de censur.lib.*4.*cap.*1.*à n.* 6.& *num.*13.& 16.

6 In ead. glos. ibi, *Et quia suprà posui*, &c. Suspensus ab officio an & quando censeatur suspensus à beneficio, vide quæ dixi *in tract. de appell. verborum vtriusque iuris signif. appell.* 255 *num.* 2.

§. Sanè.

7 Religiosi & clerici seculares, qui ad vouendum, iurandum, & promittendum inducunt homines, vt eligant sepulturam in eorum Ecclesiis, vel electam non mutent, ipso facto sententiam excommunicationis reseruatæ Sedi Apostolicæ incurrunt, priuilegiis, seu statutis quibuscunque non obstantibus, pœna contenta *in cap. 2. de sepultur. in. 6.* in suo robore perdurante. Colligunt Doctores *in princip. textus citati.*

8 Hanc eandem conclusionem firmant Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap. 2. in princ. & c. 3. excom. 1.* Gambar. *de casibus reseruat. cap. 7. num.* 4. Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. cap. 11. num.* 25. Filliuc. *tract.* 15. *num.* 170. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 50. *num.* 100. secundùm Lugd. impress.

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Damnatis ad mortem hoc petentibus pœnitentia concedi debet, nec valet contraria consuetudo, & num.* 2.

2 *Damnatis ad mortem ministrandum est Sacramentum Eucharistiæ.*

3 *Extrema vnctio non conceditur damnatis ad mortem, quia dicuntur infirmari.*

4 *Cadauera punitorum solent habita licentia a iudice tradi sepulturæ.*

Clem. Cùm secundùm. I.

Damnatis ad mortem non est deneganda pœnitentia, si petant, & locorum Ordinarij Iustitiarios omnes, & dominos temporales ad hoc, cùm commodè poterunt, diligenter monere, & si necesse fuerit, Ecclesiastica censura compellere non omittant. Colligunt ex Ordinar. Anch. Imol. Zabarel. Panor. Pau. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 261. Alagon. *in compend. pag.* 749. Ximen. *in concordant. p.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 11. n. 7.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 17. num.* 59. Cened. *practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 9. in princip.*

3 In glos. *pœnitentia* ibi. *nec Eucharistia*, &c. Notatur ad hoc quod damnatis ad mortem ministrandum est sacramentum Eucharistiæ, vt per Cou. *lib. 2. var. cap. 1. num.* 11. Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 99. num.* 3. Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 14. num. 6. vers. item. adde.* Anton. Gam. *in speciali tract. de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 23. & cons. 16. sub hoc tit. in. antiq.* Flamin. Charta. *de execut. sentent. capto bannito cap. fin. num.* 433. *cum seqq.* Azeued. 2. *num.* 13. *tit. 2. lib. 1. nona. Recopil.* Cened. *ad Decretum collect.* 4. *num.* 1. Henriq. *in sum lib. 8. c. 5. §.* 4. Fr. Eminan. *quæst. Regul. tom. 2. q. 109. art.* 3. Azor *instit. moral. par. 1. lib. 2. cap. 10. in med. vers. an damnatis ad mortem*, Sayr. *d. cap. 11. num.* 8. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 17. *pag. mihi.* 423. Hortens. Caualcan. *de Brachio Regio p. 4. num.* 306. Non tamen illis conceditur Sacramentum extremæ Vnctionis, quia non dicuntur infirmari, sicut docent Couar. *d. num. 11. vers. sicut nec eis.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de Extrema vnctione num.* 21. Simanch. *de Cathol. institut. cap. 57. n.* 16. Carrhar. *d. cap. fin. num.* 435. Hortens. Caualcan. *d. p. 4. num.* 307. Penia. *in 3. par. direct. Inquisit. schol. 146. ver. non tamen,* Zerol. *in praxi Episcop. par. 1. verbo extrema Vnctio vers. tertiò.* Ægid. de Coninch *de Sacrament. tom. 2. d. 19. à nu.* 22. Valet Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 28. *num.* 68. 4

In ead. glos. ibi, *& de sepultura patet*, &c. Notatur 5 ad hoc quod cadauera punitorum solent habita licentia à iudice tradi sepulturæ, vt per Couar. *d. cap. 1. num.* 11. Clar. *d. §. fin. quæst.* 100. *num.* 1. Anton. Gom. *tom. 3. cap. 14. num.* 8. Charrar. *d. cap. 5. fin. n.* 457. *cum seqq.*

Clem. Abusionibus. II. & vlt.

Repetit Concilium generale de quo *in cap. cùm ex eo, eodem*, contra quæstores non admittendos sine litteris Apostolicis, vel Diœcesanorum, & addit per Diæcesanos litteras Apostolicas examinari debere, numerárque excessus quæstorum, & delinquentes quæstores per Episcopos puniri præcipit non obstantibus priuilegiis. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 261. Alagona *in compend. pag.* 749. remissiuè Ximen. *in concordant. p.* 1. & 2. 1

Multa de his quæstoribus eleemosynarum, & eorum abusu tradunt Paul. Fusc. *de visitat. lib. 1. cap.* 30. *num.* 34. *cum seqq.* Nauar. *de Indulgent. not.* 31. *num.* 46. *cum seqq.* Perez. *l. 2. tit. 8. lib. 1. Ordin. p. 162. col.* 2. Petr. Bollo *in œconomia canon. 3. classi §.* 4. Zerol. *in praxi Episcop. par. 1. verbo quæstores*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 290. Cened. *ad Sextum & Clement. collect.* 9. Iul. Lauor. *de Indulgent. par. 2. c.* 13. Flores de Mena *var. lib. 3. quæst. 24. num.* 20. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 109. per tot.* & Concil. Trident. *sess. 21. de reformat. ca.* 9. statuit vt in quibuscunque Christianæ Religionis locis quæstorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur. 2

Quomodo autem Ordinarij concedere valeant facultatem colligendi eleemosynas in Parochia pro Confraternitate, seu in Vrbe & diœcesi, formulas posui in meo formulario Episcopali *post tract. de officio & potest. Episcopi* Lugduni impresso *form.* 39. *cum duabus seqq.* 3

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis, & interdicti.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi etiam exempti violantes interdictum positum per Sedem Apostolicam, vel Ordinarium loci, vel generalem cessationem Diuinorum factam per prouinciale Concilium, vel per eum, qui hoc possit seruatam per Cathedralem, seu Matricem Ecclesiam loci, excommunicati sunt ipso iure, non obstantibus, &c. num.* 2

3 *Verba,*

3 *Verba*, cuiuscunque Ordinis, & conditionis, *comprehendunt tam laicos, quàm clericos.*

4 *Clerici sęculares non tenentur interdictum, quod nullum est, seruare, etiamsi Matrix Ecclesia illud seruet.*

5 *Matrix Ecclesia quę sit, & cur ita dicatur? remissiuè.*

CLEM. Ex frequentibus I.

1 ELIGIOSI etiam exempti violantes interdictum, quod sciunt obseruari à Cathedrali, seu Matrice, aut Parochiali Ecclesia, & aliud, ac cessationem à Diuinis à Concilio Prouinciali præscriptam, necnon cessationem generalem à Diuinis Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum, quas ponunt Conuentus, vel Capitula ex consuetudine, seu alia via, excommunicati sunt ipso facto, non obstantibus priuilegiis, conuentionibus, & consuetudinibus, ac statutis in contrarium, & respicit pendentia. Colligunt ex Ordin. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 323. Alagon. *in compend. pag.* 784. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. & 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. deducunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 60. art. 2. vers. 2. est, & quæst. 108. art. 4. 5. & 6. quæst. 109. art. vlt. & in explicat. Bullæ Cruciatæ in addit. ad §. 5. num.* 34. Azori. *instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 13. vers. decimo octauo*, Nau. *in man. cap. 27. num.* 146. Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 33. num* 44. Gambar. *de casibus reseru. cap. 11. num.* 17. Iul. Lauor. *de Indulg. p. 2. cap. 13. num.* 38. & 44. Filiuc. *d. tract. 14. num.* 125. *vers. duodecimo, & n.* 148 Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 60. n.* 232. secundùm Lugdunen. impress. Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 46. §. 4.* Auila *de censur. p. 5. disput. 5. dub.* 3. Paul. Layman *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 3. p. 3. cap. 3. n. 3. vers. quarta*, latè Bonacin. *de censuris extra Bull. disput. 2. quæst. 8. puncto. 14. num. 6.* Quod procedit etiamsi illud interdictum fortè sit inualidum, glos. *hic verbo appellationibus* Sayr. *d. cap. 33. num.* 48. Mari. Alter. *de censuris tom. 2. disput. 9. cap. 4.* Bonacin. *vbi suprà num.* 6. vbi etiam resoluit non affici hac censura Religiosos non seruantes interdictum quoties in Ecclesia Cathedrali, vel Parochiali celebrantur diuina Officia.

3 *Cuiuscunque ordinis, & conditionis existant.*] Verba hæc comprehendunt tam laicos, quàm clericos, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 8. num.* 21.

4 In glos. *Religiosi.* ibi. *& per hoc patet quòd clericos seculares*, &c. Notatur ad hoc quòd clerici seculares non tenentur interdictum, quod nullum est, seruare, etiamsi Matrix Ecclesia illud seruet, vt per F. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst.* 108. *art.* 4. Bonacin. *vbi suprà num.* 9.

5 In glos. *Matricem.* Matrix Ecclesia quæ sit, & cur ita dicatur, vide Rebuff. *de decimis quæst. 6. num. 6. & 7.* Monet. *in simili tract. cap. 7. n.* 3. Bonac. *vbi suprà n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Domini temporales, qui cogunt alios in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publicè excommunicati, vel interdicti super hoc per illos, qui Missas celebrant, moniti Ecclesias exeant, & ipsi nominatim moniti qui non exeunt, excommunicati sunt, & per Papam absoluendi, & numero* 2.

3 *Missæ Sacrificium non potest finiri si excommunicatus ingrediatur Ecclesiam, dummodò id contingat ante inchoationem Canonis.*

4 *Occultus excommunicatus non vitatur in publico.*

5 *Prohibitio ne quis compellat quomodolibet clericum celebrare tempore interdicti, omnes modos compulsionis complectitur.*

6 *Consanguineos clericorum grauantes in personis, vel in rebus excommunicationem incurrunt.*

7 *Excommunicationem* can. si quis suadente, *incurrit percutiens consanguineum clerici causa eiusdem clerici.*

CLEM. Grauis. II.

DOmini temporales, qui præsumpserint quomodolibet cogere celebrari Diuina Officia in locis interdictis, vel per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publici excommunicati vel interdicti super hoc per illos, qui Missas celebrant, moniti Ecclesias exeant, & ipsi nominatim, qui non exeunt, excommunicationem incurrunt Sedi Apost. reseruatam. Colligunt ex Ordinar. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panom. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vitalini. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 324. Alagon. *in compend. pag.* 785. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 43. §. 3. lit. E.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 82. num. 10. ad fin.* Suar. *tom. 5. disput. 22. sect. 4. num.* 27. Nauar. *in man. c. 27. num.* 104. Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 4. num.* 8. Homobon. de bonis *de examine Ecclesiast. tractat. 1. cap. 11. quæst. 23. resol.* 2. Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. cap. 21. num.* 26. Filliuc. *tract. 15. num. 72. vers. 1. & num. 73. & num.* 202. Bonacin. *de censur. extra Bullam disp. 2. quæst. 3. punct.* 20. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 50. n.* 101. secund. Lugdunen. impress. 2

De Ecclesiis dum in ipsis Missarum, &c.] Notatur ad hoc quòd Missæ Sacrificium non potest finiri si excommunicatus ingrediatur Ecclesiam, dummodo id contingat ante inchoationem Canonis, ita Nauar. *in tract. de oratione cap. 16. num.* 59. 3

In glos. *Publicè*, ibi, *occultum enim excommunicatum non vitamus in publico*, &c. Ita Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 2. num. 3. vers. quid autem, & num.* 4. 4

In glos. *Quomodolibet.* ibi, *omnem modum compulsionis*, &c. Notatu ad hoc quòd prohibitio ne quis compellat quomodolibet clericum celebrare tempore interdicti, omnes modos compulsionis amplectitur, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1236. *num.* 89. 5

In eadem glos. ibi, *consanguineos grauant in personis*, &c. Notatur ad hoc quòd consanguineos clericorum grauantes in personis, vel in rebus excommunicationem incurrunt, vt per Imol. *hic num.* 12. Bonifac. *num.* 27. Siluest. *verbo excommunicatio 7. casu 17. in init. num.* 51. Nau. *in man. cap. 27. num.* 104. Sanch. *de matrimon. lib. 4. disp. 5. num. 8. vers.* 4. 6

Vnde deducitur quòd percutiens consanguineum clerici causa eiusdem clerici incurrit excommunicationem *can. si quis suadente 17. quæst. 4.* vt per Duen. *reg. 99. vers. amplia vndecimo.* 7

SVMMARIVM.

1 *Fratres Minores si tempore interdicti recipiunt in suis Ecclesiis ad Diuina, Fratres, & sorores tertij Ordinis, excommunicati sunt, nec priuilegia iuuant, & num.* 2.

3 *Religio vt approbata per Sedem Apostol. dicatur, non suffi-*

sufficit vt modus viuendi ab illa approbetur, nisi tanquam vera Religio approbetur.

CLEM. Cùm ex eo. III.

1 FRatres Minores si tempore interdicti recipiunt in suis Ecclesiis ad Diuina Fratres, & sorores tertij Ordinis, eo ipso incurrũt excommunicationis sentẽtiam, à qua nisi per Rom. Pont. vel satisfactione præmissa per locorum Ordinarios absolutionis beneficiũ nequeunt obtinere. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Anch. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonif. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 5. p.* 325. Alagon *in compend. pag.* 785. remissiuè Ximen. *in concordant. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. deducunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 60. art. 2. vers. 1. est, & quæst. 65. art. 5.* Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. c. 21. num. 27.* latè Bonacin. *de excommun. in particulari extra Bullam Cœnæ disp. 2. q. 9. puncto 6.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi. p. 3. allegat. 50. num. 102.* secundùm Lugdunen. impress.

3 In glos. *Tertio.* ibi, *& potiùs est modus viuendi quàm propere dicatur regula.* Ergo vt Religio approbata per Sedem Apost. dicatur, non sufficit vt modus viuendi ab illa approbetur, nisi tanquam vera religio approbetur, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Papa si etiam scienter cum excommunicato participat, illum per hoc non absoluit, nisi exprimat hoc se velle, & num. 2.*

3 *Papa si nominet quem sub titulo dignitatis, per talem nominationem non præsumitur ipsum approbare in illa dignitate.*

4 *Communicatio cum excommunicatis etiam per epistolam, aut nuncium prohibita est.*

5 *Episcopus non potest licitè communicare cum excommunicato etiam à se ante formalem absolutionem ab excommunicatione.*

6 *Papa, aut Episcopus, si videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum contrahere matrimonium, in quo potest ipse Episcopus dispensare, non per hoc inducitur tacita dispensatio sed contrarium verius, vt num. 7.*

8 *Papa vel Imperator si promoueat scienter inhabilem, censetur cum eo dispensare.*

9 *Papa sciens Petrum excommunicatum si conferat ei beneficium absque præuia absolutione censetur prius absoluere, quàm conferre.*

CLEM. Si Summus Pont. IV. & vlt.

1 PApa si scienter etiam communicat cum excommunicato verbo, osculo, vel alio modo, per hoc non censetur illum absoluere, nisi hoc se velle, exprimat. Et si scienter quem sub titulo cuiusuis dignitatis ex certa scientia, verbo, constitutione, vel titulo nominet, honoret, aut tractet, per hoc non intelligitur illum in dignitate constituere, seu approbare, aut quicquam ei concedere. Colligunt ex Ordin. Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panor. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vitalin. Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 326. Alagon *in compend. pag.* 785. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. deducunt Couar. *in c. alma mater. p. 1. §. 2. n. 2. in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 20. n. 38.* An autem, & quando Romanus Pont. possit licitè absque peccato communicare cum excommunicato? vide Cou. *d. p. 1. §. 1. n. 8.* Vgolin. *de censuris tab. 1. cap. 2. §. 2. à n. 2. & tab. 2. c. 23. §. 12. n. 3.* Suar. *tom. 5. eod. tract. d. 7. sect. 9. à n. 12.* Sayr. *in simili tract. lib. 2. c. 15. n. 13.* Auila etiam *eod. tract. p. 2. c. 6. disp. 9. dub. 1. concl. 3. cum seq.* Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. exist. lib. 4. c. 42. ante num. 14.*

Quoàd secundam verò huius text. partem, quòd scilicet si Papa nominet quem sub titulo dignitatis, per talem nominationem non præsumatur ipsum approbare in illa dignitate, id ipsum per hunc text. firmant Tiraq. *de nobilit. c. 6. num. 24. & seq.* Mascard. *de probat. conclus. 260. num. 17.* 3

In glos. *Literis* ibi, *argue quòd scribens excommunicato*, &c. Notatur ad hoc quòd communicatio cum excommunicatis etiam per epistolam, aut nuncium prohibita est, vt per Couar. *in c. alma mater p. 1. §. 2. n. 1.* 4

In glos. *Velle.* ibi, *in inferioribus à Papa non haberet hoc locum*, &c. Notatur ad hoc quòd communicatio cũ excommunicatis etiam per epistolam, aut nuncium prohibita est, vt per Cou. *in c. alma mater. p. 1. §. 2. n. 1.*

In glos. *Velle*, ibi, *in inferioribus à Papa non haberet hoc locum*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus non potest licitè communicare cum excommunicato etiam à se ante formalem absolutionem ab excommunicatione, vt per Couar. *in d. cap. alma mater. p. 1. §. 2. num. 2.* 5

In glos. *Approbare.* ibi, *vbi tenet quòd si Episcopus Missam audiat, vel procurationẽ recipiat à male ordinato*, &c.] Notatur ad hoc quòd si Pontifex vel Episcopus videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum contrahere matrimonium, in quo potest ipse Episcopus dispensare, non per hoc inducitur tacita dispensatio, sicuti docent in præsenti Card. & Anch. *in fine*, Imola *num. 9.* Bonifac. *nu. 51.* Selu. *de benefic. p. 3. q. 8. n. 49. & q. 10. n. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 51. n. 8.* Anton Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl. 8. num. 18.* Sayr. *de censuris lib. 7. c. 14. num. 16.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 20. n. 32.* 6

Verum probabilius existimo censeri tunc tacitam dispensationem si Prælatus ille cum posset facilè contradicere, non contradicit, sed tacet, ratio est, quia cum Prælato ex officio incumbat delictis subditorum obuiare, cum ea videt, ac facile contradicere potest, præsumeretur grauissimum Prælati delictum non contradicentis, nisi ipsum censeri dispensare dicamus, vt meliùs tenent Emman. Sà *verbo votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione, n.* 3. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. q. 15. q. fin.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 4. n. 26.* 7

Vnde prouenit vt si Papa, vel Imperator promoueat scienter inhabilem, censeatur cum eo dispensare, prout tenent multi quos refert & sequitur Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. q. 3. n. 64.* & Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 17. §. 4. lit. G*, vbi, *lib. 13. cap. 13. §. 3. lit. A.* resoluit quòd dum Papa sciens Petrum excommunicatum, confert ei beneficium absque præuia absolutione, censetur prius absoluere, quàm conferre. 8 9

De Verborum significatione.

TIT. XI.

SVMMARIVM.

1 *Summarium huius text. refertur.*

2 *Exceptio à regula cum dictione taxatiua ad similia trahitur.*

3 *Donare*

3 *Donare prohibitus vltra quantitatem præscriptam à lege vsque ad eam donare potest.*

4 *Regulæ Sancti Francisci professores non ita Deo obligantur, vt compellantur ad omnia Euangelica Christi consilia exequenda, sed solùm, ad vota emissa seruanda.*

5 *Tutior pars est tenenda in iis, quæ salutem animæ respiciunt ad vitandos graues Conscientiæ remorsus.*

6 *Fratres Minores sunt incapaces bonorum in particulari, & in communi.*

7 *Fratres Franciscani nec in communi, nec in particulari habent dominium rerum, quæ vnico consumuntur vsu.*

8 *Fratres Minores nullatenus sunt capaces successionum, & hæreditatum, nec possunt capere ex testamento.*

9 *Hæredes etiam per fidei commissum vniuersale institui non possunt Fratres Minores.*

10 *Testamentum erit irritum si de facto Minorum monasterium, aut aliquis eorum hæres instituatur nullo substituto, aut cohærede assignato.*

11 *Successores ab intestato admittuntur quando de facto Minorum monasterium, aut aliquis eorum hæres instituatur nullo substituto, aut cohærede assignato, & tuta conscientia hæreditatem retinere poterunt, nulla soluta illius æstimatione eisdem Fratribus.*

12 *Institutio non valet etiam vbi Fratribus Minoribus hæredibus institutis adiecta est clausula, vt hæreditas vendatur, & in necessaria illis pretium cedat.*

13 *Hæredes possunt institui cum eo onere, vt hæreditatem vendant, ac pretium in Fratrum Minorum necessitatem conuertant.*

14 *Ecclesia Fratrum Minorum non potest validè hæres institui.*

15 *Redditus annuus inter immobilia computantur.*

16 *Fratres Minores sunt incapaces cuiuscunque redditus annui quantumuis exigui.*

17 *Redditus annuus si legentur Fratribus Minoribus ad modicum tempus, huiusmodi legati capaces erunt, secus quando est ad longum tempus.*

18 *Tempus modicum dicitur, quod est infra decennium, vt longum tempus quod est decennium & vltra.*

19 *Redditus perpetuus deputati non ad Fratrum Minorum victum, sed ad certum diuini cultus vsum non repugnant eorum paupertati, ac proinde illorum capaces sunt*

20 *Anniuersaria perpetua relicta Minoribus repugnant eorum paupertati.*

21 *Legata annua pro studio Fratrum Minorum non repugnant eorum Mendicitati.*

22 *Legati annui quod hæres, aut hospitale, vel quicunque alias grauatus à testatore est ipsis dare, adeò incapaces sunt Fratres Minores, vt nec in foro Conscientiæ teneatur hæres implere voluntatem testatoris soluendo Fratribus Minoribus quotannis eam quantitatem.*

23 *Executores testamentorum esse nequeunt Fratres Minores de Obseruantia etiam obtenta suorum Superiorum licentia.*

24 *Fratres Minores de Obseruantia possunt pauperum electionem facere.*

25 *Fratribus Minoribus potest testator committere nominationem executorum sui testamenti, ipsique nominare possunt.*

26 *Testatoribus integrum est præcipere executoribus sui testamenti vt in rebus exequendis, & distribuendis, quas exequi, & distribuere præcipiunt in suis testamentis, consilium à Fratribus Minoribus petant.*

27 *Fratres Minores non possunt esse in iudicio pro nulla re temporali.*

28 *Syndicus Fratrum Minorum potest petere, vt hæres velit nolit soluat illis legata modo licito eis relicta, & quorum sunt capaces, quia ad hoc ei competit obligatio, & actio.*

29 *Fratres Minores non possunt habere Monasteria sumptuosè ædificata, nisi adsit rationabilis, & debita Papæ dispensatio.*

30 *Prouincialis Ministri Ordinis Minorum electio deuoluitur ad Generalem si Capitulum ea die, qua ad id congregatum fuerit, non habuerit electum.*

CLEM. Exiui.

ECLARATVR in aliquibus regula S. Francisci, & *cap. exiit qui seminat, hoc tit. in 6.* & præcipuè an Fratres Minores teneantur ad obseruantiam eorum omnium, quæ in regula sub verbis imperatiui modi ponuntur; deinde multa insequuntur ad quæ Fratres ipsi obligantur, & consequenter eorum nouem excessibus prolixe discussis de electione Ministri ipsorum luculentissimè tractatur. Colligunt ex Ordinariis Anchar. Imol. Zabarel. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. lib. 6. pag. 342.* Alagonia *compend. pag. 796.* remissiuè Ximenes *in concordant. par. 1. & 2.* 1

Cùm autem natura termini, &c.] Notatur ad hoc quòd si quid excipiatur à regula apposita dictione taxatiua, eadem exceptio ad similia trahitur, vt per Couar. *var. lib. 2. cap. 5. num. 6.* 2

Notatur etiam ad hoc quòd prohibitus donare vltra quantitatem præscriptam à lege vsque ad eam donare potest, vt per Cordub. de Lara *in l. si quis a liberis, idem rescripsit, num. 65. ff. de liber. agnoscendis.* 3

Item quia præter ea, &c.] Notatur ad hoc quòd professores regulæ S. Francisci non ita Deo obligantur ad omnia Euangelica Christi consilia exequenda, sed solùm ad vota emissa seruanda, & ad ea, quæ in regula tanquam præcepta, aut prohibita exprimuntur, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 24. q. 1.* Omnia enim, & singola verba præceptiua, & prohibitiua posita in lege Euangelica significant in dubio conditorem eius habere animum obligandi ad mortale, nisi de contraria legislatoris intentione aliunde constet, vt per Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 7. num 22.* 4

Nos itaque &c.] Notatur ad hoc quòd in iis, quæ salutem animæ respiciunt, ad vitandos graues Conscientiæ remorsus tutior pars est tenenda, vt per Cass. *in catalogo gloria mundi part. 12. consid. 3. vers. quarto.* 5

Proinde cùm vir sanctus, &c.] Notatur ad hoc quòd Fratres Minores sunt incapaces bonorum in particulari, & in communi, vt per Duen. *reg. 381. à princ.* Nau. *commento 2. de Regularib. num. 3.* Mench. *illust. cap. 32. num 13.* Pereg. *de iure fisci, lib. 3. tit. 24. num. 1.* Fr. Emm. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 65. art. 3. & tom. 3. q. 29 art. 5.* Azor. *instit. moral part. 1. lib. 2. cap. 9.* 6

Hinc etiam colligitur Fratres Franciscanos nec in communi, nec in particulari habere dominium rerum quæ vnico consumuntur vsu, sed solùm vsum, per glos. *hic verbo proinde,* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesia, lib. 2. cap. 55. & 56.* Nauar. *in apolog. de redditib. quæst. 2. toto mon. 14. & 16. comment. 1. de Regular. n. 13. & commento 2. n. 2.* Mench. *illust. lib. 1. c. 17. num. 10.* Quesad. *in suis quæst. variar. cap. 14. n. 2.* Bannes. *2. 2. quæst. 62. in initio tractat. de dominio, quæst. 1. dub. 1. conclus. 3. & 4.* & ibi Salon *quæst. 1. art. 2. conclus. unic.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 24. quæst. vlt. in fine,* Molin. *de iustit. tom. 2. disputat. 6. col. 2. vers. his non obstantibus.* Valen. *2. 2. disput. 5. q. 10. punct. 1. q. 2.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 3. q. 29. art. 4.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 3. dub. 8. n. 32.* Rebell. *de iustit. part. 1. lib. 1. q. 7. sect. 4. num. 33.* 7

Cùm

8 *Cùm enim* ,&c. ibi , *Quia igitur in successionibus transit* ,&c.] Notatur ad hoc quòd Fratres Minores nullatenus sunt capaces successionum ,& hæreditatum , nec possunt capere ex testamento , vt per Nau. *cons.*14.*de testam in antiq.*Mich.Grass.*tom.* 2.*commun. opinion.lib.*6.*tit.*14.*num.*32.*pag.*71.Fr. Emman. *quæst. Regul.tom.*2.*q.*78.*art.*1.*cum seqq.* Quare nec per fidei.
9 commissum vniuersale possunt hæredes institui Bart. *in tract. Minoritarum,lib.*1.*dist.*2.*c.*1.Anchar.*hic.n.*8. Duen.*reg.*381.*ampl.*1.*n.*2.Fr. Emman..*d.q.*78.*art.*2.

10 Si verò de facto Minorum monasterium, aut aliquis eorum hæres instituatur , nullo substituto , aut cohærede assignato, erit irritum testamentum, eo quòd hæres capax institutus non sit,ac hæreditas pertinebit ad successores ab intestato, Bart. *dict.lib.*1.*dist.* 1.*cap.*2. Sorb. *in compendio priuileg. Mendicant. verbo hæreditas,in suis annot.in princ.*Camil. Borrel.*cons.*17.*à num.*13.*vol.*1.Spin.*in speculo testam.glos.*12.*princ.n.*15. *&* 16.Fr.Emman. *d.q.*78.*art.*3.*& tom.*3.*quæst.*69. *art.*
11 10. Qui quidē successores ab intestato nullatenus tenebuntur ad soluendam illius hæreditatis æstimationem Fratribus Minoribus,sed poterunt tutissima conscientia eam retinere , sicuti docent *in præsenti* Card. *num.*11.*q.*2.& Anch,*nu.*8.Duen.*dict.reg.*381. *ampl.* 5. *num.*5.Quesad.*in quæstion.variis* , *cap.* 22.*n.* 16. Spin. *vbi proximè*, Fr.Emman.*d.q.*78.*art.*2.

12 Ex dictis infertur primò institutionem prorsus non valere etiam vbi Fratribus Minoribus hæredibus institutis adiecta est clausula vt hæreditas vendatur, & in necessaria illius pretium cedat, quia dum text.*in præsenti* Fratres Minores omnino incapaces reddit,solùm considerat ius hæredis quocunque modo ex natura sua esse vniuersale , atque obligare hæredem ad onera hæreditati annexa, & illius transferre dominium saltem breui tempore, quæ omnia in hac institutione reperiuntur, cum nullus alius hæres sit præter ipsos Fratres Minores institutus. Quare ita sentiunt Duen *reg.*381.*ampl.*8.*num.*8.subdens, siue hæreditas illa sit opulenta , siue modica, eo quòd hic text. *in §.cupientes, vers.ne liceat* , distinguens an magni valoris, an parui sit res Minoribus relicta, loquitur in legatis , Cordub. *in regul.S.Francisci* , *cap.*6.*quæst.*11. *puncto.*1.Cardin.*hic num.*11.*quæst.*2.& Anchar.*num.*4. *q.*1.contra Bart.*d.lib.*1.*dist.*5.*c.*2.*n.*30 *&* 31.Guid Papę *decis.*327.*n.*1.Fr. Emman.*d.to.*2.*q.*78.*art.*4. Valeret
13 tamen absque dubio si non ipsi Minores instituantur hæredes , sed alius cum eo onere vt hæreditatem vendat , ac pretium in Fratrum necessitatem conuertat, quia tunc Fratres hi non succedunt in aliquod defuncti ius,nec sunt veri hæredes , ac proinde nec in eos transeunt onera hæreditati annexa, vt resoluunt Sorb. *in compend.priuileg.Mendicant.verbo hæreditas* , *in suis annot. vers. si autem Fratres* , Cordub. *d.puncto.* 1.Fr. Emm.*d.q.*78.*art.* 4.*in fine*,Less.*de iustit.lib.*2. *cap.* 19. *dub.*5.*num.*54.

14 Secundò infertur Ecclesiam Fratrum Minorum non posse validè hæredem institui, vt tenent Anchar. *hic num.*6.*&* 7.Cordub.*d. puncto.*1.Azor.*lib.*12. *c.* 23. *q.*15 Quesad.*in suis quæst.iuris,cap.*22.*num.*19.Anton. Gab.*comm.opin. tom.*3. *tit.de hæredib. instituen. conclus.* 1.*num.*2.Contra Anton.Cuch.*lib.*3. *instit. maior.tit.* 1. *n.*37.Fr.Emman.*d.q.*78,*art.quinto.*

15 *Cumque annui redditus immobilia censeantur à iure.*] Ergo annui redditus inter immobilia cōputantur, sicuti docent Emman.Soar.*tom.* 2.*comm opinion. lib.* 7. *tit.*1.*num.*278.*pag.*24.Tiraq.*de retractu lig.*§.1 *glos.*6. *nu.*4.*& seq.*Menoch.*de arbitr.casu.*233. Valasc. *de iure emphyt.q.*12.*num.*5.Valdes.*ad Xuar.part.*1.*num.* 28. *pag.mihi.*140.Gutier.*pract.lib.*2.*q.*146.*num.*1.*&lib.*3. *quæst.* 83. Bernard. Græuæ *ad practic.Cameræ Imper-* *lib.*2.*conclus.*10. Stephan.Gratian.*discep.forens.cap.*29. *n.*1.Aloys.Ricc.*in collect. decis.p.*3. *collect.* 668. Cened. *ad Sextum collect.*24.*num.*4.

Nulla dubitatio est quod prædictis Fratribus redditus quoscunque ,&c.] Notatur ad hoc quòd Fratres Minores sunt incapaces cuiuscūque redditus annui quātumuis exigui , vt per Tiraquellum *in tractat. de iudicio in rebus exig. n.* 158.*vers.*55. Quesad. *in diuersis quæst.iuris cap.*22,*nu.*29.Duen.*reg.*381.*vers.amplia septimo*,Nauar.*cons.*13 *de testam.in antiq.*Cordub. *in reg. S.Francisci cap.*6.*q.*11.*puncto* 3. 16

Si verò legentur Fratribus Minoribus annui redditus ad modicum tempus , huiusmodi legati capaces erunt, secus quando est ad longum tempus, ita Sorb. *in compendio priuil. Mendicantium, verbo legata, in suis annot.vers.si verò aliquid annuum non perpetuum.*Emm. Sa *in summ.verbo Religio,num.*57.Cord.*d.q.* 11.*puncto* 3.Et iuxta hanc distinctionē intelligendi sunt Doctores aliqui absolutè dicentes legatum annuum pro alimentis Fratrum Minorum valere , vt scilicet eorum dicta procedant , quando id legatum est ad modicum tempus , ex quorum numero sunt Duen.*dict.reg.*381. *limit.*1.Redoan *de spoliis Ecclesiast.quæstion.*8. *in princ. n.*17.Anton.Gomez *variar.tom.*1.*cap.*12. *n.* 46. Crass. *de success.§.legatum,quæst.*9.*in fine*.Dicetur autem modicum tempus quod est infra decennium, at longum tempus quod est decennium, & vltra, vt per Lap. *allegat.* 30.*in noua edit.in fine* , Mandos.*ad eund. Lap. allegat.* 80. Matth.de Afflict. *in tractat.de iure protim. notabil.*8.*num.*25. Cardin. *hic num.* 13. Boërius *decis.* 234.*num.*4. 17 18

Redditus perpetui deputati non ad Fratrum Minorum victum , sed ad certum diuini cultus vsum , vt ad frumentum , vel vinum , necessaria materiæ consecrationis , oleum pro lampadibus , ornamenta , Calices ,&c.non repugnant eorum paupertati , ac proinde illorum capaces sunt iidem Minores , vt per Cardin.*hic num.*13.& Anchar.*num.*18.*&* 21. Cordub. *dict.quæst.*11.*puncto* 3.Nauar.*cons.*13.*num.* 3. *in antiq. alias cons.* 9. *num.* 3. *sub tit. de testamen.* Sorb. *verbo legata in annotat.* Menochius *cons.* 1014 *num.* 36. *&* 37.Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 126. *art.* 5. Ribadeneira *de instituto Societatis Iesu* , *cap.*23 *fol.*191.Contra Azor *institut.moral.part.*1 *lib.*12.*c.*13. *quæst.*15. 19

Anniuersaria verò perpetua relicta Minoribus,veluti si hæres iubeatur à testatore largiri quotannis Fratribus Minoribus certam quantitatem vt sacra, vel alia Officia diuina fiant pro testatore, repugnant eorum paupertati , ac proinde incapaces sunt illorum, quia id legatum est verè annuorum redditum & perpetuum, tollitque omnino Fratrum mendicitatem, cùm id in victu, & vestitu eorum expendendum sit,& ideò ita docent Anchar.*hic num.*21.*in fine, & num.*22. *in princ.*Nauar. *cons.*14.*à num* 3. *in antiq. aliàs cons.*8. *à n.*3.*in nouis, sub tit. de testam.* Cord. *d.q.* 11. *puncto.* 4. *notab.*2.Surd.*de alimen tit.*3.*q.*4.*n.*13.Sorb.*d.verbo.legata in annot. vers. ex quibus colliges*, Azor. *dict.l.*12. *cap.*23.*quæst.vlt* Contra Anton.Cuch.*l.*3.*instit maior. tit.*1.*nu.*36.*cum seqq.*& Fr.Emman. *dict. tom.*2.*q.*126. *art.*4.existimantes legata hæc nō repugnare paupertati Fratrum Minorum. 20

Legata annua pro studio Fratrum Minorum non repugnant eorum mendicitati , vt per Rebuff. *de priuil. schol,priuileg.*135.Horat.Luti *in simili tractat.priuileg.* 92.Redoan.*de spoliis Ecclesiast.q.*8.*in princip.num.* 16. Menoch.*cons.*1014.*num.*38.vbi *num.*34.limitat si administratio non sit penes Fratres, sed penes seculares. Contra Quesad. *in diuersis quæst. iuris, cap.* 22. *num.*23.nisi cum intelligamus eo casu, quo annui redditus 21

reditus legeotur ad alimenta necessaria studenribus, quia cùm sit legatum pro alimentis, tollit mendicitatem, & poterit iure optimo communia npinio procedere vbi reditus illi annni legantur ad libros, & reliqua studio necessaria coëmenda. vt explicat Anton. Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 39.*

22 Legati annui, quod hæres, aut hospitale, vel qoicunque alius grauatus à testatore est ipsis date, adeò incapaces sunt Fratres Minores, vt nec in foro conscientiæ teneatur hæres implere voluntatem testatoris, soluĕdo Fratribus Minoribus quot annis eā quantitatem, ita Nau. *cons. 14. n. 8. in antiq. alias cons. 8 in nou. sub tit. de testam.* vbi loquens de annnis reditibus cum onere faciendi Sacra, & alia diuina Officia, ait nec æstimationem deberi, sed haberi legatū pro non scripto, Quesad. *in diuersis quæst. iuris. cap. 22. num. 9.* dicens nec æstimationem tunc deberi, Cordub. *in regul. S. Francisci. c. 6. q. 11. punct. 4 notab. 2.* affert ad hoc cōstitotiones in duubus Capitulis generalibus sui Ordinis factas, Sued. *de aliment. tit. 3. q. 4. n. 13.* vbi dicit esse illis interdictum ex suorum Patrum ordinationibus, nec pusse recipere etiamsi sint anniuersaria titulo legati illius, sed ab herede sponte sua dante. Contra Syluest. *verba legatum 2. quæst. 3. dict. 3.* Tabien. *eodem verbo 1. quæst. 4. num. 5.* Fr. Emm. *dict. tom. 2. q. 126. art. 4.*

23 *Verùm etiam*, &c. ibi, *prædictis Fratribus non licet*, &c.] Notatur ad hoc quod Fratres Minores de Obseruan tia etiam obtenta suorum Superiorum licentia executorea testamentorum esse nequeunt, vt per Duen. *reg. 381. ampli. 6.* Gregor. Lop. *l. 2. verbo frailes, tit. 10 part. 6* Perez *tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 139.* Mench. *illustr. cap. 98.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 123. num. 1. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 46. n. 20. & 21.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi ta 2. lib. 6. c. 11. num. 24. cum seqq.* vbi *n. 27.* ampliat etiamsi distributio debeat heri inter ipsoa Fratrea, vel Moniales S. Claræ ipsis subiectas.

24 Licet autem Fratribus Minoribus interdictum sit munus executorum testamenti obire, illis tamen permissum est pauperum electionem facere, vt dixi ad glos. *verbo Religiosus in cap. vlt. in princ. de testam. lib. 6.* & latè tradit Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 11. n. 31. cum seqq.* vbi *n. 33.* subdit quòd si testator disponeret vt Fratres Minores eligant pauperes, interipsosque distribuant, possent vtique Minores eligere, sed non distribuere, quia cum sint hæc duo separabilia, non vitiatur prior pars vtilis per posteriorem inutilem, & *n. 34.* subiungit quod ad hanc pauperum electionem faciendam exigitur licentia Superioris, quia quamuis ea non sit totum executoris testamenti officium, est tamen quædam eius pars.

25 Poterit etiam testator committere Fratribus Minoribus nominationem executorum sui testamenti, ipsique nominate possunt, quia solùm interdicitur eis esse executores, hoc autem longe diuersum est ab executoris munere, & ita docent Couar. *in c. sua nos, num. 1. in fine, de testamen.* Matiens. *l. 14. glos. 1. n. 3. tit. 4 lib 5. noua Recopil.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 70. art. 2. & in summ. tom. 2. cap. 70. num. vlt.* Contra Molinam. *de instit. tom. 1 disputat. 247. vers. illud est obseruandum.*

26 *Verumtamen in his exequendis dare consilium*, &c.] Notatur ad hoc quòd integrum est testatoribus præcipere sui testamenti executoribus, vt in rebus exequendis, & distribuendis, quaa exequi & distribuere præcipiunt in suis testamentis, consiliom à Fratribus Minoribus petant, vt per Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. c. 11. n. 26.* vbi subdit quòd consilio petito non teneotur illud sequi, & *n. 35.* subiúgit quòd si executor iossus aliquid cum consilio, vel consensu Fratrum Minorum exequi pmittat id consilium, vel consensum petere, irrita erit executio.

Cumque dicti Ordinis professores, &c.] Notatur ad hoc quod Fratres Minorea nun possunt esse in iudicio pro nulla re temporali, vt per Sued. *de aliment. tit. 8. priuil. 7. n. 4.* Fr. Emman *quæst. Regular. tom. 3. q. 39, art. 3. & q. 41. art. 2.* 27

Aliquibus tamen mediis. consuli potest Fratribus Minoribus, vt hæres velit nolit soluat illis legata modo licito eis relicta, & quorum sunt capaces, primum medium est vt ciuitas, seu Syndicus eius petat hoc, quia ei competit obligatio, & actio, ita Bart. *in tract. Minoritarum, lib. 2. dist. 7. c. 3. n. 41.* Collect. compend. Mendic. *verbo hæreditas, num. 6.* Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 78. ar. 5.* qui subiungunt hoc cuilibet de populo posse competere; adduntque alterum medium esse vt iudex ex suo mero officio nemine petente compellere possit hæredem vt adimpleat, quia interest Reip. ne quis sua re male vtatur, atque vt vulnotas testatoris impleatur; vltimum denique medium adiungit Fr. Emman. *citato art. 1.* vt scilicet Syndicus Minorum petat nomine Ecclesiæ Romanæ, quippè quòd possunt Fratrea vti Syndico ad hoc, dummodo aliæ debitæ circunstantiæ concurrant. 28

Hinc est etiam, &c.] Notatur ad hoc quòd Fratres Minores non possunt haberē monasteria sumptuosè ædificata nisi adsit rationabilis & debita Papæ dispensatio, vt per Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 5. art. 1.* 29

Demum quia ex ea, &c.] Notatur ad hoc quòd in electione Prouincialis Ministri Ordinis Minorum, si Capitulom Prouinciale ad quod pertinet electio ea die, qua ad id congregatum fuerit, non habuerit electum, ex tunc electio supradicti Prouicialis Ministri ad Generalem deuoluitur, vt per Fr. Ludouic. Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 23. art. 33. conclus. 3.* vbi declarat. 30

Confirmetur, vel etiam infirmetur, &c.] Notatur ad hoc quòd confirmatio electionis committitur conscientiæ & prudentiæ Superioris per actum etiam extraiudicialem, seu quodcunque dictum, vel factum, qoo declaret suam voluntatem, ita Bañez *de iustit. q. 67. art. 2. vers. ad secūdum, pag. 420.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 9. in annot. n. 43.* Franc. Salgado *de Regia protect. part. 2. cap. 13. n. 16.* Lanor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 25. num. 63.* ego ipse *de iure eccles. lib. 1. cap. 19. num. 251.* 31

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figora iudicij, *quam vim & effectum habeat ostenditur.*

2 *Claus.* simpliciter & de plano, &c. *operatur vt libellus non requiratur, sed solùm quadam simplex petitio facti narrationem continens.*

3 *Claus.* simpliciter, & de plano, &c. *operatur vt litis contestatio non sit necessaria.*

4 *Claus.* simpliciter & de plano, &c *tollit dilationes, & exceptiones, ac alia, quæ processum retardare consueuerunt.*

5 *Probationes necessarias non tollit claus.* simpliciter, & de plano, &c.

6 *Citationē nō tollit claus.* simpliciter, & de plano, &c.

7 *Iuramentum calumniæ non tollit claus.* simpliciter, & de plano, &c.

8 *Iuramentum calumniæ præstatur etiam in causis summariis,*

9 *Sententia debet esse conformis libello.*
20 *Index in criminalibus potest condemnare in plus, quàm sit petitum.*
21 *Sentẽtia in causis sũmariis lata est merè diffinitiua.*
12 *Citatio ad sententiam est necessaria, & omissio illius inducit nullitatem ipso iure.*
13 *Claus.* simpliciter, & de plano, &c. *operatur vt non sit necesse quod index sedens proferat sententiam, dummodo ferat in scriptis.*
14 *Legatus de Latere non potest causam appellatione remota committere.*
15 *Tempus alias præfixum ad probandum non currit illi quamdiu aduersarius differt respondere suis positionibus.*
16 *Instrumenta vsque ad conclusionem in causa produci possunt.*
17 *Notarius non potest conficere instrumentum de eo, quod ipse facit.*
18 *Notarius non potest constituere procuratorem in sua causa propria per instrumentum publicum a se confectum.*
19 *Instrumento fides adhibetur contra notarium scribentem.*
20 *Notarius potest in proprio instrumento se obligare.*
21 *Iudicium qui diu mouere distulit, præsumitur fouere malam causam.*
22 *Interrogationes semper recipiuntur in summariis iudiciis.*
23 *Claus.* simpliciter, & de plano, &c. *operatur vt iudex etiam ad instantiam partis possit interrogare principalem, & testes post conclusum in causa.*
24 *Citatio specialis requiritur ad audiendum sententiam diffinitiuam, nec sufficit generalis.*
25 *Citatio ad sententiam debet esse specifica ad sententiam, itavt non sufficiant æquipollentia verba.*
26 *Citatio ad sententiam debet esse peremptoria nisi in causis beneficialibus, & aliis summariis.*
27 *Iudex partibus inuitis, vel altera tantum parte inuita potest in causa concludere.*
28 *Consensus expressus dicitur, qui verbis exprimitur, tacitus vero qui ex factis resultat.*
29 *Consentiens tacitè, vel expressè in aliquibus actibus contrariis, in aliis vero diuersis minimè sibi præiudicat.*
30 *Consensus tacitus nunquam extenditur vltra actum in quo interuenit, benè tamen expressus.*
31 *Consentiens in vno actu iudicij non censetur consentire in reliquis.*
32 *Citatio partis desideratur ad testium receptionem in summariis.*
33 *Dictio, itaque, simplex & per se, ac sine adiectione alterius, latam sententiam significat.*

CLEM. Sæpè contingit. II. & vlt.

2 CLausula in iudicialibus commissionibus inserta quòd procedatur simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, operatur, vt non exigatur necessariò libellus, non postuletur litis contestatio, non possit procedi tempore feriarum, amputat materiam dilationum, facit litem breuiorem repellendo exceptiones, appellationes, dilatorias, & frustratorias, refrænat contentiones & iurgia partium, & Aduocatorum, & superfluos testes: admittit verò probationes, & defensiones legitimas, & necessarias, citationem, iuramentum de calumnia, vel de veritate dicẽda, operaturque vt iudex stans, vel sedens proferat sententiam si tamẽ seruabit ordinem iudiciarium siue in toto siue in parte non contradicentibus partibus processus erit validus, & non irritandus, Colligitur ex Ordinar. Lap. Abb. Anchar. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleazar. Bonifac. de Vital. Viuian. *in ration. l.5 pag.* 343. Alagon. *in compen. pag* 797. remissiue Casal. *in annot.* & Xiuech. *in concordant. part.* 1. & 2.

Necessario libellum non exigat.] Notatur ad hoc 2
quòd clausula, *simpliciter, & de plano,* &c. operatur vt libellus nõ requiratur, sed solùm quædã simplex petitio facti narrationem continẽs, vt per Marant. *de ordine iud. p. 4. tit. & an iudex sit competens. n.* 8. Grauat. *ad Vestr. lib. 5. c. 1. n. 7.* Marchesan. *de commission. p. 2. pag. 419. n. 82. in. 2. edit* Cabed. *Lusitan. decis. 72. n. 2. p. 1.* Surd. *de aliment. tit. 8. q. 2. n. 3.* Honded. *cons. 94. n. 52. to. 1.* plures refero ego ipse *in tract. d. clausulis vsufreq. clausul. 176. num* 11. secundùm Lugdun. impress.

Litis contestationem non postulet.] Notatur ad hoc 3
quòd clausula *simpliciter, de plano,* &c. operatur vt litis contestatio non sit necessaria, secundùm Cardin. Tusch. *tom. 1. lit. C. concl. 166. num. 4.*

Amputet dilationum materiam.] Notatur ad hoc 4
quòd claus. *simpliciter, & de plano,* &c. dilationes tollit, vt per Ludon. Rodolphin. *var. quæst. lib. 2. q. 39. n. 7.* & ita sublatæ censentur exceptiones, & alia, quæ processum retardare consueuerunt, vt tradunt Oldr. *cons.* 115. *vers. Frustratoria verò.* Card. Tusch. *d. concl. 366. n. 3.* ego ipse *d. claus. 176. num. 16.*

Probationes necessariæ, & defensiones legitimæ. &c.] 5
Notatur ad hoc, quòd claus. *simpliciter, & de plano,* &c. nõ tollit probationes necessarias, vt per Marãt. *de ordine iud. p. 4. tit. & an iudex sit copetẽs n.* 10. Mart *de clausulis p. 1. claus. 160. n. 1. edit. alias claus. 180. n. vc. in. 2. edit.* quos refero ego ipse *d. claus. 176. num.* 21

Citationem verò, &c.] Notatur ad hoc quod claus. 6
simpliciter, & de plano &c. non tollit citationem, vt per Calder. *cons. 130. circa med. vers. nec illa verba, alias cons. fin. de iudic.* quod duplicatur *cons* 136. *alias cons. 4. de dilation.* Marant. *de ordine iudic. part. 4. tit. & an iudex sit competens num. 9.* Cardinal. Tuschus *dict. conclus. 366. num. 2.* quos refero ego ipse *dict. claus. 176. nu.* 19. Vnde in iudicio summario debere partes citari resoluit Bellacamb. *tom. 1. comm. opinion. lib. 3. tit. 1. num. 8. pag.* 361.

Ac præstationem iuramenti de calumnia, &c.] Nota- 7
tur ad hoc quod claus. *simpliciter, & de plano,* &c. iuramentum calumniæ non tollit, sicut tradit Seraph. *de priuileg. iuram. priuil. 22. num.* 67. Illud enim præstarnt 8
etiam in causis summariis, secundùm. Surd. *decis. 18. n. 6.* Aloys. Ricc. *in decis. Curis Archiep. Neapolit. decis. 56. num. 9. part. 2.*

Iuxta petitionis formam pronunciatio sequi debet.] 9
Notatur ad hoc quòd sententia debet esse conformis libello, vt per Cardos. *in praxi iudicum, verbo sententia. n. 6. & 7.* Garc. Gironda *de priuilegior. & exemption. explicat n.* 803 Rot. *decis. 56. n. 3* apud Farin. *in 1. collectionenoniss. siue p. 4. diuers.* Limita tamen in criminali- 10
bus in quibus potest iudex cõdemnare in plus quã sit petitum, Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. nu 39. col. 3. vers. & confirmatur.* Bonacos. *comm. crim. p. 2. verbo sententia. fol. 68. verso,* Menoch. *cons. 80. n. 44.* Camill. Borzell. *in sũma omniũ decis. tit. 49. n.* 127. latè Buccaron, *de different. inter iudicia ciuilia, & crim. differ. 7. per totam.*

Sententiam verò diffinitiuam, &c.] Ergo sententia in 11
causis summariis lata est merè diffinitiua, vt per Menoch. *vsufreq. cap. 35. à princ.*

Citatis ad id, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio ad 12
sententiam est necessaria, & omissio illius inducit nullitatem sententiæ ipso iure, vt per Vant. *de nullit. ex defectu citationis, num.* 10. Roman. *cons. 366. num.* 8. Alexand. *cons. 105. num. 5. lib. 5.* Felin. *in cap. consuluit, num. 16. de offic. deleg,* Rot. *in Toletana, seu Almerien. decimarum. 15. Nouembris.* 1613. coram R. P. D. meo

Pirouano

Pirouano impress. per Farinac. *decis.* 486. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 584. *num.* 1. *ead p.* 2. Gregor. *decis.* 46. *n.* 6. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1470. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 117. Bernard. Graeuae. *ad practic. Camerae Imper. conclus.* 109. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 11. *cap.* 4. *à num.* 71. *in vltim. impress.*

13 *Stans, vel sedens proferat.*] Notatur ad hoc quòd claus. *simpliciter*, & *de plano*, &c. operatur vt non sit necesse quòd iudex sedens proferat sententiam, dummodo ferat in scriptis, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 522. *n.* 4. quem refero ego ipse *d. claus.* 176. *num.* 14.

14 In glos. *Mandamus.* ibi, *quod alius non posset etiam Legatus de latere.* Notatur ad hoc quòd Legatus de latere non potest causam appellatione remota committere, vt per Bernard. *reg.* 418. Sigism. Scac. *de appellation. q.* 16 *limit.* 1. *n.* 106. & 109. metipsum *d. tract. de clausulis vsufreq. claus.* 9. *num.* 3.

15 In glos. *Post dilation.* ibi, *illud ergo tempus*, &c. Notatur ad hoc quòd tempus alicui praefixum ad probandum non currit illi, quamdiu aduersarius differt respondere eius positionibus, vt per Tiraquel. *de retract. lig.* §. 12. *gloss.* 2. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 27. *num.* 48.

16 In gloss. *Non obstante.* ibi. *vsque ad conclusionem*, &c. Notatur ad hoc quòd instrumenta vsque ad conclusionem in causa produci possunt, vt per Crall. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 169. *pag.* 577. Perez *lib.* 6. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 675. Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum cap.* 8. *num.* 16.

17 Illud aduertere oportet, quòd notarius non potest conficere instrumentum de eo, quod ipse facit, *l. exemplo, C. de probat. l. inter chartulas, C. de conuen. fisc. debit. lib.* 10. Tiraquel. *de constit. p.* 3. *limit.* 30. *num.* 39. Chald. Pereira *de empt. cap.* 34. *num.* 17. & ita non po-
18 test constituere procuratorem in sua causa propria per instrumentum publicum à se confectum, Cabed. *Lusit. decis. part.* 1. *decis.* 128. *num.* 3. Camill. Borell. *in summ. decis. tit.* 66. *de procurator. num.* 83. Nec potest se rogare de mandato procuratae in personam suam, vt ex Bart. resoluit Flammin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 9. *q.* 1.
19 *num.* 1. & 2. Et quamuis ex supradictis notarius non possit conficere instrumentum in sui fauorem, contra se tamen potest, & fides adhibetur instrumento contra notarium scribentem, ex Bart. *in l. seruus comm. sub num.* 1 *ff. de stipul. seru.* Angel. *in rep. l. sciendum, num.* 1. vbi Alex. *num.* 5. *ff. de verbor. oblig.* Crauet. *de antiq.*
20 *temp. part.* 1. *limit.* 4. *num.* 67. & potest notarius in proprio instrumento se obligare. Bart. *in l. ex sententia*, §. *fin. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Bald. *cons.* 43. *sub num.* 1. & *cons.* 476. *n.* 7. *lib.* 1. Alex. *cons.* 184. *sub num.* 8. *lib.* 7. Rot. *in Ferrarien. bonorum* 21. *Aprilis* 1627. coram R.P.D. Merlino.

21 In ead. gloss. ibi, *Tertij distinguunt*, &c. Notatur ad hoc quòd qui diu distulit mouere iudicium, praesumitur fauere malam causam, vt per Menoch. *de praesumpt. lib.* 2. *praes.* 91. *num.* 7.

In glos. *Interrogabit.* ibi, *nisi dicas in hit speciale*, &c. 22
Notatur ad hoc quòd interrogationes semper recipiuntur in summariis iudiciis, vt per Menoch. *de arbitrar. casu* 51. *num.* 40. Clausula enim *simpliciter*, & *de plano*, operatur vt iudex etiam ad instantiam partis 23
possit interrogare principalem, & testes post conclusum in causa, sicuti per hanc gloss. resoluit Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *tit.* & *an iudex sit competens, n.* 18. vbi *num.* 30. fundit in causis summariis posse iudicem post conclusionem interrogare partes, & testes non solùm ex officio, verùm etiam ad partis instantiam.

In glos. *Ad id.* ibi, *non sufficit ergo citari nisi exprimatur*, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio specialis requiritur ad audiendam sententiam diffinitiuam, nec generalis sufficit, vt per Menoch. *cons.* 345. *num.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *in annot. num.* 118. Rot. *decis.* 141. *n.* 5. apud Farin. *p.* 2. *recent.* Et quòd ci- 25
tatio ad sententiam debet esse specifica ad sententiam, ita vt non sufficiant aequipollentia verba, tenuit eadem Rot. *decis.* 18. *n.* 2. *p.* 1. *recent.*

In glos. *Non peremptoriè.* ibi, *arg. quod in aliis cau-* 26
sis, &c. Notatur ad hoc quòd citatio ad sententiam debet esse peremptoria, nisi in causis beneficialibus, & aliis summariis, vt per Gonzal. *vbi supra, num.* 131.

In glos. *Conclusione.* ibi, *item ipsis, vel altera ipsarum* 27
inuita. Notatur ad hoc quòd iudex partibus inuitis, vel altera parte inuita potest in causa concludere, vt per Mich. Grall. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 14. *num.* 80. *pag.* 265. vbi Bellacomb. *n.* 214. resoluit quòd conclusio in causa non est de substantia iudicij in causis beneficialibus, & summariis.

In glos. *Non contradicentibus.* ibi, *secundo nota ca-* 28
sum, &c. Notatur ad hoc quòd consensus expressus dicitur, qui verbis exprimitur, tacitus verò consensus, qui ex factis resultat, vt per Gonzal. *ad reg. dict. Cancel. gloss.* 47. *num.* 23. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 12. *c.* 5. *num.* 39. in vlt. impress.

In glos. *Partibus.* ibi, *puto quod in occurrentibus* 29
postea, &c. Notatur ad hoc quòd tacitè, vel expressè in aliquibus actibus contrariis consentiens, in aliis verò diuersis minimè sibi praeiudicat, & ideo in actibus postea sequutis in iudicio contradicere poterit, vt per D. Barbos. *in l. si de vi, num.* 100. *ff. de iudic.* Vnde colligunt Tiraquel. *de iure mariti gloss.* 7. *num.* 50. & *seq.* quòd tacitus consensus nunquam extenditur vltra 30
actum in quo interuenit, expressum autem extenditur. Et dicit per hanc glos. Surd. *alim. tit.* 4. *q.* 16. *num.* 32. quòd consentiens in vno actu iudicij, non censetur 31
consentire in reliquis.

In glos. *Defensiones.* ibi, *non tamen illa, quae instruunt* 32
& *decidunt causam*, &c. Colligi videtur ex hac gloss. in summariis causis ad testium receptionem partis citationem desiderari, vt per Felin. *n.* 4. Mynsing. *n.* 13. & alios *in cap.* 2. *de testib.* Bart. *num.* 4. *in l. filiusfam. in princ. ff. de donat.* Bald. *in l. militis, C. de testament. mil.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus n.* 52. Mascard. *de probat. concl.* 683. *n.* 9. & *concl.* 1372. *num.* 4.

FINIS CLEMENTINARVM.

COLLECTANEA DOCTORVM

Tam veterum, quam recentiorum, qui ſuper ſingulos Textus, & Gloſſas Extrauagantium Ioannis XXII. ex profeſſo, vel incidenter ſcripſerunt.

De electione, & electi poteſtate.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Papa quare ſe vocet ſeruum ſeruorum Dei, remiſſiuè.*
3 *Clauſ.* De plenitudine poteſtatis, *quam vim, & effectum habeat, remiſſiuè.*
4 *Dictio*, quibuſcumque, *comprehendit omnes, & quaſcunque perſonas etiam exemptas, & priuilegiatas.*

EXTRAVAG. Ad onus. I.

1 ELECTI, qui pro ſuarum electionum negotio ad Curiam venire, vel mittere tenentur, ſi perſonaliter ſe præſentarunt, & fecerunt quod de iure debebant, etiam Sede vacante, non tenentur in ipſa curia moram trahere, & licèt alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur. Colligunt ex Ordinar. Zenzil. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 240. Alagnna *in compend. pag.* 81.

2 In gloſſ. *Seruientis.* ibi, *& hoc reſpectu Papa ſe vocat ſeruum ſeruorum*, &c. De hoc dixi latè *in collect. ad proœmium Decretal. num.* 13. *cum ſeqq.*

3 In gloſſ. *Plenitudine.* De vi & effectu clauſulæ, *de plenitudine poteſtatis*, & an, & quando Papa & quilibet alius Princeps ea vti poſſit, dixi latè *in tract. de clauſulis vſufrequent. clauſul.* 41. ſecundùm Lugd. impreſſionem.

4 In gloſſ. *Quibuſcunque*, ibi, *nota verbum vniuerſale*, &c. Collige ex hac gloſſ. dict. illam comprehendere omnes, & quaſcunque perſonas etiam exemptas, & priuilegiatas, vt per Octau. Vulpell. *de praepoſit. & ad verb. ſignific. ſub dict. quicunque, pag.* 95. Farin. *in praxi crimin part.* 3. *q.* 108. *num.* 60. Chald. Pereira *quaſt. forenſ. conſ.* 30. *num.* 16. cum aliis citatis per me *in tract. de dictionib. vſufreq. dict.* 317. *n.* 1. ſecundùm Lugdun. impreſſ.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Conſuetudo valet vt mortuo, ſeu eius hæredibus dentur fructus beneficiales primi anni.*
3 Eccleſiæ *verbum multipliciter ſumitur.*

4 *Priuilegium modificare & minuere non eſt ipſum tollere.*
5 *Verbum* ſtatuimus, *ius nouum inducit.*
6 *Dictio*, integrè, *importat idem, quod in totum.*
7 *Dictio*, nihil, *de ſui natura nihil includit.*
8 *Dictio*, duntaxat, *taxationem, & limitationem denotat.*
9 *Dictio*, omnino, *idem importat, quod in totum.*
10 *Terminus decem dierum ad appellandum non poteſt augeri, nec diminui etiam de partium conſenſu.*
11 *Dictio*, ex tunc, *temporis extremitatem denotat.*
12 *Copula*, &, *coniungit ea, quæ de ſui natura diuerſa ſunt.*
13 *Menſis computatur vt in Kalendario.*
14 *Decima Papalis non ſoluitur ex diſtributionibus quotidianis.*

EXTRAVAG. Suſcepti. II. & vlt.

CONſuetudo, priuilegium, vel ſtatutum quando eſt in aliqua Eccleſia, vt beneficio vacante debeantur fructus alicui, puta fabricæ, vel perſonæ habenti annalia per aliquod tempus, ſi conſueuerunt taxari decimæ, illas ſolum accipere debent, & nouus beneficiarius reliquum, vel vice verſa, cuius rei optio annalium collectori datur, & ſi infra decem dies non elegerint, optio defertur ad beneficiatum, ſi non conſueuit, fructus per dimidiam partem diuidendi ſunt, & ſi aliquis non eſt contentus, qui acquieſcit, accipere poteſt totum cum onere expenſarum. Qui verò prædictis non fuerit contentus, ſed voluerit vltra debitam ſibi partem accipere, ſi infra menſem non reſtituerit, ſi eſt ſuperior, aut Epiſcopus ipſo facto à Pontificalibus & ingreſſu Eccleſiæ eſt ſuſpenſus, ſi Capitulum, vniuerſitas, vel Collegium eo ipſo interdicto, donec plenè ſatisfaciat, ſubiacet, ſi ſit particularis perſona excommunicationis ſententiam Papæ reſeruatam ipſo facto incurrit. Colligunt ex Ordin. Zenzil. Viu. *in ration. lib.* 1. *pag.* 240. Alagona *in compend. pag.* 82. 1

Quod fructus primi, vel ſecundi, &c.] Notatur ad hoc quòd valet conſuetudo vt mortuo, ſeu eius hæredibus dentur fructus beneficiales primi anni, vt per Ioan. Andr. *num.* 3. Anchar. *num.* 2. *in fine*, & Gemin. *in* §. *qui vero, n.* 7. *in cap. vnic. de clericis non reſidentib. lib.* 6. Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quaeſt.* 12. *n.* 63. vbi *n.* 65. poſt Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 5. *verſ. quaeres an licita ſit*, ſubdit huiuſmodi conſuetudinem non eſſe admittendam quoad quotidianas diſtributiones. 2

In gloſſ. *Eccleſiis*. ibi, *verbum* Eccleſia *multipliciter ſumitur*, &c. De hoc latè Anton. Ricciul. *in tractat.* 3
de

de iure personarum lib.1.cap.1. & Massobr. *in praxi habendi concursum pralud.1.ad Parochiales Ecclesias vacantes.*

4 In gloss. *Volentes.* in addit. marginali. ibi, *not. quòd modificare, & minuere priuilegium non est ipsum tollere.* Ita colligitur ex Syluest. *in summ. verbo priuilegium, q. 10.* Suar. *de legib. lib. 8. c. 39. n. 7.* Bonacin. *in simili tract. disp. 1. q. 3 punct. 8. §. 3. n. 17. vers. ex dictis,* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 8. num. 529.*

5 In gloss. *Statuimus.* ibi, *per hoc videtur constitutio fore noui iuris edita.* Probant Doctores, quos citaui *in meo tract. de dictionib. vsufreq. d. 384. n. 1.* secundùm Lugd. impressionem.

6 In gloss. *Integrè.* ibi, *id est, in totum, & sic nulla parte fultem modica beneficiatis reseruata.* Ad quod vide per me dicta *in d. tract. de dictionib. vsufreq. dict. 167.*

7 In gloss. *Nihil.* ibi, *quod verbum,* nihil, *de sui natura nihil includit.* Vide Doctores, quos citaui *d. tract. dict. 214.*

8 In gloss. *Dumtaxat.* ibi, *hoc enim verbum taxationem, & limitationem denotat.* Idem tradunt per me citati *dict. tract. dict. 97. num. 1.*

9 In gloss. *Omnino.* ibi, *id est, in totum.* Sic interpretantur Doctores per me relati *d. tract. dict. 140. à num. 1.*

10 In gloss. *Decem dies.* ibi, *Si etiam quaeras a me,* &c. Notatur ad hoc quòd terminus decem dierum ad appellandum non potest augeri, nec diminui etiam de partium consensu, sicuti docent Doctores citati *in collect. ad cap. cum sit Romana, n. 16. & 17. de appellat. in Decretalibus.*

11 In gloss. *Ex tunc.* ibi, *hoc verbum temporis extremitatem denotat,* &c. Ita Doctores per me citati *dict. tract. dict. 118. num. 1.*

12 In gloss. *Fructus.* ibi, *cùm per copulam, & coniungantur, quae de sui natura diuersa copulat.* Ita Doctores per me citati *d. tract. dict. 110. num. 3.*

13 In gloss. *Infra mensem.* ibi, *intellige vt in Kalendario computandum.* De hoc latè dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 147. n. 2.*

14 In gloss. *Soluere consueuit.* ibi, *de decima, quae debetur Papae,* &c. Notatur ad hoc quòd decima Papalis non soluitur ex distributionibus quotidianis, vt per Rebuff. *in tract. nominat quaest. 9. num. 40.*

De Maioritate, & obedientia.

TIT. II.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Subditorum interest ne plures dominos habeant.*
3 *Iudex Ordinarius constitutus a domino terrarum non expirat per eius mortem quamuis fuerit electus per populum, & ab ipso confirmatus.*
4 *Princeps lex est animata in terris.*

EXTRAVAG. Ecclesiae. Vnic.

1 IN Tuscia, Sabinae comitatu, & terra Arnolphorum, quae sunt de patrimonio Ecclesiae, cùm plures assumerent dominium, & se creari facerent potestates, & capitaneos, inhibetur hîc ne tales de caetero assumantur, neque illis tanquam talibus obediatur, & quòd nullus huiusmodi praeeminentiam sibi audeat adscribere sine speciali licentia Sedis Apost. Et sint aliquae ciuitates, vel personae

Collect. Barbos. Tom. IV.

particulares, quae habeant ius eligendi tales Capitaneos per Sedem Apostolicam confirmandos, prohibet Papa quòd ante confirmationem debitam nulla eis tanquam talibus praestetur obedientia. Colligunt ex Ordinariis Zenzil. Viorao *in ration. lib. 1. pag. 482.* Alagona *in compend. pag. 169.*

In gloss. *Suorum.* ibi, *quod eorum interest dominum* 2
suum alteri non subiici, &c. Notatur ad hoc quòd subditorum interest ne plures dominos habeant, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 4. num. 30.*

In gloss. *Debeat.* ibi, *non est autem absonum,* &c. No- 3
tatur ad hoc quòd iudex Ordinarius constitutus à domino terrarum non expirat per eius mortem, quamuis fuerit electus per populum, & ab ipso confirmatus, vt per D. Barbos. *in l. quia tale, n. 94. ff. soluto matrim.*

In gloss. *Decernentes.* ibi, *Princeps qui lex est anima-* 4
ta in terris. Ita Menoch. *cons. 423. n. 5.* Octau. Glorit. *resp. 7. num. 31. in fine.*

De Praebendis, & dignitatibus.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur, & n. 2. Doctores de eius materia agentes citantur.*
3 *Sedes Apost. pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis prouidere desiderat.*
4 *Pluralitas dignitatum ad incurrendam poenam huius text. quomodo consideranda, ostenditur.*
5 *Dispensatus ad plura etiam non canonicè non incurrit poenam huius text.*
6 *Inhabilis renunciatus ad quaecunque beneficia obtinenda, non extenditur ad obtenta.*
7 *Beneficium primum Curatum, seu dignitatem, &c. eiusque possessionem si quis dimittit realiter, ac cum effectu, & sine fraude, euitat poenas huius text.*
8 *Dimissio primi beneficij, quae hic iubetur fieri corā Ordinario, faciēda est intra mēsem, sed quod statim, & incontinēti fieri debeat, resoluunt Doctores citat. n. 9.*
10 *Beneficia priora, quae per adeptionem posteriorum vacant virtute* cap. de multa, de praeb. *non reseruantur, sed solum posteriora, quae propter indebitam retentionem priorum vacant virtute huius text.*
11 *Beneficia quaecunque vacantia per assecutionem quarumcunque dignitatum, personatuum, officiorū, Canonicatuum, & aliorum beneficiorū per Papam collatorum, seu auctoritate litterarum ipsius reseruantur in* Extrauag. ad regimen. de praebend.
12 *Vacationis per incompatibilitatem plurium vbi tractentur ostenditur.*
13 *Dictio,* semper, *denotat omnimodam temporis continuationem.*
14 *Beneficij appellatione quae comprehendātur, remissiuè.*
15 *Dictio,* immò, *quam vim, & effectū habeat, remissiuè.*
16 *Dispensatio dicitur esse iuris rigorosi relaxatio.*
17 *Dispensatio super retentione plurium beneficiorum à quo obtineri possit, remissiuè.*
18 *Dictio, vix, quam vim & effectum habeat, remissiuè.*
19 *Litteratis viris Ecclesia Dei permaximè noscitur indigere.*
20 *Vagabundus reputatur ille, qui à loco in quo assiduus habet esse, aberrat.*
21 *Beneficia illa dicuntur curam animarum habere, quae eam habent actu, non verò habitu.*
22 *Dictio,* quicunque, *comprehendit omne genus personarum etiam priuilegiatarum.*

 23 *Per*

23 *Persona appellatione secundum propriam significationem non venit ciuitas, collegium, vel vniuersitas, seu quilibet alius locus.*
24 *Cardinales sic dicuntur quia Sedi Apost. qua axis est, & cardo aliarum Ecclesiarum, seruiunt.*
25 *Sedes Apost. an de iure diuino debeat residere Romæ, remissiuè.*
26 *Curia Romana ibi est, vbi est Papa.*
27 *Filius hæretici propter delictum patris non amittit beneficia iam obtenta.*
28 *Vidua Regis retinet dignitatem & titulum Regium.*
29 *Filiorum appellatione an & quando contineantur nepotes, remissiuè.*
30 *Nobiles ignobilibus sunt præferendi in sessionibus, salutationibus, & aliis id genus præferentiis.*
31 *Dictio,* ex tunc, *extremum tempus significat.*
32 *Dictio,* absque, *priuationem denotat.*
33 *Verba,* ipso iure, *denotant latam sententiam. & n.* 34.
35 *Vicaria temporales non veniunt sub nomine beneficij.*
36 *Beneficium habens iurisdictionem visitandi, excommunicandi, absoluendi, & alia faciendi ad morum correctionem pertinentia dicitur habere curam animarum.*
37 *Suspensus ab officio an intelligatur suspensus à beneficio, remissiuè.*
38 *Locus contractus apponendus est in instrumentis contractuum, vel procurationum.*

Extravag. Execrabilis. Vnic.

1 Dispensatione legitima ante hanc Extrauagantem obtinentes plures dignitates, Personatus, Officia, Prioratus, seu beneficia incompatibilia, vnum tantùm ex Ecclesiis, vel beneficiis huiusmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, Prioratu, vel beneficio sine cura, quæ habere maluerit, intra mensem numerandum à tempore notitiæ huius Extrauagantis eligere, & retinere teneantur, & possint. Cætera verò beneficia cum cura, vel sine cura, quæ ipsius dispensationis prætextu tenebant, verbaliter, realiter, ac in effectu dimittere teneantur coram Ordinario cum testimonio publico, nec ad retinendum, aut eorum administrationi sine noua collatione se immiscere præsumant, aliter sunt ipso iure priuati illis, & aliis duobus, quæ virtute huius Extrauagantis retinere poterant, & inhabiles fiunt ad similia beneficia, Cardinalibus tantùm S.R.E. & Regum filiis exceptis. Illi autem, qui duo beneficia iuxta moderationem huius Extrauagantis iam per electionem à se factam obtinent, si ex dispensatione habeant expectatiuam similium cum vacauerint, debent cùm vacabunt infra dicti temporis spatium duo eligere, & dimissis aliis recipere in forma præscripta, ac licitè retinere. Beneficia plura huiusmodi qui sine canonica dispensatione retinere præsumunt, vltimo tantùm retento, si in eo ex collatione Canonica ius eisdem competat, intra dictum tempus verbo, & facto, ac sine fraude coram Ordinario, sub testimonio publico dimittere teneantur, quod si non fecerint, etiam illo sunt ipso iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles penitus ad quæcunque obtinenda Ecclesiastica beneficia censentur. Deinde habens dignitatem, Personatum, Officium, vel aliud beneficium cum cura animarum, si obtinuerit aliud simile, post pacificam secundi possessionem, vel si per ipsum steterit quin illam habeat, statim ipso iure est priuatus primo, & debet illud pariter dimittere in manibus Ordinarij, si secus fecerit est ipso iure priuatus secundo, & inhabilis reputatur ad sacros Ordines, & ad quæcunque Ecclesiastica beneficia obtinenda. Quæ omnia, & singula beneficia vacatura, seu virtute huius extrauagantis dimissa Papæ, & Sedis Apost. dispositioni reseruantur, & si secus fiat à quoquam quauis auctoritate muorto irritum est, & inane. Ordinarij, vt sunt Episcopi, in quorum diœcesi beneficia huiusmodi, seu eorum aliqua existunt, quę debent secundùm præmissa dimitti, vel sedibus vacantibus eorum Capitula, quamprimum commodè poterunt, certificare debent Sedem Apostolicam de beneficiis dimissis seu deperditis, vt disponat. Beneficium cum cura, vt possit retineri cum alia dignitate sine cura, vt dictum est, illud intelligitur, quod Parochiam habet, in qua est animarum cura, non per Vicarium perpetuum, sed per Rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales Vicarios exercenda, sicut etiam illud tale dicitur, cuius ministro ratione illius competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, absoluere à censuris de consuetudine, vel de iure remanentibus aliis iuribus quoad cætera in suo robore, quę de cura animarum loquuntur. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 103. Alagona *in compend. pag.* 400.

De execrabilitate, & materia huius text. vide Capu- 2
taquen. *decis.* 325. *p.* 1. Put. *decis.* 74. *& seqq. in antiq. alias* 70. *&* 94. *in correctis lib.* 1. *& decis.* 293. *n.* 3. *alias* 297. *lib.* 3. Mandos *in reg.* 1. *Cancel. q.* 6. *in fine, & q.* 7. 8. *&* 9. Simon. *de reseruat. q.* 9. *n.* 2. Crescent. *decis.* 6. *de restitut. spoliat.* Hoied. *de incomp. benefic. p.* 1. *c.* 13. *n.* 79. *cum seqq.* Nauar. *cons.* 12. *de præb.* Menoch. *remed.* 9. *recuper. q.* 37. *n.* 273. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *in princ. n.* 9. *cum seqq. & gloss.* 51. *n.* 38. latè Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 17. *cum seqq.*

Quam multis litteratis viris, &c.] Meritò dolet Ponti- 3
fex de inæquali beneficiorum distributione, eo quòd interdum vnus, qui vnicum quamuis modicum vix officium implere potest, plurimorum sibi vendicat stipendia, quę multis litteratis viris, qui mendicant, possent æqua distributione collata abundè sufficere: optima est S. Sedis Apost. intentio, cupit enim pauperibus clericis, & aliis benemeritis, & idoneis personis prouidere, *c. graue c.* 9. *de præb. c. ex parte in fin. de constit. c. nihil est, c. causam quæ de elect. c. ad decorem, de instit. cap. de multa, in fi. de præb. c. si eius, eod. tit. lib.* 6. *Extrauag. ad regimen, de præb.* cum aliis multis eleganter adductis per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 4. *per tot.* At ob varias, & diuersas nationes in hanc Romanam Curiam de toto Orbe confluẽtes, qualis idoneitas sit in persona multorum sciri non potest, sed ex aliorum relationibus interdum, proh dolor, indignus indebitè commendatur, & ideò ignorãter dignior postponitur, optimè hac de re Pius II. *in opusculo de moribus Germanorum, in eius opere charta mihi* 1045. in hæc verba, *Fatemur in Romana Curia, quã regũt homines, non omnia esse nitida, & plurima fieri digna correctione, nec ambigimus ipsos primæ vrbis Antistites cum Christi Dei nostri Vicariatum assumũt, homines remanere, ac propterea falli, errare, labi, & decipi posse. Sedẽt pij Patres in thalamo suo, veniunt ad eos nunc Cardinales, nũc Episcopi, nunc fortes alterius homines, & modo hunc, modo illũ laudibus cumulant, dignúmque graui regimine adscribũt, astruunt, credit Apostolica pietas, hisque beneficia mãdat, quos cõmẽdatos accipit, atque ita fit, vt aliquando virtus pecuniæ cedat, non quia Pontifex probitati præferat aurum, sed quoniã internuncij, siue, vt aiunt, mediatores, argẽto, aut amicitia victi indignũ digno proponunt.* Hactenus Pius II. Audi quæso Franciscum Zipæum *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarratione, ad tit. de institut.* ita dicentem. *Itaque reseruationes Romanæ vtinam tam Ecclesiæ essent vtiles, quàm augent splendorem illius Aulæ: & quamuis eo attrahat insignes sæpè ingenio, & virtute viros,*

nihil

nihilominus tamen non semper non periculosa sunt, dum ignotis datur, quod notis aufertur, non mea, nec huius temporis est hæc querela, est Concilij Basiliensis, alioruṁque sunt hæc verba, tum ante S. Bernard. lib. 1. de considerat. cap. 3 nunquid ad eum de toto Orbe confluebant, &c. vt ipsius Apostolica auctoritate vel obtinerent honores Ecclesiasticos, vel retinerent, &c.

4 *Pluralitatem huiusmodi dignitatum*, &c.] Ergo non habet locum in Canonicatibus, vt censuit Rot. *in Giennen. Canonicatus* 18. *Aprilis* 1617. coram bon. mem. Buratto. Hinc notari solet hanc Extrauag. & eius pœnam locum habere etiamsi dignitas, Personatus, aut Officium sit sine cura, ita quòd ad incurrendam eius pœnam non sit necessarium retinere duo Curata, aut beneficium Curatum cum dignitate, Personatu, vel officio habentibus curam animarum saltem in foro contentioso, sed sufficit retinere beneficium Curatum, siue strictè, siue largè cum dignitate, Personatu, vel Officio sine vlla cura, vel duas dignitates, Personatus, aut alia Officia sine cura, aut dignitatem cum Personatu, vel Officio, sine cura, &c. ita Staphil. *de litteris Gratiæ tit. de var. modis vacat. § tertius vacationis modus, n. 1. & tit. de qualit. & stat. benef. § huiusmodi num. 7. alias 41.* Callad. *decis. 1. de constit. n. 2.* Mandus. *ad reg. 1. Cancel. quæst.* 14. Nauar. *in cap. si quando, de rescript. except. 6. num. 5. & in c. accepta, de restit. spoliat. opposit. 10. in solut. n* 10. Azor. *instit. moral. p. 2 lib. 6 cap. 13. q. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 5. n. 24.* quidquid dicat Hoied. *de incompatib. benefic. cap. 16. n. 5. & 6.*

5 *Absque dispensatione canonica*, &c.] Ergo hæc Extrauag. non habet locum in legitime dispensato ad plura, quod ampliatur ad eum, qui illa recipit non canonicè, nam licèt peccet, & contra eum procedi possit, quia male tenet, & sine titulo canonico, non tamen quia plura tenet ex quo habet dispensationem, ita Mil. *in repertor. verbo dispensat. vt possit plures.* Cassad. *decis. 36. super reg. n. 3.* Hoied. *de incompat. benefic. p. 1 cap. 17. num. 29. & p. 2. cap. vlt. num.* 80. Nicol. Garc. *d. p. 12. cap. 5. num. 18. & n. 21.* post. Gom. *in reg. de annali quæst.* 14. subdit pœnam huius Extrauag. non habere locum in habente dispensationem quamuis subreptitiam, & insufficientem, quæ nihilominus excusat a sequentem secundum Curatum à pœna illius, & *num.* 23 post Nauar. *cons. 12. à n. 12. de rescript.* subiicit nec etiam habere locum in retinente plures Parochiales obtentas cum dispensatione Papæ, quas ipso iure perdidit ob non promotionem infra annum, vel aliàs.

6 *Et inhabiles penitus ad quæcunque obtinenda*, &c.] Ergo non extenditur ad alia, puta ad obtenta, vt per Callad. *d. decis. 1. de constit.* Hoied. *d. cap. 23 num.* 101. Nicol. Garc. *d. part. 11. cap. 5. num. 17.*

7 *Qui verò deinceps*, &c. ibi, *in Ordinariorum*, &c.] Ad euitandas igitur pœnas huius Extrauag. *in hoc vers.* sufficit quòd quis dimittat primum beneficium Curatum, seu dignitatem, &c. realiter, & cum effectu, ac sine fraude, & eius possessionem, licèt coram Ordinario sub publico testimonio illud verbo tenus non dimittat, vt docent Staphil. *d. § tertius vacationis modus num. 6. 7. & 8.* Hoied. *cap. 9. num. 6. & cap. 13. num. 80. vers. sexto declaratur,* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo beneficium, § 3. circa fin,* vbi subdit quòd quamuis in rigore non sit vera hæc sententia, quia repugnant verba huius Extrauag. quæ sunt clara, tamen ex Bellam. *decis. 754. n. 6. vers. tamen.* adiungit quòd de facto videtur consuetudine recepta, & approbata, quia nunquam, aut raiò fit talis verbalis dimissio coram Ordinario, refert Nicol. Garc. *d. cap. 5. num 41. & 42.*

8 *Dimittere debeant pari modo.*] Ex his verbis colligit glos. Guilelmi *in præsenti verbo, pari modo,* dimissionem primi beneficij, quæ hîc iubetur fieri coram Ordinario, faciendam esse intra mensem, & sequuntur Rebuff. *in praxi benef. in forma Signaturæ, verbo aut per constitut. execrabilis, & tit. de dispensatione ratione ætatis, verbo quoad vixeris num. 12.* Zerol. *d. § 3. circa fin.*

Contrarium tamen, videlicèt quòd dicta dimissio debeat fieri statim & incontinenti, videtur tenere glos. Zenzil. *hic verbo absque mora dispendio, & verbo pari modo,* Gambar. *de offic. Legati lib. 5. tit. an Legatus possit plura beneficia vni conferre n. 71.* ibi, *nisi statim,* Flores de Mena *vari. q. 13. num. 2. & 4.* Nicol. Garc. *d. p. 11. c. 5. num. 36. & 37.* vbi probat ex illis verbis, *absque mora dispendio,* & quòd illa verba, *pari modo,* solum significant quòd fiat dimissio verbo, & facto, & sic sine fraude, cum effectu, ac sub testimonio publico, vt dicitur *in vers. præcedent.* 9

Quæ omnia & singula, &c.] Notandum est maximè hîc non reseruari beneficia priora, quæ per adoptionem posteriorum vacant virtute *cap. de multa. de præbend.* sed solùm posteriora, quæ propter indebitam retentionem prioris vacant virtute huius Extrauag. vt rectè dicit hîc glos. Zenzil. *verbo vt præmittitur, & verbo vel dimissa,* sequuntur Nauar. *in d. cap accepta opposit. 10. in solut. num. 31. & cons. 12. num. 12. & 14. vers. quarto. de rescript. & cons. 18. n. 3. de præbend.* vbi obseruat prudenter agere beneficiarios, qui promouentur ad Ecclesias Parochiales expectantes quantum iure possunt adeptionem possessionis pacificam vsque ad mensem Ordinariorum collatorum vt beneficia vacantia ipsimet conferant viris idoneis, Zerol. *d. verbo beneficium § 4. circa fin.* dicens sic vidisse seruari in praxi, & in facto non vidisse adiri Sedem Apost. pro collatione Parochialis, quæ vacabat per collationem alterius, *& p. 2. eod. verbo § 21.* Flores de Mena *var. q. 23 num. 58.* qui licet indistinctè crediderit beneficia incompatibilia vacantia per assecutionem aliorum reseruari *in hoc text.* dicit tamen istam reseruationem esse iam antiquatam, & illum, qui adipiscitur beneficium incompatibile ipso iure priuatum esse primo, & Ordinarium illud conferre siue illicò dimittat, siue non iuxta text. *in cap. licèt Episcop. de præb. in 6.* & ita semper vidisse practicari, & nunquam de tali reseruatione vidisse mentionem, aut existimationem fieri, & in Regno Galliæ pariter esse antiquatam asserit Rebuff. *in praxi benefic. in forma Signaturæ, verbo aut constitut. execrabilis,* & iuxta supradicta accipienda est reseruatio *Reg. 1. Cancell.* in qua reseruantur beneficia, quæ per Constitut. *Execrabilis* vacant, vel vacare contigerint. 10

Beneficia verò quæcunque vacantia per assecutionem quarumcumque dignitatum, Personatuum, Officiorum per Papam collatorum, seu auctoritate literarum ipsius, reseruantur *in Extrauag. ad regimē. de præb.* quæ semper renouatur per omnes summos Pontif. *in regul. 2. Cancel.* vt referunt Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. § 2. num. 13. & glos. 51. n. 36.* Nicol. Garc. *dict. part. 11. cap. 5. num. 52.* 11

Plura de vacatione per incompatibilitatem dixi *in collect. ad d. cap. de multa, de præbend. in Decretalib. & ad cap 4. sess. 7. de reform. in Conc. Trid. & de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 62.* 12

Ibi glos. *Semper.* ibi, *hoc aduerbium denotat omnimodam temporis continuationem.* Ita Doctores per me citati *in tract. de dictionib. vsufreq. d. 361. num. 6.* secundum Lugdun. impressionem. 13

In glos. *Beneficium Ecclesiasticum.* ibi, *verbum istud comprehendit nedum Canoniam, præbendam,* &c. Ita latè per me citati *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. verbo beneficium.*

15 In glos. *Immo*, ibi, *hac dictio potest esse*, &c. Multa de hac dict. dixi in d. tract. de diction. vsufreq. dict. 151.

16 In gloss. *Dispensatiuè*. ibi, *dispensatio dicitur esse iuris rigorosi relaxatio*, &c. Ita Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 2. Sayr. in claui Regia lib. 3. cap. 11. in princip. Soar. de legib. lib. 6. cap. 10. num. 7. & alij plures per me citati de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 33. num. 3.

17 In ead. glos. ibi, *sed per quem super talibus beneficiis pluribus retinendis dispensari possint*, &c. De hoc dixi latè d. tract. de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 62.

18 In gloss. *Vix*. Plura de hac particula dixi d. tract. de diction. vsufreq. dict. 427. secundùm Lugduoen. impres.

19 In glos. *Litteratis viris*. ibi, *quibus Ecclesia Dei permaxime noscitur indigere*, &c. Vide quæ dixi d. tract. de officio Episcopi p. 2. alleg. 46. num. 1.

20 In glos. *Vagandi materia*. ibi, *& per hoc videtur ille vagabundus reputari, qui a loco in quo assiduus debet esse, aberrat*. Vide de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 32. num. 75.

21 In glos. *Habentia*. ibi, *sola illa, quæ in actu, non autem habitu*, &c. Notatur ad hoc quòd illa beneficia dicuntur curam animarum habere, quæ eam habent actu, non vero habitu, vt per Bonif. de Vitalin. in Clem. 1. num. 4. de offic. Vicarij, Capra concl. 90. n. 76.

22 In glos. *Cuicunque*. ibi, *ad cuiuscunque qualitatis personas extenditur*, &c. Notatur ad hoc quòd dict. quicunque comprehendit omne genus personarum etiam priuilegiatarum, vt tradunt plenè per me citati d. tract. de dictionib. vsufreq. dict. 317. num. 7. & 8.

23 In glos. *Persona*. ibi, *& comprehendat dispensationes personis, non locis concessas*. Notatur ad hoc quòd personæ appellatione secundum propriam significationem, non venit communitas, Collegium, vel vniuersitas, seu quilibet alius locus, vt per Card. Tusch. tom. 6. lit. P. conclus. 318. latè Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 37. num. 1. cum seqq. & plures, quos citaui in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appell. 197. à princip.

24 In glos. *Cardinalibus*. ibi, *sic dictis quia Sedi Apost. quæ axis est & cardo aliarum Ecclesiarum, seruiunt*. Hanc Cardinalis etymologiam desumit Fr. Hieron. Roman. lib. 3. de Republ. Christiana cap. 1. in princip. pag. 184.

25 In glos. *Romana Ecclesia*. ibi, *certum est enim quod Deus, non in loco, sed in persona S. Petri suam Ecclesiam fundauit*, &c. Vtrùm autem Sedes Apost. de iure diuino debeat residere Romæ? Vide Mich. Aninon. de vnic. ouil. & pastor. cap. 18. num. 1. cum seqq. & cap. 21. n. 22. vers. & ita Anacletus, Petr. Magdalen. de num. sextum par. 1. cap. 3. num. 83. cum seqq. Aluar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 32. Cordub. lib. 5. quæst. q. 1. propos. 8. vers. sed vtrum Sedes ista, latè Alphons. Mendoza in quodlibet. quæst. 4. scholastica per tot. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 11. quæs. 2. vers. his testimoniis, Cardin. Cæs. Baron. in addit. Ad martyrolog. Roman. die 18. Ianuarij pag. mihi 30. plures alios refert Ceoed. ad Decretum collect. 11. num. 4.

26 In ead. glos. ibi, *vbi est Papa, ibi est Romana Curia*. Ita Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 13. §. 1. num. 2. cum seq. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 1. num. 387. D. Barbos. in l. 2. § legatis num. 36. ff. de iudic. latè D. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 27. à princip.

27 In glos. *Regum*. ibi, *post hæresim parentum prohibetur filiis beneficiorum acquisitio, non tollitur ante facta*. Notatur ad hoc quòd filius hæretici propter delictum patris non amittit beneficia iam obtenta, vt per D. Barbos. in l. cum prater. §. fin. num. 185. ff. de iudic.

28 In ead. glos. ibi, *illéque mortuo retinuit dignitatem Regina*. Notatur ad hoc quòd vidua Regis retinet dignitatem, & titulum Regium, vt per Tiraq. de nobilit. cap. 18. num. 7.

In gloss. *Filius*. ibi, *sed quid dices an hic appellatione fi-* 29
liorum continebuntur nepotes saltem nati ex filiis. De hoc dixi latè in d. tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. verbo filij.

In glos. *Generis claritatem*. ibi, *not. habendam ratio-* 30
nem nobilitatis, &c. Notatur ad hoc quòd nobiles ignobilibus sunt præferendi in sessionibus, salutationibus, & aliis id genus præferentiis vt per Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 51.

In glos. *Ex tunc*. ibi, *tunc extremum tempus signifi-* 31
cat. Ita Doctores per me citati d. tract. de dictionib. vsufreq. dict. 117.

In gloss. *Absque*. ibi, *hac præpositio*, absque *priuatio-* 32
nem denotat. Ita Doctores per me adducti d. tract. de dictionib. vsufreq. dict. 2. num. 2.

In glos. *Ipso iure*. ibi, *& sic est canon latæ sententiæ*. Ita 33
sentiunt plures Doctores, quos plena manu refero d. tract. de dictionib. vsufreq. dict. 178.

In glos. *Vicarios perpetuos*. De materia huius glos. 34
vide quæ latè dixi in collect. ad cap. vlt. de officio Vicarij in Decretalib.

In glos. *Temporales Vicarios*. Notatur ad hoc quòd 35
Vicariæ temporales non veniunt sub nomine beneficij, vt censuit Rot. in Iacen. Vicariæ 25. Maij 1615. coram bonæ memor. Buratto.

In glos. *Visitare*. ibi, *ista quæ sequuntur reddunt bene-* 36
ficium Curatum, &c. Notatur ad hoc quòd beneficium habens iurisdictionem visitandi, excommunicandi, absoluendi, & alia faciendi ad morum correctionem pertinentia, dicitur habere curam animarum, vt per Iacob. de Graff. in aureis decision. p. 1. lib. 2. cap. 97. n. 4. Rebuff. in repet. cap. exstirpanda §. qui vero num. 130. de præbendis. Quint. in repet. cap. de multa num. 76. eod. tit. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 7. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 438. num. 20. cum seqq. Rot. decis. 52. p. 2. diuersor.

In glos. *suspendere*. ibi, *si quis est suspensus ab officio,* 37
an intelligatur suspensus à beneficio, &c. De hoc dixi latè in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris significat. appellat. 255. num. 2.

In glos. *Datum Aueniones*. ibi, *arg. instrumentis con-* 38
tractuum vel procurationum fore apponendum locum contractus. Ita Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 28. Chald. Pereira de empt. cap. 5. num. 9. Bernard. Græuz. ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 13. in coronide num. 9.

De Concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apost. continentes gratiam, vel iustitiam quando dantur alicui pro aliqua diœcesi, si illa diuidatur in plures, illæ litteræ habebunt in omnibus illis pluribus executionem.*

2 *Papa solus Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedralem.*

3 *Ciuitas dicitur antequam ibi sit Sedes Episcopalis.*

Extrav. Sedes Apost. I.

Litteræ Apostolicæ continentes gratiam, vel iustitiam quando dantur alicui pro aliqua diœcesi, si illa

illa diuidatur in plures, illæ litteræ habebunt in omnibus illis pluribus executionem. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 139.* Alagon. *in compend. p. 415.*

2 *Et Ecclesias ereximus Cathedrales.*] Ergo solus Papa Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedralem, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. in Ecclesf. Cathed. n. 1. & 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 29. quæst. 25. in princip. & lib. 6. c. 30. quæst. 2. & 4.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. cap. 5. nu. 1.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 11. num. 251.*

3 In gloss. *Ciuitates.* ibi, *not. ciuitatem dici antequam ibi sit Sedes Episcopalis.* Ita Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, verbo Lõbardia,* late Dec. *in c. 1. de priuileg* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. volumus, verbo in ciuitatibus.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 17.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect. 101. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Papa quando diuidit Episcopatũ, non præiudicat iuribus Ecclesiæ, vel personarum Ecclesiasticarũ, seu Officialium, nisi quatenus in litteris exprimitur.*
2 *Papa solus potest diœceses diuidere, & separare.*
3 *Princeps per factum suum iura alterius derogare non intendit.*
4 *Papa de expressa dispositione qualitercunque constet nihil amplius est de illa quærendum.*
5 *Principis de potestate non est disputandum, quia esset sacrilegium.*

EXTRAVAG. Ad Apostolatus. II. & vlt.

1 PApa quando diuidit Episcopatum non præiudicat iuribus Ecclesiæ, vel personarum Ecclesiasticarum, seu Officialium, nisi quatenus in litteris exprimitur, & ideo Capitulum, Archidiaconus, & alij Officiales possunt exercere sua officia, vt prius. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 3. p. 139.* Alagon. *in compend. pag. 415.*

2 *Auctoritatem Apost. diuisarum,* &c.] Ergo solus Papa potest diœceses diuidere, & separare, vt per Paleoth. *de sacr. Consist. consul. p. 1. q. 3. in resp. ad 3. arg.* Lotter *de re benefic. lib. 1. quæst. 11. à princip.* iunctis pluribus aliis, quos refero *de officio, & potestate Episcopi par. 3. alleg. 50. num. 5.* secund. Lugdunen. impress.

3 In gloss. *aliquatenus.* ibi, *quia Princeps per factum suum iuri alterius derogare nõ intendit.* Ita Dec. *cons. 11. num. 4. & cons. 271. & cons. 606. n. 17.* Curt. iun. *cons. 88. num. 8.* Marsil. *sing. 480.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 11.* Rimin. iun. *cons. 6. num. 68. vol. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 9. num. 11. à* Pont. *cons. 59. num. 35.* Octau. Glorit. *resp. 2. num. 8. & resp. 6. num. 65.*

In gloss. *Contineatur expressè.* ibi, *nec est qui audeat dicere, Domine cur ita facis.* Notatur ad hoc quòd qualitercunque cõstet de expressa Papæ dispositione, nihil amplius est de illa quærendum, vt per Archid. *in cap. si eo tempore n. 1. de elect.* quem refert Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erectione capit. 5. num. 21.*

4 De potestate enim Principis non est disputandum, secundùm Gozadin. *cons. 92. num. 17.* Curt. iun. *in l. venia num. 5. C. de in ius vocando,* Duen. *reg. 43. fallen. 5.* Ber. *cons. 367. num. 8. & cons. 393. num. 5.* Bec. *cons. 56. n. 53. vol. 1.* quia sacrilegium hoc esse affirmant Doctores, vt tradunt Dec *cons. 588. num. 2.* Ias. *cons. 101. vol. 4.* Cephal. *cons. 87. num. 3. vol. 1.* Socin. iun. *cons. 91. n. 16. vol. 2.* Roland. *cons. 100. num. 47. cum seq. vol. 4.* Menoch. *consil. 103. num. 38.*

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

TIT. V.

EXTRAVAG. Si Fratrum. Vnic.

IMPERATORE mortuo qui retinent, vel de nouo assumunt nomen Vicarij, seu alterius Imperialis officij in aliqua parte Orbis, vel eo vtuntur sine licentia Sedis Apostolicæ, & qui eosdem sub hoc titulo recipiunt, vel eis obediunt, aut alios obedire permittunt, seu in hoc eis præstant auxilium, consensum, aut fauorem, excommunicationis pœnam incurrunt, & eorum terræ, & loca subiiciuntur interdicto, & aliis arbitrariis pœnis, ac in hoc illorum subditi à iuramento soluuntur, si qui præstiterunt, omniaque iuramenta, & fœdera tanquam iniquitatis dissoluta pronunciantur. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 143.* Alagon. *in compend. pag. 417.* 1

In gloss. *Multo fortius.* ibi, *nam prima charitas incipit à se ipso.* De hoc vide plures Doctores, quos citaui *Axiom. 42. num. 1.* 2

In gloss. *Commisit.* ibi, *an etiam super non Catholicos & infideles,* &c. An & quando Papa potestatem habeat super infideles dixi *de offic. & potest. Episcopi p. 1. tit. 3. cap. 2. num. 32. cum seqq.* 3

De Voto, & voti redemptione.

TIT. VI

SVMMARIVM.

1 *Votum per susceptionem Ordinis sacri solemnizatum licèt impediat, & annullet matrimonium sequens, non dissoluit tamen præcedens, etiamsi nondum esset per carnis copulam consummatum.*
2 *Matrimonium ratum non dissoluitur per ascensum ad Ordinem sacrum.*
3 *Vxoratus an & quando possit promoueri ad primam Tonsuram & Ordines minores, ostenditur, & n. 4.*
5 *Declaratur text. in præsent.*
6 *Coniugatus si etiam nondum consummato matrimonio ad Ordinem sacrum absque vxoris licentia transeat, nequit constante matrimonio, aut eo soluto in suscepto Ordine ministrare, aut ad superiorem prouehi, nec potest ad officium aliquod, aut beneficium promoueri.*
7 *Coniugatus si ad Ordinem sacrum etiam non consummato matrimonio absque vxoris licentia transeat, non potest promoueri ad quantumuis modicum beneficium, aut officium Ecclesiæ, etiam minoribus Ordinibus deputatum.*
8 *Coniugatus si post matrimonium ratum initiatur Sacris, non incurrit suspensionem vllam si statim intret & profiteatur Religionem.*
9 *Coniugatus absque licentia expressa ac spontanea vxoris matrimonio nondum consummato ad Ordines sacros promotus, non tenetur ingredi Religionem.*
10 *Coniugatus vt de licentia vxoris ad Ordines promoueatur an desideretur ingressus vxoris in Religionem, vel sufficiat vt castitatem voueat in sæculo, ostenditur, & num. 11.*
12 *Coniugatus Sacris initiatus absque vxoris licentia si ab ipsa reuocetur ad consortium coniugale, non potest*

test validè transire ad alias nuptias ea defuncta.

13 *Coniugatus si Sacris initiatus absque vxoris licentia ab ipsa reuocetur, obligatur ad abstinendum à petitione debiti quantum lex matrimonij permittit.*

Extravag. Antiqua. Vnic.

1 OTVM per susceptionem Ordinis sacri solemnizatum licèt impediat, & annullet matrimonium sequens, non dissoluit tamen præcedens, etiamsi nondum esset per carnis copulam consummatū. Nullus igitur in matrimonio rato præsumat accipere aliquem de sacris Ordinibus, quod si fecerit dissoluto etiam matrimonio, nec in illo ministrare, nec ad superiores ascendere poterit, nisi aliquam de Religionibus approbatis ingrediatur, & eius regulam expresè vel tacitè profiteatur. Est autem talis coniugatus sic ordinatus per Diœcesanum monendus vt Religionem ingrediatur si matrimonium nondum est consummatum, quod si tenuerit & vxor institerit, compellitur per excommunicationem ad matrimonij consummationem. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 327.* Alagon. *in compend. pag. 494.*

2 *Ad dissoluendum tamen prius contractum,* &c.] Notatur ad hoc quòd matrimonium ratum non dissoluitur per ascensum ad Ordinem sacrum, vt per Couar. *de sponsalib. p. 2. c. 7. §. 4. n. 9.* D. Bartol. *in rub. ff. soluto matrim. p. 2. num. 87. cum seqq.* Sanch. *de matrimonio lib. 7. disp. 38. à princip. & lib. 2. disp. 18. n. 9.* vbi rationem differentiæ reddens quare matrimonium ratum dirimat solemnis in Religione professio, non autem ascensus ad Ordinem sacrum, dicit hoc ex eo procedere, quia ius de sola solemni professione hoc statuit, votum autem Ordini sacro annexum est per accidens solemne, Bonacin. *de matrim. quæst. 3. puncto 9. num. 12.*

3 *Aliquem de sacris Ordinibus,* &c.] Quid de minoribus? Videbatur nullatenus viro prohiberi promotionem ad primam Tonsuram & Ordines minores, etiā absque vxoris licentia, quia Ordinibus minoribus non est annexa continentia, tum quia *in capit. 2. de cleric. coniug.* solùm interdicitur ne coniugatus ad Ordines sacros promoueatur, item in hac Extrauag. vbi similiter prohibetur promotio viri ad Ordines, sermo est de Ordinibus sacris; ergo quod de vno negatur, de alio concessum esse videtur, *cap. qualis 25. dist.* & saltem existente iusta causa posse vxoratum ad Ordines minores promoueri tradunt *in d. c. coniugatus, de conuers. coniug.* Innoc. statim *in princ.* Host. *n. 1.* & Henriq. *n. 6.* obseruantes non esse petendum votum continentiæ ab hoc coniugato ad Ordines minores ascendenti.

4 Verùm contrarium, imo vxoratum ad primam etiam Tonsuram & Ordines minores promoueri non posse absque vxoris licentia, & seruatis iis, de quibus *in d. cap. coniugatus,* probatur *in c. fin. de tempor. ordin. lib. 6.* & docent glos. *ibi, verbo diffinitum,* & Dominic. *n. 6.* glos. etiam *verbo ad sacros in d. cap. coniugatus,* vbi Ioann. Andr. *num. 3.* Butr. etiam *num. 3.* Abb. *n. 2.* Cardin. *quæst. 1.* & Anch. *num. 2* Maiol. *de irregularit. lib. 1. cap. 34. num. 1* Lancel. *in instit. iuris Canonici l. 2. tit. de diuort. § his exceptis, verbo ad sacros.* Antō. Cuch. *instit. moral. lib. 4. tit. 12. c. 197.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 34. quæst. 1.* quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib. 7. disp. 38. num. 6.* vbi *num. 7.* intelligit etiamsi nondum consummatum sit matrimonium, quia quoad promotionem ad Ordines nihil refert an solum ratum, an etiam matrimonium consummatum sit, & *num. 9.* subdit non posse etiam huiusmodi coniugatum ad primam Tonsuram promoueri, nisi velit quoque ad sacros Ordines ascendere, promittatque continentiæ votum, quia quamuis Ordinibus minoribus non sit illa annexa, ac proinde ex hac parte non repugnet eos assumi post coniugium, repugnat tamen propter specialem iuris prohibitionem.

Non obstat text. *in præsenti*, nam reiecto Abbatia 5
vbi supra responso, credentis illum, & similem *in d. cap. coniugatus*, de solis Ordinibus sacris mentionem facientes, intellexisse Ordines sacros ample, itaut minores, & primam Tonsuram sub se habeant, melior solutio est iura illa solam promotionem ad sacros Ordines intellexisse, at verò *d. c. fin. de tempor. ord. l. 6.* prohibuisse quoque promotionem ad Ordines minores, & primam Tonsuram; nec argumentum à contrario sensu quod ex text. *in præsenti, & in d. cap. coniugatus* deducitur, alicuius est momenti, cum id argumentum nil probet quando inde alterius iuris correctio resultat, vt tenent plures, quos plena manu citant *in locis communibus argum. iuris loco 27. n. 29.*

Quod nec matrimonio soluto in sic suscepto Ordine mi- 6
nistrare, &c.] Notatur ad hoc quòd si coniugatus nondum etiam consummato matrimonio ad Ordinē sacrum absque vxoris licentia transeat, nequit constante matrimonio, aut eo soluto in suscepto Ordine ministrare, aut ad superiorem proueh: nec potest ad officium aliquod, aut beneficium promoueri; vt per Palac. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 18. n. 27.* latè Bonacin. *de suspensionibus omnib. in particulari disp. 3. quæst. 1. puncto 7.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 49. n. 2.* quod quidem procedere ait glos. *hic verbo nec matrimonio,* siue soluatur matrimoniū morte, siue ingressu alterutrius coniugis in Religionem ante consummationem, quia indistinctè loquitur tex. iste, & *verbo officium,* iuncto *verbo nec ad aliquod*, ait non posse promoueri hunc ad quantumuis modicum be-
neficium, aut officium Ecclesiæ etiam minoribus Or- 7
dinibus deputatum, propter generalitatem, qua vtitur tex. *in præsenti*; quare hunc ita promotum ad Ordinem sacrum effici irregularem sustinent Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 4. n. 10.* Cou. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. §. 3. num. 2.* Petr. Ledesma *de matrim. quæst. 53. ar. 4. paulo post princip.* Azor *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 14. quæs. 3.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 19. §. 1.* Rebell. *de obligation. iustit. p. 2. lib. 3. q. 12. num. 13.* Sayr. *de censur. lib. 4. c. 14. n. 28.* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 9. in fine num. 20.*

Nisi aliquam de Religionibus approbatis, &c.] Ergo 8
qui post matrimonium ratum initiatur Sacris non incurrit suspensionem vllam si statim intret & profiteatur Religionem, vt per Palat. *citato loco*, Henriq. *in summ. lib. 14. cap. 4. §. 1. lit. Q.*

Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum, &c.] Notatus 9
ad hoc quod vir absque licentia expressa ac spontanea vxoris matrimonio nondū consummato ad Ordines sacros promotus, non tenetur ingredi Religionē, cùm ad id tantùm hortetur, & non præcipiat hic text. vt expresè tenet glos. *hic verbo præcipimus*, dum ait Episcopum teneri admonere vt ingrediatur, & *verbo renuerit*, ait supponere expresè eum textum posse sic initiatū renuere, sequitur Sāch. *d. l. 7. disp. 38. n. 18.* dicit esse probabile Petr. de Ledesma *de matrim. q. 53. art. 4. dub. 2. quod mouet circa primum statū coniugati concl. vnica,* & videtur tenere Henriq. *in sum. lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 10.* vbi dicit hunc hortandum esse ad Religionis ingressum. Quamuis illum teneri ingredi, vt sic possit votum Ordini sacro annexum implere minus bene sustineant Azor. *d. l. 13. cap. 14. q. 2.* Archid. & Bellam. vterque, *n. 4. in c. desponsatam. 27. q. 2.*

In

10 In gloss. *Noueris conuenire.* ibi, *putà de licentia coniugis*, &c. Notatur ad hoc quòd vt vir de licentia vxoris ad Ordines promoueatur non desideratur ingressus vxoris in Religionem, siue senex, siue iunior sit, sed satis esse in vtroque euentu, vt castitatem in seculo voueat, similis gloss. *verb. sequestrata in c. Episc.* 77. *dist.* & *verbo nec religiosam in c. quia sunt* 28. *dist.* & *verbo castitatem in c.* 2. *de cleric. coniug.* sequuntur Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 3. *vers. in aliis autem*, Franc. Marc. *decis.* 734. *n.* 2. *p.* 2. Gaet. *in repet. c. ad limina* 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 193. *num.* 467.

11 Verùm communis sic distinguit, si vxor est senex non suspecta de incontinentia, sufficit votum continentiæ ipsius in seculo, secus si iuuenis, quia tunc desideratur ingressus ipsius in Religionem, ita Greg. Lop. *l.* 38. *verbo muy vieja, tit.* 6. *p.* 1. Nau. *in man. c.* 22. *n.* 52. Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. §. 3. *n.* 3. Ant. Cuch. *inst. maior. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 223. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 39. *n.* 6.

In gloss. *Nec ad aliquod.* Nota quòd si vir Sacris initiatus absque vxoris licentia ab ipsa reuocetur ad consortium coniugale, non potest validè transire ad alias nuptias, ea defuncta, itaut si de facto contrahat, tale matrimonium erit irritum, sicut docent Gaet. *d. q.* 195. *n.* 467. Lancel. *in instit. iuris Canon. lib.* 1. *tit. de diuort.* §. *his exceptis verbo ad sacros*, Ant. Gom. *in exposit. Bullæ Cruciatæ claus.* 10. *n.* 69. Henriq. *l.* 11. *de matrim. c.* 15. §. 9. *in fine*, L. Barbos. *in rubric. ff. soluto matr. p.* 2. *n.* 89. & 101. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 38. *num.* 23.

12 In gloss. *Consummare*, vlt. ibi, *sed licèt iste cogatur muliere instante matrimonium consummare, nunquid ipse poterit ab illa debitum exigere? dicas quod non.* Ratio est, quia obligatur voto castitatis annexo Ordini assumpto ad abstinendum in quantum lex matrimonij permittit, ac proinde visus est omnino, & plenè iuri suo exigendi cedere, teneretur tamen reddere, quia non potuit per Ordinem superuenientem præiudicare iuri exigendi acquisito ab vxore, ita docent Nau. *in manual. c.* 22. *n.* 52. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 6. §. 3. *n.* 2. Maiol. *de irregul. l.* 1. *c.* 4. *n.* 9. & *c.* 34. *n.* 9. Anton. Cuch. *d. lib.* 4. *tit.* 12. *num.* 196. Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 15. §. 9. & *lib.* 12. *c.* 5. §. 10. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 14. *quæst.* 2. plures alij, quos refert, & sequitur Sanchez *d. lib.* 7. *disp.* 38. *n.* 21. vbi *n.* 22. subdit veriùs esse vxorem non teneri debitum reddere viro absque eius spontanea licentia ordinato, & sibi restituto.

De Religiosis domibus.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis pœnam ipso iure incurrunt assumentes sectam, & ritum fraticellorum, seu fratrum de paupere vita, Bizochorum, seu Beguinorum, & num.* 2.

3 *Conuenticula ad malũ facere per iura prohibitũ est.*

4 *Dictio, quasi, pro* tanquam, *exponitur, & tunc non est expressiua veritatis.*

Extravag. Sancta Romana.. Vnic.

1 SECTANTES statum, siue sectam, & ritum assumptum, vel de nouo assumente præsumentes eorum, qui vulgariter vocantur fraticelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi, seu Beguini, vel alijs nominibus, & Episcopi, ac quicunque Prælati prædictum ritum viuendi, & habitum permittentes excommunicationis pœnam ipso iure incurrunt. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib.* 4. *pag.* 160. Alagona *in compend. pag.* 304

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 12. Suar. *de censur. lib.* 3. *c.* 32. *n.* 24. Iul. Lauor. *de censur. p.* 2. *c.* 13. *n.* 47. ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 50. *numero* 239. secundùm Lugd. impress. nouissimè Bonac. *de censur. extra Bullam disp.* 1. *q.* 2. *puncto* 27. 2

Minimè excommunicationi huius tex. subijceretur qui nouum habitum hoc tempore assumeret, & nouam religionem, seu nouum vitæ genus sine Summi Pontif. facultate institueret, ita Suar. *de censur. disp.* 23. *sect.* 6. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 14. *c.* 5. *q.* 8. *num.* 79.

In gloss. *Conuenticula facere* ibi, *ipsa ad malum fieri per iura prohibitũ est*, &c. Vide Guid. Pancyrol. *in thesauro variarũ lect. lib.* 2. *c.* 168. Dec. *in tract. crim. lib.* 7. *capit.* 20. *n.* 7. Mart. *de iurisd. part.* 4. *cent.* 5. *casu* 23. *à princ.* 3

In glos. *Quasi.* ibi, *pro tanquam expone, non est hic expressiuum veritatis*, &c. Ita Doctores per me citati *in tract. de dictionib. vsufrequent. d.* 315. *n.* 2. & 3. secundùm Lugd. 4

De Iudæis, & Sarracenis.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

5 *Arma, ferrum, lignamina, & victualia deferentes ad Sarracenos Regni Granatæ, quas pœnas incurrant, ostenditur.*

2 *Armorum appellatione quæ cõprehendãtur, remissiuè.*

3 *Victualium nomine quid veniat, remissiuè.*

4 *Argumentum à contrario sensu cessat vbi iura alia obuiarent.*

5 *Verba*, ipso facto, *denotant latam sententiam.*

Extravag. Copiosus. Vnic.

PETRVS filius Regis Castellæ, vt pio ductus proposito faciliùs Agarenos infideles à Regno Granatæ expelleret, districtiùs inhibuit ne quis arma, equos ferrum, lignamina, victualia, & alia, quæcunque prohibita ad Alexandriã, & terras Ægypti deferri *in cap. ita quorundam, & in cap. ad liberandam, suprà eod.* quomodolibet intra triennium ad Sarracenos dicti Regni Granatæ deferre præsumat sub pœnis in illis iuribus contentis, necnon excommunicationis sententia contra præstantes auxilium, consilium, vel fauorem prædictis Sarracenis, aut prosecutionem dicti negotij directè, vel indirectè impedientes, aut turbantes. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 68. Alagon. *in compend. pag.* 642. 1

In gloss. *Arma*, ibi, *appellatione armorum comprehenduntur non dum arma offensionis*, &c. De hoc vide latè quæ dixi *in tract. de appell. Verborum vtriusque iuris signif. verbo Arma.* 2

In gloss. *Victualia*, ibi, *quod ipsarum appellatione continetur*, &c. Vide quæ dixi *in d. tract. verbo Victualia.* 3

In gloss. *intra triennium.* ibi, *cessat enim argumentum à cõtrario sensu vbi iura alia obuiarẽt.* Ita Hippol. Rim. *cons.* 419. *num.* 8. *vol.* 4. & *cons.* 582. *n.* 8. *vol.* 5. Cephal. *cons.* 299. *n.* 28. *to.* 2. & *cons.* 422. *num.* 54. *tom.* 3. Fachin. *cons.* 32. *num.* 19. *lib.* 3. Simon de Prætis *cons.* 138. *n.* 53. *l.* 1. Peregr. *cõs.* 145. *n.* 4. *vol.* 5. Mastril. *Siciliæ decis.* 261. 4

num. 101. Rustic. *in l. cùm auus, ff. de condit. & demonstr. lib. 2. cap. 18. num. 5. & lib. 5. cap. 8. num. 6.* Cardinal. Tuschus *tom. 1. lit. A, conclus. 498. num. 86. & 87.* Gregor. *decis. 297. num. 5.* Rot. *decis. 491. numer. 9.* apud Farinacium *part. 1. recent.* nisi dispositio redderetur inutilis, quia tunc argumentum à contrario sensu valet etiam vbi iura obuiarent, & ad illorum correctionem, Pichard. *in disp. de mora, n. 132.* Ferrer. *in constit. Cathalonia, gloss. 3. n. 44.* Cardin. Tusch. *dict. conclus. 498. num. 98.*

De Torneamentis.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Torneamenta constitutio Clementis V. inhibens in quibuscunque Regnis sub pœna excommunicationis, reuocatur, & n. 2.*
3 *Sapientis est mutare consilium in melius.*
4 *Ius Canonicum in omnibus causis vbi vertitur periculum animæ seruandum est.*
5 *Peccati ratione subiicitur laicus Ecclesiastico iudicio.*
6 *Papa in ordine ad finem supernaturalem potest abrogare leges ciuiles scriptas, & non scriptas, approbantes peccata subditorum, & pro illis præmia concedentes.*

Extravag. Quia in futurorum. Vnic.

1 Constitutio Clementis V. in quibusdam Regnis torneamenta inhibens sub pœna excommunicationis, & interdicti, reuocatur hîc, & illi, qui huius occasione sententias incurrerant, absoluuntur. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 5. p. 130.* Alagon. *in compend. pag. 677.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc tex. desumit Nau. *in cap. contrarium n. 15. & 16. de pœnit. dist. 5.*

3 In glos. *Conclusum.* ibi, *sapientis est enim mutare consilium in melius.* Sequuntur Rebuff. *in tract. nomin. q. 17. n. 4.* Sigismund. Scac. *de appell. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 33.* Bertazol. *in repet. l. si quis maior. C. de transactionib. n. 282.* Surd. *cons. 167. n. 10.* Card. Tosch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 435.*

4 In gloss. *Torneamenta,* in fine ibi, *ergo eadem ratione in quocunque alio casu, vbi subest peccatum,* &c. Notatur ad hoc quòd ius Canonicum in omnibus causis vbi vertitur periculum animæ seruandum est, vt per Doctores, quos retuli *in collect. ad capit. clerici 8. n. 3. de iudic.* Ratione enim peccati subiicitur laicus Ecclesiastico iudicio, vt dixi *de officio, & potestate Episcopi p. 3. alleg. 82. n. 17. & in collect. ad cap. nouit. 13. n. 5. eod. tit. de iudic.*

5 In ead. gloss. ibi, *sed supposito,* &c. Notatur ad hoc quòd summus Pont. in ordine ad finem supernaturalem potest abrogare leges ciuiles scriptas, & non scriptas approbantes peccata subditorum, & pro illis præmia concedentes, aut quomodolibet eidem fini, & bono spirituali aduersantes, si earum conditores à summo Pont. moniti & requisiti noluerint reuocare, vt per Menoch. *de success. creat. §. 10. n. 649.* Padil. *in l. 2. n. 78. C. de seruit.* Molin. *de Iustit. to. 1. disp. 29. vers. ex dictis,* Soar. *de legib. lib. 3. c. 6. n. 6. cum seqq. & de defens. Fidei lib. 3. c. 22. n. 10.* quos refero *de officio Episc. p. 1. tit. 3. cap. 2. num. 94.*

De Crimine falsi.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Monetam in Regno Franciæ & locis circumuicinis falsificans in ære, vel figura, vel pondere, seu falsas introducens scienter excommunicationis sententiam incurrit Sedi Apost. reseruatam.*
2 *Monetam cudere, approbare, & reprobare est de regalibus, maioribus scilicet spectantibus ad ius supremi dominij, vt num. 3.*
4 *Monetam cudere non licet priuato, etiamsi ab eo bona liga, & iusti ponderis fiat, vt num. 5.*
6 *Monetam falsam expendentes qua pœna puniantur? remissiuè.*

Extravag. Prodiens. Vnic.

Monetam in Regno Franciæ, & locis circumuicinis falsificans in ære, vel figura, vel pondere, seu falsas introducens scienter, excommunicationis sententiam Sedi Apost. reseruatam incurrit. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 161.* Alagon. *in compend. pag. 694.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Bonacin. *de censuris extra Bullam Cœna disp. 2. q. 3. puncto 30.* 2

Cùm de Regalibus sit formare monetas, illasque cudere, approbare, & reprobare, ac etiam eis valorem tribuere, vt tradunt communiter Feudistæ per illum text. *in c. 1. in verbo moneta, quæ sint Regalia l. 1. & 2. C. de falsa moneta,* Canonistæ *in cap. quanto, de iureiur.* Franc. Curt. *de monet. cap. 1.* Martin. Lauden. *eod. tract. l. 1. n. 1.* Fabian. de Monte *de empt. & vendit. quæst. 5. in princip.* Franc. Marc. *decis. 186. volu. 1. & decis. 614. & 648. vol. 1.* Mynsing. *cent. 4. obseru. 24.* Capyc. *in sua inuest. in verbo Regalia, vers. moneta fol. mihi 282.* Cou. *de numism. cap. 8. num. 1.* Peregr. *de iure fisci lib. 1. tit. 1. num. 25.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 26. n. 1.* Cardol. *in praxi iudicum & aduocat, verbo Moneta n. 2.* Cabed. *Lusit. decis. 45. à princip. p. 2.* Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 2. q. 24. n. 4.* Mastril. *de magistrat. l. 3. c. 10. n. 139.* Bernardin. Muscatel. *in pract. crimin. tit. de falsa moneta num. 2.*

Ac proinde sit de Regalibus maioribus spectantibus ad ius supremi dominij, secundùm Peregrin. *d. lib. 1. tit. 2. sub n. 97.* Peguera *decis. 46. in princip.* Claud. Seyssel. *in speculo feudorum rub. de his, qui feudum dare poss. fol. 114.* à Rosenth. *de feudis c. 5. concl. 48.* Mascard. *de probat. concl. 1066. sub n. 2.* Decian. *d. lib. 7. cap. 23. n. 1.* Camill. Borrel. *in tract. de præstantia Regis Catholici. cap. 12.* 3

Quapropter non licet priuato monetas cudere, vt tradunt Bart. Bald. Salicet. & alij *in l. fin. C. de falsa moneta,* Host. Abb. Felin. Imol. & cæteri Canonistæ *in d. cap. quanto,* Camill. Borell. *d. cap. 12. n. 6.* Mastril. *d. cap. 10. num. 142.* 4

Etiamsi ab eo bonæ ligæ, & iusti ponderis fiant, sicuti tenent gloss. *in l. sacrilegij, ff. ad leg. Iul. pecul.* Bart. *in l. qui falsam, num. 2.* vbi Marsil. *num. 54. ff. de falsis,* Alexand. *in l. singularia, num. 36. ff. si certum pet.* Boss. *tit. de falsa moneta, num. 2.* Peguera *d. decis. 46. num. 6.* à Rosenth. *d. cap. 5. conclus. 48. num. 2.* Mascard. *d. concl. 1066. num. 3.* Bajard. *ad Clar. §. falsum, num. 309.* Menoch. *de arbitrar. casu 316. numer. 18.* Farinac. *in* 5

praxi

praxi crimin.quæst. 115.*infpect*.1.*num*.18.Ioan.Aquilan.*de potest. moneta*, *part*. 1. *cap*.9. *versic.unde colligitur.*

In gloss. *Expendunt*. ibi, *tales crimine falsi*, &c.]Expendentes falsam monetam;qua pœna puniantur, differunt Hippol.*conf*.47.*lib*.1. Menoch. *de arbitrar. casu* 316.*num*.51. *cum seqq*. Vincent. de Franch.*decis*.401.Deciao.*l*.7.*c*.25.*n*.3.*cum. seqq*.Aloys.Ricciul.*in collect. decis.p*.1.*collect*.172.*ampl*.4. Farin.*in praxi crimin.q*.115.*n*.81.& *n*.130.*cum seqq*. qui ampliant, limitant, & declarant, variis modis.

De Priuilegiis.

TIT. XI.

EXTRAVAG. Ad nostri. Vnic.

1 PRIVILEGIA omnia aliquorum nobilium,Principum, & Communitatum Campaniæ, & maritimæ Ecclesiasticæ receptandi bannitos; impunè hæc constitutio propter causas hîc infertas reuocat,& annullat.Colligunt Zenzil.Viuian.*in ration.lib*.5.*pag*. 220. Alagona *in compend.p*.728.

2 In gloss.*Commodus*.Faciunt quæ de pace dixi *rubr. de treuga & pace*, *num*.3.*in decretal.*

De Pœnis.

TIT. XII.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text.refertur.*
2 *Leges, & statuta imponentia pœnas temporales filiis ob parentum delicta an & quando valida sint, remissiuè.*
3 *Filij ob delictum paternum puniuntur,vt hac ratione etiam parentes puniantur, & dolore crucientur.*
4 *Pater & filij si simul torquendi sunt, prius torquetur filius.*
5 *Amor paternus omnem alium vincit.*
6 *Filius censetur vna,eadémque personacū ipso patre.*
7 *Patre & filio æqualiter indigente, pater filio plus succurrere tenetur.*

EXTRAVAG. Dierum. Vnic.

1 DOCTORAS, vel Officiales prouinciæ Marchiæ offendentes secundum XVII. modos offensæ totidem pœnas incurrunt,& horum filij propter patrum iniquitatem à quibuscunque honoribus & beneficiis tanquam indigni repelluntur, ac deinde sic delinquentes excommunicationis reseruatæ sententiæ, Vniuersitas verò, seu Communitas, quæ deliquerit in prædictis, eiúsue territorium, & districtus interdicto Ecclesiastico subiacent ipso facto. Concordant *cap. ad aures*, *cap.in quibusdam*, *eod. tit. in Decretal.cap.felicit,eod.tit.lib*.6.*iuncta Clem.si quis suadente*, *etiam eod.tit*. Colligunt Zenzil. Viuian. *in ratio. libro* 5. *pagina* 340. Alagona *in compend. pag*. 472.

2 In gloss. *Quomodolibet*. Circa validitatem legum, vel statutorum imponentium pœnas temporales filiis ad parentum delicta, vide Simanch. *de Cathol. instit. tit*.29. *num*.1. *cum seqq*.Couar.*lib*.2.*var.cap*.8. *per tot*. Crauet.*de antiquit.temp.part*.4.§. *transeo nunc*, *num*.157. Rojas *sing*.66. *Clar*.§.*fin*. *q*.86. Repert. Inquisit.*verbo filij haret.vers.item quaritur*,Hojed.*de incompatib.benef.p*.1.*c*.23.*n*.97.Menoch. *cons*.99.*n*.220. & *cons*.226.Gutier.*lib*.2.*canon.cap* 30.

In ead.gloss.ibi, *sed cum pater seruatur ob affectum* 3
paternum pœna filij magis quàm in sua, &c. Notatur
ad hoc quòd puniuntur filij ob delictum paternum,
vt hac ratione etiam parentes puniantur, & dolore
crucientur, & hanc ob causam magis arceantur ab
huiusmodi enormibus delictis committendis, vt per
Sanctarel. *de haresi*, *cap*.34.*dub*.5.*n*.23.*vers*.8. Vnde
Doctores firmant quod si pater & filij simul torquendi sint, prius torqueatur filius, quia pater conspectu 4
filij facilius veritatem manifestabit, vt per Hippol.*in*
l.1.*in princ.ff.de quæstionib*.Marant. *de ordine iudic.in*
proœm. num.74. cùm paternus amor omnem alium 5
vincat, *l. vlt. C. de curat furiosi*, *l.isti quidem*, §. *fin. ff.*
quòd metus causa,cum adductis per Mexi. *in tract.tassa panis concl*.2.*n*.58.*cum seq*. Mascard. *de probat.conclus* 570.*num*.3. Gutier..*de tutel.part*.2.*cap*.8.*num* 9.
Card.Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.to*.2.*lib*.21.
tit.10.*n*.21. tanti amoris rationem ponit Iureconsf.
in l.liberorum,in fin.ff.de verb.signific.quia scilicet,per
filios parentum memoria conseruatur,vel etiam quia
pars corporis ipsius patris censentur esse *l.cùm simus*,
C.de agricol.lib.11.seu potius vna eadémque persona 6
cum ipso patre,*l.vltim.in fin.ff.de impub*.multis rationibus, & insignibus exemplis exornant tam nostri,
quàm Physici,Aristot.8.*ethic.cap*.12.Plutarch. *per integrum tract.de amore parentum in liberos*,plenè Tiraq.
in præfat. l. si vnquam, *num*.9. *cum seqq*. Costa *lib*.1.
select.cap.15. Ioan.de Salorzano *in parricid.l*.2.*a*.10. 7
Ex quibus infertur patrem plus diligere filium, quàm filius patrem, ac subinde ordinem naturæ postulare, vt patre & filio æqualiter indigente pater filio potius succurrere teneatur, vt tradunt Anchar. *in c.cùm haberet*, *n*.12. *de eo qui duxit in matrimon* Lara *in l. si quis à liberis in princ. n*.35.*ff.de liber. agnos*. Contra Surd. *de aliment.tit*.1.*q*.94.*n*.6. & Azor.*instit.moral. p*.2.*lib* 2.*cap*.2.*q*.16.existimantes potiùs parenti succurrere debere.

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti.

TIT. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Mercenarius dignus est mercede sua.*
3 *Monetam esse mutandam qui sciuerit, si soluat, mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad restitutionem, remissiuè.*
4 *Paupertatis priuilegia, & laudes remissiuè.*

EXTRAVAG. Dum ad sacrosanctæ. Vnic.

LITTERA gratiæ cum clausulis consuetis super Canonicatu, præbenda, 1
vel alio beneficio cum cura & sine cura vacante,vel vacaturo, etiamsi dignitas, officium, vel personatus, in Curia Sedis Apostol. taxatur decem Turonen. grossis, & non vltrà;

vltrà; idem quoque in similibus literis beneficialibus gratiosis vt super Prioratu, administratione, sic & in executoriis earumdem seruari debebit. Si verò eisdem litteris gratiæ,& executoriis earundem aliquæ clausulæ non communes, vel insolitæ apponantur, & scripturæ clausulæ non faciant lineam, tunc nec propter hanc clausulam augmentabitur taxatio. Si verò per se, vel alijs clausulis addita facit lineam, quæ linea debet continere 150. litteras, seu 25. dictiones, pro qualibet linea soluatur quarta pars Turonen.grossi, & quod lineæ superfluent,minus tamẽ littera non mutat taxationem. Eadem taxatio seruetur cum suo moderamine quando litteræ gratiæ sunt seruandæ in registro Apostol. eandem seruene Abbreuiatores etiam in executoriis. Litteræ autem datæ in forma pauperum soluunt tantùm octo Turon. grossos, & hoc vt deferatur paupertati. In litteris de iustitia nihil taxatur, sed seruetur laudabilis mos soluendi. Dum Curia erat vltra montes soluebantur dicti Turonen.s.sed quando est citra Montes,siue Romæ soluentur Romanini pro Turonibus in eadem taxatione. Si Abbreuiator formauit inepte notam ex qua grossa littera procedit, & eslet rescribenda, ipse Abbreuiator soluet scriptori. Omnes, & singuli scriptores, & Abbreuiatores si vltra taxam accipiunt, eo ipso sunt suspensi ab officio per sex menses, prima vice, secunda in perpetuum, Abbreuiatoribus verò imponitur pœna excommunicationis, Colligunt Zenzil. Viu. *in ration. lib.5.pag.*326.Alagon.*in compen. pag.*786.

2 In glos. *Satisfiat*. ibi, *dignus est enim mercenarius mercede sua*.Vide quæ dixi *in collect.ad cap.cum secundum Apostolum,num.*1.*de præbend.*

3 In gloss. *Taxetur*,ibi, *quia fortè desineret cursum publicum habere*, &c. An autem sciens monetam esse mutandam si soluat,mutuet,vel det illam ante legem, teneatur ad restitutionem?Vide Affl.*dec.*s.399.*n.*9. Ptoel.*in l.*2.*C.de rescind.vendit. part.*3.*cap.*2.*num.*21. Anton.Gom.*var.tom.*2.*cap.*2.*num.*32.*in fin.*Menoch. *in tract.de arbitrar.casu* 155.*n.*20.& 21.Mex.*in tract. tassæ panis concl.*6.*n.*6. Zerol.*in praxi Episc.p.*1.*verbo pragmatica,pag.mihi* 275.Sayr.*in claus Regia,lib.*3.*c.*5. *num.*1. Paul.Comitol.*respons.moral.lib.*3.*q.*32. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*25.*num.*188.Ioan.de Salas *de contract.tract.de emp.dub.*22.*in fin.*

4 In gloss. *Paupertati*. ibi, *nota rationem paupertatis haberi*,&c.De priuilegiis, & laudibus paupertatis,déque ipsius damnis latè agunt Lud.de Peñasiel.*fin.C.de his.qui num.liber.lib.*10. Ioan.de Indagine *in speciali. tract.quem scripsit de laude paupertatis*,Cornel.Benincas.*de priuileg. paupert.*Aloar.Pelag.*de planctu Ecclesiæ,l.*2.*c.*65.*col.*10.*cum seqq.* Rebuff.*de priuileg. schol. priuil.*90. Paul. Mont *de tutel.c.*36 *gloss.*2.*à n.*4. Stephan.Gratian.*discept.forens.c.*7 *n.*9.Gonzal.*ad reg.*8. Cancell. *gloss.*2. plures, quos refert Cened.*ad Decretum.collect.*27.*num.*2.

De Verborum significatione.

TIT. XIV.

EXTRAVAG. Quorundam. I.

1 FRATRES Minores cùm indui vestimentis vilibus debeant, secundùm eorum regulam, & de qua vilitate hoc sit intelligendum posset ab aliquibus in dubium reuocari, ideo superioris iudicio relinquit quanta debeat esse longitudo, latitudo, grossities, subtilitas, forma, figura, & similia habitus, caputij, & tunicæ interioris, sicut de colore & grossitie illis imposuit Nicol. *in cap. exiit qui seminat,& Clem. in cap. exiui de paradiso, sup. hoc. tit.* præcipiens sub pœnam excommunicationis illis obediri, & tepte-heodens Fratres,qui pro arbitrio suo habitus curtos, strictos, & nouitatis plenos portabant, qui transgressores regulæ non dicentur si in hoc Superioribus obsequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt an habenda sint granaria, & cellaria pro necessariis ad victum colligendis. Tandem Fratres ipsos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati, & castitati esse præferendam. Colligunt ex Ordin. Zenzil. Viuian.*in ration.lib.*5.*pag.*344. Alagona *in compend. pag.*798.

Maxima autem obedientia, &c.] Ergo obedientiæ votum præcipuum est inter tria essentialia, & substantialia Religionis vota, sicut optime docent Fr. Ludouic.Miranda *in man.Prælat.to.*1.*q.*26.*ar.*1 *concl. vnica*, Barthol.à S.Fausto *in thesauro Religiosorum.l.*6. *de voto quæst.*41. 2

EXTRAVAG. Quia nonnunquam. II.

SVspendit ad beneplacitum Sedis Apost. excommunicationem contra glossantes Decretalem *exiit qui seminat, hoc tit.lib.*6.per quam quidem suspensionem nequaquam licentia cuiquam intenditur impertiri,quod contra Fratrum Minorum regulam dogmatizare,scribere, seu determinare, prædicare, seu prauè loqui liceat publicè, vel occulte. Colligunt ex Ord. Zenzil.Viuian.*in ration.lib.*5.*pag.* 345. Alag. *in compend. pag.*798. 1

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur,& num.*2.*&* 3.
4 *Doctores citantur de materia huius text. agentes.*
5 *Franciscani habent tantùm facti vsum in rebus vnico vsu consumptibilibus.*
6 *Dominium rerum Fratrum Minorum licèt Ioannes XXII. abdicauerit à se, & à Sede Apostol. postea Alex.VI. & alij Summi Pont. idem dominium recepere.*
7 *Immobilium nomine an comprehendantur nomina & actiones, remissiue.*
8 *Experientia magistra rerum dicitur.*
9 *Abusus quare vocetur consumptio rerum quæ vnico vsu consumuntur, ostenditur.*

EXTRAVAG. Ad conditorem. III.

DOminium rerum, quæ perueniebant ad Fratres Minores,retentum ab Ecclesia Romana simplici vsu facti ipsis Fratribus reseruato *in cap. exiit qui seminat, hoc tit.lib.*6.Summus Pont.in præsenti refutat, multiplici ratione probans eos non posse habere in re aliqua simplicem vsum facti, & statuit quòd de cætero nullum ius, nullúmque dominium habeat Ecclesia Romana in huiusmodi rebus, quæ in posterum conferentur, vel offerentur ipsis Fratribus. Excipit tamen Ecclesias, oratoria, officinas, habitationes, vasa, libros, vestimenta diuinis Officiis dedicata, circa quæ seruari iubet Constitutionem Nicolai IV. *Exiit.* 1

Item præcipit vt in posterum nemo nominetur, aut constituatur procurator S. R. Ecclesiæ pro recipiendis, petendis, exigendis, defendendis, seu administrandis bonis oblatis, vel collatis Ordini, 2

vel

vel Fratribus, nec in iudicio agatur nomine S. Romanæ Eccleſiæ niſi de ſpeciali licentia eiuſdem, ſecus quicquid fit eſt irritum.

3 Item tollit vſum facti in rebus, quæ vſu conſumuntur. quia eſt nocivum Fratribus, & Eccleſiæ, Fratribus quia adhuc remanent ſoliciti de bonis temporalibus, quæ ſoliciendo diſtrahit mentem ab actu charitatis, & ab vnione cum Deo in quo conſiſtit perfectio, tum quia vſus facti eſſet Eccleſiæ, cuius eſt dominium, & non Fratrum, & tamen Fratres poſſunt permutare, vendere, donare, & ſic non ſunt ſimplices vſuarij, tum quia rerum, quæ vſu conſumuntur, non poſſunt habere vſum facti, ſeu eſſe ſimplices vſuarij, cum in iis dominium non diſtinguatur ab vſu, proprietas enim quam habet Eccleſia, eſſet inutilis, & otioſa. Papa ergo intellexit de his, quæ vſu non conſumuntur, ac proinde Fratres habe hunc vſum rerum, quæ non conſumuntur vſu, abuſus enim ſignificat conſumptionem rei quaſi contra naturam vti, id eſt, non remanet ſubſtantia, immò quando datur vſus rei conſumptibilis, datur ſolùm ius ad vſum, & non vſus, vſus enim eſt actio operantis, ſicut in re conſumptibili datur ius vt exerceat actum, v.g. equitando in equo, deinde iſte vſus non poteſt dari, quia nec ante actum, nec poſt actum, nec in ipſo actu; tum quia iſte vſus eſſet iniuſtus, quia qui non habet ius vtendi, iniuſtè vtitur; ergo quando conceditur vſus facti, intelligitur de illis rebus in quibus Fratres habent ius vtendi, & non in aliis; tum etiam quia dicta determinatio non expedit honori Eccleſiæ Romanæ, & dignitati cum quotidie vi illius eſſet litigandum pro rebus paruis & minimis, tum denique quia eſſet grauis, & moleſta Prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, quia ſæpe oporteret litigare, & ſe opponere Eccleſiæ Romanæ. Colligunt ex Ord. Zenzil. Viu. *in ration. lib. 5. pag.* 346. Alagona *in compend. pag.* 798.

4 Circa materiam huius text. latè agunt Azor. *inſtit. moral p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 24. *q.* 12. Sayr. *in claui Regia, lib.* 9. *cap.* 7. *n.* 15. *cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 18. *à princ.*

5 *Quod autem quoad res, quæ vſu conſumuntur*, &c.] Vtrùm autem Franciſcani habeant vſum iuris in rebus vnico vſu conſumptibilibus, quæſtio eſt in hac materia à Doctoribus diſputata, in qua reiecta ſententia Ban. 2. 2. q. 62. *tractat. de dominio quæſt.* 1. *dub.* 1. *in corol. illato ex* 4. *cōcluſ.* exiſtimantis eos habere vſum iuris & facti, communis tamen reſoluit illos tantum habere facti vſum, ſicuti docent Mench. *illuſtr. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. Queſad. *in ſuis quæſt. var. cap.* 14. *n.* 22. Nauar. *commento.* 1. *de Regularib. num.* 13. *& commento.* 2. *num.* 2. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 24. *quæſ. vlt. in fine*, Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom* 3. *q.* 29. *artic.* 4. Rebell. *de obligat. iuſtitia, part.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 7. *ſect.* 4. *num.* 33. Molin. *de iuſtit. tom.* 1. *diſput.* 6. *verſ. his nonobſtantibus*, qui pariter reſoluunt poſſe in his rebus ſeparari verum dominium ab vſu, ac proinde Fratres Franciſcanos nec in communi, nec in particulari habere dominium harum rerum, ſed ſolum vſum, & hæc eſt communis ſententia præcipuè Theologorum modernorum. Quamuis alij adhærendo litteræ huius text. teneant in his rebus minimè diſtingui poſſe vſum à dominio, ſed habentem vſum illarum habere quoque dominium, ex quorum numero ſunt Bart. *in tract. Minoritarum, lib.* 2. *diſt.* 4. *cap.* 2. *ad fin.* Syluest. *in ſumm. verbo dominium q.* 2. *verſ. vſus autem*, Turrecrem. *in ſumm. Eccleſia. lib.* 2. *cap.* 112. *ad fin.* Sarmien. *in redditibus Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 2. *n.* 11. *cum ſeq. & in defenſor. part.* 1. *toto monit.* 12. *&* 14. Aragon. *d. tit. de dominio dub.* 3.

Illud aduertere oportet quòd licet Ioannes XXII. *in præſenti* abdicauerit à ſe & à Sede Apoſtol. rerum dominium rerum Fratrum Minorum, poſtea tamen Alexand. VII. & alij Summi Pont. idem dominium receperunt, vt habetur in priuilegiis Fratrum Minorum verbo *paupertas*, quæ refert Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 15. *in fine.* 6

In gloſſ. *Mobilium* ibi, *an nomina & actiones nomine immobilium comprehendantur*, &c. De hoc latè dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. verbo Mobilia.* 7

In gloſſ. *Experientia*, ibi, *quæ magiſtra rerum dicitur.* Ita Surd. *conſ.* 61. *n.* 36. *& conſ.* 132. *num.* 23. Ludouic. Rodolph. *var. quæſt. lib.* 2. *q.* 35. *num.* 24. Cardin. Tuſch. *tom.* 3. *litt. E, concl.* 648. Mar. Anton. *var. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 33. *num.* 10. 8

In gloſſ. *Vel abuſum* Notatur ad hoc quòd conſumptio rerum, quæ vnico vſu conſumuntur, vocatur abuſus, non quod ſit illicitus vſus, ſed quia vſus illarum eſt aſſumptio, ſeu conſumptio illarum, vt per Conan. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 4. *c.* 4. *num.* 1. Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 18. *n.* 4. *in med.* 9

S V M M A R I V M

1 *Opinio quæ aſſerit Chriſtum & eius Diſcipulos nihil habuiſſe in particulari, & in communi, erronea eſt, & hæretica.*

2 *Declaratur text. in cap. exiit, de verbor. ſignif. lib.* 6. *& concordatur cum hac Extrauag.*

EXTRAVAG. Cùm inter. IV.

OPinio, quæ aſſerit Chriſtum & eius Diſcipulos nihil habuiſſe in particulari, nec in communi, & in his quæ habuerunt nullum ius eis fuiſſe vtendi illis, vendendi, aut donandi, ſeu ex ipſis aliqua acquirendi, erronea eſt & hæretica, cum ſacræ Scripturæ contradicat. Colligunt ex Ordinar. Zenzil. Viuian. *in ration lib.* 5. *pag.* 346. Alagona. *in compendio pag.* 799. Vide latè de materia huius text. Peñam *in comment. ad direct. Inquiſit. p.* 2. *comm.* 42. *verſ. ad iſtud reſpondet.* 1

Obſtat tamen maximè text. *in cap. exiit, de verbor. ſignific. lib.* 6. dum docet Chriſtum Dominum abdicationem proprietatis tam in particulari, quam in communi verbo docuiſſe pariter & exemplo. Sed omiſſis multis, quæ pro concordia adducunt Turrec. *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 112. *verſ. ad.* 10. *Canon, de locis Theolog. lib.* 6. *cap.* 8. *verſic. ad ſextum*, Cardin. Bellarmin. *tom.* 1. *de Eccleſia milit. lib.* 4. *de Romano Pont. cap.* 14. *verſic.* 34. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 24. *q.* 8. facilè reſpondetur præmiſſo duplici paupertatis gradu, quem pro diuerſis temporibus Chriſtus Dominus verbo & exemplo docuit; aliquando enim rigidam illam paupertatem verbo, & exemplo approbauit, vt neque in communi, neque in particulari licitum fuerit aliquid proprium habere. verbo, cum mittens Apoſtolos ad prædicandum dixit, Matth. 10. *nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, nec peram*; exemplo, cùm Matth. 8. inquit, *filius hominis non habet vbi reclinet caput*, & cùm Lucæ. 8 *fœminæ deuotæ ipſum ſequentes eidem, & Apoſtolis nihil in communi, vel particulari habentibus neceſſaria tantū miniſtrabant.* Aliquando tanquā communis parens alteram paupertatem minus rigidam docuit infirmitatibus hominum condeſcendens, hoc eſt, pro illis, qui vitam illam perfectiorem ſectari non auderent, ſic loculos, & proprium in communi ha-

buisse legimus *Ioan.* 13. iuncto *cap. habebat*, & *cap. exemplum.* 12. *quæst.* 1. & quæ de consuetudine Apostolorum refert text. *in cap. dilectissimus*, *eadem causa*, & *quæst.* Hoc supposito iam apparet facilis sensus text. *in d. cap. exiit*, vt enim concluderet licitam esse strictam illam paupertatem in particulari, & in communi, asserit Christum Dominum eam aliquando verbo & exemplo docuisse, minimè autem negat aliquando etiam loculos, & alias res habuisse in communi, immò id expresse fatetur *in vers. nec his.* Vel secundùm alios potest dici Nicolaum non asserere Christum nihil simpliciter habuisse, sed aliquando nihil habuisse, quod verum esse potuit saltem dum vestibus spoliatus in Cruce pendebat, & illarum vestium dominium militibus cesserat, vt per Cardin. Bellarm. *lib. 4. de Summo Pont. cap.* 14. Soar. *in 3. part. tom. 2. disput.* 28. *sect.* 2. Tanner. *tom. 4. disput. 1. quæst.* 7. *dub.* 4. *n.* 70. Bonac. *de Incarnat. disp.* 2. *q.* 22. *puncto.* 2. *num.* 2. *pag.* 370. Per contrarium verò Ioannes XXII. *in hac Extrauag.* solum, inquit, hæreticum esse negare Christum Dominum, eiúsque Apostolos in speciali, vel in communi aliqua habuisse, non verò damnat eorum sententiam, qui asserunt aliquando verbo, & exemplo Christum docuisse paupertatem illam perfectam & abdicationem proprietatis in communi & particulari, atque ita secundùm diuersa tempora facilè conciliantur Pontifices, vt scilicet Nicolaus *in d. cap. exiit*, velit aliquando Christum docuisse paupertatem in particulari. & in communi, aliquando etiam loculos habuisse: at verò Ioannes XXII. *in præsenti*, solùm decernat hæreticam eorum sententiam, qui absolutè negant Christum & Apostolos loculos, vel alias res in communi vel particulari vnquam habuisse.

EXTRAVAG. Quia quorundam. V.

Reprobat opinionem illorum detractatorum, qui præsumunt impugnare Constitutiones *Ad conditorem*, & *Cùm inter nonnullos*, *suprà* immediatè præcedentes, & præmissis responsionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declarat tanquam hæreticos & Romanæ Ecclesiæ rebelles ab omnibus euitandos, si deinceps scienter verbo, vel scripto aliquid defendere, vel approbare contra illos præsumpserint. Hinc habetur sub parte secunda, & tertia de Clauium materia prolixa, & vtilis disputatio. Colligunt ex Ordin. Zenzil. Viu. *in ratson. lib.* 5. *pag.* 347. Alagona *in compend. pag.* 799. 1

In gloss. *De suis discipulis*. Suorum appellatione qui veniant latè dixi *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. verbo sui.* 2

COLLE

COLLECTANEA DOCTORVM

Tam veterum, quàm recentiorum, qui super singulos Textus & Glossas Extrauagantium communium ex professo, vel incidenter scripserunt.

IN LIBRVM PRIMVM.

De Consuetudine.

TIT. I.

EXTRAVAG. Super gentes. Vnic.

Ioan. XXII.

1 CONSVETVDO impediens ne Legati Sedis Apost. recipiantur, non valet, & illa non obstante Legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipso facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ Ecclesiastico subijciuntur interdicto. Colligunt ex Ord. Ioan. Monach. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 91.* Alagona *in compend. pag. 36.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Nauar. *in man. cap. 27. num. 149. vers. quinquagesima prima,* vbi subdit quòd licèt excommunicatio de qua *in hoc text.* non sit reseruata virtute illius, est tamen quatenus includitur in Bulla Cœnæ, Gambat. *de casibus reseruat. cap. 12. num. 2.* Bonacin. *de censuris in Bulla Cœnæ Domini contentis disp. 1. q. 12. puncto 1. n. 8.* Iul. Lanor. *de indulgent. p. 2. cap. 13. num. 48.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 234.* secundùm Lugdunens. impress.

3 *Ecclesiastico supposita interdicto.* Notatur ad hoc quòd loca impedire præsumentium Legatum, seu Nuncium Summi Pontif. ne terras sibi subiectas ingrediatur, tandiu interdicto subiecta remanent, quandiu impedientes non desistunt impedire, vt per Bonacin. *de interdicto in particulari disput. 4. q. 3. puncto 5. num. 1.* vbi id ait procedere etiamsi Principes impediant prætextu consuetudinis, contra Soar. *tom. 5. de censur. disp. 37. sect. 1. n. 22.* & Alter. *eod. tract. tom. 2. disput. 12. de interdicto cap. 3. propè fin.* existimantes excommunicationem, & interdictum, de quo *in hoc text.* esse latam contra eos, qui Legatos Summi Pontif. prætextu consuetudinis terras aliquas ingredi non permittunt.

De Postulatione Prælatorum.

TIT. II.

EXTRAVAG. Dispendij. Vnic. *Idem.*

1 NVLLVS postulari potest, si sit secularis, ad Cathedralem, si sit Regularis ad quamcunque Ecclesiam, ante 27. annum, sub pœna quòd ita scienter postulantes ea vice postulandi, & eligendi facultate careant, & per triennium suspensi sint ab omnibus beneficiis, quæ obtinent in illa Ecclesia ad quam huiusmodi postulationem fecerint. Postulati verò, qui in Romana Curia suam postulationem fuerint prosequuti, seculares vsque ad 35. annum, Regulares verò in perpetuum ad administrationes suorum Ordinum, & omnia beneficia sint inhabiles. Colligunt Ioan. Monac. Viuian. *in ration. lib. 1. pag. 97.* Alagona *in compend. pag. 39.*

De Electione.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & alij Prælati Superiores, Abbates, & cæteri monasteriorũ regimina exercentes à Sede Apostol. promoti absque litteris Apost. ad commissas eis Ecclesias, & monasteria accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non debent, & num. 2.*

3 *Limita vt non procedat quoad pœnas in foro Conscientiæ.*

4 *Commendatarius ad tempus non comprehenditur sub dispositione huius text.*

5 *Cardinales possunt cõferre, & iurisdictionem exercere ante captã possessionem, & ostensionem litterarum.*

6 *Episcopi, aliique Prælati recipientes administrationem suarum Ecclesiarum non præstito solito fidelitatis, & obedientiæ iuramento, seu à Curia decedentes non accepto Pallio incidunt in pœnas in hoc text. comminatas.*

7 *Delegatam fuisse sibi causam à Sede Apost. non creditur alicui nisi in citatorio inseri faciat rescripti, seu commissionis tenorem.*

8 *Cardinalibus attestantibus sibi à Sede Apost. causam fuisse delegatam creditur.*

EXTRAVAG. Iniunctæ. I.

Bonifac. VIII

1 EPiscopi, & alij Prælati Superiores, necnon Abbates, Priores, & ceteri Monasteriorum regimina exercentes, qui à Sede Apostol. promouentur, aut consecrantur, seu benedicuntur, ad commissas eis Ecclesias, & monasteria absque litteris Apostolicis accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, quicquid autem secus actum fuerit, interim est irritum, & non possunt percipere fructus, Capitulares verò ipsos recipientes, vel eis obedientes sine prædictis litteris sunt suspensi à suis beneficiis. Idem dicendum de Episcopis, & alijs Prælatis, qui non præstant solitum iuramentum fidelitatis, & obedientiæ. Idem quoque de eis, qui accepto pallio sine litteris discedunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 241. Alagona *in compend. pag.* 82.

2 Hanc eandem conclus. quoad primam partem ex hoc text. desumunt D. Barbos. *in l. diuortio, in princip. p.* 2. *num.* 50. *ff. soluto matrim.* Flamio. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 8. *q.* 5. *num.* 33. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *q.* 9. *vers. caterum, & lib.* 17. *cap* 1. *q.* 2. Rot. *in Burgen. Canonicatus* 3. *Iunij* 1583. coram Cad. Lancelloto, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1325. *vers. quia hodie,* Iul Lauor. *var. lucub. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 25. *num.* 9. *in fine,* Ego ipse *de officio, & potest Episcopi, p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 161.

3 Limita primò non procedere decisionem huius text. quoad pœnas in foro Conscientiæ vt per Nau. *in cap accepta, de restitut. spoliat. opposit.* 8. *n.* 35. *vers.* 11. quem refert, & sequitur Ioan. Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo obedientia differ.* 4.

4 Limita secundò in Cõmendatario ad tempus, quia loquitur tantũ de titulari, prout, renuisse Rotam, refert Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *q.* 21. *n.* 20.

5 Limita tertiò in Cardinalibus, qui non obstante dispositione huius text. possunt conferre, & iurisdictionem exercere ante captam possessionem. & ostensionem litterarum, vt per Bellencin. *in tract. de charitatiuo subsid.* q. 66. Selu. *de benef. part.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 46. *vers. octauum. priuilegium,* Ludou. Gom. *in proœm. Regularum Cancellariæ. q* 4. *n.* 9. Gonz. *ad reg.* 7. *Cancel. gloss.* 21. *n.* 7. nouissimè Iul Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *de elect. c.* 25. *n.* 10. metipsum. *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 111. *n.* 35. Rot. *in Burgen. Canonicatus.* 3. *Iunij* 1583. coram Cad. Lancellotto.

6 *Similiter quoque Episcopi,* &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopi, aliique Prælati recipientes administrationem suarum Ecclesiarum non præstito solito fidelitatis, & obedientiæ iuramento, seu à Curia discedentes non accepto pallio incidunt in pœnas hoc text. contentas, vt per Mat Alter. *in tract. de censur. tom.* 2. *vbi de suspens. disp.* 16. *cap.* 3 *vers. vndecima,* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *q.* 2. Iul. Lauor. *d. c.* 25. *n.* 12. vbi *n.* 13. ponit formam talis iuramenti.

7 *Asserentis nanque,* &c.] Notatur ad hoc quòd non creditur alicui asserenti sibi à Sede Apostolica causam fuisse delegatam nisi in citatorio inseri faciat rescripti, seu commissionis tenorem, vt per Boër. *de potest Legati prælud.* 5 Guid. Papæ. *q.* 286. *in fin. & q.* 445. *n.* 2. *& q.* 45. *n.* 2. Grauat. *ad Vestr. in pract. lib.* 7. *cap. vlt. n.* 39. Gambar. *de potest. Legati, p.* 9. *à n.* 1. Ioan Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo testis differ.* 4. *n.* 1. *vers. hinc praxi.*

8 Limita in legatis Cardinalibus per text. *in cap. nobilissimus.* 97. *dist.* Selu. *de benefic. part.* 2. *q.* 3. *num.* 46. *vers. octauum priuilegiũ,* Ioan Valer. *d. differ.* 4. *n.* 1. *vers. limita,* vbi *in vers. adde,* subiicit aliam limitationem, videlicet in præceptis Superiorum maximè Religiosorum, subdens textum *in præsenti* procedere in rebus forum contentiosum concernentibus, vt in delegationibus causarum, in visitationibus, & similibus.

EXTRAVAG. Si Religiosus. II.

Benedict. XI.

REligiosus electus si intra tempus moderandum pro præsentia, vel absentia Superioris ipse, vel eius electores licentiam consentiendi non petierint, est eo ipso priuatus iure sibi ex electione quæsito, & possunt electores alium eligere. Colligunt Ioan Monach. Viu. *in ration. lib.* 1. *pag.* 242. Alagona *in compend. pag.* 83. 1

EXTRAVAG. Sancta Romana. III. *Idem.*

QVatuor Patriarchalibus Ecclesiis vacantibus, 1
Constantinopolitana scilicet, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana, quamdiu ciuitates ipsæ schismaticorum, aut infidelium subsunt, aut subeunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum Patriarchalium Sedium de præficiendo sibi Patriarcha, vel Pastore nullo modo procedere possunt quousque ad Apostolicæ Sedis notitiam deducatur, aliter autem facta electio irrita est. Colligunt Ioan. Monach. Viuian. *in ration. lib.* 1. *pag.* 243. Alagona *in compend. pag.* 83.

De his quatuor Patriarchis latè dixi *de offic. & potestate Episc. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 1. *&* 3. *cum seqq. & in collect. ad cap. antiqua. de priuileg.* 2

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Extrauag. hæc fuit temporalis, & cum conditore expirauit.*
3 *Vacatio in Curia, & apud Sedem in quo differat, remissiuè.*
4 *Beneficiorum appellatione an, & quando veniant pensiones, remissiuè.*

EXTRAVAG. Ex debito. IV.

Ioan. XXII.

EPiscopales, & earum Superiores Sedes, monasteria, & Regulares Ecclesiæ, Prioratus, officia, administrationes, dignitates, personatus, præbendæ, aliaque Ecclesiastica beneficia cum cura, vel sine curis apud Sedem Apost. vacantia prouisioni Summi Pont. reseruata sunt. Hoc autem intelligitur, siue prædicta beneficia vacauerint per mortem, siue per depositionem, priuationem, electionem, cassationem, postulationem, repulsionem, renunciationem, prouisionem, translationem, siue quocunque alio modo. Ecclesiæ quoque, monasteria, & beneficia Cardinalium, etiamsi alibi moriantur, intelliguntur apud Curiam vacare. Idem etiam procedit in dignitatibus, siue beneficiis officialium Papæ, puta Vicecancellarij, Camerarij, Notariorum, Auditoris contradictarum, Correctorum, Scriptorum litterarum, ac Pœnitentiariorum, Abbreuiatorum, Capellanorum, commensalium, & similium si decedant extra Curiam in aliqua legatione, vel negotio Sedis Apost. Nomine autem beneficiorum 1

non

non comprehenduntur pensiones, illæ enim liberè reuerti debent iis, ad quos earum dispositio pertinet, nisi vel Canonicum impedimentum obstiterit, vel aliter Papa disposuerit. Colligunt Viuian. *in ration. lib.1. pag.244.* Alagona *in compendio pag.183.*

2 *Donec Christi dignatio*, &c.] Ex his verbis colligitur hanc Extrauag. fuisse temporalem, & cum conditore expirasse, vt per Mandos. *reg.1. Cancel. q.1. sub num.1.* Zerol. *in praxi Episc. part.1. verbo beneficium, §.2. fallent.5.* quos refert Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.1. n.85.* D. Lotter. *de re benef. lib.2. q.27. num.90.* vbi ait reseruationem huius Extrauag. esse inductam ratione loci, non autem personæ, quod subdit esse bene obseruandum respectu eius partis, quæ innouata est per *Extrauag. Ad regimen, §. ac etiam per obitum*, quia qua parte non est expressè innouata, expirauit cum Ioanne XXII. illius conditore.

3 *Apud dictam Sedem per eorum obitum*, &c.] Ergo non datur differentia inter vacationem in Curia, & apud Sedem, de quo tamen vide quæ dixi *de offic. & potest. Episc. part.3. allegat.57. sub num.24.* secundùm Lugdunens. impress. latè D. Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.27. num.14. cum seqq.*

4 *Pensiones insuper annuam*, &c.] An & quando nomine beneficiorum veniant pensiones, dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verbo beneficium.*

De Officio Custodis.

Tit. V.

Extrav. Quia cunctos. Vnic.

Idem.

Mendicantes absque licentia Papæ in suis Conuentibus habere non possunt nisi vnam campanam pro populo, sed ad vsus proprios multas campanulas. Colligunt Viuian. *in rationali lib.1. pag.551.* Alagona *in compend. pag.127.*

Vide Oldrad. *consil.228.* Dec. *à num.22.* Socin. *à num.12.* & Abb. *in fine cap. patentibus 10. de priuileg.* Alciat. *lib.8. Parerg. cap.11.* & de campania plura dixi *in tract. de offic. & potest. Episc. part.2. alleg.27. num.46. cum seqq.*

De Officio Delegati.

Tit. VI.

Extrav. Sedes Apost. Vnic. *Idem.*

1 Litteræ Apostolicæ impetratæ ad gratias, seu beneficia vacatura, vel ad lites pro aliqua diœcesi, si contigerit ante illarum effectum diœcesim illam de mandato Papæ propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum diuidi in plures diœceses, habebunt eandem vim, & sub eisdem modo, & forma illum vigorem in singulis diuisis, sicut habebant quando erat vna diœcesis, & executores ac iudices deputati illas executioni mandare debent. Colligunt Ioan. Monach. Guiliel. de Monte Lauduno, Viu. *in ration. lib.1. pag.412.* Alagona *in compend. pag.149.*

In gloss. *Lucem amans* ibi, *bene agentes hanc diligunt.* Ita Surd. *cons.112. num.24.*

In gloss. *Diœceses* ibi, *præscribi non possunt.* De hac materia dixi late *de officio, & potest. Episc. part.3. alleg.131. per tot.* secundùm Lugdun. impress.

De Officio Iudicis Ordinarij.

Tit. VII.

Summarium.

1 *Episcopus quando visitat monasterium Regularium in visitationis actu, duas vel tres personas clericali charactere insignitas, quarum vnam ad minus sit Religiosa illius Ordinis, & notarium clericum secum habeat, & non plures.*

2 *Monachi an & quando officium tabellionis exercere possint, remissiuè.*

3 *Officio duplici quando quis fungi possit, remissiuè.*

4 *Inhabilis ad testificandum, eo quod periurij aut furti damnatus sit, efficitur quis per professionem aptus.*

5 *Visitatio & procuratio an præscribi possint, remissiuè.*

Extravag. Debent. I. *Bonifac. VIII.*

Episcopus quando visitat Monasterium Regularium, in visitationis actu, duas, vel tres honestas personas clericali charactere insignitas, quarum vna ad minus sit Religiosa illius Ordinis, & vnum notarium clericum secum habeat, & non plures. Consuetudine aliqua obtenta, & compositione qualibet inter partes ipsas super hoc in contrarium hactenus facta, non obstante. Colligunt Ioan. Monach. Viuian *in ration. lib.1. pag.467.* Alagona *in compendio pag.163.* 1

In gloss. *Compellatur.* An & quando monachi officium tabellionis exercere possint latè tradit Sanch. *in præcepta Decalogi, to.2. lib.6. cap.13. num.46. cum seqq.* 2

In cap. gloss. 1, *& fungi duplici officio*, &c. Vide gloss. *verbo admitti in cap. insuper 6 de testib.* vbi num.6. citant ad hoc Perez *super legem Ordinam.* 3

In[illegible]. *Suspectis.* Illud maximè aduertendum est circa monachos in testes admittendos, quod ineptus ad testificandum eo quòd periurij aut furti damnatus sit, efficitur per professionem aptus ad testimonium ferendum, sicut docet Sanch. *d. tom.2. lib.5. c.5. n.27.* 4

In glos. *Non obstante.* ibi, *quia licèt visitationi non præscribatur, nec procurationi, quæ debetur ratione visitationis*, &c. An & quando visitationi, & procurationi præscribi possit, vide quæ latè dixi *de offic. & potestate Episcopi, part.3. alleg.129. & 130.* secundùm Lugdun. impress. 5

Extravag. Vt quos II. & vlt.

Ioan. XXI.

Dignitatem, aut personatum, seu beneficium Curatum obtinens si aliud simile prædictis acquirat, habita possessione secundi, vel si per ipsum omnino dolo & fraude cessantibus, quominus habeat steterit, priuatur primo beneficio ipso iure, & tenetur illud in manibus Ordinarij intra duos menses dimittere, de quo disponent illi ad quos pertinēt tanquam vacāte; quod si nō fecerit, est ipso iure secundo priuatus & inhabilis sit ad Ordines, & ad quæcūque beneficia obtinenda,

nenda. Et debet Ordinarius sub pœna sanctę obedientiæ, & suspensionis ab ingressu Ecclesiæ tales plura beneficia obtinentes compellere ad ostendendam dispensationem, & de processibus super his exhibitis Sedem Apostol. per scripta publica certiorem facere. Colligunt Gulielm. de Monte Lauduno, Viuian. *in ration. lib.1. pag.468.* Alagona *in compend. pag.163.*

De incompatibilitate beneficiorum dixi latè *ad cap. de multa, de præbend.* hodie per Concil. Trident. *sess.7. de reform. c.4.* in requirentibus residentiam, aut aliàs quomodocunque incompatibilibus beneficiis, etiamsi Canonicatus sint & portiones, inducitur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi, iuxta *c. de multa, de præbend.* sicuti decisum referunt à sacra Congr. Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.15. §.16.* Nicol. Garc. *de benef. p.11. cap.5. §.2. num.84. in 6. declarat.* Aloys. Ric. *in praxi fori Ecclesiast. decis.393. in 1. edit. aliàs resolut.332. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.4. tit.7. de pluralitate benefic. num.17.* Ego ipse *de offic. & potestate Episcopi, part.3. alleg.62. num.28.*



De Maioritate, & obedientia.

TIT. VIII.

EXTRAVAG. Vnam sanctam. I.

Bonifac. VIII.

1 CCLESIA sancta Catholica & Apostolica est vna, quæ vnum corpus mysticum repræsentat, cuius caput Christus, Christi verò Deus, & Christi Vicarius solus Petrus, & Petri successor, sub cuius cura qui non sunt, non sunt de grege Christi. In hac Ecclesia, seu in potestate illius est duplex gladius, primus spiritualis in manu Sacerdotis existens, qui ab Ecclesia exercetur; secundus temporalis in manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis, qui exercetur pro Ecclesia, sub primo tamen, cum oporteat gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati, vnde secundus iudicatur à primo, & qui exercet primum iudicatur à Papa, sed Papa à nemine nisi à Deo, quia prima potestas est à Deo de iure diuino, & ideo subesse Romano Pont. omnem humanam creaturam est omnino de necessitate salutis. Colligunt Ioan. Monach. Petr. Bertrand. Viuian. *in ration. lib.1. pag.483.* Alagona *in compend pag.169.*

De materia huius text. latè egi *de offic. & potestate Episc. part.1. tit.3. cap.2. num.19. cum multis seqq.* & de eius intellectu agunt Christoph. Anguian. *in tract. de legibus lib.2. controu.17. n.67.* Diana *resol. moral. part.1. tract.2. resol.122.*

2 *Vterque ergo est in potestate Ecclesiæ, &c.*] Collige ex text. Summum Pont. qua talem ex vi Pontificalis officij habere sufficientem potestatem super omnia negotia secularia etiam inter seculares, vt de illis iudicet & disponat quando id expedirit ad quietem, & conseruationem ac Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spirituale, & ad finem Ecclesiasticæ potestatis assequendum, sicuti docent Couar. *in reg. peccatum, part.2. §.9. num.7.* Nauar. *in repet. cap. nouit, notab.3. de iudic.* Molin. *de iustit. tract.2. disp.29. versic. tertia conclusio,* Rebell. *de obligat. iustitiæ, pag 2. lib.14. q 23. sect.1. n.2. & 3. & sect.5. num. 9.* Soar. *de defensione Fidei Catholicæ, l.3. c.22.* Card. Bellarm. *de Romano Pont. controu.3. generali, lib.5. cap.6.* & plures alij, quos retuli *d. cap.2. num.31.* vbi tamen aduerto Summum Pont. directò potestatem non habere in temporalibus, & procedere *cap. cùm ad verum, 96. dist. & d. cap. nouit,* eam tamen habere casualiter, & indirectè in ordine ad spiritualia, & procedere text. *in præsenti, & cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.*

EXTRAVAG. Vt Prælatorum. II.

Ioan. XXII.

EPiscopi & Superiores Prælati sine causa rationabili extra suam diœcesim mutato habitu non discurrant indiscretè, qui si ad Curiam venerint, inde recedere non debent sine Papæ licentia, aliàs ipsi & receptantes ipsos si Papæ non manifestant, excommunicati sunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib.1. pag.485.* Alagona *in compend. pag.170.* 1

Vide Bonac. *de censuris extra Bull. disp.2. q.6. puncto 4.*

EXTRAVAG. Etsi deceat. III. *Idem.*

NVllus Præsul sine sui Superioris licentia nisi pro negotiis Ecclesiæ sibi commissæ extra suam diœcesim pernoctare audeat. Quicunque Episcopus Romam venerit, primùm Palatium visitet Papale, exhibiturus reuerentiam Papæ si detur opportunitas, nec recedat à Curia nisi super hoc petita & obtenta licentia à Papa, qui secus fecerint sunt excommunicati, & habentur vt infideles tam ipsi quàm receptatores si illorum aduentum non significauerint. Colligunt Viuian. *in ration. lib.1. pag.486.* Alagona *in compend. pag.170.* 1

Vide Bonacin. *de censur. extra Bull. disp.2. quæst.6. puncto 4.*

De Treuga, & Pace.

TIT. IX.

EXTRAV. Ad Vniuersalis. I.

Sixt. IV.

IXTVS IV. volens discordiam ex pragmatica sanctione subortam sedare Ordinariis Regni Franciæ ad conferenda beneficia sex menses concedit, Februarium scilicet, Aprilem, Iulium, Augustum, Octobrem, Decembrem, nisi iure, vel per Benedictum VIII. & Ioannem XXII. vel per suas regulas Cancellariæ aliqua clausula generali fuerint Papæ reseruata; excipit tamen aliquas personas particulares, quæ habebant expectatiuas. Beneficia Cardinalium, & eorum, qui Cardinalibus sunt familiares, in Regno Franciæ existentia suæ dispositioni vsque ad certum tempus, reseruat. De beneficiis promouendorum quid fieri debeat ostendit. Beneficia Notariorum Sedis Apost. qui habitum per eiusdem Sedis notarios gestari solitum publicè & continuò gestant, suæ dispositioni reseruat. Causas beneficiales in prima instantia vult in partibus terminari vsque ad diffinitiuam inclusiuè, ante quam appellari vetat, nisi à grauamine, & interlocutoria extra negotium principale, quod non possit reparari per appellationem à diffinitiua. Quid de causis in Curia pendentibus faciendum sit narrat; Si autem eadem causa in diuersis 1

Curiis

Curiis diuersis respectibus tractatur, quonam pacto terminanda sit, hîc dicitur. Iudices prolongantes lites incurrere excommunicationem Papæ reseruatam declarat. Taxas beneficiorum, editas à Ioanne XXII. seruandas censet. Tandem tempus ponit intra quod vult ista acceptari & seruari. Colligunt Viuian. *in ration.lib.1.pag.490.* Alagona *in compend.pag.171.*

2 *In concessionibus gratiarum expectatiuarum*, &c.] Expectatiuas huiusmodi omnino sustulit Conc. Trid. *sess.24.de reformat.c.19.* & referunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.1.proœm.num.57.cum multis seqq.* Massob. *in praxi habendi concursum prælud.23 in princ n.10.* secundùm Romanam impress. Lotter. *de re benefic.lib.1. in apparatu.num.16.*

3 *Omnes, & singulæ, causæ*, &c.] Hodie attenta noua dispositione sacri Conc. Trid. *sess.24. de reform.c.20.* Causæ omnes ad forum ecclesiasticum spectantes coram Ordinario locorum in prima instantia decidi, & infra biennium terminari debent, & ex eo ita colligunt Paul. Fusch. *de visitat.lib.1.c.33.post n.3* Aloys. Ricc. *in collect. decis.p.4.collect.1353.in fin.* Mat. Ant. *var.resolut.lib.1.resol.15. num 3.* Zerol. *in praxi Episcopali, par.1. verbo instantia, §.4.* Piasec. *in simili praxi, p.2.c.4.n.3.* Ego ipse *de offic.& potest.Episc.p.3.alleg. 81.* vbi late egi de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur.*
2 *Papæ munus est discordantes fideles populos ad pacem reducere.*
3 *Parochus tenetur populum monere vt frequenter ad suas Parochias diebus saltem Dominicis, & maioribus festis accedant.*
4 *Episcopus non potest cogere populum mulctis & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ ad audiendam Missam in Parochia sua.*
5 *Religiosis ex priuilegio confessus an teneatur iterum suo Parocho confiteri? remissiuè.*
6 *Rectores Ecclesiarum, & Religiosi Mendicantes in Germania existentes, qui pacem inter ipsos factam violant, sententiam excommunicationis incurrunt.*

EXTRAVAG. Vices. II. *Idem.*

1 CONfirmat concordiam factam in Germania inter Parochos, & Mendicantes, & addit pœnam excommunicationis, id est, ne Parochi non dicant hæreses emanasse à Mendicantibus, & Mendicantes non dicant, nec prædicent populos non teneri audire Missas in eadem Parochia diebus festiuis, cum hoc sit iure cautum, nisi iusta causa excusaret. Item neutri inducant ad eligendũ sepulturas in suis Ecclesiis, quia est contra Canones. Item Mendicantes non prædicent populos non teneri confiteri saltem in Paschate suis Parochiis cùm sit iure cautum. Item conueniant in pulsandis campanis, & horis, & non adinuicem detrahant. Colligunt. Viuian. *in ration.lib.1.pag. 491.* Alagona *in compend.pag.171.*

2 *Pacem, & charitatẽ inducere*, &c.] Quòd particulare Summi Romani Pont munus sit discordantes fideles populos ad pacẽ reducere, ex eo fit manifestum; quia præcipuus, ac verus Vicarius est Christi, qui in terram descendens pacem per Angelos suos nunciauit hominibus, dicens. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, Luc.cap.2. habetur *in cap. nocte sancta, de consecrat.d.1.* & de terra in cœlum rediens eandem pacẽ Discipulis in Testamento reliquit, dicens, *Pacem relinquo vobis.* Ioan.c.14. & habetur *in cap. nisi bella 23. q.1.* quique Patrem rogauit, dicens, *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum: sicut & nos.* Ioan.cap.17. & habetur *in cap. cum Marthæ, §.verum, de celebrat. Missar.* Omnium namque rerum & parens & nutrix est pax, pace enim vigent leges, floret Reip. disciplina, feruet Religio, valet æquitas, pollet humanitas, vberior est quæstus pauperum, & splendidior opulentia diuitum.

3 *Cum iure sit cautũ illis diebus*, &c.] Parochum teneri populum monere, vt frequenter ad suas Parochias diebus saltem Dominicis, & maioribus festis accedant, statuit Conc. Trid. *sess.21. in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ*, & referũt, Azor. *inst. moral. part.1. l.7.c.6.q.4.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 1.q.43.art.7.* Zerol. *in praxi Episcop part.1.verbo Parochia, & part.1.verbo Missa, §.6.* vbi attestatur decisum non posse Episcopum cogere populum mulctis, & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ ire ad audiendam Missam in parochia sua, ego ipse *de offic.& potest.Episc.par.2.alleg.24.n.17.* vbi *n.18* aduerto Missæ audiendæ præceptum adimpleri quocunque in loco audiatur, siue in propria Parochia, siue in qualibet alia Ecclesia, aut loco vbi celebretur, posse tamen fieri aliunde, vt aliquis peccet non audiendo Missam in propria Parochia, videlicet si nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani scire tenentur. 4

5 *Saltem in Paschate proprio confiteri Sacerdoti*, &c.] Vtrùm autem qui ex priuilegio confitentur Religiosis teneantur suis Parochis, seu presbyteris Parochialibus postea iterum confiteri, an verò prædictis Religiosis peccata sua confitendo ecclesiastico præcepto satisfaciant de confitendo semel in anno? Vide Azor. *instit. moral.p.1. lib.13.cap.2. q.2.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1.q.45.art.3.& 4.*

6 *Sub pœna excommunicationis*, &c.] Notatur ad hoc quòd Rectores Ecclesiarum & Religiosi Mendicantes in Germania existentes, qui pacem inter ipsos factam violant sententiam excommunicationis incurrunt, vt per Sayr *de censur.l.3.c.35.n.44.* Rainer. *in catalog.censur.extra Bullam Cœnæ c.8.excom.13.* Filliuc. *tract.14.num.149.* Iul. Lauor. *de Indulgent.p.2.cap.13. n.50.* quos refero ego ipse *de offic.& potest Episc.p.3. alleg.50.n.237.* secundùm Lugdun. impress. nouissimè Bonac. *de censur.extra Bullã disp.2.q.8.puncto 15*

IN LIB. SECVNDVM.

De Iudiciis.

TIT. I.

EXTRAV. Frequentes. Vnic.

Ioan. XXII.

1 PRÆLATI & Rectores, necnon Fratres quatuor ordinum Mendicantium adinuicem non se iniuriis afficiant circa iudicia ferenda, sed omnino seruent Decretalem *super cathedram*, & constitutionem *Clem. dudum*, neque propter illam debent Religiosi Mendicantes esse molesti, & graues Prælatis, neque Prælati ipsis Religiosis. Et si sint aliquæ iniuriæ, vel molestationes hinc inde factæ, Papa vult iustitiæ complementum breuiter exhiberi, summariẽ, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vel aliter prout qualitas excessuum exigit, non obstan

obstantibus quibuscunque obstaculis, quæ possent his obuiare. Colliguot Viu. *in ration. lib. 2. pag. 21.* Alagon. *in compend. pag. 208.*

2 *Summariè, simpliciter, & de plano,* &c.] De vi, & effectibus huius clausulæ dixi *in tract. de clausulis vsufreq. claus. 176.* secundùm Lugdun. impress.

De Dilationibus.

TIT. II.

EXTRAV. In delictorum. Vnic.

Idem.

1 FABRICANTES falsos florenos citantur peremptoriè data illis dilatione trium mensium intra quos coram Papa compareant ad reddendam rationem quare ipsis prædictos florenos competat ius cudendi, aliàs contra ipsos eorum absentia non obstante procedetur prout iustitia suadebit. Colligunt Viuian. *in ration. libro 2. pag. 70.* Alagona *in compendio pag. 224.*

De Dolo, & contumacia.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Citationes, qui impediunt ne ad eos peruenire possint, vel quorum domicilium tutè adiri non potest, quomodo citandi sint, ostenditur.*
2 *Doctores referuntur de citatione per edictum agentes.*
3 *Citandus habetur pro citato si facit vt ad illum citatio non perueniat.*
4 *Accessus non tutus quoad citationes debet liquidari & probari, & non sufficit quod Officialis de eo attestetur.*
5 *Dictio,* præsertim, *quandoque tenetur comparatiuè.*
6 *Citatio est principium iudiciorum, & omnium actionum instituendarum.*
7 *Papa an valeat procedere contra aliquem sine citatione, remissiuè.*

EXTRAVAG. Rem nouam. Vnic.

Bonifac. VIII.

1 ILLI, qui impediunt ne ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilium tutè adiri non potest, per citationes etiam extra dies solemnes publicè factas de mandato Papæ in audientia litterarum Apostol. vel Papali palatio affixas ianuis maioris Ecclesiæ loci in quo Papa cum Curia sua degit, ita arctantur ac si ad eos personaliter deuenisset, quamuis sint Reges, & Imperatores non obstantibus priuilegiis, &c. Colligunt Ioan. Monach. Viuian. *in ration. lib. 2. pag. 116.* Alagona. *in compend. pagina 242.*

Citationis edictum, &c.] De citatione per edictum, vide Marant. *de ordine iudic. par. 6. tit. de citat. memb. 1. num 83.* Mynsing. *cent. 3. obseru. 71. à num. 5.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ in præfat. num. 94. cum seqq* Menoch. *remed. 8. recuper. à num. 102. & consil. 100. à num. 95.* Azeued. *lib. 3. à num. 28. tit. 1. lib. 4. nouæ recopil.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 809. à num. 18.* Soar. de Pace. *in pract. part. 1. tom. 1. temp. 3. num. 20. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part. 1. collect. 117.* Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 44 de citation. num. 77. cum seqq.* ex nostris Lusitanis Gam. *decis. 237.* Cabed. *par. 1. Aresto 8.* Valasc. *de partic. c. 7. num. 13.* Cardos. *in praxi iudicũ, verbo citatio, num. 28.* D. Barbos. *in l. ad peremptorium, num. 99. ff. de iudic.* Nota quòd quando proceditur per edictum, citationes debent fieri in duobus locis in Curia, necnon in duobus locis vicinis, in partibus etiam quod non sint de viciniotibus, Achil. *decis. 15. de dolo, & contum.* & citationes originales debent affigi, legi, & dimitti affixæ per aliquot horas, affixióque debet fieri in valuis Ecclesiæ maioris, Callad. *decis. 1. num. 2. & decis. 6. de dolo, & contum.* Soar. de Paz *in praxi tom. 1. fol. 15 col. 3. num. 11.* Vestr. *in praxi lib. 4. cap. 3. num. 4.* Ægid. *decis. 194.* Put. *decis. 164. lib. 2. in correct.* Rot. *decis. 5. de rescrip. in nouis,* & *in Ianuen. separationis thori 16. February 1632.* coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, & *in Bracharen. thesaurariæ 17. Martij. 1632.* coram Reuerendiss. P. D. meo Pirouano.

Considerata locorum distantia.] Notatur ad hoc quòd in citatione debet dari competens terminus secundùm locorum distantiam, vt per Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verbo per edictum num. 5. & 6. vers. sed quis terminus,* vbi quòd ista est practica pulchra, & notabilis, refert, & sequitur Rot. *in d. Ianuen. separationis thori.*

3 *Qui impedit, aut facit etiam se celando,* &c.] Citandus enim habetur pro citato is facit, vt ad illum citatio non perueniat, ita Tiraquel. *de retractu lig. §. 2. gloss. 1. num. 8. & 9.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 400. num. 14. par. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 66. num. 32.*

4 *Tutè, vel liberè adiri non possunt.*] Aduerte non sufficere quòd officialis attestetur de non tuto accessu, sed debet liquidari & probari, secundùm Dec. *consil. 460. num. 26.* & Mascard. *de probat. concl. 17. cum seq.* Et Parin. *in praxi crimin. q. 18. n. 43.* inter casus loci non tuti ponit metum iudicis minantis, inimicorum, belli, pestis, tempestatis maritimæ, & similia.

5 In gloss. *Præsertim.* ibi, *verbum,* præsertim, *quandoque tenetur comparatiuè.* Ita Gutier. *canon. lib. 1. c. 20. num. 5.* Card. Tusch. *litt. D. concl. 338. num. 1.* Cened. *sing 83. num. 1.* & alij, quos refero ego ipse *in tract. de dictionib. vsufreq. dict. 227. num. 1.* secundùm Lugduo. impress.

6 In gloss. *Personaliter apprehendissent.* ibi, *citatio, quæ est principium iudiciorum,* &c. Ita Gregor. *lib. 1. tit. 7. part. 3.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu nullitatis processus num. 17.* Marant. *de ordine iudic. par. 6. membr. 1. num. 1.* Bonacos. *commun. opinion. tom. 1. lib. 2. tit. 2. num. 8.* Azeued. *ad rubr. tit. 3. num. 14. lib. 4. nouæ recopil.* Amator Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examin. processuum, c. 4. de citat. num. 2. & 3.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 44. à num. 7.* & est omnium actionum instituendarum principium, ex Tiraquell. *in tract. res inter alios acta, statim in princip.* D. Barbos. *in l. si quis posteaquam, num. 26. ff. de iudic.*

7 In gloss. *Non obstantibus.* ibi, *ad euidentiam præmissorum quæro an Papa procedere contra aliquem valeat citatione non præmissa?* De hac quæstione latè dixi *in collect. ad cap. 1. num. 7. cum seqq. de causa possess. in Decretalib.*

IN LIBRVM TERTIVM.

De Vita, & honestate Clericorum.

TIT. I.

EXTRAV. Docta. Vnic.

Ioan. XXII.

VSICAS lasciuas in Officiis diuinis, præsertim horis Canonicis, vel Missis solemnibus nullus sub pœna suspensionis ab officio per octo dies cantare præsumat; per quod autem non intenditur prohibere quin interdum vltra cantum Ecclesiasticum aliquas consonantias, quæ melodiam faciant, canere liceat. Colligunt. Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 14. Alagon. *in compend. pag.* 359.

Cantus igitur purus, & honestus nullo iure prohibetur, is enim in Ecclesia audientes ad maiorem animi deuotionem excitat, canentium vires recreat, mentem ad Deum eleuat, tristia corda consolatur, vt inquit Isidor. *lib.* 3. *sentent. cap.* 7. grauiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inertes excitat, & peccatores ad lamenta inuitat; in hoc verò text. solus indecens canendi modus prohibetur, sicut *in Concil Trid. sess.* 22. *in decreto de obseruandis & euitandis in celebrat. Missa, vers. ab Ecclesiis vero musicas eas* &c. Colliges hæc ex Nauar. *de orat. & horis canon. cap.* 16. *num.* 32. *&* 33. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.* 40. *art.* 1. *&* 2. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 16. *&* 17. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 7. Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resolut.* 10. *num.* 1. *& num.* 4. *cum seqq.* vbi latè de intellectu huius text. cum his, quæ ad hoc propositum cumulani *in collect. ad c. dolentes. n.* 15. *cum seqq. de celebrat. Missar. in Decretal.*

De Præbendis, & dignitatibus.

TIT. II.

EXTRAVAG. Piæ. I. *Bonifac. VIII.*

ENEFICIA quæcunque apud Sedem Apostolicam vacantia Papa sibi reseruat, & si secus fiat ignoranter, vel scienter, irritum decernit, & inane. Colligunt Viuian. *in rationali lib.* 3. *pag.* 105. Alagona *in compendio pag.* 402.

De hac materia dixi latè *in collect. ad cap.* 2. *&* 3. *hoc tit. lib.* 6. vbi etiam an hic text. reuocauerit dictum *cap.* 3. & *ibi* citatis commendo D. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 27. *à num.* 55. *cum seqq.* per me post illa scripta visum, vbi contra Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *proœm. à num.* 153. latè probat dispositionem. *cap. statutum, de præbend. lib.* 6. non esse reuocatam per hanc Extrauag.

Decernentes ex nunc irritum, &c.] De vi & effectibus decreti irritantis dixi *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 40. secundùm Lugdun. impress.

EXTRAVAG. Ex supernæ. II. *Clem. V.*

PRouisiones sub titulo commendæ factas de Ecclesiis Parochialibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & monasteriis ad petitionem Regũ, vel quorumcunque Magnarum reuocat. Colligunt Viu. *in ration. lib.* 3 *pag.* 106. Alagona *in compend. pag.* 402.

EXTRAVAG. Etsi in temporalium. III.

Idem.

BEneficia maiora, & minora vacantia, & vacatura, præsertim in prouincia Burdegalen. Clemens V. certis ex causis suæ dispositioni reseruauit cũ appositione decreti. Colligunt Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 107. Alagon. *in compend. pag.* 402.

EXTRAV. Execrabilis. IV.

Ioan. XXII.

HÆc Extrauag. habetur *supra* inter Extrauagantes Ioannis. XXII. etiam sub hoc tit. cum glossis Zenzilini; hîc verò ponitur cum glossis Gulielmi de Monte Lauduno.

EXTRAV. Saluator. V. *Idem.*

THolosana Ecclesia in redditibus plurimum abundans erigitur in nouam Metropolim, cui de nouo pro suffraganeis Ecclesiis deputantur quatuor villæ in nouas ciuitates erectæ; quibus assignantur aliqui fructus Ecclesiæ Tholosanæ; & tandem censuræ Ecclesiasticæ in rebelles proferuntur. Ex quibus vtilitas habetur, quoniam cognosci poterunt causæ erigendi, & diuidendi, eximendi, & subiiciendi Ecclesias. Colligunt Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 107. Alagona *in compend. pag.* 402.

Refert Bonac. *de censuris extra Bull. disp.* 2. *q.* 3. *puncto* 18. *& de interdictis in particulari disp.* 4. *q.* 1. *punct.* 6.

Hinc dicit Nau. *de spoliis cleric.* §. 3. *num.* 1. quod frequenter Papa applicat rem vnius Ecclesiæ alteri, immò & totam vnam Ecclesiã cum suis bonis per vnionem & diuisionem, vt hoc in text. fecit Ioannes XXII & his temporibus Pius IV. tantam partem ademit Episcopatui Leodien. quanta suffecit tribus Episcopatibus de nouo erigendis.

Suffraganei sub Tholosano Archiepiscopo qui hodie existant, ostendi *in tract. de offic. & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *post. c.* 7. vbi agitur de notitia Episcopatuum totius Orbis.

EXTRAV. Nuper. j. VI. *Idem.*

IMpedientes Episcopatus Tholosani erectionem in Ecclesiam Cathedralem, & eius diuisionem in quinque diœceses vltra pœnas in Constitutione superiore declaratas perdunt feuda, & quæcunque beneficia spiritualia, & temporalia, & si sint personæ Ecclesiasticæ efficiuntur inhabiles ad quæcũque beneficia Ecclesiastica obtinenda. Colligunt Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 109. Alagona *in compend. pag.* 402.

EXTRAVAG. Nuper. ij. VII. *Idem.*

EXecutores quatuor dantur ad pœnas supradictas solemniter publicandas. Colligunt Viu. *in ration. lib.* 3. *pag.* 109. Alagon. *in compend. pag.* 402.

EXTRAVAG. Nuper. iij. VIII. *Idem.*

DIspensat cum quodam Abbate vt Episcopus possit esse, licèt defectum patiatur in Ordinibus

&

& ætate. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.*102. Alagona *in compend. pag.*402.

Quam verò ætatem, & Ordines habere debeat promouendus in Episcopum, dixi *in tract. de officio, & potestate Episcopi, part.2. allegat.1. num.26. & à num.*36.

Extrav. Ad cuiuslibet. IX. *Idem.*

HOrtatur quemdam in multis commendatum, vt accipiat Episcopatum, & curam Pastoralem administret in Ecclesia, quæ de nouo fuerat in Cathedralem erecta. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.*102. Alagona *in compend. pag.*402.

1 Humilis an sit ille, qui superni nutus arbitrio, vt debeat præesse, intelligit, & tamen ex humilitate præesse contemnit? Vide quæ dixi *de offic. & potest. Episc. part.1. tit.2. gloss.2. num.*25.

Extrav. Postulasti. X. *Idem.*

DEclarauit an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium, & vacaturorum, vsque ad certi temporis spatium deputatorum pro Cameræ Apost. oneribus faciliùs supportandis, possit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an Altaria dotata cadant sub tali reseruatione, &c. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.*111. Alagona *in compend. pag.*403.

Extrav. Cùm nonnullæ. XI.

Idem.

REsoluit plurimas ambiguitates ortas circa reseruationem & solutionem supradictorum fructuum *cap. præcedenti* contentorum.

Summarium.

1 *Beneficia omnia secularia, & Regularia etiam Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesiæ apud Sedem quomodocunque vacantia, ac etiam per obitum S.R.E. Cardinalium, ac Officialium dictæ Sedis, eius dispositioni reseruantur.*
2 *Hic text. semper innouatur per reg.1. Cancel.*
3 *Beneficiorum vacantium apud Sedem reseruatio vbi tractetur, ostenditur.*
4 *Cardinalium S.R.E.*
5 *Camerarij,*
6 *Notariorum seu Protonotariorum.*
7 *Auditorum Apost. Palatij,*
8 *Scriptorum litterarum Apost.*
9 *Abbreuiatorum,*
10 *Commensalium Papæ,*
beneficia dispositioni Sedis Apost. reseruantur.
11 *Commensales Papæ quoad effectum reseruationis qui dicantur, ostenditur.*
12 *Cappellanorũ Papæ beneficia sũt reseruata Sedi Apost.*
13 *Beneficia quæcunque vacantia & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, & Episcopatum, & monasteriorum regimina, sunt Sedi Apost. reseruata.*
14 *Beneficia vacantia per dispositionem, priuationem, translationem, aut muneris consecrationis susceptionem, auctoritate Apost. factam, sunt Sedi Apost. reseruata.*
15 *Beneficia vacantia, seu vacatura per assecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, dignitatum, personatuum, Officiorum, Canonicatuum, præbendarum & aliorum beneficiorum, auctoritate Apost. prouisorum, sunt Sedi Apost. reseruata.*
16 *Beneficium vacans per assecutionem pacificam alterius incompatibilis ab Ordinario collati, si vacauerit in mense Ordinarij illius prouisio spectabit ad Ordinarium.*
17 *Beneficia illa Papæ reseruantur de quibus in concordia, vel discordia electi, seu postulati fuit facta electio, vel postulatio, quæ postea cassata fuit, seu repulsa, aut renunciata.*

Extravag. Ad regimen. XIII.

Bened. XII.

DIspositioni Apostolicæ reseruantur beneficia om- 1
nia cum cura & sine cura, secularia & Regularia, etiam Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesiæ, & consueta conferri per electionem, vel alio modo, apud Sedem Apost. quomodocunque vacantia, & in posterum vacatura, etiam per depositionem, vel priuationem, seu translationem, aut muneris consecrationis suspensionem, ac etiam per obitum Cardinalium S. Roman. Eccl. ac officialium dictæ Sedis, videlicet Camerarij, Vicecancell[illegible], &c. vel Legatorum, seu Nunciorum vbicunque morantur; necnon & aliorum, qui pro negotiis veniunt, vel recedunt à Curia si intra duas dietas legales morantur, & ibi non habeant proprium domicilium. Decernentes ex tunc, &c. Non obstantibus, &c. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.*111. Alagona *in compendio pag.*403.

Innouatur semper per omnes Summos Pont. *in reg.* 2
Cancel. vt referunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.8. n.*17. & Nicol. Garc. *de benef. p.5. cap.1. n.*192 vbi .8.
obseruat ideo innouari text. in præsenti per *d. reg.*1.
quia erat temporalis, & expirauit cum conditore, quod
etiam aduertit D. Lotter. *de re benefic. lib.2. q.27. n.*17. 3
Apud Sedem Apost. &c.] De reseruatione beneficiorum vacantium in Romana Curia, seu apud Sedem dixi latè *ad cap.2. & 3. de præbend. lib.6.*

Ac etiam per obitum Cardinalium.] Notatur ad hoc 4
quòd dispositioni Sedis Apost. reseruantur quæcunque beneficia vacatura per obitum S. Rom. Eccl. Cardinalium, vt per Hieronym. Paul. *in praxi Cancell. §. de beneficiis generaliter reseruatis, versic. item benef. in Cardinalium*, Ludou. Gom. *in reg. de impetran. benefic. vacant. per obitum famil.* Cardin. *quæst.13. sub num.*11. Bursat. *cons.126. num.97. lib.2.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.51. num.*6. D. Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.27. num.84. &* 85.

Camerarij.] Vide Cassad. *decis.4. de constit.* Mandos. 5
in reg.1. Cancel. q.4. Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.2. q.16. n.*39. Gonzal. *d. gloss.51. n.*10.

Notarium.] Vide Mandos. *in reg.1. Cancel. quæst.5.* 6
*sub num.*7. Bellarm. *decis.655. incip. Notarij Pœnitentiaria*, Gonzal. *d. gloss.51. num.*12. D. Lotter. *d. q.27. n.97. in fine*, vbi per Rotam *Ferrarien. Canonicatus 26. Aprilis* 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, subdit hanc reseruationem Protonotariorum posse dici clausam in corpore iuris, & de Protonotariis, vide per me dicta *de offic. & potest. Episc. p.3. alleg.74. à n.*3. & latè D. Melch. Lotter. *d. lib.2. quæst.28. & quæst.*29.

Et Apostolici Palatij, &c.] De Auditoribus Rotæ, 7
vide Æne. de Falcon. *de reseru. p.1. q.3. paulo ante, n.15. vers. & in quantum*, Gonzal. *d. gloss.51. n.*5. D. Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.27. sub num.*68.

Et

8 *Et scriptorum litterarum Apost.*] Vide Rot. *decis.* 70. *per tot. p.* 1. *diuers.* D. Lotter. *de benef. lib.* 2. *q.* 27. *n.* 86.

9 *Ac Abbreuiatorum.*] Vide Put. *decis.* 204. *&* 263. *in antiq. alias decis.* 234. *&* 257. *lib.* 1. *in correctis*, vbi quòd beneficia Abbreuiatorum de minori sunt reseruata per hunc text.

10 *Necnon commensalium.*] Ex *Constit.* 78. *&* 79. Pauli III. *&* *Constit.* 44. Iulij III. quoad hunc effectum
11 reseruationis veri familiares, &, continui Papæ commensales sunt omnes Referendarij, & alij Officiales ex Palatio Apostol. panem habentes, Protonotarij, Subdiaconi, Auditores Rotæ, Acolyti, Scutiferi, Secretarij, litterarum Apost. Scriptores, Cubicularij, ac Milites S. Petri, & reliqui officiales Romano Pont. pro tempore existenti in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licèt in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in tinello comederint, nec comedant, nec in futurum forsan comedent, referunt Gonzal. *d. gloss.* 51. *n.* 17. & Ioan. à Cochier *in reg.* 3. *Cancell. num.* 34.

12 *Et aliorum quorumlibet cappellanorũ, &c.*] Vide Æne. de Falconibus *de reseruat. q.* 3. *princ. num.* 15. *in fine*, *&* *n.* 16. Simon *in simili tract. q.* 37. *&* 38. Mandos. *in reg.* 1. *Cancel. q.* 5. *&* 6. Gonzal. *d. gloss.* 51. *num.* 8.

13 *Rursus monasteria, Prioratus, &c.*] Notatur ad hoc quòd beneficia quæcunque vacantia, & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel monasteriorum regimina, sunt Sedi Apost. reseruata, vt per Simon. *de reseru. q.* 27. Mandos. *ad reg.* 1. *Cancel. q.* 13. *&* 14. Cochier *in reg.* 1. *Cancel. n.* 23. *vers. septimus*, Flamin. *de resign. benefic. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 76. Anastas. German. *de indulto Cardin.* §. *si verò à n.* 20. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *q.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *n.* 53. *&* *gloss.* 51. *n.* 15. Camill. Borell *in summa omnium decis. tit.* 21. *num.* 84. *&* 86. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 6. *a num.* 1. met ipsum *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 71. *cum seqq.*

14 *Necnon per depositionem, vel priuationem, &c.*] Notatur ad hoc quòd beneficia vacantia per depositionem, priuationem, translationem, aut muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apost. factas vel fiendas, sunt Sedi Apost. reseruata, vt per Hieron. Paul. *in praxi Cancellariæ*, §. *sequuntur beneficia reseruata generaliter*, Flamin Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 27. Gonz. *d. gloss.* 51. *n.* 32. Ioan. à Cochier *in reg.* 1. *Cancel. nu.* 22. *vers.* 5. Viuian. *in praxi iurispatr. lib.* 14. *cap.* 1. *nu.* 16. *in vlt. impress.*

15 *Necnon etiam quæ per assecutionem pacificam, &c.*] Notatur ad hoc quòd beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum auctoritate Apost. prouisorum, seu prouidendorum, sunt Sedi Apostol. reseruata, vt per Simon. *de reseruat. q.* 26. *num.* 1. Bursat. *consil.* 126. *num.* 96. *lib.* 2. Gonzal. *d. glos.* 51. *num.* 36. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *a num.* 51. Viuian. *vbi sup. n.* 18. *&* 19.
16 D. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 27. *à num.* 37. Secus autem erit si collatum fuerit secundum beneficium non à Papa, sed ab Ordinario, quia tunc si primum beneficium incompatibile vacauerit in mẽse Ordinarij, illius prouisio spectabit ad Ordinarium, iuxta ea quæ resoluit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. §. 2. *à n.* 8.

17 *Necnon si forsan, &c.*] Notatur ad hoc quòd beneficia illa Papæ reseruantur, de quibus in concordia, vel discordia electi, seu postulati fuit facta electio, vel postulatio, quæ postea cassata fuit, seu repulsa, aut renunciata, vt per Hieron. Paul. *in praxi Cancel.* §. *sequuntur beneficia super quibus*, Viu. *in praxi iurispatron. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 17 *in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæcunque dispositioni Apostol. reseruata, ita per talem reseruationem sunt affecta, vt illorum collatio non teneat si per alium à Romano Pontifice fuerit facta.*

2 *Regula.* 10. *aliàs* 11. *Cancell. cum hoc text. symbolizat.*

3 *Doctores referuntur de affectione per appositionem manus Papæ agentes.*

4 *Beneficia semel reseruata, & affecta semper remanent affecta.*

5 *Resignatio etiamsi resoluatur, putà propter regulam de viginti, non tamen resoluitur inducta per appositionem manus validam.*

6 *Beneficium vbicunque afficit manus appositio, eatenus durat reseruatio quatenus prouisio Papæ consumitur.*

EXTRAVAG. Ad Romani. XVI.

Paul. II

Beneficia quæcunque dispositioni Apostolicæ reseruata ita per talem reseruationem sunt affecta, vt illorum collatio non teneat si per alium a Romano Pont. fuerit facta. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 112. Alagon. *in compend. pag.* 403. 1

Cum hoc text. habet quandam conformitatem, & symbolizat *pag.* 10. *aliàs* 1. *Cancellaria*, quæ incip. *Item declarauit omnium, & singularium Cathedralium*, &c. vt tradunt Mandos. *super ead. reg. quæ alias erat.* 9. *q.* 5. *&* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *proœm. nu.* 84. *&* 85. Ioan. à Cochier. *ad d. reg.* 9. *seu* 10. *Cancell. n.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 783. *cum seqq.* 2

Romani quoque Pont. manus appositionem, &c.] De affectione per appositionem manus Papæ agunt latè Æneas de Falc. *de reseruat. prælud.* 3. *&* *q.* 4. *effectu* 16. Simonet. *in simili tract. q.* 57. *&* 58. Mandos. *in reg.* 4. *Cancel. q.* 4. *num.* 4. *&* *reg.* 5. *q.* 6. *n.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 52. *per tot.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 138. *cum multis seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 26. *n.* 38. vbi cum Rota *decis.* 190. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* ait dispositionem huius text. procedere nulla existente prouisione Papæ, vbi in appositione manus Papæ concurrit præexistens reseruatio generalis cum decreto irritanti. 3

Remanere semper affecta, &c.] Notatur ad hoc quòd beneficia semel reseruata, & affecta semper remanent affecta, Rot *decis.* 12. *&* 13. *de præbendis in nouis*, Cassad. *decis.* 1. *num.* 8. *de restit. spoliat.* *&* *decis.* 2. *n.* 30. *de vnion.* Gemin. *cons.* 93. *num.* 16. Simonet. *de reseruat. q.* 57. Petr. Gregor *de re benef. cap.* 24. *n.* 27. Gonzal. *d.* §. 5. *proœm. num.* 85. *vers. in hoc casu.* Ioan. à Cochier *vbi proximè*, *num.* 9. Vnde etiamsi resoluatur resignatio putà propter regulam de viginti, non tamen resoluitur reseruatio inducta per appositionem manus validam, Roman. *cons.* 342. *à num.* 1. Sarnen. *ad reg. de infirm. q.* 33. *ad fin.* quos refert, & sequitur Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 27. *num.* 35. 4 5

Illud tamen aduertere oportet cum eod. Lotter. *d. q.* 26. *num.* 39. *&* 40. quod vbicunque manus appositio afficit beneficium, eatenus durat reseruatio, quatenus prouisio Papæ consumitur, intelligitur autem consumpta siue prouisus possessionem apprehenderit, Rot. *decis.* 190. *n.* 9. *in fine*, siue non apprehenderit, cùm possessio sit quid penitus separatum à prouisione, per quam consumitur vacatio, vt respondit Rot. *decis.* 512. *à n.* 3. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* 6

Ne

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Consuetudo est valida vt fructus primi, secundi, & sequentium annorum Prælato defuncto, vel eius hæredibus applicentur, etiamsi non conuertantur in pia opera ad liberandam animam defuncti in purgatorio, vt n. 3.*
4 *Infinitas reprobatur.*
5 *Resuscitatus recuperat filios, non tamen vxorem. & non tenetur iterum baptizari, nec ordinari.*

Extravag. Suscepti. Vnic.

Ioan. XXII.

1 PAPA volens prouidere diuino cultui & ministris eiusdem, & occurrere dispendiis, quæ ipsis quotidie imminent propter occupationes vacantium Ecclesiatum primi anni; eo quod Ecclesiæ ipsæ, seu personæ aliquæ ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, primi, aut secundi, vel plurium annorũ fructus beneficij vacantis sibi vendicãt, statuit quod quãdo talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ cõsueuerũt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa pro qua consueuit dari decima, si ipsam eligendam duxerint, tali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente, vel dimissa eidem summa prædicta, possint dictum residuum sibi assumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores, aliàs post decem dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. In nõ taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidi debent per medium, & vtrique eorum medietas tribuatur, ita quod si alter dimidia noluerit contentari, ipsa in volẽtem transeat ipso iure. Et si aliquis accipit aliquid vltra præmissa, si fuerit Prælatus, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ; si est Capitulum, Vniuersitas, vel Collegium, est interdictum donec restituat, si particularis persona, est excommunicata, nec potest absolui nisi facta restitutione: & ad hunc finem reuocantur omnia priuilegia &c. Colligunt Vinian. *in ration. lib. 3. pag. 144.* Alagona *in compend. pag. 418.*

Vide de hac materia latè Bonac. *de suspensionibus õnibus in particulari disp. 3. q. 4. puncto. 11. à princip.* vbi *num. 2.* ait hac censura ligari, qui per seipsum immediatè non accepit, sed per mandatarium, quia adhuc ipse dicitur percepisse; subditque contrarium dicendum de auxiliante, fauorem præbente, vel ratum habente, quia censura lata in facientes, non afficit consulentem, fauentem, vel ratum habentem contra gloss. *hic in verbo prædictorum*, & Alter. *de censur. disput. 12. de interdicto cap. 2. col. 10. versic. 2.* Et idem Bonac. *loco proximè citato, num. 3.* existimat paruitatem materiæ excusare ab hac censura, quia excusat à mortali peccato, consequenter etiam à graui censura, quæ mortale peccatum supponit, quicquid dicat Alter. *vbi proximè, vers. ad declarationem.* Et denique idem Bonac. *n. 7.* tenet hanc suspensionem facta reali restitutione tolli absque alia absolutione, quia suspẽsio sub cõditione, vel ad certum tempus lata cessat adimpleta conditione, quãuis Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 3. n. 22.* Alter. *tom. 2. disp. 16. cap. 3. col. 6.* & alij oppositum sententiant.

Ex hoc text. colligitur validam esse consuetudinem vt fructus primi, secũdi, & sequentium annorum Prælato defuncto, vel eius hæredibus applicentur, vt per Cou. *in cap. cum in officiis. n. 9. vers. caeterùm, de testam.* Nau. *de reddit. q. 3. num. 12. & in apologia q. 1. monita 48. alias. q. 1. monita. 52. à n. 6.* Sarmien. *in defensorio monit. 48.* Gam. *Lusit. decis. 313. n. 7. ad fin.* Cuius rei rationem reddit Abb. *in d. c. cum in officiis, n. 5. ad fin.* quòd talis consuetudo Ecclesiæ non præiudicat, sed tantum successori, ad quem pertinent fructus sequentium annorum. Verùm reprehenditur à Cou. *proximè citato loco*, aduertente quod etiam relicta à defuncto debent futuro successori reseruari, iuxta text. *in Clem. statutum 7. de elect. cum similibus.* & ideo non rectè Abb. videtur facere differentiam inter fructus sequẽtium annorum, & relicta à defuncto. 2

Vnde minus benè Nau. *citatis locis*, quem sequitur Gutier. *lib. 2. pract. q. 114. n. 14.* cõtẽdit in terminis huius Extrau. iuxta doctrinã glos. *in præf. verbo defuncto*, non posse defendi consuetudiñe, quæ fructus primi, & secundi anni applicat defuncto, vel eius hæredibus, nisi vt conuertantur in opera ad liberandam animam defuncti à purgatorio, quia de consuetudine contrarium obseruari, testis est Sarmien. *dicto mon. 48.* 3

In gloss. *Primi, vel secundi, aut alterius.* ibi, *meritò est reprobanda.* Notatur ad hoc quòd infinitas reprobatur, vt per Escob. *de ratiocin. c. 18. n. 4* Valasc. *cons. 51. n. 49. & de partit. c. 9. n. 50. & 51.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 600. n. 3.* 4

In glos. *Vacantiã.* ibi, *quòd etiãsi in instanti miraculosè resuscitetur, &c.* Vide la[illegible] Garc. Girond. *de priuileg. seu exempt. explic. n. 1283.* [illegible]it, quòd resuscitatus recuperat filios, non tamẽ vxorẽ, &c. *n. 1284.* quod nõ tenetur iterum baptizari, nec ordinari, & *n. 1286*, quòd monachus resuscitatus tenetur redire ad monasterium. 5

De Rebus Ecclesiæ non alienandis.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Doctores citantur de eius materia agentes.*
3 *Textus hic an sit hodie vbique vsu receptus, ostenditur*
4 *Locatio fructuum Ecclesiasticorum vltra triennium non est licita, & valida.*
5 *Alienationis nomine quæ comprehendantur, & an Prælatus possit repudiare legatum, seu hæreditatem relictam Ecclesiæ, ostenditur.*
6 *Bona immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, non valent absque solemnitate hypothecari.*
7 *Bona Ecclesiastica non possunt locari vltra triennium.*
8 *Beneficiarius potest se obligare obligatione personali ad dãdã cõmmoditatẽ & ius percipiẽdi fructus ad multos annos, vel durante vita ipsius beneficij.*
9 *Triennium vltra quod non possunt bona Ecclesiastica locari, computandum est ex tribus fructuum collectionibus, & n. 39.*
10 *Triennium de quo in hoc text. potest per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos.*
11 *Locatio facta vltra triennium de bonis Ecclesiæ an in totum vitietur, vel quoad dictum triennium sustineatur, ostenditur, & num. 12.*

13 *Locatio*

13 *Locatio de bonis Ecclesiæ si fiat ad duo triennia adiecto pacto ut post primum incipiat secundum, an valeat, ostenditur.*

14 *Ecclesiæ res in quibus casibus inconsulto Romano Pontifice alienari possint, remissiuè.*

15 *Bona Ecclesiæ in emphyteusim cōcedi possūt Romano Pont. inconsulto tribus concurrētibus cōditionibus.*

16 *Prælatus potest de iure liberè res solitas concedere in emphyteusim, vel feudum, cui vult, conferre etiam absque Capituli consensu.*

17 *Bona ut in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit unica concessio, & esse elapsos 40. annos.*

18 *Emphyteuticæ res Ecclesiæ solitæ emphyteuticari si ad Ecclesiam revertantur possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*

19 *Bona, quæ servando servari non possunt, sunt res mobiles, quæ non durant triennio, vel usu consumuntur, & non fructificant.*

20 *Alienatio vini, olei, frumenti, ouiū, caprarum dummodo non sit totus grex, fieri potest sine solēnitate.*

21 *Excommunicationem incurrunt alienantes, vel locantes res, seu bona Ecclesiastica extra casus à iure permissos in plures quàm in tres annos.*

22 *Concil. Trident, sess. 22. de reform. cap. 11. comprehendit solummodo occupantes, bona Ecclesiastica, vel ea usurpantes.*

23 *Alienans res Ecclesiæ absque debita solemnitate ex ignorantia iuris vel facti, modo ignorantia non sit coniuncta cum ingenti temeritate, non incurrit excommunicationem de qua in hoc text.*

24 *Alienans res Ecclesiæ absque debita solemnitate si pœnitentia ductus alienationem revocauit ante realem & pacificam traditionem, non incurrit excommunicationem, de qua in hoc text.*

25 *Cardinales an subiiciantur legibus, & pœnis contra alienantes indebitè bona Ecclesiastica impositis, remissiuè.*

26 *Beneficiis ipso facto priuantur inferiores, qui Ecclesias cum cura, & sine cura habentes beneficia & bona sine solemnitate huius Extrauag. alienant.*

27 *Arbores fructifera cædi non possunt, & si succiderit emphyteuta poterit priuari.*

28 *Usufructuarius arbores fructiferas cædens amittit ius, quod habet, & expelli potest.*

29 *Colonus & conductor arbores fructiferas cædens expelli potest.*

30 *Beneficiarius succidens arbores, quæ radices egerunt etiam non fructiferas, incurrit excommunicationem de qua in hoc text.*

31 *Sylua immatura à fructuariis succidi non potest.*

32 *Emphyteuta punitur propter incisionem lignorum, quæ breui tempore non renascuntur.*

33 *Prælati & beneficiati syluas caduas, quæ maturæ sūt, & breui tempore renascuntur, cædere possunt.*

34 *Sylua cædua illa dicitur, quæ destinata est ad hoc ut cædatur, & talis esse debet ut succisa ex stirpibus vel radicibus renascatur.*

35 *Arbores syluæ cæduæ sunt eius qualitatis, ut nisi excidantur certis annis adeo senescant, ut renascantur nunquam.*

36 *Emphyteuta syluas cæduas cædere potest.*

Extrauag. Ambitiosæ. Vnic. *Paul. II.*

1 PROHIBET omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, cōcessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia; & innouat decreta, & Constitutiones prædecessorum super hoc editas. Et ita quando contra hoc decretum Ecclesiarum bona alienantur non tenet alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, infeodatio, & tam ille, qui alienat, quàm qui alienatas res accipit excommunicationis sententiam incurrunt. Si verò fuerit Episcopus, vel Abbas, qui bona Ecclesiæ alienat inconsulto Papa, ingressus Ecclesiæ illis penitus interdicitur, & si in tali interdicto obstinatè perdurauerint per sex menses eo ipso sunt suspensi ab omni administratione Ecclesiæ, vel monasterij in temporalibus, & spiritualibus. Inferiores verò, qui Ecclesias cum cura, vel sine cura habentes beneficia, & bona alienant, sunt ipso facto beneficiis priuati, & tanquam vacantia possunt conferri aliis, exceptis ipsis priuatis, & bona alienata reuertuntur ad easdem Ecclesias. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 167.* Alagona *in compend. pag. 427.*

2 Explicatur hæc Extrauag. à Hieron. Maynasio *in consulto de spoliis num. 2-4.* & integris repetitionibus eam declarant Benedict. Canofilus, & Bartholom. Petrus; & de illius materia, & intellectu plura tradunt citati per Cened. *ad Sextum collect. 32.* quibus addo Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 115. cum seqq in 1. edit. alias resol. 100. cum multis seqq. in 2. edit.* Scott. *in selectas constit. theorem. 117.* Bonac. *var. tract. lib. 1. tract. 2. de alienat. bonorum Ecclesiast. & de censur. extr. Bullam disp. 2. quæst. 4. puncto 11.* Quarant. *in summa Bullarij verbo alienatio rerum Ecclesiæ*, Fill. *to. 3. tract. 44. cap. 1. num. 7. cum seqq* metipsum *de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 95. per tot.*

3 Vtrùm autem hæc Extrauag. fuerit & sit hodie usu recepta, videtur ab aliquibus in dubium reuocari? In quo affirmatiuā partem sustinet Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1673. in princ. & in praxi rerum fori Eccles. decis. 95 in 1. edit. aliàs resol. 81 in 2.* Henriq *in sum lib. 13. cap. 56. §. 3. lit. T.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 21. num. 15. & resol. 38. num. 10. & resol. 50. num. 28.* Filliuc. *tract. 44. cap. 1. num. 8.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. capit. 60. num. 1.* Melch. Phœbus *Lusit. decis. 60. num. 1. tom. 1.* Rot. *in una Brixien. locationis 5. Decemb. 1594.* coram Penia, impressa per Farin. *decis. 30. num. 5. par. 1. recent.* in qua fuit dictum Rotam non seruare decisionem Mohedani 8. *de locato*, dicentem probandum esse usum huius Extrauag. cuius similes refero ego ipse *d. p. 3. allegat. 95. n. 49.* cùm enim sit inserta in corpore iuris, præsumitur de iure usu recepta. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 35. num. 1.* Eugen. *cons. 24. num. 2. to. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 6. num. 25.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 21. n. 15.* Et saltem quoad nullitatem contractus, non verò quoad pœnas excommunicationis, & alias extrinsecas receptam esse defendunt Sarmien. *de redditib. Ecclesiast. p. 1. cap. 2. n. 20.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 91. vers. tertiò de hac Pauliana*, Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 74. vers. circa quam Constit. in nouiss. edit.* Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiast. num. 48.* plures ex citatis per Cened. *ad Sextum collect. 32. n. 1.* Gam. *decis. 390. n. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 4. n. 15.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 2. q. 1. vers. quod attinet*, Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 466. n. 10.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 14. q. 5.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract. 2. c. 12. quæst. 66. ante resolut.*

4 *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum,* &c.] Ergo comprehendit fructus & redditus rerum Ecclesiasticarum, ac proinde locatio fructuum vltra triennium, non erit licita & valida, sicuti docent Gam. *Lusitan. decis.* 390. *n.* 6. *& decis.* 156. *n.* 2. Boër. *decis.* 224. *num.* 2. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 14. Philiarch. *de offic. Sacerd. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 22. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. Fr. Emman. *in summ. to.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. Solis *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. Quintanad. *Ecclesiast. lib.* 2. *num.* 69. Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut.* 106. Cened *ad Decretal. collect.* 76. *n.* 3. Bonacin. *var. tract.* 1. *de alienat. bonorum Ecclesiast. disput.* 2. *quæst. vnic. puncto* 2. *num.* 25. *vers. sed oppositum mihi probabilius videtur,* ego ipse *d. alleg.* 95. *n.* 20. Contra Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *ad fin.* Iacob. de Graff. sibi contrarium *d. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 20. Auendan. *de exequendis mand. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 32. *ad fin.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 21. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo alienatio* §. 3. Vasquez *de redditib. cap.* 1. §. 2. *numer.* 34. Scott. *in selectas Constit. theor.* 115. Filliuc. *d. tract.* 44. *cap.* 4. *quæst.* 1. Caroc. *p.* 3. *tit. de rebus Ecclesiast. locan. num.* 51.

5 *Alienationem.*] Nomine alienationis in præsenti materia intelligitur actus, quo dominium rei directum, vel vtile, aut vsusfructus, aut ius in alterum transfertur, vel abdicatur, ac proinde non solùm venit venditio, aut alius contractus gratuitus, vel onerosus, quo rei dominium in alterum transfertur, verùm etiam hypotheca, locatio vltra triennium, infeudatio, & contractus emphyteuticus, vt per Redoan. *de alienat. rerum Eccles. quæst.* 2. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 22. *sect.* 6. *numer.* 6. Mat. Alter. *in simili tractat. tom.* 2. *disput.* 16. *cap.* 2. *col.* 3. *vers. alia suspensio,* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 2. Filliuc. *tom.* 3. *tractat.* 44. *cap.* 2. de his & aliis dixi *ad cap. nulli, de rebus Eccles.* An autem Prælatus seu beneficiarius possit remittere caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ absque solemnitate & auctoritate Sedis Apostol. vide quæ dixi *in collectan. ad c. potuit, de locato num.* 121. & *ibi* citatis addo Bonacin. *var. tractat. tit. de alienat. bonorum Ecclesiast. quæst. vnica puncto* 2. *n.* 21. Vtrùm verò Prælatus validè & absque pœna excommunicationis de qua *in hoc text.* possit repudiare hæreditatem, seu legatum relictum Ecclesiæ non seruata solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiæ quæstio est dubia, in qua licèt Lamberrin. *de iure patron. lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 1. *num.* 31. *concl.* 5. & alij resoluant non posse, tamen contrarium verius esse, ac proinde dispositionem huius Extrauag. non habere locum in repudiatione seu remissione legati, vel hæreditatis, ac rei Ecclesiæ non incorporatæ meritò tradunt Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ n.* 43. *limit.* Seraphin. *de privileg. iurament. priuil.* 71. *n.* 32. Ceruantes *l.* 6. *Taur. n.* 79. Spin. *in speculo testam. gloss.* 8. *princ. num.* 63. *in fine,* Scott. *in select. constitut. epist. 1. theor.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disput.* 4. *n.* 11. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 97. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 82. *in* 2. *edit.* Bonac. *d. quæst. vnic. puncto* 2. *num.* 33.

6 *Hypothecam.*] Notatur ad hoc quòd immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, non valent absque solemnitate oppignorari, vel hypothecari, vt per Couar. *lib.* 2. *var. c.* 16. *num.* 7. Vasq. *in opuscul. de redditib. cap.* 2. §. 2. *dub.* 8. Quarant. *vbi supra num.* 16. *&* 17. Bonacin. *d. quæst.* 2. *puncto* 2. *n.* 23.

7 *Locationem, & conductionem.*]Notatur ad hoc quòd omnes res, & bona Ecclesiastica non possunt locari vltra triennium, vt per Perez *ad tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 202. Couar. *cap.* 16. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 603. *num.* 28. Azeued. *l.* 33. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Recopilat.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 3. *& p.* 3. *lib.* 8. *tract. de locato cap.* 3. *quæst.* 3. Chal. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 2. *num.* 28. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Caroc. *de locato p.* 3. *tit. de rebus Ecclesiæ locan. concl.* 5. 6. *&* 9 Vasq. *in opus. de reddit. cap.* 2. §. 2. *dub.* 1. *cum seqq.* Bonacin. *d. quæst.* 2.
puncto 2. *num.* 24. Cùm autem promissio de re locan- 8
da non sit locatio, nec alienatio, sed obligatio personalis alienandi, poterit beneficiarius obligare se obligatione personali ad dandam commoditatem, & ius percipiendi fructus ad multos annos, vel durante vita ipsius beneficiarij, quia hoc pacto non dicitur rem Ecclesiasticam alienare cum nullum ius rei transferat in alterum, sed solùm obligetur personaliter, ita Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 13. Quarant. *vbi suprà num.* 18. *vers.* 3. Molin. *disput.* 466. *num.* 5. *vers. in tertia autem,* Filliuc. *d. cap.* 2. §. 1. *quæst.* 8. Bonacin. *d. quæst. vnica puncto* 2. *sub numer.* 24. *vers. addo cum Molina.*

Vltra triennium.]Computandum scilicet ea tribus 9
fructuum collectionibus: ita vt si ex quolibet triennio vnus tantùm fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debebit, & locatio fieri poterit vsque ad nouennium, sicuti docent Couar. *d. cap.* 16. *n.* 6. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 8. *& lib.* 9. *cap.* 2. *quæst.* 2. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ n.* 18. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 22. Nauar. *in tract. de alienat. rerum Eccles. n.* 21. Chald. Pereira *d. c.* 2. *n.* 31. Vasq. *in opuscul. de redditib. cap.* 2. §. 2. *dub.* 6. *n.* 30. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 60. *n.* 10. Filliuc. *d. tract.* 44. *c.* 2 *q.* 3. Bonac. *d. puncto* 2. *n.* 24. *vers. aduertendum,* ego ipse *d. alleg.* 95. *num.* 4.

Cùm autem hæc Extrauag. non iubeat locationes 10
fieri vsque ad triennium, sed ne vltra fiant solummodo prohibeat, poterit triennium illud per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos, vt tenent Alex. *cons.* 160. *à n.* 6. *vol.* 6. Anchar. *cons.* 116. *n.* 5. Ego ipse *d. alleg.* 95. *num.* 18.

Vtrum verò locatio facta vltra triennium in totum 11
vitietur, aut quoad triennium sustineatur, quæstio est dubia, vna opinio tenet hanc locationem in totum nullam esse, nec quoad triennium sustineri, vt probari videtur ea verbis huius Extrauag. ibi, *nullius omnino sit roboris, & momenti,* quæ propter illam particulam, *omnino,* omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat. Quare ita docent Bart. *in auth. qui rem num.* 7. & *ibi* Ias. *n.* 21. *C. de sacros. Eccles.* Couar. *d. cap.* 16. *n.* 5. Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 75. *in fine C. de bonis mat.* Gutier. *in l. nemo potest, n.* 53. *ff. de legat.* 1. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 29. *n.* 15. Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 2. *n.* 30. *& de empt. c.* 32. *num.* 32. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 4. *& lib.* 9. *c.* 2. *quæst.* 4. Cardin. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 5. *in princip.* Vasq. *d. cap.* 2. §. 2. *dub.* 5. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *num.* 22. Camil. Borel. *in summa omnium decis. tit.* 16. *num.* 5. Rot. apud Farin. *decis.* 30. *p.* 1. *recent.*

Altera opinio ex diametro contraria tenet locatio- 12
nem rerum Ecclesiæ factam ad plures annos validam manere quoad dictum triennium, per *reg. vtile, de regul. iuris lib.* 6. eámque sostinent Bald. *in auth. si quas ruinas C. de sacros. Eccles.* Clar. *in* §. *emphyteusis q.* 6. *& in* §. *donatio quæst.* 17. *num.* 2. Molin. *de primoge. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 28. *vers. contrarium,* P. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 467. *col.* 2. Perez *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 203. *colum.* 1. Stephan. Quarant. *d. verbo Alienatio*

rerum

*rerum Ecclesiæ n.*58. Gam. *Lusit. decis.* 390. Vgolin. *de officio Episcopi c.*14. §. *n.*5. *vers.*4. Rebello *de obligation. iustit. p.*2. *lib.*1. *quæst.*6. Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut.* 102. *in* 2. *edit.* Ego vtramque opinionem adhibita distinctione ad concordiam reduxi *d. part.*3. *alleg.*95. *n.*11. *cum seqq.* vbi videre poteris ne ibi dicta hic transcribere videar.

13 Quid dicendum si locatio fiat ad duo triennia, eo adiecto pacto vt post primum incipiat secundum, an valeat? Communis tenet sententia talem locationem vltra triennium non tenere, sicuti scribunt, Lap. *alleg.* 12. Alex. *cons.*165. *lib.*2. Couar. *d.c.*16. *n.*4. Valasc. *de iure emphyt. q.*29. *n.*15. Molin. *d. tract.*2. *disp.*466. *col. fin.* Azor. *d. lib.*9. *c.*2. *quæst.*3. Ego ipse *d. alleg.*95. *n.*17. Vasq. *in opuscul. de redditib. cap.*2. §.2. *dub.*4. *n.*25. Bonac. *d. q.*2. *puncto* 2. *sub n.*24. Scort. *in selectas consist. epit.*43. *theorem.*115.

14 *Præterquam in casibus à iure permissis.*] Qui sint isti casus vltra expressos in hac Extrauag. in quibus res Ecclesiæ inconsulto Romano Pont. alienari possunt, dixi ego ipse *d. alleg.*95. *à n.*22. videlicet si eueniat casus necessitatis Ecclesiæ, vel pietatis, scilicet, pro redemptione captiuorum, & alimonia pauperum, seu incommoditatis, veluti quando res est Ecclesiæ incommoda aut inutilis, & à *num.*50. *vsque ad n.*65. nouem casus adduco & declaro.

15 *Ac de rebus, & bonis in emphyteusim* &c.] Notatur ad hoc quòd bona Ecclesiæ in emphyteusim concedi possunt Romano Pont. inconsulto tribus concurrentibus conditionibus, purà in casibus à iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim,

16 & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate, secundùm ea, quæ latè deduxi *d. alleg.*95. *à n.*22. & ibi citatis addo Bonac. *d. q. vnic. puncto* 2. *n.*20. Prælatus enim potest de iure liberè res solitas concedere, vel in emphyteusim, vel in feudum, cui vult, conferre etiam absque consensu Capituli, sicuti docent Bald. *in c.*1. *col.*1. *qui feud. dare pos.* vbi Ias. *n.*7. *vers. an autem*, Felin. *in c. cum causa n.*14. *de iudic. & in c. edoceri sub n.*2. *de rescript.* Federic. de Senis *cons.*109. *incip. Quidam Prælatus*, Castren. *cons.*134. *lib.*1. Curt. iun. *in tract. de feudis p.*2. *q.*1. *n.*2. *& q.*2. Menoch. *cons.*79. *n.*6.

17 *Ab antiquo concedi solitis*, &c.] Vt bona in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos quadraginta annos, secundum Rebuff. *de rebus Eccles. non alien. n.*33. Gam. *Lusit. decis.* 342. *n.*4. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *n.*136. Marc. Anton. Genuens. *d.c.*60. *n.*5. cum aliis per me adductis *d. alleg.* 95. *num.*36.

18 Res Ecclesiæ solitæ concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetratu si ad Ecclesiam reuertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarũ, sicuti docet Gam. *Lusit. decis.*24. *& decis.* 36. *n.*6. *& decis.*344. *n.*4. Rot. Bonon. *decis.*13. *n.*7. *&* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 81. *à n.*5. *& cons.*66. *n.*31. *& cons.*79. *n.*1. *cum seqq. & cons.*90. *n.*12. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiæ n.*39. *&* 40. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verbo alienatio rerum Ecclesiæ* §.3. Chald. Pereira *de renouat. emphyt. q.*16. *num.*71. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.*126. *in* 1. *edit. alias resol.*15. *in* 2. *edit.* Melch. Phœbos *Lusit. decis.*82. *n.*34. *tom.*1. Camil. Borrel. *d. tit.*33. *à n.*129. Ceuall. *commun. contra commun. tom.*3. *quæst.*897. *à num.* 899. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*6. *num.*194. Ego ipse *d. alleg.*95. *n.*29. vbi *numeris seqq.* hanc sententiam multis comprobo fundamentis.

19 *Quæ seruando seruari non possunt.*] Quæ autem sint hæc bona, quæ seruando seruari non possint, vix definiri valent, nisi dicamus esse res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant, vt exemplificant Nauarr. *de alienat. rerum. Eccles. n.*4. Rebuff. *in compend. alienat. n.*25. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccles. n.*38. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.*62. *in* 1. *edit. al. resol.*59. *in* 2. *edit.* Marc. Anton. Genuens. *d.c.*60. *n.*7. Ego ipse *d. alleg.* 95. *n.*38. vbi *n.*39. limito nisi sint res mobiles pretiosæ, quia æquiparantur immobilibus, & pari passu ambulant in hac materia. Vnde sequitur validam esse alienationem vini, olei, frumenti, ouium, caprarum, & cæterorum similium sine solemnitate, quia huiusmodi bona non censentur pretiosa, quæ seruando seruari non possint, vt ex Molin. Quarant. & aliis tradunt 20 Bonacin. *d. tract. de alienat. bonor. Eccles. q. vnica, puncto* 2. *num* 4. vbi subdit non posse vendi totum gregem ouium de quo percipi consueuerunt redditus, & emolumenta.

21 *Sententiam excommunicationis incurrat.* Notatur ad hoc quod alienantes, vel locantes res, seu bona Ecclesiastica extra casus à iure permissos in plures quàm in tres annos sententiam excommunicationis incurrunt, vt per Rainer. *in catalogo censur. extra Bullam in Cœna Domini c.*2. *excomm.*13. Filliuc. *tract.*14. *num.*9. *vers. septima, & num.*114. quos refero ego ipse *d. p.*3. *allegat.*50. *num.* 235. secundùm Lugdunens. impress. & licet aliqui apud Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. p.*1. *cap.*15. *num.*53. teneant male recipientes, & alienantes bona Ecclesiastica, seu alienationi consentientes (si consentiens sit clericus) affici excommunicatione Papæ reseruata *in Concilio Trid. sess.*22. *de reform. c.*11. Contrarium tamen melius sustinet Filliuc. *de tract.*44. *c.*6. *q.*3. *n.*3. quia decretum 22 illud Concilij comprehendit solummodo occupantes bona Ecclesiastica, vel ea vsurpantes, ad not. per Soar. *to.*5. *de censur. disp.*22. *sect.*6. *n.*22. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*9. *c.*27. *quæst.*10. *in med.* Zerol. *in praxi Episcop. part.*1. *verbo bona*, Sayr. *de censur. lib.*3. *cap.*31. *num.*26.

A censura tamen huius text. excusatur alienans ex 23 ignorantia iuris, vel facti, modo ignorantia non sit coniuncta cum ingenti temeritate, vt per Nauar. *consil.*19. *de rebus Eccles. non alien. in nouis*, Quarant. *vbi supra num.*9. *&* 5. Filliuc. *d. tract.*44. *c.*6. *quæst.*4. *num.* Bonac. *d. q. vnica, puncto* 5. *sub num.* 1. *vers. ex quo sequitur*, vbi etiam subdit hanc censuram non incurri ob tractatum, cogitationem, vel attentationem alienationis.

Excusatur etiam ille, qui bona Ecclesiæ alienauit 24 absque debita solemnitate si pœnitentia, aut alio titulo ductus alienationem reuocauit ante realem & pacificam traditionem, vt per Couar. *lib.*2. *cap.*16. *num.*7. Nauar. *cons.*18. *de rebus Eccles. non alien.* Quarant. *vbi supra num.*5. Filliuc. *tract.*14. *num.*119. *& tract.*44. *cap.*6. *quæst.*5.

Vtrum autem Cardinales subiiciantur legibus, & 25 pœnis contra alienantes bona Ecclesiastica impositis? vide Bonacin. *dict. quæst. vnic. puncto* 5. *num.*6.

Inferiores verò Prælati, &c.] Notatur ad hoc quòd 26 inferiores, qui Ecclesias cum cura, vel sine cura habent, & beneficia, & bona sine solemnitate huius Extrauag. alienant, ipso facto beneficiis priuantur, vt per Petr. Greg. *de re benefic. cap.*25. *num.*16. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*15. *num.*63. Massobr. *in praxi habendi concursum requis.*1. *dub.*2. *num.*24. secundùm Romanam impress. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.*3. *alleg.*57. *num.*226.

Restat nunc pro coronide decidenda quæstio, an & 27 quando Prælati seu beneficiati cædentes arbores cæduas ad suam Ecclesiã seu beneficia spectantes euadãt

excommunicationem in hac Extrauag. comminatam,
cuius resolutio pendet solùm ex cognitione an syluæ
sint omnino cæduæ, an verò aliquo modo fructiferæ
dicantur, nam sicut emphyteuta arbores frugiferas
cædés amittit ius quod habet, & expelli potest, Clar.
in §. emphyteusis quæst. 26. Bursat. *cons.* 91 *n.* 3. *lib.* 1. Pi-
nel. *in l.* 1. *de bonis mat. p.* 2. *n.* 60. Surd. *decis.* 286. *n.* 9.
Ioann. Garc. *de expens. cap.* 11 *num.* 34. D. Barbos. *in l.*
28 *diuortio §. si fundum n.* 15. *&* 16. *ff. soluto matr.* & pari
modo vsufructuarius, ad tradita per Mieres *de maio-
ratu p.* 4. *q.* 39. *num.* 5. Crass. *§. legatum q.* 33. *in princ.*
D. Barbos. *in d. §. si fundum, num.* 17. *&* 18. necnon co-
29 lonus, & conductor, secundum Caroc. *de locato gradu
4. accid. quæst.* 3. *n.* 5. *&* 6. Menoch. *cons.* 13 *num.* 4. *&
seq.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 94. *p.* 2. Caualcan. *in
decis.* 44. *n.* 72. *in princ. p.* 1. ita beneficiatum succiden-
30 tem arbores, quæ radices egerint etiam non fructi-
feras incurrere hanc excommunicationem consuluit
Nauar. *cons.* 6. *&* 7. *hoc tit. de reb. Ecclesiæ non alienand.*
& ex eo Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 5. vbi
quod Abbas sine consensu Conuentus & sui Gene-
ralis arbores fructiferas & non fructiferas scindendo,
& vendendo peccat, & excommunicationem contra
malè alienantes res Ecclesiasticas latam incurrit, nisi
arbores tantum opacas locorum sui monasterij pro
vberiori fructuum collectione cædat, præsertim si ar-
borum abscissarum pretia in commodum & vtilita-
tem monasterij conuertat, tunc enim neque peccat,
31 neque in pœnam aliquam incidit, & dicit Cardin.
Mantic. *d. tit.* 9. *num.* 31. quòd sylua immatura à fru-
32 ctuarius succidi non potest, addit Crass. *de successionib.
verb. legatum q.* 33. emphyteutam, & cæteros huius-
modi puniendos esse propter incisionem lignorum,
quæ breui tempore non renascuntur.

33 Ex quibus colligo Prælatos & beneficiatos syluas
cæduas quæ maturæ sunt, & breui tempore rena-
scuntur, absque censurarum incursu cædere posse,
has enim & vsufructuarius cædere potest, *ad l. ex
sylua & l. si ab fente ff. de vsufruct. l. diuortio §. si fundum*
34 *ff. soluto matrim.* Sylua autem cædua illa dicitur, quæ
destinata est ad hoc vt cædatur, & talis esse debet, vt
succisa ex stirpibus, vel radicibus renascatur, vt per
text. *in l. sylua cædua ff. de verbor. signif.* vbi Alciat. &
Rebuff. tradit Alexand. *cons.* 118. *n.* 3. *l.* 5. & ego ipse *in*
35 *meo dictionar. Lusitanicolat. lit. D. col.* 390. hæc enim
verè dicitur sylua cædua etiamsi aliquos modicos fru-
ctus producat, sunt tamen illius arbores eius qualita-
tis vt nisi excidantur certis annis adeò senescunt, vt
renascantur nunquam, sicut optimè notat Ioan. Garc.
de expens. & meliorat. c. 12. *à n.* 79.

36 Sic à simili posse emphyteutam absque incursu
pœnæ *auth. qui rem C. de sacros. Eccles.* syluas cæduas
incidere, resoluunt Mieres *de maioratu p.* 4. *q.* 39. *n.* 5.
Crass. *d. §. legatum q.* 33 *vers. aut verò quærimus*, Pinel.
in l. 1. *C. de bonis mat. p.* 2. *n.* 59. D. Barbos. *in d. l. diuor-
tio §. si fundum, n.* 3. Gutier. *de tutel. p.* 3. *c.* 27. *n.* 9. Card.
Mantic. *d. tit.* 26. *num.* 7. *&* 31.

De emptione, & venditione.

TIT. V.

SVMMARIVM.

1 *Censuales contractus etiamsi fiant per decem ad centum, & cum conditione vt venditor possit in totum vel in partes redimere censum, non tamen possit cogi ad redimendum, sunt liciti, non vsurarij.*

2 *Census consignatiui contractum approbauit, & sub certa forma seruari solitum decreuit Martinus V. in præsenti.*

3 *Census emptio, & venditio an & quando, & cum quibus conditionibus sit licita, remissiuè.*

4 *Pius V. edidit constitutionem super forma creandi census.*

5 *Constitutio super forma creandi census à Pio V. edita in Hispania, & apud Germanos, ac Belgas non fuit recepta.*

6 *Censualis contractus natura est vt possit quandocunque census redimi & extingui.*

– *Census redimi potest in totum, vel pro parte, contraria conuentione non obstante.*

8 *Census tunc redimi dicitur quando per debitorem illius restituitur domino census liberè recipienti pretium, quod in illius emptionem, & acquisitionem fuerat erogatum.*

9 *Census extinctio non sequitur absque pretij restitutione.*

10 *Censum redimibilem emere, vel vendere licitum est.*

11 *Redemptio in censibus & redditibus annuis, qui cum pacto redimendi constituuntur, an perpetuò absque vlla temporis præscriptione permissa sit? ostenditur.*

12 *Census iustè constitui potest ad vitam ementis, etiamsi tanto tempore is superuixerit quod fructus excedant pretium solutum.*

13 *Contractus erit illicitus si census, seu redditus annui redemptio conferatur in voluntatem venditoris, hac tamen lege vt maiori pretio redditus redimendus sit quàm constitutus fuerat.*

EXTRAVAG. Regimini. I. *Martin. V.*

CONTRACTVS censuales etiamsi 1
fiant pro decem ad centum, & cum con-
ditione vt venditor possit in totum, vel
in partes redimere censum, non tamen
possit cogi ad redimendum, sunt liciti, non vsurarij
Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *p.* 181. Alagon. *in
compend. pag.* 432.

Contractum census consignatiui approbauit Mar- 2
tin. V. *in præsenti*, & sub certa forma seruari solitum
decreuit, cuius Constitutionem confirmauit Calix-
tus III. *in seq. cap.* vt referunt Marc. Anton. Eugen.
cons. 100. *n.* 34. *lib.* 1. Felician. de Solis *de censib. tom.* 2.
lib. 1. *c.* 1. *num.* 1. *&* 2. Cenc. *in simili tract. part.* 1. *cap.* 1.
quæst. 2. *à princip.*

An autem & quando, & cum quibus conditioni- 3
bus emptio, & venditio census sit licita, vide Greg.
l. 28. *verbo à censo tit.* 8. *p.* 5. Sot. *de iustit. l.* 6. *q.* 5. Couar.
lib. 3. *var. cap.* 7. *num.* 2. *cum seqq.* Nau. *de vsuris §.* 22. *à
num.* 72. *cum seqq.* Mich. de Palac. *de contract. lib.* 4. *c.* 6.
& 7. Brunor. à Sole *in quæst. legalib. q.* 2. *cum duabus
seq.* Franc. Garc. *p.* 2. *contractuum. cap.* 4. Ioan. Garc. *de
expens. c.* 9. *n.* 73. *cum seq.* Petr. Salaz. *de vsu & consue-
tud. cap.* 11. *n.* 72. *& à num.* 74. Caualcan. *p.* 2. *decis.* 2.
num. 48. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 12. *n.* 6. *&* q. 32.
n. 8. *col.* 2. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo contractus
censuales*, plures refert Cened. *ad Sextum collect.* 24.
num. 1.

Super forma creandi census constitutionem edidit 4
Pius V. *incip. Cum onus, sub dat. Romæ* 14. *Kalend. Fe-
bruarij* 1568. quã referunt Nau. *in man. c.* 17. *à n.* 232.
Quarant. *in sum. Bullarij verbo contract. censualis*, eam-
que declarant Bursat. *consil.* 214. Ioan. Lup. *in l.* 2. *de
pactis inter emp. §.* 2. *n.* 84. Molin. *de instit. tract.* 2. *à
disp.* 389. *vsque ad disp.* 395.

Verùm quòd in Hispania recepta non fuerit, testan- 5
tur Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 20. *§.* 3. *lit. I.* Fr. Emman.
in

*inexplicat. Bullæ Cruciatæ. pag.*214. Valasc. *conf.*133. *num.*10.Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. libro* 2. *conclus.*7. *in coronide*, vbi etiam quòd apud Germanos non recipitur, & quòd nec apud Belgas asserit Lessius *de iustit.lib.*2.*cap.*25.*dub.*3.*num.*33.

6 *Possent extinguere, & redimere*, &c.] Notatur ad hoc quòd de natura contractus censualis est, vt possit census quandocunque redimi & extingui, vt per Cenc. *de censib. part.*2.*cap.*1. *quæst.*3.*art.*7. *a princip.* Stephanus Gratianus *discept.it.forens.cap.*258.*n.*18. & 19. Rot. *apud eundem Cenc.decis.*151.*num.*2.& 5. itaut si conuentione partium irredimibilis sit, redimi tamen possit in totum, vel pro parte, contraria conuentione non obstante, sicuti docent Couar. *l.*3.*variar.cap.*8.*num.*7. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.*3.*tit.de constitut.redituum, art.*1.*glos.*17.*n.penult.* Ioan. Garc. *de expensis, c.*9.*num.*75. Cardol. *in praxi Triduum verbo censiu, num.*10. Gutieres. *pract. lib.*3 *q.*168. *num.*7.

7 Redimi autem tunc census dicitur cum per debitorem illius restituitur domino census liberè recipienti pretium, quòd in illius emptionem, & acquisitionem fuerat erogatum, vt per Felician. *de censibus tom.*2. *lib.*4.*c.vnic. n.*12.*vers.qualiter*, Cenc. *in simili tract.part.*3.*cap.*1.*quæst.*3 *art.*1.*num.*4. Et absque tali pretij restitutione census extinctio non sequitur, vt fuit dictum *in Rot.decis.*204.*num.*3.& 4.& *decis.*182. *n.*1.& *decis.*222.*n.*3.& 4.impressa per eundem Cenc. *in fine dicti sui tractatus.*

8 Notari etiam solet text. in præsenti ad hoc quòd censum redimibilem emere, vel vendere licitum est, vt per Couar. *lib.*3.*variar.cap.*7.*n.*2. Tiraq. *de retract. lig.*§.1.*glos.*6.*n.*15. Anton. Gom. *ad l.*68.*Tauri, num.*2. Valasc. *de iure emphyt. q.*32.*n.*8. Ioan. Garc. *dict.c.*9. *n.*73. Molin. *d.tract.*2. *disp.*385.

9 *Quandocunque vellent*, &c.] Vtrùm autem in censibus, & redditibus annuis, qui cum pacto redimendi constituuntur, ea redemptio perpetuò absque vlla temporis præfinitione permissa sit? Couar. affirmatiuè respondet *lib.*1. *variar. cap.*9. *num.* 8. multis adductus rationibus per illum adductis. Communis tamen est in contrarium, vt per Ant. Gomez *variar. tom.*2. *capit.*2.*num.*28. Gam. *Lusit. decis.*247. *num.*3. Perez. *l.*2. *tit.*13. *lib.*3. *Ordin.* Anton. Gabr. *commun. opin.lib.*5.*tit. de præscript.conclus.*6. Menoch. *de arbitrar. casu* 217.*num.*2.

10 Census quoque rectè & iustè constitui potest ad vitam ementis, & contractus dicitur licitus, quia sicut potest quis diu viuere, ita potest citò mori, & dubius euentus finisque incertus contractum iustificat, sicut docent Nauar. *in commun.de vsuris super Bullam Pij V.q.*45. *n.*128. Viuian. *to.*1. *commun. opinion. lib.*4. *tit.*22.*num.*69.*pag.mihi* 602. Gemin. *de vsuris commento* 3. §. 4.*num.*97. Surdus *conf.*162.*n.*36.& *de aliment.tit.*9. *quæst.*11. *num.*2. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.*3. *quæst.*25. Farinac. *p.*4.*decis.*30. Etiamsi tanto tempore is superuenerit quòd fructus excedant pretium solutum, Gemin. *vbi proximè*, Surd. *d.q.*11. *num.*8.

11 *Pro eadem summa*, &c.] Ergo si census, seu redditus annui redemptio conferatur in voluntatem venditoris, hac tamen lege, vti maiori pretio redditus redimendus sit, quàm constitutus fuerit, contractus erit illicitus, vt per Couar. *d.lib.*3.*cap.*9. *num.*4.

EXTRAVAG. Regimini II.

Calixt. III.

1 Contractum quendam emptionis, & venditionis præcedenti similem declarat Pontifex esse iuri consonum, & ab vsuris alienum & tandem iubet præsentem Bullam cunctis manifestari. Colligunt Viuian. *in ration. lib.*3.*pag.*181. Alagon. *in compend. pag.*462.



De Sepulturis.

TIT. VI.

EXTRAVAG. Detestandæ. I.

Bonifac. VIII.

Corpora defunctorum exenterantes, & in frustra inhumaniter secantes, ac aquis decoquêtes, vt ossa à carnibus separata in terras suas deferant tumulanda, sunt ipso facto excommunicati cum reseruatione Papæ. Colligunt Viuian. *in ration.lib.*3.*pag.*250. Alagon. *in compend.pag.*462. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt Nauar. *in manual.cap.*27. *num.*105. vbi limitat in eo, qui hoc facit ad anatomiam, vel ne fœteat cadauer, & *conf.*54. *de sentent. excommunicat. in antiq. alias* 10. *de sepultur. in nouis*, vbi ait non extendi ad consentientes vt id fiat, Gambat. *de casibus reseruat.c.*7. *num.*7. Sayr. *in floribus, decis. sub tit.de sentent. excommunic.decis.*50. Filliuc. *tractat.*15.*num.*72.*vers. tertio*, & *num.*77. Iul. Lauor. *de indulgent.part.*2.*c.*21.*n.*28. latè Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœnæ, disput.*2. *quæst.*3. *puncto* 45. ego ipse *de offic. & potest. Episcopi.part.*3.*allegat.*50. *num.* 103. secundùm Lugdun. impressionem. 2

EXTRAVAG. Super Cathedram. II. & vlt.

Idem.

Bonifacius XIII. in hac Extrauagante copiosissimam facit facultatem Regularibus, & Religiosis, ad audiendas secularium Confessiones, præcepit tamen, vt Prælati Religiosorum Mendicantium præsentatent Episcopis prius in id Sacerdotes, quos idoneos diiudicarent, quibus & ipsi facultatem facerent tum prædicandi, tum etiam Confessiones audiendi. Illis tamen hoc facere renuentibus, ipse summus Pontifex concedit in præsenti prædictis Regularibus, vt eo nihilominùs non obstante id ipsum possent efficere. 1

Postmodum Bonifacium VIII. subsequutus est Benedictus XI. in quadam sua *Extrauagante*, incipit. *Inter cunctas, de priuileg.* qui reuocata prædicta moderatione Bonifacij VIII. amplissimam facultatem præbuit prædictis Religiosis prædicandi, & Confessiones audiendi, nulla facta coram Episcopo præsentatione, neque ab eo aliqua petita licentia. Demùm Clem. V. in Conc. Viennensi vt refertur *in Clement dudum, de sepultur.* reuocauit Benedicti prædicti decretum, & renouauit hoc Bonifacij VIII. de quo *in præsenti*, hæc ita narrat Fr. Ludouicus Miranda *in manual. Prælat. tom.*1.*quæst.*45. *art.* 4. quæ olim vsque ad tempora Concilij Tridentini perpendere oportebat, hodie verò seruari debet decretum ipsius Concilij *sessione* 23. *de reformatione*, *cap.*15. de quo plura dixi *in dicta Clementina dudum*, vbi etiam ad satietatem de materia huius Extrauagantis.

De Decimis.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Summarium huius text. refertur.*
2 *Summa plures quando petuntur an possint omnes cumulari vt sciatur excedántne iurisdictionem iudicum, qui eam habent limitatam ad certam summam, remissiuè.*
3 *Res transit cum suo onere.*
4 *Sacerdos an possit perpetuò locare operas suas pro Missis celebrandis? remissiuè.*

EXTRAVAG. Declarationes. Vnic.

Bonifac. VIII.

1 DECLARAT multa dubia suborta circa collectionem decimarum impositarum à Papa Ecclesiis, & ecclesiasticis personis pro expeditione belli Siciliæ, quæ hîc clare & prolixè per te videre poteris. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 281.* Alag. *in compend. pag. 474.*

2 *Simul tamen collecta, &c.*] Ex his verbis potest deduci resolutio ad quæst. illam, an quando petuntur plures summæ, possint omnes cumulari ad effectum vt sciatur excedantne iurisdictionem iudicum, qui eam habent limitatam ad certam summam? Vide Tiraq. *de retract. lig. §. 23. glos. 9. num. 12. & de retract. conuent. §. 2. glos. 1. num. 22.* Parez *tit. 16. lib. 3. Ordin. pag. 751.* Azeued. *lib. 7. num. 27. tit. 18. lib. 4. noua recopil.* Cabed. *Lusit. decis. 21. per tot. part. 1.* quos refert parens meus *in commentar. ad Ordinam. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 70. §. 6. num. 3.*

3 *Quia res transit cum onere suo.*] Vide Doctores, quos plena manu citaui *in meo nouissimo tractatu Lugdun. impresso de Axiomat. iuris vsufreq. verbo Res.*

4 *Vel plures Capellanos conducere.*] Vtrùm autem Sacerdos possit perpetuò locare operas suas pro Missis celebrandis? Vide Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 494. aliàs vltim.*

De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.

TIT. VIII.

EXTRAV. Viam ambitiosæ. I.

Martin. V.

1 MENDICANTES virtute cuiuscunque priuilegij litterarum Apostol. vel Pœnitentiæ, transeuntes ad Religionem non Mendicantium, excepta Carthusiana, sine licentia Sedis Apost. necnon & tales recipientes pœnam excommunicationis latæ sententiæ incurrunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 305.* Alagon. *in compend. pag. 483.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gamb. *de casib. reseru. c. 7. n. 20.* Fr. Emm. *quæst. Reg. tom. 1. q. 30.* Soar. *to. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. n. 61.* Sayr. *in simili tract. lib. 3. c. 30. n. 8.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 12. vers. inter Extrauagantes, & q. 16.* Aldrete *de relig. disciplina tuenda l. 2. c. 18. à n. 11.* Iul. Lauor. *de indulg. p. 2. cap. 21. n. 31.* Filliuc. *tract. 15. num. 183. vers. tertiò. & n. 192.* ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. allegat. 50. n. 105.* secundùm Lugdunensem impressionem, Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 2. q. 9. puncto 1.* Et quamuis Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 104.* & Sanch. *in præcepta Decalogi, to. 2. l. 6. c. 7. n. 68.* existiment hunc text. vel non esse vsu receptum, vel loqui de iis, qui absque legitima causa transeunt, nihilominus tamen contra eos stat vera conclusio ex huiusmodi text. desumpta, sicuti docent D. Anton. *p. 3. tit. 16. c. 4. §. 4. ad fin.* Sayr. *d. n. 8.* Soar. *d. sect. 5. n. 16. & 19.* Sorb. *tit. de apostat. vers. aduertendum est.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 3. q. 52. art. 15.* Fr. Barth. à Vecchis *in praxi nouit. disp. 15. dub. 5. num. 9.*

3 Vtrùm autem Religiosus Ordinis Mendicantium à Religione eiectus, & habitu priuatus possit absque speciali Summi Pontif. facultate ad quemlibet Ordinem monasticum transire? Vide Bonacin. *d. puncto 1. num. 9.*

EXTRAV. Ad nostrum. II. & vlt.

Ioan. XXII.

1 RELIGIOSI cuiuscunque Ordinis non se transferant ad partes vltramarinas, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur sine licentia sui Superioris per patentes ipsius literas concessa sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ, sub qua etiam præcipitur Superioribus ne huiusmodi licentiam concedant nisi viris litteratis, prouidis, & expertis: quare Ecclesiarum Prælatis inhibetur ne tales transeuntes ad vltramarinas partes admittant ad prædicandum vel celebrandum Diuina, nisi patentes litteras Superioris plenam fidem faciant, sed ipsos tanquam apostatas capi faciant, & incarcerari donec modo prædicto constet de licentia. Item Prælati Ecclesiarum incarcerent Religiosos approbantes ea, quæ Sedes Apost. reprobat, vel quæ sunt contraria Fidei, vel dogmatizant in concionibus, vel priuatis locutionibus, & de prædictis summariè, & sine strepitu iudicij & figura, ac simpliciter, & de plano, per se, vel per alios se informent, & reos castigent tantùm secundùm Canones non obstantibus exemptionibus, & priuilegiis quibuscunque. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 305.* Alagon. *in compend. pag. 484.*

2 Hanc eand. conclus. quoad primam partem ex hoc text. deducunt Filliuc. *tract. 15. n. 183. vers. secunda, & n. 190.* Iul. Lauor. *de indulg. p. 2. c. 21. n. 97.* latè Bonac. *de excommun. in particulari extra Bullam Cœnæ, disp. 2. q. 9. puncto 8.* ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. sub n. 105. vers. nona,* secundùm Lugd. impress.

3 *Vel quæ aliàs sunt Fidei obuia, in suis prædicationibus, &c.*] Prouidet Concil. Trid. *sess. 5. de reform cap. 2.* in hæc verba. *Si verò (quod absit) prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiamsi in monasterio suo, vel alterius Ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quòd si hæreses prædicauerit, contra eum secundùm iuris dispositionem, & loci consuetudinem procedat etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu Episcopus auctoritate Apostol. & tanquam Sedis Apostol. delegatus procedat* referunt Fr. Lud. Mirand. *in man. Prel. to. 1. q. 50. ar. 7.* Camp. *in diuers. iur. Canon. rub. 12. c. 13. n. 21.* Homoboo. de Bonis *in examine Eccles. tract. 11. c. 7. q. 18. resol. 3. in fin.* ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 76. num. 49.*

De

De Religiosis domibus.

TIT. IX.

EXTRAV. Ratio. Vnic.

Ioan. XXII.

1 DOEMINÆ Beguinæ honestæ, quæ in suis, vel parentum, vel conductitiis domibus simul habitantes honestè viuunt, obedientes Ordinariis & Parochis sine scandalo, & errore non comprehenduntur sub Clem. 1. *hoc tit.* nec sunt tales per Ordinarios molestandæ. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 560.* Alagona *in compend. pag. 504.*

De Censibus, exactionibus, & procurationibus.

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur.*
2 *Præscriptio, quæ solum diminuit, non autem penitus aufert, aut tollit procurationem, an sit improbata, ostenditur.*
3 *Consuetudo non valet vt Episcopi, siue alij Prælati à subditis suis possint exigere, & à volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam positam in hac Extrauagante.*

EXTRAV. Vas electionis. I.

Benedict. XII.

1 TAXAT procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, & præscriptiones, ac indemnitatem pauperum, inhibet contrauenire, punit transgressores, & eorum familiares. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 413.* Alagona *in compend. pag. 528.*

2 *Nostra tamen intentionis existit,* &c.] Verùm autem text. iste approbans consuetudines minuentes procurationem, procedat in præscriptione? quidam tenent non esse improbatam præscriptionem quæ solùm diminuit, non autem penitus aufert, aut tollit procurationem, ex quorum numero sunt Abb. *n. 13.* & Felin. *n. 16. in princ. in c. cum ex officij, de præscr.* Marian. *de visit. n. 47. & 55.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 42. q. 11. vers. si roges.* Verùm licèt hæc sententia non sit improbabilis, contraria tamen in rigore iuris probabilior est ex adductis per me *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 130. n. 8. cum seqq.* Nec pro prima opinione facit text. *in præsent.* quia non approbat præscriptiones minuentes procurationem, sed consuetudines in quibus longè diuersa videtur ratio. Nec aliud vult. Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 3. vers. in his vero,* quia de consuetudine propriè intelligendum est, non verò extendendum ad præscriptionem, quæ ex proprietate sermonis differt à consuetudine, vt patet ex *tit. de præscr. & ex tit. de consuet.* tum etiam quia in consuetudine admittenda viget multò maior & longè diuersa ratio, cum in ea detur frequentia actuum totius multitudinis, vel maioris partis, pro qua magis præsumitur, & cui magis fauendum est; tum denique quia cùm consuetudo rationabilis esse debeat, *cap. vlt. de consuetud.* necessariò in ea supponitur ratio, seu causa aliqua iusta per quam cohonestatur; at verò in præscriptione de qua *in d. c. cum ex officij,* nec ratio huiusmodi requiritur, nec multitudinis, vel maioris partis, sed vniuscuiusque singularis præscribentis actus supponitur.

3 *Ad pabulum charitatis extendimus,* &c.] Notatur ad hoc quòd non valet consuetudo vt Episcopi, siue alij Prælati à subditis suis possint exigere, & à volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam positam *in hac extrauag.* sicuti docent Hellenc. *de charitat. subsid. q. 42.* vbi *q. 44.* ostendit quæ pœnæ imponantur exigentibus charitatiuum subsidium vltra taxam, & *q. 46.* resoluit quòd subditi possunt denegare charitatiuum subsidium Episcopo in eo, in quo excedit taxam, refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 87. num. 37.*

De Celebratione Missarum.

TIT. XI.

EXTRAV. Discipulorum. Vnic.

Ioan. XXII.

PRECES dicendæ in Missa pro Ecclesiæ necessitate cum indulgentia viginti dierum indicuntur. Colligunt Viu. *in ration. lib. 3. pag. 432.* Alagon. *in compend. pag. 538.*

De Reliquiis, & veneratione Sanctorum.

TIT. XII.

EXTRAV. Cùm præexcelsa. I.

Sixt. IV.

CONCEPTIONIS Beatæ Mariæ Virginis 1 in ipso die qui Missam, & officia Sixti IV. celebrauerit, vel dixerit, aut illis Horis Canonicis interfuerit, & per octauas, quoties id fecerit, eandem prorsus Indulgentiam & peccatorum remissionem consequuntur, quam lucrantur illi, qui iuxta *Clement. 1. hoc tit.* Missam & Horas Canonicas in festo Corporis Christi celebrant, dicunt, aut Missæ, Officio, & Horis huiusmodi intersunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 445.* Alagona *in compend. pag. 644.*

Hanc eand. concl. ex hoc text. deducunt Henriq. *in summ. l. 3. c. 1. c. §. 3. lit. M.* Spin. *in speculo testam. glos. 3. in princ. n. 27.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 1. q. 57. art. 3.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 1. c. 21. q. 1. in princ.* 2

EXTRAV. Graue nimis. II. & vlt.

Idem.

AFfirmare præsumentes mortaliter peccare, vel esse hæreticos, illos qui defendunt Beatissimam 3

& gloriosissimam Virginem Dei Matrem esse conceptam sine peccato originali, & è contra, & affirmantes peccare eos, qui colunt festum immaculatè Conceptionis, & qui concionibus intersunt, excommunicationis sententiam eo ipso incurrunt Papæ reseruatam. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 445. Alagon. *in compend. pag.* 544.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Nauarr. *in manual. c. 27. num.* 107. Soar. *tom. 5. disp.* 22. *sect. 5. num.* 30. Gambar. *de casibus reseru. cap. 7. num.* 12. Suyr. *de censur. lib. 3. cap. 30. num.* 10. Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam Cœnæ, cap. 5. excommun. 4. & cap. 9. excommunic.* 14. Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. cap. 21 num. 32. cum seq.* Filliuc. *tract. 15. num. 72. vers. octauo, & num.* 88. latè Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœnæ, disput. 2. quæst. 3. puncto* 34. ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 50. num.* 109. vbi *num.* 111. plures Doctores refero de immaculata B. Virginis conceptione agentes, & integra volumina edentes.

3 Innouatur text. *in præsenti* per Concilium Tridentinum *sess. 5. de peccato originali, in fine,* & à Sacra Congregatione S. R. E. & vniuersalis Inquisitionis coram sanctæ memor. Paulo V. *die* 31. *Augusti* 1617. cuius decretum refert Campan. *in diuers. iuris Canon. rubric. 12. cap. 13. num.* 140. in quo illud nouiter statutum fuit, vt in posterum donec articulus huiusmodi à Sancta Sede fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; & quòd etiam negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali in publicis actibus asserentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent sub censuris, & pœnis prædictarum Constitutionum; tribuens insuper tam Episcopis, & Prælatis Superioribus, aliisque Ordinariis locorum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum, deputatis Inquisitoribus potestatem seuerè animaduertendi contra transgressores etiam Regulares cuiusuis Ordinis & instituti etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & seculares personas cuiuscunque status, conditionis, gradus, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis.

4 Postmodum ead. Sacra Congreg. *die* 24. *Maij* 1622. coram felicis record. Greg XV. prædictum decretum Pauli V. ampliauit, etiam ad colloquia priuata, præcepitque ne de cætero negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali, in publicis actibus asserentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent, mandans vt in reliquis omnibus vbi huic decreto non aduersantur Constitutiones Sixti IV. Alexandri VI. Pij V. & Pauli V. super Conceptione Beatissimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, necnon vt in Missis & diuinis Officiis publicè, vel priuatè celebrandis Conceptionis nomine vtatur sub pœnis, & censuris in dictis Constitutionibus appositis.

5 Denique idem S. D. Gregor. XV. *per suam Bullam,* incipien. *Eximij, sub die* 28. *Iulij*. 1622. in fauorem Fratrum Prædicatorum concessit, vt de cætero in quibuscunque priuatis eorum colloquiis, seu conferentiis inter se dumtaxat, de materia eiusdem concept. B. Virg. disserere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incursu liberè, & licitè possint, & valeant, quam refert Flau. Cherubin. *in fine compend. Bullar. noui.*

De Immunitate Ecclesiarum.

TIT. XIII.

EXTRAVAG. QVod olim, I.

Benedict. XI.

CAp. *Clericis, hoc tit. lib. 6.* quod fuit reuocatum *in Clem. quoniam, eod.* habet locum quantum ad pœnas in exigentibus tantum, & ad id dantibus auxilium, consilium, vel fauorem, non verò in soluentibus etiam sponte, præcipitur deinde Lateranen c, & generalia Concilia diligenter obseruari. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. p.* 464. Alag. *in compend. pag.* 228. Et vide dicta *in collect. ad c. non minus, hoc tit. in Decret.* 5

Liber quartus vacat.

AD LIBRVM QVINTVM.

De Simonia.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Pastus, vel iocalia exigentes, & etiam dantes pro Religionis ingressu, si sunt singulares personæ excommunicationis, si Conuentus, vel Capitulum suspensionis sententias ipso iure incurrunt, cuius vtriusque vinculi absolutio soli Papæ reseruatur, aliis pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid sponte & sine pactione obtulerint, vt num.* 2.

3 *Dantes & recipientes aliquid pro sustentatione ingredientis Religionem ob necessitatem an incidant in excommunicationem huius text. ostenditur.*

4 *Moniales non incurrunt excommunicationem latam contra dantes, vel exigentes aliquid pro ingressu Religionis.*

5 *Dantes vel recipientes aliquid tempore receptionis ad habitum, non incurrunt excommunicationem, nisi professio emittatur.*

6 *Religionem ingrediens si recipiat aliquid à monasterio vt ingrediatur nullã excommunicationem incurrit.*

7 *Religionem vt quis ingrediatur licitum est illecebris vel muneribus absque vllo pacto captare beneuolentiam.*

8 *Suspensionis sententia, quam incurrunt dantes, vel recipientes aliquid pro ingressu Religionis, à quibus suspendat, ostenditur.*

EXTRAVAG. Sanè. I.

Vrb. IV. aliàs V.

NVLLVS siue prioratus, siue Prelatus, aut nias, vel monialis, seu Conuentus ipse à volentibus ingredi eorum Religionem, seu loca, in eorum receptione siue ante, siue post præsumat petere, vel exigere quidlibet directè, vel indirectè pastus, iocalia, pecunias, vel alias res etiam ad vsum Ecclesiasticum, vel pium deputandas. Contrauenientes verò si sint singulares personæ, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt, si est Capitulum, vel Conuentus, 1

sit suspensus eo ipso, nec potest absolui nisi à Papa, aliis pœnis iuris in suo robore remanentibus, nisi ipsa persona ingrediens pure, sponte, plena libertate, & omni pactione cessante, dederit, vel obtulerit aliquid Ecclesiæ, seu monasterio, aut pio loco. Colligunt Vnisan. *in ration. lib. 5. pag. 48.* Alagona *in compend. pag. 632.*

De hoc text. latè Bonac. *de censur. extra Bullam disp. 2. quæst. 3. puncto 29.*

2 *Districtius inhibemus ne tam*, &c.] Ex his verbis colligitur ad incurrendas pœnas, de quibus *in præsenti*, opus esse vt adsit præsumptio, nam his bis repetitur hoc verbum, *qui præsumunt*, præterea opus esse vt datio, vel receptio fiat ex pacto pro ingressu in Religionem, vnde prædictas pœnas non incurri quoties aliquid sponte, & liberaliter, seu sine pactione tacita, vel expressa traditur, resoluunt Nauar. *in man. c. 27. n. 106. excom. 20.* Bonac. *In. var. tractat. tit. de Simonia quæst. 7. §. 4. num. 2.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 1. dub. 3.*

3 Dans & recipiens aliquid pro sustentatione ingredientis Religionem ob necessitatem non incidit in excommunicationem in hoc text. comminatam, vt tradunt S. Thom. *2. 2. quæst. 100. art. 3. ad 4.* Caietan. *in sum. casu 73.* Nauar. *d. excom. 20. vers. nec per acceptionem*, Soar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. num. 9. & seq.* Filliuc. *tract. 15. c. 4. q. 6. n. 64. & seq.* adnotantes quod si monasterium diues sit non poterit quicquam licitè dari, vel accipi, & dando, vel accipiendo censura incurritur. Licet probabilitate non careat eorum sententia, qui asserunt istam excommunicationem non incurri dando, vel recipiendo aliquid pro sustentatione ingredientis etiamsi monasterium diues sit, & locuples, ex quorum numero sunt Syluest. *in sum. verbo Simonia n. 15.* Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 6. à 2. ad 4.* Fr. Ludou. Miranda *in tract. de monial. q. 8. ar. 7. concl. 2.* quos refert, & sequitur Bonac. *d. q. 7. §. 4. n. 4. vers. secunda sententia*, vbi eam limitat modò non adsit excessus, & præciso scandalo, aliòve peccato.

4 Moniales non afficiuntur hac excommunicatione tum ob consuetudinem legitimo tempore receptam & toleratam post istam Extrauag. tum quia multi Pontifices exemerunt ab hac censura moniales accipientes dotem ob ingressum alicuius in monasteriū; nam Innocentius VIII. priuilegium concessit monialibus non incurrendi labem simoniæ (intellige quoad prohibitionem Ecclesiasticam) in receptione aliarum in monasterium, excepto duplici casu, quorum vnus est si pactum ineant de aliquid dando, vel soluendo pro ingressu in Religionem: alter si recipiant inhabilem ob spem habendi aliquid, tunc enim sufficienter constat inhabilem non recipi nisi ob spē habendi aliquid pro ingressu. Præterea ad tollendos scrupulos simoniæ, quibus moniales vexabantur in recipiendis fœminis in monasterium, Clemens VII. indulsit monialibus vt tex. non sine labis simoniacæ, dum conuentiones faciunt circa dotem recipiendarum pro congruenti, & sufficienti sustentatione hæc & alia priuilegia referunt Nauar. *d. excom. 20.* Capuccin. *in comp. priuileg. verbo Monial. n. 16. & 31.* Ludou. Miranda *in tract. de monial. q. 8. à. 7. concl. 1.* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 35. dub. 13. num. 131.* & demum id comprobari communi Ecclesiæ vsu & consuetudine tradunt Surd. *de alim. tit. 9. q. 27. n. 5.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 9. n. 15.* Fr. Bartol. de Vecchis *d. disp. 1. dub. 3. num. 5.*

5 Illud aduertere oportet censuram, de qua *hic*, non incurrere illos, qui dant, vel recipiunt aliquid tempore receptionis ad habitum, nisi professio emittatur, quia censura non incurritur nisi adsit effectus completus illi censura prohibitus, qui solùm adest dum fit traditio rei temporalis & spiritualis, nempe professio, seu admissio ad professionem; vnde si receptio ad habitum, fuit simoniaca, sed professio postea gratis admittitur, quia scilicet factum retractatur, & pecunia non recipitur, vel redditur, excommunicatio non incurritur, sicut ex opposito incurrit reus si receptio ad habitum gratis facta fuit, sed post tempore professionis aliquid exigitur. Colliges hæc ex Soar. *to. 1. de Relig. lib. 4. de simonia. c. 56. n. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 173.* Filliuc. *tract. 45. cap. 13. quæst. 4. num. 11.* Bonac. in *d. quæst. 7. puncto 4. num. 11.*

Volentibus ingredi eorum Religionem, &c.] Ergo censura huius Extrauag. non comprehendit ingredientē, qui petit aliquid ex pacto, vel recipit à monasterio vt ingrediatur, quia hæc excommunicatio imponitur exigentibus pecuniam à volentibus ingredi, non autem dum traditur ingredienti, seu volenti ingredi, aut alteri, qui curet ipsum ingredi. licèt simonia committatur hoc casu, ita ex Soar. & Filliuc. tradit Bonac. *d. q. 7. puncto 4. n. 12.* Licitum verò absque dubio erit illecebris vel muneribus gratis, & absque vllo pacto factis beneuolentiam captare vt quis sponte Religionem ingrediatur, quia hæc est liberalis omnino donatio nullo pacto vestita, quæ in egregium finem dirigitur; ita S. Thom. *2. 2. quæst. 100. art. 3. ad 4. & q. vlt. a 9.* Syluest. *in sum. verbo simonia q. 8. dicto 3. in fine, & verbo Relig. 6. q. 2.* Sot. *de Iustit. lib. 9. q. 6. art. 2. ad 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 2.* Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 16. n. 3. & to. 3. etiam de Relig. lib. 5. cap. 9. n. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 39. n.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. n. 374.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 35. dub. 12.* Bartol. de Vecchis *in praxi nouit. disp. 1. dub. 2.* 6 7

Suspensionis sententiis eo ipso, &c.] Hanc suspensionem esse ab officio, & beneficio tenent aliqui, ex eo quòd nomine suspensionis absolutè prolatæ comprehenditur totalis suspensio, ita videntur tenere Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. n. 45.* Sayr. *de censur. l. 4. c. 13. n. 27.* Bonac. *de suspension. contra Capitula & Conuentus disp. 3. q. 9. vers. tertio.* Sed probabilis est sententia eorū, qui tenent Capitulū suspendi ab omni actu, seu officio Capitulari & communi, quod iurisdictionem, vel administrationem Ecclesiasticam requirit; ratio est, quia Capitulum in communi non est capax alterius suspensionis, & tota illa iurisdictio comprehenditur sub absoluta sententia suspensionis; quare ita tenent Mar. Alter. *de censur. to. 2. disp. 17. c. 2. ad finem*, Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4 de simonia, c. 56. n. 8.* Filliuc. *tract. 45. de simonia c. 13. n. 12.* 8

SVMMARIVM.

1 *Simoniaci omnes cuiuscunque dignitatis, aut status sunt ipso iure excommunicati, nec habent simoniacè Ordinati executionem, & electiones, & alia prouisiones per simoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus, tribuunt & num. 2.*

3 *Pij V. constitutio refertur.*

4 *Sixti V. constitutionem contra clericos male ordinatos Clemens VIII. in suo robore permanere voluit quoad censuras, & pœnas ibi contra simoniace ordinantes, & ordinatos inflictas.*

5 *Beneficium habere per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciente commissam nullum ius ab initio acquisiuit, & titulus nullus est ipso iure*

6 *Excommunicationē Papa reseruatam incurrūt committentes simoniam in Ordine, vel beneficio, &*

7 Simo

7 *Simoniaci mentales tantum non incurrunt excommunicationem comminatam in hoc text.*

8 *Ordinum appellatione veniunt tam minores quam Sacri, ac etiam prima Tonsura.*

9 *Beneficij nomine quoad pœnas huius text. veniunt tantum ea, quæ propriè beneficia vocantur.*

10 *Excõmunicatione huius text. nõ afficitur ille, qui tradidit pecuniã pro consequutione Ordinis, vel beneficij antequam Ordo, vel beneficium conferatur.*

11 *Simoniam ratam habentes non ligantur excommunicatione huius text.*

12 *Ordinati simoniacè, ab executione suorum Ordinum tam susceptorum, quam suscipiendorum sunt suspensi.*

13 *Suspensio quam incurrunt simoniacè ordinati, non ligat mediatores.*

14 *Suspensio quã incurrunt simoniacè ordinati, non cõmittitur à tertia persona inscio ipso ordinante.*

15 *Absolutio à suspensione, quã incurrunt simoniacè ordinati, præstari poterat ab Episcopo attenta hac Extrauag. secus post Sixti V. constitutionem.*

16 *Simoniacus occultus potest dispensari ab Episcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda.*

17 *Simoniacus in beneficio non incurrit suspensionem, sicut incurrit simoniacus in Ordine.*

18 *Simoniacus in beneficio, vel Ordine non facit fructus suos etiam consumptos, & non perceptos, qui tamen percipi debuerunt.*

EXTRAV. Cùm detestabile. II.

Paul. II.

1 RENouat omnes pœnas Canonum contra Simoniacos etiamsi sint Cardinales, & addit simoniacè ordinatos suspensos esse ab executione suorum Ordinum. Qui verò simoniacè eligitur, postulatur, confirmatur, prouidetur, seu quoquomodo disponitur in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis Ecclesiasticis, & quibuscunque beneficiis, caret viribus, nec ius aliquod acquirit, nec facit fructus suos, & si quos percipit, restituere debet. In prædictis autem simoniam committentes dando, vel recipiendo, aut mediatores existendo sententiam excommunicationis incurrunt, à qua absolui non possunt nisi à Papa. In virtute sanctæ obediẽtiæ districtius iniũgit quibuscunque personis, &c. vt eos omnes, quos simoniã huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint quantocyus reuelare nõ omittant per se, vel per alios, si secus, peccant, & absolui non possunt donec reuelent. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 48. Alagon. *in compend. pag.* 632.

2 De materia, & intellectu huius Extrauag. agunt Nauar. *in man. cap.* 27. *sub n.* 106. Paris. *cons.* 29. *num.* 12. *cum seqq. vol.* 4. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 94. *lit. D. in nouiss. impress.* Gotier. *canon. l.* 1. *c.* 9. Quarant. *in summa Bullarij verbo simonia*, Vgolin. *in tract. de simon. tab.* 4. *c.* 3. *cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *c.* 58. *concl.* 6. Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.* 11. *c.* 27. *n.* 61 *cum multis seqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum differ.* 1. *verbo simonia*, nouissimè Bonac. *de censur. extra Bull. disp.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 24.

3 Innouantur, & ampliantur eius pœnæ per Pium V. *in sua Constit. incip. Cùm primum, sub dat. Romæ. Kalẽd. Aprilis* 1566. in hæc verba. Vt simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones Antecessorum nostrorum contra simoniacos editas, & præsertim Pauli IV. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum Ordinum receptione, quàm in beneficiorum assecutione statutis etiam infeniùs pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis Ordinibus, eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit illis sit ipso iure priuatus, in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illo similiter sit ipso iure priuatus, ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eiiciatur. Qui verò Ordines & beneficia simoniacè contulerint pœnis à iure statutis puniantur cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea, quicunque ne in Sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissimè puniantur per locorum Ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Concilij Trident. statuta. Hactenus Pij V. constitutio, quam optime exponunt Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 94. *lit. D.* & Quarant. *d. verbo simonia pag. mihi* 603.

Postea Sixtus V. *in sua Constit. incip. Sixtus Episcopus, sub dat. Romæ Nonis Ianuarij anno Dominicæ Incarnationis* 1588. alias pœnas addidit contra promouentes & promotos ad Ordines simoniacè etiã in prima Tonsura; quæ quidem Constitutio licet per Clement. VIII. in alia incip. *Romanum Pont decet, sub dat. Pridie Kalend. Martij anno Incarnat. Dominica* 1595. redacta fuerit ad terminos sacrorum Canonũ, ac Constitutionis bonæ mem. Pij II. & ad dispositionem Decretorum Sacri Concilij Trid. tamen ipsemet Clemens VIII. censuras & pœnas in eiusdem Sixti literis contra simoniacè ordinantes & ordinatos inflictas in suo robore permanere voluit. 4

Per electiones verò, &c.] Notatur ad hoc quòd beneficium habens per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciente commissam; nullum ius ab initio acquisitur, & titulus nullus est ipso iure, ac proinde tenetur etiam in animæ iudicio beneficium dimittere, fructusque omnes restituere, vt per Sanctum Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *c.* 3. Couar. *in reg. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 7. *vers. Sic qui beneficium*, Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 135. & 336. & *remed.* 5. *n.* 68. & *cons.* 67. *num.* 4. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 37. §. 3. *lit. X.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 17. *quæst.* 1. *vers. Nonum crimen*, Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1. *c.* 9. Perez *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 71. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 20. *art.* 13. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 2. *à n.* 12. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tractat. de simonia lib.* 4. *cap.* 53. & *cap.* 55. *num.* 4. & *cap.* 56. *num.* 9. Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 41. Fario. *fragment. criminal. p.* 1. *lit. C. num.* 299. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *num.* 69. 5

Sententiam excommunicationis incurrit, à qua, &c.] 6
Notatur ad hoc quòd committentes simoniam in Ordine, vel beneficio, seu Religionis ingressu, & similiter accipientes pro collatione, siue traditione possessionis beneficij, seu de dando aliquid iuture facientes prouisum de beneficio, incurrunt excommunicationis sententiã Papæ reseruatæ, vt per Soar. *to.* 5. *disp.* 22. *sect.* 5. *n.* 11. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 36. *n.* 7. Gambar.

de.

*de casibus reseru.cap.6.num.*8. *&* 9. Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam c.*5. *excomm.*4. *& c.*9. *excom.* 11. *&* 12. Iul. Lauor. *de Indulgent.p.*2. *cap.*21. *num* 29. Filliuc. *tract.*15. *num.*72. *vers. sexto, & n.*82. meiplum *de officio. & potestate Episcopi p.*3. *alleg.*50. *num.*104. secundùm Lugdun. impress.

7 Non comprehendere simoniacos mentales tantum, sed solum reales resoluunt Nauar. *in man.c.*23. *n.*106. *& cap.*25. *num.*112. Azor. *instit. moral.p.*2. *lib.*7. *cap.*17. *quæst.*9. *vers. si quæras,* Paril. *cons.*29. *n.*12. *cum seq. vol.*4. Rebuff. *in praxi benef. rub. de simon. in resignat. num.*9. Vgolin. *de simon. tab.*4. *c.*3. *vers. pœna igitur, & cap.*10. *n.*5. Fr. Emman. *in sum. p.*2. *cap.*58. *concl.*6. Sayr. *de censuris lib.*7. *cap.*12. *sub n.*17. Rot. *decis.*408. *p.*1. *diuersor.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.*94. *lit. D, in prim. in nouiss. edit.*

8 Ordinum nomine in hac materia veniunt tam minores, quàm Sacri, quia omnes propriè loquendo sunt Ordines, & per vnumquemque peculiaris potestas confertur in ordine ad Sacerdotium, in quo character Ordinis completur, ita Bonacin. *var. tractat. tit. de simonia q.*7. *§.*2. *num.*2. quod etiam ad primam Tonsuram extendunt Vgolin. *de simon. tab.*4. *c.*3. *n.*2. *& cap.*4. *num.*1. Salzed. *ad Bernard. d. cap.*94. Soar. *tom.*1. *de Relig. lib.*4. *de simonia cap.*56. *num.*5. Mar. Alter. *de censuris tom.*2. *disp.*15. *c.*4. *ad finem,* Filliuc. *tom.*5. *tract.*45. *cap.*13. *quæst.*4. *num.*9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *cap.*12. *num.*174. secùs resoluentes committentem simoniam in prima Tonsura conferenda, vel recipienda, puniri pœna excommunicationis huius Extrauag. Contra Less. *de instit. lib.*2. *cap.*35. *dub.*24. *n.*133. *& alios.*

9 Beneficij nomine etiam in præsenti materia licet quodlibet munus spiritualis regiminis venire contendant Caietan. *verbo excommunicatio cap.*75. Nauar. *in man. cap.*27. *num.*116. Soar. *tom.*5. *de censur. disput.*22. *sect.*5. *num.*24. *& disp.*51. *sect.*4. *n.*45. Filliuc. *tract.*15. *c.*4. *quæst.*7. *num.*87. tamen verius est venire ea solum, quæ propriè beneficia vocantur, sicut resoluunt Less. *d. lib.*2. *cap.*35. *dub.*25. *num.*137. Azor. *instit. moral. p.*5. *lib.*12. *de simonia cap.*21. *quæst.*6. *ad fin. vers. quæres.* Bonacin. *d. puncto* 24. *num.*4. Et ideo simoniacum in collatione pensionis non subijci huic censuræ, quia pensio propriè non est beneficium, tenouerunt Nau. *in man. cap.*23. *num.*11. Soar. *d. lib.*4. *de simonia cap.*55. *num.*22. Less. *d. lib.*2. *c.*35. *dub.*28. *num.*130. *& dub.*25. *num.*137. Valer. Reginald. *d. lib.*23. *cap.*12. *num.*175. Azor. *d. loco, q.*8. Nicol. Garc. *de benefic. p.*1. *c.*5. *num.*20. Filliuc. *tract.*42. *quæst.*4. *num.*6. Bonacin. *d. puncto* 24. *num.*5.

10 Hac quidem excommunicatione non afficitur ille, qui tradidit pecuniam pro consequutione Ordinis, vel beneficij, antequam Ordo, vel beneficium conferatur, vt per Nauar. *d. cap.*23. *num.*103. Couar. *in reg. peccatum p.*2. *§.*8. *num.*7. *& seq.* Vgolin. *de simon. tab.*1. *cap.*5. Less. *d. lib.*2. *cap.*35. *dub.*27. *num.*149. Filliuc. *tom.*3. *in tractat. de simonia cap.*13. *quæst.*5. *num.*15. vbi testatur de praxi Romanæ Curiæ, & sacræ Pœnitentiariæ.

11 *Quomodolibet dando, vel recipiendo,* &c.] Ergo hac excommunicatione non ligantur ratam habentes simoniam, & ita tenent Couar. *in reg. peccatum part.*2. *§.*8. *n.*7. Nauar. *in man. c.*25. *n.*68. Henriq. *in sum. lib.*15. *c.*37. *n.*4. Soar. *tom.*5. *de censuris disp.*22. *sect.*5. *n.*26. *ad fin.* Sayr. *in simili tract. lib.*4. *c.*14. *n.*6. Less. *d. lib.*2. *c.*35. *dub.*24. *num.*136.

12 *A suorum sint Ordinum executione suspensi.*] Probat hic text. ordinatos simoniacè à suorum Ordinum executione esse suspensos, intellige non solùm ab executione Ordinum susceptorum, sed etiam ab alijs suscipiendis, quia hæc Extrauag. absolutè, & indistinctè loquitur, latè Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari disput.*3. *quæst.*1. *puncto* 5. *per tot.* & præcipue *num.*8. quod deinde Sixtus V. *in d. sua Const.* contra male promotos id apertis verbis declarauit, ibi, *Clericos posthac malè promotos ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus,* quamuis ita simoniacum in Ordine remanere tantummodo suspensum ab executione Ordinum simoniacè susceptorum, vt in eo puniatur in quo peccauit, probabile existiment Soar. *de censur. disput.*31. *sect.*4. *num.*33. Filliuc. *tom.*3. *tractat. de simonia cap.*13. *num.*12.

Vnde ex hac Extrauag. in præcitatis verbis apparet 13
primò non esse latam huiusmodi suspensionem contra mediatores simoniæ, sed excommunicationem Papæ reseruatam, vt aduertit Soar. *d. disp.*31. *sect.*4. *n.*29. subdens ex hoc patere differentiam inter mediatores, & suscipientes Ordines simoniacè: illi enim non sunt suspensi, sed excommunicati, isti verò non solum sunt excommunicati, verùm etiam suspensi, refert Bonacin. *d. puncto* 5. *num.*6.

Secundò infertur huiusmodi suspensionem non in- 14
curri si vitium simoniæ committatur à tertia persona inscio ipso ordinando, quia hæc Extrauag. loquitur expressè de simoniacè ordinatis, tum quia hoc est proprium censuræ in pœnam delicti impositæ, vt non incurratur nisi ob culpam, qua iste caret, vt supponi debet, ita Nauarr. *in man. cap.*25. *num.*68. Henriq. *in summ. lib.*13. *cap.*37. *§.*4. Suar. *d. lib.*4. *de simon. cap.*56. *num.*9. *& de censur. disput.*31. *sect.*1. *& sect.*4. *num.*40. Filliuc. *d. tract. de simonia c.*7. *num.*129. Alter. *de censur. tom.*2. *disput.*9. *cap.*4. *ad fin.* Less. *d. lib.*2. *c.*35. *dub.*24. *num.*156. Bonacin. *d. puncto* 5. *num.*2. Contra S. Thom. 2. 2. *quæst.*100. *art. vlt. ad* 3. Syluest. *verbo suspensio num.*7. Auil. *de censur. p.*3. *disp.*5. *dub.*9. *concl.*2. & alios existimantes remanere suspensum ab Ordine sic suscepto.

Tertiò infertur absolutionem ab hac suspensione 15
ab Episcopo præstari posse, ex ea ratione, quia licèt in hac Extrauag. absolutio excommunicationis reseruetur Papæ, non tamen reseruatur absolutio illius suspensionis, vt ex text. patet, reseruatio autem asserenda non est nisi sit expressa. Bonacin. *d. puncto* 5. *num.*11. Verùm licèt hæc procedant attenta dispositione huius Extrauag. hodie si attendamus dictam Sixti V. Constitutionem, non potest Episcopus absoluere, quia idem Sixtus reuocauit omnes facultates, & concessiones etiam Cruciatæ absoluendi huiusmodi simoniacos, ex Sayr. *d. lib.*4. *cap.*17. *ad fin.* Bonacin. *d. puncto* 5. *num.*11. *vers. dixi.* nisi sit simoniacus occultus, quia talis potest dispensari ab Episcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit, vt dixi *de officio, & potest. Episcopi p.*2. *alleg.*39. *num.*44.

Quartò infertur simoniacum in beneficio non in- 16
currere hanc suspensionem, sicut incurrit simoniacus in Ordine, quia in hoc tantum, non in illo reperitur in hoc text. expressa, sicut tenent Nauarr. *in manu. cap.*25. *num.*111. *vers. tertio,* Soar. *d. lib.*4. *de simon. cap.*56. *num.*16. *& de censur. disp.*32. *sect.*4. *num.*45. Auil. *de censur. p.*3. *disput.*5. *dub.*9. *concl.*5. Filliuc. *tom.*3. *tract.*45. *de simonia cap.*15. *quæst.*4. *num* 12. Bonacio. *d. puncto* 5. *num.*12. Contra Syluest. *verbo suspensio quæst.*7. Henriq. *lib.*13. *cap.*37. *§.*5. Alter. *tom.*2. *disp.*15. *cap.*5. *col.*3. *vers. ad hanc dubitationem,* existimantes incurrere suspensionem ab Ordine, & beneficio.

Nec

Ne Sede vacante aliquid innouetur.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Consuetudo est valida vt fructus primi, secundi, & sequentium annorum Prælato defuncto, vel eius hæredibus applicentur, etiamsi non conuertantur in pia opera ad liberandam animam defuncti in purgatorio, vt.n.3.*
4 *Infinitas reprobatur.*
5 *Resuscitatus recuperat filios, non tamen vxorem. & non tenetur iterum baptizari, nec ordinari,*

Extravag. Suscepti. Vnic.

Ioan. XXII.

1 APA volens prouidere diuino cultui & ministris eiusdem, & occurrere dispendiis, quæ ipsis quotidie imminent propter occupationes vacantium Ecclesiarum primi anni, eo quod Ecclesiæ ipsæ, seu personæ aliquæ ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, primi, aut secundi, vel plurium annorũ fructus beneficij vacantis sibi vendicãt, statuit quod quãdo talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ cõsueuerũt in decimæ solutione taxari, collectores ipsorum annalium sint contenti ipsa summa pro qua consueuit dari decima, si ipsam eligendam duxerint, tali residuo penes eum, cui collatum est beneficium, remanente, vel dimissa eidem summa prædicta, possint dictum residuum sibi assumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores, aliàs post decem dies ipsorum optio in beneficiatum transeat ipso iure. Io nõ taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidi debent per medium, & vtrique eorum medietas tribuatur, ita quod si alter dimidia noluerit contentari, ipsa in volẽtem transeat ipso iure. Et si aliquis accipit aliquid vltra præmissa, si fuerit Prælatus, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ; si est Capitulum, Vniuersitas, vel Collegium, est interdictum donec restituat, si particularis persona, est excommunicata, nec potest absolui nisi facta restitutione: & ad hunc finem reuocantur omnia priuilegia &c. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3.pag.*144. Alagona *in compend.pag.*418.

Vide de hac materia latè Bonac. *de suspensionibus õnibus in particulari disp.3.q.4.puncto.*11*.à princip.* vbi *num.*2. ait hac censura ligari, qui per seipsum immediatè non accepit, sed per mandatarium, quia adhuc ipse dicitur percepisse; subditque contrarium dicendum de auxiliante, fauorem præbente, vel ratum habente, quia censura lata in facientes, non afficit consulentem, fauentem, vel ratum habentem contra gloss. *hic in verbo prædictorum*, & Alter. *de censur. disput.* 12. *de interdicto cap.*1.*col.*10. *versic.*2. Et idem Bonac. *loco proximè citato, num.*3. existimat paruitatem materiæ excusare ab hac censura, quia excusat à mortali peccato, consequenter etiam à graui censura, quæ mortale peccatum supponit, quicquid dicat Alter. *vbi proximè, vers. ad declarationem.* Et denique idem Bonac. *n.*7. tenet hanc suspensionem facta reali restitutione tolli absque alia absolutione, quia suspẽsio sub cõditione, vel ad certum tempus lata cessat adimpleta conditione, quãuis Suar. *tom.*5.*de censur.disp.*31.*sect.*3. *n.*22. Alter. *tom.*2.*disp.*16.*cap.*3.*col.*6. & alij oppositum sententiant.

Ex hoc text. colligitur validam esse consuetudinem vt fructus primi, secũdi, & sequentium annorum Prælato defuncto, vel eius hæredibus applicentur, vt per Cou. *in cap.cum in officiis.n.*9. *vers. cæterum, de testam.* Nau. *de redditib.q.*3.*num.*12. *& in apologia q.*1.*monitu* 48. *alias.q.*1.*monitu.*52.*à n.*6. Sarmien. *in defensorio monit.*48. Gam. *Lusit.decis.*313.*n.*7.*ad fin.* Cuius rei rationem reddit Abb. *in.d.c.cum in officiis,n.*5.*ad fin.* quòd talis consuetudo Ecclesiæ non præiudicat, sed tantum successori, ad quem pertinent fructus sequentium annorum. Verùm reprehenditur à Cou. *proximè citato loco*, aduertente quod etiam relicta à defuncto debent futuro successori reseruari, iuxta text. *in Clem statutum* 7. *de elect.cum similibus.* & ideo non rectè Abb. videtur facere differentiam inter fructus sequẽtium annorum, & relicta à defuncto. 2

Vnde minus bene Nau. *citatis locis*, quem sequitur Gutier. *lib.*2.*pract.q.*114.*n.*14. cõtẽdit in terminis huius Extrau. iuxta doctrinã glos. *in præf. verbo defuncto*, non posse defendi cõsuetudinẽ, quæ fructus primi, & secundi anni applicat defuncto, vel eius hæredibus, nisi vt conuertantur in opera ad liberandam animam defuncti à purgatorio, quia de consuetudine contrarium obseruari, testis est Sarmien. *dicto mon.*48. 3

In gloss. *Primi, vel secundi, aut alterius.* ibi, *meritò est reprobanda.* Notatur ad hoc quòd infinitas reprobatur, vt per Escob. *de ratiocin.c.*18.*n.*4 Valasc. *cons.*51.*n.*49. *& de partit.c.*9.*n.*50. *&* 51. Stephan. Gratian. *discept. forens.c.*600.*n.*3. 4

In glos. *Vacantiũ.* ibi, *quòd etiãsi in instanti miraculosè resuscitetur*, &c. Vide la[illegible] Garc. Girond. *de priuileg. seu exempt.explic.n.*1283. [illegible]nt, quòd resuscitatus recuperat filios, non tamẽ vxorẽ, &c. *n.*1284. quod nõ tenetur iterum baptizari, nec ordinari, & *n.*1286, quòd monachus resuscitatus tenetur redire ad monasterium. 5

De Rebus Ecclesiæ non alienandis.

Tit. IV.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Doctores citantur de eius materia agentes.*
3 *Textus hic an sit hodie vbique vsu receptus, ostenditur*
4 *Locatio fructuum Ecclesiasticorum vltra triennium non est licita, & valida.*
5 *Alienationis nomine qua comprehendantur, & an Prælatus possit repudiare legatum, seu hæreditatem relictam Ecclesiæ, ostenditur.*
6 *Bona immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, non valent absque solemnitate hypothecari.*
7 *Bona Ecclesiastica non possunt locari vltra triennium.*
8 *Beneficiarius potest se obligare obligatione personali ad dãdã cõmmoditatẽ & ius percipiẽdi fructus ad multos annos, vel durante vitã ipsius beneficij.*
9 *Triennium vltra quod non possunt bona Ecclesiastica locari, computandum est ex tribus fructuum collectionibus, & n.*39.
10 *Triennium de quo in hoc text. potest. per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos.*
11 *Locatio facta vltra triennium de bonis Ecclesiæ an in totum vitietur, vel quoad dictum triennium sustineatur, ostenditur, & num.* 12.

13 *Locatio*

13 *Locatio de bonis Ecclesiæ si fiat ad duo triennia adiecto pacto vt post primum incipiat secundum, an valeat, ostenditur.*

14 *Ecclesiæ res in quibus casibus inconsulto Romano Pontifice alienari possint, remissiuè.*

15 *Bona Ecclesiæ in emphyteusim cōcedi possūt Romano Pont. inconsulto tribus concurrētibus cōditionibus.*

16 *Prælatus potest de iure liberè res solitas concedere in emphyteusim, vel feudum, cui vult, conferre etiam absque Capituli consensu.*

17 *Bona vt in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos 40. annos.*

18 *Emphyteuticæ res Ecclesiæ solitæ emphyteuticari si ad Ecclesiam reuertantur possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*

19 *Bona, quæ seruando seruari non possunt, sunt res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant.*

20 *Alienatio vini, olei, frumenti, ouiū, caprarum dummodo non sit totus grex, fieri potest sine solēnitate.*

21 *Excommunicationem incurrunt alienantes, vel locantes res, seu bona Ecclesiastica extra casus à iure permissos in plures quàm in tres annos.*

22 *Concil. Trident, sess. 22. de reform. cap. 11. comprehendit solummodo occupantes, bona Ecclesiastica, vel ea vsurpantes.*

23 *Alienans res Ecclesiæ absque debita solemnitate ex ignorantia iuris vel facti, modo ignorantia non sit coniuncta cum ingenti temeritate, non incurrit excommunicationem de qua in hoc text.*

24 *Alienans res Ecclesiæ absque debita solemnitate si pœnitentia ductus alienationem reuocauit ante realem & pacificam traditionem, non incurrit excommunicationem, de qua in hoc text.*

25 *Cardinales an subiiciantur legibus, & pœnis contra alienantes indebitè bona Ecclesiastica impositis, remissiuè.*

26 *Beneficiis ipso facto priuantur inferiores, qui Ecclesias cum cura, & sine cura habentes beneficia & bona sine solemnitate huius Extrauag. alienant.*

27 *Arbores fructiferæ cadi non possunt, & si succiderit emphyteuta poterit priuari.*

28 *Vsufructuarius arbores fructiferas cadens amittit ius, quod habet, & expelli potest.*

29 *Colonus & conductor arbores fructiferas cadens expelli potest.*

30 *Beneficiarius succidens arbores, quæ radices egerunt etiam non fructiferas, incurrit excommunicationem de qua in hoc text.*

31 *Sylua immatura à fructuariis succidi non potest.*

32 *Emphyteuta punitur propter incisionem lignorum, quæ breui tempore non renascuntur.*

33 *Prælati & beneficiati syluas caduas, quæ maturæ sūt, & breui tempore renascuntur, cædere possunt.*

34 *Sylua cadua illa dicitur, quæ destinata est ad hoc vt cædatur, & talis esse debet vt succisa ex stirpibus vel radicibus renascatur.*

35 *Arbores syluæ caduæ sunt eius qualitatis, vt nisi excidantur certis annis adeo senescant, vt renascantur nunquam.*

36 *Emphyteuta syluas caduas cædere potest.*

EXTRAVAG. Ambitiosæ. Vnic. *Paul. II.*

1 ROHIBET omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, cōcessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quę seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia; & innouat decreta, & Constitutiones prædecessorum super hoc editas. Et ita quandu contra hoc decretum Ecclesiarum bona alienantur non tenet alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, infeudatio, & tam ille, qui alienat, quàm qui alienatas res accipit excommunicationis sententiam incurrunt. Si verò fuerit Episcopus, vel Abbas, qui bona Ecclesiæ alienat inconsulto Papa, ingressus Ecclesiæ illis penitus interdicitur, & si in tali interdicto obstinatè perdurauerint per sex menses eo ipso sunt suspēsi ab omni administratione Ecclesiæ, vel monasterij in temporalibus, & spiritualibus. Inferiores verò, qui Ecclesias cum cura, vel sine cura habentes beneficia, & bona alienant, sunt ipso facto beneficiis priuati, & tanquam vacantia possunt conferri aliis, exceptis ipsis priuatis, & bona alienata reuertuntur ad easdem Ecclesias. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 167. Alagona *in compend pag.* 427.

Explicatur hæc Extrauag. à Hieron. Maynasio *in consulto de spoliis num.* 274. & integris repetitionibus eam declarant Benedict. Canofilus, & Bartholom. Pettus; & de illius materia, & intellectu plura tradunt citati per Cened. *ad Sextum collect.* 32. quibus addo Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 115. *cum seqq in* 1. *edit. alias resol.* 100. *cum multis seqq. in* 2. *edit.* Scort. *in selectas consist. theorem.* 117. Bonac. *var. tract. lib.* 1. *tract.* 2. *de alienat. bonorum Ecclesiast. & de censur. extr. Bullam disp.* 2. *quæst.* 4. *puncto* 11. Quarant. *in summa Bullarij verbo alienatio rerum Ecclesiæ*, Fill. *to.* 3. *tract.* 44. *cap.* 1. *num.* 7. *cum seqq* metipsum *de officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 95. *per tot.* 2

Verùm autem hæc Extrauag. fuerit & sit hodie vsu recepta, videtur ab aliquibus in dubium reuocari? In quo affirmatiuā partem sustinet Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1673. *in princ. & in praxi rerum fori Eccles. decis.* 95 *in* 1. *edit. alias resol.* 81 *in* 2. Henriq *in sum lib.* 13. *cap.* 56. §. 3. *lit. T.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 21. *num.* 15. *& resol.* 38. *num.* 10. *& resol.* 50. *num.* 28. Filliuc. *tract.* 44. *cap.* 1. *num.* 8. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol capit.* 60. *num.* 1. Melch. Phœbos *Lusit. decis.* 60. *num.* 1. *tom.* 1. Rota *in vna Brixien. locationis* 5. *Decemb.* 1594. coram Penia, impressa per Farin. *decis.* 30. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* in qua fuit dictum Rotam non seruare decisionem Mohedani 8. *de locato*, dicentem probandum esse vsum huius Extrauag. cuius similes refero ego ipse *d. p.* 3. *allegat.* 95. *n.* 49. cùm enim sit inserta in corpore iuris, præsumitur de iure vsu recepta. Reduan. *de rebus Eccles. non alien. quæst.* 35. *num.* 1. Eugen. *cons.* 24. *num.* 2. *ic.* 1. Hamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 6. *num.* 25. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 21. *n.* 15. Et saltem quoad nullitatem contractus, non verò quoad pœnas excommunicationis, & alias extrinsecas receptam esse defendunt Sarmien. *de redditib. Ecclesiast. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 91. *vers. tertiò de hac Paulina*, Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 74. *vers. circa quam Constit. in nouiss. edit.* Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiast. num.* 48. plures ex citatis per Cened. *ad Sextum collect.* 52. *n.* 1. Gam. *decis.* 390. *n.* 2. Sayr. *in clauis Regia lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 25. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 2. *q.* 1. *vers. quod attinet*, Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 466. *n.* 10. Rebell. *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 14. *q.* 5. Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.* 1. *c.* 12. *quæst.* 66. *ante resolut.* 3

4 *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum*, &c.] Ergo comprehendit fructus & redditus rerum Ecclesiasticarum, ac proinde locatio fructuum vltra triennium, non erit licita & valida, sicuti docent Gam. *Lusitan. decis.* 390. *n.* 6. & *decis.* 156. *n.* 2. Boër. *decis.* 224. *num.* 2. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 14. Philiarch. *de offic. Sacerd. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 22. Iacob. de Graff. *in aureis decis. pars.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. Fr. Emman. *in summa.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. Solis *de censib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Quintanad. *Ecclesiast. lib.* 2. *num.* 69. Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut.* 106. Cened. *ad Decretal. collect.* 76. *n.* 3. Bonacin. *var. tract.* 1. *de alienat. bonorum Ecclesiast. disput.* 2. *quaest. vnic. puncto* 2. *num.* 25. *vers. sed opposi-tum mihi probabilius videtur*, ego ipse *d. alleg.* 95. *n.* 20. Contra Couart. *var. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 6. *ad fin.* Iacob. de Graff. sibi contrarium *d. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 20. Auendan. *de exequendis mand. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 32. *ad fin.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 21. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo alienatio* §. 3. Vasquez *de redditib. cap.* 1. §. 2. *numer.* 34. Scott. *in selectas Constit. theor.* 115. Filliuc. *d. tract.* 44. *cap.* 4. *quaest.* 1. Caroc. *p.* 3. *tit. de rebus Ecclesiast. locan. num.* 51.

5 *Alienationem.*] Nomine alienationis in praesenti materia intelligitur actus, quo dominium rei directum, vel vtile, aut vsusfructus, aut ius in alterum transfertur, vel abdicatur, ac proinde non solùm venit venditio, aut alius contractus gratuitus, vel onerosus, quo rei dominium in alterum transfertur, verùm etiam hypotheca, locatio vltra triennium, infeudatio, & contractus emphyteuticus, vt per Redoan. *de alienat. rerum Eccles. quaest.* 2. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 22. *sect.* 6. *numer* 6. Mat. Alter. *in simili tractat. tom.* 2. *disput.* 16. *cap.* 2. *col.* 3. *vers. alia suspensio*, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quaest.* 2. Filliuc. *tom.* 5. *tractat.* 44. *cap.* 2. de his & aliis dixi *ad cap. nulli, de rebus Eccles.* An autem Praelatus seu beneficiarius possit temeritate caducitatem emphyteusae Ecclesiae absque solemnitate & auctoritate Sedis Apostol. vide quae dixi *in collectan. ad c. potuit, de locato num.* 121. & *ibi citatis* addo Bonacin. *var. tractat. tit. de alienat. bonorum Ecclesiast. quaest. vnica puncto* 2. *n.* 21. Vtrùm verò Praelatus validè & absque poena excommunicationis de qua *in hoc text.* possit repudiare haereditatem, seu legatum relictum Ecclesiae non seruata solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiae quaestio est dubia, in qua licèt Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. *quaest.* 9. *art.* 1. *num.* 31. *concl.* 5. & alij resoluant non posse, tamen contrarium verius esse, ac proinde dispositionem huius Extrauag. non habere locum in repudiatione seu remissione legati, vel haereditatis, ac rei Ecclesiae non incorporatae meritò tradunt Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiae n.* 43. *limit.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil.* 71. *n.* 32. Ceruantes *l.* 6. *Taur. n.* 79. Spin. *in speculo testam. gloss.* 8. *princ. num.* 63. *in fine*, Scott. *in select. constitut. opith.* 1. *theor.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disput.* 4. *n.* 11. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 97. *in.* 1. *edit.* alias *resol.* 82. *in* 2. *edit.* Bonac. *d. quaest. vnic. puncto* 2. *num.* 33.

6 *Hypothecam.*] Notatur ad hoc quòd immobilia Ecclesiae, vel mobilia pretiosa, quae seruando seruari possunt, non valent absque solemnitate oppignorari, vel hypothecari, vt per Couar. *lib.* 1. *var. c.* 16. *num.* 7. Vasq. *in opuscul. de redditib. cap.* 2. §. 2. *dub.* 8. Quarant. *vbi supra num.* 16. & 17. Bonacin. *d. quaest.* 2. *puncto* 2. *n.* 23.

7 *Locationem, & conductionem.*] Notatur ad hoc quòd omnes res, & bona Ecclesiastica non possunt locari vltra triennium, vt per Perez *ad tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 202. Couar. *cap.* 16. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 603. *num.* 18. Azeued. *l.* 33. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouae Recopilat.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quaest.* 3. & *p.* 3. *lib.* 8. *tract. de locato cap.* 3. *quaest.* 3. Chal. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 2. *num.* 18. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Caroc. *de locato p.* 3. *tit. de rebus Ecclesiae locan. concl.* 5. 6. & 9. Vasq. *in opusc. de reddit. cap.* 2. §. 2. *dub.* 1. *cum seqq.* Bonacin. *d. quaest.* 2. *puncto* 2. *num.* 24. Cùm autem promissio de re locanda non sit locatio, nec alienatio, sed obligatio personalis alienandi, poterit beneficiarius obligare se obligatione personali ad dandam commoditatem, & ius percipiendi fructus ad multos annos, vel durante vita ipsius beneficiarij, quia hoc pacto non dicitur rem Ecclesiasticam alienare cum nullum ius rei transferetur in alterum, sed solùm obligetur personaliter, ita Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 13. Quarant. *vbi supra num.* 18. *vers.* 3. Molin. *disput.* 466. *num.* 5. *vers. in tertia autem*, Filliuc. *d. cap.* 2. §. 1. *quaest.* 8. Bonacin. *d. quaest. vnica puncto* 2. *sub numer.* 24. *vers. addo cum Molina.* 8

9 *Vltra triennium.*] Computandum scilicet ex tribus fructuum collectionibus: ita vt si ex quolibet triennio vnus tantùm fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debebit, & locatio fieri poterit vsque ad nouennium, sicuti docent Couar. *d. cap.* 16. *n.* 6. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quaest.* 8. & *lib.* 9. *cap.* 2. *quaest.* 2. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Ecclesiae n.* 18. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 22. Nauar. *in tract. de alienat. rerum Eccles. n.* 21. Chald. Pereira *d. c.* 2. *n.* 31. Vasq. *in opuscul. de redditib. cap.* 2. §. 2. *dub.* 6. *n.* 30. Marc. Anton. Genuens. *in praxi archiep. Neapol. cap.* 60. *n.* 10. Filliuc. *d. tract.* 44. *c.* 2. *q.* 3. Bonac. *d. puncto* 2. *n.* 24. *vers. aduertendum*, ego ipse *d. alleg.* 95. *num.* 4.

10 Cùm autem haec Extrauag. non iubeat locationes fieri vsque ad triennium, sed ne vltra fiant solummodo prohibeat, poterit triennium illud per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos, vt tradunt Alex. *cons.* 160. *à n.* 6. *vol.* 6. Anchar. *cons.* 116. *n.* 5. Ego ipse *d. alleg.* 95. *num.* 18.

11 Vtrùm verò locatio facta vltra triennium in totum vitietur, aut quoad triennium sustineatur, quaestio est dubia, vna opinio tenet hanc locationem in totum nullam esse, nec quoad triennium sustineri, vt probari videtur ex verbis huius Extrauag. *ibi, nullius omnino sit roboris*, & *momenti*, quae propter illam particulam, *omnino*, omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat. Quare ita docent Bart. *in auth. qui rem num.* 7. & *ibi* Ias. *n.* 21. *C. de sacros. Eccles.* Couar. *d. cap.* 16. *n.* 5. Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 75. *in fine C. de bonis mat.* Gutier. *in l. nemo potest, n.* 53. *ff. de legat.* 1. Valasc. *de iure emphyt. quaest.* 29. *n.* 15. Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 2. *n.* 30. & *de empt. c.* 32. *num.* 32. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quaest.* 4. & *lib.* 9. *c.* 2. *quaest.* 4. Cardin. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 5. *in princip.* Vasq. *d. cap.* 2. §. 2. *dub.* 5. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *num.* 22. Camil. Borel. *in summa omnium decis. tit.* 16. *num.* 5. Rot. apud Farin. *decis.* 30. *p.* 1. *recent.*

12 Altera opinio ex diametro contraria tenet locationem rerum Ecclesiae factam ad plures annos validam manere quoad dictum triennium, per *reg. vtile, de regul. iuris lib.* 6. eàmque sustinent Bald. *in auth. si quas ruinas C. de sacros. Eccles.* Clar. *in* §. *emphyteusis q.* 6. & *in* §. *donatio quaest.* 17. *num.* 2. Molin. *de primoge. lib.* 1 *c.* 21. *num.* 28. *vers. contrarium*, P. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 467. *col.* 2. Perez *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 203. *colum.* 1. Stephan. Quarant. *d. verbo Alienatio rerum*

*rerum Ecclesiæ n.*18.Gam. *Lusit.decis.*390. Vgolin.*de officio Episcopi c.*14.§.7. .5.*vers.*4 Rebello *de obligation.iustit.p.*2.*lib.*1 *quæst.*6.Aloys.Ricc.*in d.praxi resolut.*1 2.*in* 1.*edit.* Ego vtramque opinionem adhibita distinctione ad concordiam reduxi *d.part.*3.*alleg.*95.*n.*11.*cum seqq.*vbi videre poteris ne ibi dicta hic transcribere videar.

13 Quid dicendum si locatio fiat ad duo triennia, eo adiecto pacto vt post primum incipiat secundum, an valeat? Communis tenet sententia talem locationem vltra triennium non tenere, sicuti scribunt, Lap.*alleg.*12. Alex. *cons.*165.*lib.*2. Couar.*d.c.*16.*n.*4.Velasc.*de iure emphyt.q.*29 *n.*15.Molin.*d.tract.*2.*d.* *p.*466. *col. fin.*Azor.*d.lib.*9.*c.*2.*quæst.*3.Ego ipse *d.alleg.*95.*n.*17. Vasq.*in opuscul.de reddit.cap.*2 §.2.*dub.*4.*n.*25 Bonac.*d. q.*2. *puncto* 2.*sub n.*24. Scott.*in selectis consist. epit.*43.*theorem.*115.

14 *Præterquam in casibus à iure permissis.*]Qui sint isti casus vltra expressos in hac Extrauag. in quibus res Ecclesiæ inconsulto Romano Pont. alienari possunt, dixi ego ipse *d.alleg.* 5.*à n.*22.videlicet si eueniat casus necessitatis Ecclesiæ, vel pietatis, scilicet, pro redemptione captiuorum,& alimonia pauperum, seu incommoditatis, veluti quando res est Ecclesiæ incommoda aut inutilis, & à *num.*50.*vsque ad n.*65.nouem casus adduco & declaro.

15 *Ac de rebus, & bonis in emphyteusim* &c.]Notatur ad hoc quòd bona Ecclesiæ in emphyteusim concedi possunt Romano Pont.inconsulto tribus concurrentibus conditionibus, putà in casibus à iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteosim,
16 & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate, secundùm *ea*, quæ latè deduxi *d.alleg.*95.*à n.*22.& ibi citatis addo Bonac. *d.q.vnic.puncto* 2.*n.*20. Prælatus enim potest de iure liberè res solitas concedere, vel in emphyteusim, vel in feudum, cui vult, conferre etiam absque consensu Capituli.sicuti docent Bald.*in c.*1.*col.*1.*qui feud.dare pos.* vbi Ias.*n.*7.*vers.an autem*,Felin.*in c.cum causa n.*14.*de iudic.& in c.edocens sub n.*2.*de rescript* Federic. de Senis *cons.*109. *incip.* *Quidam Prælatus*, Castren. *cons.*134.*lib.*1.Curt.iun.*in tract.de feudis p.*2 *q.*1.*n.*2.& *q.*2. Menoch.*cons.*79. *n.*6.

17 *Ab antiquo concedi solitis*, &c.]Vt bona in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos quadraginta annos, secundum Rebuff.*de rebus Eccles.non alien.n.*33. Gam. *Lusit. decis.*342.*n* 4. Camil.Borrel. *d.tit.*33.*n.*136.Marc.Anton. Genuens.*d.c.*60.*n.*5 .cum aliis per me adductis *d.alleg.*95.*num.*36.

18 Res Ecclesiæ solitæ concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato si ad Ecclesiam reuertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarũ, sicuti docẽt Gam. *Lusit. decis.*24.& *decis.*36 *n.*6.& *decis.*344.*n.*4.Rot. Bonon. *decis.*13.*n.*7.& 8.Menoch. *de arbitr.casu* 8 *à n.*5.& *cons.*66 *n.*31.& *cons.*79.*n.*1 *cum seqq.*& *cons.*90.*n.*22.Quarant.*d.verbo alienatio rerum Ecclesiæ n.*39.& 40.Zerol.*in praxi Episc.p.*1. *verbo alienatio rerum Ecclesiæ* §. 3.Chald. Pereira *de renouat.emphyt.q.*16.*num.*71.Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori Eccles.*126.*in* 1.*edit.alias resol.*11 .*in* 2.*edit*Melch.Phæbus *Lusit.decis.*82.*n.*34.*tom.*1. Camil.Borrel. *d. tit.*33. *à n.*129.Ceuall. *commun. contra commun. tom.*3. *quæst.*897. *à num.* 899. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*6. *num.*194. Ego ipse *d.alleg.*95. *n.*29.vbi *numeris seqq.*hanc sententiam multis comprobo fundamentis.

19 *Quæ seruando seruari non possunt.*] Quæ autem sint hæc bona, quæ seruando seruari non possunt, vix definiri valent, nisi dicamus esse res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant, vt exemplificant Nauarr. *de alienat.rerum. Eccles.n.*4. Rebuff.*in compend.alienat.n.*25. Quarant. *d. verbo alienatio rerum Eccles.n.*38. Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.decis.*62.*in* 1.*edit.al resol.*59.*in* 2.*edit.* Marc.Anton.Genuens.*d.c.*60.*n.*7.Ego ipse *d.leg.*95.*n.*38.vbi *n.*39. limito nisi sint res mobiles pretiosæ, quia æquiparantur immobilibus, & pari passu ambulant in hac materia. Vnde sequitur validam esse alienationem vini, olei, frumenti, ouium, caprarum, & cæterorum fœtuum sine solemnitate, quia huiusmodi bona non censentur pretiosa, quæ seruando seruari non possint, vt ex Molin. Quarant.& aliis tradunt
20 Bonacio.*d.tract.de alienat.bonor.Eccles.* [illegible]*vnica, puncto* 2. *num* 4. vbi subdit non posse vendi totum gregem ouium de quo percipi consueuerunt redditus,& emolumenta.

21 *Sententiam excommunicationis incurrat.*Notatur ad hoc quod alienantes, vel locantes res, seu bona Ecclesiastica extra casus à iure permissos in plures quàm in tres annos sententiam excommunicationis incurrunt, vt per Rainer.*in catalogo censur.extra Bullam in Cœna Domini c.*2. *excomm.*13. Filliuc.*tract.*14.*num.*9.*vers. septima,& num.*114. quos refero ego ipse *d.p.*3. *allegat.*50. *num.* 235. secundùm Lugdunens. impress.& licet aliqui apud Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast.p.*1.*cap.*15.*num.*53.teneant male recipientes, & alienantes bona Ecclesiastica, seu alienationi consentientes (si consentiens sit clericus) affici excommunicatione Papæ reseruata *in Concilio Trid.*
22 *sess.*22.*de reform.c.*11. Contrarium tamen melius sustinet Filliuc. *de tract.*44. *c.*6.*q.*3. *n.*3.quia decretum illud Concilij comprehendit solummodo occupantes bona Ecclesiastica, vel ea vsurpantes, ad not. per Soar.*to.*5.*de censur.disp.*22.*sect.*6.*n.*22.Azor.*instit.moral.part.*1.*lib.*9. *c.*27.*quæst.*10.*in med.* Zerol. *in praxi Episcop.part.*1.*verbo bona*,Sayr.*de censur.lib.*3.*cap.*31. *num.* 26.

23 A censura tamen huius text. excusatur alienans ex ignorantia iuris, vel facti, modo ignorantia non sit coniuncta cum ingenti temeritate, vt per Nauar. *consil.*19.*de rebus Eccles.non alien.in nouis*, Quarant. *vbi supra num.*9.& 5 Filliuc.*d.tract.*44.*c.*6. *quæst.*4. *num.*5.Bonac.*d.n.vnico,puncto* 5.*sub num.*1.*vers.ex quo sequitur*, vbi etiam subdit hanc censuram non incurri ob tractatum, cogitationem, vel attentationem alienationis.

24 Excusatur etiam ille, qui bona Ecclesiæ alienauit absque debita solemnitate si pœnitentia, aut alio titulo ductus alienationem reuocauit ante realem & pacificam traditionem], vt per Couar. *lib.*2. *cap.*16. *num.*7. Nauar.*cons.*18.*de rebus Eccles.non alien.* Quarant.*vbi supra num.*50. Filliuc. *tract.*14 *num.*119.& *tract.*44.*cap.*6. *quæst.*5.

25 Vtrum autem Cardinales subiiciantur legibus, & pœnis contra alienantes bona Ecclesiastica impositis? vide Bonacin. *dict. quæst. vnic. puncto* 5. *num.*6.

26 *Inferiores verò Prælati*, &c.] Notatur ad hoc quòd inferiores, qui Ecclesias cum cura, vel sine cura habentes beneficia, & bona sine solemnitate huius Extrauag. alienant, ipso facto beneficiis priuantur, vt per Petr. Greg. *de re benefic.cap.*25.*num.*16. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloss.*15.*num.*63.Mallobr.*in praxi habendi concursum requis.*1. *dub.*2. *num.*24. secundùm Romanam impress. quos refero ego ipse *de officio, & potest.Episcopi p.*3.*alleg.*57.*num.*226.

27 Restat nunc pro coronide decidenda quæstio, an & quando Prælati seu beneficiati cædentes arbores cæduas ad suam Ecclesiã seu beneficia spectantes euadãt

excommunicationem in hac Extrauag. comminatam,
cuius resolutio pendet solùm ex cognitione an syluæ
sint omnino cæduæ, an verò aliquo modo fructiferæ
dicantur, nam sicut emphyteuta arbores frugiferas
cædēs amittit ius quod habet, & expelli potest, Clar.
in §. *emphyteusis quæst.* 26. Bursat. *cons.* 91. *n.* 3. *lib.* 1. Pi-
ncl. *in l.* 1. *de bonis mat. p.* 2. *n.* 60. Surd. *decis.* 286. *n.* 9.
Ioann. Garc. *de expens. cap.* 11. *num.* 34. D. Barbos. *in l.*
28 *diuortio* §. *si fundum n.* 15. & 16. *ff. soluto matr.* & pari
modo vsufructuarius, ad tradita per Mieres *de maio-
ratu p.* 4. *q.* 39. *num.* 5. Crass. §. *legatum q.* 33. *in princ.*
D. Barbos. *in d.* §. *si fundum, num.* 17. & 18. necnon co-
29 lonus, & conductor, secundum Caroc. *de locato gradu*
4. *accid. quæst.* 3. *n.* 5. & 6. Menoch. *cons.* 130. *num.* 4. &
seq. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 94. *p.* 2. Caualcan. *in
decis.* 44. *n.* 72. *in princ. p.* 1. ita beneficiatum succiden-
30 tem arbores, quæ radices egerunt etiam non fructi-
feras incurrere hanc excommunicationem consuluit
Nauar. *cons.* 6. & 7 *hoc tit. de reb. Ecclesiæ non alienand.*
& ex eo Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 5. vbi
quod Abbas sine consensu Conuentus & sui Gene-
ralis arbores fructiferas & non fructiferas scindendo,
& vendendo peccat, & excommunicationem contra
malè alienantes res Ecclesiasticas latam incurrit, nisi
arbores tantum opacas lucorum sui monasterij pro
vberiori fructuum collectione cædat, præsertim si ar-
borum abscissarum pretia in commodum & vtilita-
tem monasterij conuertat, tunc enim neque peccat,
31 neque in pœnam aliquam incidit, & dicit Cardin.
Mantic. *d. tit.* 9. *num.* 31. quòd sylua immatura à fru-
32 ctuario succidi non potest, addit Crass. *de successionib.
verb. legatum q.* 33. emphyteutam, & cæteros huius-
modi puniendos esse propter incisionem lignorum,
quæ breui tempore non renascuntur.

33 Ex quibus colligo Prælatos & beneficiatos syluas
cæduas quæ maturæ sunt, & breui tempore rena-
scuntur, absque censurarum incursu cædere posse,
has enim & vsufructuarius cædere potest, *aal. ex
sylua & l. si absente ff. de vsufruct. l. diuortio* §. *si fundum*
34 *ff. soluto matrim.* Sylua autem cædua illa dicitur, quæ
destinata est ad hoc vt cædatur, & talis esse debet, vt
succisa ex stirpibus, vel radicibus renascatur, vt per
text. *in l. sylua cædua ff. de verbor. signif.* vbi Alciat. &
Rebuff. tradit Alexand. *cons.* 118. *n.* 3. *l.* 5. & ego ipse *in*
35 *meo dictionar. Lusitani colat. lit. D col.* 390. hæc enim
verè dicitur sylua cædua etiamsi aliquos modicos fru-
ctus producat, sunt tamen illius arbores eius qualita-
tis vt nisi excidantur certis annis adeò senescunt, vt
renascantur nunquam, sicut optimè notat Ioan. Garc.
de expens. & melior at. c. 11. *à n.* 79.

36 Sic à simili posse emphyteutam absque incursu
pœnæ *auth. qui rem C. de sacros. Eccles.* syluas cæduas
incidere, resoluunt Mieres *de maioratu p.* 4. *q.* 39. *n.* 5.
Crass. *d.* §. *legatum q.* 33 *vers. aut vero quærimus*, Pinel.
in l. 1. *C. de bonis mat. p.* 2. *n.* 59. D. Barbos. *in d. l. diuor-
tio* §. *si fundum, n.* 3. Gutier. *de tutel. p.* 3. *c.* 27. *n.* 9. Card.
Mantic. *d. tit.* 26. *num.* 7. & 31.

De emptione, & venditione.

TIT. V.

SVMMARIVM.

1 *Censuales contractus etiamsi fiant per decem ad cen-
tum, & cum conditione vt venditor possit in totum
vel in partes redimere censum, non tamen possit
cogi ad redimendum, sunt liciti, non vsuarij.*
2 *Census consignatiui contractum approbauit, & sub
certa forma seruari solitam decreuit Martinus V.
in præsenti.*
3 *Census emptio, & venditio an & quando, & cum
quibus conditionibus sit licita, remissiuè.*
4 *Pius V. edidit constitutionem super forma creandi
census.*
5 *Constitutio super forma creandi census à Pio V. edi-
ta in Hispania, & apud Germanos, ac Belgas
non fuit recepta.*
6 *Censualis contractus natura est vt possit quandocun-
que census redimi & extingui.*
7 *Census redimi potest in totum, vel pro parte, contra-
ria conuentione non obstante.*
8 *Census tunc redimi dicitur quando per debitorem il-
lius restituitur domino census liberè recipienti pre-
tium, quod in illius emptionem, & acquisitionem
fuerat erogatum.*
9 *Census extinctio non sequitur absque pretij restitu-
tione.*
10 *Censum redimibilem emere, vel vendere licitum est.*
11 *Redemptio in censibus & redditibus annuis, qui cum
pacto redimēdi cōstituūtur, an perpetuo absque vl-
la temporis præscriptione permissa sit? ostenditur.*
12 *Census iustè constitui potest ad vitam ementis, etiam-
si tanto tempore is superuixerit quòd fructus ex-
cedant pretium solutum.*
13 *Contractus erit illicitus si census, seu redditus annui
redemptio conferatur in voluntatem venditoris,
hac tamen lege vt maiori pretio redditus redimen-
dus sit quam constitutus fuerat.*

EXTRAVAG. Regimini. I. *Martin. V.*

ONTRACTVS censuales etiamsi 1
fiant pro decem ad centum, & cum con-
ditione vt venditor possit in totum, vel
in partes redimere censum, non tamen
possit cogi ad redimendum, sunt liciti, non vsuarij
Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *p.* 181. Alagon. *in
compend. pag.* 432.

Contractum census consignatiui approbauit Mar- 2
tin. V. *in præsenti*, & sub certa forma seruari solitum
decreuit, cuius Constitutionem confirmauit Calix-
tus III. *in seq. cap.* vt referunt Marc. Anton. Eugen.
cons. 100. *n.* 34. *lib.* 1. Felician. de Solis *de censib. tom.* 2.
lib. 1. *c.* 1. *num.* 1. & 2. Cenc. *in simili tract. pars.* 1. *cap.* 1.
quæst. 2. *à princip.*

An autem & quando, & cum quibus conditioni- 3
bus emptio, & venditio census sit licita, vide Greg.
l. 28. *verbo à censos tit.* 8. *p.* 5. Sot. *de iustit. l.* 6. *q.* 5. Couar.
lib. 3. *var. cap.* 7. *num.* 2. *cum seqq.* Nau. *de vsuris* §. 22. *à
num.* 72. *cum seqq.* Mich. de Palac. *de contract. lib.* 4. *c.* 6.
& 7. Brunor. à Sole *in quæst. legalib. q.* 2. *cum duabus
seq.* Franc. Garc. *p.* 2. *contractuum. cap.* 4. Ioan. Garc. *de
expens. c.* 9. *n.* 73. *cum seq.* Petr. Salaz. *de vsu & consue-
tud. cap.* 11. *n.* 72. & *à num.* 74. Caualcan. *p.* 2. *decis.* 2.
num. 48. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 12. *n.* 6. & *q.* 32.
n. 8. *col.* 2. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo contractus
censuales*, plures refert Cened. *ad Sextum collect.* 24.
num. 1.

Super forma creandi census constitutionem edidit 4
Pius V. *incip. Cum onus, sub dat. Romæ* 14. *Kalend. Fe-
bruarij* 1568. quā referunt Nau. *in man. c.* 17. *à n.* 232.
Quarant. *in sum. Bullarij verbo contract. censualis*, eam-
que declarant Borsat. *consil.* 214. Ioan. Lup. *in l.* 2. *C. de
pactis inter emp.* §. 2. *n.* 84. Molin. *de iustit. tract.* 2. *à
disp.* 389. *vsque ad disp.* 395.

Verùm quòd in Hispania recepta non fuerit, testan- 5
tur Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 20. §. 1. *lit. l.* Fr. Emman.
in

inexplicat. Bulla Cruciata. pag.214. Valas. *conf.133. num.10.* Bernard. Græuz. *ad practic. Camera Imper. libro 2. conclus.7. in corond.*, vbi etiam quòd apud Germanos non recipitur, & quòd nec apud Belgas asserit Lessius *de iustit.lib.2.cap.25.dub.3.num.33.*

6 *Possint extinguere, & redimere*, &c.] Notatur ad hoc quòd de natura contractus censualis est, vt possit census quandocunque redimi & extingui, vt per Cenc. *de censib. part.2.cap.1. quæst.3.art.7. à princip.* Stephanus Gratianus *disceptat.forens.cap.258. n.18. & 19.* Rot. *apud eundem Cenc decis.151.num.2.& 5.* itaut si conuentione partium irredimibilis sit, redimi tamen possit in totum, vel pro parte, contraria conuentione non obstante, sicuti docent Couar. *l.3.variar. cap.8. num 7.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.3.tit.de constitut. redituum, art.1.glos.17.n.penult.* Ioan. Garc. *de expensis, c.9.num.75.* Cardol. *in praxi Tridunm verbo census, num.10.* Gutieres *pract. lib.3 q.168. num.7.*

7 Redimi autem tunc census dicitur cum per debitorem illius restituitur domino census liberè recipienti pretium, quòd in illius emptionem, & acquisitionem fuerat erogatum, vt per Felician. *de censibus tom.2. lib.4.c.vnic.n.12.vers.qualiter*, Cenc. *in simili tract. part.3.cap.1. quæst.3 art.1.num.4.* Et absque tali pretij restitutione census extinctio non sequitur, vt fuit dictum *in Rot.decis.204.num.3.& 4.& decis.182. n.1.& decis.222.n.3.& 4.* impressa per eundem Cenc. *in fine dicti sui tractatus.*

8 Notari etiam solet text. in præsenti ad hoc quòd censum redimibilem emere, vel vendere licitum est, vt per Couar. *lib.3.variar.cap.7.n.2.* Tiraq. *de retract. lig.§.1.glos.6.n.15.* Anton. Gom. *ad l.68.Tauri,num.2.* Valasc. *de iure emphyt. q.32.n.8.* Ioan. Garc. *dict.c.9, n.73.* Molin. *d.tract.2. disp.385.*

9 *Quandocunque vellent*, &c.] Vtrùm autem in censibus, & redditibus annuis, qui cum pacto redimendi constituuntur, ea redemptio perpetuò absque vlla temporis præfinitione permissa sit? Couar. affirmatiuè respondet *lib.1. variar. cap.9. num.* 8. multis adductis rationibus per illum adductis. Communis tamen est in contrarium, vt per Ant. Gomez *variar. tom.2. capit.2.num.28.* Gam. *Lusit. decis.247. num.3.* Perez. *l.2. tit.13. lib.3. Ordin.* Anton. Gabr. *commun. opin.lib.5.tit. de prescript.conclus.6.* Menoch. *de arbitrar. casu 217. num.2.*

10 Census quoque rectè & iustè constitui potest ad vitam ementis, & contractus dicitur licitus, quia sicut potest quis diu viuere, ita potest citò mori, & dubius euentus finisque incertus contractum iustificat, sicut docent Nauar. *in commun. de vsuris super Bullam Pij V. q.45. n.128.* Viuian. *to.1. commun. opinion. lib.4. tit.22.num.69. pag.mihi 602.* Gemin. *de vsuris commento 3. §. 4.num.97.* Surdus *cons.161. n.36.& de aliment tit.9. quæst.12. num.2.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.3. quæst.25.* Farinac. *p.4. decis.30.* Etiamsi tanto tempore is superuenerit quòd fructus excedant pretium solutum, Gemin. *vbi proxime*, Surd. *d.q.11. num.8.*

11 *Pro eadem summa*, &c.] Ergo si census, seu redditus annui redemptio conferatur in voluntatem venditoris, hac tamen lege, vti maiori pretio redditus redimendus sit, quàm constitutus fuerit, contractus erit illicitus, vt per Couar. *d.lib.3.cap.9. num.4.*

EXTRAVAG. Regimini II.

Calixt. III.

1 Contractum quendam emptionis, & venditionis præcedenti similem declarat Pontifex esse

Collect. Barbos. Tom. IV.

iuri consonum, & ab vsuris alienum & tandem iubet præsentem Bullam cunctis manifestari. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.181.* Alagon. *in compend. pag.462.*

De Sepulturis.

TIT. VI.

EXTRAVAG. Detestandæ. I.

Bonifac. VIII.

Corpora defunctorum exenterantes, & in frusta immaniter secantes, ac aquis decoquentes, vt ossa à carnibus separata in terras suas deferant tumulanda, sunt ipso facto excommunicati cum reseruatione Papæ. Colligunt Viuian. *in ration. lib.3. pag.250.* Alagon. *in compend. pag.462.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt Nauar. *in manual. cap.27. num.103.* vbi limitat in eo, qui hoc facit ad anatomiam, vel ne fœteat cadauer, *& cons.54. de sentent. excommunicat. in antiq. aliàs 20. de sepultur. in nouis*, vbi ait non extendi ad consentientes vt id fiat, Ganabat. *de casibus reseruat. c.7. num.7.* Sayr. *in floribus, decis. sub tit.de sentent. excommunic. decis.50.* Fillluc. *tractat.15.num.72. vers. tertio, & num.7.* Ital. Lanor. *de indulgent. part.2.c.21.n.28.* latè Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœna, disput.2. quæst.3. puncto 45.* ego ipse *de offic. & potest. Episcopi. part.3. allegat.50. num. 103.* secundùm Lugdon. impressionem. 2

EXTRAVAG. Super Cathedram. II. & vlt.

Idem.

Bonifacius VIII. in hac Extrauagante copiosissimam facit facultatem Regularibus, & Religiosis, ad audiendas sæcularium Confessiones, præcipit tamen, vt Prælati Religiosorum Mendicantium præsentarent Episcopis prius in id Sacerdotes, quos idoneos diiudicarent, quibus & ipsi facultatem facerent tum prædicandi, tum etiam Confessiones audiendi. Illis tamen hoc facere renuentibus, ipse summus Pontifex concedit in præsenti prædictis Regularibus, vt eo nihilominus non obstante id ipsum possent efficere. 1

Postmodum Bonifacium VIII. subsequutus est Benedictus XI. in quadam sua *Extrauagante.* incipit. *Inter cunctas, de priuileg.* qui reuocata prædicta moderatione Bonifacij VIII. amplissimam facultatem præbuit prædictis Religiosis prædicandi, & Confessiones audiendi, nullo facta coram Episcopo præsentatione, neque ab eo aliqua petita licentia. Demùm Clem. V. in Conc. Viennensi vt refertur *in Clement. dudum, de sepultur.* reuocauit Benedicti prædicti decretum, & renouauit bo. Bonifacij VIII. de quo *in præsenti*, hæc ita narrat Fr. Ludouicus Miranda *in manual. Prælat. tom.1. quæst.45. art. 4.* quæ olim vsque ad tempora Concilij Tridentini perpendere oportebat, hodie verò seruari debet decretum ipsius Concilij *sessione 23. de reformatione, cap.15.* de quo plura dixi *in dicta Clementina dudum*, vbi etiam ad satietatem de materia huius Extrauagantis.

De Decimis.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Sumarium huius text. refertur.*

2 *Summa plures quando petuntur an possint omnes cumulari vt sciatur excedántne iurisdictionem iudicum, qui eam habent limitatam ad certam summam, remissiuè.*

3 *Res transit cum suo onere.*

4 *Sacerdos an possit perpetuò locare operas suas pro Missis celebrandis? remissiuè.*

Extravag. Declarationes. Vnic.

Bonifac. VIII.

1 DECLARAT multa dubia suborta circa collectionem decimarum impositarum à Papa Ecclesiis, & ecclesiasticis personis pro expeditione belli Siciliæ, quæ hîc clare & prolixè perte videre poteris. Colligunt Viurao. *in ration. lib. 3. pag.* 281. Alag. *in compend. pag.* 474.

2 *Simul tamen collecta*, &c.] Ex his verbis potest deduci resolutio ad quæst. illam, an quando petuntur plures summæ, possint omnes cumulari ad effectum vt sciatur excedant ne iurisdictionem iudicum, qui eam habent limitatam ad certam summam? Vide Tiraq. *de retract. lig.* §. 23. *glos. 9. num.* 12. *& de retract. connent.* §. 2. *glos. 1. num.* 22. Perez *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 751. Azeued. *lib. 7. num.* 17 *tit.* 18. *lib. 4. noua recopil.* Cabed. *Lusit. decis.* 21. *per tot. part.* 1. quos refert pareoa meus *in commentar. ad Ordinam. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 70. §. 6. *num.* 3.

3 *Quia res transit cum onere suo.*] Vide Doctores, quos plena manu citaui *in meo nouissimo tractatu Lugdun. impresso de Axiomat. iuris vsufreq. verbo Res.*

4 *Vel plures Capellanos conducere.*] Verùm autem Sacerdos possit perpetuò locare operas suas pro Missis celebrandis? Vide Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 494. *aliàs vltim.*

De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.

Tit. VIII.

Extrav. Viam ambitiosæ. I.

Martin. V.

1 MENDICANTES virtute cuiuscunque priuilegij litterarum Apostol. vel Pœnitentiæ, transeuntes ad Religionem non Mendicantium, excepta Carthusiana, sine licentia Sedis Apost. necnon & talea recipientes pœnam excommunicationis latæ sententiæ incurrunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 305. Alagon. *in compend. pag.* 483.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gamb. *de casib. reseru. c. 7. n.* 10. Fr. Emm. *quæst. Reg. tom. 1. q.* 30. Soar. *to. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. n.* 61. Sayr. *in simili tract. lib. 3. c. 30. n.* 8. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 12. vers. inter Extrauagantes, & q.* 16. Aldrete *de relig. disc. tuenda l. 2. c. 18. à n.* 11. Iul. Lauor. *de indulg. p. 2. cap. 21. n.* 31. Filliuc. *tract. 15. num. 183. vers. tertiò. & n.* 192. ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. allegat. 50. n.* 105. secundùm Lugdunensem impressionem, Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 2. q. 9. puncto* 1. Et quamuis Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 13. n.* 104. & Sanch. *in præcepta Decalogi, to. 2. l. 6. c. 7. n.* 68. existiment huoc text. vel non esse vsu receptum, vel loqui de iis, qui absque legitima causa transeunt, nihilominus tamen contra eos stat vera conclusio ex huiusmodi text. desompta, sicuti docent D. Anton. *p. 3. tit. 16. c. 4. §. 4. ad fin.* Sayr. *d. n.* 8. Soar. *d. sect. 5. n. 16. & 19.* Sorb. *tit. de apostat. vers. aduertendum est.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 3. q. 52. art.* 15. Fr. Barth. à Vecchis *in praxi nouis. disp. 15. dub. 5. num.* 9.

Vtrùm autem Religiosus Ordinis Mendicantium à Religione ciectus, & habitu priuatus possit absque speciali Summi Pontif. facultate ad quemlibet Ordinem monasticum transire? Vide Bonacin. *d. puncto 1. num.* 9. 3

Extrav. Ad nostrum. II. & vlt.

Ioan. XXII.

RELIGIOSI coioscunque Ordiois non se transferant ad partes vltramarinas, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur sine licentia sui Superioris per patentes ipsius literas concessa sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ, sub qua etiam præcipitur Superioribus ne huiusmodi licentiam concedant nisi viris litteratis, prouidis, & expertis: quare Ecclesiarum Prælatis inhibetur ne tales transeuntes ad vltramarinas partes admittant ad prædicandum vel celebrandum Diuina, nisi pateotes litteras Superioris plenam fidem faciant, sed ipsos tanquam apostatas capi faciant, & incarcerari donec modo prædicto constet de licentia. Item Prælati Ecclesiarum incarcerent Religiosos approbantes ea, quæ Sedes Apost. reprobat, vel quæ sunt contraria Fidei, vel dogmatizant in concionibus, vel priuatis locutionibus, & de prædictis summariè, & sine strepitu iudicij & figura, ac simpliciter, & de plano, per se, vel per alios se informent, & reos castigent tantùm secundùm Canones non obstantibus exemptionibus, & priuilegiis qoibuscunque. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag.* 305. Alagon. *in compend. pag.* 484. 1

Hanc eand. conclus. quoad primam partem ex hoc text. deducunt Filliuc. *tract. 15. n. 183. vers. secunda, & n.* 190. Iul. Lauor. *de indulg. p. 2. c. 21. n.* 97. latè Bonac. *de excommun. in particulari extra Bullam Cœna, disp. 2. q. 9. puncto* 8. ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. sub n. 105. vers. nona*, secundùm Lugd. impress. 2

Vel quæ aliàs sunt Fidei obuia, in suis prædicationibus, &c.] Prouidet Concil. Trid. *sess. 5. de reform. cap.* 2. in hæc verba. *Si verò (quod absit) prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiamsi in monasterio suo, vel alterius Ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quòd si hæreses prædicauerit, contra eum secundùm iuris dispositionem, & loci consuetudinem procedat etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu Episcopus auctoritate Apostol. & tanquam Sedis Apostol. delegatus procedat* referunt Fr. Lud. Mirand. *in man. Prælat. to. 1. q. 50. ar.* 7. Camp. *in diuers. iur. Canon. rub. 12. c. 13. n.* 21. Homobon. de Bonis *in examine Eccles. tract. 11. c. 7. q. 18. resol. 3. in fin.* ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 76. num.* 49. 3

De

De Religiosis domibus.

Tit. IX.

Extrav. Ratio. Vnic.

Ioan. XXII.

1 FOEMINÆ Beguinæ honestæ, quæ in suis, vel parentum, vel conductitiis domibus simul habitantes honestè viuunt, obedientes Ordinariis & Parochis sine scandalo, & errore non comprehenduntur sub Clem. 1. *hoc tit.* nec sunt tales per Ordinarios molestandæ. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 360. Alagona *in compend. pag.* 504.

De Censibus, exactionibus, & procurationibus.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur.*
2 *Præscriptio, quæ solum diminuit, non autem penitus aufert, aut tollit procurationem, an sit improbata, ostenditur.*
3 *Consuetudo non valet vt Episcopi, siue alij Prælati à subditis suis possint exigere, & à volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam positam in hac Extrauagante.*

Extrav. Vas electionis. I.

Benedict. XII.

1 TAXAT procurationes, pabula charitatis, & subsidium charitatiuum: saluat priuilegia, conuentiones, consuetudines, & præscriptiones, ac indemnitatem pauperum, inhibet contraueniri, punit transgressores, & eorum familiares. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 413. Alagona *in compend. pag.* 528.

2 *Nostra tamen intentionis existit,* &c.] Verùm autem text. iste approbans consuetudines minuentes procurationem, procedat in præscriptione? quidam tenent non esse improbatam præscriptionem quæ solùm diminuit, non autem pœnitus aufert, aut tollit procurationem, ex quorum numero sunt Abb. *n.* 13. & Felin. *n.* 16. *in princ. in c. cum ex officij, de præscr.* Marian. *de visit. n.* 47. & 55. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* , *c.* 42. *q.* 11. *vers. si roges.* Verùm licèt hæc sententia non sit improbabilis, contraria tamen in rigore iuris probabilior est ex adductis per me *de offic. & potest. Episc. p.* 3 *alleg.* 130. *n.* 8. *cum seqq.* Nec pro prima opinione facit text. *in præsenti* quia non approbat præscriptiones minuentes procurationem, sed consuetudines in quibus longè diuersa videtur ratio. Nec aliud vult. Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *vers. in his vero*, quia de consuetudine propria intelligendum est, non verò extendendum ad præscriptionem, quæ ex proprietate sermonis differt à consuetudine, vt patet ex *tit. de præscr. & ex tit. de consuet.* tum etiam quia in consuetudine admittenda viget multò maior & longè diuersa ratio, cum in ea detur frequentia actuum totius multitudinis, vel maioris partis, pro qua magis præsumitur, & cui magis fauendum est; tum denique quia cùm consuetudo rationabilis esse debeat, *cap. vlt. de consuetud.* necessariò in ea supponitur ratio, seu causa aliqua iusta per quam cohonestatur; at verò in præscriptione de qua *in d. c. cùm ex officij*, nec ratio huiusmodi requiritur, nec multitudinis, vel maioris partis, sed vniuscuiusque singularis præscribentis actus supponitur.

3 *Ad pabulum charitatis extendimus,* &c.] Notatur ad hoc quòd non valet consuetudo vt Episcopi, siue alij Prælati à subditis suis possint exigere, & à volentibus recipere charitatiuum subsidium vltra taxam positam *in hac extrauag.* sicuti docent Bellenc. *de charitat. subsid. q.* 42. vbi *q.* 44. ostendit quæ pœnæ imponantur exigentibus charitatiuum subsidium vltra taxam, & *q.* 46. resoluit quòd subditi possunt denegare charitatiuum subsidium Episcopo in eo, in quo excedit taxam, refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 87. *num.* 37.

De Celebratione Missarum.

Tit. XI.

Extrav. Discipulorum. Vnic.

Ioan. XXII.

PRECES dicendæ in Missa pro Ecclesiæ necessitate cum indulgentia viginti dierum indicuntur. Colligunt Viui. *in ration. lib.* 3. *pag.* 432. Alagon. *in compend. pag.* 538.

De Reliquiis, & veneratione Sanctorum.

Tit. XII.

Extrav. Cùm præexcelsa. I.

Sixt. IV.

1 CONCEPTIONIS Beatæ Mariæ Virginis in ipso die qui Missam, & officia Sixti IV. celebrauerit, vel dixerit, aut illis Horis Canonicis interfuerit, & per octauas, quoties id fecerit, eandem prorsus Indulgentiam & peccatorum remissionem consequitur, quam lucrantur illi, qui iuxta *Clement.* 1. *hoc tit.* Missam & Horas Canonicas in festo Corporis Christi celebrant, dicunt, aut Missæ, Officio, & Horis huiusmodi intersunt. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 3. *pag.* 445. Alagona *in compend. pag.* 644.

2 Hanc eand. concl. ex hoc text. deducunt Henriq. *in summ. l.* 3. *c.* 11. §. 3 *lit. M.* Spin. *in speculo testam. glos.* 3. *in princ. n.* 17. Fr. Emm. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 57. *art.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 21. *q.* 1. *in princ.*

Extrav. Graue nimis. II. & vlt.

Idem.

3 AFfirmare præsumentes mortaliter peccare, vel esse hæreticos, illos qui defendunt Beatissimam

& glorissimam Virginem Dei Matrem esse conceptam sine peccato originali, & è contra, & affirmantes peccare eos, qui colunt festum immaculatè Conceptionis, & qui concionibus intersunt, excommunicationis sententiam eo ipso incurrunt Papæ reseruatam. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. pag. 445.* Alagon. *in compend. pag. 544.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Nauarr. *in manual. c. 27. num. 107.* Soar. *tom. 5. disp. 22. sect. 5. num. 30.* Gambar. *de casibus reseru. cap. 7. num. 12.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 30. num. 10.* Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam Cœna, cap. 5. excommun. 4. & cap. 9. excommunic. 14.* Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. cap. 21 num. 32. cum seq.* Filliuc. *tractat. 15. num. 72. vers. octauo, & num. 88.* latè Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœna, disput. 2. quæst. 3. puncto 34.* ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 50. num. 109.* vbi *num. 112.* plures Doctores refero de immaculata B. Virginis conceptione agentes, & integra volumina edentes.

3 Innouatur text. *in præsenti* per Concilium Tridentinum *sess. 5. de peccato originali, in fine*, & à Sacra Congregatione S. R. E. & vniuersalis Inquisitionis coram sanctæ memor. Paulo V. *die 31. Augusti 1617.* cuius decretum refert Campan. *in diuers. iuris Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 140.* in quo illud nouiter statutum fuit, vt in posterum donec articulus huiusmodi à Sancta Sede fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; & quòd etiam negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali in publicis actibus asserentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent sub censuris, & pœnis prædictarum Constitutionum; tribuens insuper tam Episcopis, & Prælatis Superioribus, aliisque Ordinariis locorum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum, deputatis Inquisitoribus potestatem seuerè animaduertendi contra transgressores etiam Regulares cuiusuis Ordinis & Instituti etiam quomodolibet exemptos, & alias qualcunque Ecclesiasticas, & seculares personas cuiuscunque status, conditionis, gradus, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis.

4 Postmodum ead. Sacra Congreg. *die 24. May 1622.* coram felicis record. Greg XV. prædictum decretum Pauli V. ampliauit, etiam ad colloquia priuata, præcepitque ne de cætero negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali, in publicis actibus asserentes aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent, mandans vt in reliquis omnibus vbi huic decreto non aduersantur Constitutiones Sixti IV. Alexandri VI. Pij V. & Pauli V. super Conceptione Beatissimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, necnon vt in Missis & diuinis Officiis publicè, vel priuatè celebrandis Conceptionis nomine vtatur sub pœnis, & censuris in dictis Constitutionibus appositis.

5 Denique idem S. D. Gregor. XV. *per suam Bullam*, incipien. *Eximij, sub die 28. Iuly. 1622.* in fauorem Fratrum Prædicatorum concessit, vt de cætero in quibuscunque priuatis eorum colloquiis, seu conferentiis inter se dumtaxat, de materia eiusdem concept. B. Virg. disserere, & tractare absque vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incursu liberè, & licitè possint, & valeant, quam refert Hau. Cherubin. *in fine compend. Bullar. noui*

De Immunitate Ecclesiarum.

TIT. XIII.

EXTRAVAG. QVod olim. I.

Benedict. XI.

CAP. *Clericis, hoc tit. lib. 6.* quod fuit reuocatum *in Clem. quoniam, eod.* habet locum quantum ad pœnas in exigentibus tantum, & ad id dantibus auxilium, consilium, vel fauorem, non verò in soluentibus etiam sponte, præcipitur deinde Lateranen. c, & generalia Concilia diligenter obseruari. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 3. p. 464.* Alag. *in compend. pag. 228.* Et vide dicta *in collect. ad c. non minus. hoc tit. in Decret.* 1

Liber quartus vacat.

AD LIBRVM QVINTVM.

De Simonia.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Pastus, vel iocalia exigentes, & etiam dantes pro Religionis ingressu, si sunt singulares personæ excommunicationis, si Conuentus, vel Capitulum suspensionis sententias ipso iure incurrunt, cuius vtriusque vinculi absolutio soli Papæ reseruatur, aliis pœnis in suo robore duraturis, nisi ingredientes aliquid sponte & sine pactione obtulerint, vt num. 2.*

3 *Dantes & recipientes aliquid pro sustentatione ingredientis Religionem ob necessitatem an incidant in excommunicationem huius text. ostenditur.*

4 *Moniales non incurrunt excommunicationem latam contra dantes, vel exigentes aliquid pro ingressu Religionis.*

5 *Dantes vel recipientes aliquid tempore receptionis ad habitum, non incurrunt excommunicationem, nisi professio emittatur.*

6 *Religionem ingrediens si recipiat aliquid à monasterio vt ingrediatur nullà excommunicationem incurrit*

7 *Religionem vt quis ingrediatur licitum est illecebris vel muneribus absque vllo pacto captare beneuolentiam.*

8 *Suspensionis sententia, quam incurrunt dantes, vel recipientes aliquid pro ingressu Religionis, à quibus suspendas, ostenditur.*

EXTRAVAG. Sanè. I.

Vrb. IV. aliàs V.

NVLLVS siue priuatus, siue Prelatus, aut 1 mas, vel monialis, seu Conuentus ipse à volentibus ingredi eorum Religionem, seu loca, in eorum receptione siue ante, siue post præsumat petere, vel exigere quidlibet directè, vel indirectè pastus, iocalia, pecunias, vel alias res etiam ad vsum Ecclesiasticum, vel pium deputandas. Contrauenientes verò si sint singulares personæ, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt, si est Capitulum, vel Conuentus,

ut

sit suspensus eo ipso, nec potest absolui nisi à Papa, aliis pœnis iuris in suo robore remanentibus, nisi ipsa persona ingrediens pure, spontè, plena libera litate, & omni pactione cessante, dederit, vel obtulerit aliquid Ecclesiæ, seu monasterio, aut pio loco. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 48.* Alagona *in compend. pag. 632.*

De hoc text. latè Bonac. *de censur. extra Bullam disp. 2. quæst. 3. puncto 29.*

2 *Distinctius inhibemus ne tam*, &c.] Ex his verbis colligitur ad incurrendas pœnas, de quibus *in præsenti*, opus esse vt adsit præsumptio, nam his bis reperitur hoc verbum, *qui præsumunt*, præterea opus esse vt datio, vel receptio fiat ex pacto pro ingressu in Religionem, vnde prædictas pœnas non incurri quoties aliquid sponte, & liberaliter, seu sine pactione tacita, vel expressa traditur, resoluunt Nauar *in man. c. 27. n. 106. excom. 20.* Bonac. in *var. tractat. tit. de Simonia quæst. 7. §. 4. num. 2.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 1. dub. 3.*

3 Dans & recipiens aliquid pro sustentatione ingredientis Religionem ob necessitatem non incidit in excommunicationem in hoc text. comminatam, vt tradunt S. Thom. 2. 2. *quæst. 100. art. 3. ad 4.* Caietan. *in sum. casu 73.* Nauar. *d. excom. 20. vers. nec per acceptionem*, Soar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. num. 9. & seq.* Filliuc. *tract. 15. c. 4. q. 6. n. 64. & seq.* adnotantes quòd si monasterium diues sit non poterit quicquam licitè dari, vel accipi, & dando, vel accipiendo censura incurritur. Licèt probabilitate non careat eorum sententia, qui asserunt istam excommunicationem non incurri dando, vel recipiendo aliquid pro sustentatione ingredientis etiamsi monasterium diues sit, & locuples, ex quorum numero sunt Syluest. *in sum. verbo Simonia n. 15.* Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 6. à 2. ad 4.* Fr. Ludou. Miranda *in tract. de monial. lib. q. 8. ar. 7. concl. 2.* quos refert, & sequitur Bonac. *d. q. 7. §. 4. n. 4. vers. secunda sententia*, vbi eam limitat modò non adsit excessus, & præciso scandalo, aliòve peccato.

4 Moniales non afficiuntur hac excommunicatione tum ob consuetudinem legitimo tempore receptam & toleratam post istam Extrauag. tum quia multi Pontifices exemerunt ab hac censura moniales accipientes dotem ob ingressum alicuius in monasteriū; nam Innocentius VIII. priuilegium concessit monialibus non incurrendi labem simoniæ (intellige quoad prohibitionem Ecclesiasticam) in receptione aliarum in monasterium, excepto duplici casu, quorum vnus est si pactum ineant de aliquid dando, vel soluendo pro ingressu in Religionem: alter si recipiant inhabilem ob spem habendi aliquid, tunc enim sufficienter constat inhabilem non recipi nisi ob spē habendi aliquid pro ingressu. Præterea ad tollendos scrupulos simoniæ, quibus moniales vexabantur in recipiendis fœminis in monasterium, Clemens VII. indulsit monialibus vt tex. non sint labis simoniacæ, dum conuentiones faciunt circa dotem recipiendarum pro congruenti, & sufficienti sustentatione hæc & alia priuilegia referunt Nauar. *d. excom. 20.* Capucci. *in comp. priuileg. verbo Monial. n. 16. & 31.* Ludou. Miranda *in tract. de monial. q. 8. à 7. concl. 1.* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 35. dub. 13. num. 131.* & demum id comprobari communi Ecclesiæ vsu & consuetudine tradunt Surd. *de alim. tit. 9. q. 27. n. 5.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 9. n. 15.* Fr. Bartol. de Vecchis *d. disp. 1. dub. 3. num. 5.*

5 Illud aduertere oportet censuram, de qua *hic* non incurrere illos, qui dant, vel recipiunt aliquid tempore receptionis ad habitum, nisi professio emittatur, quia censura non incurritur nisi adsit effectus completus sub censura prohibitus, qui solùm adest dum fit traditio rei temporalis & spiritualis, nempe professio, seu admissio ad professionem; vnde si receptio ad habitum, fuit simoniaca, sed professio postea gratis admittitur, quia scilicet factum retractatur, & pecunia non recipitur, vel redditur, excommunicatio non incurritur, sicut ex opposito incurreretur si receptio ad habitum gratis fact. fuit, sed postea tempore professionis aliquid exigitur. Colliges hæc ex Soar. *to. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 56. n. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 173.* Filliuc. *tract. 45. cap. 13. quæst. 4. num. 11.* Bonac. in *d. quæst. 7. puncto 4. num. 11.*

Volentibus ingredi earum Religionem, &c.] Ergo censura huius Extrauag. non comprehendit ingredientē, 6
qui petit aliquid ex pacto, vel recipit à monasterio vt ingrediatur, quia hîc excommunicatio imponitur exigentibus pecuniam à volentibus ingredi, non autem dum traditur ingredienti, seu volenti ingredi, aut alteri, qui curet ipsum ingredi, licèt simonia committatur hoc casu, ita ex Soar. & Fill. uc. tradit Bonac. *d. q. 7. puncto 4. n. 12.* Licitum verò absque dubio erit 7
illecebris vel muneribus gratis, & absque vllo pacto factis beneuolentiam captare vt quis sponte Religionem ingrediatur, quia hæc est liberalis omnino donatio nullo pacto vestita, quæ in egregium finem dirigitur; ita S. Thom. *2. 2. quæst. 100. art. 3. ad 4. & q. vlt. à 9.* Syluest. *in sum. verbo simonia q. 8. dicto 3. in fine, & verbo Religio 2. q. 2.* Sot. *de Iustit. lib. 9. q. 6. art. 2. ad 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 2.* Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 16. n. 3. & to. 3. etiam de Relig. lib. 5. cap. 9. n. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 39. n. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. n. 374.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 35. dub. 12.* Bartol. de Vecchis *in praxi nouit. disp. 1. dub. 2.*

Suspensionis sententiis eo ipso, &c.] Hanc suspensio- 8
nem esse ab officio, & beneficio tenent aliqui, ex eo quòd nomine suspensionis absolutè prolatæ comprehenditur totalis suspensio, ita videntur tenere Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. n. 45.* Sayr. *de censur. l. 4. c. 13. n. 27.* Bonac. *de suspension. contra Capitula & Conuentus disp. 3. q. 9. vers. tertio.* Sed probabilis est sententia eorū, qui tenent Capitulū suspendi ab omni actu, seu officio Capitulari & communi, quod iurisdictionem, vel administrationem Ecclesiasticam requirit; ratio est, quia Capitulum in communi non est capax alterius suspensionis, & tota illa iurisdictio comprehenditur sub absoluta sententia suspensionis; quare ita tenent Mar. Alter. *de censur. to. 2. disp. 17. c. 2. ad finem*, Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, c. 56. n. 8.* Filliuc. *tract. 45. de simonia c. 13. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniaci omnes cuiuscunque dignitatis, aut status sunt ipso iure excommunicati, nec habent simoniacè Ordinati executionem, & electiones, & aliæ prouisiones per simoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus, tribuunt & num. 2.*

3 *Pij V. constitutio refertur.*

4 *Sixti V. constitutionem contra clericos malè ordinatos Clemens VIII. in suo robore permanere voluit quoad censuras, & pœnas ibi contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas.*

5 *Beneficium habere per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciente commissam nullum ius ab initio acquisiuit, & titulus nullus est ipso iure*

6 *Excommunicationē Papa reseruatam incurrūt committentes simoniam in Ordine, vel beneficio, &c.*

7 Simo

7 *Simoniaci mentales tantum non incurrunt excommunicationem comminatam in hoc text.*
8 *Ordinum appellatione veniunt tam minores quàm Sacri, ac etiam prima Tonsura.*
9 *Beneficij nomine quoad pœnas huius text. veniunt tantum ea, quæ propriè beneficia vocantur.*
10 *Excõmunicatione huius text. nõ afficitur ille, qui tradidit pecuniã pro consequutione Ordinis, vel beneficij antequam Ordo, vel beneficium conferatur.*
11 *Simoniam ratam habentes non ligantur excommunicatione huius text.*
12 *Ordinati simoniacè, ab executione suorum Ordinum tam susceptorum, quam suscipiendorum sunt suspensi.*
13 *Suspensio quam incurrunt simoniacè ordinati, non ligat mediatores.*
14 *Suspensio quã incurrunt simoniacè ordinati, non cõmittitur à tertia persona inscio ipso ordinante.*
15 *Absolutio à suspensione, quã incurrunt simoniacè ordinati, præstari poterat ab Episcopo attenta hac Extrauag. secus post Sixti V. constitutionem.*
16 *Simoniacus occultus potest dispensari ab Episcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda.*
17 *Simoniacus in beneficio non incurrit suspensionem, sicut incurrit simoniacus in Ordine.*
18 *Simoniacus in beneficio, vel Ordine non facit fructus suos etiam consumptos, & non perceptos, qui tamen percipi debuerunt.*

EXTRAV. Cùm detestabile. II.

Paul. II.

1 RENouat omnes pœnas Canonum contra Simoniacos etiamsi sint Cardinales, & addit simoniacè ordinatos suspensos esse ab executione suorum Ordinum. Qui verò simoniacè eligitur, postulatur, confirmatur, prouidetur, seu quoquomodo disponitur in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personaribus, officiis Ecclesiasticis, & quibuscunque beneficiis, caret viribus, nec ius aliquod acquirit, nec facit fructus suos, & si quos percipit, restituere debet. In prædictis autem simoniam committentes dando, vel recipiendo, aut mediatores existendo sententiam excommunicationis incurrunt, à qua absolui non possunt nisi à Papa. In virtute sanctæ obedieñtiæ districtius iniũgit quibuscunque personis, &c. vt eos omnes, quos simoniã huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint quantocyus reuelare nõ omittant per se, vel per alios, si secus, peccant, & absolui non possint donec reuelent. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 48. Alagon. *in compend. pag.* 632.

2 De materia, & intellectu huius Extrauag. agunt Nauar. *in man. cap.* 27. *sub n.* 106. Paris. *cons.* 29. *num.* 12. *cum seqq. vol.* 4. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 94. *lit. D. in nouiss. impress.* Gutier. *canon. l.* 1. *c.* 9. Quarant. *in summa Bullarij verbo simonia*, Vgolin. *in tract. de simon. tab.* 4. *c.* 3. *cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *c.* 58. *concl.* 6. Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub.* 11. *c.* 27. *n.* 61. *cum multis seqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum differ.* 1. *verbo simonia*, nouissimè Bonac. *de censur. extra Bull. disp.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 24.

3 Innouantur, & ampliantur eius pœnæ per Pium V. *in sua Constit. incip. Cum primum, sub dat. Romæ. Kalẽd. Aprilis* 1566. in hæc verba. Vt simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones Antecessorum nostrorum contra simoniacos editas, & præsertim Pauli IV. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum Ordinum receptione, quàm in beneficiorum assecutione statutis etiam inferiùs pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis Ordinibus, eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit illis sit ipso iure priuatus, in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illo similiter sit ij so iure priuatus, ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eiiciatur. Qui verò Ordines & beneficia simoniacè contulerint pœnis à iure statutis puniantur cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea, quicunque ne in Sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissimè puniantur per locorum Ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Concilij Trident. statuta. Hactenus Pij V. constitutio, quam optime exponunt Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 94. *lit. D.* & Quarant. *d. verbo simonia pag. mihi* 603.

Postea Sixtus V. *in sua Constit. incip. Sixtus Episcopus, sub dat. Romæ Nonis Ianuarij anno Dominicæ Incarnationis* 1588. alias pœnas addidit contra promouentes & promotos ad Ordines simoniacè etiã in prima Tonsura; quæ quidem Constitutio licet per Clement. VIII. in alia incip. *Romanum Pont. decet, sub dat. Pridie Kalend. Martij anno Incarnat. Dominicæ* 1595. redacta fuerit ad terminos sacrorum Canonũ, ac Constitutionis bonæ mem. Pij II. & ad dispositionem Decretorum Sacri Concilij Trid. tamen ipsemet Clemens VIII. censuras & pœnas in eiusdem Sixti litteris contra simoniacè ordinantes & ordinatos inflictas in suo robore permanere voluit. 4

Per electiones verò, &c.] Notatur ad hoc quòd beneficium habens per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciente commissam, nullum ius ab initio acquisiuit, & titulus nullus est ipso iure, ac proinde tenetur etiam in animæ iudicio beneficium dimittere, fructusque omnes restituere, vt per Sanctum Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *c.* 3. Couar. *in reg. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 7. *vers. Sic qui beneficium*, Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 135. *&* 336. *& remed.* 5. *n.* 68. *& cons.* 67. *num.* 4. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 37. §. 3. *lit. X.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 17. *quæst.* 1. *vers. nouum crimen*, Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1. *c.* 9. Perez *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 71. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 20. *art.* 13. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 2 *à n.* 12. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tractat. de simonia lib.* 4. *cap.* 53 *& cap.* 55. *num.* 4. *& cap.* 56. *num.* 9. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 41. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. C. num.* 299. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.* 69. 5

Sententiam excommunicationis incurrit, à qua, &c.] Notatur ad hoc quòd committentes simoniam in Ordine, vel beneficio, seu Religionis ingressu, & similiter accipientes pro collatione, siue traditione possessionis beneficij, seu de dando aliquid iurare facientes prouisum de beneficio, incurrunt excommunicationis sententiã Papæ reseruatæ, vt per Soar. *to.* 5. *disp* 22. *sect.* 5. *n.* 11. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 36. *n.* 7. Gambat. 6

de.

de casibus reseru. cap. 6. num. 8. & 9. Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam c. 3. excomm. 4. & c. 9. excom.* 11. & 12. Iul. Laoor. *de Indulgent. p. 2. cap. 21. num* 29. Filliuc. *tract. 15. num. 72. vers. sexto, & n. 82.* meipsum *de officio. & potestate Episcopi p. 5. alleg. 50. num.* 104. secundùm Lugdun. impress.

7 Non comprehendere simoniacos mentales tantum, sed solum reales resoluunt Nauar. *in man. c. 25. n.* 106. & *cap. 25. num.* 112. Axor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap.* 17. *quæst. 9. vers. si quæras,* Paril. *cons. 29. n. 12. cum seq. vol.* 4. Rebuff. *in praxi benef. rub. de simon. in resignat. num.* 9. Vgolin. *de simon. tab. 4. c. 3. vers. pœna igitur, & cap.* 10. *a.* 5. Fr. Emman. *in sum. p. 2. cap. 58. concl.* 6. Sayr. *de censuris lib. 7. cap. 12. sub n.* 17. Rot. *decis. 408. p. 1. diuersor.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 94. lit. D, in princ. in nouiss. edit.*

8 Ordinum nomine in hac materia veniunt tam minores, quàm Sacri, quia omnes propriè loquendo sunt Ordines, & per vnumquemque peculiaris potestas confertur in ordine ad Sacerdotium, in quo character Ordinis completur, ita Bonacin. *var. tractat. tit. de simonia q. 7. §. 2. num.* 2. quod etiam ad primam Tonsuram extendunt Vgolin. *de simon. tab. 4. c. 3. n.* 1. & *cap. 4. num.* 1. Salzed. *ad Beraard. d. cap.* 94. Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 56. num.* 5. Mar. Alter. *de censuris tom. 2. disp. 15. c. 4. ad finem,* Filliuc. *tom. 3. tract. 45. cap. 13 quæst. 4. num.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. cap. 12. num.* 174. secute resoluentes committentem simoniam in prima Tonsura conferenda, vel recipienda, puniri pœna excommunicationis huius Extrauag. Contra Less. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 24. n.* 133. & *alios.*

9 Beneficij nomine etiam in præsenti materia licet quodlibet munus spiritualis regiminis venire contendant Cateran. *verbo excommunicatio cap.* 73. Nauar. *in man. cap. 27. num.* 116. Soar. *tom. 5. de censur. disput. 22. sect. 5. num.* 24. & *disp. 51. sect. 4. n.* 45. Filliuc. *tract. 15. c. 4. quæst. 7. num.* 87. tamen verius est venire ea solum, quæ propriè beneficia vocantur, sicut resoluunt Less. *d. lib. 2. cap. 35. dub. 25. num.* 137. Azor. *instit. moral. p. 5. lib. 12. de simonia cap. 21. quæst. 6. ad fin. vers. quæres.* Bonacin. *d. puncto 24. num.* 4. Et ideo simoniacum in collatione pensionis non subijci huic censuræ, quia pensio propriè non est beneficium, tenuerunt Nau. *in man. cap. 23. num.* 11. Soar. *d. lib. 4. de simonia cap. 55. num.* 22. Less. *d. lib. 2. c. 35. dub. 28. num.* 130. & *dub. 25. num.* 137. Valer. Reginald. *d. lib. 25. cap. 12. num.* 175. Azor. *d. loco, q.* 8. Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 5. num.* 20. Filliuc. *tract. 42. quæst. 4. num.* 6. Bonacin. *d. puncto 24. num.* 5.

10 Hac quidem excommunicatione non afficitur ille, qui tradidit pecuniam pro consequutione Ordinis, vel beneficij, antequam Ordo, vel beneficium conferatur, vt per Nauar. *d. cap. 23. num.* 103. Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 8. num. 7. & seq.* Vgolin. *de simon. tab. 1. cap.* 5. Less. *d. lib. 2. cap. 35. dub. 27. num.* 149. Filliuc. *tom. 3. in tractat. de simonia cap. 13 quæst. 5. num.* 15. vbi testatur de praxi Romanæ Curiæ, & sacræ Pœnitentiariæ.

11 *Quomodolibet dando, vel recipiendo,* &c.] Ergo hac excommunicatione non ligantur ratam habentes simoniam, & ita tenent Couar. *in reg. peccatum part. 2. §. 8. n.* 7. Nauar. *in man. c. 25. n.* 68. Henriq. *in sum. lib. 13. c. 57. n.* 4. Soar. *tom. 5. de censuris disp. 22. sect. 5. n. 26. ad fin.* Sayr. *in simili tract. lib. 4. c. 14. n.* 6. Less. *d. lib. 2. c. 35. dub. 24. num.* 136.

12 *A suorum sint Ordinum executione suspensi.*] Probat hic text. ordinatos simoniacè à suorum Ordinum executione esse suspensos, intellige non solùm ab executione Ordinum susceptorum, sed etiam ab alijs suscipiendis, quia hæc Extrauag. absolutè, & indistinctè loquitur, latè Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari disput. 3. quæst. 1. puncto 5. per tot.* & præcipuè *num.* 8. quod deinde Sixtus V. *in d. sua Constit.* contra malè promotos id apertis verbis declarauit, ibi, *Clericos posthac malè promotos ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò suspensos declaramus,* quamuis ita simoniacum in Ordine remanere tantummodo suspensum ab executione Ordinum simoniacè susceptorum, vt in eo puniatur in quo peccauit, probabile existiment Soar. *de censur. disput. 31. sect. 4. num.* 33. Filliuc. *tom. 3. tractat. de simonia cap. 13. num.* 12.

Vnde ex hac Extrauag. in præcitatis verbis apparet 13
primò non esse latam huiusmodi suspensionem contra mediatores simoniæ, sed excommunicationem Papæ reseruatam, vt aduertit Soar. *d. disp. 31. sect. 4. n.* 29. subdens ex hoc parère differentiam inter mediatores, & suscipientes Ordines simoniacè: illi enim non sunt suspensi, sed excommunicati, isti verò non solum sunt excommunicati, verùm etiam suspensi, refert Bonacin. *d. puncto 5. num.* 6.

Secundò infertur huiusmodi suspensionem non in- 14
curri si vitium simoniæ committatur à tertia persona inscio ipso ordinando, quia hæc Extrauag. loquitur expressè de simoniacè ordinatis, tum quia hoc est proprium censuræ in pœnam delicti impositæ, vt non incurratur nisi ob culpam, qua iste caret, vt supponi debet, ita Nauarr. *in man. cap. 25. num.* 68. Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 37. §.* 4. Soar. *d. lib. 4. de simon. cap. 56. num. 9. & de censur. disput. 51. sect. 1. & sect. 4. num.* 40. Filliuc. *d. tract. de simonia c. 7. num.* 129. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 9. cap. 4. ad fin.* Less. *d. lib. 2. c. 35. dub. 24. num.* 136. Bonacin. *d. puncto 5. num.* 2. Contra S. Thom. 2. 2. *quæst. 100. art. vlt. ad* 3. Syluest. *verbo suspensio num.* 7. Auil. *de censur. p. 5. disp. 5. dub. 9. concl.* 2. & alios existimantes remanere suspensum ab Ordine sic suscepto.

Tertiò infertur absolutionem ab hac suspensione 15
ab Episcopo præstari posse, ex ea ratione, quia licèt in hac Extrauag. absolutio excommunicationis reseruetur Papæ, non tamen reseruatur absolutio illius suspensionis, vt ex text. patet, reseruatio autem asserenda non est nisi sit expressa. Bonacin. *d. puncto 5. num.* 11. Verùm licèt hæc procedant attenta dispositione huius Extrauag. hodie si attendamus dictam Sixti V. Constitutionem, non potest Episcopus absoluere, quia idem Sixtus reuocauit omnes facultates, & concessiones etiam Cruciatæ absoluendi huiusmodi simoniacos, ex Sayr. *d. lib. 4. cap. 17. ad fin.* Bonacin. *d. puncto 5. num. 11. vers. dixi.* nisi sit simoniacus occultus, quia talis potest dispensari ab Episcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit, vt dixi *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 59. num.* 44.

Quartò infertur simoniacum in beneficio non in- 16
currere hanc suspensionem, sicut incurrit simoniacus in Ordine, quia in hoc tantum, non in illo reperitur in hoc text. expressa, sicut tenent Nauarr. *in manu. cap. 25. num.* 111. *vers. tertio,* Soar. *d. lib. 4. de simon. cap. 56. num. 16. & de censur. disp. 31. sect. 4. num.* 45. Auil. *de censur. p. 3. disput. 5. dub. 9. concl.* 5. Filliuc. *tom. 3. tract. 45. de simonia cap. 13. quæst. 4. num* 12. Bonacin. *d. puncto 5. num.* 12. Contra Syluest. *verbo suspensio quæst.* 7. Henriq. *lib. 15. cap. 57. §.* 5. Alter. *tom. 1. disp. 15. cap. 5. col. 3. vers. ad hanc dubitationem,* existimantes incurrere suspensionem ab Ordine, & beneficio.

Nec

18 *Nec inde faciat aliquis fructus suos.*] Intellige etiam non perceptos, qui tamen percipi debuerunt, quamuis vt illos perciperet Ecclesiæ inseruiret, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de simonia per resignat. n. 15. & in tract. de pacificis possess. num. 189.* Menoch. *cons. 67. n. 6.* Intellige etiam procedere in fructibus consumptis, quos restituere teneri simoniacum tradit Vgolin. *de simon. tab. 4. c. 6. §. 3.* vbi *n. 4.* declarat vt sint restituendi exceptis expensis factis causa illorum quærendorum, ac in Ecclesiæ vtilitatem erogatis, quod ante eũ tenuerat Borgas. *in tract. de reg. p. 6. tit. de simon. n. 85.*

De Iudæis.

Tit. II.

Extravag. Multa. I.

Clem. V.

CHristiani arma, victualia, mercimonia in Alexandriam, & loca Sarracenorum terræ Ægypti deferentes, mittentes, vel portantes, promittentes quòd extrahantur de portibus Christianorum, vt illuc deferantur, vel auxilium, aut consilium dantes, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt, à qua nisi in mortis articulo postquam tantundem de propriis bonis in auxilium Terræ sanctæ soluerint, absolui non debent, in diebus Dominicis vt excommunicati publicentur. Nihilominus si personæ eorum capi contingat, serui & infames fiunt, ac intestabiles tam actiuè quàm passiuè habentur, ad publica officia non admittuntur, & fiscus ipsorum bona accipere poterit. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 69.* Alagona *in compend. pag. 642.*

Circa materiam huius text. vide quæ dixi *in collect. ad cap. ita quorundam, hoc tit. in Decretalib.*

Extrav. Dignum. II.

Ioan. XXII.

IVdæi ad Fidem conuersi non sunt molestandi in suis bonis ne sint deterioris conditionis post Baptismum, quam fuissent ante. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 69.* Alagon. *in compend. pag. 642.*

Hodie habemus constitutionem Paul. III. incip. *Cupientes, in ordine 32. Bullarij noui,* in qua Iudæis ad Fidem conuersis remittuntur, & gratiosè condonantur omnia, & quæcunque bona etiam ex vsura, & alio illicito quæstu acquisita, dummodo personæ, quibus esset facienda restitutio, sint incertæ, de qua meminit D. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 26. num. 8.*

De Hæreticis.

Tit. III.

Extrav. Ex eo. I.

Benedict. XII.

5 DEclarat *cap. per hoc, eod. tit. lib. 6.* quòd scilicet tunc Episcopi, & Inquisitores teneantur sibi inuicem communicare processus, quando vtrique agunt seiunctim, & non quando Episcopi tantùm, vel Inquisitores tantùm agunt, & processus sunt communicandi solummodo in fine quãdo nihil restat nisi promulgare sententiam. Secus verò quando alter commodè procedere non potest nisi alterius actis visis, quia tunc semel tantum in toto negotio copia tribui debet ne detur locus fraudi. Episcopus procedens propter expensas factas non potest petere partem prouentuum deputatorum officio Inquisitionis de bonis hæreticorum, quia Ordinarius propriis stipendiis seu expensis debet inquirere. Similiter nec exposcat rationem prouentuum Officij inquisitionis ab Inquisitoribus, non obstante mandato, vel consuetudine, sed Inquisitores illos reddant, cui Romanos Pont. reddi iusserit. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 107.* Alagon. *in compend. pag. 661.*

Extrav. Vas electionis. II.

Ioan. XXII.

1 TRes erronei articuli Ioannis de Poliaco Doctoris Parisiensis damnantur in præsenti. Primus erat quod confitentes Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi Confessiones tenerẽtur eadem peccata iterum proprio Sacerdoti confiteri. Secundus quod stante *cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit.* Papa non potest facere quod Parochiani non teneantur sua peccata proprio Sacerdoti, id est, Parochiali Curato confiteri. Tertius quod nec Papa nec Deus potest dare generalem potestatem audiendi Confessiones alicui, ita vt confessus eadem peccata non teneatur iterum confiteri. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. p. 108.* Alagona *in compend. pag. 661.*

2 Hoc idem ex hoc text. desumunt Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 1. q. 1. vers. Inde Parisienses, & cap. 2. q. 1.* Ludouic. Beja *respons. casuum Conscient. part. 2. casu 31.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 45. art. 3. concl. vnic. ante vers. ad primum.*

Extravag. Cùm Matthæus. III. & vlt.

Idem.

5 ORdinarij, & Inquisitores sancti Officij, seu quicunque alij iudices siue Ordinarij siue delegati contra Apostolicæ Sedis Officiales, seu Nuncios, aut contra aliquem ipsorũ quoquomodo, seu quacunque occasione vel causa procedere non præsumãt, nec promulgare audeant excommunicationem, vel suspensionem, aut aliam sententiam sine speciali Sedis Apost. licentia concedenda in scriptis facientem plenam de præsenti decreto mentionem, & si quid contra illud attentatum fuerit, est irritum & inane. Verùm si Nuncius, aut officiales Sedis Apost. indebite aliquid fortè attentent, aut faciant, tunc Diœcesani, Inquisitores, seu alij iudices Ordinarij, vel delegati, ad quos illud negotium pertinet, plenè de illo se informent, studeantque Papæ significare, vt super eo de remedio opportuno prouidere valeat. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 108.* Alagona *in compend. pag. 661.*

2 De materia huius text. & qui Officiales & Nuncij sint huiusmodi de quibus ille loquitur, vide Ioan. Rojas *de priuileg. Inquisit. n. 430. vers. neque procedunt.* Iacob. Simanch. *in enchirid. tit. 8. num. 1. cum seqq. & de Cathol. instit. tit. 34. n. 37.* Franc. Penta *in direct. Inquisit. p. 2. schol. 5. in finalib. verbis,* & latè *p. 3. schol. 92. & q. 26. comm. 75.* Anton. Cuch. *instit. maior. lib. 4. tit. 6. §. verum,* Mandos. *in reg. 1. Cancellar. q. 5. n. 7.* Paul. Granut. *theor. 19. num. 16. vers. de vno tamen,* Farin. *de heresi. quæst. 176. §. 2. num. 45.*

De Schismaticis.

TIT. IV.

EXTRAV. Dudum. Vnic. *Benedict. X I.*

1 PROCESSVS, & sententias latas per Bonifac. VIII. contra Iacobum, & Petrum de Columna tanquam schismaticos, & eorum posteros, reuocat *in presenti* Benedictus X I. exceptis confiscationibus, in quibus nihil immutat. Colligunt Viuian, *in ration. lib. 5. pag.* 11. Alagona *in compend. pag* 663.

2 Corrigitur igitur, & prorsus reuocat hæc Extrauagans *cap. vnicum, hoc tit. lib.6.* vbi dixi.

De Furtis.

TIT. V.

EXTRAV. Infideles. Vnic.

Ioan X X I I.

1 EXCOMMVNICAT illos, qui furati sunt Thesaurum Ecclesiæ, quem iubente Clemente Papa de Perusio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant; & hic habetur optima praxis monendi malefactores vt intra certum terminum satisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipsius excommunicationis publicandæ hæc Extrauag. clarè manifestat. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 142. Alagona *in compend. pag.* 684.

2 Monitoria pro rebus deperditis inueniendis sub pœna excommunicationis quomodo, & in quibus casibus concedenda sint, dixi latè *de offic. & potestate Episc p. 3. alleg. 96 per tot.*

De Crimine falsi.

TIT. VI.

EXTRAVAG. Spondent. Vnic.

Ioan. X X I I.

1 ALCHYMICI, qui aurum, vel argentū facientes, vel fieri sequuto facto mandantes, vel ad hoc scienter dum id fiet, facientibus ministrātes, aut scienter vtentes vendendo, vel dando in solutum, tenentur tantundem de bono & vero auro siue argento in publicum pauperibus erogare, quanti alchymicum extiltat, & si eorum facultates non sufficiant, pœna per iudicis discretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et si sint clerici, beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Colligunt Viu. *in ration. lib. 5. pag.* 162. Alagon. *in compend. pag.* 138

2 De Alchymistis vide *l. 13. tit. 5. part.* 7. & *l. 9. in fine tit. 7. p. 7.* vbi Greg. Lop. Eymer. *in direct. Inquisit. p. 3.* Barbos. *Collect. Tom. IV.* vbi Penia *commento* 26. *n.* 115. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 11. *consid* 40. Bonacos. *comm. verbo Alchymia pag.* 9. Sebast. Næuius *in l. 1. n. 3. C. de argenti pretio. lib.* 10. Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verbo Moneta,* Martin. Delr. *disquisit. magicar lib. 1. c. 5. pag. mihi* 29. *cum seqq.* & *q. 4. pag.* 59. Paul Comitol, *respons. moral. lib. 3 q.* 33. Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. c. 40 num.* 31. Farin, *in praxi crimin q.* 115. *num.* 98.

De Priuilegiis.

TIT. VII.

EXTRAVAG. Inter cunctas. I.

Benedict. X I.

1 FRATRES Minores, & Prædicatores possunt prædicare in suis Ecclesiis, & in publicis plateis, licentia ab Episcopis non petita, sine qua tamen id efficere non valent in hora in qua Episcopus concionatur, vel coram se prædicari facit, aut quando vrgente necessitate ad se conuocat clerum. In Parochialibus verò non prædicent inuitis Parochis, nisi ab eorum Superioribus iussi sint. Electi à suis Superioribus ad audiendas Confessiones liberè audire possunt eis peccata sua confiteri volentes. Religiosos autem, qui secundùm statuta suorum Ordinum propriis Prælatis confiteri debent, & excommunicatos ac criminosos, quorum crimina egent publica pœnitentia, & quoscunque à casibus Episcopo reseruatis absoluere prohibentur, item Religiosi possunt sepelire mortuos. Multa denique disponuntur de funeralibus, & quarta, & de quibus non soluitur falcidia, Canonica portio. &c. Colligunt Viu. *in ration. lib. 5. pag.* 220. Alagona *in compend. pag* 728. Vide dicta *in Extrauag super cathedram. de sepult.*

2 *Valeant clero, & populo prædicare,* &c.] Hodie circa huiusmodi Regularium prædicatorum, approbationem ex Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. etiam de reform. c. 4* aliter se res habet, prout latè explicaui *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 76. & in Clem. dudum, de sepult.*

3 *Electi igitur ab eisdem Fratribus ad audiendas Confessiones.* &c.] Circa approbationem Regularium Sacerdotum ad audiendas secularium confessiones latè egi *d. tract. de offic. & potest. Episc part. 2. alleg. 25. per tot.* & *in collect. ad d. Clem. dudum,* & *ad d. Extrauag. super cathedram.*

4 *Porrò vt circa sepulturam,* &c.] Ergo licebat Fratribus corpora defunctorum qui in Ecclesiis suis, dum viuerent, elegerunt sepulturam, processionaliter cum Cruce proprias ingredientibus Parochias assumere, & ad suas deferre Ecclesias tumulanda, vt per Iul, Lauor. *tom. 1. var lucubrat. tit. 2. c. 3. n.* 206. Verùm iam non licet Regularibus etiam prætextu alicuius consuetudinis Parochias cum Cruce processionaliter, aut aliàs ad deferenda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eóque ibidem præsente, si ipse tamen aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus venire expressè recuset, vt declarauit sacra Congregat. negotiis Episcoporum & Regularium præposita *sub die 12 Ianuarij* 1604. decretum post Quarant. *in sum. Bullarij* refert Iul. Lauor. *d. c. 3. n.* 217. & alibi sæpe fuisse resolutum attestatur idem Lauor. *eod tit. 2. ca. 9. num.* 118.

EXTRAVG. Meruit. II.

Clem. V.

1 REx Franciæ & Regnicolæ per *Extrauag. vnam sanctam, sup. de maiorit. & obed.* non ampliùs Ecclesiæ Romanæ sunt subiecti, quàm antea existebant. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 221. Alagona *in comp. p.* 728.

2 Hoc idem ex hoc text. desumunt Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 11. cap. 5. q. 6. at inter Extrauag.* Garc. *de nobilit. gloss. 9. n. 5 3. vers. secunda conclusio.*

3 Licèt quidam iuris Ciuilis interpretes putent dictã *Extrauag. vnam sanctam*, fuisse à Clemente V. *in præsenti* abrogatam, tamen veritas est in contrarium, nam cùm Bonifacius VIII. in eadem *Extrauag. vnam sanctam*, inter alia dixisset esse vnũ Christi ouile & vnam Ecclesiam, & Reges ac Principes esse huius filios, & huius ouilis oues, spiritualemque potestatem esse supremam, quæ terrenam dirigere, moderari, & iudicare possit, & debeat, hinc Philippus Francorum Rex ansã cœpit conquerendi Pontificem Rom. sibi omnem potestatem temporalem vendicare voluisse, & ipsum Regnum Galliæ tanquam tributarium, & vectigal Ecclesiæ Rom. efficere, in hunc sensum verba Pontificia detorquens, cum tamen Bonaficij mens ea re vera fuerit omnes mundi Reges, & Principes tanquam Christi oues Romano Pont subiici, vt patri filios, vt pastori oues, vt capiti membra, vt ab eo quisque prout ratio & ius postulat, in omnibus dirigatur, corrigatur, & si opus sit, Regno priuetur ob commune Rei Christianæ salutem tuendã, & bene conseruandam. Ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 19. vers. quarta obiectio, col.* 4

EXTRAVAG. Diuina. III.

Eugn. IV.

1 ORdinarij, vel alij Superiores non præsumant excommunicare, suspendere, interdicere, vel priuare officio, vel beneficio, vel aliam sententiam ferre contra officiales pro tempore existentes in obsequiis Papæ, & Sedis Apostol. nec contra alios venientes ad Sedem Apostol. pro suis, vel suorũ causis prosequendis. nec in ea morantes dum durat prosequutio causarum, vel ab ea recedentes, & si quomodolibet priuant, vel priuatos declarant beneficiis, vel illa aliis conferunt, vel ad hoc se intromittunt, tam dantes, quàm recipientes ipso facto sunt excommunicati, suspensi, & interdicti, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, vel Conciliis etiam generalibus in contrarium. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 221. Alagon. *in compend pag.* 728. Vide Bonacin. *de censur. extra Bull. disput. 2. q. 7. puncto* 3. Filliuc. *in quæst. moral. tract. 15. c. 9. q. 2.*

2 Aduertendum est quòd priuilegia, quæ residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitut. aut familiaritatis Cardinalium competere, solẽt, ea in iis, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelliguntur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permanent, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus, vt statuit Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 11. vers. quæ verò*, & resoluunt Cened. *pract. & canon. quæst lib. 1. q. 1. n. 51. vers. pro vera.* Sanctarel. *variar. resolut. lib. 1. q. 9. 16. n. 2.* vbi subdit Concil. *citato c.* 11 loqui de constitutione Eugeniana concessa Curialibus Romanis, non autem de concessa Vniuersitatibus studiorum.

3 *Et nihilominus in omnes, & singulos ordinarios*, &c.] Notatur ad hoc quòd Ordinarij locorum commissarij, & delegati eorum, qui priuant Curiales beneficiis, eaque aliis conferunt, suspensionem de qua in hoc text. incurrunt, vt per Mar. Alter. *de censur tom. 2. disp. 13. c. 6 col. 4. vers. ex quibus.* Bonac. *de suspensionibus omnibus in particulari disp. 3. q. 4. puncto* 12 vbi subdunt Episcopos hac censura ligari, quia licèt censura suspensionis, vel interdicti non liget Episcopos nisi exprimantur, *c. quia periculosum, de sent. excom. lib. 6* nihilominus hic sufficienter exprimunt, cùm text. iste generaliter loquatur in præcitatis verbis.

Apud dictam Sedem prosequentium &c.] Ergo secus si beneficiarium apud Sedem Apost. commorantem priuet beneficiis respectu eorũ quæ pertinent ad ipsa, vt est onus residendi, reparandi Ecclesiam, celebrandi & similia, ad quæ tenetur beneficiarius ratione beneficij, ita Marchesan. *de commission p. 2. tit. de commissione super Eugeniana §. vnic. pag. 453. & seqq.* Mar. Alter. *citato loco*, Bonacin. *d. puncto 12. n. 3.* 4

Suspensionis.] Ab officio scilicet, & beneficio, nam suspensio absolutè prolata intelligitur ab officio, & beneficio, ita in terminis Soar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 3. n. 15.* Bonacin. *d. puncto 12. n. 4.* 5

EXTRAVAG. Exhibita. IV. & vlt.

Ioan. XXII.

MIlites Hospitalarij S. Ioannis, qui ex priuilegio, consuetudine, vel statuto recipiunt fructus annales beneficiorum vacantium, vel plurium annorum, debent etiam habere præbendam, quam beneficiatius haberet si in Ecclesia resideret, vel quam haberent si aliàs ex causa rationabili ab huiusmodi residentia legitimè excusarentur, quia cum dicta pars Capitulo non accrescat, illis accrescere debet. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag.* 223. Alagon. *in compend. pag.* 719 1

De Pœnis.

TIT. VIII.

EXTRAV. Diuinis. Vnic.

Ioan. XXII.

EPISCOPVS Caturcensis perpetuæ depositionis sententiam meruit, priuatúsque fuit Pontificali, Sacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus propter varios excessus per ipsum perpetratos, videlicet quia nimis ambitiosè, & simoniacè fuerat ingressus in Pontificatum, mox Sedi Apostolicæ, suis subditis, & sibi ipsi iniuriosus fuerat, & tanquam tyrannus terrore, iniuria, fraude grauabat subditos extorsionibus, & frequentibus procurationibus, & aliis quæstibus illicitis, non curando de modo, & causa, non citatos, & non conuictos priuabat beneficiis iniustè, dictabat falsa instrumenta, simoniacè conferebat beneficia in suis manibus resignata, quorũ redditus sibi occupabat, erat irregularis, incontinens cum fœminis, &c. Colligunt Viuiã. *in ration. lib. 5 pag.* 250 Alagon. *in compend. p.* 743. 1

Ex hoc text. optimè colliguntur pro quibus excessibus Prælatus deponi potest. de quo vide text. & quæ ibi dixi *in cap. veritati, de dolo & contum. & in c. tanta est clauis, de excessibus Prælator. & in Concil. Trid. sess.* 24 *de reformat cap.* 3. 2

De Pænitentiis, & remißionibus.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur.*

2 *Iubilaeum centesimum quis Pontifex prius promulgauerit, ostenditur.*

3 *Indulgentia plenaria, plenior, & plenissima quantum attinet ad rationem Indulgentiæ idem sunt, differunt in nomine tantum, vel in causa concedendi.*

4 *Indulgentia plenaria, seu plenissima refertur ad integram remissionem omnium peccatorum.*

5 *Iubilaeum, & Indulgentiam anni sancti æqualiter lucrantur illi, qui sunt Romæ, sicut & illi qui veniunt ex longissimis terris.*

6 *Curiales Romæ habitantes debent Basilicas SS. Petri & Pauli per triginta dies visitare, illi verò qui veniunt Romam, poterunt in quinque diebus Iubilaeum lucrari.*

Extrav. Antiquorum. I.

Bonifac. [illegible]I.

1 Centesimo quoquo anno, qui dicitur Iubilæi, visitantibus Basilicas Beatissimorum Petri & Pauli Apostolorum plenissima peccatorum venia conceditur, cuius Indulgentiæ qui voluerint participes fieri, si fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis, seu interpolatis, & saltem semel in die, si verò peregrini fuerint, aut forenses simili modo diebus quindecim ad Basilicas easdem accedant. Qui verò amplius, & deuotius illas frequentauerit, plus merebitur, & efficacius Indulgentias consequetur. Colligunt Viojan. *in ration. lib. 5. pag. 262.* Alagon. *in compend. pag. 751*

Quamuis de initio huius Iubilæi fateantur aliqui
2 nihil certum inueniri posse, sicut dicit Ioan. Friburg. *in tract. de Indulg. q. 6.* & alij, eius inuentorem prædicent Bonifac. VIII. de quo in præsenti. ex quorum numero sunt S Anton. *p. 1. tit. 10. c. 3. §. 6.* Polyd. Virgil. *de inuent. rerum. lib 8. c. 1.* Luc. Pinel. *de Indul. c. 21.* Veritas tamen est illud antiquius fuisse, nam cum in die Vigil. Natiuit. Dominicæ 1299. ad Vesperas, & subsequentibus diebus, immo per totum illum annum tam ingens hominum multitudo ex longinquis & diuersis mundi partibus ad Vrbem confluxerint, vt nec Vrbs eos caperet, aut euntibus & redeuntibus itinera sufficerent, nec in tam magna, & lata & spatiosa Vrbe locus penè, aut per vias transeundi, aut in domibus commorandi esset, cœpit hàc nouitate prædictus Bonifacius magna affici admiratione, & causam huius rei quærens inuenit quod celebris & generalis fama per totum orbem, & per ora hominum ferebat ab antiquis & extra memoriam hominum temporibus Romæ centesimo quoquo anno Iubilæum esse. celebrarique solitum, & ideo illo anno, qui centesimus incidebat, tot ad Vrbem homines confluebant vt ab omniũ culparum sordibus absoluerentur. Qua propter perlectis Bonifacij iussu vetustioribus libris, reuolutisque antiquioribus Bullis nihil quòd ad rem hanc pertineret, omnino repertum fuit. statuit propterea diligentia inter superstites vti an huius nouæ Indulgentiæ esset memoria apud aliquem: Fuit inter multos senior Peregrinus repertus, qui annum centesimum septimum suæ ætatis agebat. qui coram eod. Sanctiss. Pont. attestatus est se meminisse patrem suum agricolam superiore centesimo venisse Romam ad consequendas Indulgentias, à quo etiam admonitus fuerat vt si ad venturi centesimi tempus perueniret, non grauaretur Romam venire, vbi singulis quibusque diebus illius anni magnæ erant Indulgentiæ. Eiusdem rei testes alij duo reperti sunt ex Gallia, & in Italia non pauci tanti æui memores idem confirmantes, & omnes hoc vnum vnanimiter asserentes, Romæ scilicet eo anno esse remissionem peccatorum, His auditis Roman. Pontif. ne tam grãdis populorum deuotio à Spiritu sancto excitata frustraretur, sanctum Iubilæum eodem anno cum solemnitate celebrari mandauit, & tunc promulgata fuit ista Extrauag. quod narrant Nauar. *de Iubilæo notab. 7. n. 4* Benzon. *in simili tract. lib. 3 cap. 5* Iul Lauor. *p. 1. cap. 3. num. 3. cum seqq.* Ex quibus benè colligũt Bonifacium VIII. innouatorem potius quàm institutorem huius sancti Iubilæi fuisse, sicuti docent Henriq. *in summ. lib. 7 c. 15. §. 5.* Fr. Hieron. Roman, *de Republ. Christiana, lib. 1. c. 23.* Gretser. *lib. 2. de sacris pereg. cap. 15.* Fr. Emman. *quæst Regul. tom. 2. q. 85. art. 3. & 4* Sanctatel. *de Iubilæo anni sancti, dub. 3.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erection. cap. 14. num. 12. cum seqq.* & præcipuè à *num. 17.*

Plenam, & largiorem, imo plenissimam. &c.] Indul- 3
gentia igitur plenaria, plenior, & plenissima, quantum attinet ad rationem Indulgentiæ, idem sunt, differunt namque in nomine tantùm, vel in causa concedendi, quia ponuntur ad exaggerationem, vel maiorem declarationem, & ad tollendum scrupulum. Vide Nau. *de Indulg. notab. 9. num. 31. & notab. 26.* Gregor. de Valent. *de Indulg. c. 6.* Benzon. *de Iubilæo. lib 4. c. 2.* Fr. Emman. *d. q. 85. art. 3.* Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. c. 10 num. 62. cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo annus sanctus § 4.*

Omnium suorum concedimus veniam peccatorum. Sta- 4
tuentes, &c.] Ergo Indulgentia plenaria, seu plenissima refertur ad integram remissionem omnium peccatorum, vt per Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, § 8. dub. 2 pag. mihi 58.*

In glos. *Confitebuntur.* ibi, *Quia ergo Indulgentia*, &c. 5
Notatur ad hoc quòd Iubilæum & Indulgentiam anni sancti lucrantur æqualiter illi, qui sunt Romæ, sicut & illi, qui veniunt ex longissimis terris, vt per Nauar, *de iubil. notab. 31. num. 35.* Henriq. *lib. 7. de Indulg. c. 14. § 4.* Benzon. *de Iubilæo, lib. 5. c. 15. dub. 1.* Hier. Gratian. *eod. tract. p. 1. c. 12.* Lauor. *in simili tract. p. 1. c. 16. num. 15. vers. illud*, Iodoch. *verbo Iubilæus, num. 23.* Pinel. *de Indulgent cap. 16.* Sanctatel, *de Iubilæo anni sancti, c. 5. dub. 5.*

In glos. *Forenses.* ibi, *Quid de curialibus*, &c. Nota- 6
tur ad hoc quòd Curiales Romæ habitantes debent Basilicas SS. Petri & Pauli per triginta dies visitare, vt per Nauarr. *de Iubilæo notab 32. n 43.* Illi verò, qui venient Romam occasione alicuius negotij, vel litis poterunt in quinque diebus Iubilæum lucrari, & habentur pro alienigenis si habebant animum reuertendi ad patriam finito negotio, secundùm Hieron. Gratian. *de Iubilæo, p. 2. cap. 11.* vbi subdit venientem ex patria ad Romam causa lucrandi Iubilæum, in quindecim diebus illud lucrari, licèt toto anno Romæ detineatur, ibique pro eo tempore domum conducat.

SVMMARIVM.

1 *Annus Iubilæus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus verè pœnitentibus, & confessis visitantibus Basilicas*

Beatorum Petri & Pauli per istam Extrauag. ad annum 50. reducitur, & num. 2.

3 *Vrbanus VI. ordinauit vt annus Iubilaus celebraretur trigesimo tertio quoque anno.*

4 *Paulus II. statuit vt annus Iubilaus celebraretur vigesimoquinto quoque anno*

5. *Bonifacij VIII. tempore pro consequutione anni Iubilai visitanda tantum erant Basilica SS. Petri & Pauli, Clemens VI. addidit Ecclesiam S. Ioannis Lateranensis, Gregorius XI. pradictis tribus adiunxit Ecclesiam S. Maria Maioris.*

6 *Exteris minor numerus dierum, quo Ecclesias visitare tenentur in anno Iubilao. assignatur, quam incolis.*

7 *Visitatio Ecclesiarum in anno Iubilao fieri potest, vel pedibus incedendo, vel equitando.*

8 *Visitatio quatuor Ecclesiarum in anno Iubilao vnica die fieri debet, & non satisfacit, qui vnam vel alteram Ecclesiam visitaret vno die.*

9 *Visitatio Ecclesiarum per 30. dies facienda ab illis, qui lucrari volunt Iubilaum anni sancti sufficit si vel de die, vel de nocte fiat.*

10 *Visitationes duas eodem die quis facere non potest ad effectum satisfaciendi duorum dierum visitationi ad lucrandum Iubilaum anni sancti.*

11 *Iubilaum anni sancti potest quis bis, ter, vel pluries lucrari faciendo visitationes requisitas.*

12 *Indulgentia concessa visitantibus Ecclesiam pro tempore determinato, semel tantum quari potest.*

13 *Iubilaum anni sancti lucrantur, qui illud lucrandi causa petunt Romam, sed infirmitate, vel morte preuenti perficere non potuerunt.*

14 *Iubilaum anni sancti lucrari cupientes an teneantur antequam Ecclesiarum visitationem incipiant, peccata sua confiteri, ostenditur, & num. 15.*

15 *Thesaurus Ecclesia non solùm collectus est ex meritis Passionis Christi, sed etiam ex martyriis, & operibus Sanctorum.*

EXTRAV. Vnigenitus. II.

Clem. VI.

1 ANnus Iubilæus, siue plenaria remissio, quæ olim dabatur quolibet centesimo anno omnibus verè pœnitentibus, & confessis visitantibus Basilicas Beatorum Petri & Pauli per istam Extrauag. ad annum quinquagesimum reducitur, additurque Basilica S. Ioannis Lateranensis. Colligunt Viuian. *ration. lib. 5. pag. 263* Alag. *in compend. pag 751.*

2 *Ad annum quinquagesimum duximus reducendam. Statuentes, &c*] Licet annus Iubilæus renouatus fuisset à Bonifacio VIII. centesimo quoquo anno, vt vidimus supra primo cap. succedentibus postea temporibus considerata breuitate, & debilitate vitæ, carnis infirmitate, & vt citius, ac frequentius labentibus hominibus succurratur, Clemens VI. in hac Extrauag. ad annos quinquaginta huiusmodi Iubilæum reduxit, & ita fuit celebratus anno 1350. sicuti referunt Iul. Lauor. *de Iubil. & Indulg. p. 1. c. 3. num. 17.* & Sanctarel. *de Iubilao anni sancti, cap. 1. dub. 3.*

3 Deinde Vrbanus VI. ordinauit vt hic Iubilæus celebraretur trigesimo tertio quoquo anno. vt scripserunt Granz. *lib. 10. Metrop.* Gretset. *lib. 2. de sacris peregr. cap. 15.* Iul. Lauor. *dict. cap. 3. num. 19. & 25.* Sanctarel. *d. dub. 3.*

4 Postea Paulus II. statuit vt celebraretur vigesimo quinto quoquo anno, vt vnaquaque ætas huius thesauri particeps fieret, quod à Sixto IV. confirmatum fuit, qui proinde Iubilæum celebrauit anno 1475. & sic successiuè ad hæc nostra tempora continuatum extitit, videlicet Alexand. VI. anno 1500. Clemens VII. anno 1525. Iulius III. ann. 1550. Greg. VIII. an. 1575. Clemens VIII. anno 1600. & S. D. N. Vrbanus VIII. anno 1625.

Et Lateranensem Ecclesiam, &c.] Tempore Bonifacij VIII. vt in Extrauag præcedenti, pro consequutione Iubilæi visitandæ tantùm erant Basilicæ Apostolorum Petri & Pauli, postea verò Clementis VI. tempore, de quo in hoc text. addita fuit Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, eo quòd in ea baptizatus fuerat Constantinus Imper. à B. Syluestro Papa. Demùm Gregorius XI. prædictis tribus adiunxit Ecclesiam S. Mariæ Maioris, & sic istæ quatuor Ecclesiæ pro consequutione Iubilæi ab illo tempore vsque ad præsens visitari debent sicut statuit S. D. N. Vrbanus VIII in sua Bulla publicationis Iubilæi incip. *Omnes gentes plaudite*, sub dat. Romæ tertio Kalend. Maij 1624. Pontificatus sui anno primo. Vide Iul. Lauor. *de Iubilao, part. 1. cap. 17 num. 1.* Sanctarel. *de Iubilao anni sancti, cap. 1. dub 4.* In quibus Ecclesiis quatuor portæ (quæ ob excellentiam sanctæ vocantur) solemni ritu aperiuntur, vt tradunt Nauar. *de Iubilao notab. 34. n. 8.* Benzon. *in simili tract. lib. 4. cap. 13.* & Iul. Lauor. *part. 1. cap. 24.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 14. num. 8.* 5

Quàm inclyta recordationis, &c.] Multa de Lateranensi Ecclesia tradit Dionys. Paul. *dict. tract. de vera quatuor Patriarch. sedium erect. cap. 15. num. 32. cum seqq.* 6

Si Romani ad minus triginta, &c.] Assignatur igitur minor numerus exteris quam incolis ob laborem susceptum in itinere, immo solent Romani Pontifices aliquando ad tres & paucos dies reducere, habita consideratione ad labores, sudores, incommoda, pericula, impensas, & alias graues molestias in itinere passas, & ne peregrini diutius in Vrbe commorantes grauioribus onerentur impensis, vt refert Iul. Lauor *d. p. 1. c. 17. n. 10* & Sanctarel. *de Iubilao anni sancti, c. 5. dub. 2.* vbi subdit quòd si fuerit concessum per Papam vt paucioribus diebus quis lucrari possit Iubilæum, verbi gratia, per quindecim dies quatuor Ecclesias visitando, si tempore talis concessionis per quatuordecim dies iam haberet prædictas Ecclesias visitatas, postea visitando vnica vice lucraretur Iubilæum. Et hæc visitatio potest fieri vel pedibus incedendo, vel equitando, quia hi omnes pariter & eodem modo Iubilæum lucrantur, licèt meritum non sit æquale, vt aduertunt Benzon *dict. lib. 5. c. 15. dub. 22.* Franc. Rodriq. *de Iubilao c. 3. n. 7.* Hier. Gratian. *eod. tract. p. 2. cap. 12.* Iodoch. *ver. Iubilaum num. 23.* 7

Huiusmodi quatuor Ecclesiæ vnica die visitari debent & non satisfacit qui vnam, vel alteram Ecclesiam visitaret vno die, & altero, vel tertio aliam, vel alias vt tradunt Nauar. *de Iubil. notab. 32. num. 41* Pinel. *de indulgent. cap. 23.* Henriquez *in summ. lib. 7. cap. 14. §. 5 litt. D.* Benzon, *de Iubil. lib. 5. cap. 15. dub. 5.* Hieronym. Gratian. *in simili tractat part. 1 cap. 3 & 11.* Franc. Rodriq. *eod. tract cap 3. num. 6* vbi asserit ita declarasse Gregorium XIII. Quamuis Ioan. Monach *in Extrauag. 1. supra hoc tit. in glos verbo semel*, scripserit sufficere, quòd fiat visitatio earum diuersis diebus, subdens hoc respondisse Bonifacium auctorem illius Extrauagant. 8

Et quando dicitur huiusmodi visitationes faciendas esse per triginta dies, &c. intelliguntur de diebus temporalibus, & sic siue de die, siue de nocte, sicuti docent Benzon *d. cap. 15. dub. 5* Rodriq. *d cap 3 num. 3.* Hieronym. Gratian. *d. p. 1 cap. 12.* Iul. Lauor. *dict. part. 1. cap. 17. num. 33.* 9

Ex quibus dicendum videtur non posse quem duas 10

visita

visitationes eodem die facere ad effectum satisfaciendi duorum dierum visitationi secundum Nauarr. *dict. notab.* 32. *n.* 4. *in fine*, Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *cap.* 184. *num.* 3. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10. *quaest.* 5. *num.* 211. Poterit tamen bis, ter, vel pluries hanc Indulgentiam Iubilæam sibi quærere bis, ter, vel pluries faciendo visitationes requisitas, ex Nauarr. *dict. Notab.* 32. *num.* 46. *vers. pars verò affirmans, & notab.* 34. *num* 6. *vers. tertio*, Benaon *lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 23. Emman. Sa *verbo Indulgentia, num.* 7. Henriq. *dict. lib.* 7. *cap.* 10. § 2 Francisc. Rodriquez *de Iubilaeo, cap.* 3. *num.* 10 Hieron. Gratian. *in simili tract. part.* 1. *cap* 12. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent lib.* 7. *cap vlt. sect.* 4. *num.* 155. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 10 *quaest.* 7. *n.* 261. Zerola. *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo Annus sanctus*, § 6 Iodoch. *verbo Iubilaeus, num.* 23.

12 Illnd aduertere oportet quòd grandis datur differentia inter Indulgentiam perennem, qualis est quadraginta dierum concessā visitantibus Ecclesiam Beati Petri Vrbis Romæ, & inter Indulgentiam concessam pro tempore determinato, quales sunt, quas videmus passim concessas certis locis pro certis diebus à Vesperis in Vesperas eos visitantibus; prior enim sæpiùs quæri potest, posterior verò semel tantùm, secundùm S. Thom. *in* 4 *dist.* 10. *quaest.* 1. *art.* 3 *quaestiunc.* 1. *ad* 4. Felin. *in tract. de Indulgent. n.* 37. Ioan. de Fribrego *in sum. Confess. lib.* 3. *tit.* 34 *quaest.* 184. Cordub. *in quaest. lib.* 5. *quaest.* 13. Emman. Sa *verbo Indulgentia, n.* 7. Tolet *in summ. lib.* 6. *c.* 28. *in fine*, Nauarr. *de Iub. notab.* 31. *n.* 37. *& notab.* 55. *num.* 19 Benaon. *dict. lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 23 Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 16. § 3. *in commento, lit. M.* Soar. *tom* 4. *de Pœnitent. disput.* 57 *sect.* 2. *num.* 7. Mich. Zanard. *part.* 1. *director. tract. de sacram. Pœnitent. c.* 21. *q.* 40 Filliuc. *tom.* 1. *tractat.* 8. *cap.* 8. *q.* 2. *num.* 197 Nugn. *in addit. quaest.* 27. *art.* 4. *post tertiam difficultatem vers. difficultas.*

13 *Adiicientes vt ij etiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd illi, qui causa lucrandi Iubilæum, petunt Romam, vel aliquas ex conditionibus adimplere incipiunt, sed infirmitate, vel morte præuenti, iter, vel conditiones perficere minimè possunt, Iubilæum lucrantur, vt per Nauac. *de Iubilaeo notab.* 19. *n.* 4. Iodoch. *verbo Iubilaeus, num.* 23. Benaon *lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 10. Sanctarel. *cap.* 7. *dub.* 2. *vers. quando se concede.* Iul. Lauor. *d part.* 1. *c.* 17. *num.* 21. Et S. D. N. Vrbanus VIII. in dict. Bulla publicationis Iubilæi apertis verbis declarat huiusmodi personas illud lucrari, in hæc verba. Quoniam euenire potest vt ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad Vrbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Vrbe, morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte præuenti præfinito dierum numero completo, ac ne quidem fortasse inchoato præmissa exequi, ac Ecclesias, & Basilicas huiusmodi adire nequeant. Nos piè prompteque illorū voluntati quantum in Domino possumus, benignè fauere cupientes, eosdem verè pœnitentes, & confessos, prædictæ Indulgētiæ, & remissionis participes perinde fieri volumus acsi Ecclesias, & Basilicas prædictas diebus à nobis præscriptis re ipsa visitassent. Hactenos dicta Bulla. Quæ cùm loquatur solum de peregrinis, non comprehendit Romanos, illi enim si morte præuenti visitationes peragere non valuerint, minimè consequentur Iubilæum, & sentiunt Iul. Lauor. *d. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 23. & Sanctar. *vbi proximè*, aduertens quòd in Bulla Clementis VIII. incip. *Inter solicitudines*, priuilegium huc conceditur etiam Romanis, & alijs Romæ habitantibus.

14 *Qui verè pœnitentes, & confessi*,] &c. Verum autem fideles Iubilæam Indulgentiā anni sancti lucrari cupientes teneantur, antequam Ecclesiarum visitationem incipiant, peccata sua confiteri, & omnes visitationes in statu gratiæ conficere, dubia est quæstio. Quidam affirmatiuam partem sequuntur, subiicientes visitationes aliter factas non suffragari ad consequendum Iubilæum, ex quorum numero sunt Nauarr. *vbi supra notab.* 17. *n.* 12. *& notab.* 16. *&* 19. Caiet. *tract.* 10. *de Indulgent quaest.* 2. *tom.* 2. Armil. *verbo Indulgentia. num.* 14. Benaon. *dict. lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 4. *vers. dico quintò*, Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quaest.* 37. *num.* 2.

Verùm probabilius est hoc casu ad consequendum sanctissimum hoc Iubilæum sufficere visitationem vltimam facere in statu gratiæ, vt sentiunt Nauarr. *notab* 32. *n.* 47. Vuald. *in suo candelab tit. de Indulgen. num.* 15. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 7. *c. vlt quaest* 4 *num.* 180. *&* 188. Filliuc *tom.* 1. *tract.* 8. *c.* 10. *quaest.* 5 *num.* 258. Francisc. Rodriquez *de Iubilaeo, cap.* 3. *num* 1 Hieronym. Gratian. *in simili tractat. p.* 2. *cap.* 22. Ad consequendum enim Iubilæum non est necessarium facere omnia opera in statu gratiæ secundùm Sot. *in* 4. *distinct.* 21. *quaest.* 2. *&* 2. *art.* 3. Syluest. *verbo Indulgentia quaest.* 10 *vers.* 9. Sa *verbo Indulgentia*; *num.* 2. Valent. *tom.* 4. *disput* 7. *quaest.* 20. *punct.* 5. *ad finem*, Soar. *tom.* 4. *de Pœnitent. disputat.* 52. *sect.* 2. *n.* 7. *& sect.* 5. *n.* 8. Ægid. Coninck. *de Sacrament. disputat.* 12. *de Indulgent. dub.* 7. *num.* 37. *&* 39. Benaon. *dict. lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 4 *vers. puto autem*, Mich. Zanard. *part.* 1. *director. tractat. de sacram Pœnitent. cap.* 21. *quaest.* 19. Fr. Emman. *in summ. part.* 1. *cap.* 184. *n.* 4. Hieronym. Gratian. *dict. part.* 2. *cap.* 11. Nugn. *in addit. quaest.* 27. *art.* 1. *vers. aliud dubium, & art.* 3. *dub.* 5. *prope fin. & dub.* 8. Valerian. Reginald. *dict lib.* 7. *num* 173. *&* 180. Fernandez *part.* 3 *cap* 8. § 8. *num.* 1. 15

Ad cuius quidem Thesauri cumulum &c.] Notatur ad hoc quòd Thesaurus Ecclesiæ non solùm collectus est ex meritis Passionis Christi, sed etiam ex martyriis & operibus Sanctorum, vt per Couarr. *in cap. alma mater, part.* 1. § 4. *num.* 7. *col* 4. Henriq. *dict. lib.* 7. *cap.* 2 § 3. *&* 4. benè Sanctarel. *de Iubilaeo anni sancti c.* 3. *dub.* 4. 16

EXTRAV. Etsi Dominici. III.

Paul. II.

REseruat sibi certos casus à quibus nullus potest absoluere sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, 1
videlicet offensam ecclesiasticæ libertatis, violationem interdicti à Sede Apostolica positi, crimen hæresis, conspirationem in personam, aut statum Romani Pontificis, quamuis occultam, seu rebellionem eiusdem Pontificis in Sedem Apostolicam, Presbytericidium, offensam personalem in Episcopum, seu alium Prælatum, inuasionem, deprædationem, occupationem, aut deuastationem terrarum Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectarum, ac etiam inuasionem Romipetarum, seu quorumcuoque aliorum ad Romanam Curiam venientium, prohibitionem deuolutionis causarum ad dictam Curiam, delationem armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionem nouorum onerum realium, vel personalium Ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, simoniam super Ordinibus, vel beneficijs assequendis intra, vel extra Curiam, qui casus absolui non possunt per indulta, & concessiones generales nisi fiat specialis mentio. Colligunt Viuian. *in ration. lib.* 5. *pag.* 264. Alagun. *in compend. pag.* 751.

Multos ex his casibus, & plures alios sibi reseruat a
Papa singulis annis in processu Bullæ in Cœna Domini, & specialiter alus in locis, quod in vnum redegi *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3 *alleg.* 50.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur, & num. 2.*
3 *Indulgentiæ plenariæ suspenduntur solum tempore Iubilæi anni sancti.*
4 *Indulgentiarum suspensio prohibet ne aliæ Indulgentiæ prædicentur tam in publico, quàm in Priuato durante anno sancto.*
5 *Indulgentiarum suspensio à Clemente VIII. facta in anno sancto Iubilæi, quæ?*
6 *Indulgentiæ plenariæ, & plenissimæ omnium peccatorum remissiones suspensæ intelliguntur, non verò temporariæ, & omnes aliæ non plenariæ.*
7 *Verba geminata includunt prorsus omnia absque vlla limitatione.*
8 *Indulgentiæ suspenduntur durante tantum anno sancto.*

EXTRAV. Quemadmodum. IV.

Sixt. IV.

1 CONfirmat Iubilæum publicatum, & suspendit vsque ad beneplacitum suum, & Sedis Apostol. omnes, & singulas plenarias etiam ad instar Iubilæi Indulgentias, ac etiam commutandi vota aut super eis, & male incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, & componendi, aut illa sub certis modo & forma remittendi, & deputandi Confessores cum potestate absoluendi etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, facultates, concessiones, & indulta à nobis, & eadem Sede, vel illius auctoritate, quibuscunque Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, aut quauis causa quomodolibet concessas, & concessa itaut suffragari alicui non valeant. Indulgentijs tamen Basilicarum, & Ecclesiarum Vrbis in suo plenario robore durantibus. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 164.* Alag. *in compend. pag. 711.*

2 Similem suspensionem fecit Gregor. XIII. in aperitione Iubilæi de anno 1575. in sua Bulla incip. *Quoniam sancti Iubilæi*, de qua agunt Nauarr. *in tract. de Iubilæo notab. 28 à princ.* Benzon. *in simili tract. lib. 4. cap. 8. dub. 23. cum seqq.* Iul. Laur. *de Iubilæo & Indulgent. p. 1. cap. 10. num. 2.*

3 *Omnes & singulas plenarias*, &c.] Ergo suspenditur solùm facultas quærendi Indulgentias plenarias, & non alias, quæ non erant plenariæ, quod clariùs expresserunt Clemens Septimus *in sua Bulla incip. Inter sollicitudines*, & Iulius III. *in Constitut. incip. Si Pastores*, & Gregorius XIII. *in dicta Bulla incip. Quoniam sancti Iubilæi*, & ita tradunt Nauarr. *de Iubilæo notab. 33. n. 1. & consil. 17. n. 3. sub hoc tit.* Benzon. *d. lib 4. cap. 8. dub. 2.* Henriq. *lib. 7. c. 15. §. 8.* Zerull. *in praxi Episc. p. 1. verbo*
4 *annus sanctus, §. 3.* Quando enim in Bullis suspensionis Indulgentiarum huiusmodi prohibebatur ne aliæ Indulgentiæ prædicarentur tam in publico, quàm in priuato durante anno sancto, hoc intelligebatur de plenarijs tantummodo Indulgentijs, vt exponunt Nau. *d. tract. de Iubilæo notab. 33. n. 6.* Benzon. *dict. lib. 4. c. 8. dub 7.* Hieronym. Gratian, *in tractat. de Iubilæo. lib. 1. cap. 13.*

5 In suspensione autem facta à Clemente VIII. *in sua Bulla incip. Cùm sancti, sub dat. Romæ 11. May. 1599.* non apparent suspensæ nisi omnes, & singulæ Indulgentiæ etiam perpetuæ, & peccatorum remissiones, necnon facultates, & indulta absoluendi à casibus reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini concessæ quibuscunque locis & personis etiam ad instar Iubilæi quacunque causa, & occasione sub quibuscunque tenoribus formis & clausulis etiam Motu proprio, prohibendo ne aliter Indulgentiæ publicentur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Ex qua quidem Clementis suspensione tantùm plenariæ, & plenissimæ omnium peccatorum remissiones 6
ad instar Iubilæi suspensæ intelliguntur, reliquæ verò Indulgentiæ temporaneæ, id est, tot dierum, vel annorum, seu tertiæ vel quartæ partis quadragenæ, carenæ, septenæ, & omnes aliæ non plenariæ, etiam quòd sint concessæ locis, & personis quomodolibet, suspensæ minimè intelliguntur; ita docent Nauarr. *consil. 17. n. 4. & 5. sub hoc tit.* Francisc. Rodriquez *in tractat. de Iubilæo, cap. 3. num. 2.* Hieronym. Gratian. *in simili tract. lib. 1. cap. 13.* Sanctarel. *in eodem tract. c. 5 dub. 7.* Iodoc. Lorich *in thesauro nouo vtriusque Theologiæ verbo Iubilæus, num. 16.* Filliuc. *tom. 1. tract. 8. cap. 10. quæst. 3. n. 251.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part 1. cap. 10. num 3. cum seqq.* vbi *num. 1?.* ostendit an Indulgentiæ pro defunctis tempore Iubilæi anni sancti suspendantur, & *num. 25.* agit de Indulgentiis, quæ conceduntur Confraternitatibus Hispaniæ, vel alibi extra Vrbem existentibus, aggregatis tamen alicui Vrbis Archiconfraternitati, cuius Indulgentiæ non suspenduntur. Verùm supra dicta sententia non transit sine difficultate, nam dicta Bulla Clementis VIII. & nouissima S. D. N. Vrbani VIII. incip. *Cùm super, sub dat. Romæ Non. Maij* 1624 ita cantant, *Omnes, & singulas Indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones*, &c. quæ
verba, *omnes & singulas*, ita geminata includunt prorsus omnia absque vlla limitatione gloss. *verbo omnia, & singula, in cap. vt circa, de elect. lib. 6.* & de natura illorum est, vt nihil prætermissum censeatur, sicuti docent Card. Tusch. *tom. 1. lit. C. conclus. 196. num. 8. & 19.* Cened. *singul. 72. num. 1.* & plures alij, quos refero *in tract. de clausul. vsufreq. claus. 96. n. 4.* secundùm Lugdunensem impressionem. Tum quia dictio illa, *etiam*, exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, *l. etiam. ff de verb. significat. l. conuenticula. C. de Episcop. & cleric.* cum innumeris propemodum à me citatis Doctoribus *in tractat. de dictionibus vsufrequent. dict. 122. num. 1.* secundum Lugdunensem impressionem. 7

Vsque, ad nostrum, & eiusdem Sedis beneplacitum suspendimus.] Intelligi durante tantum anno sancto asserunt Nauarr. *de Iubilæo notab. 18. num 31. cum seqq.* Filliuc. *tom. 1. tract. 8. cap. 10. quæst. 3. num. 252.* Sanctarel. *de Iubilæo anni sancti, cap. 5. dub. 7 in fine* Idque attentis dictis Bullis Clementis VIII. S. D. N. Vrbani VIII. nullam patitur difficultatem, suspenduntur Indulgentiæ durante anno sancto, ac proinde eo elapso illæ ad pristinum redeunt absque dubio, vt aduertit Iul Laur. *d. part. 1. cap. 10. num. 23.* 8

EXTRAV. Etsi Dominici. V.

Idem.

SIxtus IV reuocat Indulgentias, & facultates absoluendi à casibus Bullæ in Cœna Domini, commutandi quinque vota Papæ reseruata, & multas alias Indulgentias quas ipse concesserat, à quibus si quis absoluere, vel ea vota commutare præsumpserit, excommunicationis sententiam Romano Pontifici reseruatæ ipso iure incurrit, & talis absolutio, vel commutatio nullius est roboris, & momenti. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 165.* Alagon. *in compend. pag. 752.* 1

Et per eos emissa peregrinationis, &c.] Nullus igitur
Prælatus præter Romanum Pontificem potest dispensare 2

fate io quinque votis, nempe de intranda teligione, de perperua castitare seruanda, de peregrinatione in terram sanctam, quod vncatur Hierosolymitanum, de visitando limina Apostolorum Petri, & Pauli, & de peregrinatione in diuum Iacobum Compostellæ. ita Sot *lib. 7 de iustit. quæst 4. art.* 3. Cooarr. *in cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 3. *n.* 12. Nauarr. *in man. cap.* 12. *num.* 75. *& comment.* 4. *de Regularibus, num.* 12. *vers. sextò*, Henriq. *in summ. lib.* 7 *c.* 10 § 6. *lit. A.* Iacob. de Graff. *in aureis decision. part.* 1. *lib* 2. *cap.* 31. *num.* 21. Azor *institut moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæst.* 4. *vers. mihi videtur, & c.* 19. *quæst.* 3. Fr. Emm. *in summ tom.* 2. *cap.* 97. *num.* 1. *& in explicat. Bulla Cruciata*, §. 9. *n.* 104. Sayr. *in claui Regia, lib* 5. *cap.* 8 *num.* 9. *& lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 33. *cum seqq.* Soar. *de Relig. tom.* 2. *tractat. de iuram. lib.* 2, *cap.* 40. *n* 4 *cum seqq & tract. de voto, lib.* 6. *c.* 21 *à num.* 2. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 51. Less. *de iustit. lib* 1. *cap.* 46 *dub.* 13. *num.* 104. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *num.* 330. Molfes. *in summ Theologia moral tract* 11. *c.* 15. *à n.* 137. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib* 4. *cap.* 40. *per tot.* Homobon. de Bonis *in examine ecclesiast. tract.* 11. *c.* 6. *quæst.* 12. *resol* 3. *vers. porrò*, latè ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.* 27 *per tot.* quorum plures asserunt prædicta quinque vota esse summo Pontifici reseruata ex antiquissimo Curiæ stylo, potius quàm iure scripto, & aduertit Less. *dict. num.* 104. ex hoc text. non benè deduci huiusmodi reseruationem, cùm solùm hîc fiat mentio prædictorum votorum ad effectum ea subtrahendi Confessarijs, qui prætextu facultatum à Sede Apostolica concessarum ab illorum vinculis absoluebant.

3 *Et contrafacientes eo ipso excommunicationis*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt absolnentes à casibus Bullæ in Cœna Domini, vel Papalibus prætextu priuilegiorum, secundùm Fillinc. *tractat.* 15. *num.* 180 *cum seqq.* quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 106. secundùm Lugdunensem impressionem; sicut etiam per hunc textum incurrunt violantes ecclesiasticam libertatem, & interdictum Apostolicum, & conspirantes in personam, & statum Papæ, & offendentes Episcopum, siue alium Ecclesiæ Prælatum, pro vt resoluunt Gambar. *de casibus reseru. cap.* 7. *num.* 6. Filliuc. *dict. tract.* 15. *num.* 72. *vers. quartò, & vers. quintò, & num.* 78. Iul. Lauor. *de Iubil. & Indulgent. p.* 2. *cap.* 21. *num.* 78.

De Sententia excommunicationis.

Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt qui pactis, aut promissionibus iustitiam, vel gratiam a Sede Apostolica obtinent, & qui tales non reuelant, nec illis absolutio facilè conceditur. & num.* 2. *&* 3.

4 *Excommunicationem maiorem incurrunt dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam.*

5 *Excommunicatio differt ab anathemate.*

6 *Pœna huius tex. quot hominum genera comprehendant, ostenditur.*

7 *Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam vbicunque existant, & non solùm orti in Vrbe, & oriundi ab ea, sed etiam inhabitantes eam, & reliquam Italiam, Hispaniam, Galliam, & quæuis alia Regna, includuntur sub hoc tex.*

8 *Excommunicatio imposita propter dationem, seu receptionem pecuniæ pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam non habet locum, quando non interuenit realis datio, promissio, pactum, aut aliquod verbum, quia sola cogitatio, & mentalis resolutio non sufficit.*

9 *Dantes, aut recipientes etiam quid minimum pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam sunt excommunicati.*

10 *Promissio sola absque eo quòd aliquid detur, vel recipiatur pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam facit incurrere pœnas de quibus hic.*

11 *Dantes, aut recipientes, siue palam, siue occultè pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam sunt excommunicati.*

12 *Promissio generalis an, & quando faciat incurrere in pœnas huius textus ostenditur.*

15 *Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam sunt excommunicati, non solùm si dent, aut recipiant pecunias, sed etiam omnem aliam rem, seu vtilitatem.*

15 *Proxeneta, seu mediator in obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam cum datione, seu receptione pecuniæ, est etiam excommunicatus.*

16 *Dantes, vel recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam non solùm in scriptis, vt puta per litteras Apostolicas, sed etiam alias quomodocunque sunt excommunicati.*

17 *Gratiam, seu iustitiam obtinere apud Sedem Apostolicam quando quis dicatur, ostenditur.*

18 *Dare, aut recipere aliquid ob obtentam gratiam, vel iustitiam non est improbatum.*

19 *Scientes, & non reuelantes eos, qui pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam aliquid dederunt, seu receperunt sunt excommunicati.*

20 *Excommunicati ob datum, vel receptum pro obtinenda gratia vel iustitia apud Sedem Apostolicã non possunt absolui nisi à Papa, vel ab alio ad id speciale mandatum habente præterquam in mortis articulo.*

21 *Excommunicatus ob datum, vel receptum pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam absolui non potest, nisi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur.*

22 *Gratia, seu iustitia pactis, aut promissionibus obtenta apud Sedem Apostolicam nulla est ipso iure.*

23 *Gratia seu iustitia propter aliquod datum, seu receptum obtenta si quis scienter vsus fuerit, excommunicationem incurrit.*

24 *Beneficiorum & officiorum priuatio ipso iure imponitur dantibus, aut recipientibus pro gratia seu iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam.*

25 *Excommunicationis appellatione venit maior.*

26 *Episcopos etiam comprehendit hic text.*

27 *Aduocatus, procurator, & tabellio petens salaria, & conueniens de eisdem non ligatur excommunicatione, de qua in hoc textu.*

Extrav. Excommunicamus. I.

Bonifac. VIII.

CLERICI omnes, Religiosi, vel Laici 1
vtriusque sexus, etiamsi sint familiares Curiæ, vel alij vbicunque, qui faciunt pactum, vel aliquid paruum, vel magnum promittunt, vel promissionem recipiunt, vel qui ex pacto, seu promissione occulta, aut manifesta facta sub generalibos verbis, nec plenè

expressis, vel sub specialibus,& apertè expressis quicquam dederint, vel acceperint paruum, vel magnum, seu promissionem de quacunque re, vel vtilitate propter hoc consequenda fecerint, vel receperint pro aliqua iustitia, vel gratia pro se, vel pro alio in causis, vel iudiciis, seu alias per litteras Apostolicas, aut aliam viam apud Sedem Apostolicam obtinenda, item qui sciuerit aliquem culpabilem in prædictis & intra triduum non reuelat Papæ, vel alicui per quem ad Papam fideliter deferatur, & qui scienter huiusmodi gratia, vel iustitia vtuntur, excommunicationem incurrunt, à qua solus Papa absoluit nisi in articulo mortis, quando non potest haberi recursus ad Papam, & nisi prius quantum dedit, vel recepit, pauperibus eroget, iustitia verò, vel gratia sic obtenta est nullius momenti, & caret robore, & firmitate. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag 327.* Alagon. *in compend. pag. 787.*

a Hoc idem ex hoc text. desumunt Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 106. vers. vigesimatertia*, Cambar. *de casibus reseru. cap. 7. num.* 11. Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 11. n. 13. vers alij verò*, Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 7.* Farinac. *in praxi criminal. part. 3. quæst. 111. n. 291. cum seqq.* Filluc. *tract. 15. num. 71. vers. nono, & num. 92. & num. 127. vers. prima, & n. 128. cum multis seqq.* vbi latè declarat, ego ipse *de offic. & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 50. num.* 107 secundum Lugd impress.

3 Innouata est & aucta per Gregor. XIII. in sua Bulla incip. *Ab ipso Pontific. nostri principio, sub dat. Romæ Non. Nouembris* 1574 Pontificatus sui anno tertio, quam doctiss. comment. exornauit Nauarr. qui inscribuntur de datis, & promissis pro iustitia & gratia obtinenda.

4 *Excommunicamus.*] Intellige de maiori excommunicatione, non autem de minori, vt per Monach. *hic verbo excommunicamus*, vbi respondet ad textum *in cap. pia, de except. in 6.* Nauarr. *in dict. commem. de datis, & promiss. in 4 notabil. num. 8. & 9.* vbi arguit ad partes, & hanc sententiam bene defendit, eamque septem fundamentis comprobat. Virgil Boccac. *in tractat. de pact. part. 1. num. 1. vers. hanc excommunicationem*, quos refert & sequitur Farinac. *dict. quæst. 111. num 219.*

5 *Et anathematizamus ex parte*, &c.] ergo excommunicatio differt ab anathemate, de quo vide Nauat. *vbi suprà num.* 10. Virgil. Boccac. *d. part. 1. ex num. 2. vsque ad num.* 12.

6 *Omnes Clericos Religiosos*, &c.] Notatur ad hoc quòd sub pœna huius textus suppositi sunt omnes personæ, siue clerici, siue Religiosi, siue laici, siue masculi, siue fœminæ, siue etiam familiares Curiæ, vt per Nauar. *d. tract. de datis, & promiss. in 6. notab.* latè Virg. Boccac. *d. tract. de pactis, part. 1. num. 1. in 1. notab. & num.* 14. vbi de religiosis, & *n.* 15. vbi de laicis vtriusque sexus, & *num.* 16. vbi de familiaribus Curiæ.

7 *Vndecunque*] Propter hanc dictionem, de cuius natura est vt nullus excludatur, *cap. vndecunque 56. dist.* resoluit Nauarr. *in dict. comment. de datis & promiss. in 7. notab. n.* 12. quòd sub hoc text. includuntur non solùm orti in Vrbe, & oriundi ab ea, sed etiam illam habitantes, & reliquam Italiam, Hispaniam, Galliam, & quæuis alia Regna, sequuntur Virg. Boccac. *d. p. 1. n. 17.* & Farin. *d. q. 111. num.* 312.

8 *Qui aliquod pactum fecerint*, &c.] Ergo ad hoc vt locum habeat pœna excommunicationis, de qua *in hoc text.* requiritur aliquod pactum, vnde secus si vnus in mente resolueret se daturum, & alter recepturum, vel alter tantum daturum, & alter pariter tantum recepturum [illegible] enim ex hac sola cogitatione pœna non incurritur, vt per Nau. *d. comment. de datis & promissis in 11 notab. n. 23. in fine, vers. non tamen sufficeret.* Virgil. Boccac. *in tractat. de pact. part. 3. num. 79.* Farin. *d. q. 111. num.* 353.

Seu aliquod paruum, vel magnum.] Collige ex his verbis pœnam excommunicationis, de qua *in hoc text.* locum habere, quamuis id, quod datur, & recipitur, sit quid paruum, vide Nauarr. *in dict comment. de datis, & promiss. in 10 notab. num.* 20. vbi arguit ad partes, & postea distinguendo resoluit quòd ad hoc vt huius textus pœnæ locum habeant, non sufficit datio cuiuscunque rei paruæ sed requiritur vt tanta sit, quæ probabiliter præsumenda sit apta ad mouendum & flectendum à recto recipientem, vnde secus si datio ac receptio rei paruæ credatur non motura iudicem, vel auctorem gratiæ à recto, tunc enim nec dantes, nec recipientes pœnam prædictam incurrere post Nauat. resoluunt Virg. Boccac. *d. tract. de pact p. 1. n.* 31. Farin. *d. q. 111. num.* 323. 9

Promiserint, vel promissionem receperint.] Sola igitur promissio dandi, etiam quòd aliquid non detur, facit incurrere pœnam huius text. tam respectu promittentis, quàm respectu acceptantis promissionem, vt per Nauarr. *dict. comment. de datis, & promiss. in 8. notab. n. 13. vers. tertio, & in 12. notab. num. 24. in fine. vers. quarto*, Farin. *d. q. 11*[illegible]*. num.* 313. Declaratur, tamen dupliciter Primò vt non omnis promissio faciat incurrere pœnas prædictas, sed tantùm illa, quæ est prohibita, & quæ iure naturali, diuino, & humano ante huius text. promulgationem inducebat peccatum mortale, secus si talis promissio non erat improbata, & prohibita, & quatenus prohibita ex ea promittens mortaliter non peccabat, secundùm Nauar. *vbi suprà in 11. notab. num. 21 cum seqq.* & Farinac. *d. q. 111. num.* 314. Secundò vt non procedat respectu eius, cui promittitur, nisi promissio ei facta acceptata fuerit, aliàs secus, vt videtur suaderi ex hoc textu, ibi, *vel promissionem receperint*, vide Virgil. Boccac. *d. part. 1. ex num.* 22. Farinac. *d. q. 111. num.* 315. 10

Occulta, vel manifesta facta, &c.] Ergo excommunicationis pœna de qua hic, incurritur, siue promissio, vel datio sit occulta, siue etiam manifesta, vt per Virg. Boccac. *d. p. 1. num.* 13. vbi declarat, quæ dicatur occulta promissio, & *num.* 25. vbi pariter declarat, quæ dicatur promissio manifesta, refert Farinac. *dict. q. 111. num.* 324. Ɣ1

Sub generalibus, & plenariè. &c. Etiam quòd promissio sit generalis incurritur pœna excommunicationis, de qua in præsenti, vt per Virgil. Boccac. *dict. part. 1. num.* 26. Farinac. *d. q. 111. n. 325. & seq.* declarantes non quamlibet generalem promissionem facere incurrere has pœnas, sed tantùm illam, quæ iure naturali, diuino, & humano anteriore erat prohibita, peccatumque mortale inducebat. 12

De quacunque re, & vtilitate, &c.] Pœna igitur de qua in hoc text. incurritur nō solùm si detur, vel promittatur pecunia, sed etiamsi detur, vel promittatur alia res, seu vtilitas, vt per Nauarr. *vbi supra in 12. notab. num.* 28. Virg. Boccac *d. p. 1. num.* 33. vbi *num.* 34. subdit in proposito rei appellatione iura corporalia, & incorporalia contineri, & *n.* 35. extendit ad quamcunque vtilitatem, commodum, fructum, vel emolumentum necessarium, aut delectabile, refert Farinac. *d. q. 111. num* 327. 13

Pro aliqua iustitia, siue gratia, &c.] Ergo pœna de qua hic incurritur etiam quòd quid detur, seu promittatur pro consequendo iustitiam, secundùm Virg. Boccac *d. p. 1. num. 38 & part. 3 num 71. & seqq.* vbi ait procedere quando quid datur, aut promittitur animo, & intentione obtinendæ victoriæ in lite, & declarat non habere locum quando constat de synceritate 14

tate animi illius, qui pecuniam dedit, aut promisit, vt iudex iustitiam faciat, refert Farinac. *dict. q.* 111. *num.* 328

15 *Pro se, aut pro alio in causis,* &c.] Comprehendunt igitur pœnæ, de quibus hic, etiam illum, qui dat, seu promittit non pro se, sed pro alio, & sic etiam tertiam personam, prout est proxeneta, seu mediator, vt per Nauar. *dictis comment. de dat. & promiss. in* 20. *notab. n.* 30 Virgil. Boccac. *d. p.* 1. *n.* 40. 41. *&* 79. *& p.* 3 *n.* 94. *in fine,* Farin. *d. q.* 111. *num.* 308.

16 *Per litteras Apostolicas,* &c.] Ergo habet locum etiam quòd detur, seu promittatur pro consequenda gratia non solùm in scriptis, vt putà per litteras Apostolicas, sed etiam aliàs quomodocunque, vt per Nauarr. *dict. comment. de datis, & promiss. in* 17. *notab. num.* 9. Virgil. Boccac. *dict. part.* 1. *num.* 46. *&* 47. Farinac. *dict. q.* 111. *num.* 330

17 *Apud Sedem Apostolicam* .&c.] Ergo secus si quid detur, aut promittatur pro obtinenda gratia, vel iustitia ab aliquo alio Principe, & Magistratu, seu persona, vt per Nauarr. *dict. comment. de datis & promiss. in* 12. *notab. num.* 19. vbi *in vers. ex quibus infertur, cum seqq.* ait quòd quis dicitur gratiam, seu iustitiam obtinere apud Sedem Apostolicam, si eam obtineat à Gubernatore Vrbis, vel burgi, à iudicibus Capitolij, vel eorum delegatis, seu alijs Auenionis, Anconæ, aliarúmque terrarum Sedi Apostolicæ subiectarum, & à Pœnitentiario, Vicario, auditoribus Rotæ, Contradictarum, ab Auditore Cameræ, aut alijs quibuscunque ministris Papæ, latè Virgil. Boccac. *dict. part.* 1. *num.* 45. *&* 46. vbi dicit se credere text. *in præsenti,* & dictam Constitutionem Gregorij XIII. verificari in omnibus causis delegatis à Papa iudicibúsque Romanæ Curiæ Ordinarijs, vel referendario, aut Clerico Cameræ, seu Prælato, & siue causa sit spiritualis, siue profana, siue ciuilis, siue criminalis, siue etiam mixta. Et Clemens VIII. in Bulla de bono regimine publicata die 15. Augost. 1592. extendit text. *in præsenti* & dictam Extrauag. Gregor. XIII. etiam ad promissa data, & recepta nedum apud Sedem Apostolicam, sed in quocunque Tribunali, aut iudicio etiam seculari, & tam in Curia Romana, quàm extrà in quacunque prouincia, ciuitate, aut loco status Ecclesiastici.

18 *Obtinenda*] Ergo non comprehendit dantes, seu recipientes post obtentam gratiam, vel iustitiam, vt per Nauarr. *in dict. comment. de datis & promiss. in* 21. *notab num.* 5. Virgil. Boccac. *d. tract. de pact. p.* 3. *num.* 78. vbi declarat dummodo ea, quæ dantur post obtentam gratiam, vel iustitiam, sint moderata, aliàs secus, refert Farin. *d. q.* 111. *num.* 348.

19 *Illos quoque qui aliquem sciuerint.* &c.] Notatur ad hoc quòd scientes culpabiles in dando, vel recipiendo aliquid pro iustitia, seu gratia à Sede Apostolica obtinenda, & non reuelantes intra tres dies, incurrunt pœnas de quibus *hic,* vt per Nauarr. *d. tract. de datis & promiss. notab.* 2. *num.* 17. vbi declarat, quòd ad hanc reuelationem non tenentur nisi soli existentes in Curia, & quod ante reuelationem debeat præcedere fraterna correctio, vide latè Virgil. Boccac. *dict. part.* 1 *ex num.* 10. *vsque ad num.* 17. vbi multipliciter declarat, Farin *d. q.* 111 *num.* 321. *cum seqq.*

20 *Decernimus etiam vt nullus,* &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicari ob datum, vel receptum pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam, non possunt absolui nisi à Pontifice, vel ab alio ad id speciale mandatum habente præterquam in mortis articulo, vt per Virgil. Boccac. *d. p.* 1. *num.* 1 *in* 2 *notab. & a num.* 58. Farin. *d. q.* 111. *num.* 1-4.

21 *Nec etiam ad absolutionis gratiam,* &c.] Notatur ad hoc quòd sic excommunicatus etiam vt suprà absolui non potest nisi prius quantum dedit vel recepit integraliter pauperibus largiatur, vt per Nauarr. *d. tract. de datis & promissis in* 24. *notab.* vbi ait non sufficere parti, quæ pecuniam dedit remissionem, seu donationem, declaratque vt impotentia restituendi excuset, latè Virgil. Boccac. *dict. part.* 1. *num* 1. *in* 2. *notab. & n.* 61. vbi quòd integraliter debet fieri hæc restitutio, & *num.* 61. an teneantur etiam pauperibus restituere fructus perceptos ex gratia obtenta.

Iustitiam verò, siue gratiam, &c.] Notatur ad hoc 22 quòd gratia, seu iustitia pactis, aut promissionibus obtenta apud Sedem Apostolicam nulla est ipso iure, vt per Nauarr. *in dict. tract. de datis & promiss. in* 23. *notab. post num.* 38. latè Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, parte* 1 *num* 1. *in* 4. *notab & num.* 68. *cum seqq. & part.* 3. *n.* 102. ampliat in exequutione facta in vim gratiæ, & iustitiæ obtentæ quòd est nulla ipso iure.

Sed & scienter vtentes, &c] Notatur ad hoc quòd 23 excommunicationis de qua hic, pœna innodantur ij, qui scienter vtuntur gratia, seu iustitia, sic vt *suprà* propter aliquod datum, seu receptum obtenta, vt per Nauar. *dict. comment. de datis, & promiss. notab.* 15. *nu.* 38. *in fine* Virg. Boccac. *d. p.* 1. *num.* 1. *in* 1 *notab. & num.* 72. *&* 73. Farin. *d. quæst.* 111. *num.* 381.

Quamuis in hoc text. nulla infligatur priuatio, aut 24 suspensio à beneficio, vigore tamen dictæ Constitutionis Gregor XIII. expressè non solò omnium beneficiorum priuatio imponitur, sicuti referunt Nauarr. *d. comment. de datis & promissis notab.* 31. *num* 44. & latè Virgil. Boccac. *d tract. de pact p.* 2. *num.* 36. *cum seqq.* sed etiam officij secularis, & temporalis, ex eodem Nauar. *d notab.* 31 *num.* 40. quam quidem priuationem beneficiorum & officiorum ipso iure incurri cauetur in eadem Constit. Greg. XIII. de quo vide Virg. Boccac. *d p.* 5. *num.* 66. *& seqq.* vbi an isto casu requiratur sententia declaratoria, in eàque sic priuati in officiis, & beneficiis Ecclesiasticis redduntur inhabiles ad illa, seu alia posterum obtinenda, & incurrunt infamiam. Nauarr. *d. notab.* 31. *num* 40. Virg Boccac. *d. tract. de pact. p.* 2 *num* 47.

In glos. *excommunicamus* 1. ibi, *dic contra,* &c. Notatur ad hoc quòd excommunicationis appellatione venit maior, vt per Doctores, quos plena manu citaui *in tract. de appellatione verborum vtriusque iuris signif. verbo excommunicatio.* 25

In glos. *Clericos,* ibi, *dic contra propter generalitatem verborum,* &c. Notatur ad hoc quòd hæc Extrauag. comprehendit etiam Episcopos, quia & ipsi sunt verè clerici, vt per Nau. *in d. comment. de dat. & promiss. notab.* 6. *num.* 11. vbi etiam latè disputat an sub ea includantur Cardinales. de quibus omnibus vide Virgil. Boccac. *d. p.* 1 *n.* 32. *cum seq* Farin. *d. q.* 111. *n.* 306 *& seq.* 26

In glos. *Sub generalibus*] Contra eam tenet Nauarr. 27 *vbi sup. notab* 9. *num* 19. *vers.* 5. dicens hanc extrauag. includere illum, qui aliquam istarum actionum faceret pro auferenda, vel differenda iustitia.

In ead. glos. ibi, *sed quid Aduocatus, procurator,* &c.] 28 Notatur ad hoc quòd Aduocatus, procurator, & tabellio petens salaria, & conueniens de eisdem non ligatur hac sanctione, vt per Nauar. *vbi supra notab.* 19. *num* 34. *vers. octauo,* vbi *in vers. nono* subdit illum incurrere pœnas de quibus hic, saltem in foro interiori, qui daret Aduocato, vel notario plus iusto salario, non tam pro salario, quàm vt ipse tanquam amicus iudicis, & multùm apud eum valens amore, vel precibus flecteret eum ad ferendam sententiam pro ipso, siquidem ipse illud plus verè principaliter dat pro iustitia, siue sententia consequenda, quàm pro salario.

EXTRAV.

EXTRAV. Prouidè. II.

Idem.

INterdicto ecclesiastico sine speciali licentia Papæ supponi non debet ciuitas, villa, vel quiuis alius locus ordinaria, vel delegata auctoritate pro pecuniario debito, seu pro cuiusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, pro eo maximè quòd ipsorum domini, rectores, habitatores, &c. statutis terminis huiusmodi debitum, seu quantitatem non soluerunt hactenus, aut in antea non persoluent. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5 pag. 318* Alagon. *compend. pag. 787.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Dueñ. *reg. 153.* Couat. *in cap. alma mater part. 2. §. 1. n. 5.* Nauar. *in man. c. 27. n. 168. vers. nec sufficit culpa non soluendi debitum,* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 36. sect. 3. à n 8.*

3 Vtrùm autem dispositio huius Extrauag. procedat tantùm in generali interdicto, an etiam extendatur ad speciale, controuertunt Doctores, & quòd procedat etiam in speciali tenuit Couar. *d. num. 5.* quem sequitur Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 50 §. 3.* Sed verius est hanc Extrau. solùm esse intelligendam non in interdicto generali, sicut docet D. Anton. *p. 3. tit. 6 c. 23. col. 2.* Calderin. *in tract. de ecclesiast. interd. col. 8.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 11 à num. 7.* Vnde sequitur merito recentiores reprehendere Felinum *in c. sanè il 2. num. 3. de offic. deleg.* quem sequitur Couar. *d. §. 1. n. 9.* qui voluerunt interdictum vnius Parochiæ ciuitatis, in qua plures sunt, particulare esse, & ideo pro debito pecuniario sine auctoritate Romani Pontificis ferri posse, contra eos enim obstat quòd parochia nomen est collectiuum plurium locorum, nam continet locũ sacrum, & profanum, & in vtroque Diuina fieri prohibet eius interdictum, vt melius considerant Nauar. *d. num. 168.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 51. §. 3.* Sayr. *d. lib. 5. c. 2. num. 9. &* latè Soar. *d. tom. 5. disp. 31. sect. 2. n. 5.* benè aduertens sine dubio hanc posteriorem sententiam esse veram si parochia sumatur pro toto ipsius ambitu, quamuis prior vera sit, si nomine Parochiæ solùm ipsius templum intelligatur.

EXTRAV. Ad incertitudinem. III.

Clem. V.

ANdronicum Palæologum se Imperatorem Græcorum nominantem, & hæresis ipsorum fautorem excommunicatum denunciat hîc Clemens V. omnésque cum eo sic manente societatem contrahentes ipso facto dicit excommunicatos, & eorum terras ecclesiastico supponendas interdicto, esseque priuandos bonis, quæ obtinent ab Ecclesia. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag. 329.* Alagon. *in compend. pag. 788.* 1

EXTRAV. Quia nonnulli. IV. & vlt.

Idem.

EXcommunicat eos, qui audent impugnare litteras Papæ super quibuscunque negotiis ante eius coronationem factis. Colligunt Viuian. *in ration. lib. 5. pag 33.* Alagon. *in compend. pag. 788.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Rainar. *in catalogo censurarum extra Bullam Cœnæ, c. 9. excomm. 58.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulg. p. 2. cap. 13. num. 34.* Soar. *de censur. disput. 23. sect. 1. à n. 1.* Sayr. *eod. tract. lib. 3. cap. 35. num. 19* Filliuc. *tract. 24. cap. 5. quæst. 7.* Alter. *de censur. lib. 5. disput. 22. c. 8. ad fin. vers. ad hanc,* Bonacin. *de censuris in Bulla Cœnæ contentis disput. 1. q. 1. puncto 2. n. 13* & latiùs *de censur. extra Bullam, disp. 2. q. 2. puncto 11.* ego ipse *de officio, & potestate Episc. part. 3. alleg. 50. n. 238.* secundùm Lugdun. impressionem.

INDEX

INDEX

Rerum, & verborum, quæ in Sexto Decretalium, Clementinis item, & Extrauagantibus cùm Ioannis XXII. tum communibus continentur.

Primus numerus paginam, alter eiusdem paginæ columnam indicat; tertius, & sequentes sunt marginales.

A

Æqu-pa

Archiepiscopus

Cardi

Citatio

Clementinarum.

Consue

D

Episcopus

facultas

Index rerum, & verborum

seu

Iudex

L

Laicorum

Leges

Litteras

M

N

Nouitium

N

Papa

Peruerores

Præla

Princeps

Priuile

Qualitates

Papæ

Rubrica

S

Spolij

T

Tempus

FINIS.